minium Piſarum ⁊ Luce a filijs Caſtrutij.Carolus Ro
berti regis filius moritur.Florentie detecta eſt coniura
tio facta ad deſtructionem eius. fo.xci.in fi.et ſeq.
Ludouicus imperator falſus repellitur a dominantib⁹ in
Longobardia.Offertur Luca Florentinis pro octogin
ta milibus florenis.Quod quum tractaretur in cōcilio
alijs contradicentibus:alijs aſſentientibus/determina
tur vt hoc non fiat. fo.eod.
Fit pax inter Florentinos ⁊ Piſtorienſes. Piſanis tractan
tibus emere Lucam Florentini impedierunt. Moritur
dominus Canis. ibidem.
Tractant Florentini de Luca capienda:⁊ obſeſſa ab eis Lu
cenſes ſe tradunt Joanni regi Bohemie:cuius timore
ſublata eſt obſidio. fo.xcij.
Parma Regium et Mutina dediderunt ſe Joāni regi Bo
hemie:et Piſtorienſes ſe tradunt Florentinis:qui ligas
faciunt contra legatum. fo.eo.in fi.⁊ ſe.
Bellum mouetur per legatum pape in obſidione Ferrarie
ſi:⁊ profligatis copijs legati/liberatur Ferraria. Dilu
uium aquarum maximum Florentie accidit tribus pon
tibus vrbis deiectis:ita vt circa oratorium Joannis ba
ptiſte ſupra medium columnarum porphyrearum aqua
aſcenderit:⁊ et in eccleſia ſancte crucis vſq ad altare ma
ius.Liberauerunt Florentini legatum de manibus Bo
nonienſium. fo.eo.
Campanile eccleſie maioris edificari inchoatur.papa Jo
annes moritur:theſaurus eius maximus in eccleſia re
manet. fo.xciij.
Septimum capitulū de Benedicto papa duo
decimo ⁊ multis prelijs Florentinorū.⁊ inci
pit. poſtꝗ Joannem ⁊c.In cui⁹ pͥncipio ha
betur de creatione eius ꝙ prius fuerat mo
nach⁹ Ciſtercienſis. Sachō dñat Aretinis.
Peruſini vincuntur ab Aretinis.Maſtin⁹
capit Lucam:pro qua recipienda Florentini obtulerunt.
ccclx.milia florenorum.Bellum inter Lucanos et Florē
tinos. fo.xciij.in fin.⁊ ſeq.
Florentini ligam faciunt cum Uenetis contra Maſtinum.
Rufus dux Florentinorū egregie pugnat.Sachon Are
tium Florentinis concedit. fo.eo.
Pacta inter Florentinos ⁊ Sachonē pro Aretio:pro qua
conceſſione Peruſini:querelam exponunt contra Florē
tinos per oratores ſuos dure alloquētes.fo.xciij.⁊ ſeq.
Reſpondet magiſtratus Florentinorū oratoribus durius
oſtendens eos in nullo offenſos. fo.eodem.
De morte fratrum Maſtini. ibidem.
Maſtinus pacem gerit cum Uenetis.Cometes apparuit ⁊
peſtis ſequitur in Florentia:in qua numerata ſunt nona
ginta milia hominum. Seditio inter nobiles ⁊ plebeios
orta eſt:vnde multi exulati/et bona illorum confiſcata.
fol.eod.ante fi.et ſequen.
Piſani pecunia queſierunt Lucam habere:et Florentini
plus offerentes.ccl. milia dederunt pro ea:ſed Piſani
reſiſtebant ne eam haberent.Tradita autem eis Lucam
Piſani bellum mouentes contra eos illos ſuperarunt.
folio cviij.
Suſpitio oritur contra Aretinos.Florentinis contra Lu
cam proficiſcuntur ad eam obtinendam:ſed cito amiſe
runt. fo.xcv.
Gualterus Gallus preficitur in Florentia ad regendum
eam et bella agendum.Exercet crudelitates magnas et
inſolentias:⁊ procuratiōe eius acclamatur a populo do
minus Florentinorum. fo.eo.⁊ ſe.
Hic tyrannidem exercet:procurat beneuolētiam cum Are
tinis ⁊ Piſtorienſibus ⁊ Piſanis. Priores de edibus pu
blicis expulit:⁊ quaſi annullauit eorum officium:⁊cōiura

tiones facte contra eum detecte ſunt. fo.eo.

Rebellat ſe ciuitas tyrannidi eius. Inde creātur quatuordecim viri: qui cum epiſcopo/ſcilicet Angelo de Acciaiolis diſponant de ciuitate. Demum Gualterus eijcitur de vrbe renunctians omni dominio eius data ſibi ſecuritate. fo.ccvi.

Octauū capitulū de Clemente papa.vi.⁊ geſtis in Florentia.⁊ incipit. Benedicto.xij. vita functo ⁊c. In primo agitur de electiōe ipſius Clementis: qui iubileū: quē Bonifacius.viij. ſtatuerat de centenario in centenarium celebrandū: reduxit ad numerum quinquogenariū. De victoria Hiſpanorū contra Saracenos: ⁊ Anglorū contra Francos. Quatuordecim viri ſimul cū epō prefato ordinant officia ciuitatis: ⁊ hortatus nobiles ad aſſentiendum populo in quibuſdā nō fuit auditus: vnde ſeditio inter nobiles ⁊ populares orta eſt/⁊ pugna mutua. fo.xcvi.⁊ ſeq.

Deuicta nobilitate a populo inſtituūtur.xvi.vexilliferi ſocietatis. Aretium dimittitur liberum: pax cum Piſanis agitur: contra nobiles exaſperantur leges. Gualter⁹ tyrannus conqueritur apud regem Francie de Florentinis. De monte Florentino quomodo et quando fuit inchoatum. fo.xcvij.

Leges inique conduntur a populo contra clerum. Societas Baldorum in maxima quantitate fefellit. Expulſio Florentinorum ex Gallia. Magna prouiſio victualium fit ſuperueniente maxima penuria. Carolus filius Iohānis fit imperator: et anno. M.cccxlviij. maxima peſtis ciuitatem Florentiam inficiens.lx.milia hominum ex hac luce ſubtraxit. fo.eodem. ⁊ ſeq.

Rex Robertus deſponſauit Ioannam primam neptē ſuā Andree fratri regis Vngarie: ⁊ que cum eo conſummato matrimonio eum ſtrāgulari fecit: propter quod rex Vngarie in Appuliam perrexit ad vindicandum Germani mortem. fo.xcviij.

Ioannes vicecomes Mediolaneñ. archiepiſcopus tyrannidem exercens in Longobardia: multas ciuitates ſibi ſubiecit. Pratum Florentini accipiunt in cuſtodia: dolo ſe ſe habent ad Piſtorieñ. agitatur negotium in concilio Florentie. fo.eo.⁊ ſe.

Simulat Ioannes preſul Mediolanenſis amicitiam erga Florentinos. Falſam occaſionem inuenit preliandi contra eos/⁊ contra Piſtoriū profect⁹ eſt. Inſurgūt exules aliquarum familiarum cōtra Florentinos. Calenzianū ⁊ Barbarinum capiunt. fo.c.

Preſul Mediolanenſis procurat Piſanos bellare cū Florentinis: quod tamen recuſant. ibidem.

Gentes preſulis Mediolañ. Scarperiā obſidentiū viriliter reſiſtis. Et pditio in Aretio detegitur. fo.xcix.⁊ ſe.

Florentini ⁊ eis colligati oratores mittunt ad pontificem Auinionem: vt incendant animum eius contra Mediolanenſem preſulem: qui diſſimulare videbatur. Demum pape offert. ibidem.

Preſul Mediolanenſis pacem fecit cū Florentinis. Bellū geritur inter Genuēſes et Venetos. Cometes apparuit ſol eclipſat: terremotus in Hiſpania ſequūtur. fo.c.

Nonum capitulū de Innocentio.vi.⁊ prelijs in diuerſis partibus. incipit. Clemente.vi. ad patres vocato ⁊c. In primo habet ꝙ Carolus/impera tor intrat Italiā. Legati Florentinorū ⁊ colligatorū ad eū mittuntur: exules Aretinoꝝ ad eū accedentes reduci petunt per eum in Aretium. fo.c.⁊ ſeq.

Florentini benigne ſunt ſuſcepti ab imperatore: qui rome in imperio coronat. Sichinū reedificatur. Gibellini Florentie non ſuſcipiuntur in officijs. fo.ci.

Diſcurrunt Germani faciētes predas hincinde: ⁊ fit alia cōgregatio militum ad predandum: cuius partem incole alpium profligant. ibidem.

Florentini componūt pacem inter Peruſinos ⁊ Senenſes Piſani Senenſes ⁊ Peruſini cōpoſuerunt ſe pecunia cū Germanis diſcurrētibus in predā: ne eos lederēt: ⁊ quū idem ipſi ſuaderent Florentinis: ⁊ reſtituerunt: ⁊ pductis copijs illos expulerunt de Italia. ibidem.

Bononia ablata a preſule Mediolaneñ. addita eſt ecclesie. Initium ⁊ cauſa belli Piſani cū Florentinis in quo Bonifacius lupus dux exercitus repellit a Florētinis: ⁊ Rodulphus Camerinenſis aſſumitur. Diſcurrunt Florentini ad portum Piſarum. Oppidū petiole capitur/⁊ Lilia inſula a Florentinis. fo.eodem.

Petrus Fernetius fit dux exercitus Florentinorū: qui magnam victoriam habuit vſq ad portam Piſanam diſcurrens: ſed peſte citius moritur. fo.cxv.⁊ ſe.

Piſani conducunt ſeptē milia Angloꝝ in bello: qui diſcurrentes vſq ad Florentiā oīa predantur. fo.cij.

Bella habita inter Piſanos ⁊ Florentinos: ⁊ in quibus Piſani diſcurrunt vſq Feſulas: ⁊ Liburnum a Florentinis comburitur. fo.eod.

In bello Florentini ſuperant Piſanos: ⁊ in quo multis occiſis quadragintaquatuor currus in Florentiam ducuntur ad ſpectaculum. ibidem.

Decimum capitulum de Vrbano.v. papa et quibuſdam alijs geſtis. incipit. Defuncto Innocētio.vi.⁊c. In cuius principio agitur de creatiōe ipſi⁹ Vrbani: qui corpus diui Thome de Aquino fecit transferri Tolosam. Pax cōficitur inter Florentinos ⁊ Piſanos. fo.cij.⁊ ſe.

Carolus imperator intrans Italiā de Florentinis cōqueritur. Et imperator a Senēſibus profligatus in Germaniam reuertitur. Florent tunc Franciſcus Petrarcha: ⁊ Ioannes Boccatius Florentini. fo.ciij.

Titulus vigeſimuſſecundus continet geſta Romanorū pontificum ⁊ imperatorū ⁊ ſchiſmatum ⁊ bellorū: ⁊ que fuerūt pcipue in Italia ⁊ in alijs regiōibus: ⁊ et de rebelliōe terrarū eccleſie: ⁊ de bellis Florentinorum cū duce Mediolanenſi Galeatzio: ⁊ et poſtea eius filio Philippo: ⁊ et cum rege Appulie Vuentzeſlao: ⁊ poſtea cum rege Aragonum: ⁊ et de victoria Tartarorū contra Turcos: ⁊ et de victorijs Sigiſmundi imperatoris contra Turcos: ⁊ de hereſibus Bohemorū: ⁊ et de reductione Grecorum ad fidem ⁊ Armenorum: ⁊ de captiōe Cōſtantinopolis per regem Turcorum: ⁊ alia geſta ab anno domini Milleſimo.ccclxxi. vſq ad annū domini. M.cccclviij. fo.ciij.

Et in primo principio capituli de creatiōe Gregorij.xi. De Florentinis mittētibus ad papā oratorē. De altercatiōe inter Ricios ⁊ Albizos. De rectorib⁹ eccleſie p Italiam cxxx. milia florenorū data fuerunt ſtipendiarijs ne lederent in territorio Florentinorū. fo.eod.

Octo viri creantur Florentie ad bellum faciendum cōtra eccleſiam. Inde ſequitur rebellio ciuitatum eccleſie: ſcilicet ciuitatis Caſtelli/ Peruſij: Spoleti/ Tuderti/ Eugubij/ Forliuij/ Viterbij/ Eſculi/ et Bononie: et Fauentia depredata ⁊ vendita eſt. Florentini quoq ad habendam pecuniam vendiderunt omnia bona eccleſiarū. fol. ciiij. ante finem ⁊ ſequenti.

Florentini deſtinarunt oratores ad papam: ⁊ ſe excuſando: ⁊ Donatus Barbadorus orationem fecit ad papam publice valde prolixam querelam continentem in gubernatores eccleſie in Italia. fo.eo.⁊ ſeq.

Reſponſio pape ad eos compurtās excuſationes eorū: ⁊ qui demū ſententias duras protulit cōtra Florētinos excōicationis interdicti et aliās: a qua appellauerūt ad imaginem crucifixi conuerſi. fo.eod.

Britones cum legato Bononiam venerunt ad recuperandam ciuitatem. Duellum confectum in preſentia legati. Maxima occiſio Ceſenatum a Britonibus: ſcilicet triū millium. fo.cv.

Gregorius.xi. ex Lugduno Italiā ingreditur: Bulſena ſe rebellat. Ioannes Achus conducitur dux exercit⁹ a Florentinis cū ſuis.ccl. milibus florenorū. fo.codez.

Oratores pape populo Florentino exponūt eis commiſſa Rodulphus dux Britonum pro eccleſia debellatus eſt a Florentinis ⁊ colligatis: ⁊ occiditur dn̄s Fulginus a ſuis: ⁊ Fauentia capitur ab Aſtorio. ibidē.

Tractatur de pace facienda inter Florētinos ⁊ colligatos cum eccleſia per Bernabonem. Et inter cetera moritur Gregorius ex calculo. fo.cvi. ⁊ ſeq.

Secundū capitm de ſchiſmate ſecuto/⁊ eius cā ⁊ multis nouitatib⁹ inde ſecutis. incipit: Gregorio.xi.⁊c. In primo cōtinet ꝙ creat a cardinalibus Vrbanus papa ſextus: ⁊ de cōditionibus eius. Receſſus cardinaliū ab eo ſequitur: ⁊ qui pergentes ad ciuitatem Fundorum elegerunt aliū papam: quem vocarunt Clementē: ⁊ ⁊ Vrbano quidem obedientiam preſtabant Italici: Teutonici: ⁊ et Vngari: Clementi vero Gallici: Hiſpani: ⁊ Anglici. fo.cvi.

Clemens curiam ſuam tranſfert Auinionem. Vrbanus vero cenſuras prolatas contra Florentinos et adherentes relaxauit: ⁊ et cum eis pacem fecit: ⁊ regnum Appulie auferens a regina Ioānna/Carolo conceſſit: ⁊ qui coronatus ab eo regnū Appulie obtinens/reginam Ioannam ſtrangulari fecit. Ludouicus dux Andegauie/et frater regis Francorū cū quinquagintaquinq milibus equitū īrrat Italiam

Italiam contra Carolum pro ipſo regno acquirendo:ſed
in fine bienniȷ moritur:⁊ Carolus in regno remãſit quie
tus. Qui etiam Carolus ſuſceptis duobus filiȷs ex vxo
re Margarita/ſcilicet Uuentzeſlao et Ioane:vocatus
a proceribus in regem Ungarie/illuc profectus eſt:⁊ poſt
coronationem in eo occiſus. fo.cviȷ.
Seditiones Florẽtie orte ſunt:⁊ lege monitoria edita mul
ta mala ſecuta ſunt:⁊ plures ciuium ſunt relegati:plebs
munita ſeditionẽ faciens/dominiũ ſumit:vexilliferũ in
ſtituit ⁊ ſcrutinia combuſſit. fo.eo.⁊ ſeq.
Uocatũ eſt tẽpus illud Ciompozũ:in quo Michael quidã
fuit Uexillifer. Qui etſi plebeius:prudenter ⁊ viriliter ſe
habuit diſcurrens cũ vexillo per ciuitatẽ cõtra octo vi
ros qui videbantur dominari. fo.cviȷ.
Delationes falſe fiunt contra aliquos. Oratores mittun
tur ad Carolum:⁊ quidam ex ciuibus nobiles ſuſpecti, ha
biti ſupplicio traduntur. Inde quedam prouiſio fit pro
quiete ciuitatis. fo.eo.⁊ ſeq.
Prefectus Caroli nõ recepit pecuniã a Florẽtinis oblatã
vt modicam. Carolus cũ tribus milibus Ungarorũ Ita
liam ingreditur:cui Florentini dederunt quadragita mi
lia florenorum ne faueret exulibus. fo.eo.
Carolus obtinuit regnum Appulie. Exules Aretini redu
cuntur. Prelium inter ipſos Aretinos/quod totum expo
nitur prede ab armigeris. fo.cix.
Magna diſſentio fit in ciuitate Florentina. Quidam calũ
nioſe accuſantur:occiduntur aliqui ex primoribus. Fit
parlamentum. Reuocantur exules:⁊ aliqua ordinantur.
folio eodem.
Litere Florentiam ſunt deſtinate de Ludouici Andegauen
ſis ducis tranſitu. Et legationes habite de tranſitu eius
in Italiam. Rex Ungarie moritur ſine filiȷs marib⁹:⁊ Cõ
trouerſia inter Uenetos ⁊ Genuenſes per Florentinos
ſedata. fo.eo.
Equitũ duodecim milia Italiã intrant pro duce Andega
uie:qui inuadentes Aretiũ capiunt:⁊ nunciata morte du
cis Andegauie/ipſi Aretiũ vendunt Florentinis ſexagin
ta milibus florenorum. fo.cx.⁊ ſeq.
De moribus Urbani ſexti:⁊ diſſenſione inter ipſum ⁊ car
dinales et Carolum regem Appulie. Papa ipſe obſidet
in Nuceria ab eo:ſed clam ab aliȷs liberatur. Papa Ur
banus recedẽs de Genua necari fecit quinq̃ cardinales
propter ſchiſma. fo.eod.
Clemens antipapa hortatur Florentinos ad exhibendã ei
obedientiã:quod recuſarunt. Peruſini contra Urbanum
perturbantur ibi commorantem. fo.eo.
Rex Francie per oratores poſtulat a Florentinis vt nõ dẽt
auxilium contra ducem Andegauie in Appuliam:⁊ obe
dientiam preſtent Clementi:primum promittunt:ſecũdũ
recuſant. Excommunicant pape alter alterum et creden
tes ſuos. Diſcordia inter Urbanum et Romanos: moritur
Urbanus. fo.eo.⁊ ſeq.
Carolus rex Appulie coronatus regno Ungarie illuc pfe
ctus occiſus eſt. Filius regis Anglie preliatur cũ Hiſpa
nis. Controuerſia inter regem Anglie ⁊ barones:bellum
inter dñm Turcie dominũq̃ Ruſſie. fo.cxi.
Ioannes Galeatzius dolo capiẽs Bernabonẽ auunculum
incarcerauit ⁊ veneno peremit. Ciuitates Bernabonis oce
pit filios eius occidendo:alios expellendo. fo.eod.
Mutatur ſtatus Senenſiũ:prouiſio magna facta Floren
tie tẽpe cariſtie. Diſſenſione orta inter comitẽ Urbini/et
Eugubinos:fit pacificatio per Florẽtinos:⁊ diſſenſio Flo
rentie inter ciues. fo.eod.
Ioannes Galeatzius domin⁹ Mediolani fact⁹/cepit Uin
centiam/Ueronam/et Paduam. Oratio dñi Ioannis de
Ricchis in concilio cõtra Mediolanẽſem ducem de me
dio auferendum docens:cuius ſententia ab oĩbus appro
bata ſeruatur. fo.cxiȷ.
Diuerſa opinio in concilio de monte Politiano reddendo
Senenſibus vt petebant vel non. Politianenſes nihilo
minus ſe tradunt Florentinis. fo.eo.
TErtium capitulum de creatione pape Bonifacȷ
noni:⁊ aliȷs geſtis hincinde incipit. Uiã vniuer
ſe carnis ⁊c. In pꝛio agit̃ de creatiõe ei⁹ Rome.
Sub eo iubileus annus. M.ccc. celebratur. ⁊
beata Brigida canonizatur. Ladiſlaus rex Appulie fili⁹
Caroli coronatur:⁊ cũ Loyſio duce Andegauie illuc pro
ficiſcente pro regno preliatur. fo.cxiȷ.
Societas latronum contracta ex armigeris redimere fa
ciebat ciuitates. Bonifacio accedente Peruſium pax cõ
ficitur inter Peruſinos ⁊ exules eorum per Florẽtinos.
Sed poſtea ſeditio oritur inter eos:⁊ Bonifacius Ro
mam reuertitur. fo.eo.in fi.⁊ ſeq.
Romani inſurgunt contra papam. Moritur Clemens an
tipapa Auinionenſis:cui ſuccedit Benedictus:qui prius vo
cabatur Petrus de Luna. Excommunicatur Biord⁹ Pe
ruſinus vt inimicus eccleſie. Oratores regum ⁊ principũ
deſtinantur ad Bonifacium ⁊ Benedictum vt renuntiẽt
nec acquieſcunt. fo.eod.
Fedus lige pape cum Florentinis:⁊ et de morte Bonifacȷ.
folio cxiȷ.
Querele Galeatzȷ contra Florentinos coram Uenetis: et
reſponſiones Florentinorũ contra illos indignatio Se
nenſium contra Florentinos. Galeatzius bellum indicit
Florentinis litteras mittens. Reſponſio illorũ ad ipſas
literas. fo.cxiȷ.⁊ ſeq.
Bellum inchoatum a Mediolanenſibus contra Florenti
nos:⁊ aſperitas eius. fo.eod.
Ioannes Augu. dux Florentinorum exercitus tranſiȷt cum
copiȷs in Longobardiã:⁊ Bariſolle capto ab hoſtib⁹/mul
ta damna inferuntur Aretinis. fo.eodem.
Franciſcus Cartorienſis amiſſa Padua/venit cum Germa
nis contra Mediolanenſem ⁊ recuperant eam. Dux Ba
uarie vocatus a Florentinis vadit contra Mediolanen
ſes cito recuperat̃ ab eis. Aduenit dux Bauarie Paduam
petens pecunias a Florentinis:qui reſpondent debitum
feciſſe ſm conuentiones. fo.cxiiȷ.
Indignatur Bauarus:⁊ non procedebat ad bellum cõtra
Mediolanenſes:ppter qđ mittit̃ ei pecunia vt procedat
Seditio orta Senis:nobiles eȷciunt̃:exules Peruſinoꝝ
intrãtes Peruſiũ eȷciunt̃. Marchio Ferrariẽſ. deficiẽs
a Mediolañ. adheret Florentinis. fo.eo.⁊ ſeq.
Legati Bononienſium colligati cum Florentinis in publi
co concilio perorant ſe non poſſe expenſas belli vltra cõ
tinuare. Reſpondet magiſtratus exhortando ad perſeue
rantiã oſtendens inconuenientia que ſequerentur ſi nõ
perdurarent. fo.eo.
Magnum Certamen ſecutum inter Mediolaneñ. ducem
et Florentinos:qui aduocant ex Gallia comitem Arme
niaci maxima pecunia. Italiam introuit cum quindecim
milibus equitum/vltra pedites:qui comes cum ſuis ex
ſua imprudentia bellum mouens circa Alexandriam ca
pitur:moritur:et pene omnes ſui occiduntur decies cen
tena milia:et.cclxvi.milia florenorum eo bello expoſita
ſunt a Florentinis. fol.cxv.⁊ ſeq.
Ioannes Auguſtinus dux exercitus Florentinoꝝ hoſtes
tamẽ perſequentes eum ſuperat:⁊ ſua prudentia maxi
ma pericula euadit cum ſuis. fo.eo.
Bellum a Mediolanẽſi circa Senas mouetur contra Flo
rentinos per Iacobum de Luerme:et vocatus ex Lõgo
bardia Ioannes Auguſtinus ad repugnandum aduenięs
hoſtes inſequitur quaſi fugientes:et poſtea ſubſtãs eos
ſuperat. fo.eodem.
Tractatur de pace facienda inter Mediolanenſem et Flo
rentinos Genue committitur tribus arbitris:a quibus
ſententia profertur. fo.eodem.
Quidã capitanei copiarũ licẽtiati a ſtipẽdio/ſocietatem ſe
cerũt ad latrocinandũ diſcurrendo hincinde. Renouãtur
federa lige inter Florentinos ⁊ ſocios. fo.cxvi.⁊ ſe.
Oratores Mediolaneñ. Florẽtinis declarãt in cõcilio q̃ ſu
ſpitiões cõtra eũ de pace nõ ſeruãda habíte:vere nõ erãt
quibus reſpondet̃ ſe illa nõ ſuſpicari. fol.eo.
Petrus Gambacurta dñs Piſarũ occidit̃ pditorie a Iaco
bo Appianenſi:qui poſtea ſibi vſurpauit dñium. Siculi
rebellant ſe regine Aragonum. ibidem.
Genuenſes inſurgunt cõtra ducem ſuum:qui eos ſuperat
Societas latronum equitũ diſcurrens vbiq̃ dãna infert
Solutio pagarũ montis aliquatenus diminuta eſt. Ter
remotus contigerunt in Galeata. fo.cxvȷ.
Nouitates in Florẽtia inſurgũt. Suſpitio ꝓditiõis oriẽ
in ciuitate. Parlamentũ fit in platea dñoꝝ. Procedit̃ cõ
tra familiam de Albertis qui relegant̃. Aliȷ diuerſimode
puniunt̃:⁊ ſcrutiniũ renouatur. fo.ibi.in fin.et ſeq.
Nicolaus fit dñs Ferrarie:et Acrius bellat contra ipſum.
Uuentzeſlaus qui fuerat rex Bohemie fit imperator. Ni
colaus Ferrarienſis decipitur. Inſurgunt Florentini cõ
tra Ioannem Barbianenſem. Liga fit contra latrocinan
tes ſtipendiarios. fo.eo.et ſeq.
Bellum gerit̃ inter Ungaros et Turcos. Dñs Donatus de
Acciaiolis relegat̃:⁊ cauſa hui⁹ exprimitur. fo.cxxiiȷ.
Rex Francie fit dñs Genue. Firmum rebellãs prede expo
nitur. Querela fit inter ducem Mediolaneñ.⁊ Florenti
nos de federe pacis fracto. fo.cxviȷ.
Bellum renouatur inter ducẽ Mediolanenſem ⁊ Florenti
nos. Bernardon fit princeps exercitus Florentinorum.
Tractatus proditionis de caſtro ſancti Miniatis ſit:⁊ ea

effectu toret. fo.eodem.

Copie ducis Mediolani diſcurriſt hoſtiliter prope Florentiam nulla loca capiētes:ſed dāna inferentes. fo.eo.

Bellum exercetur Mantue et in alijs locis. Decapitatur Barptolemeus Prateſi.magnus capitaneus armigerorum a Bernardone:propter quod diſſentio oritur in corpus Florentinorum. fo.cxix.

In bello Mantuano ſuperant Florentini Mediolaneſ. Poſtea Mantuani ſuperantur a Mediolaneſibus. Veneti pacem tractant inter Florentinos.et Mediolanenſes. Biordus Peruſinus magnus capitaneus armigerorum proditorie occiditur. fo.eodē.

Fiunt inducie p̄ modū treuge p̄ decenniū inter ducem Mediolaneſ.⁊ Florē.hoc p̄curātib⁹ Venetis.fo.cxxxv.⁊ ſe.

Tractatus proditionis duplex de caſtello Barbialle tradēdo.Gerardus filius Jacobi Appianenſis fit dominus Piſarum.Seditio Genuenſium.Tractatur de liga Piſanorum cum Florentinis:ſed nihil concluditur. fo.eo.

Ciuitas Piſarum a Gerardo tradita duci Mediolani cum certis pactis:et cum ciuitatibus Tuſcie pluribus querebat ligam vel amicitiam habere:ex quo Florētini male ſuſpicantes de eo:contra ſe tractant in cōcilio quid agendum. fo.eod.

Oratio Rainaldi Gianfiliatij prolixa in cōcilio ſuper his redarguens negligentiam ipſorum:concludens ligas faciendam cum Venetis. fo.cxx.

Nouitas mirabilis contingens per totam Italiam/conuenientibus inter ſe oībus maribus ⁊ feminis/paruulis ⁊ magnis laicis ⁊ religioſis/veſtib⁹ lineis albis ⁊ p̄ceſſionaliter incedētibus ad diuerſa loca anno dn̄i Milleſimo ccccxix.⁊ vnde ortum habuit. Piſe/Gene/⁊ Peruſium in dominium venerunt Mediolani. fo.eodē.

Anno ſequenti peſtis Florētiam inuaſit:et plurimis ciuibus ad diuerſa loca migrantibus:et remanētibus triginta milia peſtis abſumpſit. Paulus Guiniſius Lucenſis ſibi vſurpat dominium Luce. fo.cxxi.

Coniuratio Bononie facta a Florentinis: qui propter peſtem illuc acceſſerant ad imitandum ſtatum Florentie. Joannes Bentiuoglia dominium Bononie ſibi vſurpauit. fo.eodē.

Imperator Vuentzeſlaus rex Bohemie ab imperio deponitur propter vitia. Et Robertus dux Bauarie imperator cōſtituitur. Florentini mittunt oratores ad imperatorem vt intret Italiam contra ducem ducenta milia florenorum offerentes propter hoc. fo.eodē.

Intrans Italiam imperator Robertus contra Brixiam bellum mouet:ſed preualent copie ducis. Et quum magnam quantitatem pecunie habere nō poſſet vt petebat a Florentinis:tendebat ad reuerſionem in Germaniam: ſed perſuaſus fuit proſequi bellum. fo.cxxij.

Querele imperatoris contra Florentinos. Juſte excuſationes eorum contra querelas ipſius:qui ⁊ recedentem imperatorem reuocarunt. fo.eodem.

Oratio legatorum ducis conquerentium de Florentinis:⁊ reſponſio Florentinorū legatorum oſtendentiū falſas eē eorum querelas. fo.eo.⁊ ſe.

Bellum Mediolanē.contra Bononienſes.in quo dux exercitus Florentinorum adiuuantium Bernardon capitur: ⁊ Joannes Bentiuoglia occiditur:⁊ dux Mediolani Bononie dominium vſurpat. fo.eodem.

Florentini querunt confederationem cum papa ⁊ Venetis. Et quum tractatur de pace inter ducē ⁊ Florentinos manifeſtatur mors ducis. fo.eodē.

De qualitate ⁊ moribus ducis prauis. fo.cxxiij.

Preparauerat ſibi ipſe dux coronam ⁊ alia regum inſignia vt rex fieret:ſpem certam ſibi faciens de ſubiectione Florentie Cometes apparuit. Filij ducis ſuccedunt in dn̄io: ſcil3 Joannes maria et Philippus maria: Gabriel maria (vt dicitur) illegitimus. Diſſenſiones ſequuntur inter Mediolanenſes/Cremona/Brixia/Bergomum/et Placentia ſe rebellant. Bononia et Peruſium redduntur eccleſie. fo.eo.ad fi.cum ſeq.

Florentini adiuuant ſe rebellātes:⁊ poſtea deſiſtunt:⁊ plures ciuitates eius a diuerſis tyrannis capiuntur. Duciſſa aliquos de conſilio fecit occidi:⁊ ipſa demum veneno extincta eſt. Joānes maria primogenitus dux creatus occiditur propter crudelitates ſuas. Conſtituuntur duodecim viri ad regendum Mediolanum. fo.eodem.

Ladiſlaus rex Appulie/rex Vngarie illuc p̄fectus:ſed poſſeſſio regni ſibi denegat. Seditio in Bononia fit. Marchio Ferrarienſis aufert Venetis Puleſinum. Parmam Otho bonterſius capit. fo.eod.

Quartum capitulum de Innocentio ſeptimo papa ⁊ alijs geſtis in diuerſis partibus. incipit. Ex hac luce ſubtracto Bonifacio nono ⁊c. In p̄mo agitur de creatione eius Ladiſlaus rex Appulie veniens ad vrbem diſſenſionem querebat/ad eius dominium tendens. Genuenſes et Piſani dant obedientiam benedicto antipape. fo.cxxiiij.

Romanis dure ad papam loquentibus et quaſi cōminantibus: Ludouicus nepos pape vndecim ciues ex notabilioribus fecit occidi. Ex commotione magna facta ī vrbe papa cum curia Viterbium fugiunt. Romani gentes regis ex vrbe emittunt. fo.eo.

Quum dominium Piſarum Joannes Galeatzius dux Mediolanē de quo ſupra per teſtamentum legaſſet filio ſuo Gabrieli marie illegitimo:et dominio eius circa triennium potitus fuiſſet:arbitratus ſe illam retinere non poſſe:quia odioſus ciuibus erat propter mores eius prauos: Florentinis vendidit precio ducentorum miliū florenorum. fo.eo.⁊ ſeq.

Et quia multa obſiſtentia fuerunt ad obtinendam poſſeſſionem eius Piſanis contradicentibus:bellum magnū habuerunt obſidentes eam. fo.cxxv.

Piſani autem ipſi non valentes reſiſtere/ciuitatem ipſam tradiderunt Ladiſlao regi Appulie. Quod quū recuſaſſet:regi Francie/⁊ duci Burgundie ſe tradiderunt: qui Florentinis ſcripſit vt ab armis diſcederēt:quū ſua ciuitas eſſet. Qui rationib⁹ ⁊ ſuaſionib⁹ regem quietauerūt: p̄uiſumq; eſt ne victualia in vrbē deferrentur. fo.eodē.

Joānes igitur Gambacurta principalior ciuitatis/videns non poſſe reſiſti:et fame vrbem periclitari:occulte ciuitatē tradidit Florentinis:recipiens pro hoc quinquaginta milia florenorum/⁊ quoddam oppidum. Traditaq; eſt ciuitas Gino de caponibus ad hoc deſtinato authoritate omnium magiſtratuū/Florentie facta ſubdita/⁊ magna prouiſione victualium. fo.eo.⁊ ſeq.

Franciſcus dominus Patauinus dominium Verone dolo ſe abſtulit:propter quod Veneti indignati/bellum mouerunt contra ipſum:poſt dura prelia/demum preualuerunt Veneti:⁊ pre fame Patauini ſe dediderunt Venetis ⁊ dn̄s Patauinus cū filio eius preſentantes ſe Venetis veneficio eorum perierunt. fo.cxxvi.

Quintum capitulum de creatione Gregorij.xij. et alijs geſtis in diuerſis partibus:⁊ īcipit. Anno domini Milleſimo ⁊c. In p̄mo agitur de creatione eius qui erat Venetus:⁊ iā ſeptuagenarius:nōie Angelus:qui elect⁹ iurauit ⁊ voluit oīa facere ſibi poſſibilia ad vnionē eccl'ie ſibi preſtandam. Quod omnes audientes lōge lateq; edificauit:⁊ ad idē exhortandū a Florentinis miſſus fuit frater Joānes dominici:⁊ poſtea quatuor ſolennes oratores. Ad idem ipſe Gregorius efficiendū per literas ⁊ oratores exhortatus eſt Benedictum antipapā ⁊ conuenientes de loco ſcilicet Sauone hui⁹ rei efficiende/Gregorius e Roma profectus eſt Senas ⁊ deinde Lucam ⁊ Benedictus Genuam. fo.cxxvi.

Quum autem notificatione facta Gregorius cognouiſſet/paratas ſibi inſidias a Benedicto Sauone:illuc accedere recuſauit:⁊ et de alio loco conuenire non valentes:reuerſus eſt vnuſquiſq; ad propria vnde receſſerāt. Poſt quod cardinales a Gregorio receſſerunt:⁊ cardinales Benedicti ab eo tractantes de cōcilio faciendo Piſis:ad quod omnes conuocauerunt. fo.eo.⁊ ſeq.

Interea Gregorius concilium generale ſtatuit celebrandum in Foro Julij:quo ſe contulit cum ſuis:ſed paucis:⁊ et inſidias ſibi paratas ad capiendum in reuerſione in habitu transformato euaſit. Cōgregati autem Piſis cardinales ⁊ alij prelati depoſitis Gregorio et Benedicto/creauerunt in papam Petrum de Candia cardinalem Mediolaneſ.ordinis minorum:quem vocauerunt Alexandrum quintum. fo.cxxvij.

Paulus vrſinus magnus capitaneus armigerorum ingrediens arte ſubtiliter Tuſconellam/proditorie dominium vſurpans/predatus eſt eam. Rex Ladiſlaus poſt multa prelia geſta cum duciſſa Tarentina contrahens cū ea matrimonium:Tarentum accepit:ipſe rex Ladiſlaus queſiuit per Joannem Columnenſem cū ſuis dominium Rome vſurpare:⁊ ſed reſiſtente Paulo Urſino cum ſuis obtinere non valuit. Comes Franciſcus de Caſalī Cortonij dominans interfectus eſt proditorie a p̄fobrino eius. folio eodem.

Rex Ladiſlaus Romā cepit:⁊ exinde contra Senas pergit ⁊ quū Florentini pro eis rogarent:⁊ cōqueritur rex cōtra

eos

eos de quatuor: ad que reſpondent ratiõabiliter: nihilominus rex diſcurrit hoſtiliter per territoriũ Senẽſe: & deinde proficiſcitur Aretiũ: & capit Cortoniũ. fo.eod. & ſeq.

Ludouicus dux Andegauie ligam fecit cũ Florẽtinis/ Senenſibus/ & legato contra Ladiſlaum. Ab Alexandro piſis conceſſum eſt regnum Appulie Ludouico. Procedit liga contra Ladiſlaum: et tractatu in vrbe confecto/ expulſis gentibus Ladiſlai capitur Roma pro Alexandro. Qui poſtea veneno (vt dicitur) Bononie interijt. fo.cxxviij. & ſeq.

Gabriel Maria (de quo ſupra) decapitatur propter proditionem Genue. Othobon tertius interficitur: Buccialdus gubernator Genue expellitur a Ladiſlao. Liburnũ venditur Venetis florenis centum milibus: & Longobardia per tyrannos conquaſſatur. fo.eod.

Sextũ capitulũ de Joãne. xxiij. & de cõcilio Conſtantienſi: incipit: Defuncto Alexandro quinto &c. In primo habetur de electione eius qui Baltasar Coſſa nominabatur: diaconus cardinalis. Qui poſt creationẽ ſuã Bononie per annũ fere conuerſatus/ Romam perrexit: & copie lige in Campania Ladiſlaum ſuperarunt. Qui facta pace cum Joanne papa: poſtea expulit eum de vrbe: vnde Florentiam inde Bononiam acceſſit fo.eodem.

Sigiſmũdus factus imperator defuncto iam Roberto Bauaro: ſolicitat Joãnem papam: cui obedientiam dederat de concilio faciendo p vnione. Et eligitur pro loco concilij ciuitas Cõſtantienſis: aſſentientibus ad hoc legatis pape. Cortoniũ Ladiſlaus rex Florentinis vẽdidit. Qui poſtmodũ diem clauſit extremũ. Cui ſuccedit in regno Joanna ſecunda germana eius. fo.cxxix.

Accedit Joannes Conſtantiã cum cardinalibus ſuis quo etiam tendunt cardinales Gregorij et Benedicti. Oriri cepit aliqualis diſcordia inter Joannem & imperatorem. Fugit occulte Joannes de concilio. captus reducitur et priuatur papatu. Gregorius renunciat ſponte: & Benedictus obſtinatus deponitur. fo.c. ad fi. & ſeq.

In ipſo concilio damnatur Joannes Huſius hereſiarcha et cõburitur: & Hieronymus ſectator eius: voces aſtionuz addite in electione pape. fo.eodem.

Conſtitutiones alique in concilio Conſtantienſi edite. folio.cxlvij.

Septimũ capitulum de Martino quinto papa: et de alijs euentibus illius temporis: et incipit. Martinus igitur/ natione Romanus &c. In cuius principio narratur de electiõe eius: q̃ prius vocabatur Otho ex familia Columnẽſium papa. vnicus hic mittit Jannem dominici legatum ad Bohemos: qui Bude moritur. Eugenius antipapa ſucceſſor Benedicti mortui renunciat omni iuri ſuo. Martinus Florentiam venit biennio moratus. Carolus Malateſta pugnãs cũ Braccio Peruſino ſuperatur cum ſuis et capitur. folio cxxx. & ſeq.

Balthaſar qui & olim Joannes. xxiij. Florentie renuntiat papatui coram Martino: et fit cardinalis. Indignatur Martinus propter cantilenam factam contra eum Florentie: excuſat eos Leonardus Aretinus. fo.eod.

Martinus ad vrbem pergit: creat plurimos cardinales: et inter alios Nicolaum Cartuſienſẽ. fo.eod.

Braccius Peruſinus perſequitur eccleſiam. Nicolaus Trincius dominus Fulginei cum germano propter adulterium occiditur. Sforzia cum Braccio pugnans in flumine ſubmergitur. Tartaglia propter proditionem decapitatur. Braccius ipſe inimicus eccleſie obſidens Aquilaz occiditur. fo.cxxxi. & ſequẽ.

Joanna ſecunda regina Appulie matrimoniũ cõtrahit cũ Jacobo comite Marchie: & paulopoſt repudiat maritũ & expellit: exinde timẽs Alphonſum regẽ Aragonũ in adiutoriũ vocat adoptans in filiũ. Diſcordie oriuntur inter reginã & Alphonſum. Qui Alphonſus parata claſſe capit Neapolim & prede exponit. Regina fugiens Alphonſum regno priuat: & vocat Andegauenſis ducis Ludouici primogenitũ adoptans in filium. fo.eo.

Magnus ſeneſcallus regine: qui reginã gubernabat in nuptijs filij nocte proditorie occiditur. Moritur primogenitus filius adoptiuus factus a regina: qui tunc Calabrie morabatur: & regina ipſa Joanna diem clauſit extremũ. Vocatur Renatus alter filius Ludouici a proceribus regni ad capiendũ regnũ: qui & captiuus tenebatur a duce Burgundie: ideo cito venire non potuit. fo.eod.

De ſocietate mulierum tertij ordinis predicatorum procurata per fratrem Manfredum circa numerum quingentarum. fo.eo.cũ prin.ſeq.

Octauum capitulũ de Philippo Maria duce Mediolani: et prelijs eius cum Florentinis: et incipit. Diuturnam Florentini populi pacem &c. In cuius primo Philippus mittit oratores ad Florẽtinos pro pace: in concilio ſuper hoc ciues diuerſa ſuadent: & ſibi contraria & rationes eorum. Demum concluditur pro pace. fo.eod.

Florentini a Genuẽſibus emunt Liburnum. Dux Mediolanẽſis prefatus paci iniit cum legato Bononienſi. Altercatio pro ciuitate Forliuij. Conqueruntur Florentini cõtra ducem de federe non ſeruato. Excuſat ſe dux: qui tamen capit Forliuium. fo.cxxxij.

Conqueruntur Florentini de pace facta a duce: quod dux negat. Querelam exponũt Florẽtini de hoc apud Martinum: excuſat ſe Martinus huic nõ poſſe vacare. Mittũt oratores ad ducẽ pro cõcordia: qui noluit audire: ex eo q2 veniebant a loco peſtis. Oratio Barptolemei in concilio cõcludens preliũ contra ducẽ ſumendũ. fo.eod.

Marchio Ferrarienſis de pace tractat. Imola a duce capitur. Supplicant Florentini pape vt obuiet his: qui ſe excuſat ſuper hoc. Sex milia equitum cõducuntur a Florentinis: quibus preficitur Carolus Malateſta cardinalis. fo.eod.

Carolus Forliuium obſidet: qui cum ſuis ſuperatur a gentibus ducis et capitur. Florentini exercitum reparant: & iterum profligantur. Et Nicolaus Piccininus: qui p eis erat capitur. fo.cxxxiij.

Obiecrant Florentini Martinum/ vt prouideat: qui ſe ſuper hoc excuſat. Suadent Florentini Venetis de liga cũ eis. Bernardinus de Chorda dux exercitus Florentinorum debellatur. fo.eo.

Nicolaus Piccininus deficit a Florentinis. Inde pericula magna Florẽtinis imminebant. Petũt Florẽtini a Martino vt procuret pacem. Dñs Laurentius de Ridolphis orator ad Venetos ſuadet ligam cum eis contra ducem quod & obtinuit. fo.eo.in fi. & ſequẽ.

Dux Carminiola recedens a Mediolanẽſi. ſuadebat Venetos bellum inire contra ducem. Colligatis autem Venetis cum Florentinis contra ducem Nicolaus Tolentinus fit dux exercitus Florentinorum: et Carminiola Venetorum. fo.cxxxiiij.

Obſidetur Brixia a Carminiola: et tandem capitur. Dominus Luce filium mittit in auxilium ducis: & Florentini recuperant caſtra amiſſa. fo.eod.

Mittitur a Martino papa cardinalis ſancte crucis ad componendã pacẽ. Conſentiũt partes: ſed duce non ſeruante federa pacis preparantur ad bellũ. fo.eo.in fi. & ſeq.

Bello nauali preparato in Pado/ claſſis Venetorũ ſuperat claſſem ducis. Carminiola Cremonam querit obſidere: dux accedit ad eam ad animandum ſuos. fo.cxxxv.

Frãciſcus Sforzia inſequitur copias Carminiole ſz nihil pficit. Superantur copie ducis a Carminiola: q̃ neglexit pſequi victoriã: mittitur ſcdo cardinalis ſctẽ crucis ad ppondũ pacẽ: quã efficit cũ certis capitulis. fo.c.cũ prin. ſeq.

Nonũ capitulũ de bello Florentinorum cõtra Lucenſes. incipit. Ambigebat nemo &c. In cuius principio dr/ q Nicolaus Fortebrachius Lucaz impugnat. In concilio Florentie tractatur de bello ſumendo contra Lucam. Et Rainaldus Albicius perorans hortatur ad bellum ſuſcipiendũ: rõnes aſſignãs & facilitatẽ & vtilitatem huius. fo.cxxxv.

E contra Nicolaus Auzanus perorat cõtrarium/ oſtendens difficultatem bellice rei & iniuſtitiam belli: vnde cõcluſit ceſſandum eſſe. fo.eod.

Determinatur q ſuſcipiatur bellũ cõtra Lucã. In quo fit capitaneus Bernardinus Vbaldinus. Dñs Luce inuocat Senẽſes in adiutoriũ. Senenſes Florentinos orant vt deſiſtãt. Reſpõdent ſe iuſte moueri. fo.cxxxvi.ad fi. & ſeq.

Mittit dñs Luce ad papam/ ad Venetos/ ad ducem querelã exponẽdo ſup eo. Copie Florẽtinorũ obſidẽt Lucam: q̃ viriliter repugnat. Querunt Florentini Lucã ſubmergere aquis ſed ecõtra Florẽtinis pernocuit. Mittitur a duce occulte Franciſcus Sforzia. fo.eod.

Franciſcus Sforzia profligans Florentinos: liberat Lucaz ab obſidione. Dominus Luce ſuſpectus de conuentione cum Florentinis capitur cum filio: & mittitur ad ducem. Franciſcus recipit octoginta milia florenorũ vt nõ iuuet Lucanos. fo.eodem.

Genuenſes adiuuant Lucenſes contra Florentinos. Conqueruntur Veneti de duce: q iuuaret Lucenſes: qđ ipſe negat. fo.cxxxvij.

Penuria erat in caſtris Florentinorum: & eorum copijs ſuperatis a Piccinino capitaneus Florentinorũ capitur: &

obſidio Luce diſſoluitur. fo.eo.
Veneti Geneñſes admonent vt ſe non intromittant in bello Luce. Qui reſpondēt ad rem ſuā hoc ſpectare. Conatur dux Franciſcū trahere ad ſtipēdiū ſuū pmittēdo filiā in vxorē interea Martinus papa moritur. fo.eod.
Renouatur bellum inter Mediolanenſes et Florentinos ac Venetos cum eis colligatis. Proditio procurata per Carminiolam detecta. Alia proditio duplex cōtra copias Carminiole: proditio contra Piſas detecta: proditio cōtra Aretium detecta. fo.cxxxviij.
Preparatur claſſis a Venetis in Pado. Micheletus profligat exercitum Geneñ. Veneti in bello nauali ſuperantur a Mediolaneñ. in quo Carminiola noluit adiuuare Venetos. fo.eod.
Aliud bellum nauale in quo Genueñſes deuicti ſunt a Venetis ⁊ Florentinis. fo.clvſ.⁊ ſeq.
Carminiola a Venetis captus vt pditor decapitat̄. Nicolaus Tolētinus ⁊ Micheletꝰ ſuperāt copias Mediolaneñſiū. Sigiſmūdus imperator intrat Tuſciā: ⁊ fit rixa inter gentes imperatoris ⁊ Micheletū. fo.eo.
Decimū capitulum de Eugenio papa. iiij. et aliis euentibus illius tpis: ⁊ incipit hiſtoriā belli inchoati ⁊c. In primo agitur de creatione ipſius: q̄ dicebat̄ Gabriel/natiōe Venetus: et cardinalis Seneñſis: ⁊ moribus eius. Columnenſes cōtra eum inſurgūt. Quidam religioſus tractās de morte pape depoſitus ſuſpenditur. fo.cxxxviij.
Sigiſmundus imperator coronatur Rome ab Eugenio. De corona ⁊ nomine imperatorū. De conditionibus Sigiſmūdi ⁊ virtutibus. Cui decedenti ſucceſſit Albertus dux Auſtrie. fo.cxxxix.
Cardinales plures recedūt ab Eugenio pergentes Baſileā cōtra eum: vbi erat conciliū generale aſſignatum. Fugit de Roma Eugenius clam in habitu monachali ne capiatur. Florentiam venit. Nicolaus Tolentinus captus a gentibus ducis moritur. fo.eodem.
Diuiſio inter ciues Florentie: in qua conſpiratur contra Coſmam: qui Venetias relegatur ſed intra annum facta ſeditione ⁊ parlamento reuocatur Coſmas ad ciuitatē: ⁊ multi relegantur. fo.eodem.
Concilium Baſilee Eugenius diſſoluit recedētibus inde multis cardinalibus. Remanētes nihilominus pcedunt contra eum: ⁊ eo depoſito eligunt in antipapā ducē Sabaudie: qui prius factus fuerat eremita: excōmunicatur cum ſuis ab Eugenio. fo.eo.
Tractatus ad capiendū Eugeniū detectus Florentie. Hic multos creat cardinales: ⁊ monaſteria multa monialium inhoneſta extinguit: ⁊ eccleſiā ſancti Marci fratribꝰ predicatoribus concedit. fo.cxl.
De conſecratione cathedralis eccl'ie Florentie p Eugenium ⁊ augmentatione cultus eccleſie. fo.eod.
Pax fit inter eccleſiā/Philippum Mediolaneñ. ⁊ ligam. Antonius Bentiuoglis Bononie decapitatur. Baldaſſar de Offida querens capere Franciſcum Sforziam/capitur ab eo ⁊ occiditur. fol.eod.
Luca iterum obſidetur a Florentinis. fol.eo.
Vndecimum capitulū de reductione Grecorum ad fidem ⁊ aliis euētibus. incipit. Quum Eugeniꝰ ⁊c. In cuius initio agitur de Grecis venientibus Ferrariā: vbi aſſignatū fuit conciliū generale: quod propter peſtem fuit Florentiam tranſlatum: ⁊ diſcuſſione facta ſolenni in preſentia Eugenij ⁊ imperatoris Grecorum ⁊ aliorum curialium conuicti Greci reuertuntur ad veritatem fidei. fo.cxlſ.
Definitio ſm veritatē fidei: ⁊ cōfeſſio publice facta in cōcilio cōtra errores Grecoꝝ: qui ibi exprimuntur. fo.eo.
Quum renatus dux Andegauie vocatur ad capiendum regnum Appulie: retardat aduentum: quia captus tenebatur. Rex Aragonum Alphonſus obſedit Caietam: ſed Genuenſes bello nauali contra eum procedentes ſuperant ⁊ capiunt regem: qui captus ducitur ad ducem Mediolani: ſed cito relaxatus reuertitur in regnum: ⁊ bella gerens cum Renato: poſtq̄ Neapolim aduenerat: preualet. rex Aragonum cepit Neapolim: ⁊ Renatus ad propria reuertitur. fo.eod.
Franciſcus obſidet Lucam pro Florentinis: ⁊ inde pergit Regium pro Venetis: qui tamē ſtipendia denegarunt reuerſo ad obſidionem Luce. fo.eod.et ſeq.
Franciſcus confederatur cum duce ſine ſcitu Florentinorum. liberantur Lucenſes ab obſidione: ⁊ cum Florentinis pacem faciunt. Piccininus vſurpat Rauennā/Imolam/Foroliuium/et Bononiam: et Mantuanus relictis Venetis duci adheret. fo.cxlij.
Claſſem magnā parant Veneti contra ducē. clxiiij. nauium Pugnatur contra Brixiā: ⁊ obſeſſa reſiſtit. fo.cixſ.cū ſe.
Peſte ſuperueniēte Brixienſes hoſtibus reſiſtunt cū feminis eorū: qui tedio victi ſoluunt obſidionē. fo.eo.
Veneti timentes a duce ſuperari: qui prius diſſoluerant ligam a Florentinis: iterum colligantur cum eis et Franciſcus Sforzia recedēs a Mediolaneñ. fuit dux belli. In quo liga hoſtes ſuperat. Pugnatur acriter a Nicolao et Franciſco cum ſuis. Naues hoſtium capit: qui poſtea ſuperatus de prope captus eſt. fo.eodem.
Verona pditone capit̄ a Piccinino: ⁊ ſʒ capta ſubito recuperatur a Frāciſco: ⁊ claſſis Veneto ꝛ reſtaurat̄. fo.cxliij.
De domino Iohāne Cornetano cardinale: ⁊ legato/poſtq̄ magna fecerat pro eccleſia multos tyrannos inimicos eius exterminans: demum capitur apud caſtrū ſancti angeli Rome: ⁊ incarceratus obijt. Cauſa autē captionis eius varia opinatur. fo.eod.
Piccininus intrat Mugellum cum exulibus Florentinis Rainaldo Albitio ⁊ aliis: ppter q̄ piculū multiplex imminebat Florentie: vbi curia erat propter defectum gentis armorum ⁊ penuriam victualium. Ludouicus archiepiſcopus Florentie fit dux exercitus Florentinorum et eccleſie profectus contra hoſtes. fo.eod.
Comes Puppij adheret hoſtibus iuuans Piccininum et exules Florentinorū. Franciſcus in Longobardia multa caſtella capit pro Venetis: et Nicolaus Piccininꝰ vocatur in Longobardiam. fo.cxliiij.
Bellum geritur circa Anglare caſtrum in Ludouicum archiepiſcopum ⁊ Piccininū cum exercitibus eorum: profligatur Piccininus et ſuperatur cum ſuis et fugit: multiq̄ capiuntur ex hoſtibus. Capitur Puppiū expulſo comite eius. fo.eod.
In longobardia bellū proſpere agit̄. Piccininus exercitum reparat. Franciſcus Brixiam pergit ad tollendum falſos rumores de morte eius. fo.eod.
Rex Aragonū abſtulit Franciſco ciuitates ⁊ caſtra: quas habebat in regno. Procedit Franciſcus in bellum ꝯtra Piccininum: qui pugnam detractat. fo.eod.
Franciſcus ⁊ Piccininus quum facta eſſet magna preparatio ab vtroq̄ in prelio: loquuntur ad inuicem: tractant de pace: compromittunt partes in Franciſcum: qui dat ſententiam et laudem: mentione de eccleſia non facta et indebite. fo.eo.⁊ ſeq.
Quod Bononia capitur a Piccinino: ſed Annibal eam rebellare facit. Seditio in ciuitate ipſa: ⁊ in quo Annibale occiſo proditorie: pars aduerſa expulſa eſt. Baptiſta de Canero occiſo redit Bononiā ad eccleſie dominium. Excommunicatur Franciſcus propter terras eccleſie ſublatas. fo.cxlv.
Eugenius e Florentia recedēs/Romā ingreditur. Agnolectus Cardinalis miſerabiliter a familiari ſuo occiditur: ⁊ Eugenius papa oratores mittit in Alemanniā ad imperatorem: ſcʒ Thomā epiſcopum Bononienſem et Iohannem hiſpanum: ⁊ quorū perſuaſione imperator ⁊ alij ad vrbem accedentes obedientiā pape obtulerunt. Et prefati duo effecti ſunt cardinales. Tunc ex hac luce ſubtracti ſunt Eugenius papa/Nicolaus Piccininus/⁊ Philippꝰ dux Mediolani. fo.eod.
Duodecimū capitulum de Nicolao papa. v. et aliis euentibꝰ. incipit: Anno dñi. M.cccc.xlvij. ⁊c. In primo agit̄ de creatiōe eius: qui prius Thomas vocabat̄: ⁊ operibꝰ eius. Cuiꝰ tpe antipapa vocatus Felix: ⁊ cui ſola Sabaudia obediebat: ⁊ ſpōte renunciat oī iuri ſuo: ⁊ p Nicolaū fit cardinalis. Frāciſcꝰ Sforzia dimittit Marchiā ⁊ recōciliatur eccleſie. fol.cxlv.
Rex Aragonū intrans Tuſciā querit Senas ingredi: ſed nō pmittit̄: q̄ ⁊ bellū mouet Florētinis iniuſte: ſed viriliter reſiſtunt. Impugnat Plumbinū: ſed non obtinet. In prelio nauali rex ab eis ſuperat̄: ⁊ reuerſus Neapolim ſine honore/pacē cōponit cū Florētinis. fo.cxlvſ.
Franciſcus Sforzia Capitaneus Mediolaū. defuncto duce capit Placentiam: ⁊ eū conducūt Veneti ad ſtipendium ſuum: quē poſtea ſuſpectū habentes: ſocietatē faciunt cū Mediolaū. cōtra Franciſcū: ⁊ demū Mediolanēſes fame deuicti/ſe ſubdunt Franciſco. fo.eod.
De peſte multiplici ciuitatē Florentiā inuadente. De iubileo quinquageſimi anni ſub Nicolao papa: ⁊ quo beatus Bernardinꝰ canonizat̄: ⁊ Fredericꝰ. iij. ab ipſo Rome imperio coronat̄: ⁊ ſponſa poſt eū miſſa de partibꝰ ſuis nuptie eorum Neapoli celebrantur. fo.eod.
Veneti egre ferentes Franciſcum Mediolanum accepiſſe ſocietatem faciunt cum rege contra Franciſcum ducem factum ⁊ contra Florentinos eum iuuantes. Mittit rex
Aragonum

Aragonum filium ſuum Ferdinandum (illegitimum tamen) contra terras Florētinorum: et rex Francie inuocatus mittit ducem Andegauie cum multis in adiutorium ducis et Florentinorum. fo.cxlvij.
Florentini recuperauerunt que amiſerant: et Franciſcus cum adiutorio ducis Andegauie plura in Lombardia acquiſiuit. fo.eo.
Quum laboraſſet Nicolaus papa componere pacem inter partes congregatis oratoribus omnium in vrbe nec valuiſſet: demum feſſi oēs et pene expenſis conſumpti/inter ſe eam perfecerunt cum certis pactis. Communitas Florentina licentiam obtinuit a papa imponendi clero territorij ſui triginta milia florenorum in tribus annis: et cui addiderunt et decem milia. fo.eo.
Decimumtertium capitulum de Grecia: et incipit. Anno domini Milleſimo etc. In primo ponit de captiōe ciuitatis Conſtantinopolitane a Turcis: et de poteſtate pape: que ſemper conati fuerant deprimere. fo.cxlvij.
De .xij. diuiſionibus Grecorū/quib⁹ diuerſis tēporibus diuiſi ſunt a Latinis: de quib⁹ agitur primo .§. et .xij. ſequētibus: et que habentur. fo.eo. et ſeq.
Narrat modum quomodo capta fuit ciuitas Conſtantinopolitana: et de crudelitate Turcorum: et ſacrilegijs perpetratis in ſancta. fo.cl. et ſeq.
Decimumquartū capitulū de Caliſto .iij. papa: et alijs euentibus illius tpis: cuius principiū eſt. Anno dn̄i M.cccclv. etc. Et p͛io habet de creatione eius: qui prius vocabatur Alphōſus octogenarius et vltra. Hic in principio ſue creationis votum emiſit publicum pro poſſe ſuo reprimere conatus Turcorum: et ciuitates vſurpatas de faucibu s eorū eruere. Canonizauit beatū Uincentiū ordinis predicatorū. Impoſuit decimā oī clero. Predicari fecit cruciatā: vt ex pecunijs collectis poſſet fieri expeditio contra Turcū. Cardinalem miſit in Franciā: aliū in Ungariā: aliū cū claſſe verſus Rhodum: ordinauit et proceſſiones et multa alia pia et pro victoria habenda cōtra turcos. Inſtituit feſtum trāſfigurationis plures fecit cardinales. fo.clxxxi ſi. et ſe.
Uictoria per Ungaros contra Turcos. fo.cli.
De terremotibus et cauſis ipſorum. fo.eo.
Quanta damna fecerint terremotus in Appulia: et in quot terris: et cum quanta quaſſatione edificiorum: et morte hominum. fo.clij.
Decimūquintū caplm de cometis vnde cauſentur incipit. M.cccclvi. etc. In primo improbant opiniones multorū de cometis. fo.eo.
De numero cometarum: et q non ſunt cauſa: ſed ſignum mortis vel belli. fo.eo.
De bello contra Senenſes per Jacobū Piccininū: defectus ſegetum in territorio Florentino propter inundationem aquarum: depoſitio ducis Uenetorum. fo.eo.
Decimumſextum caplm de euentibus et nouitatibus ſub Caliſto in diuerſis mundi partibus: et incipit. Quum in ſuperioribus etc. In primo de oratoribus Florētinorū obediētiā et reuerētiā facientibus pape: vn⁹ lepidiſſime perorās. fo.cliij. et ſeq.
De obitu Joannis Uayuode ac ſucceſſione filiorū. Decime collecte a rege Francie ſeruantur. Genue miſerum nefas in peſtiferos perpetratum. Mortuo Alphonſo regnum Appulie Ferdinandus illegitimus filius ſuſcepit. Caliſtus papa et cardinalis Firmanus ex hac luce ſubtracti ſunt. fo.eo.
Decimumſeptimum capitulum de Pio ſecundo papa: cuius initiū eſt. Caliſto igitur tertio etc. Et in primo de electione eius: qui prius Eneas vocabatur: et cardinalis Senenſis et de eloquētia eius. Conuentum Mantuanum contra Turcos habuit: regem Ferdinandum in regno Appulie ſtabiliuit: et pacē Italie procurauit. fo.clv. cū prin. ſequētis.
Oratio congratulatoria habita per Florentinū ad Pium in qua pia eius opera recenſentur. fo.eo. cū ſequenti.

Vigeſimuſtertius titulus

de ordinibus mendicantibus ac initijs eorum: et primo de predicatorum inſtitutione per eorum patriarcham Dominicum: de priuilegijs ac ſanctis eiuſdem: videlicet beato Petro martyre Longobardo inquiſitore hereticorū: beato Thoma de Aquino doctore copioſiſſimo: et ſancto Uincentio Ualentino magiſtro theologie predicatore ſummo: et ceteris fratribus religioſe cōuerſationis: de generalib⁹ ordinis et de conuentibus prouinciarum: ac eorum geſtis in plerisq; locis: et incipit. In hoc mari magno etc. In cuius primo capitulo oſtenditur cauſa originis mendicantium: et qui primi patres extiterunt. fo.clvi.

De etymologizatione nominis Dn̄ici: et ſimilatione quadā ad chriſtum per omnia opera a chriſto in vita perpetrata in tribus .§. ſeq. fo.eo. cū ſeq.
Secundum capitulū de magnitudine ac preconijs beati Dn̄ici: et incipit: Hic magnus: et oſtēditur in toto capitulo/quō magnus vocabitur in regno celorum in virtutum excellentia: gratiarum affluentia: et ſcientiarum peritia. fo.clvij. et .clviij.
Tertium caplm de ſingulari affectione glorioſe virginis Marie ad ordinē predicatorū: et incipit. Sciendū primo etc. Et primo de viſione Honorij pape tēpore cōfirmationis: atque aliorum deuotorum viſiones mirabiles. De cuſtodia et ꝓtectiōe fratrum ſub ſcapulari virginis intemerate. fo.clix.
Excuſat fratres virgo Maria propter ſuſpitionem iuuentutis. Plura ordo ſtatuit pro honore eius in gratiarum actionem et laudem per varios cantus pre ceteris ordinibus. fo.clix. cū prin. ſeq.
Quartum capitulum de vita ſancti Dominici: cui⁹ initium eſt. Beatus Dominicus. Et primo de ortu ei⁹: cui⁹ pater Felix: et mater Joāna in Hiſpania felicib⁹ ꝑmordijs eū fouebāt. f.clxxxi. cū ſe.
De eleemoſynarum largitione: et quomodo factus eſt canonicus regularis. fo.eod.
Inſtituit monaſteriū ancillarum chriſti: predicauit contra hereticos: martyrium non abhorrens. fo.eod.
De confirmatione ordinis per Innocentium ex viſione eccleſie cadentis: et diſperſione fratrum per orbem ad ꝓdicandum: et ordinatione officiorum. fo.clxi. cū prin. ſeq.
Reginaldus ordinem ſuſcepit: qui infirmatus a regina celi curatur. fo.eo.
In Hiſpania duas domos inſtituit: et de auſteritate vite eius/ac parſimonia cum oratione aſſidua. fo.clxxxiij.
De tentatione et aduerſitatibus eius a diabolo per varias ſpecies ac liberatione obſeſſorum. fo.eo. et ſeq.
De mortuis reſuſcitatis p ſanctū Dominicū. fo.clxij.
Spiritu prophetie claruit. fo.eo.
De alijs plerisq; miraculis in diuerſis generibus rerum. fo.eo. et ſeq.
De conſolatione egrotorum et tribulatorum. fo.clxiij.
De vnione monialium diſperſarū Rome ad monaſterium ſancti Xiſti per beatum Dominicum. fo.eo.
Qui enim appetit⁹ inſtituit: ipſe appetitibus alimẽta pre
parauit. Idem motus naturalis ꝓbat. Sicut enim impoſ-
ſibile eſt vt ꝑ ſe aliquid de nihilo fiat: ſic omnino impoſſi-
bile eſt vt per ſe aliquid augmentum ſuſcipiat: hoc eſt / qđ
ſibi dare

ſibi dare non poteſt initium:ſibiipſi dare non poteſt incre-
mentum. Quicquid enim creſcenti in augmentum venerit
preter id eſſe comprobatur quod per ſe prius ſolū ſine au-
gmēto fuit. Si ergo nihil creſcere poteſt niſi addatur ei qđ
prius non habuit:patet ꝙ nulla res creſcens per ſe incre-
mentum ſumit. Qui ergo creſcentibus dat incrementum:
ipſe exiſtentibus dedit initium. Idem motus localis pro-
bat. Quaſdā namq̄ creaturas perpetuo motu agitari cer-
nimus:quaſdā vero ſm tempus moueri videmus ⁊ alias
ſic:alias ſic. Et ita licet diſſimiliter res moueātur:nuſq̄ ta-
men ordo rerum confunditur. Unde non eſt dubium quin
interſit diſpoſitio preſidentis:q̄ vnus certa lege cūcta mo
deratur. Unus in quam:nam ſi diuerſa conſilia preſidēciū
eſſent:ipſi ſe foris curſus rerum abinuicem aliquando diui
derent:nunc autem omnia quum ſic concorditer ad vnum
finem currāt:profecto indicant quia vnus eſt fons ⁊ origo
vnde procedunt. Sed quia vnum diuerſis modis accipitꝰ
fas non eſt vt exiſtimemus creatorem rerum aut collectio-
ne diuerſorum:aut compoſitione partium:aut ſimilitudi-
ne plurium vnum eſſe:quum illud etiam quod in nobis ra
tionale eſt:horū oīm in ſemetipſo nihil poſſit inuenire. Ue
re autem vnū eſt:ꝙ eſſentialiter vnum eſt cui totū eſt vnū
eſſe:⁊ ſimplex eſſe quod eſt. Sed adhuc quedam res inue-
niuntur que vere vnum ſunt:⁊ tamen ſumme vnū nō ſunt:
ſicut anime que vnum ſunt eſſentialiter:ſed vnuȝ nō ſunt
Deꝰ nō mouetꝰ localiter. inuariabiliter. Quod autem vere ⁊ ſumme vnum eſt:eſſen
tialiter ⁊ inuariabiliter vnum eſt. Qđ autem deus mutari
non poſſit localiter neq̄ formaliter:ſic oſtendit Hugo. Tri
bus modis (ait) ſit omnis mutabilitas:loco/forma/ ⁊ tem
pore. Localem autem mutationē facile a deo remouemus
ſi eum vbiq̄ eſſe attendamus. Quod enī vbiq̄ eſt:de loco
ad locum mutari non poteſt. Deum autem vbiq̄ eſſe mul-
ta ſunt indicia. Primum ipſa anima noſtra:quam ⁊ ratio
ſimplicem eſſe eſſentiā non dubitat:⁊ ſenſus per omne qđ
viuificat corpus diffuſam eſſe probat. Quecūq̄ enim ani-
mati corporis pars leditur:vnus eſt animus vel ſpūs ad
quem ſenſus omnis doloris retorquetur:quod omnino nō
fieret:ſi vnus ⁊ idem vbiq̄ diffuſus non eſſet. Si ergo ra-
tionalis ſpūs hominis/quum ſit ſimplex/per omne qđ re-
git corpus diffunditur:dignum non eſt vt ille creator ſpūs
qui omnia regit ⁊ poſſidet:vno aliquo in loco coarctari ⁊
nō omnia potius implere credatur. Nam ⁊ ipſi rerum mo-
tus qui tam certo ⁊ tā rationabili vbiq̄ moderamine cur
runt:vitam intrinſecus mouentem eſſe oſtendunt. nec ta-
men vllo modo credendum eſt:ꝙ ſicut ſpiritus hominis cū
corpore quod ſenſificat:ita quoq̄ creator ille ſpiritus cum
corpore huius ſenſibilis mundi perſonaliter coniungatur
quia aliter mundū implet deus:aliter anima corpus. Ani-
ma implet corpus ⁊ cōtinetur:quia circunſcriptibilis eſt.
Deus implet mundum:ſed non includitur mundo/q̄ vbiq̄
preſens nuſq̄ comprehendi poteſt. Preterea quum diuine
virtutis effectus nuſq̄ deeſſe cernimus:cur eandem dei vir
tutem omnibus meſſe rebus dubitemus? Si autem dei vir
tus vbiq̄ eſt:quum alia non ſit dei virtus q̄ deus:conſtat
quia nuſq̄ deeſt deus. Neq̄ enim vt homo ad operandum
aliena virtute deus indiget. Qđ ſi quis forte querat quo-
modo diuina eſſentia q̄ ſimplex eſt/vbiq̄ eē poſſit:ſciat ꝙ
aliter ſpiritus ſimplex eſſe dicitꝰ:aliter corpus. Corpus enī
propter paruitatem ſimplex dicitur. quum autē ſpūs ſim-
plex dicitꝰ:nō paruitas ſed vnitas ſignificatur. Creator igi
tur ⁊ ſimplex eſt:q̄ vnus eſt:⁊ vbiq̄ eſt quia deꝰ eſt. Quia
igitur in omni loco ē:mutari localiter nō poteſt. Sed neq̄
formaliter mutari poteſt. Quicquid enī ſm formam muta
Deꝰ formaliter non mouetur. tur:vel ſm augmentum/vel ſm diminutionem/vel ſm alte
terationem mutatur:ſed horum omniū diuina natura nil
recipit. Non poteſt igitur creſcere qui in ſemetipſo ampliꝰ
nil recipere poteſt. Neq̄ minui poteſt. Quicq̄d enim ſeipſo
minus fieri poteſt:vere vnum non eſt:quia id qđ in ſepara
tione ſe diuidit:in coniūctione idem non fuit. Deus igitur
cui totum vnum eſt eſſe quod eſt:nullo modo ſeipſo minor
fieri poteſt. Neq̄ igitur ꝑfectio poteſt augeri:⁊ neq̄ vnitas
minui. Sed neq̄ ſm alterationem deus mutari poteſt. Nā
alteratio corporum fit in tranſmutatione partiū ⁊ viciſſitu
dine qualitatū:alteratio ſpirituum per cognitionem ⁊ af-
fectum. Secundū affectum mutantur ſpūs:vt nunc triſtes
nunc hilares. ſm cognitionem:vt nunc plus nūc minus ſa-
pientes. Duo vero ſunt precipue que affectū operātis mu-
tare ſolent. i. ſiue quia aliq̄d penitendū fecerit in preterito:
ſiue q̄ inordinatū ꝓponat de futuro. Sed ꝙ deus de facto
nō peniteat:ſatis euidenter oſtēdit immutabilis iſte curſus
omniū rerum. qui ſic lege perpetua prime inſtitutiōis mo
dum non deſerit. Qđ vero nil inordinatum proponat:ra-
tionabilis probat euētus:qui in toto nature corpore nuſq̄
ſibi contradicit. Semper igitur immutabilis eſt volūtas
dei:que nec mutat conſilium de preterito:nec propoſitum
de futuro:ſicq̄ cognitione immutabilis credendus eſt. Tri
bus enī modis mutabilitati ſubiacet humana cognitio:ꝑ
augmentū:per diminutionem:per viciſſitudinem. Per au-
gmētum:vt quando diſcimus quod neſcimus. Per diminu
tionem:vt quādo qđ ſcimus obliuiſcimur. Uiciſſitudo au
tem quadripertita eſt. in eſſentia:in forma:in loco:in tem
pore. In eſſentia viciſſitudinē parit humana cognitio:q̄ñ
nunc hoc nunc illud cogitamus:quia ſimul omnia noſtro
ſenſu comprehendere non poſſumus. In forma vt quando
idipſum nūc tale nūc vero tale attendimus:quia vtrūq̄ ſi-
mul nō valemꝰ. In loco:vt q̄ñ nūc huc nūc illuc cogitatio
nem ducimus:quia ſimul vbiq̄ cogitatione eſſe non vale-
mus. In tempore/vt quando nunc preterita nunc preſen
tia nunc futura conſideramus:quando nunc habitam co
gnitionem intermittimus:nūc intermiſſam iterum reaſſu
mimus. Quō viciſſitudinē poſſit accipere diuina ſapiētia:
que oīa ſimul ⁊ ſemel ſub vno viſionis radio comprehen-
dit. Simul:q̄ omnē eſſentiā/oēm formā/oīa loca / oīa tem
pora. Semel:q̄ viſionē nec intermiſſam recipit:nec habitā
intermittit. ſed qđ ſemel ē ſemꝑ eſt. ⁊ qđ tot ū eſt:ſemper eſt.
Omnia videt:⁊ de oībus oīa videt:⁊ ſemper ⁊ vbiq̄ videt.
Quēadmodū ſi totū corpus tuū oculus eſſet:nec aliud ti-
bi eſſe ⁊ aliud videre eſſet:quocūq̄ res ſe verteret:preſens
tibi non eſſe non poſſet. ⁊ ſub vnius viſionis ictu immobi-
lis permanens comprehenderes quicquid quaquauerſum
in reſpectu haberes. immo non niſi ante te cerneres q̄cq̄d
circūquaq̄ poſitum haberes. res tranſiret:⁊ viſio ſtaret. et
quocūq̄ ſe ſua mobilitate verteret ſtatim:ſtatim non niſi
preſens eſſet. Nunc autem q̄ ex parte vides:mutabiliter vi
des. ⁊ quum res videnti tranſit:aut videri deſinit:aut viſio
nem ſecum mutabiliter trahit. ꝙ ſi totus oculus eſſes:ſic
mutabiliter non videres. Quicq̄d igitur ex parte eſt:mu
tabile eſt:⁊ quicquid ex parte nō eſt:immutabile eſt. Deus
autem cui idem eſt eſſe/viuere/⁊ intelligere:quū per eſſen-
tiā ex parte nō ſit:nec per ſapiētiam ex parte eſſe poterit:ſꝫ
ſicut immutabilis eſt eius eſſentia:ita ⁊ eius ſapientia.

§II. Quod deus non propter

opera ſapientiā ſuam diligit. ſed ecōtrario. hoc ſic declarat
Hugo. Homies ſepe ſolent diligere ſcientiam ſuam propter
opus:nō opus propter ſcientiā:ſicut eſt ſcientia agricolan-
di:texendi/pingendi/⁊ hmōi:vbi prorſus peritia iudicatur
inutilis:niſi conſequatur in opere fructus vtilitatis. Abſit
autem vt credamus ꝙ deus ſapientiam ſuam propter ope
ra q̄ per illam fecit/diligat:quia potiꝰ deus oīa opera ſua
non niſi ꝑpter illā amat. Propterea dixit. Hic eſt filiꝰ meꝰ Mathei.iij. ⁊.xvij.
dilectus in quo mihi cōplacui. nō in celo:nō in terra:nō in
ſole ⁊ luna ⁊c. quia ⁊ iſta ſi ſuo modo placita ſunt:nō tamē
niſi in ipſo ⁊ per ipſum placere poſſunt. Tanto enim amo-
re in eo digna ſunt:quanto viciniꝰ ad eius ſimilitudinem
accedunt. Beatitudo enim nuſq̄ rectius q̄ in ſummo bono
collocatur. Deus igitur ſolus ⁊ proprie ⁊ principaliter bea
tus eſt. Beatus autem quomodo eſſe poteſt:cui idipſuȝ nō
placet qđ eſt? Si igitꝰ pater ⁊ filiꝰ ⁊ amor patris ⁊ filij vnuȝ
ſunt:⁊ vnus deus ſunt:quū in ſolo deo vera beatitudo ſit:
neceſſe eſt vt quiſq̄ amet ſeipſuȝ:⁊ ad inuicem quiſq̄ aliū.
Neq̄ enī beatitudo veraciter dici poſſet:immo potiꝰ ſum-
ma infelicitas foret:ſi per contrariā volūtatē ſe diuiderēt
⁊ per eandē naturam abinuicem ſeparari nō poſſent. Si-
cut igitur natura vnū ſunt pater ⁊ filius ⁊ amor patris ⁊ fi
lij:ita quoq̄ volūtate ⁊ amore vnū nō eſſe nō poſſunt:nec
aliud eſt qđ quiſq̄ amat in altero:q̄ quod quiſq̄ amat in
ſemetipſo:q̄ non eſt aliud quod quiſq̄ eſt /q̄ qđ alter eſt.
Quod pater diligit in filio:hoc idem diligit filius in ſeipſo
⁊ qđ amor patris diligit in filio:hoc idē diligit filiꝰ in ſeipſo
⁊c. Hic eſt (inquit) filiꝰ meꝰ dilectꝰ in q̄ mihi cōplacui. hoc
eſt/qđ mihi de me placet:i ipſo eſt:extra ipſuȝ nō eſt. q̄ qđ
ego ſum/ipſe eſt. q̄ enī aliud q̄ ipſe nō ſum:extra ipſuȝ mihi
placere nō poſſum. Qđ mihi placet in ipſo:⁊ ꝑ ipſum mihi
placet. Ipſe eſt enī ſapiētia per quā feci omnia. In ipſo eter
naliter diſpoſui quicq̄d tēporaliter feci. Et tāto ampliꝰ vnū
quodq̄ opꝰ meū diligo:quāto perfectiꝰ illud prime diſpoſi
tioni cōcordare video. Nolite putare ꝙ tantum ipſe ſit me
diator in reconſiliatione hoīm quia per ipſum etiā cōmen
dabilis ⁊ placita ſit aſpectui cōditio omniū creaturarum.
In ipſo examino cuncta opera mea que facio:⁊ non amore
nequeo:qđ intueor:ſimile eſt illi quē amo. Solꝰ ille me of
fendit:q̄ ab eius ſimilitudine recedit. Si ergo vultis mihi
placere:eſtote ei ſimiles:ipſum audite. Et ſi forte ab eius ſi
militudine male agēdo diſceſſiſtis:ipſuȝ imitādo redire. In
ipſo datur preceptum vt perſiſtatis:cōſilium vt redeatis.

§.III. Qualiter debet pficere

vita hominis ex contemplatione oſtendit Hugo ſic dicens.
Quid autẽ prodeſt nobis ſi in deo cognoſcamus maieſtatis
celſitudinẽ: ⁊ nullã in nobis inde colligim⁹ vtilitatẽ: Appa
reat ergo qđ ibi ſcim⁹: appareat quod ibi vidim⁹. ſi ibi vi
dimus potẽciã: apportem⁹ lucẽ diuini timoris: ſi ſapiẽtiã
apportemus lucẽ veritatis: ſi benignitatẽ: apportem⁹ lucẽ
dilectionis. Potẽtia torpẽtes ad timorem excitet: ſapiẽtia
ignorantie tenebris excecatos illuminet benignitas frigi
dos calore caritatis inflãmet. Tres quoq3 dies ſunt inuiſi
biles lucis: qb⁹ interi⁹ ſpũalis vite decurſus diſtinguitur.
prim⁹ timor: ſecũdus veritas: terti⁹ charitas. Prim⁹ dies
ſolẽ ſuũ habet potẽtiã: ſecũd⁹ ſapiẽtiã: terti⁹ benignitatẽ.
Potẽtia ad patrẽ: ſapiẽtia ad filiũ: benignitas ad ſpiritum
ſanctũ. Boni dies iſti: q̃ nũq3 trãſeũt. De illis pphetã ait. In
dieb⁹ meis inuocabo. Iſtis diebus hoſes impleri poſſunt:
vbi futuris interuenientibus preſentes nõ trãſeunt: vbi nu
merus quũ augetur: claritas multiplicatur. Primũ hoĩes
ſub pctõ conſtituti per legẽ increpati ſunt: ⁊ ceperũt deũ
timere iudicem/ q̃ cognouerũt iniquitatem. Ipſum ergo ti
mere hoc iam erat cognoſcere. Iam dies erat: ſed nondum
clar⁹: q2 peccati adhuc tenebris caligabat. Venit ḡ dies
veritatis: dies ſalutaris q̃ peccatũ deſtrueret: claritatẽ prio
ris diei illuminaret: ⁊ timorẽ non tolleret: ſed in melius cõ
mutaret. Sed necdũ cõpleta erat claritas donec adiungere
tur veritati charitas. nã ipſa veritas dicit. Quũ autẽ vene
rit ſpũs ille veritatis ⁊c. Ecce tres dies. ſcʒ: dies timoris q̃
manifeſtat malum: dies veritatis q̃ aufert malũ: dies cha
ritatis q̃ reſtituit bonũ. Nuntiate ergo de die in diẽ ſalutã
re eius. De his dicit Oſeas propheta. Viuificabit nos poſt
● ſee.vſ. duos dies: ⁊ in die tertia reſuſcitabit nos. Sicut ergo ipſe
vt noſtram in ſe ⁊ per ſe ſalutem operaretur: tres dies ha
bere voluit: ita nobis vt noſtrã in nobis per ipſum ſalutem
operemur: tres dies dedit. Ideo enim ſexto die mortu⁹ eſt: ⁊
ſeptimo die in ſepulchro iacuit: octauo die reſurrexit. ita ſi
mili modo primũ potẽtiã in die ſuo per timorẽ nos a car
nalibus deſiderijs foris occidat. deinde ſapiẽtia in die ſuo
int⁹ in abſcõdito cõtẽplatiõis ſepeliat. poſtremo benigni
tas in die ſuo per deſideriũ diuini amoris viuificatos exur
gere faciat. quia ſextus dies ad laborẽ/ ſeptim⁹ ad requiem:
octauus pertinet ad reſurrectionem.

§.IIII. De duplici amore ⁊ ſpũalibus mãſionib⁹ arce.

Idẽ Hugo ſic ait in lib. de arca Noe
Erat vnum ⁊ verum bonum hominis/ plena ⁊ perfecta co
gnitio ſui cõditoris ſed profectus a facie dñi factus eſt va
gus per inordinatam cõcupiſcentiam: profugus per pecca
tricem cõſcientiã. Cuius voci apte etiam illud ſubiũgitur.
Quiſquis me inuenerit: occidet me: q2 mentẽ diuino deſertã
auxilio quecũq3 tẽtatio impetierit: ſubuertit. Cor ergo ho
minis quod prius amori diuino affixum ſtabile perſtitit: ⁊
vnũ amando vnum permanſit: poſtq3 per terrena deſideria
defluere cepit: quaſi in tot diuiſum eſt quot ea ſunt que cõ
cupiſcit. Sicq3 fit vt mens que verum bonũ amare neſcit:
nũq3 valeat eſſe ſtabilis: q2 deſiderij ſui finẽ in ho que am
plectitur non inueniens/ dum ſemper deſiderio ſe extẽdit:
ſequens qđ conſequi non valet nũq3 requieſcit. Hui⁹ mun
di amor in principio dulcis eſſe videtur/ ſed finem amarum
habet. amor vero dei ab amaritudine incipit: ſ3 vltima ei⁹
dulcedine plena ſunt. Omnis nãq3 homo. i. carnalis primo
bonum vinum ponit: ſed ſponſus noſter poſtremo. Si deũ
amare cupimus/ primum eum agnoſcere ſatagamus. Tan
Arca ta eſt eñ ſpecies pulchritudinis eius: vt qui potuerit eum
Noemo videre/ non poſſit non diligere. Tres manſiones in arca ſi
raliter ſ gnant tres ordines fidelium qui ſunt in ſancta eccleſia dei
cerptaſ quorum primi vtuntur mundo (licite tamẽ) ſecundi fugiũt
⁊ obliuiſcũtur mundum. tertij iam obliti ſunt mundum: ⁊ et
ij ſunt propinqui deo. Qđ in ſuperioribus arca cõtrahitur: ⁊
in inferiorib⁹ dilatatur: hoc ſignat q3 in ſancta eccleſia ma
ior eſt numerus carnaliter viuentiũ q3 ſpiritualiter/ ita vt
ſemper quanto perfectiores tanto pauciores. In ſupremo
ad vnius cubiti menſurã arca contrahit/ q2 chriſtus caput
eccleſie ſue/ qui eſt ſanctuſſanctoꝝ/ per naturã conſimilem
inter hoĩes eſt/ ⁊ per virtutem ſingularem ſuper hoĩes eſt.
Secundũ illam ſententiã qua intrinſecus altitudinem ar
ce diſtinximus in quinq3 manſiones/ ee ſunt quinq3 ſtatus
tres preſentis vite/ ⁊ duo future. Primus eſt illorum hoĩm
qui dicũtur carnales. ſecũdus illorũ qui animales. tertius
ſpiritualiũ. quartus animarũ exutaꝝ a corpore. quintus ĩ
anima ⁊ corpore reſurgentiũ/ qui ſupremus eſt ⁊ cubito ſu
premo cõtinetur: quia tunc oĩm deſideriorũ noſtrorũ finem
ad vnum referimus. In hoc quodammodo rationalis ani
ma ſimilitudinẽ habet creatoris ſui quis ſicut in mente diui
na omniũ rerũ cauſe eternaliter ſine mutabilitate ⁊ diſtri
butiõe tẽporali/ ſubſtiterunt: ita etiã in mente noſtra/ pre
terita pſentia ⁊ futura per cognitionẽ ſimul ſubſiſtũt. ſi er
go per ſtudiũ meditationis aſſidue cor noſtrum inhabitare
reperimus/ iam quodãmodo tẽporales eſſe deſtitim⁹: ⁊ q̃ſi
mortui mũdo facti intus cũ deo viuim⁹. Habeam⁹ ergo re
ctas veſtes ⁊ caſtas cogitationes: q2 de tali materia fabri
cam⁹ arcã noſtraꝫ. Iſta ſunt ligna que in aquã miſſa natãt
in igne poſita ardẽt/ quia tales cogitatiões fluctus carna
liũ cogitationũ deorſum nõ ſmunt: ſed flãma charitatis
incẽdit. Poſtea bituminabis arcã tuã int⁹ ⁊ extra. Nulla
tenus eñ in ſecreto cõſciẽtie ſuauiter pauſare poteris: niſi
prius malos ⁊ extra p mãſuetudinẽ tolerare: ⁊ int⁹ di dice
rio p charitatẽ nõ odiſſe. Bitumẽ calide nature eſt: ⁊ naſci
tur de terra fulminata: ⁊ charitas oriĩ in aĩa diuini iudicij
timore. Arca diluuij cordis noſtri ſecretũ eſt/ in quo latere
debemus a ſtrepitu huius mundi: quia noſtre conditionis
infirmitas diu nos in ſilentio intime contẽplationis pau
ſare nõ patiĩ: niſi ab exteriori tumultu ſegregatos. Oſtium
ſignificat exitum per operationem/ feneſtra exitum qui fit
per cognitionem. Oſtium deorſum eſt/ feneſtra ſurſum: ⁊ q2
actiones ad corpus pertinent: cogitatiões ad animã. Hinc
eſt q3 p feneſtrã aues exierũt: p oſtiũ hoĩes ⁊ beſtie. Qđ aũt
p auẽ aĩa ſignificatur: ⁊ p hoĩem corpus: habemus in libro
Iob. vbi dicitur. Homo naſciĩ ad laborem: auis ad volatum
q̃ſi ſic nati ſumus in hac vita: vt ſi volumus animã p cõtẽ
platiõnẽ ſubleuare: neceſſe eſt corp⁹ p exercitia laboris at
terere. Qđ vero oſtiũ in latere poſitũ diciĩ: hoc ſignat qđ
nũq3 a ſecreto cordis noſtri per operationes exire debem⁹
ex propoſito intentionis: ſed ex accidenti occaſione neceſ
ſitatis.

§.V. De exitu actiõis et cogitationis

diligenter notat Hugo vbi. ſ. Actionum alie ſunt
carnales. i. q̃ ad vſum corporis pertinent. Alie ſpũales: que
pertinent ad inſtructionẽ mentis. Ad vtraſq3 boni et mali
exeunt. Quatuor modis exiuius per contẽplationem. Pri
mus modus eſt quando conſideramus omnẽ creaturã q̃d
ſit ex ſe: ⁊ inuenimus omnia vanitatẽ: quia omnis creatu
ra ſicut de nihilo ad eſſe venit: ita etiam quotidiana muta
tione indicat q3 quantũ in ſe eſt ad nihilum tendit. Secun
dus quando cõſideramus quid ſit ex dono creatoris: ⁊ cer
nimus in ea diuine rationis ſimilitudinem: quia ipſa que p
ſua conditione mutabilitati ſubiacent: dum hoc ex benefi
cio creatoris accipiunt/ vt nunq3 prorſus eſſe deſinãt: quo
dãmodo opus temporale eterni opificis imitatur ſtabilita
tem. Tertius quando conſideramus quomodo vtatur de⁹
miniſterio creaturarum ad ſua iudicia explẽda: ſiue p ſua
mia beneficia largiendo: ſiue pro merito noſtro ſupplicia
erogando. In hoc igiĩ genere contemplationis audimus
omnem creaturam tribus vocibus nobis loquentẽ. Prima
vox dicit. Accipe. ſecunda dicit: Fuge. tertia: Redde. Accipe
beneficium: redde debitum: fuge ſupplicium. Prima vox eſt
famulantis: ſecunda admonentis: tertia cõminantis. Vox
famulantis eſt celum. dicit eñ. Miniſtro tibi lucem in die
vt vigiles: tenebras in nocte vt pauſes. Ego ad oblectatio
nem tuam gratas temporũ viciſſitudines pario: tẽporẽ ve
ris feruorem eſtatis: algorem hyemis. Ego alternantibus
incremẽtis dierum ⁊ noctium ſpacia ſimiliĩ ratione diſſimi
liter extẽdo: vt ⁊ varietas tollat faſtidiũ: ⁊ tibi pariat oble
ctamentũ. Aer dicit. Vitalem tibi prebeo flatũ: ⁊ omne ge
nus auium ad tuũ mitto obſequiũ. Aqua dicit. Potum ti
bi prebeo/ ſordes purgo/ arentia rigo/ ⁊ diuerſa piſcium ge
nera ad eſum tuũ miniſtro. Terra dicit. Ego porto te/ ego
te nutrio/ pane conforto/ vino letifico/ omnis generis fru
ctu oblecto/ diuerſis alibus menſas tuas repleo. ¶ Vox
cõmouentis eſt mundus qui dicit: Vide homo quomodo Vox cõ
te amauit/ qui fecit me propter te/ te propter ſe/ ſeruio tibi monen
quia fact⁹ ſum propter te: vel vt tu ſeruias illi/ qui fecit me tis.
⁊ te: me propter te: te propter ſe. Si ſentis beneficium red
de debitum: accipe benignitatem: redde charitatem: hoc tri
buit ⁊ hoc exigit deus. ¶ Vox cõminantis eſt. Ignis dicit. Vox cõ
A me cõbureris Aqua dicit. In me ſubmergeris. Terra di minan
cit. A me abſorbeberis. Inferi nus dicit. A me deglutieris: q2 tis.
omnis creatura ſicut ex conditione ſua homini famulatur
ſic etiam peccatoribus pro malorum meritorum conſcien
tia cõminatur: vt in ſingulis creaturis perperi metuant q3
ſe meruiſſe cognoſcunt. ¶ Quartus modus eſt quando in
eis cogitamus nõ infirmitatis naturalis ſubſidium: ſed li Quar
bidinis oblectamentum. Hoc oculo Eua vidit lignum: ⁊ et tus mo
comedit. Qui hoc modo per cogitationem exeunt: ſimiles dus.
ſunt coruo qui non eſt reuerſus: quia dum foris quod ma

le delectat

le delectat inueniunt: ad arcam conſcientie redire nolunt. Reliqua vero tria contemplationū genera in exitu columbe figurata ſunt. que vacua exiuit: ſed vacua non rediit: q2 foris inuenit quod intus non habuit: nec tamen foris amauit quod intro detulit. Ramus oliue virentis bonum mentis affectum demonſtrat. quia ſepe ſancti viri quanto magis foris diuina opa aſpiciunt: tanto magis intus in amore conditoris vireſcunt. In primo ergo materia vanitatis inſpecta in nobis generat contemptū. In ſecundo ſimulachrū rationis laudem dei. In tertio inſtrumentum diſpenſationis timorem ⁊ amorem dei. In quarto cupiditas incētiuum libidinis. Hunc ergo exercitum caueamus ne egrediamur temere. Nemo de conſcientia ſua confidat. Dyna intus virgo: intus caſta: intus columba fuit. ſed quia columba fuit ſeducta non habens cor: egreſſa foris colorem pariter cum nomine mutauit. Que vi opprimitur: patet ꝙ non ideo exiit vt corrūpat: ſed quia temere exiit: pudicitie ſue dāna etiam inuita ſuſtinuit. Qđ autē ſubiūgitur ꝙ conglutinauit eam ſibi: hoc eſt cadauer inuenit: ⁊ amplius ad arcam redire noluit. Tres manſiones in arca ſignificant in arca intellectuali tria genera cogitationum: rectum / vtile / ⁊ neceſſarium. ſed inter has omnes pcipue vna eſt neceſſaria. i. charitas: que nos deo coniungit. ⁊ ideo in ſupremo arca ad vnum colligitur: vt iam vnum cogitemus: vnū expectemus: vnum deſideremus dn̄m Jeſum chriſtū. In prima ergo manſione eſt cognitio: in ſecunda opus. in tertia virtus. in ſupremo premium virtutis dn̄s Jeſus chriſtus. Hos gradus habes in pſalmo vbi dicitur. Bonitatem ⁊ diſciplinam ⁊ ſcientiam doce me.

§. VI. De iis qui in arca nō ſaluantur.

Hugo in dicto libro. Conſiderare poſſumus tres maneries hoīm. In diluuio ſine arca ſunt infideles quos carnis deſideria inuoluūt: qui preter hanc vitam tranſitoriam aliam neſciūt eſſe. In diluuio ꝗ arcam habent: ſed in ea nō manent: qui vitam immutabilem eſſe venturam credere non didicerunt: ſed temporalium rerum delectationi animū ſuum ſubiiciūt. Nam ibi quiſqȝ ſm̄ interiorē hoīem habitare dicitur: vbi cū cogitatione verſatur. Itaqȝ ꝗ qui delectationē cordis ſui in vanitate huius mundi conſtituūt: quamuis arcam fidei habeant: intus tamen naufragi ſunt. Ut taceam ceteros mundi amatores: quot modo literatos cernimus qui chriſtiani vocari volunt: ⁊ cum ceteris fidelibus eccleſiam intrant: ⁊ de ſacramētis chriſti participāt: in quorum cordibus ſepius eſt memoria Saturni ⁊ Iouis ⁊ Herculis / Socratis Platonis ⁊ Ariſtotelis: ꝗ̄ chriſti et ſanctorum eius. Nugas poetarum diligunt: ⁊ veritatē ſcripturarum negligunt: aut (quod peius eſt) irrident ⁊ contēnunt. Ego eis pronuntio q2 in fine eis ſociandi ſunt: quos nunc in cogitationibus ſuis per affectum cordis ſibi coniungunt. Quid illis prodeſt habere fidem: ⁊ non manere in fide? Quid illis prodeſt habere nauem integram: ⁊ in fluctibus naufragiū nō dicam pati: ſed ſponte facere? Quid prodeſt veritatem cognoſcere: ⁊ falſitatē diligere? Nō ſunt tales qui vere fideles ſunt. Audi qualis vnus eorū fuerit: ⁊ tales omnes intellige. Lex dei eius in corde ipſius. Sola ergo nauis fidei mare tranſit: ſola arca diluuium euadit. Quādiu caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum: omnis homo in diluuio eſt. ſed boni in eo ſunt ſicut ꝗ qui portantur a nauibus: mali ſicut naufragi qui inuoluuntur in fluctibꝰ. Intelligamꝰ ergo in nobis eſſe quo deſluimus: ⁊ in nobis eſſe quod fugere debemus: concupiſcentiam ⁊ fidem. Concupiſcentia pertinet ad opera cōditionis. Fides pertinet ad opera reſtaurationis: quia ⁊ illa inordinate amando per cōcupiſcentiam defluimus. Et iſta pie credendo per fidem ſolidamur. Et idcirco monita diuina toties nobis ſuadent mundū fugere nō vtiqȝ vt extra celum ⁊ terram exeamꝰ: ſed vt in concupiſcentia mundi non maneamus. Ex cogitata enim mundi ſpecie naſcitur in corde affectus concupiſcentie. Proinde ſi concupiſcentiam mundi volumus declinare: prius eſt neceſſe vt memoriā huius mūdi a cogitatione noſtra excludamus. Nam ſicut oculus paſcitur ſpecie: ita animus cogitatiōe. Fit etiā nōnunqȝ vt quod frequenter cogitamus otioſe: aliquādo concupiſcamus illicite. Reuſqȝ facti iudicatur: qui per conſenſum in cogitatione delectatur. Ceterum quātum ad res ipſas pertinet: quia omnis creatura dei bona eſt: nulla res eſt que cogitari nō poſſit ſine peccato. Rurſumqȝ ſi prauos affectus attendimus: nulla res eſt in qua peccare non poſſimus cogitando. nam ⁊ de malo bene: ⁊ de bono male: de immundo munde: ⁊ de mundo immunde cogitare poſſumus. Legimus ſanctos viros non ſolum cogitaſſe ſed ⁊ locutos fuiſſe: ⁊ ſcripſiſſe de rebꝰ immundis. quod vtique non feciſſent: ſi cogitationes rerum immundarum animam macularent. Nihil intereſt quale ſit illud quod cogitatur: ſed qualis affectus ex ipſa cogitatione generetur. quia cogitatio mentē non polluit: vbi delectatio conſcientiam non corrūpit. Expedit tamen vt obliuiſcamur mundum: ne forte dum frequenter de eo cogitamus: ad eius concupiſcentiam inflectamur.

Contra pruden tes huiꝰ ſeculi.

§. VII. Quod opa reſtaurationis minuūtur cogitationes diſtracte per opera cōditionis.

Hugo vbi. ſ. Satis (vt reor) monſtratum eſt vnde hec infinita quam patimur cogitationū noſtrarum diſtractio oria ſurit: a mundo ⁊ concupiſcentia eius / hoc eſt ab operibꝰ conditionis. Rurſumqȝ quid ſit illud per quod colligi poſſunt in vnum cogitationes noſtre: hoc eſt ꝑ opera reſtaurationis. Et quia ordo eſſe non poteſt vbi finis non eſt / ſupereſt vt relictis operibus cōditionis / queramus ordinē cogitationū noſtrarū ibi vbi finite ſunt / hoc eſt in operibꝰ reſtaurationis hoc eſt q̄ ſuperius inueſtigare propoſuimꝰ quinā videlicet cogitationum noſtrarū ordo eſſe debeat / quatenꝰ ex eis ſpiritualis domus ſapiētie in nobis edificari poſſit. Et quia ex rebus cogitationes veniunt: oportet vt ex ordine rerum ſumatur ordo cogitationum. Deincepsergo tractare incipiemus de operibus reſtaurationis relictis operibus conditionis: de quibus quaſi de quodam ſubuerſiuēte diluuio egreſſi ſumus / ⁊ nunc in opera reſtaurationis quaſi in arcam ingredimur. Igitᷣ opera reſtaurationis ſunt oīa que ab initio mundi vſqȝ ad finem ſeculi facta ſunt vel facienda pro reſtauratione hominum. In quibus et res geſtas: et perſonas ipſas per quas et propter quas et apud quas geſta ſunt: loca ſimul ⁊ tempora vbi ⁊ quando geſta ſunt conſiderare oportet. In operibus reſtaurationis tribus modis ordo conſideratur. ſm̄ locum: ſm̄ tempus: ſm̄ dignitatē. Secūdū locum: vt quid prope / quid longe geſtum ſit. Scd̄m dignitatem: vt quid humilius / quid excellentius ſit. Scd̄m tempus: quid prius / quid poſterius geſtum ſit. Hiſtoria lōgitudinem arce metitur: quia in ſerie rerum geſtarum ordo temporis inuenitur. Allegoria latitudinem: q2 in participatione ſacramentorum conſtat collectio populorum fidelium. Tropologia altitudinē arce metitur: quia in profectu virtutum creſcit dignitas meritorum. Moraliter prima māſio eſt fides: ſecūda ſpes: tertia charitas. Uel ſm̄ anagogen / prima manſio eſt cogitatio recta: ſcd̄a meditatio prouida. tertia contemplatio clara. Uel ſm̄ operationē pma manſio eſt ſciētia. ſecūda diſciplina. tertia bonitas. Uel ſm̄ ſtatus differentes / prima manſio eſt natura: ſecunda lex ſcripta. tertia gratia. Item in lib. v. de arca Noe. Ab Adam vſqȝ ad diluuium prima etas ſeculi eſt: continēs annos. M. cclvi. Secūda a diluuio vſqȝ ad Abraam continet annos. cxcii. Tertia ab Abraam vſqȝ ad Dauid continet annos. dcccexlii. Quarta a Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis continet annos. cccclxxiii. Quinta a tranſmigratione Babylonis vſqȝ ad Chriſtum habet annos. ccccclxxxviii. Sexta etas nunc agitur: nulla annorum ſerie certa: ſed vt etas decrepita ipſa morte totiꝰ ſeculi conſummanda. Sunt adhuc alie differentie quibus altitudo arce diſtinguitur. Prima manſio eſt coniugatorū. Secunda continentiū. Tertia virginum. Prima manſio reptētia. Secunda ambulantia continet. Tertia volatilia.

Etates mundi ſex.

§. VIII. De cōmendatiōe charitatis.

Idem Hugo in lib. de laudibus charitatis. Quis ſanctorum a principio mūdi extitit: qui charitatem nobis aut verbo aut facto non cōmendauerit? Charitas Abel martyrem fecit. Abraam de terra ſua eduxit. quia ⁊ ille per charitatem innocenter mortem pertulit: ⁊ iſte natale ſolum libēter deſeruit. vterqȝ per charitatem terra celum commutauit. Conſideremus quot iam martyres per tormenta ad regnum celorum tranſierunt. Qualem ergo in eis vim amoris arſiſſe credimus: quos propter deum nec ſibi pepercisse videmus? Conueniamus nunc cor noſtrum: ⁊ videamus an acquieſcat nobis omnia que mundi ſunt relinquere: non arridere proſperis: non condelectari blandis: non congratulari letis. Domine imperfectū meum viderunt oculi mei. Quā longe ab hac nō dicam perfectione: ſed ab inchoatione perfectionis me video? [illegible] hoc parum erat amicis dei. vt pro amore eternorū iſta ſpernerent: iſta calcarent. ſz abiectis his omnibus alacriter ad votum currentes / nec minis terreri poterant nec tormentis. Trahebat eos charitas: nec retrahebat cupiditas: nec deterrebat aduerſitas. Currebant ergo. mundum poſt ſe relinquebant. deum ante ſe habebāt. Sed interpoſita ſunt tormenta: vt interrogarētur vel quo deſiderio hunc quererent: vel qua conſtantia illum deſpexiſſent. Interrogata veritas eſt: probata cha-

Charitatis cōmendatio.

ritas ⁊ cõfuſa iniq̃tas. Accedunt ad penas intrepidi: ⁊ quantum mentem amor intus vulnerauerat: tãtum caro foris vulnera ſua deſpiciebat. O charitas quomodo illis ſapiebas: q̃ dulcis ei fuiſti: quos tanta propter te ſuſtinere coegiſti? Quibus illos vinculis ad te traxiſti: quos mũdo per blandimenta retrahente perdere nõ potuiſti? Cucurrerũt quia tu eos cõtraxiſti. tranſierunt quia tu eos ſuſcepiſti. q̃ inextinguibiliter in precordijs eorũ arſiſti: quia nec probris nec premijs nec penis obrui potuiſti? Iſta quaſi flumina inundauerũt: ſed multa flumina ⁊ aque multe charitatem extinguere non potuerunt. O charitas quomodo laudabo te? Si ſaperem te: appreciarem te. Si ſcirem quanti valeres: precium appenderem pro te. ſed forte excedis anguſtias meas/ nec inuenire potero precium tuũ penes me. Dabo tamen qđ habeo: ⁊ totum quod habeo. Tota domus mee ſubſtantia te cõmutabo/ ⁊ quum totum dedero/ totum quaſi nihil reputabo. Omnes delectationes carnis mee/ omnes iocũditates cordis mei pro te libenter impendam vt te ſolam poſſidere valeam. Tu ſola mihi charior: tu ſola/ vtilior/ tu ſola ſuauior/ tu ſola iocũdior. amplius delectans. abundantius ſatians/ tutius ſaluans: felicius conſeruans. Alijs etiam annũtiabo de te. Dic mihi o cor humanum quid magis eligis / ſemper gaudere cum hoc ſeculo/ an eſſe ſemper cum deo? Quod plus diligis/ hoc potius eligis. Audi ergo vt corrigas dilectionem: nõ differas electionem. Uide quomodo totũ tibi eſt dilectio: ipſa electio/ ipſa curſus/ ipſa peruẽtio ⁊ manſio ⁊ beatitudo. Dilige ergo dñm elige/ curre: apprehende/ poſſide/ fruere. Jam (inquis) elegi: qua via currã vt perueniã/ da ſocios ne oberrẽ. Recte ſunt vie dñi ⁊ iuſti ambulant in eis. Juſtitia ergo eſt via/ ⁊ iuſti ſunt q̃ in ea currũt. Nulla via iuſtitia rectior/ nulla ſocietas iuſtorum melior/ nulla requies deo tranquillior. Per charitatẽ cor dilatatur/ ⁊ corde dilatato via iuſtitie curritur. Idẽ. O bona charitas/ quid amplius dicam de te? ducem te dixi in via dei. Quid ſi teipſam dixerim viã dei? Adhuc mõſt apoſtolus. excellentiorẽ viam vobis demonſtro. Tu es caput viarum rectarũ. oẽs vie recte ex te exeunt ⁊ in te recurrunt Nam precepta dei vie ſunt eius/ que oĩa a te pendent ⁊ in te cõſiſtunt. Tu es plenitudo iuſtitie/ perfectio legis/ cõſummatio virtutis/ agnitio veritatis. Uia igit̃ es o charitas. Qualis via? Super excellens/ ſuſcipiẽs/ dirigens/ ⁊ perducens. Cuius via. Hominis ad deũ/ ⁊ via dei ad hoies. Tu deum ad hoiem deducis: tu hoiem ad deũ dirigis: nec niſi per te ad alterutrũ tranſire poſſumus. Tu mediatrix es aduerſus cõcilians: diſiũctos ſocians: ⁊ diſpares quodãmodo coequans deum humilians: hoies ſublimans: illum ad ima trahens nos ad ſumma erigens: ſic tamen vt nec abiecta: ſed pia ſit eius deſcẽſio: nec ſuperba: ſed glorioſa nr̃a exaltatio. Magnam ergo vim habes charitas: tu ſola deuʒ trahere potuiſti de celo ad terras. O q̃ forte eſt vinculum tuum quo et deus ligari potuit: ⁊ homo ligatus vincula iniquitatis dirupit. Neſcio an quid maius in laude tua dicere poſſim q̃ vt deum de celo traheres: ⁊ hominem de terra ad celuʒ eleuares. Magna virtus tua: vt per te vſq̃ ad hoc humiliaretur deus: ⁊ vſq̃ ad hoc exaltaretur homo. Conſidero deum ex femina natum: infantem pannis obſitum: vagientem in cunis: ſugentem vbera. Reſpicio poſtea comprehenſum ligatum/ flagellis ceſum/ ſpinis coronatum/ ſputis illitum/ lanceatum/ fixum clauis/ felle et aceto potatum/ illic indigna/ hic dira paſſum. et tamen cur ita dignaretur vel ita pateretur: ſi cauſam querimus: aliam preter ſolam charitatem non inuenimus. O charitas quantum potes: ſi tantum inualuiſti erga deũ: quanto magis erga homines? ſed fortaſſis facilius vincis deum q̃ hominem: quia quo magis beatum: eo magis debitum eſt deo a te ſuperari. Hoc optime tu noueras: que vt facilius vinceres: prius illum ſuperabas. Adhuc nos rebelles habuiſti: quando illũ tibi obedientem de ſede paterne maieſtatis vſq̃ ad infima noſtre mortalitatis ſuſcipienda deſcendere coegiſti. Adduxiſti illum tuis vinculis allegatum: ſagittis tuis vulneratum: vt amplius puderet hominem tibi reſiſtere: quum te videret etiam in deum triumphaſſe. Uulneraſti impaſſibilem: et ligaſti inſuperabilem: traxiſti incommutabilem: eternum feciſti mortalem. Hec omnia feciſti vt corda noſtra emollires inſenſibiles affectus comp[illegible]es: vt ſe a corpore ſuo reſoluerent: et facilius ex ſagittis [illegible] penetrarent. Nec incaſſum hoc feciſti. Multi ſic a te ſuperati ſunt: multi iam tibi manus dederunt: multi iã in ſuis precordijs ſagittas tuas infixas portãt: et alij adhuc eas infigi deſiderãt. Delectabiliter eñi ⁊ ſuauiter vulnerati ſunt: et plagas tuas ſe recepiſſe nec dolẽt nec erubeſcũt. O charitas quãta eſt victoria tua: vnũ prius vulneraſti: et per illũ oẽs poſtmodũ ſupaſti. O charitas (ait idem vbi. ſ.) laudaui te quantũ potui. neſcio an forte maius ſit dicere te deum: an deũ te ſuparaſſe. Quod ſi maius eſt: hoc etiam libenter et fiducialiter de te dicam. Deus charitas eſt. Nunquid parum eſt deum in ſe manentem habere? tantum eſt charitatem poſſidere. Hoc priuilegium ſola charitas habet: vt deus dicatur et ſit. Nõ enim dicitur deus humilitas eſt aut patientia: q̃ quuis omnis virtus donum dei ſit: nulla preter ſolam charitatẽ hoc habet: vt non ſolum donũ dei: ſed et deus dici poſſit. Reliqua igit̃ gratiarũ dona largit̃ deus: etiã hijs quos reprobat ſolam autem charitatem quaſi ſeipſum habens tantum hijs quos diligit in premium ſeruat. Charitas igitur eſt fons proprius de quo non communicat alienus: quia quicunq̃ illã habet: non iam alienus eſt a deo: ſed ipſe in deo: et deus in in eo manet. Sic familiaris eſt deo charitas: vt ipſe manſionem habere nolit vbi charitas non fuerit. Si quis (inq̃t) diligit me: ⁊ pater meus diliget eum: et ad eum veniemus et manſionem apud eum faciemus. Animam in qua charitas habitat: ſuperbia non inflat: inuidia non deuaſtat: ira non diſſipat: triſtitia mala non vexat: et auaritia non excecat: gula non inflammat: et luxuria nõ inquinat. Semper mũda eſt: caſta eſt: quieta eſt. Semper leta/ pacifica/ benigna Sẽper modeſta: in aduerſis ſecura: in proſperis tẽperata: mundum contemnens: et deum diligens: omnium bona amando ſua faciens et ſua omnibus libenter impartiens. In quo dei charitas eſt: ſemper ſurſum cor habet: ⁊ deſiderium in ſuperna eleuatum. Et ſiquando ambulat: ſiquãdo ſedet: ſi qđ agit: quieſcit/ q̃cquid egerit: cor adeo non recedit: Tacens deum cogitat: loquẽs nil preter deum et quod ad amorem dei pertinet loqui deſiderat: alios ad charitatem exhortando ſeipſum inflammat. Charitatẽ omnibus commendat. Quam dulcis amor dei: quam amarus et quam impurus amor huius ſeculi: non ſolum voce ſed et opere quoq̃ demonſtratur. Deridet huius mundi gloriam: et ſolicitudinem arguit. Miratur cecitatem hominum qui hoc diligunt: quomodo iamdudum vniuerſa hec caduca oẽs non cõtemnũt. Omnibus exiſtimat dulce eſſe q̃ ſibi ſapit: ⁊ oĩbus placere qđ diligit: oĩbus manifeſtũ q̃ cognoſcit. iſtis indicijs charitas ſe prodit. Igit̃ o bona charitas quid dignũ dicã laudibus tuis? certe poſt tanta priorum preconia nil de te dicere mea paruitas preſumeret: niſi nunq̃ de te ſatis dici potuiſſet. Illabere igit̃ nobis dulcis et ſuauis charitas: dilata cor noſtrũ ⁊ expande deſiderium: amplifica cordis noſtri habitaculũ: vt capere poſſit hoſpitem et manſorem deum.

Deus charitas eſt.

§. IX. De triplici meditatione

meditationum tria ſũt genera

ſcilicet in creaturis: in ſcripturis: ⁊ in moribus. Idem Hugo. Meditatio (inquit) eſt frequens cogitatio modũ ⁊ cauſam ⁊ rationem vniuſcuiuſq̃ rei inueſtigãs. Modum quid ſit: cauſam quare: rationẽ quomodo. Tria ſunt genera meditationũ: in creaturis: in ſcripturis: in moribus. Primum ſurgit ex admiratione: ſecundum ex lectiõe: tertium ex circunſpectione. In prima admiratio queſtionem generat: et queſtio inueſtigationem: inueſtigatio inuentionem. Admiratio eſt diſpoſitiõis: ⁊ queſtio cauſe: inueſtigatio rationis. In lectione autem ſic conſiderandum. Primo lectio ad cognoſcẽdam veritatem materiam adminiſtrat: et meditatio coaptat. oratio ſubleuat. operatio cõponit. cõtemplatio in ipſa exultat. Bona autẽ quedã ſunt neceſſitatis: quedã voluntatis. Neceſſitatis ſunt q̃ ſunt in precepto ⁊ voto. De ceteris ſi qđ ſupererogat̃: reddit̃: ſi nihil: nõ imputat̃. Itẽ meditatio in lectione eſt triplicis cõſiderationis. Scdm hiſtoriam: quando eorũ que facta ſunt vel rationẽ querimus: vel admiramur ſuis temporibus ⁊ locis ⁊ modo congruo perfacta. Scdm allegoriam meditatio operatur in diſpoſitiõe precedentium ⁊ futurorum ſignificatione: attendens in ratione ⁊ prudentia coaptatam: ſicut oportuit ad intelligentiam et fidei formaʒ fabricandam. In tropologia operat̃: quem fructum dicta afferant acquirens: quid faciendũ inſinuent: vel quid vitandum: quid ad eruditionem/ quid ad exhortationem/ quid ad conſolationem: quid ad terrorem ſcripture lectio proponat: et quid ad intelligentiam veritatis illuminet: quid nutriat affectionem/ quid formam viuẽdi ad iter virtutis edoceat. Meditatio in moribus eſt ſecundum affectus: cogitationes ⁊ opera. In affectibus eſt conſiderandum: vt ſint recti: ſinceri. hoc eſt ad id quod debent eſſe: et quõ affectus eſt in eo ad quod debet eſſe rectus: et quõ debet eſſe ſincerus. In cogitationibus cõſiderandum vt ſint munde et ordinate. Munde ſunt: quando de malis affectionibus non generantur: neq̃ malas generant affectiones. Ordinate: quãdo rationabiliter: ⁊ hoc eſt tempore ſuo adueniũt tempore enim non ſuo etiam bona cogitare: etiã ſine peccato non eſt: vt in lectiõe de oratiõe: et in

⁊ in oratione de lectione. In operatione conſiderandum eſt primo: vt bona intentione fiat. Itaq; intentionem oportet eſſe rectam per diſcretionem: ⁊ ſimplicem per benignitatem. Scđo in operibus conſiderādum eſt: vt ex recta intentione inchoata cum perſeuerāti feruore ad finem perducantur: vt nec perſeuerantia torpeat: nec amor tepeſcat. Item meditatio in moribus duplici conſideratione diſcurrit: foris ad famam: intus ad conſcientiam. Foris quid expediat: ⁊ quid deceat. Deceat ad exemplum ⁊ expediat ad meritum. Nobis ad meritum: proximis ad exemplum. Intus ad pſcientiā vt ſit mūda: ꝙ nec de pterito iuſte accuſat nec de pſenti iniuſte delectat. Itē in moribus: vt oēs mot⁹ cordis deprehendat: vnde veniant ⁊ quo tendant. Motus igitur cordis aliquando manifeſtam habent originem: aliquando occultam. Que manifeſte bona eſt: a deo eſt. que autem manifeſte mala: a diabolo ſiue a carne eſt. Omnes aſpirationes que inuiſibiliter ad cor veniunt: ab iſtis procedunt. Que autem dubia ſunt in origine: probātur a fine. Et que mala ſunt: differunt. Quoniam que a carne ſunt frequentius ſurgūt propter neceſſitatem. Que vero a diabolo ſepius propter rationem. Item meditatio morum finem ⁊ directionem in omni conuerſatione conſiderat. Finis eſt ad quod tenditur. Directio quo facilius peruenitur quis diRectus pergit citius peruenit. Sunt enim quedam bona in quibus multum etiam moueri/parum eſt promoueri. Alia compendioſo labore fructum magnū adducunt.

§. X. De tribus que requiritdo minus ab homine

ſecundum illud Michee. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum ſcilꝫ tuum: ⁊ quid dominus deus requirat a te: vtiq; facere iudicium: diligere miſericordiam ⁊ ſolicitū ambulare cum deo tuo. Hugo idē hoc exponens ſic ait. Quia ⁊ de⁹ trinitas eſt: non niſi trino ſacrificio placari poteſt. Offer ergo iudicium filio: iudici miſericordia: ſpiritui ſancto charitatem: ſolicitudinē paternitati. ſic tamen vt non diſcretione numeri vnitatem trinitatis diuidas: ſed ſingulis ſua ⁊ ſimul vni ſingula adhibeas. Primū quidem iudicium faciendum eſt de teipſo: deinde inter te ⁊ proximum tuum: poſtremo de proximo tuo. In eo iudicio

Iudiciū triplex.

quo iudicas temetipſum eſſe debes diſcretus. in eo qui eſt inter te ⁊ proximum tuum iuſtus in eo in quo proximum pius. Teipſum iudica hoc modo. Cōſidera diligenter quid facis ⁊ quid non: quid facere debes/⁊ quid non. Poſt hec ad inuicem conferendo perpende an idem eſt quod facis ⁊ qđ debes. Quod ſi ita inueneris: gaude: ſin autem: time ⁊ caue. Inter te ⁊ proximum tuum hoc modo. Vide quid facias proximo: ⁊ quid ipſe faciat tibi. Si tibi facit bonum ⁊ tu illi malum reddis/malus es. Si tibi ille malum facit: et tu illi bonum reddis: bonus es. De proximo tuo hoc modo. Vide quid facit. Si certum bonum eſt: paruū magnum: ⁊ magnū maius exiſtima. Si dubium bonum eſt: aliꝗs bonum verū puta. Si certum malum eſt: magnum paruum: paruum minus cogita. Si dubium malum eſt: bonum puta. Oportet ergo te primum facere iudicium vt quod recte diſcernis: opere impleas. Deinde debes diligere miſericordiam: vt bonum quod agis: non ex timore ſed ex amore facias. Et vt idem in alio ſermone ait. Non timeas vitia arguere et punire: quod pertinet ad miſericordiam. Et qui emendat verbere: ⁊ coercet aliquem diſciplina in quem poteſtas datur: miſericordiam preſtat: ait Auguſtinus. Unde ipſe Hugo ad preſidentes. Videte languidū in manibus veſtris: quem vobis ille miſericors Samaritanus commiſit. Ceterum nondum chriſtus crucifigebatur: ⁊ tamen Petrus feruorem ſuum cohibere non potuit: ſed percuſſit ſeruum principis ſacerdotum: nec multitudinem timens nec poteſtatē. Igitur videte quid facitis: chriſtus adhuc in oculis veſtris crucifigitur: ⁊ vos adhuc gladium in vagina habetis: quū tamen multitudo maior ſit cum vobis ꝙ cum illis. Quid vos in paſſione chriſti feciſſetis: qui modo ad percutiendū pigri eſtis? Ipſe quippe dixit. Quod vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Igitur in chriſtiano chriſtus occidit: ⁊ in chriſtiano tribulatur. Quid ergo facitis: quid pigri: quid timidi eſtis. Forte quia nō ſtatis ſicut Phinees. Idcirco deū placare non poteſtis vt ceſſet quaſſatio: q2 diſcubuiſtis ad ollas Pharaonis: ⁊ ſanguinem diligitis. Pigrū eſt vobis ſurgere ad bellum: forte quia lanā diligitis ⁊ lac non oues. Idcirco paſcitis voſmetipſos: non oues: et fugitis veniente lupo: quia de ouibus non curatis. Saltem ſi lac ouium comeditis: carnes comedere nolite. Si fructum pro cuſtodia ouium queritis: ipſas viuas ſeruate. Bonus paſtor etiam carnem ſuam eden iam ſuis ouibus dedit vt eas reficeret: ⁊ vos non ſolum mercenarij preciū pro cuſtodia queritis/ſed ipſas etiam oues lupi facti ad veſtram re-

Aīaduertendum eſt in delinquētes.

fectionem paratis. Diligitur miſericordia in deſiderijs: in verbis inſtruendo ⁊ corrigēdo: in ſubſidijs prouidēdo primo in ſuis indigentijs. Poſtremum requirit deus ſolicitū te ambulare cum deo tuo: ne vel bonum quod nondum habes non merearis accipere: vel bonum quod habes amittas. Solicite ergo ambula cum deo tuo: vt diligas ex toto corde: ex tota anima: ex omni mente tua. In his tribus trinitati in te operanti cooperaris per illuminantem ſapientiam: et cum lucente rectum diſcernis per inflammantē charitatem: et cum ardente miſereris. Per prouidam vero paternitatem et cum tuente temetipſum cuſtodis. Per trinitatem ergo cooperādo trinitati trinitatis imago efficeris.

§. XI. Qualiter ſapientia attingit a fine vſq; ad finem fortiter ⁊ diſponit omnia ſuauiter.

Tranſiui inquit Salomon ad contēplandaꝫ ſapientiam erroreſq; ⁊ ſtultitiā. Hug. Sup eccleſiaſtē. Quid eſt error? Neſcire quod rectum eſt. Quid eſt ſtultitia? Non ſequi qđ rectum eſt? Quid ſapientia? Cognoſcere et amare bonuꝫ. eccle. ſ.

Si fortiter attingit ſapientia a fine vſq; ad finem: ergo nō eſt defect⁹ opificis: nec differens pulchritudo cōditionis. Quare ergo non eque pulchra ſunt oīa: niſi vt magis pulchra ſint ſimul vniuerſa? Nam ſi non eſſent differēter pulchra ſingula: nō eſſent pulchra ſimul vniuerſa. quia ſi eſſet vna pulchritudo in ſingulis: quantūlibet excellens illa foret: ⁊ ceteris omnibus eminentior: nō eſſet omnis pulchritudo in vniuerſis. Igitur ſapientia a fine vſq; ad fineꝫ attingit fortiter: quia ſic opera ſua vſq; ad fundum rerū perſequitur: vt etiam defectum inferiorum ab vniuerſoꝝ pulchritudine moderetur: vt inde vniuerſitas magis pulchra ſit: ſine quo in vniuerſitate quedam aliorum cōparatiōe ⁊ reſpectu defectum patiuntur. Nam hoc ipſum qđ in ꝗbuſdam ei⁹ operib⁹ pulchria nō pulchrū videt: turpe eſt tamē vbi nō eſt: ſed min⁹ in parte pulchritudinis habet: q2 i hoc toto pulchrū eſt ad qđ eſt. Ergo ex eo in toto partiū maxima eſt: ꝙ in partib⁹ differēs: ⁊ multipliciter variata diſtinctaq; omnifaria pulchritudo eſt. Suauiter enim oīa diſponit: q2 in tam multis tāq; diuerſis rerum generibus ſingula queq; ad terminū ſuū promouēs/nihil vniuerſitatis concordiam pacēq; perturbare pmittit: ſed ſic vnicuiq; qđ ſuū eſt tribuit: vt diſſimiliter currētia ad vnum finē conducat: ⁊ vt vnius operatio vim effectumq; alterius nō impediat. Malum quidē propriā ſedem nō habet: ſed natura peregrinum a ſuo in alieno moratur: q2 non eſſet vbi poſſet eē malitia: ſi non eam in ſuo pateretur que eam non fecit ſapientia. Non enī ſapientia malitiā fecit: ſed in eo qđ fecit malitiam eſſe permiſit: vt collata malitie ſapiētia vinceret: ⁊ cōparata pulchrior appareret. Confert enim ſe et cōmetitur ſapientia malitie in operibus ſuis. ⁊ vincit eaꝫ. vtiq; vt attingat vſq; ad finem. Ideo enim malitia ad defectum currēs ſapiētiā nō euadit. quia non pōt malitia ipſa qđ corrūpat inuenire. niſi in ijs que ſapientia creauit. Sapiētia vero propterea malitiam ad prouectum ſurgens tranſcēdit. quia non poteſt malitia corrūpere quod ſapientia potuit creare. Currit ergo ſapientia: vt a fine attingat vſq; ad finem: tranſcendens malitiam in corruptis bonis quo malitia non accedit: et conſequens malitiam in ijs que corrupta ſunt: quo malitia nō procedit. Tam enī ſuauiter etiā non ſuauia diſponit. vt oīa que contra voluntatem eius ſe erigunt. neq; potenter extinguat vt non ſint. neq; violēter cōpellat vt nihil poſſint. ſed eſſe ſinens ⁊ poſſe annuēs/currentia contra ſuam voluntatē manifeſte permittit. ⁊ occulto conducit ad implendum ſuam voluntatē. Reſtat nunc maximus ille ſapientie curſus a fine vſq; in finem qui nullum habet finem. ſurſuꝫ ſublime contemplationis. ⁊ deorſum profundum dānationis. Ad iſtos duos fines vniuerſorū curſum incipiens a medio ſapiētia/hincinde ſiue promouendo ſiue deferendo diſponens/conducit. ſurſum aſcendentibus viam ſternens/iuſtitiā. deorſum deſcendentibus viam relinquens iniquitatē. Quo quū ventū fuerit. ſiſtent vniuerſa in finib⁹ ſuis ⁊: in fine ſui nūꝗ habebunt finē. Et ſic quoq; ipſa ſapiētia pertingit a fine vſq; in finem fortiter. vt ampli⁹ nūꝗ vel a retributione iuſtoꝝ deficiat. vel a pena iniquorū deſiſtat. diſponens oīa ſuauiter. hinc ad gaudium. illinc ad ſuppliciū eternuꝫ. Sed queſo ꝗ ſuauitas in inferis erit. q2 ipſa ſuauis pmanet ꝗ diſponit. licet illi ſuaues nō ſint quos diſponit. nec illud ſuaue ſit in quo diſponit. Ipſa diſpoſitio ſuauis eſt. etiam ſi ſuauia non ſint que diſponit.

§. XII. De quadruplici opere i mundo.

Idem ſuper eccleſiaſten. Quatuor ſunt opera quibus omnia temporalia explicantur. Primum eſt opus dei

Secundum nature. Tertium opificio cum natura. Quartũ ſoliuſ artificis ſine natura. Opus dei eſt eſſentiam rerum de nihilo creare: materia rerum in formem diſponere: mo tum adde rex ſub certo ordine tẽperare. Propterea hec tria ad opus dei ꝑtinent: eſſentia rerũ/forma/⁊ ordo. Hec autẽ tria ſicut poſtea ipſe auctor atteſtaꝛ de operibꝰ dei ĩſtabilia ſunt: nec tẽporis capiunt mutabilitatẽ: qꝛ rerum eſſentie ee que ſunt/eſſe nunq̄ deſinunt: ⁊ rerũ forme ſm primã conditoris ſui inſtitutionem in ſuis generibus perpetuam idẽtitatem cuſtodiunt: ⁊ motus rerum primi ordinis nunq̄ legem tranſcẽdunt. Nec enim eſſentie rerum nihil eſſe: vel forme rerum aliter eſſe: vel ordo reruꝫ diſpoſitioq̄ ab initio mutari potuerũt. Opus itaq̄ dei eſt creare/formare ⁊ diſponere vniuerſa. Opus nature eſt initia rerum de occulto ſinu per incrementa producere, eademq̄ rurſum marcentia quum cõcidunt per defectum/ad occultum ſinum vnde ꝓdierunt reuocare. Opus artificis cum natura: eſt ea q̄ oriũtur da terra: ſtudio ⁊ induſtria adiuuare. Opus ſolius artificis eſt: in ſubiecta rerũ materia operari: vel diſiuncta cõponẽdo: vel cõiuncta ſeparando. Tres itaq̄ opifices ſunt in hoc mundo: ſcꝫ deus: ⁊ natura: ⁊ artifex imitans naturã. Sed hi tres valde diſpari potentia id quod ad effectum ꝓducunt efficiunt. Nam deus in opere ſuo nec nature opera indiget: nec artificis imitantis naturam. Operatur eñi deus aliquando ſine natura: aliquando in natura: aliquando ſupra naturam. Nam ſine natura primũ fecit ipſam naturam. Cum natura facit ea que de natura ſm naturam ꝓducit. Supra naturam quãdo in natura preter curſum nature ſolitũ ⁊ poſſe primũ maiori addita potentia aliquid ad effectum perducit. Omne ergo quod natura facit: deus facit: ſed non omne quod deus facit: etiam natura: quia ſine natura naturam fecit. Tertio loco ſequuntur opera artificis imitantis naturam: ⁊ ipſe quidem aliquando cũ deo operatur ſine natura: aliquando cum natura ſine deo: aliquando cum deo ſimul ⁊ cum natura: aliquando ſine deo pariter ⁊ ſine natura. Cum deo operatur quum opera iuſtitie facit. Sine deo: quando opera iniquitatis agit. Cũ natura: quando ſeminibus rerum ac fetibus ꝓpagandis quibus natura incremẽtum ſubijci foris induſtriaꝫ ⁊ ſtudiũ apponit. Sine natura: quando preterea in ſubiecta materia ſtudium explicat: vt aliquid quodcunq̄ ad effectum ꝓmoueat: in quo natura patitur tantummodo operatur/quia materiam operandi prebet: nõ operantis effectum exercet. Talia ſunt opera hominum que fiunt ſuper terram: ex quibus multa mortalis vite neceſſitas cogit: multa ſuadet cupiditas: multa vanitas operatur.

Margin: Op⁹ dei qd. — Op⁹ nature. — Op⁹ artificis cum natura.

§. XIII. Super illud Eccleſiaſtes

Omnia fecit deꝰ bona in tẽpore ſuo: ⁊ mundum tradidit diſputationi hominũ. ait idem Hugo. Propterea ſtultam fecit deus ſapientiam mundi: quia poſuit mundum in diſputatione hominũ permanens ipſe occultus: donec deficerent diſputantes ⁊ querentes inania. Poſt hoc reuelauit ſe deus ⁊ exiuit de celo vt inueniretur: quum gloriari iam non poſſit homo: quaſi ipſe ſenſu ſuo ⁊ ſapientia deum cognouerit: qui in opere dei ſcrutãdo defecerat. Sunt adhuc ⁊ alie diſputationes in deſiderijs hominũ multiplices nimis ⁊ varie: ⁊ ex ipſis exurgunt multarum ſtudia vanitatum. Omnis enim homo prefert quod diligit ipſe: ⁊ trahuntur corda filiorum hominũ in infinitas ſciſſiones: ⁊ laudãt partem ſuam ſinguli: ⁊ in omnibus ijs non inuenit homo opus quod operatus eſt deus ab initio vſq̄ in finem. Initium namque operum dei eſt vſus rerum temporalium ſinis vero fructus eternorum. Idcirco traditus eſt mundus amatoribus mundi: quia quibus eternorũ bonorum dulcedo tollitur: eis carnales date ſunt delectationes ⁊ mundi gaudia expoſita in deſideriorum ſuoꝝ malorum diſſipatione. Inuenimus adhuc ⁊ alias diſputatiões in iudicijs hominum graues ac multiplices. Accipiunt enim homines vicem dei violenter: ⁊ iudices ſeculi ſe conſtituũt: ⁊ diſputant de mundo ⁊ operibus dei ⁊ de prouidentia eius ⁊ iudicijs quibus vniuerſum mundum diſponit. Reprehendunt deum ꝙ noxia facit: ⁊ nemo tamen reprehendit quum ledi tur inimicis eius: quum ſunt ipſi vniuerſi inimici dei ⁊ aduerſarij veritatis. Multa operatur deus circa hominẽ ab initio eius vſq̄ ad finem eius: ⁊ non inuenit quo fiant, ſine hec omnia donec finem ipſe accipiat. Tunc autem intelliget ⁊ tũc inueniet que operatus eſt deꝰ in eo ab initio ſuo vſq̄ ad finem ſuum vel in miſericordia vel in iudicio. Interim autem latent omnia. Et ſepe deus malos tolerat ⁊ differt penam illorum manifeſtam: habet tamen omnis malitia penam occultam: ⁊ iudicat deus: ⁊ videtur differre iudicium: ⁊ vel facta hominum non attendere omnino ab ijs qui non vidẽt niſi ea que foris ſunt. Similiter probat deꝰ iuſtos aliquãdo aduerſitatibus ⁊ tribulationibꝰ exercet: ⁊ videt iuſtitia nõ habere premium apud eũ: ⁊ tamẽ nũq̄ caret retributione ſua occulta vel manifeſta. Sed aliquãdo differtur: ⁊ vt interrogentur de perſeuerantia cõſcientie hominũ. Hec ergo afflictio hominũ diſputatio eorũ aduerſꝰ deũ: quia in eo ꝙ iudicijs ſuis humiliter ſubdi noluerũt: nõ ſolũ eos pena exterius aduerſitatis ⁊ tribulationis moleſtia atterit: ſed multo magis intus furor ⁊ impatiẽtie murmurationis affligit.

Margin: Eccliaſtẽ.

§. XIIII. De multiplici vanitate

Hugo ſup Eccliaſtem ſcđa homil. ait ſuper illud. Omnia vanitas. Vanitas alia eſt in rebus conditis: alia in operibꝰ humanis: alia in corporibus: alia in mentibus. Prima eſt mutabilitatis. Secunda curioſitatis. Tertia mortalitatis. Quarta iniquitatis. Vanitas mutabilitatis duobus modis in rebus cõſideratur: ſiue quia inanes ſunt: ſiue qꝛ trãſitorie ſunt. In illo vane ſunt: qꝛ oſtendũt qđ nõ habent in iſto tranſitorie ſunt: qꝛ nõ permanent in eo qđ habent. Vanitas curioſitatis in tribus cõſtat. ſ. in cõcupiſcentia oculorum: in cõcupiſcentia carnis: ⁊ in ſuperbia vite. In omnibꝰ eñi vanitas eſt: propterea tã vanum eſt in ijs que bona videntur ſpem ponere: q̄ que mala putanꝰ formidare. Quid eñi facit cõcupiſcentie oculoꝝ: Fallaces rerũ fucos ⁊ lubricos captans aſpectus/oblita ſui funditur: ac totam ſe curioſitati dedens circumit oĩa: ſiqua forte noua/ſiqua inſolita/ſiqua mira occurrant. Ad oẽs rerũ motus altera: ſemper preceps: temeraria: procax: inſtabilis: petulans: impatiens: lubrica: ſepe vana: ſepe exultãs: ⁊ ſepe inani timore trepidãs nullam interius radicem habens: ſed ſemper ſuſpecta ad exteriores rerum pendẽs motus. Certe omnis creatura talis eſt homini: qualis homo ipſe eſt ſibi. vt ab ijs que foris ſunt/nec bona mens ledi poſſit/nec mala iuuari. Igitur hec omnia nec ad malum bono/nec ad bonũ malo eſſe poſſunt/niſi quantum ipſe animus vel iſte aſpernẽdo ꝓficit: vel deficit peruerſe amando aut metuendo vane. Quid prodeſt carnem moriturã diliciarũ luxu ⁊ diuitiarũ affluentia contra corruptiõem tãto niſu defendere: quum nemo ſit q̄ poſſit eã a corruptione cuſtodire: Naꝫ ſi ſuperbia vite ſiue de diuitijs ſiue de dignitatibus gl̃iari velit. q̄d vanius eſſe poteſt: Hoc ꝓfecto diuitie. hoc dignitates ſuis poſſeſſoribꝰ ſolum conferunt: vt quod in eis plus alijs accipere videnꝰ inde plus alijs onerari inueniantur: quo certe pro eis acquirendis vel conſeruandis, plus ſemper vel labore atteruntur vel cura affligũt. Vanitas mortalitatis eſt de qua ꝓs. ait. Filij hominũ vt quid diligitis vanitatem ⁊c. Vere vanitas eſt peccatum: quia ibi homo querit quietari vbi magis inquietatur. Nã in carnis voluptate fugientes delectationes nec quũ preſens eſt detinere poteſt: nec quũ preterierit reuocare: ⁊ ſic ꝓcella vanitatis fatigata cõcutit: nec quietoꝛ: cõſciẽtiam vrit. ⁊ ad nihil merito ſui inducit.

Margin: Vanitas multifaria.

§. XV. Loquar ſecreto anime

(ait Hugo iſte i libro de arra aie.) Sic eñi nec mihi timor erit occulta querere: nec illi pudor vera reſpondere. Dic mihi queſo anima mea: quid eſt ꝙ ſuper omnia amas et diligis. Ego ſcio ꝙ vita tua dilectio eſt: ⁊ ſcio ꝙ ſine dilectione eſſe non potes. Certus ſum ego ꝙ aut horum que videntur aliquid amas: aut ſi iam poſtpoſuiſti vniuerſa: hic aliquid habes quod pre his omnibus diligas. Anima. Sicut amare non poſſum quod nunq̄ vidi: ſic de his omnibus que videntur nihil adhuc amare potui: ⁊ tamen multis iam experimentis didici fallacẽ eſſe et fugacem amorem huius ſeculi: quẽ ſemper vel quũ petit id qđ magis elegerã perdere vel quum aliud qđ magis placeat ſuperuenerit cogor commutare. Sic adhuc deſiderijs icertis fluctuo: vnde nec ſine amore eſſe poſſum: nec veruꝫ amorem inuenio. Hõ. Gaudeo ſaltem quod in amore temporalium non figeris/ſed doleo qđ in amore eternorum nondum requieſcis. Infelicior eſſes ſi de exilio patriam faceres. Nunc vero quia in exilio erras ad viam reuocanda es. Si temporalia iſta ⁊ viſibilia idcirco amari debere exiſtimas: quia illis quendam ſui generis decorem in eſſe conſpicaris: cur teipſam potius nõ diligas: que ſpecie tua omnium viſibilium decoreꝫ vincis: Anima. Oculus cuncta videt: ſeipſum non videt: et eo lumine quo reliqua cernimus: ipſam in qua poſitum eſt lumen faciem non videmus. Ego igitur quia faciem meam qualis ſit contemplari nequeo: facilius in ea que foris admiranda videntur/affectum dilectionis mee extẽdo: preſertim quia amor nunq̄ ſolitarius eſſe patitur: ⁊ in hoc ipſo iam quodammodo amor eſſe deſinit: ſi in alterum parilitatis conſortẽ vim delectionis non diffundat. Homo. Non eſt ſolitarius cum

Margin: Volo ⁊ aie colloquiũ.

quo

quo eſt deus: nec idcirco vis dilectiõis extinguitur: ſi a re-
bus abiectis ac vilibus appetitus eius cohibeat. Ille ma-
gis iniuriam ſibi facit: qui vel inhoneſta vel certe ea ꝙ amo
re ſuo digna non ſunt: in ſocietatem dilectionis admittit.
Non vis habere anima amorem ſolitarium: noli tamen ha
bere proſtitutum: quere vnice electū. Amor ignis eſt: ⁊ ignis
quidem fomentū querit vt ardeat. Sed caue ne id inijcias
quod fumum potius aut fetorem miniſtrat. Ea vis amoris
eſt: vt talem te eſſe neceſſe ſit: quale eſt illud quod amas: ⁊
cui per affectum coniungeris: in ipſius ſimilitudinem ipſa
quodammodo dilectionis ſocietate transformaris.

§. XVI. Qualiter anima poſſit

ad verum amorem incitari per multiplicē rationeꝫ. Tuam
igitur anima pulchritudinem attende: ⁊ intellige qualem
debeas pulchritudinem diligere. Quod ſi forte eterna illa
tua viſio per negligentiam obſcurata eſt: ⁊ temetipſam vt
decet ⁊ expedit contemplari non ſufficis: cur ſaltem quid
de te exiſtimare debeas: ex iudicio alieno non perpendis?
Sponſum habes: ſed faciem eius non vidiſti: ille te vidit:
munera miſit: arram dedit. Si ſpeciem illius videres: non
amplius de tua pulchritudine ambigeres. Scires enim ꝙ
tam pulcher/tam vnicus/in tuo aſpectu captus eſſet: ſi eū
ſingularis decor ⁊ vltra ceteros admirandus nõ traheret.
Quid ergo agis? Si adhuc ſcire non potes qualis ille ſit
qui te diligit: conſidera ſaltem arram quam dedit. Nobile
donum eius: quia nec magnum decuit vt parua daret: nec
pro paruo ſapiens magna dediſſet. magnum igitur eſt qđ ti
bi dedit: ſed maius eſt quod in te diligit. Quid tibi dedit
ſponſus tuus? reſpice mundum iſtum. Omnis natura ad
hunc finem curſum ſuum dirigit: vt obſequijs tuis ⁊ vtili-
tati deſeruiat: tuiſqꝫ oblectamentis pariter ⁊ neceſſitatibꝰ
ſm affluentiam indeficienter occurrat. Quis illud nature
precepit: vt ſic vno conſenſu tibi ſeruiat? Beneficium acci-
pis: et authorem eius nõ agnoſcis donum in manifeſto eſt:
largitor occultus. Quicunqꝫ ergo ille eſt multum tibi con-
tulit: qui hoc totum ⁊ tantum tibi dedit. Multum diligen
dus qui tantum dare potuit. Et qui tantum dare voluit:
multum dilexit. Vide ergo quid agis: quum in hoc mundo
amari ⁊ amore concupiſcis. Totus tibi mundus ſubiectus
eſt: ⁊ tu non dico totum mundum: ſed neſcio quid vix ali-
quam mundi particulam in ſocietatem tui amoris admit-
tere non aſpernaris. Certe ſi hoc diligis vt ſubiecta: dilige
vt arram ſponſi: vt munera amici: vt beneficia domini: ſic
tamen vt ſemper memineris quid illis debeas: nec iſta pro
illo: nec iſta cum illo/ſed iſta propter illum/⁊ per iſta illum
diligas. Caue o anima ne (quod abſit) non ſponſa/ſed me-
retrix dicaris: ſi munera dantis plus ꝙ amantis affectum
diligis. Maiorem charitati eius iniuriam facis/ſi ⁊ dona
illius accipis/⁊ tamen viciſſitudinem dilectionis non repē
dis. Aut ſi potes/dona illiꝰ reſpue vel ſi dona illius reſpue-
re non potes/viciſſitudinem dilectionis repende. Dilige il
lum/dilige te propter illum/dilige dona illius propter illū
dilige illum vt fruaris illo/dilige te vt diligaris ab illo/di-
lige in donis illius ꝙ data ſunt ab illo. Illum tibi/⁊ te illi.
Dilige dona illius ab illo tibi proter te. Hec pura ⁊ caſta
dilectio eſt. Anima reſpondet. Cogor rationibus tuis illū
ſuper omnia diligere: a quo me video omnia in pignus di
lectionis accepiſſe. Ecce igitur ego vnice electum et vnice
dilectum diligo. Sed hanc huius dilectionis mee iniuriaꝫ
patior: ꝙ ſoluꝫ diligens ſola non amor. Nam hanc dile-
ctionis arram quam mihi obijcis: non dicam cum beſtiali
bus: ſed cum ipſis beſtijs cõmunem accepi. Quid enīꝫ mi
hi lux ſolis amplius confert: ꝙ reptilibus ⁊ vermibus ter
re? Omnia ſimiliter viuunt ⁊ ſpirant/idem paſtus/idē po-
tus omniū homo. Tria ſunt in quibus id quod monet in
uenias. Diſcerne que dona a ſpõſo tuo accepiſti. Alia enī
cõmuniter: alia ſpecialiter: alia regulariter tibi data ſunt.
Cõmuniter/que omnibus propter te tecum ſeruiunt. Spe
cialiter/que multis nec tamē omnibus propter te tecū cõ
ceſſe ſunt. Singulariter/que tibi ſoli ſunt data. Quid igiť.
Nunquid ideo te minus diligit quia tecum quedam dona
ſua ſimul omnibus cõceſſit? Nunquid feliciores te feciſſet
ſi tibi ſoli mundum dediſſet? Vbi igitur illa grata ⁊ vtilis
ſocietas humane conuerſationis? vbi ſolatia/vbi oblecta
menta quibus nunc frueris? Vide igitur quia in hoc mul
tum tibi contulit: ꝙ hoc ad ſolamen tuum tecum creauit.
Si mundus iſtis ⁊ hec tibi omnia ſeruiūt/quomodo etiā
omnia ad obſequiuꝫ tuum creata non ſunt? Nunquid pa
terfamilias panem ſuum ſolus comedit/poculum ſuuꝫ bi
bit: veſtimentis ſuis induitur: totum tamē non immerito
eius dicitur quicquid habent ij qui per dilectionem vel p
ſubiectionem famulantur. Siue igitur illa que tibi ſeruiūt

ſiue illa que ſeruientibus neceſſaria ſunt: omnia tibi data
ſunt: omnia tibi obſequia impendunt. Nec te cõturbare dꝫ mali bo-
ꝙ in vſuꝫ rerū temporalium eadeꝫ bonis ⁊ malis eſt par- noꝝ vi-
ticipatio. Nec ideo ſimiliter eos a deo amari exiſtimes: qꝛ te ſunt
his omnibus tecum ſimiliter cõmunicare vides. Nam ſicut vtilita-
beſtie nõ propter ſe ſed propter hoīem create ſunt: ita mali ti.
hoīes nõ propter ſe ſed propter bonos viuunt: vt ſocietas
illorum bonam vitam exerceat: quos ⁊ felicitate ſua admo
nent potiora his/⁊ que mali communicare non poſſunt bo
na querere: ⁊ iniquitate ſua cogunt arctius amare virtutē.
Poſtremo vt dum illos diuina gratia deſtitutos vident p
quelibet abrupta vitiorum ruere: diſcant quantas pro ſolu
te debeant creatori gratias referre. Similiter ergo bonis
ac malis iſta concedi debuerunt: quia aliter bona potiora
ſibi ſeruari non crederent: niſi iſta tam malis ꝙ bonis com
munia eſſe viderent. Nunc reſtat vt conſideres vtrum ne-
idcirco de ſingulari amore ſponſi tui gloriari non poſſis
ꝙ ab eo non ſine ſocietate bonorum diligeris. Dixi ſocieta
tem hominum dono creatoris tibi eſſe conceſſam: vt inde
ſolamen viuendi capias: ne quadam ſolitaria ⁊ inerti vita
contabeſcas. Sicut igitur vita malorū tibi eſt exercitiū: ſic
ſolamen eſt vita bonorum qui certe tales ſunt quos nec fe
licitatis participes: nec amoris aſpernari debes habere cõ
ſortes. Nam ſi vere bonos diligis: quicquid illis beneficiū
impenditur: inde charitas que in te eſt: non quaſi de alie-
no: ſed quaſi de proprio gratulatur. Licet igitur beatum eſ
ſet iſto amore vel ſolamine pfrui: multo beatius eſt in ipſo
cum multorum bonorum congratulatione delectari. quia
quum in eos etiam qui comparticipant affectus dilectio-
nis expanditur: charitatis gaudium ⁊ ſuauitatis amplia-
tur. Spiritualis namqꝫ amor tunc melius cuiqꝫ ſit ſingula-
ris: quando omnibus eſt cõmunis. nec participatione plu-
rium minuitur: cuius fructus vnus ⁊ idem totus in ſingu-
lis reperitur. Nihil enim in priuilegio ſingularis amoris
tui ſocietas bonorum preſcribit: quia ſpõſus tuus in omni
bus diligit te: quos diligit ꝓpter te: ac per hoc ſingulariter
diligit te: quia nihil diligit ſine te. Non aūt timeas animuꝫ
illius in amorem plurium quaſi per affectum diſtrahi: ⁊ id
circo minorem eſſe ad ſingulos: ꝙ partitus quodammodo
⁊ diuiſus videatur in cunctos. Singulis adeſt quaſi omni
bus: quia nec aliam nec maiorem dilectionis effectum ſin-
gulis impenderet: ſi abſqꝫ cunctorum participatione ſingu
los amaret. Ergo omnes vnū vnice diligūt: vt oēs ab vno
vnice diligantur: qꝛ nec alius preter vnum vnice ab oībus
diligendus eſt: nec aliud preter vnū oēs diligere pōt vnice.
Omnes aūt in vno ſe quaſi vnum diligant: vt vnius dile-
ctione vnum fiant. Iſte amor vnicus eſt: nõ tamen priuatꝰ
ſolus nec tamen ſolitarius: participatus: nec diuiſus: com
munis ⁊ ſingularis cunctorum ſingulis ⁊ ſinguloꝝ totus:
nec participatione decreſcens: nec vſu deficiens: nec tem-
pore veteraſcens: antiquus ⁊ nouus: affectu deſiderabilis
experiētia dulcis: fructu eternus: iucunditate plenus: refi
ciens ⁊ ſatiens: nec vnqꝫ faſtidiuꝫ generans. O anima mea
in hoc quoqꝫ prouidit tibi optimus amator tuus: ne nihil
eſſet in quo ſingulariter de ipſo gloriari poſſis. In omnibꝰ
ijs dilexit te que vel cõmuniter tecum omnibus: vel ſpecia
liter quibuſdam: vel ſingulariter tibi ſoli tribuit. Cum om
nibus rurſuꝫ dilexit te: quibus te participatione doni ſui
ſociauit. Pre ijs omnibus dilexit te: quibus te ſingularis
gratie dono pretulit. In omni creatura dilecta es. Cū om
nibus bonis dilecta es. Nolo vt parui eſtimes vel in tan-
tis vel cum talibus eſſe dilectam: vbi ⁊ bonos omnes ha-
beas ſocios: malos vero ⁊ que condita ſunt vniuerſa ſubie-
ctos. Primum cogita ꝙ aliquando non fueris: ⁊ vt eſſe in
ciperes hoc eius dono accepiſti: quiuis ſi nihil amplius
dediſſet: pro eo tamen ipſe a nobis laudandus ⁊ diligen-
dus eſſet. Nunc autem amplius dedit/vt precellamus ⁊ ijs
que non ſunt per eſſentiam: ⁊ ijs que inordinata ⁊ incom-
poſita ſunt per formam: ⁊ que inanimata per vitam. Ma-
gno debito obligata es anima mea. multum accepiſti: ⁊ ni
hil a te habuiſti: ⁊ pro oībus non habes qđ retribuas: niſi
tantum vt diligas. Nam qđ per dilectionem datuꝫ eſt: nec
melius nec decentius ꝙ per dilectionem rependi pōt. Nec
ideo plus dilexit te: quoniā nõ plus diligendaꝫ inuenit te:
ſed quia gratuito plus dilexit te: talem fecit te: vt iam nūc
merito plꝰ diligat te. Poſt eſſe/poſt pulchrum eſſe: poſtea
datum eſt ſentire: datum eſt ⁊ diſcernere: ſenſibus foris de-
corauit: intus ſapientia illuſtrauit/ſenſus dans quaſi exte
riorem ornatum: ſapientiam quaſi interiorem habitū. ſen-
ſus quaſi quaſdam gēmas fulgentes appendens exterius:
ſapientia quaſi naturali pulchritudine faciē vultus tui de
corans intus. Talem te omnino eſſe decebat que ad cele-
ſtis regis thalamum introducenda fueras. Multum glo-

riari poteras: ⁊ multum cuſtodire debueras ne tale donũ perderes ⁊ tantum dolorem corrumperes: ne eo amiſſo vel imminuto amplius miſera fieres / ꝙ eo non accepto vel non perfecto miſera fuiſſes: ne te cum damno amiſſe pulchritudinis ſimul torqueret confuſio feditatis. Sed vide quid feciſti: dereliquiſti ſponſum tuum: ⁊ cum alienis proſtituiſti amorem tuum. Fedaſti pulchritudinem tuã: diſperdiſti ornamentum tuum: oblita es ſponſi tui: ⁊ pro tantis beneficiis condignas grates non egiſti. Ut autem te relevaret illuc unde cecideras: ipſe deſcendere dignatus eſt ubi iacebas: ⁊ ut iuſte tibi redderetur quod perdideras: ipſe dignatus eſt pie pati quod tolerabas. Deſcendit ergo: ſuſcepit: ſuſtinuit / vicit: ⁊ reſtauravit. Deſcendit ad mortalem: ſuſcepit mortalitatem: ſuſtinuit paſſionem: vicit mortem: reſtauravit hominem: cogita quantum diligat te: qui tanta dignatus eſt facere propter te. Olim quum non eſſes: dilexit te ut conderet. poſtea quum feda eſſes: dilexit te ut pulchram faceret. Et ut oſtenderet tibi quantum te diligeret: non niſi moriendo a morte te liberare voluit. Nunc autem tam ſincera charitate te diligit: ac ſi ſemper cum eo perſtitiſſes: nec exprobat tibi reatũ: nec improperat beneficiũ. Et ſi vis deinceps cum eo perſeverare fideliter: ipſumq; ut decet amare / ac tuum illi amorem incontaminatum cõſervare volueris: maiora ſe prioribus daturum promittit. Anima. Iam quodammodo incipio amare cõſcientiam meam: ad quam diligendam dum ille charitate trahitur: qui mortuus eſt pro me innocens nihil qđ in me amaret inveniens. Quid ergo dñe dilexiſti in me: ⁊ tantum dilexiſti ut morereris ꝓ me? Quid tale in me inveniſti: pro quo tãta ⁊ tam dura ſuſtinere voluiſti? Amplius mihi vilis eſſe nõ debeo que tantum placui deo: ut mori eligeret ꝓ me ne perderet me. Homo. Et quid ſi cogitare ceperis quot ⁊ quales in cõparatione tua abiecti ſunt: qui hãc que tibi data eſt gratiam cõſequi nõ potuerũt? Elegit ergo te ⁊ preelegit ſponſus tuus: elegit te in oĩbus: ⁊ aſſumpſit te ex oĩbus: ⁊ amavit te pre oĩbus. Anima. Multũ fateor collatũ eſt mihi: ſꝫ queſo te ſi ut aſſeris ego iam aſſumpta ſum: qđ adhuc differor: quũ ad amplexus ſponſi nõdũ venire poſſum. Hõ. Neſcis ꝙ feda prius fuiſti: ꝙ polluta: ꝙ diſciſſa ⁊ diſſipata: ⁊ quõ tam cito i illũ caſtitatis thalamũ introduci experis niſi forte prius cura aliqua ⁊ ſtudio exculta reperiaris: te ne pudebit tue priſce turpitudinis: quũ nihil turpe nihil pudore dignum habebis? Nanq; audiſti qđ rex Aſſuerus fecit qñ Vaſthi reginã ꝓpter inſolentiã illius repudiavit? Vide ꝙ multe electe ſunt / ut una eligeret: illa ſcꝫ etiã q oculis regis formoſior ⁊ ornatior videret. miniſtri regis multas elegerũt ad cultũ: rex ipſe unam elegit ad thalamum. Poſuit te ſponſus tuus in triclinio ubi mulieres ornãtur. Cave ergo ne ad excolendam temetipſam negligens ſis. Eccleſia tricliniũ dicitur ꝓpter tres ordines fideliũ. Etiã hoc ad dilectionem pertinere ſcias: ꝙ habes unde te ornare poſſis: que utiq; ex te nihil habes: niſi ab illo acceperis. Primum eſt fons baptiſmatis quo ſordes criminũ preteritorum ablvis. deinde chriſma ⁊ oleũ: in cuius unctione ſpiritu ſancto liniris. poſtea delibuta ⁊ unctione leticie pfuſa ad menſam venies: ⁊ ibi percipis alimentũ corporis ⁊ ſanguinis chriſti: quo interius noxiam illam preteritorum ieiuniorum maciẽ depellis. Deinde veſtimento bonorũ operum induis. Ad ultimũ ſequitur aromata virtutũ: quorum odor ſuave ſpirans / oẽm illũ antiquorũ ſordiũ fetorem fugat. Datur etiã tibi ſpeculũ / ſancta ſcriptura: ut ibi videas faciem tuã / ne qđ minus / neq; aliter ꝙ deceat habeat compoſitio ornatus tui. Unde ꝙ pia diſpenſatione tibi ubiq; concurrit. Non habuiſti: ⁊ datũ eſt tibi. perdidiſti / ⁊ reſtauratum eſt tibi. Nunquid tibi gratia bene operandi nulla data eſt? Si magna opera facis / miſericorditer ſublimaris / ſi nõ facis magna opera: fortaſſis ſalubriter humiliaris. Melius novit ille quid tibi expedit ꝙ tu. ⁊ ob hoc ſi vis de illo bene ſentire: totũ qđ ab illo tibi fit / bñ fieri intellige. Forte gratiam virtutis non habes / ſed dum vitiorum impulſu concuteris / melius in humilitate ſolidaris. Suavius redolet deo humilitas infirma ꝙ virtus elata. Nihil ergo diſpoſitioni illius preiudicare audeas / ſed ſemper cum timore ⁊ reverentia ora eum ut quomodo ipſe novit tibi ſubveniat: ſi qua adhuc mala in te permanſerunt / pie diluat. ſi qua inchoata ſunt bona / benigne perficiat / ⁊ ea te qua ipſe voluerit via / ad ſe perducat.

§. XVII. Dulcedo vite mee ⁊ lu

men occulorũ meorũ / qđ retribuã tibi ꝓ oĩb⁹ que retribuiſti mihi? Vis ut diligã te / ⁊ quomodo? Tu dediſti mihi dñe ſenſum ut te cognoſcam / ⁊ pre ceteris multis de tuis ſecretis revelata intelligam / alios coetaneos meos in tenebris ignorantie dereliquiſti: ⁊ mihi pre illis lumen ſapientie infudiſti. Tu dediſti mihi ſenſum capacem: intellectũ facilem: memoriam tenacẽ: linguã diſertam: ſermonẽ gratũ: doctrinam ſuadibilem: efficaciã in opere: gratiã in converſatione: profectum in ſtudiis: effectũ in inceptis: ſolamẽ in adverſis: cautelam in pſperis: ⁊ quocũq; vertã me: ubiq; gloria tua preceſſit me. et ſepe quũ mihi cõſpectus videbar: ſubito liberaſti me: qñ errabã reduxiſti me: qñ ignorabam docuiſti me. qñ peccabam corripuiſti me: qñ contriſtabar: cõſolatus es me. qñ deſperabam cõfortaſti me: qñ cecidi erexiſti me: qñ ſteti tenuiſti me: qñ ivi eduxiſti me: qñ veni ſuſcepiſti me. Hec oĩa mihi feciſti dñe deus meus / et multa alia de quibus mihi dulce erit ſemꝑ cogitare / ſemꝑ loqui / ſemꝑ gratias agere: qꝛ te laudẽ ⁊ amem. Ecce habes anima mea arram tuam: et in arra tua cognoſcis ſponſum tuum: ſerva te illi intactã: ſerva impollutã. Anima. Vere fateor merito amor iſte ſingularis dicit: qꝛ quũ in multos diffuſus datur: ita tñ unice ſingulos amplexatur. Vere pulchrum ⁊ mirificum bonũ. quod cõmune eſt omniũ ⁊ totũ ſingulorũ: cunctis preſidens: ſingulos implens: ubiq; preſens: omniũ curam agens: ⁊ tamen ſingulis quaſi omnibus providens. Sic certe mihi videtur quum eius miſerationes circa me attendo: ꝙ (ſi fas eſt dicere) quodammodo nihil aliud agat deus: niſi ut mee ſaluti provideat. et ita totum ad cuſtodiam meam occupatum video: quaſi omnium oblitus ſit: et mihi ſoli vacare velit. ſemper ſe preſentem exhibet / ſemper paratũ ſe offert. Quocunq; me vertero: nõ me deſerit. ubicunq; fuero: non recedit. quicquid egero pariter aſſiſtit. Hoc igitur conſiderans / timore pariter ingẽti ⁊ pudore cõfundor: ꝙ illũ cui tam vehementer placere cupio: ubiq; mihi preſentem ⁊ omnia occulta videntẽ intueor. O quã multa ſunt in me de quibus corã oculis eius erubeſco: et ꝓ quibus iã magis illi diſplicere timeo: ꝙ pro his que in me laudanda ſunt / ſi qua ſunt poſſe placere confido. O macule veteres: o fede ⁊ turpes: quid tam diu heretis: abite ⁊ diſcedite: ⁊ ne prefamatis amplius oculos dilecti mei offendere. Nolite fallere voſmetipſos / non ſemper mecum ipſo adiuvante manebitis: ꝙ nis me adhuc pigritante exterminari non potuiſtis. Prorſus abominor turpitudinem veſtram. Iamq; deinceps etiam ſi poſſem non videri: nollem tamen a vobis infici: quanto magis nunc quia palam ipſa ſunt: ⁊ quia plus certe contriſtat eius offenſio ꝙ mea etiam turpitudo. Recedite ergo in vanum mihi adheretis amplius quia ⁊ mecum manentes mee non eſtis: alienas etiam fore te mea vos iudico. Habeo aliud exemplar cui conformari cupio / ⁊ ad aliud iugiter reſpicio: ac quantum poſſum magis ac ſemper magis exinde ſimilitudinem traho. Ex quo etiam didici ꝙ vos exterminare debeo: ⁊ qualiter hoc faciam agnoſco. Homo. Dixiſti dilectionem ſingularem pariter et communem eſſe non poſſe: ſed inde comprobata eſt amplius mirabilis: ꝙ demonſtrata eſt communis ⁊ ſingularis. Ad extremum modo dubitare cepiſti / an in hac deformitate tua quam (licet invita) pateris / ab illo poſſes diligi. Sed ſi te tunc diligere dignatus eſt: quando tota turpis ⁊ nihil decoris habens fuiſti / quanto magis nunc diliget te quando decorari ⁊ priſtinam turpitudinem iam deponere cepiſti. ⁊ ꝙ ais quedam adhuc in te videat que ſibi non placeat / diligit tamen hoc ipſum ꝙ tu quoq; in temetipſa iam odire cepiſti / que illi diſplicent / Non enim tam ſtatuꝫ ꝙ propoſitum reſpicit: nec quid ſis / ſed quid velis eſſe attendit. ſi tamen inquantum potes ſatagis / ut quod eſſe non cepiſti / eſſe merearis. Anima. Quid eſt illud dulce quod in ei⁹ recordatione aliquando me tangere ſolet / ⁊ tam vehementer atq; ſuaviter afficere / ut iam tota quodammodo a memetipſa abalienari: ⁊ neſcio quo abſtrahi incipiam? Exhilaratur conſcientia / in oblivionẽ venit omnis preteritorũ malorum memoria: cor illuminatur: deſideria iocundãtur. Iamque alibi neſcio ubi me eſſe video / ⁊ quaſi quibuſdam amplexibus amoris intus teneor / et neſcio quid illud ſit / ⁊ tamen illud ſemper retinere et nunquam perdere toto animi niſu laboro. Luctatur quodammodo dulciter animus ne recedat quod ſemper amplecti deſiderat / et quaſi in illo omnium deſideriorum finem invenit: ſummeq; et ineffabiliter exultat / nihil amplius querens / ſemper ſic eſſe volens. Nunquid ille eſt dilectus meus? queſo dic mihi ut ſciã ſi ille eſt / ut ſi denuo ad me venerit / obſecrẽ eum ne recedat ſed ſemper permaneat. Homo. Vere ille eſt dilectus tuus qui viſitat te: ſed venit inviſibilis / venit occultus / ut tãgat te / non ut videatur a te. Venit nõ ut totum infundat ſe / ſed ut guſtandum prebeat ſe / non ut impleat deſiderium: ſed ut trahat affectum. Primitias quaſdam porrigit ſue dilectionis / non plenitudinem exhibet perfecte ſatietatis. Et hoc eſt quod maxime ad arram deſponſationis tue pertineat

neat: q ille qui in futuro ſe tibi videndum ⁊ perpetuo poſſidendum dabit: nunc aliquādo q̄ dulcis ſit agnoſcas: ideo ſe tibi ad guſtandum prebet. ſimul etiam vt interim de abſentia eius conſolerit: quando eius viſitatione ne deficias inceſſanter reficeris. Hec de ſcriptis magiſtri Hugonis dicta ſufficiant.

❡ De Hugone de Folietto ⁊ ſcriptis eius. Capitulum. ij.

Fuit ⁊ alius Hugo qui dicitur Hugo de folietto: qui ſancti Petri Corbeienſis aſſeritur fuiſſe canonic⁹ vt refert Uincentius ſpecu. hiſto. lib. xxviij. cap. xviij. ⁊ quo tempore fuerit non exprimit: Hic edidit librū qui intitulatur de clauſtro anime/multū notabilem: ex quo hic ponuntur aliqua excerpta. Ex libro primo de clauſtro ait inquit.

Preclare Hugonis ď Folietto ſnie.

Epiſcopi noſtri hodie domos non impares eccleſijs magnitudine conſtruunt: pictos delectantur habere thalamos: et pauper autem ſine veſtibus incedit: ⁊ vacuo ventre clamat ad oſtium. O mira delectatio. Troianos geſtat paries pictos purpura: auro veſtitos: ⁊ chriſtianis negātur veteres panni. Hectori clypeus datur auro ſplendens: pauperi vero ad ianuam clamanti non porrigitur panis. Et vt verum fatear ſpoliantur pauperes ſepe vt veſtiantur lapides. Et infra. Audire bonum diligenter / ⁊ velle fieri bonum / magna pars eſt bonitatis. At diabolus per quoſdam de exercitu ſuo clauſtralib⁹ minatur vt eos terreat: per alios blāditur vt decipiat: per alios promittit vt peruertat: p alios inſidiatur vt rapiat. Phyſicam docet: de conſolationibus loquitur: infirmitates diuerſas ſi teneatur religio/ generari predicat. Sed quare hoc? non vt mederi velit: ſed vt occidere poſſit. Uidet ex ſubtractione ciborū luxurie vires minui poſſe: ⁊ ideo nō cardat minari egritudinem: timet ociū perire ⁊ ſomnolentiam deſtrui ⁊ ideo laboris intolerantiā ⁊ ꝓtenſa vigiliarum ſpatia pretēdit. abſtinentiā ⁊ ieiunium dānat: ⁊ per iſta naturam carnis deficere aſſtruit: ⁊ tamen vitium ſuperfluitatis tacet: per quā natura ſuffocat̄. Sunt autem quatuor diuerſitates rerum que clauſtralib⁹ fugiēde ſunt: maxime renunciantibus huic ſeculo habende deſpectui. Confert enim pulchritudo delectationē: ornatus affectum: locus opportunitatem: diuitie effectum. Audiāt igitur hec vt caueant qui loculos portant: qui nundinas ⁊ fora ꝓpter neceſſitatem fratrum frequentāt: qui ſecularium domos ⁊ curias perluſtrant. Deuitent ſolarium Berſabee/ biuium Thamar: thalamum Amnon filij Dauid. Deuitent perſonas infames: ſuſpecta hoſpitia: munuſcula dare ⁊ accipere: pecuniam plurimā congregare: ne in ipſa laqueus lateat in quo cum alis pereant. Pudicus ocul⁹ ianitor eſt cordis: quicquid indecens nouerit eſſe/ excludit: impudic⁹ vero querens qđ placet/ vbiq̄ diſcurrit. Solent hoīes tribus generibus armorū vti: telis videlicet/ haſta / ⁊ gladio. Immiſit vxor dn̄i ſui oculos ſuos in Joſeph. Hec ſunt impudicitie tela quibus vulnerantur longe poſiti. his vero pudicitiam oculorum oppoſuit. Uibratio haſte blandientis videlȝ ſermo adultere: huic opponitur cordis munditia. venenata enim colloquia non recipit mundi cordis puritas. Gladius quo confligitur cominus mollis adultere tactus: huic reſtitit per cordis munditiam. Reſpuit enim adultere tactum: rupit fimbriam ne ſerperet contagium. His igitur modis docet nos Joſeph ne per pulchritudinem mulierum ad delectationem trahamur. Ueſtium vero ornatum ⁊ affectum qui inde ſubminiſtratur: vilis habitus amor extermināt. Nemo enim qui vere habet proprij habitus cōtemptum: alieno delectatur ornatu. Sed ⁊ loci opportunitatē ne tentationi ſit congrua: clauſtri aſſiduitas excludit. qui enim diſcurrunt per alienas domos: qui ſocietate ſecularium gaudēt: qui fori ſpectacula ſequuntur: qui non ad neceſſitatem cōmunem ſed ad propriam voluntatem ſunt parati: qui cauſas itineris ſui non habent ſed fingunt: tales ſicut ſunt faciles ad diſcurrendum: ita forſitan proni ſunt ad ea que loci opportunitas ſubminiſtrat.

§. I. De ſecuritate clauſtri ⁊ periculis ſeculi idem.

Securaeſt clauſtri aſſiduitas quam cura rei familiaris non turbat: quam non ſolicitant acceſſus hominum. Ibi inter fratres alterius ad alterum habetur diligens cuſtodia. ibi prelatorum ſubiectis diſcreta prouidet ſolertia. ibi ſilentium confabulationibus aufert locum: extinguit iram. ibi diſciplina ceteros motus corporis ſeruire cogit munditie. ⁊ ſic omnis opportunitas que eſt ad malum: per clauſtri aſſiduitatem excluditur. Per paupertatē vero voluntariam pecunie affectus extirpatur. Contingit quandoq̄ vt qui minus terreri nequeunt: nec blandimentis acquieſcunt: promiſſis citius flectantur muneribus.

Clauſtri ſecuritas.

Prudentia ipſa mundi eſt: que promittit vt peruertat ſcilicet diuitias ⁊ honores. Alterum cupiditatis eſt/ alterū ſuperbie. Promittit: ſed nihil dat. Et ſi quando recipiant homines qđ ꝓmittit: nō datur illud: ſed emitur. Raptoribus ꝓmittit agricole ſubſtantiam: diuitias vidue: pupilli agros. Feneratori vicini ſui domū: amplitudinē poſſeſſionis. Militibus ꝓmittit inter enſes lucra inter telorum grādinē ſub ſpe carceris ⁊ mortis periculo. Negotiatoribus vltra mare ꝓmittit lucrum: ibi naufragij timor: ibi vento cōmendantur opes ⁊ anime: in vtroq̄ periculū: in vtroq̄ difficilis acquirendi modus. Clauſtralibus vero vagandi licentiam quā rigor clauſtri abſtulerat repromittit: fabuloſas confeſſiones ocioſorum: platearū applauſ⁹: fori ſpectacula ciborū aſſuetudinē: veſtium mollitiem. ⁊ vt cuncta cōpleā: libertatem faciendi qđ placeat. Ultimo loco de ſuperbia q̄ inſideatur vt rapiat/ eſt agēdū. Hec eſt que ſeculares poſſidet ⁊ retinet: nouiter cōuerſos vexat ⁊ reuocat: iuſtos vero tentat ⁊ illudit. In ſecularibus apparet: in nouiter cōuerſis notatur: in religioſis quoq̄ latet. Elephantis natura talis eſſe dicitur: vt oſſa illius iuncturis careāt: ⁊ ideo flectere mēbra ſua nequeat: ſed ſemper ſtat. Membra ſuperbie inflexibilia ſunt: quū enim ſuperb⁹ loquitur ſi impones ei ſilentium: nō acquieſcit: ſi aliquid operatur ⁊ cōtradicis: non ceſſat. ⁊ ſic flecti nequeunt actus ſupbie. Sȝ qui ſic ſtat male ſtat. Ad propriam volūtatem quaſi ad arborem latus inclinat ſuperbus. vt quietem recipiat. Qđ enim per diſpoſitionem ꝓprie voluntatis agimus: hoc quieto ſuſcipimus animo. Si autē aliter ordinatur: pro labore reputatur. Succidatur igitur arbor proprie volūtatis vt cadat ⁊ occidatur beſtia ſuperbie. Sed cauendum nobis eſt ne cadens opprimat aliquē. Sic igitur nouiter cōuerſis inſidiatur ſuperbia.

Elephāti cōparatur ſuperbia.

§. II. Audiāt ſeculares quos delectatio tēporaliū retinet: q̄ religionis horrent habitū: q̄ ſuauis vere ſit religionis cohabitatio.

Abūdans enim eſt pauperi: mediocri ſufficiēs: tolerabilis diuiti: infirmis larga: delicatis cōpatiens: fortiorib⁹ moderata: penitentib⁹ miſericors: ꝓuerſis ſeuera: bonis optima. Hec ſunt nouē religionis bñficia. Quidā rebus tēporalibus egēt: ſed inuiti: ⁊ hec vocari ſolet egeſtas. Egēt enī rebus: ⁊ egēt bona voluntate: qua diti⁹ nihil eſſe pōt. Quidā de ſeculo veniūt vt in eccleſia poſſint honorari: q̄ in ſua domo nō niſi contēptibiles eſſe poſſunt. Qui ſi forte eccl'iam in qua paup̄tas amatur intrauerint: intolerabilem dicūt illius loci conſuetudinem: nimiam ꝓlatorum ſeueritatē ꝓtendūt: aliquē de fratribus opponunt ſibi/ quē quū nolūt pati/ dicūt q nō poſſunt. callide machinantes vt ad ditiorem valeant trāſire eccl'iam: quaſi humiliter rogant a vinculo ꝓfeſſionis abſolui: miſcentes blādis aſpera. Minant̄ enī ſcandalum ſi male diſceſſerit: ⁊ iurant ſe in alia eccleſia quiete mentis eſſe poſſe: in ſua nunq̄. Rñdent abbati ſuo libera frōte: accuſant fratres quoſdā crimīnoſos. quoſdam per ironiā iuſtos vocant. Quos vero iuſtos negare nō poſſunt ⁊ inuidētes bono nimiū iuſtos appellant. Erubeſcūt genus ſuum. Proprio noīe nollunt appellari. Amant enim noīa dignitatū. Si vocent̄ abbates/ ſi priores/ ſi prepoſiti: arridet oculus. hilareſcit facies. ⁊ ſic nuntiat animus quid optet. Huiuſmodi pauperib⁹ nō ꝓmittit chriſtus regnū: ſed infernū. Sunt alij q̄ ex paup̄tate venerūt: q̄bus ſi dent̄ neceſſaria/ eo putant eſſe ſuperflua ex humilitate ſua. Otium vnius diei ſacrilegiū eſſe putant. Saturari vilibus cibis arbitrā tur vitium. Nulli equales eſſe/ ex debito cūctis ſeruire/ ⁊ in ſtimant. aliquando bonas veſtes erubeſcunt habere. ⁊ ex ſi cōdiret humilitatem diſcretio: vti licitis licitum eſſe non dubitarent. Tales ſequunt̄ chriſtum pauperem itinere recto/ qȝ pauperes pauperem / humiles humilem/ his dātur tēporalia ad neceſſitatē ⁊ ꝓmittunt̄ ad eternitatem celeſtia.

Noueꝫ religioſe cohabitationis bñficia.

❡ Mediocri religio ſufficere debet/ qȝ neceſſaria prebet/ dat ſatis/ ⁊ dat gratis. mediocritas eſt via media que ducit ad ciuitatē ſummi regis. a dextris vero ⁊ ſiniſtris ſunt egeſtas ⁊ diuitie. in vna anguſtantur per egeſtatē. in alia errant p ſuperbiam. In precioſa enim veſte eſt ſupbia: in pannoſitate vero aliene rei cōcupiſcentia. ❡ Tolerabilis eſt diuiti religio. Jugū enim meū (inq̄t) ſuaue eſt. Taurorū ceruices humil at onus qđ trahit. ſuperbiā carnis que quaſi ex adipe ꝓdit domat. Sed dicet aliq̄s. vita chriſti eſt opprobria pati/ nihil poſſidere: affligere corpus/ mori pro proximo. ſȝ cui eſt hoc onus leue? audi cui. cupio (inq̄t Paulus) diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto. Mira res/ hec abhorrēt quotidie ſeculares. ⁊ hec quotide patiunt̄. Timent opprobria pati ꝓ chriſto/ ꝓ mundo aūt patiuntur opprobria ſempiterna. Mori ꝓ chriſto pertimeſcunt/ ⁊ ꝓ temporali quotidie

lucro quotidie moriuntur. Nonne leue eſt mori ꝑ proximo ⁊ eſſe cum chriſto? Spes muneris laborē oneris īminuit. Uere onus leue vita chriſti: quia nec multa portat nec diu. Religio nō acquirit cū cupiditate: nō poſſidet cum amore nō dolet ſi amiſerit. Iugū aūt diaboli grauat ⁊ opprimit. Multa enim patiſ diuitū ſuperbia. Nouimus diuitū menſas: noueruīt ⁊ aliqui noſtrū ꝑteruitos ibidē acquirit ſibi locū: nō ſimplicitas. Quibuſdā ibi datur cibus ſine potu ⁊ ecōuerſo. multi etiā ieiuni ſurgunt a menſa: ⁊ tamen leti vrbanitate quadā famē ſuā cōſolanſ. Menſa vero religionis eſt ordinata ſufficiens: nō ſuperflua: nullus ibi amittit locum cū rubore: qꝛ oīa diſponit humilitas. Ieiunāt milites vt aliena rapiant: ſcholares vt ſubtiliores ſiāt: ⁊ nolūt ieiunare vt audiant. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis. Dicit chriſtus: ⁊ ego reficiam vos: ⁊ dicit homo / deficiam. Cui credam? Credo quia qui potuit hominem facere: poſſit ⁊ reficere. Labor diuitū grandis: leuior eſt labor clauſtri: ⁊ tamen timetur. Leuius eſt enim pondus tunice ꝙ lorice. tutius eſt clauſtrū ꝙ caſtrum. tutior eſt abbatis obedientia ꝙ regis iuſſio. hec inter gladios mittit: illa periculum vitat: labor aūt multi: ſed non prodeſt eis. Tolerabilis eſt labor claudiri: quia mediocritas laborē temperat nec aufert diuiti niſi ſuperflua. religio quod nocet aufert: quod neceſſe eſt miniſtrat.

Infirmitas q̄druplex.

§. III. Quod religio larga eſt infirmis.

Idē. Quidā eñ ſunt q̄ infirmanſ ex ſenio: alij vo ex membrorū leſione: alij ex infirmitate ad tp̄s: alij cōtinuo lāguere. Sūt aūt aliqui quorū ſenectus eſt garrula: iracūdia plena: puerbijs: ⁊ fabulis vacāt: ⁊ licet oculus eorū cecutiat: licet man⁹ tremebūde ceſſent ab opere licet officiū ſuū pes ignoret / licet totus corpore ⁊ aīo curuus incedat: tamen cor ⁊ lingua nō ſeneſcunt. Hi ſunt q̄ glorianſ ſe fuiſſe diuites. Bella principū ſeculariū nō pacē ſanctoꝝ recitāt ad cauſas vocari volūt: qꝛ ꝑterita nouerūt. Tales accuſarent Suſannā ſi velles: ⁊ laudarent Iezabel. Sūt ⁊ alij q̄ quū terrā nō videāt oculis: celū mente cōſiderāt. Qui licꝫ offendāt pedib⁹ / licet toto corꝑe nutēt / nō offendūt tñ lingua nec corde nutāt / tacent noxia / qđ inſtruit narrāt / hoſeꝫ interiorē labori ſupponūt / quū ñ poſſint exteriorē. Inſtāt orationi. Recogitant oēs annos ſuos in amaritudine aīe ſue / ⁊ ideo reuocabiſ vt aq̄le iuuētus eorū. Illorū v̄o qui mēbrorū leſionē ſiue moleſtiā corporis ſiue egritudinē patiunſ / q̄dā egreferētes cōſulūt medicū / ñ ſtatim nō cōualeſcant: iraſcunſ. Dolorē capitis nō patiūſ benigne / ⁊ quō ꝑ ꝑrimo capitis abſciſſionē patereſ. Flagellum timent: et quō tormenta ſuſtinerent? Sunt alij q̄ nō ſeruiūt carni ſꝫ volunt vt ſeruiat caro ſpiritui / qui nō querunt medicū niſi chriſtū / clamātes tanq̄. Sana me dñe ⁊ ſanabor. Soli portant infirmitatē ſuā: qꝛ nō inquietāt aliqueꝫ querimonijs. Quatuor ſunt vnde cōquerūtur infirmi. ſ. de infirmitate: de medicina / de cibo / de ordine. De infirmitate ideo conqueruntur / quia pondus infirmitatis portant inuiti: alij vero eo ꝙ labori fratrum intereſſe nequeant. De medicīa vero / ꝙ nō ſubueniaſ eis / vt dicunt fraterna charitate / alij ꝙ diſpendiū patiaſ eccleſia ꝑ ſalute eorū. De cibo aūt / ꝙ nō ſufficienter vel quō vel qñ volunt miniſtratur eis. alij vero ꝙ delicta comedant nihil operantes / ꝙ aliquis eis ſeruiat ⁊ ipſi nulli. De ordine aūt conqueruntur / imputantes grauitati ordinis infirmitatis ſue cauſaꝫ. ⁊ ſic qđ bene egerūt male perdunt. alij qꝛ a conuentu fratrū ſeparati delicatius tractentur. Si aūt a lectulo fratrū i choro pſallentium voces audierint / pſalmos illos ruminant / q̄ clauſtri tediū benigne ferūt felices eſſe putāt: nihil de ordine implere ſe fatentur / ſed (niſi fallor) implent totuꝫ infirmitatis clauſtro coarctantur / diſciplinantur anxietatum virgis / ſpinis dolorū / ieiunant / vigilant / laborant / qꝛ cibum / ſomnū / et quietem / infirmitas negat: ⁊ tñ ſi pareſ lectulus ſuauior / ſi cogantur ſine caligis dormire quaſi aliq̄d criminale fecerint. in hmōi timent vitam finire. Quomodo eſt infirmis larga religio vt ſi dentur alijs neceſſaria infirmis plura ⁊ delicatiora querantur vt ex multis aliquid placeat ⁊ quum guſtauerint reficiantur ex aliquo.

Delicatoꝝ ſpecies quadruplex

§. IIII. Quod religio eſt cōpatiens delicatis.

Idem Hugo. Quatuor ſunt delicatorū ſpecies / voluntate / vſu / genere / natura. Volūtate delicati ſunt qui quū groſſioribus cibis vti poſſunt / nolunt: ſed exquiſita ⁊ diuerſa fercula querentes reſpondent ventri / ⁊ petenti obediunt. Reſpondeo huic ⁊ ego / quoniā ſi clamauit: nō virga ſed pane cōpeſco / mihi ſoli quandoqꝫ fercula plura parantur / ⁊ multis fratribus vnū dabo? multis vnū / ⁊ vni plura? Uſu vero / qui quū eſſent in ſeculo / ſeruiebāt vētri / in eccl̄is vero poſiti vſum ſoliti cibi mutare nolunt. Infirmitatem timent corporis: ⁊ aīe ſue inferunt mortē. Impoſſibilitatis ſue vſum vite preſentis cauſam teſtantur. Sꝫ vt dici ſolet malus vſu abolendus eſt. Genere delicati ſunt filij nobilium: qui ſicut fuerunt in ſeculo nobiliores dignitate generis ita in conuentu fratrum ſunt nobiliores proceſſu bone operationis. Iactant ſe non eſſe delicatos. Humiles ſunt verbo / veſtitu / et opere: nec de parentum ſuorū dignitate gloriantur: ſed occultāt cauſas ſuperbie: ne pes eorum labatur in vitium. natura vero delicati ſunt: quorū complexio talis eſt vt pondus laboris / ieiunij / ⁊ vigiliaruꝫ ferre non valeant: qui etiam cibos exequiſitos faſtidiūt: q̄ ſibi ſunt oneri: qui calore ſolis diſſoluti cito laſſanſ: ⁊ frigore ſtatim torpeſcūt. Tales etiā de populo quoſdam natura plaſmauit. Omnibus hīs cōpatiēs eſt religio. Eſt auteꝫ vera ⁊ falſa compaſſio. vtraqꝫ tamen tribus modis fieri ſolet. ſ. ore / corde ⁊ opere. Ore fit falſa: qñ quis flebilibus verbis tantum dānum alterius conſolatur. Corde vero: qñ diuiti aliquis oppreſſus egritudine ſiue egeſtate occurrit: et pietate motus affectū inclinat: tranſiens tamē egenti non ſuccurrit. Hec cōpaſſio ſterilis eſt: cōcepit: ſed non peperit. De conceptu enim vere compaſſionis naſci ſolet eleemoſyna. ſed tanq̄ venefica mulier partum iugulat auaritia: ne ꝑdeat in lucem. Illa que ore fit tantuꝫ: adulatoria eſt. Sequitur alia ſcꝫ tertia. que multa tribuit: ſed ideo nō laudatur vt plus recipiat. Sunt etiā q̄ cōpatiuntur ſibi ne interficiāt ciuē. Alij vero fratri ſuo: ſed quia nō habent vnde cōpaſſionis opa cōpleant: ꝓlatis quoꝝ eſt ꝓuidere aut impēdere neceſſaria / qualis ſit ⁊ quid poſſit frater ille diligēter intimant: compatiuntur ⁊ magiſtro: ne qui preire debeat: deficiat in via. vnde quidam vſus inoleuit vt aliquem de fratribus abbas ſibi preponat cui obediat in agēda ſui cura: ne rigor ꝓlationis frāgat humanā fragilitatē. Et hec eſt cōpaſſio prudētie. Tria ſunt per q̄ apparet vera ꝯpaſſio. ſ. occulta bñficia: pauꝑtas / ⁊ mors. Beneficiū eñ ſi impēdatur occulte: humane laudis fauoreꝫ extinguit. Quando eñ pauperi miſeretur aliq̄s tēporalis remouet ſpem retributionis: quiꝫ ꝑ ꝑrimo mortē pati nō renuit: amorē mundi non preponit.

Cōpaſſio vera eſt falſa ⁊

§. V. Quod religio fortioribꝰ ē moderata.

Hugo. Tenēdus eſt in omnibus mod⁹. qđ enim modum excedit: excedit ⁊ vires. Modus equa lāce librat onera fortioꝝ ſiue debiliuꝫ: ne grauenſ fortiores: aut debiles ſub onere opprimantur. Tres ſunt ſpecies fortiū: ſcientia / corpore / ⁊ animo. Scientia fortes ſunt: qui licet diligenti affectu animi careant: licet fortitudo corporis nō ſuppetat: ipſi tamē quadā ratiōabili ſciētia qua creatoris ſui benignitatem ⁊ ſuā negligentiā recognoſcunt: inclinant animi rigorem: ⁊ corpus ſuū cogunt ſeruire creatori ſuo. ⁊ ſic diſcunt bene amare: quia ſciunt bene operari. Corpore fortes ſunt: quos natura ſolidauit ad tolerādos labores: quorum quidā qđ proſit operari poſſunt ſed nolūt: alij poſſunt ⁊ volunt: alij vero plus volunt ꝙ qđ poſſunt pati. Qui corpore fortes / animo debiles ſunt: parcunt ſibi ſeipſos amantes. ſectantur otium. vacāt fabulis. fures ſunt. qꝛ cōi neceſſitati ſubtrahūt qđ cōmune fecerant. Mentiunſ aūt corā deo ⁊ hoībus. qꝛ qđ vouerunt reddere poſſunt: ſed nolunt. decipiunt fratres ſuos ignorātes q̄d poſſunt. Animo ſunt quidam fortes. quidā fortiores. alij fortiſſimi. Fortis Tobias. fortior Iob fortiſſimus Abraam. Duobus modis ꝓbatur fortitudo animi. cupiditate. ſ. ⁊ carnalitate. Tobias commiſit. Iob amiſit. Abraam dimiſit. hic pecuniam iſte ſubſtātiam: ille domum: terrā ⁊ cognationem. Unus ſipe. alter patienter. alius ſponte. Primus egenti cōpatiendo. Secundus perſequentem tolerando. Tertius iubenti obediendo ⁊ ſic nō cedunt cupiditati: que in tribus conſiſtit. ſ. in amore poſſidendi: in dolore amittendi: in coactione deſerendi. ſed ſimul expellunt tres tria: qꝛ quiſqꝫ ſuū. nec cedunt carnalitati. Non enim plus amauit Tobias filium ꝙ debuit. Iob de morte filiorū nō doluit plus ꝙ neceſſe fuit. Abraaꝫ vero non tantuꝫ Iſmaelē: ſed etiā Iſaac deo obtulit. Fortiſſimus Abraam: ſed beatus Laurētius fortiſſimo fortior Abraā ſua dimiſit. Laurētius ſua diſperſit ⁊ dedit. Abraā ſuum filium deo obtulit. Laurentius ſeipſum pro filio dei. Hic ignem parat ſeu portat: colligat filium. ille ad ignem poſitus chriſtuꝫ predicat. efficiſ holocauſtū dño vere totū incenſum igne charitatis intus. exterius flammis tribulationis. Hic qꝛ fit obediēs: filiū recēpit incolumē. ille v̄o qꝛ ꝑſeuerat in tormētis a dei filio recepiſ in ſalutē. Sic igiſ in trib⁹ hīs conſiſtit fortitudo toti⁹ religiōis. Qui eñ ſcit ⁊ vult ⁊ pōt bene operari: ſi in hoc modū teneat: ſemper ꝑfectus eſt.

Fortitudo triplex.

Et peniſcere et miſereri triſaria contingit.

§. VII. Quod penitentibus religio eſt miſericors:

idē Hugo. Trib⁹ modis penitet homo. Saul ore. Petrus corde. Dauid ore ⁊ corde ſimul penituit. Tria cōmiſit Dauid erga Uriam perfidiam / homicidium / ⁊ adulteriuꝫ. tamen qꝛ corde penituit: audiuit / Dimiſſuꝫ eſt tibi peccatū tuū. Ter negauit Petrus / ⁊ reſpexit eum dñs. Tribus modis peccauit Saul: ꝑ ſuperbiam / ꝑ inobedientiam / ⁊ per excuſationē peccati. Superbie diaboli: ꝑuaricationis Ade: excuſationis Eue particeps efficitur. Adam contra patrē: Eua cōtra filiū: diabol⁹ cōtra ſpiritū ſanctū peccauit. Hi ſunt tres qui teſtimoniū dant in celo aduerſus Saul. Pater qui eſt veritas: de mendacij excuſatiōe. Filius qui eſt patri obediens: de inobedientia. Spūſſanctus de pſeuerantia peccati teſtimoniuꝫ pfert. Superiori nō obediuit Saul: nec pepercit inferiori ſed ſibi: dū populum ſibi ſubiectum accuſat: dum ſeipſum excuſat: dum precepta Samuelis recuſat. Tribus modis penitet hom o: et trib⁹ modis miſeretur deus. Peccātē expectat ⁊ reuocat dono gratie. deſperantē conſolatur per ſpem venie. penitētem roborat ex pmiſſis glorie. Miſeret̄ ⁊ hō homini trib⁹ modis. Miſeret̄ prelatus diſcipulo: dum peccātem verbis benigne corrigit: deſperantem ad ſpem per exempla miſericordie erigit: ⁊ correptum poſt cōmiſſa diligit. Nonnulli quum aliquem familiarē habeant: ſi peccat: deſpiciunt: fatentur ꝙ non diligunt eū ſicut prius. Peccauit Petrus: ſed chriſtus eū nō deſpexit immo reſpexit ⁊ dilexit. Miſeretur ⁊ prelato diſcipulus: duꝫ irato nō reſiſtit magiſtro: ⁊ vt peccanti nō detrahit: vel ꝑuerſum patitur. Iratū enim Saul fugiebat Dauid purgantē in ſpelūca ventrem: quum poſſet occidere nō occidit: ꝑuerſumqꝫ paſſus eſt ꝙdiu vixit. Miſeretur diſcipulus diſcipulo: dum peccanti orando cōpatitur: aut quando inter ſe ⁊ illum ſoluꝫ corripit: aut quādo in ſe peccanti benigne dimittit.

§. VII. Quod perverſis religio

ſit ſeuera: idē Hugo. Peruerſis religio eſt ſeuera. Seruat honeſtateꝫ ſeueritas: leuitatē caſtigat: ⁊ timet̄ ab indoctis. Ipſa eſt decor ſenum: iuuenū virga: prelatoꝝ perſonas ornat: virtutū ſpecieꝫ colorat. Sicut eñ rubor miſtus cādori / ſic ſeueritas miſta rectitudini / ſi dulcedine ꝑdiatur: vultum religionis decorat. Dulcedo prelati trahit ad penitentiam peccantem diſcipulum: ſeueritas corrigit. rectitudo dat legem delinquētib⁹: ſic nec ſeueritas leuitatem patitur. nec dulcedo diſſolutioneꝫ. nec rectitudo lineā iuſtitie trāſgredi permittit. Ira prelati cauſam dat peruerſo: iuſtum vero prouocat ad iram. Due ſunt ſpecies ꝑuerſitatis: aperta ſciliꝫ ⁊ occulta. Sunt quidā adeo peruerſi: vt quod ipſi male operātur / aperte defendant: qđ aūt alij bene faciūt: deteſtantur ⁊ impugnāt. Incorrigibiles ſunt. Hoc ſolum qđ volunt bonū credunt. Obedientiam aūt nunꝙ aut negligenter implent: humiles fratres ꝓuocant. turbāt ſilentium. Talium figuram geſtabat Philiſteus ille ꝙ egreſſus de caſtris Philiſtijm ꝓuocabat filios Iſrael. Cui⁹ magnitudo ⁊ armorū diuerſitas moraliter ſtatum peruerſoruꝫ ſignat: qui maligni ſunt apd̄ ſemetipſos: ⁊ morū qualitates deſignant. Peruerſi caput caſſide tegūt: dū peruerſe actionis intentionē laudant. Siniſtrū vero latus obūbrant clypeo: dū ſiniſtram praue actionis parteꝫ excuſant. Ocreas habēt in cruribus: qꝫ eſt quaſi extrema pars corporis: quia vſqꝫ in finem in obſtinatione perſeuerant. Lorica induunt̄ qua totū corpus tegitur: quando totā defendunt actionē. He ſpecies armorū ex ere facte perhibent̄: qꝛ quicqđ agit peruerſus nō humili cōfeſſione ꝓtegitur: nec ratione veritatis: ſed clamoſo ſtrepitu ſecularis eloquentie defendit. ⁊ per exempla reproboꝝ cōfirmat. vñ ſequit̄. Et armiger ei⁹ antecedebat eū. Hic eſt ꝗlibet reprobus cuius exēpla antecedunt. ⁊ ex his ſumunt̄ defenſionis arma. Hec eſt aperta ꝑuerſitas: vnde ſequit̄. Stans clamabat aduerſum phalangas Iſrl̄. Sunt alij quoꝝ ꝑuerſitas eſt occulta: atque cōſilio ſuo fratres cōmouēt ad irā: excitant rixas ꝙ cōſilio cōſurgere faciūt Abſalon ꝯtra Dauid. i. ſpūales filios contra ſpūales patres coꝝ. Utriſqꝫ ſeuera debet eſſe religio: vt apte peruerſis reſiſtant in faciē: ⁊ occultoꝝ cōſilia murēt: ſic Dauid Philiſtei frōtē lapide cōminuit: ſic Chuſi cōſilium Achitofel deſtruxit. Frōs Philiſtei ē cognitio ꝑuerſitatis. Percutit̄ ergo Philiſteus in frōte: quādo ꝑuerſitas incipientis agnita reuerberat̄ a ſapiēte. Chuſi aūt interpretat̄ ſilentiū. Achitophel vero ruina fratris. Deſtruxit ꝙ Chuſi cōſiliū Achitophel: qꝛ per ſilentiū coꝝ qui ſunt quaſi ruina fratrū / adnihilat̄ cōſiliū. Hec duo ad ſeueritatē pertinēt ſcꝫ rarus ſermo / ⁊ rigor ſermōis. Rar⁹ eñ ſermo cōcordiā ſeruat: rigor ſermonis corrigit emendanda.

Due ꝑuerſitatis ſpecies.

§. VIII. Quod bonis religio

Gad et aſer filij zelphe zelphã ſenſualitatẽ debem⁹ accipere quã virtutis prolẽ põt ipſa gignere:niſi vt diſcat et in rebus proſperis temperanter viuere:et in aduerſis patientiã habere: Iſti ſunt Gad et Aſer:rigor abſtinentie:et vigor patientie. Gad naſcit̃ prior:Aſer poſterior:qꝛ oportet prius vt temperantes ſimus ad bona propria et proſpera:poſtea vt fortes ſim⁹ ad toleranda mala aliena. Hec eſt gemina virtutum proles:quam quidem parit zelphe in dolore:veruntamen ad magnam beatitudinem deſine ſue hinc eſt ꝙ nato Gad Lya exclamat:Feliciter. Et iterũ Aſer naſcente ait. Hoc pro beatitudine mea. Mea (inquit) nõ ſua vñ enim ſenſualitas exterius per carnem atteritur:inde cordis affectio ad integritatem puritatis reparatur. Quãta eñ puritas pax cordis eſt:nolla huius mundi oblectamenta cõcupiſcere:nulla eius aduerſa formidare: Quid illius gaudiũ imminuat:qui etiam de illicita contumelia vel qualibet ꝑſura exultat. Duo enim ſunt ex quibus conſtat gaudium beatitudinis:carere ſcilicet quod nolis:et habere qđ velis. Felicem dicimus qui nil patitur quod nolit:et beatum cui ſuppetunt q̃ cupit. Iſti ſunt Gad et Aſer:quorum primus calcat mũdanam gloriã:alter propter deũ libẽter patit̃ mundi preſſuram. Prius aũt ſemper eſt vt ancilla Rachel redigatur ſub viri poteſtate ꝙ ancilla ipſius Lye. Si enim imaginationis euagatio que ſit per inutiles cogitationes prius non reprimatur:abſq̧ dubio ſenſualitatis appetitus imoderatus minime tẽperat̃. Qui igit̃ vult corporalium voluptatum deſideria tẽperare:prius aſſueſcat carnales delicias raro vel nũꝙ cogitare. Pater nihilominus ꝙ de Gad et Aſer nunꝙ adoptiuos filios Lya faceret:niſi ſororis ſue Rachel adoptiuam ſobolem aſſidue cerneret. Quis enim affectioni cordis poſſet perſuadere mundi huius proſpera cõtẽnere:et nulla eius aduerſa formidare:niſi ſuggerentibus Dan et Neptalim future vite tormenta vel premia frequenter immo pene indeſinenter cogerent̃ aſpicere: Nũc aũt p aſſiduã ꝯſiderationẽ futurorũ malorũ facile ei perſuadet̃ cõtẽptus preſentiũ bonorũ. Et iterũ per ingẽ cõtẽplationẽ eterne felicitatis inflammat̃ ad voluntariam tolerãtiã preſentis aduerſitatis.

§. IIII. Poſt natos Gad et Aſer

et Ruben:qđ vt dictum eſt ſupra:timorem deſignat exire in agrum et mandragoras inuenere:ideſt quoſdam fructus odoriferos:qꝛ timor dñi ex voluntaria abſtinentia ad omnẽ obedientiam roboratur. Sed quantus qualiſq̧ bone operatio-

De mandragora. nis odor de ipſo circunquaq̧ ſpargit̃:qui nulla moleſtia nulla q̧ inopia a ſtudio obedientie prepedit̃:ee ſunt mãdragore quas Ruben inuenit:quas ab ipſo mater eius Lya accipit: quando oblata laus affectũ tangit. Temperate vero Rachel non mandragoras:ſed mandragorarũ partem petit:nã valde difficile eſt vt animus quãuis renitens:ex oblata laude non hilareſcat. Abſente adhuc viro vix Lya partem concedit:ſed in eius aduentu deſiderio vberius accenſa nil ſibi ex eis vlterius reſeruari voluit. Sic mẽs hominis dũ ſpirituali dulcedine tangitur:quicquid prius de humana laude concupierat:libenter obliuiſcitur. In hunc modum mandragore de poſſeſſione Lye vtiliter rediguntur ſub poteſtate Rachelis:quia melius Rachel quam Lya mandragoris nouit vti. Nam quicquid affectus cordis vſurpat ad laudem ſui rectius ſane ratio torquet ad gloriam dei. Hoc autem de duarũ iſtarum filijs ancillarum retinendum eſt:quod ex eorum vigilantia conſcientie noſtre ciuitas mire cuſtoditur:multiſq̧ protegitur. Primogenitus namq̧ Bale eam componit intrinſecus:primogenitus vero zelphe eam munit extrinſecus. Per Dan reprimuntur mala intus exurgentia:per Gad repelluntur mala exterius exurgentia. Ad Dan pertinet diſciplina cogitationum:ad Gad ſpectat diſciplina ſenſuum. Primi eſt ſedare ciuilem diſcordiam:alterius repellere pugnam hoſtilem. Diſciplina enim corporis ſine diſciplina cordis inutilis eſt:et diſciplina cogitationum ſine diſciplina ſenſuum obſeruari non poteſt. Aſſiſtunt et eis fratres non ſegnes ad auxilia ferenda. Neptalim intus cum Dan: Aſer exterius cũ Gad. Gad itaq̧ et Aſer inuigilant contra hoſtes:Dan et Neptalim

ptalim ſolliciti ſunt circa ciues. Dan terret minis. Neptalim fouet promiſſis/ Gad certat in dextro/ Aſer in ſiniſtro. Quantum putas Aſer iſte abundat in diuitijs ſpiritualium conſolationū: cuius diuitias quelibet aduerſitas non tam minuere ꝙ augere ſolet? Nā quanto durius premit exterius: tanto delectabilius gloriatur interius. Aſer (inquit) pinguis panis eius: ⁊ prebebit delicias regibus. Gad mentē temperat in proſperis vt non retrahatur ab amore ſupernorum.

§. V. De quinto filio Lye ſcili=

Iſachar. cet Iſachar ſignante gaudium ſpirituale. Richardus. Hoſtibus itaqꝫ fugatis: ciuibuſqꝫ pacificatis: nil tam obſtat (vt arbitror) quin illa noſtra ciuitas experiatur que ſit illa pax dei que exuperat omnem ſenſum: vel ꝙ ſit magna multitudo dulcedinis quam abſcondit deus diligentibus ſe. Eſt enim manna abſconditum: ⁊ niſi guſtanti omnino incognitum. Unde ⁊ dicitur. Intra in gaudium domini tui. Hic eſt ille quintus filius Lye qui ei quinto loco naſcitur. Eſt enim gaudium vt ſ. diximus: vnus de principalibus affectibus. Pro tali enim prole Lya mandragoras cōtempſit: vt talem filiuꝫ habere poſſet. Mens enim que in laude hominum delectatur: quid ſit internum gaudium experiri non meretur. Recte autem poſt natiuitatem Gad ⁊ Aſer Lya talē filium genuit: quia niſi per abſtinentiam ⁊ patientiam ad verum gaudium mens humana non pertingit. Oportet ergo eum non ſolum falſam delectationem: ſed etiam vanam perturbationem excludere: qui vult de veritate gaudere. Hic talis filius Iſachar merces interpretatur. Quid enim aliud tot tantiſqꝫ laboribus querimus? Huius mercedis toties quaſi quaſdā primitias ⁊ arram accipimus: quoties ad illud domini nr̄i gaudium internum intramus ⁊ aliqua parte guſtamus. Hanc autem deguſtationē ſcriptura ſancta nunc guſtū nunc ebrietatem vocat: vt ꝙ ſit parua vel magna oſtendat: parua quidem ad comparationem future beatitudinis: magna cōparatione cuiuſlibet mundane iucunditatis. O dulcedo mirāda ꝙ modicum quid de tanto felicitatis pelago mētibus inſtillas: mentem tamen quam infundis plene inebrias. Siue (inquit) in corpore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit. Uiſitaſti terram (ait pš.) et inebriaſti eam. Mare et cetera elementa ſemper in motu ſunt: et ſola terra ſtante: cetera ſtare nequeunt. Quid ergo per terram niſi fixam cordis ſtabilitatem debemus accipere? Debet ergo fluctuationem cordis adſtringere: ⁊ ad vnius veri gaudij deſiderium cogitationum ⁊ affectionum motus colligere: qui ſe cupit illo vere ſobrietatis poculo inebriandum fore. Uiſitaſti (ait) terrā non mare fluxibile: ⁊ inebriaſti eam. Hec eſt illa terra quam Iſachar vidit ⁊ concupiuit. Unde de eo dicitur Iſachar aſinus fortis vidit terram ꝙ eſſet bona: et requiem ꝙ eſſet optima: et habitauit in terminis eius. Multum ſibi viluerat qui ſe aſinum reputabat. Multum cōcupiuit terram quam vidit: pro qua ad omnem laborem fortis perdurauit. Pene autem non tamen plene hanc terram morientium deſeruerat. Pene: ſed nō plene illam terram viuentiū apprehēderat: qui inter terminos habitabat: quia viliſſimis ⁊ pauciſſimis huius vite bonis contentus erat. Huius terre miſere extrema tenebat: quia per frequentes mentis exceſſus perennis vite bona preguſtabat: illius beate terre initia tangebat. Satagebat iſtam penitus deſerere nec poterat: ambiebat in illam totus intrare: nec valebat. Fecit quod potuit intra terminos habitauit.

§. VI. De ortu zabulon filii lye

⁊ ſignat zelum ſeu odium peccati ſit officio eius Richardus
zabulō. Hinc eſt ꝙ poſt Iſachar naſcitur zabulon: qui habitaculuꝫ fortitudinis interpretatur. Quid enim per zabulon niſi odiū vitiorum intelligimus: odium bonum: odium ordinatum? Hunc in nobis affectum propheta ordinare cupiebat: quum ait: Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Quid eſt enim non peccando iraſci: niſi homines vtiliter non ad oculum amando: eorum vitijs indignari? Hunc habere ſe filium idem propheta ſignificauit: quum ait. Perfecto odio oderā illos. Recte ergo poſt Iſachar (qui merces interpretatur) zabulon naſcitur qui habitaculum fortitudinis interpretatur: quia poſt deguſtatam eterne beatitudinis dulcedinem animus contra tentationum argumenta mirabiliter roboratur: ſuaqꝫ ſubito pericula paruipendens domini iniurias fortiter vlciſcitur: vt patet exemplum in Moyſe mitiſſimo qui poſt refectionem diuine allocutionis in monte ex zelo contra idololatras fortiter exarſit ⁊ eos proſtrauit. Abſqꝫ dubio nihil ſic placet deo: nihil ſic placat deum vt zelus animarum. O ꝙ multi multas ceterarum virtutum proles ex dei gratia mente conceperunt et de ſe genuerunt: qui hunc filium habere non potuerunt. Quam multos hodie videmus ſpiritu pauperes: ſpe gaudentes: charitate feruentes ⁊ huiuſmodi ad zelum tñ animarū nimis tepidos multūqꝫ torpētes? Alij ob cuſtodiā humilitatis delinquentes increpare nō preſumūt: alij ne charitatē fraternā perturbare videantur peccantes arguere metuunt. Sic ⁊ alij alijs adhuc modis ꝙ zelare pro domino nolunt: virtutis hoc eſſe fingunt vel virtutem eſſe credunt. Econtrario multi quod agunt in ſpiritu feruoris agere ſe arbitrantur zelo rectitudinis: ⁊ que veraciter exequuntur odio hominum: exercere ſe putant vel ſimulant odio vitiorum. Sed ſeipſos queſo interrogent vtrum in veritate diligant quos quaſi inſtigante zabulon tam acerbe caſtigant. Aduertendum igitur ꝙ naſcitur zabulon poſt Iudam ⁊ Iſachar. quia Iudas qui eſt amor iuſtitie: debet docere modum correctionis in odio vitiorum: ⁊ vt ſcilicet fiat in ſpū lenitatis: ⁊ Iſachar ſurgente qui eſt gaudium: quod fiat cauſa vtilitatis. Debet autem zabulon iſte non ſolum delinquentes corripere ſꝫ etiā eos tpe tribulatiōis contra perſequentes defenſare: alioquin verus zelus non eſt: ſi paratior eſt ad feriendum quam ad protegendum: vnde et habitaculum fortitudinis dicitur quia perfectus zelus debet infirmiores contra aereas poteſtates doctrina et oratione protegere: et contra mundana pericula vndique munire: et in vtroqꝫ non ſolum infatigabilis: ſed ⁊ inſuperabilis perſeuerare: ſemper eſſe paratior ad mala ferenda quam inferenda: alioquin fruſtra in littore maris habitare dicitur in ſtatione nauis: ſi contra maxima mundi diſcrimina et preſſuras trepidantiū tempeſtatibus diu fatigatos et tandē in littoribus eiectos blande excipiat ⁊ benigne foueat. Sidon venatio interpretatur: per quam recte deceptionum fraudulentia intelligatur: quia quoſqꝫ etiam ſimplices eripere de laqueo venantium: lingua ſcilicet adulantium: lingua detrahentiū ſeminantium inter fratres diſcordias: eripere ſatagit. Et ſic figit tabernaculum ſuuꝫ fortitudinis e regione maris in cōfinio Sidonis: vt hinc vigilet contra inſidias perſequentiū illinc contra fraudulentiam inſidiantium. Merito zabulon nato exclamat Lya Ditauit me dominus dote bona. Ignoro an poſſit hac gratia interim maiorem aliquam deus homini conferre: quam vt eius myſterio peruerſi homines in melius mutentur: vt de filijs diaboli filij dei efficiantur.

§. VII. De ſeptima prole Lye

id eſt Dina: que deſignat erubeſcentiam. Richar. Sed aliud poſt has virtutum ſoboles ſaltem dabitur cuiuis ſine peccato viuere: vt ſaltem poſt vitiorum odium poſſit ſine vitio eſſe? immo eos ſepe per quos deus aliorum errata corrigere diſponit: ex magne pietatis diſpenſatione grauiter cadere permittit: vt ex propria culpa diſcant quam miſericordes in aliorum correctione eſſe debeant. Sed quantum putas erubeſcunt quum ſe vade alios corripiunt: vel forte in aliquod grauius lapſos conſpiciunt? Hinc eſt ꝙ poſt zabulon naſcitur Dina: quia ſepe nimiū zelum interueniente culpa ſequitur verecundia: ſed ordinata. Solum peccatū erubeſcere eſt ordinatam verecundiam habere. Sed qui nondum zabulon gignere meruit: fruſtra Dinā ſe poſſe gignere credit. Diſce prius peccatum odiſſe: ⁊ tunc illud incipies veraciter erubeſcere. Alioquin ſi in peccato deprehenderis: ⁊ deprehenſus pudore confunderis: non te credo erubeſcere culpam: ſꝫ infamiā. Habent vtiqꝫ et homines peruerſi verecundiam: ſed vtinaꝫ bonam: vtinā ordinatam. Peccatum enim ſi peruerſi perfecte erubeſcerent: non tam facile committerent. Qualis putas pudor eſt erubeſcere paupertatem ⁊ erubeſcere humilitatem? Illud non pudet eos erubeſcere: ad quod docendum non puduit celeſtem magiſtrum de celo deſcendere. Diſcite a me (inquit) quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Sed econtrario multi magis abominantes ꝙ ſectantes humilitatem: multo amplius erubeſcunt habere ſordidam veſtem ꝙ ſordidam mentem. Diligenter igitur conſideranti ꝙ ſit rarum vel ꝙ ſit paucorum humanam verecundiam plene viciſſe et ſolam illam que ordinata eſt poſſidere: non erit vnde quis admirari debeat cur talem tam ſero prolem Lya pariat. Ratio quare naſcitur congrue poſt zabulon Dina: iudiciū iſtud interpretatur. Hoc vtiqꝫ eſt illud iudiciū quo quiſqꝫ a propria conſcientia cōuenienter conuincitur ⁊ condemnatur: ⁊ digna cōfuſionis pena mulctatur. In quo vnus idemqꝫ eſt ille qui iudicat ⁊ ille qui iudicatur. Idem ipſe qui condemnat ⁊ qui condemnatur. Iſtud enim quod ponitur inter petitionem ⁊ demonſtrationem ſignat. Et quid aliud hec adiectio quam animum audientis in admirationem excitat? Uere iudicium mirabile: in quo quanto quiſqꝫ ſeipſum ardentius diligit: tanto in ſeipſuꝫ acrius ſeuit: ⁊ quo ſibi parci vehemētius cupit: tanto minus ſibi ipſe parcit: quia quo amplius ſuam cōfuſionem formidat: eo acerbius ſua queqꝫ cōfuſio vexat. Sꝫ ſi hec inter ceteras virtutes digne cōnumeratur: cur per ſem

neum ⁊ non potius per maſculinum ſexum exprimitur?
Sed quis neſciat verecūdia quālibet honeſta cordis robur
quantum emolliat:⁊ quam ſepe fortia opera prepediat:dū ani-
mus hominis vltra modum confundi deuitat?Eſt itaq; Di-
na non vir ſed femina:non filius ſed filia. Habet enim vt ex
predictis apparet:zabulon impetus vaſtos ⁊ vrgentes ani-
mos:ſed ſciunt tam femine quam viri tumentes animos blan-
dius alloqui:⁊ iratis dulcius blandiri. Ualde ergo opportu
num videtur vt poſt zabulon Dina naſcatur:vt ex ſororis le
nitate fratris feritas temperetur. Quod autē pulchra erat
Dina:vnde ⁊ ad ſui amorem alliciens videntes:ſignat quod ve
recundos homines fere ſemp ceteris charius amplectimur:
⁊ inde eſt quod in eis oīum verecundie modeſtiam modeſtieq;
gratiam miramur/Dine quodammodo pulchritudine alli-
cimur. Huius rei Sichen ille teſtis eſt.qui ei tam ardenti
amore inheſit:vt mallet omnes mares ſuos circumcidere quam
illam non habere. O quam multi vſq; hodie ſunt:qui qd̄ pro deo
facere noluerunt:ſepe pro amore Dine efficere nō differūt:
⁊ pudendorum ſuperflua que pro deo amputare debuerant:
orta confuſionis occaſiōe pro euitando verecundie detrimē
to amputare nō tardāt. Sichen ergo egredienti Dine occur
rit:oppreſſamq; corrumpit. Integritatem ergo quam intus
fortaſſis conſeruare potuit:egreſſa amittit. Nā quoniā vere
cundie honeſtas ab omnib⁹ fere commendatur:laudatur:
amatur:Dinam egredientem ⁊ intima ſua deſerentem ⁊ que
eam humiliare cōſueuerat infirmitatis memoriam cito ob-
liuiſcentem/ſubito laudes hominū excipiunt/⁊ eam dum fa
uoribus demulcent:corrūpunt. Uerum tunc corruptionis
ſue damna violentia quadam potius quam voluntate patitur:
quum blādienti praue delectationi quantum poteſt relucta
tur. Sed quid eam ſua intima deſerere ⁊ ad exteriora vaga-
ri compulit:niſi quod ſepe dum infirma noſtra nimis erubeſci-
mus:an forte alij eaſdē infirmitates in ſe ſentiant mirari in
cipimus?Et videmur nobis quoddā genus ſolatij inueniſſe
ſi deprehendamus nos in noſtra ſaltem delectatione vel ſo-
cios habere. Inde fit vt incipiamus aliorū ſtudia curioſius
querere:nunc vultū:nunc geſtum:nunc habitū:nunc occul
ta eorum aliorum relatu addiſcere. Quod enī Dine fratrib⁹
merito diſplicuit:eo quod facta ſunt nō tam pro deo quam pro Dina:nō
tā pro inſtitutiōe diuina quam pro verecūdia humana facta ſunt:
ſcilicet ſe circuncidere:malū tamen fuit filijs Jacob iuſtum
ſeueritatis modum excedere.ſ.illos circumciſos occidendo.
Qui ſunt iſtiuſmodi circunciſi:niſi nibil eo uō bona intentio
ne corrupti?Nec tamen in talib⁹ debemus morū honeſta de
ſtruere:ſed intentionē mutare. Errant vtiq; errant qui abij
ciūt opera bona quāuis forte inchoata ſint mala intentiōe.
Errantiū ergo ſuorū vltores huiuſmodi quid aliud faciūt:
quam ſuper circunciſos cum Symeō ⁊ Leui irruentes violēter
occidunt?Gladius Symeonis exprobratio eſt:Gladi⁹ Leui
exactio eſt. Primo ergo ordinat̄ timor:⁊ hic Rubē:deinde do
lor:⁊ hic Symeon:poſtea Leui et Judas ideſt ſpes ⁊ amor:
quos ſequūtur Iſachar ⁊ zabulon:leticia ⁊ ira nouiſſime Di
na ideſt verecundia. Itaq; nihil eſt aliud hos.vij.ex Lya ge-
nuiſſe:quam animum affectionis ſue motus ordinando dignam
virtutum ſobolem de ſe procreaſſe.

§.VIII. De ortu Joſeph ex Ra

chel per quem deſignat̄ diſcretionis gratia. Richar. Affect⁹
Joſeph autem iſti tunc creduntur boni:quādo non ſolū ordinati:ſz etiā
moderati ſunt. Sepe namq; quum diſcretionis moderamen
excedūt:virtutis nomē amittunt. Duobus aūt modis ſilius
equitatis menſuraz ſupergredit̄:aut quia nimis circa aliquid
vnum extenditur:aut quia innomera vl' etiam inutilia paſſim
dilatatur. Caute ergo circa omnes debet cuſtodiri:vt non ſo
lum ſint ordinati:ſed etiam moderati. Timor enī nimi⁹ ſepe
cadit in deſperationem dolor nimius in amaritudinem:ſpes
immoderata in preſumptionem:amor ſuperflu⁹ in adulatio
nem:leticia ſuperuacua in diſſolutionē:ira intēperata in fu-
rorem. Et ita virtutes in vitia vertuntur:ſi per diſcretionez
non moderantur. Hic eſt ille Joſeph q̄ ſero quidē naſcit̄:ſed
a patre plus ceteris amatur. Merito ergo illa virtus ſingu-
lariter diligitur:ſine qua nulla conquirit̄.i.ſimul acquirit̄:
nulla conſummatur:nulla conſeruatur:ſz vix ſero talem fi-
lium accipere meremur:quia ad diſcretionis perfectionem nō
ſine magno vſu:non niſi per magna experimenta erudimur
Prius oportet non in ſingulis virtutibus exerceri:⁊ quid in
vnaquaq; poſſimus experiri:quam poſſim⁹ de oībus plenā ſcien
tiam percipere:⁊ de ſingulis ſufficienter iudicare. Multa q̄-
dem de diſcretione legendo:multa diſcimus audiendo:mul
ta ex inſito nobis rationis iudicio:veruntamē nunquam de hac
ad plenum erudimur ſine experientie magiſterio. Poſt oēs
ſequi oportet:qui de oīb⁹ iudicare debet. Sic dum lōgo vſu
virtutum diſciplina addiſcat̄:quo quam mens diu experta,ad ple
nā morum diſcretionez perducitur:⁊ quaſi de nato Joſeph iu
re letatur. Ante huius natiuitatem ei⁹ fratres dū adhuc oīa
ſine diſcretione agunt:quanto magis vltra vires ſuas mul-
ta preſumūt:tanto ſepe deteri⁹ atq; deformi⁹ ruunt. Inde eſt
ſicut iam diximus:quod poſt eos Dina naſcit̄:quia frequēter de-
formē lapſum pudoris cōfuſio comitatur. Patet autē ratio
cur ancillarum nulla nec ipſa quidē Lya/ſed Rachel ſola po
tuit talē filiū gignere. Siquidē nō eſt:ſenſualitatis:nō ima
ginationis nō denīq; ipſius affectionis ſed ſolius ratiōis eſt
diſcernere ſicut ⁊ intelligere. Hic eſt ille Joſeph qui ſol⁹ in-
ter fratres tunica talari veſtitur:quia ſola illa actio ad cōſum
mationis talum debitiq; finis terminum perducitur:q̄ per
diſcretionis prudentiam moderatur. Hic eſt Joſeph ille ſom
niator:ſomniorumq; interpretator:quia vera diſcretio in ipſo
tentationis articulo:inter ipſa ſuggeſtionū phātaſmata im
minentiū malorū inſidias detegit:⁊ de futuris periculis cau
tos reddit. Accuſat aūt fratres ſuos ad patrē ſuum crimine
peſſimo:ſcz hypocriſi. Uitiū enī quod deus ſingulariter de-
teſtatur:hypocriſis intelligit̄. Hec per Joſeph detegit̄ quā in
ſidians malū per diſcretionē deprehendit̄ ⁊ arguitur. Ad of
ficium itaq; Joſeph ſpectat cura ⁊ cuſtodia omnium fratrū
ſuorum:diſciplina ſingulorum:ad ipſum diſpoſitio gerendo
rum ⁊ prouidentia futurorum.

§.IX. De ortu Beniamin qui ſi

gnificat gratiam cōtemplationis:Richardus:Sicut autem Beniamin.
per Joſeph gratiā diſcretionis:ſic per Bēiamin intelligim⁹
gratiam contemplationis. Uterq; de eadē matre naſcitur:
quia ⁊ dei cognitio ⁊ ſui ex ratione percipitur. Longe poſt Jo-
ſeph Beniamin gignitur:quia animus qui in ſui cognitione
diu exercitatus:pleneq; eruditus nō eſt ad dei cognitionem
non ſuſtollitur. Fruſtra eq; cordis oculum erigit ad videndū
deum:qui dondum idoneus eſt ad videndum ſeipſum. Pre
cipuum ⁊ principale ſpeculum ad videndum deum animus
rationalis eſt:qui abſq; dubio inuenit ſeipſum ad dei ſimi-
litudinem factū. Hoc itaq; ſpeculū nō deſinit verus Joſeph
tenere/⁊ tergere/⁊ indeſinēter inſpicere. Tenere ne deorſuz
corruens terre per amorem inhereat. Tergere ne inanium co-
gitationum puluere ſordeſcat. Frequenter inſpicere ne ad
ima ſtudia intentionis ſue oculū reflectat. Extterſo aūt ſpe
culo et diu diligenter inſpecto:incipit ei quedam diuini lu-
minis claritas interlucere:⁊ immenſus quidam inſolite vi-
ſionis radius oculis eius apparere. Hoc lumen oculos eius
irradiauerat:qui dicebat. Signatū eſt ſuper nos lumē vul-
tus tui dn̄e ⁊c. Ex hac igitur viſione videndi deum flamma
deſiderij cōcipit ⁊ fiduciā ſumit. Beniamin itaq; naſcēte Ra
chel morit̄:quia mens ad cōtēplationē rapta quantus ſit hu- Pſ.iiij.
mane rationis defectus experit̄. Si enī aliqua argumenta-
tione adiri potuiſſet lumē illud diuinum vtiq; inacceſſibile
non fuiſſet. Deniq; apl's gloriat̄ ad illud ſe quidem eſſe ⁊ ſed
abſq; dubio raptū fuiſſe. Scio(inq̄t)hōiem raptū,hmōi vſq;
ad tertium celum. Alia enī eſt dignitas ſpūs humani:alia
angelici:⁊ lōge alia excellentior ſpūs diuini. Ad primū itaq; ij.co.xij
celū pertinet cognitio ſui:ad tertium contemplatio dei. Poſ
ſumus tn̄ illam que in hac vita haberi pōt:dei cognitionem
tribus gradibus diſtinguere:⁊ per tres celos diuidere. Aliter
quidem videtur deus per fidē:aliter per rationez:aliter per
contemplationē. Prima viſio eſt infra rationē. Secūda ſm̄ Triplex
rationē. Tertia ſupra rationem. Ad primum ⁊ ſecundum ce- deiviſio
lum homines aſcendere poſſunt:ſed ad aliud qd̄ eſt ſupra ra
tionem niſi per mētis exceſſum ſupra ſepſos rapti nunquam ptin
gunt. Qd̄ aūt per Beniamin illud gen⁹ qd̄ ſupra rationem eſt
intelligere debeam⁹:ex matris eius morte pſpicere poſſum⁹. Sui co
Magna eſt altitudo ſciētie:ſeipſm pfecte agnouiſſe. Mons gnitio
magnus ⁊ altus:plena cognitio rationalis ſpiritus. Omniū pr̄imum
mundanarum ſcientiarum cacumina mons iſte tranſcendit cōmen
omnem philoſophiam ab alto deſpicit. Quid tale Ariſtote- datur
les:quid Plato:quid tanta philoſophorum turba tale inue-
nire potuit?Uere ſi ſeipſos plene cognouiſſent nunquam idola
coluiſſent. Hic defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Rarum
valde in hunc montem aſcendere:ſed multo rarius in ver-
tice eius ſtare et ibi moram facere. rariſſimum autem ibi
habitare et mente quieſcere. Quis(loquit pſalmus)a-
ſcendet in montem domini:aut quis ſtabit in loco ſancto pſ.lx.
eius?Multi in ipſa aſcenſione defecerunt propter laborem
aſcendendi:⁊ multi ab eius vertice ocyus deſcenderunt pro-
pter laborem ſtandi. Sed forte iam aſcendiſti ibi iam ſtare
didiciſti:nec hoc ſufficiat tibi:diſce ibi habitare et manſionē
facere ⁊ qualicunq; mentis euagatione abſtractus illuc ſem
per redire:abſq; dubio per multum vſum quandoque ver-
tetur tibi in oblectamentum:intantum vt abſque laboris
difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe:quinimmo pena ſit tibi
potius alibi quā ibi moram aliquam agere. Mira iucundi-
tas

tas in hoc monte ſine labore morari poſſe. Petro atteſtāte:
q̄ tanta ⁊ tam inſolita ſuauitate allectus exclamat. Bonū
Mat. eſt nobis hic eſſe. Aſcendere ⁊ ſtare eſt virtutis: inhabitare
xvij. ⁊ quieſcere felicitatis. Domine (inquit) q̄s aſcēdet: domine
mar.ix. quis habit: domine quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Luce.ix Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam ⁊c. Libenter ſequor
pſ.xxiij. veritatem: non habeo ſuſpectum talem ducem. Nouit duce-
re: neſcit ſeducere. Sed quid eſt veritas? Ego ſum (ait chri-
Jo.xiiij ſtus) via veritas ⁊ vita: chriſtum igitur ſequere ſi non vis
errare. In huius montis cacumine Jeſus trāſfiguratur: in
ipſo Moyſes cum Helya videtur: ⁊ ſine iudice vterq̄ cogno
ſcitur: in ipſo vox patris ad filium auditur. Uis videre chri-
ſtum transfiguratum? vis abſq̄ expoſitore intelligere leges
⁊ prophetiam? vis audire paterni ſecreti arcanum? Aſcende
in mōtem ipſum. Diſce cognoſcere teipſum de celo enim de-
ſcendit Gnoti ſeauton: id eſt noſce teipſum. Quod autem ſi
ne tribus diſcipulis in hunc montem aſcendere noluit: nec
plures q̄ tres ſecum chriſtus ducere queſiuit: forte in hoc
edocemur q̄ ſine triplici ſtudio ad huius cognitionis celſi-
tudines non perducimur: ſcilicet operationis/meditationis
⁊ orationis. Multa enim experimur operando: multa inue-
nimus inueſtigando: multa extorquemus orando. His trib⁹
comitibus ſibi adiunctis/veritas in nobis proficit: ⁊ in alta
ſe attollit: ⁊ vſq̄ ſe per quotidiana incrementa exaltat: do
nec predicti montis verticem tangat. O q̄ multos hodie vi-
dem⁹ ſtudioſos in lectiōe: deſidioſos i opere: tepidos in ora
tiōe: preſumentes tamen montis huius cacumina poſſe ap-
prehendere? Sed quando queſo apprehendēt: qui chriſtum
ducē non habent. Nec enim eos ducit chriſtus qui non vult
deſcendere niſi cum diſcipulis tribus. Jungant ergo ſtudio
lectionis ſtudium operis ⁊ orationis: abſq̄ dubio ſine ingen
ti exercitio: ſine frequenti ſtudio: ſine ardenti deſiderio ad
perfectam ſcientie altitudinem mens non ſubleuatur. Mul
ti montis iſtius iam ſe credunt apprehendiſſe ſuprema: quū
conſtet eos eius vix tetigiſſe extrema. Sz etſi iam exiſtimas
te aſcendiſſe ad cor altum: et ipſum videre transfiguratum:
quicquid in illo videas: quicquid ab illo audias non facile
ei credas: niſi ei occurrat Moyſes ⁊ Helia. Scimus quia in
ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Suſpecta eſt enim
mihi omnis veritas quā non ꝯfirmat ſcripturarum authori
Mat. tas. Nec ēxēplū in ſua clarificatione recipio: ſi nō ei adſiſtāt
xvij. Moyſes et Helias. Nonnunq̄ autem in montis vertice vel
ij. Cori. in ſua clarificatione ſi chriſtus docet me de rebus exterio-
xij. bus vel intimis meis: facile recipio: vt pote in his que com-
probare poſſum proprio experimēto: verum vbi ad alta mēs
ducitur: quando de celeſtibus ventilatur vbi de profundis
rebus agitur: in tante ſublimitatis vertice non recipio chri-
ſtum ſine teſte. Nec rata eſſe poterit quelibet veriſimilis re-
uelatio ſine atteſtatione Moyſi ⁊ Helie: ſine ſcripture au-
thoritate. Adhibeat ergo ſibi chriſtus duo teſtimonia in trāſ
figuratione ſua: ſi vult vt nō ſit mihi ſuſpecta claritatis ſue
lux illa tam magna ⁊ tam inſolita. Hinc procedit manifeſta
ratio ⁊ ad confirmationem reuelationis. Illinc occurrit tam
ij.cor.xj. aperta q̄ figurata locutio. Alioquin ob altitudine diei time
bo: verens ne forte ſeducar a demonio meridiano. Unde eſſi
tot errores: tot hereſes: niſi quia ſpiritus erroris ſe transfi-
gurat in angelum lucis. Certe vterq̄ ſe transfigurat: ⁊ chri-
ſtus ⁊ diabolus. Sed apparent cum chriſto Moyſes ⁊ He-
lias in hoc monte: ⁊ apparent in maieſtate. i.nō in obſcurita
te litere: ſed in claritate ſpiritualis intelligentie. Ecce q̄
magna ſunt que in hoc monte geruntur. Sed adhuc his ma-
iora ſunt que ſequuntur. Hoc enim totum diſcipuli ſtantes
aſpiciunt: nondum in faciem cadunt. Ad tonitruum itaq̄ di
mat. iij. uine vocis auditor cadit: quia ad id quod diuinitus inſpira-
ij. Pet. j. tur: humani ſenſus capacitas ſuccumbit. Et niſi humane ra
tiocinationis anguſtias deſerat: ad capiendum diuine inſpi
rationis arcanum intelligentie ſinum non dilatat. Ibi itaq̄
auditor cadit: vbi humana ratio deficit. Ibi Rachel morit:
vbi Beniamin oritur. Itaq̄ idem (ni fallor) per mortem Ra-
chelis ⁊ caſum diſcipulorum figuratur: niſi q̄ trium in tri-
bus diſcipulis: ſcilicet ſenſus/memorie/rationis/defectus
oſtēditur. Ibi enim ſenſus corporeus/ibi exterior memoria/
ibiq̄ humana ratio intercipitur: vbi mēs ſupra ipſam rapta
in ſuperna eleuatur. Hic eſt (inquit) filius meus dilectus: in
quo mihi complacui. Quid eſt dicere cōplacui: niſi quomo-
do complacui mihi in meipſo: ita complacui mihi in filio? An
forte eo q̄ dicit mihi cōplacui/in hoc ſuo beneplacito ſociū
ſe habere oſtendit. quia quomodo patri complacet in filio:
ſic in filio complacet ⁊ ſpirituiſancto. Uel forte idcirco di-
citur/complacui. vt inde detur intelligi q̄ quomodo pater ſi
bi cōplacet in filio: ſic ſibi complacet in ſpirituſancto. Quid
horum rectius dicitur: an potius totum hoc? quia quicquid
horum eligitur: vnitatem ſubſtantie in diuerſis perſonis ad

ſtruit. ſi recte intelligat: Aſcendat ergo homo ad cor altum
ſi vult cognoſcere que ſunt ſupra ſenſum humanum. Aſcen-
dat ergo homo per ſemetipſū ſupra ſemetipſum: p̄ cognitio-
nem ſui ad cognitionem dei. Montis aſcenſio pertinet ad co
gnitionem ſui. Ea que ſupra montem geruntur promouēt ad
cognitionē dei. Illud ad Joſeph: iſtud ad Beniamin pertine Deute.
re dubium nō eſt. De iſto Beniamin dicitur in Deute. Beni xxxiij.
min amantiſſimus domini habitabit: ⁊ tota die quaſi in tha
lamo commorabitur. Scimus q: in thalamis ſolent ſponſus
⁊ ſponſa ſimul morari: amoris obſequijs in alterutrum occu
pari: mutuis amplexibus ⁊ charitate alterna cōfoueri. Mi
rande ergo pulchritudinis ⁊ forme ſingularis (ni fallor) pre
rogatiua pollet illa Beniamin noſtri dilecta habitatio: cui⁹
contubernium nunq̄ faſtidire valet. Dixi (inquit) ſapientie
ſoror mea es: ⁊ prudentiam vocaui amicam Et intrās (inq̄t)
domū meam conquieſcam cum ea. Eius ſiquidem frequens prouer.
contubernium ſolet ſane deſiderium non minuere: ſed auge vij.
re. ⁊ amoris incendium crebrius inflammare. Mirum ergo
non eſt cur iſte Beniamin toto die quaſi in thalamo commo
ratur: qui talis ſponſe dulcedine fruit: ⁊ inter humeros ei⁹
requieſcens eius amore iugiter delectat. Quam putas fre-
quentes mentis exceſſus patitur: q̄ ſepe in extaſim raptus
ſupra ſeipſuz ducit: dū pulchritudinis eius magnitudine at-
tonitus in eius admiratione ſuſpendit: ⁊ implet qđ de eo le
gitur: Beniamin adoleſcentibus in mentis exceſſu? Quod
ergo propheta per Rachelis interitū: quod euangeliſta deſi
gnat per caſum diſcipulorum: hoc pſ. exprimit in Beniamin
per mentis exceſſum. Poſſumus tamen per mortem Rache- pſ.lxvij
lis ⁊ per exceſſu n Beniamin diuerſa contemplationum ge-
nera non inconuenienter intelligere. Conſtat quippe duo
contemplationum genera ſupra rationem eſſe: ⁊ vtrunque
ad Beniamin pertinere. Et primum quidem eſt ſupra ratio-
nem: ſed non preter rationem: ſecundum ſupra rationē: ſed ⁊
preter rationem. Illa ſane ſupra rationem ſunt: ſed preter ra
tionez non ſunt: que quamuis ratio patitur eſſe: nulla tn̄ ra
tione inueſtigari aut conuinci poteſt. Illa autem dicimus ⁊
preter rationem ⁊ ſupra rationem eſſe: quibus videt omnis
humana ratio contraire: qualia ſunt que de trinitatis vnita
te credimus: ⁊ multa que de corpore chriſti indubitata fidei
authoritate tenemus. Quod enim in vna ⁊ ſimplici eſſentia
triplex perſona ſit: vel vnum idemq̄ corpus eodem in tem-
pore totum in diuerſis locis eſſe poſſit: nulla humana ratio
patitur: ⁊ huiuſmodi aſſertionibus oīs abſq̄ dubio ratioci-
natio reclamare videtur. Hec ſunt itaq̄ illa duo cōtēplatio
num genera: quorum vnum ad mortem Rachel: alterum per
tinet ad Beniamin exceſſum. In primo Beniamin interficit
matrē: vbi oēm ſupergredit rationem. In ſecundo etiā ſeipſz
excedit: vbi in eo qđ ex diuina reuelatione cognoſcit: huma-
ne intelligentie modum tranſcendit. Quid eſt autem Beni-
min in Egyptum deſcendere: niſi ab eternorum contempla-
tione ad temporalia cōtēplanda intuitū mētis reuocare ⁊ et
ab eternitatis luce quaſi de celi vertice vſq̄ ad mutabilita-
tis tenebras intelligentie radios deponere: ⁊ in tanta alter-
nantium rerū cōfuſione etiam diuinorū iudiciorū rationē
perpendere: ⁊ ex magna parte penetrare? Et quid eſt q̄ Be-
niamin ⁊ Joſeph cōueniūt: ⁊ oſcula iungunt: niſi q̄ meditatio
⁊ contemplatio ſepe ſibimet inuicē cū rationis atteſtatione oc-
currunt. Nam q̄tum ad gn̄alem cōſiderationem pertinet. ſi
cut per Beniamin grā cōtemplationis: ſic per Joſeph intel-
ligi valet gratia meditationis. Proprie tamen expreſſi⁹ per
Beniamin deſignatur intelligentia pura: per Joſeph prudē
tia vera. Comprehenſio rerum inuiſibiliū pertinet ad intel
ligentiam purā: circumſpectio morū ad prudentiaz verā. In-
telligentiam dicimus puram ſine admiſſione imaginatiōis
prudentiam verā ad differentiam prudentie carnis.

℃ De ſancto Bernardo Clarauallen. ⁊ ei⁹ ſcriptis. Ca. iiij.

FUit ⁊ Bernardus in ec-
cleſia dei tēporibus illis. ſ. anno dn̄i. M. cxxx. lu
men prefulgidū ⁊ doctor deuotiſſim⁹. Scripſit
autem ipſe Bernardus ea que ſubiecta ſunt. De
contemptu mundi ad clericos librum vnum. Meditationū
librum. j. Exhortationū de paſſione ⁊ reſurrectiōe dn̄i librū.
j. De diligendo deū: lib. j. De gradibus humilitatis et ſuper-
bie lib. j. De gratia ⁊ libero arbitrio lib. j. Ad abbatem Colū
benſem de precepto ⁊ diſpenſatione: librum. j. Ad Ciſtercien
ſes ⁊ Cluniacenſes monachos apologeticum. librum. j. Ad
Hugonem de ſancto Uictore. librum. j. Ad Innocentium pa
pam contra hereſes Petri Abaelardi. librum. j. Ad Eugeniū
papam de conſideratione: libr. v. Ad milites templi de laude
militie noue: librum vnum. Super pſ. Qui habitat. homi-
lias. xvij. Super Cantica canticorum homilias. lxxxiij.
Super Miſſus eſt: homilias. iiij. Super Magnificat tra-

ctatum vnum. Epiſtolas breues ad diuerſos.cclxv. Sermo
nes autē pene innumerabiles: de quib⁹ videlicet ea que ſub-
ſcripta ſunt excerpſi.

mat.xix **§.I. Ecce inquit nos reliquimus**
omnia ⁊ ſequuti ſumus te. Sane Petre et optime ⁊ nō ad in
ſipientiam tibi. Nam ⁊ mundus tranſit ⁊ concupiſcētia eius
⁊ relinquere magis expedit ꝙ relinqui. Item quia exultauit
pš.xviij vt gygas ad currendam viam: et currentem ſequi non pote
ras oneratus. Sed nec inutilis commutatio: pro eo qui ſu-
per omnia eſt: omnia reliquiſſe. Omnia ſane non tantū poſ-
ſeſſiones ſed etiam cupiditates. Et hec fugiendarum cauſa
diuitiarum: precipua eſt: quia vix aut nunquam ſine amore
valeant poſſideri. Limoſum ſiquidē ⁊ glutinoſum cor huma
num facile omnibus que frequētat adheret. Age ergo qui re
linquere diſponis omnia: te quoqꝫ inter relinquēda nume-
rare memēto: immo maxime et principaliter abnega temet-
ipſum ſi deſideras ſequi eū qui ꝓpter te exinaniuit ſemet-
ipſum. Depone illa quinqꝫ iuga boum: quia cum illis venire
j.cor.ix. non poteris. Sed ſi nouiſſime veneris: et pulſaueris: reſpō-
debit tibi deinde ꝙ non ſit deo cura de bobus ⁊ aſinis. Quis
enim dubitet hominem iumētis eſſe comparatum: qui ſibi
iuga emit iumentorum? Hic quidem etiā iumentis ſtolidior
eſſe conuincitur: ꝙ iugo neceſſitatis eorū ſeipſe ſponte ſub-
iecit: et qd illis eſt natura: huic culpa: qui tanqꝫ ſine ratione
degens: ⁊ ipſe ſub corporeis ſimiliter ſenſib⁹ incuruat. Sed
quid eum iuga boum ſubiiſſe cauſamur? Arguamus magis
emiſſe. Illud enim ſtoliditatis mirande hoc extreme demētie
eſt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Ut autem merce
Mat.x. dem pro opere tribuat inauditum eſt. Omnib⁹ (inquit me-
Luce.x. retricibus dātur mercedes ⁊c. In eo ergo ꝙ dediſti ⁊ nō ac-
j.tim.v. cepiſti: factum eſt in te ꝯrariū. Plane ⁊ in eo qui iuga emit
ꝯtrarium fit. Quid enim iuga emit ⁊ iuga boum: cui iugum
Ezechi. xpi ſuaue gratis offertur: cui⁹ etiam hiis qui tulerint copio-
xvi. ſa remuneratio eſt? Sine iugo quidem eſſe nō poteſt homo:
nimirum quia ad laborem natus eſt. Sed graue iugū ſuper
Job.v. omnes filios Ade: vtiqꝫ qui ſequitur eū: ſuper illos autem
Eccl.xl. qui chriſtum: leue eſt ⁊ ſuaue. Ceterum quale hoc ipſum eſt
mat.xi. eligere potius quinqꝫ ꝙ vnum? Quis enim ſit ſeruire quinqꝫ
dominis: nedū tyrannis ⁊ predonibus? Siquidē oculus aui
threñ.iij mam meā depredatur: ⁊ diuerſi interdum diuerſa imperāt.
forſitan ⁊ aduerſa: nam ſcilicet vnuſquiſqꝫ cōem geſtit ꝑteri
pere ſeruum: ⁊ trahit ſua queqꝫ voluptas. Uide excuſationē
hominis: qui ideo chriſtum nō ſequit: ⁊ a nuptiis excuſat ſe:
qꝛ iuga bouum emerit quinqꝫ.

§.II. Quid ſi illorum laborem ⁊
dolorē conſidereꝯ: ⁊ iuga numeres: qui variis vitiis ſeruiūt
morum magis ꝙ ſenſibus corporum. Inuenies enim homi-
nes qui multo magis in labore hominum non ſunt: ſed lōge
amplius aliena ab homine flagella ſuſtinent: emētes nō mo
do quinqꝫ ſꝫ plus ſꝫ quinquagintaquinqꝫ: non plane iuga iu-
mentorum ſed demonum. Contendunt ambitio ⁊ elatio cor-
dis. Altera nidum: altera foueam parat: altera volare iubet:
altera repere: quū neutrū profecto ſit hois. Auaritia quoqꝫ
⁊ appetitus laudis ſubinuicē aduerſantur: ⁊ qd hec cōgre-
gat: iſta diſpergit. Nec minus ꝯtraria ſunt ꝙ ſimulatio ⁊ pu-
ſillanimitas ſuggerūt impudentie impatiētieqꝫ clamoribus
⁊ vtraqꝫ labor ⁊ dolor ⁊ afflictio ſpūs ſunt. Hec autem oīa ex
vna radice pullulant ꝓprie voluntatis. Huī⁹ enim ſanguiſuge
due ſunt inſatiabiles filie. Siquidē nec anim⁹ vanitate nec
corporis aliquā ſatiatur voluptate. Fuge ſanguiſugam: ⁊ oīa
reliquiſti: hec enim omnia trahit ad ſe. Pone hanc ⁊ iugū tam
importabile ꝙ multiplex abieciſti. Nō eſt ad illā crudelis do
minus non eſt tyrānus tam impius ⁊ inhumanus ſic vrgens
ſeruulum ⁊ nō parcens: fatigatū inſtigat amplius ſubditū ꝑ
prouer⁹ mitorius. Nullū mihi onus importabilius: nulla grauior
xxx. ſarcina. Fact⁹ ſum mihi talentum plumbeum: ⁊ reſedit ini-
quitas ſuper illud. Sed audiam vocem ſolatii quam loqui-
tur angel⁹ magni conſilii. Uenite (inquit) ad me omnes qui
laboratis et onerati eſtis ⁊c. Felices ſane qui ſunt exonera-
ti: ⁊ chriſtum ſequuntur expediti. Quid tu camele gibbum:
quid tu pecunioſe loculos proditoris tollis? Non ſic impie/
zach.v. nō ſic ingredieris: arctiſſimum enim foramen acus huiuſmo
Mat.xi di ſarcinas non admittit.

§.III. Si forte aliqui ſe excu-
ſent ⁊ dicant. Si terrenarū diuitiarū culpabilis eſſet poſſeſ-
ſio nūqꝫ Abraam Iſaac ⁊ Jacob tantam in diuitiis gratiam
obtinuiſſent a dño. Quid reſpondebim⁹ nouis imitatoribus
ſanctorum veterum? Super altare dñi vitulos imponant:
arietes ⁊ hyrcos immolēt: qꝛ ⁊ hec Abraam fecit. Abſit (in-
quiūt) qm̄ hec ſtatutū vltra nō habēt: vbi veritas reuelata
eſt. Quid ſi ipſas quoqꝫ ſanctorū diuitias tēporales vmbras
futurorū fuiſſe dixerimus: in figura ſiquidem eis oīa conti-
giſſe legim⁹. Neqꝫ id dicim⁹ tanqꝫ ſaluari ꝗs vel hoc tempo-
re nequeat diuitias poſſidendo. Habent euangelia et perfe-
ctionis conſilium ⁊ infirmitatis remedium. Nolite theſau- j.cori.x.
rizare vobis theſauros in terra: hec perfectio eſt. Populo au mat.vi.
tem infirmo dr. Facite vobis amicos de māmona iniquita- Luc.xvi
tis ⁊c. Hinc eſt ꝙ dotatas ⁊ ditatas videmus eccleſias a po-
tentibus ⁊ diuitibus ſeculi. Sed heu ipſa eorum ꝓuidentia
data eſt in occaſionem carnis: ⁊ qui ſibi pariter atqꝫ aliis in
celo tabernacula eterna parare debuerāt: in terra coniun-
gunt domum ad domū: ⁊ agrū agro. Quis rapuit ab ore apo
ſtolorum tpis hui⁹ fiducie verbū. Ecce nos reliquim⁹ oīa ⁊
ſequuti ſumus te. Ecce vt ꝑpl̄a ſic ſacerdotes ſiūt volūt diui
tes fieri. Similiter amicis egēt ⁊ ipſi: vt in aliena ſaltē taber
nacula recipiant: vt pote ꝓpria nō hñtes. Beati enim pauperes
ſpū: qm̄ ipſorū eſt regnū celorū. Habēt ſingula hoim gña la-
mat.v. boris aliqd ⁊ voluptatis. Sed aduertere lꝫ ⁊ mirari quēad-
modum clerici miro inter hec artificio diſcernētes et abin-
uicem ſequeſtrantes: totū qd delectat eligunt et amplectun In cleri
tur quod moleſtū eſt: fugiūt ⁊ declinant. Cū militibus nāpe cos otio
ſuperbie faſtus: amplā familiā: nobiles apparatus: equorū dediros
phaleras accipitres/ aleas/ ⁊ ſimilia queqꝫ frequentant. Ali-
qui forte ⁊ dependentes a collo rubricatas murium pelles
ornatos thalamos: balnea: ⁊ dēm mollitiē atqꝫ gloriā veſtiū
a mulieribus mutuantur. Caute omnino lorice/ pondus: et
inſomnes in caſtris noctes: incertaqꝫ diſcrimina preliorum
muliebrē quoqꝫ verecundiā ⁊ diſciplinam: aut ſi quid aliud
ſexus ille habere laboris cernitur declinant. Sudāt agrico-
le putant ⁊ fodiunt vinitores: ⁊ ꝗ inter hec torpent otio: acce
dēte fructuum tpe innouari ſibi horrea iubētis promptua-
ria eorū plena cū illis vrinā nō pre illis. Uiuunt tritico: bi-
bunt vue ſanguinē meraciſſimū. Herbarū viribus peregri-
num mutuant vina ſaporē: ⁊ addit oleum camino: impingu
antur: dilatātur ex adipe frumenti. Negotiatores circūeūe
mare ⁊ aridā in labore corpis ⁊ vite periculo: perituras ſibi
diuitias cōgregātes: hi vero dulces in terra capiūt ſomnos:
ne dicam in ſtratis ſuis laſciuiunt. Erit tñ inuenire in die fe
ſto graues vaſis aureis ⁊ argenteis miniſtrorū dextras: re
fertas variis opibus manticas: particas oneratas: et in ſcri
niis tam multiplices loculos: vt ſi menſas adhibueris nū-
mularios putes. Quid fabros cemētarios ceteroſqꝫ huiuſ-
modi operarios neceſſe eſt numerare? Uictū ſibi multo labo
re querunt ⁊ illi madent deliciis. copiis affluunt otioſi.
An non merito poeta tales ſubſannet.
Ne quum forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas: moueat cornicula riſum.
Furtiuis nudata coloribus. Horati-
Quumqꝫ reſurgere ceperint holes in ordine ſuo: vbi putas us.j.lib
gñatio illa locabit? Si ad milites forte diuerterint: exuffla- epl̄arū.
bunt eos: eo ꝙ minime eorum labores et pericula tolerint.
Sic agricole: ſic negotiatores ⁊ ceteri ſinguli a finibus ſuis
eos arcebūt: vt pote qui in labore holm nō fuerunt. Quid
igitur reſtat: niſi vt quos oīs ordo repellit pariter ⁊ accuſat
eum ſortiant locū vbi nullus ordo: ſed ſempiternus horror
inhabitat? Petro tertio dictum eſt. Amas me? nec te paſce/
vel mulge vel tonde ſemel additū eſt. Speret ergo gradum
miniſtri: qui dñicū gregē paſcere vel tondere ſatagit. Paſce Jo.xxi.
aūt exēplo cōuerſationis: verbo predicationis fructu oratio
nis: ⁊ hoc ad mandatum chriſti vt nemo ſibi hunc ſumat ho-
norem: ſed qui vocatus fuerit a deo tanqꝫ Aaron. Qui enim
non intrat per hoſtiū in ouile ouium: ſed aſcendit aliunde: il
le fur eſt ⁊ latro: atqꝫ vtinā iā requiratur inter diſpēſatores
vt fidelis quis inueniatur. Nemo tñ indiget nobis nondum
enim adhuc reuelamus occulta dedecoris: nec parietem fodi-
mus vt maior abominatio appareat. Nondū de fornicatione
aliquam fecimus mentionē: quis ⁊ hec in multis et multi- Eze.xij.
pliciter regnet qui puritatis authori impuro corde et corpe
miniſtrantes: nō verent adſtare angelum dñi ſecet eos me-
dios ⁊ diſperdat. Sed dino audent agni immaculati ſacras Daniel.
contingere carnes: ⁊ intingere in ſanguine ſaluatoris man⁹ xiij.
nefarias: quibus paulo ante/ proh dolor/ carnes meretricias
contrectauerunt: ſic altaris circumire: ſic frequentare pſal
mos: quum ⁊ huiuſmodi laus execrabilis et oratio ſit in pec
catum. Sed nec eorum recenſem⁹ ſacrilegia: qui diligūt mu
nera ſequuntur retributionem: vendunt ſacramenta: iuſti-
tiam produnt. Quorū guttura necdum traxit ad laqueum:
necdum prefocauit fauces verbū blaſphemie: vox ſacrilega
ſermo nequā. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eum tra- Mat.
dā? Uidemus hec oīa: ſed quodāmō nō videntes: quib⁹ quip xxvi.
pe nec flagellū eſt nec ille comedens zelus.

§.IIII. Uidete vocationē veſtrā j.Cor.j.
fratres

fratres.ſ.quis vos vocauerit in honorē cleri. Conuenire volo conſciētias ſingulorum: ⁊ ſcdm̄ preceptum domini ad cor
Eſa.xl. ipſum loqui. Huic paruulo necdum forſitan nato eccleſiaſtica iam beneficia prouida parentum ſollicitudo parauit. Hūc nos (inquiunt) illi vel illi trademus epiſcopo apud quē habemus gratiā: vel forte ſeruimus ei vt ditemur de bonis domini: nec in tot liberos noſtra diuidatur hereditas. Illū ꝓpoſitus aut decanus vt ſibi ſuccederet pluſꝗ̄ materno educauit affectu: in delitijs nutriens ⁊ delicijs. Ille dignus archidiaconatu: vt pote filius principis: magis autē ſi ſit epī conſobrinus: in quo nimirum tota eſt epiſcopata progenies. Alius vndiꝗ circumit ſedul' explorator: blanditur: obſequitur: ſimulator: ſimulat: miſeraꝗ ſibi ſuffragia mēdicare nō erubeſcit: manibus ⁊ pedibus repens ſiquo modo tandem ſeſe ingerere queat in patrimoniū crucifixi ⁊ bona domini: que ſola ex omnibus hodie inueniuntur expoſita. Nimirum peregre profectus eſt: ſed in plenilunio forte vt ſus diſtricte repetat rediturus. Quis ea intentiōe grad' eccleſiaſticos ⁊ miniſteria q̄rit: immo queritur (queri nempe magis ꝗ̄ querere ipſe debuerat) vt ſine curis ſeculi in ſanctimonia cordis ⁊ corporis illuminādus accedat ad dominū: ⁊ ſuam pariter ⁊ proximorū operetur ſalutē: oratiōis ſtudio deditus ⁊ verbo predicationis? Nam ſi eos eo querit intuitu vel tenet: vt vt vite neceſſaria habeat: euangelizat vt māducet: ⁊ peruerſo nimis ordine celeſtibus terrena mercatur. Quā certe dignius eſt ampliuſꝗ conſentaneum rationi: vt pro carnali victu carnalia opera magis ⁊ negocia exerceret: ne fieret iuerſor rerum: aut inhonoraret miniſterium ſpirituale. Sed modico eſt natura contenta: nec multi ſola in his neceſſaria querunt: quippe minori facile ſatis obtinenda periculo. Honorari in cedere volūt placere ſtudent hominib': delectari: ſu-
Oſee.viij. perbire: huic ſeculo conformari. Ipſi (inquit) regnauerūt ⁊ non ex me: principes extiterunt ⁊ non cognoui.

§.V. Ve ve in domo dñi horrē-

Philip.iij. dum videmus. Quid niſi idololatras miniſtrantes: quorū deus venter eſt? Nunquid nō auaritia eſt idolorū ſeruitus?
coloſ.iij. Vtinā ſaperes miſer: et intelligeres cum theſauro pecunie theſaurū ire pariter cumulari. Ve ve tibi clerice: mors in
iiij.Reg.iiij. olla: mors etiam in olla carnium: mors in hmōi delicijs eſt. Non modo quia ſecus introitum delectationis poſita eſt: ſed ob id maxime quia populi conſtat eſſe peccata ꝗ̄ comedis. Sumptus eccleſiaſticos gratis habere te putas: cantando (vt ais) tibi prouenire videntur. Sed bonum erat magis fodere: vel etiā mendicare. Peccata enim populi comedis: ac
Oſee.iiij. ſi tibi propria minus ſufficere viderentur. Venient: venient ante tribunal chriſti: audietur populorum querela grauis: accuſatio dura: quorum ſcilicet vixere ſtipendijs nec diluere peccata: quibus facti ſunt ceci duces ⁊ fraudulenti mediatores. De altario (vt ait) viuant: non ſuperbiant: non luxurien-
j.cor.ix. tur: non ditentur: non de bonis eccleſie ampla palatia fabricent: mutantes quadrata rotundis: nec loculos inde congregent: nec in vanitate nec in ſuperfluitate diſperdāt. Non extollant de facultatibus eccleſie conſanguineos ſuos: aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradant. Res enim pauperū nō pauperibus dare par ſacrilegij crimē eſſe dignoſcit. Sane patrimonia pauperū facultates eccleſiarum: ⁊ ſacrilega eis crudelitate ſubripit: quicquid ſibi miniſtri ⁊ diſpenſatores nō vtiꝗ dñi vel poſſeſſores vltra victum ⁊ veſtitum accipiunt. Nec enī ordinauit deus his q̄ euangelio ſeruiunt: de euangelio q̄rere delitias vel ornat': ſed viuere vt videlicet ſint contenti alimēta corporis: non gule irritamēta aut incētiua libidinis: ⁊ quibus tegant nō quibus ornent accipere.
j.cor.ix. Triplex ergo funiculus ꝗ̄ difficile rūpitur: miſerū in gulicē trahit qui impure intrat: indigne miniſtrat: ⁊ fructu abutitur tpali. Quid enim ſi in hoc mūdo floret: ⁊ proſperatur in
Eccle.iiij. vis ſuis? Areſcet velociter ⁊ cito decidet flos feni ⁊ vapor ad modicum parēs. Parcitur virge: quoniam inuenitur iniquitas eius ad odiū. Quumꝗ frontoſa impudentia cor obdura-
Pſ.xxxv. rit: vt nō paueat nec cōtremiſcat: deſperatio eſt. Propter qd enim irritauit impius deum et exacerbauit dñm pctōr? non propter fornicatiōes aut inceſtus aut ſacrilegia. Nihil enim
Pſ.ix. horum memorat propheta: ſed quia dicit in corde ſuo nō requiret. Hoc enim dicere eſt exquiſiturum nō expaueſcere. Huic autem impietati ſcdm multitudinem ire ſue nō miſeretur de' dum nec querit: nec arguit / nec flagellat / nec vindicat. Miſereamur (ait) impio. Procul fiat a me miſeratio tam crude-
Eſa.xxvj. lis: qua non diſcat homo facere iuſtitiam: ſed obdormiſcat
Pſ.ix. miſer ⁊ dicat. Oblitus eſt deus: auertit faciem ſuam: ducat in bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt. In ter-
Job.xxi ra (inquit) ſanctorum iniqua geſſit. i. in eccleſiaſticis poſſeſ-
Eſa.xxvj ſionibus que ſanctorum vſibus fuerunt aſſignate in domo dei quam decet ſanctitudo. In clero quippe tanꝗ̄ in celo iniqua geritur: quia celeſte tenet officium: ⁊ tanꝗ̄ angelus aut eligitur aut reprobatur. Inuenta autem in angelis prauitas: vt grauius iudicetur neceſſe eſt etiam inexorabiliuſꝗ̄ Sap.v.
humana. Age ergo: quoniam iudicium duriſſimum in his qui preſunt fiet. Aſcendat ſuperbia tua ſemper: ſequere re- Pſ.
gem tuū: omne ſublime videant oculi tui. Feſtina multipli- lxxiij.
care prebendas: inde ad archidiaconatū euola: deinde ad epiſcopatū aſpira: nec ibi requiem habiturus: quia ſic itur ad aſtra: vt ab altiori gradu grauior ſit caſus. Neꝗ enim ſic paulatim decides: ſed tanꝗ̄ fulgur impetu vehemēti quaſi alter ſathanas ſubito in profundum deijcieris.

§.VI. In labore hoim̄ nō ſunt

(inquit) ⁊ cū hominibus nō flagellabunt: ideo tenuit eos ſup- Pſ.lxxij.
bia. ſ. diaboli / pctm̄ ⁊ iniquitas. Hec ē ꝗ̄ diſciplinā nō recipit: curari renuit: medelā nō ſuſtinet: vlcus peſſimū qd̄ nec ſummis digitis patit attrectari. Quid miſeri tāto pere flagellū declinatis? mutatis nō effugitis pnām. Nam malum impunitū eſſe nō pōt. Et quidē in hac die veſtra ꝗ̄ ad pacē vobis: ſed ſi cognouiſſetis ⁊ vos. Tollite (inquit) iugū meū ſuper vos. Sine iugo eſſe non poſſumus. Homo enī ad laborem naſcitur: ſed graue iugū ſuper filios Ade: vtiꝗ qui ſequuntur eum? Nam ſuper eos qui chriſtū ſequūtur: ſua- Gen.iij.
ue eſt. In ſudore (inquit) vultus tui veſceris pane tuo. Nūquid non omnes in eo ſententiam laboris excepim': in quo ſine exceptione oēs peccauimus? Forte aliqui dicēt. Quid peccam': noſtra licite poſſidemus ⁊ rapinis ⁊ furtis abſti- Luce
nem'. Ego ſane diuitē illū de quo dñs in euangelio narrat xvj.
in nullo horū audio accuſari. Induebat purpura ⁊ byſſo ⁊ epulabat quotidie ſplēdide. Si crudelitatis arguit: qui habuit ſubſtantiā mūdi huius ⁊ vidēs fratrē ſuū egere clauſit viſcera ſua ab eo: qñ hoc diuiti deeſt: quantos videtis ⁊ ipſi lazaros eſurientes / nudos / egrotos / ⁊ plus de iumētis veſtris ꝗ̄ de eoꝝ miſerijs cogitatis. Sed ad tremendū abrae immo dei Abrae iudiciū veniam'. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua ⁊c. Heccine eſt tota cauſa cruciatuū ꝙ in hoc ſeculo bona recipit? ipſa plane. neꝗ enī ad hoc nos de paradiſo voluptatis aduerſio diuina eieciſſe videt: vt alterū hic paradiſum ſibi adinuētio hūana pararet. Hō ad laborē natus: ſi ipſe laborē refugit: nō facit ad qd̄ natus eſt: ad qd̄ venit in mundū. Quid rñdebit ei ꝗ̄ miſit illum qui inſtruit eū vt laboret. Nūc vero hic ꝯſolat: tu vero cruciaris. Quid dicemus ad hec. Si talis eſt finis ⁊ tale iudiciū vt extrema gaudij luct' occupet: nōne preferēda ſunt in hoc ſeculo mala bonis. Ceterū nō eſt concupiſcentie modum ponere neꝗ amator pecunie dicet aliqñ. Sufficit: neꝗ etiam libidinoſus ſatiabit voluptate. Sic ⁊ crudelis quiſꝗ ſemper ſanguinē ſitit: ⁊ ambitioſus aut humane laudis cupidus adeptis dignitatū titulis ſeu fauoribus / nullū exinde remediū capit: ſz deſiderio eſtuat ampliori. Minus aūt inuenit requies ꝗ̄ ſibi placere cupit ⁊ putat ſe aliquid eſſe quum nihil ſit. Vidi ego aliqñ quinꝗ viros: ⁊ qd̄ niſi phreneticos arbitrarer? Primus ſiquidē buccis timētib' marinā maſticabat arenā. Scd̄s ſulphurio eſtuās lacu exhalantē teterrimū ⁊ fetidiſſimū geſtiebat haurire vaporē. Terti' fornaci incūbens vehementer accēſe / micātes ſcintillas hiantib' accipe faucib' letabat. Quart' ſupra pinnaculū tēpli reſidēs leuioris aure ſpm̄ aperto ore retrahebat: ⁊ ſi min' influere videret flabello ſibi ventū traijciebat: ac ſi totum ſperaret aerē deglutire. Quintus ſeorſum poſitus ridebat ceteros: ipſe quoꝗ ridendus ⁊ maxime: quia ꝓprias ſuas carnes ⁊ incredibili ſtudio ſugere laborabat: nūc manū nūc brachiū ori imponens. Miſerat' hoies cauſamꝗ miſerie ſciſcitatus a ſingulis: vnū oibus eſſe reperio: validiſſimā vtiꝗ famē. Tunc macilentiſſimas eorum facies contēplatus: recordabar ꝓphete gemētis ⁊ dicentis. Aruit cor meū: quia oblitus ſum comedere panē meū. Quid ꝓſunt hec vobis inquio? Non ſunt naturales cibi: famem magis ꝓuocāt hec ꝗ̄ extinguūt. Nimirum ad imaginem dei facta aīa rationalis ceteris oibus occupari pōt: repleri oino nō poteſt: capacē dei quicquid deo minus eſt nō implebit. Inde eſt ꝙ naturali deſiderio oēs quidē ſummū bonum appetere comprobant: nullā niſi eo adepto requiem habituri. Sed errant miſeri viā nō inuenientes. Et vt ſcriptū eſt: in circuitu impij ambulant: dum minora bona querentes illud ſemper deſiderant: qd̄ necdum ſibi vicinius videntur adepti. Vnuſqſꝗ qd̄ volet trahet in partē: nec aliqñ poterit hic circuitus peragrari. Vis puenire? incipe trāſire in circuitu ſiquidē ambulas: ⁊ qd̄ ꝓpe erat cordi tuo: tergaret tena declinas. Hinc eſt qd̄ vociferatur ad te. Reuertere reuertere Sunamitis ⁊c. An fructuoſa via eſt ⁊ inambulabilis Facilius peruenies ſpretis omnibus ꝗ̄ adeptis.

§.VII. Ecce inquit nos reliqui

mus oīa ⁊ ſecuti ſumus ⁊c. Quanta mundi ſapientia/male-
dicta ſupplātat: ⁊ cōceptum in eis extinguit ſpm̄: quem dn̄s
voluerat vehemēter accēdi? Noli(inq̄t)precipitanter agere:
diu deliberā: magnum eſt qđ proponis experire quid poſſis
amicos conſule. Hec ſapientia mundi/terrena: aīalis/diabo-
lica ſalutis inimica: ſuffocatrix vite: mater tepiditatis: que
deo ſolet vomitum ꝓuocare. Quū a deo verbū eſſe nō dubi-
tes: q̄d opus eſt deliberatiōe? Uocat magni conſilij angelus
⁊ q̄d aliena cōſilia preſtolaris? Quis fidelior illo vel ſapien-
tior. Deduc me dn̄e ⁊ deducar. Fortior eſto: ⁊ inualeſce. Ab
ore putei gehenne eripior: ⁊ inducias petam: ⁊ cūctabor ex-
re ſi forte interim fiat aliquid? Abſcondi ignē in ſinu meo et
exuſto iam latere ⁊ iam ſanie defluente: diu deliberandū eſt
an excutiā illū? Magnum eſt qđ offertur: ſed vtiq3 libēti⁹ ⁊
feſtinantius ſuſcipiendū: ⁊ obuijs manibus arripiendū ⁊ cū
feruore ⁊ hilaritate. Probet ſeipſum qui de ꝓpria virtute ꝓ-
ſumit: nā diuina quidē oīno ꝓbata eſt. Amicos conſulat: qui
nō legit. Inimici hoīs domeſtici eius. Qui frequentat euan-
gelium qui euangelio non obedit? Sine(inquit)mortuos ſe-
pelire mortuos ſuos. Sequitur. Uos qui ſecuti eſtis me: i re-
generatione quum ſederit filius hoīs ⁊c. Que eſt hec noua
regeneratio? ¶ Non illa ſcilicet q̄ fit ex ſanguinib⁹ ⁊ volun-
te viri: nec illa que ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: ſ3 corporis futu-
ra reformatio. Homo nimirum ex anima ⁊ corpore ꝯſtans: to-
tus ſimul cecidit: ſed totus ſimul reſurgere non pōt: dignū
eſt vt ea portio que videtur potior: reparet prior: hec eſt aīa.
Prior ergo reficiatur que pri⁹ corruit: preſertim eo q̄ ab
eius culpa corporis pena prodierit. Hinc eſt q̄ prius pecca-
ta mundi non moleſtias tollere carnis ſaluator venit. quod
in ſeipſo manifeſti⁹ docuit penis omnibus corpus exponēs/
animam autem immunē prorſus a peccato cuſtodiens. Non
ſic hodie non ſic filij hoīm/ſed anime curam negligunt/curā
autē carnis perficiunt/dantes operam eius valetudini/imo
mo etiam voluptati. De ſchola hippocratis ⁊ Epicuri didice-
runt hec. Tp̄s hoc animab⁹ nō corporib⁹ eſt aſſignatū: dies
ſalutis vtiq3 non voluptatis. At nemo(inquiunt)carnē ſuā
odio habuit. Quum em̄ iudicium carnis ex aīs pendeat/nil
pōt carni vtilius q̄ ſalus aīe ꝓuideri: vt videlicet in tp̄e ſit
reſpectus illius/⁊ ſocia paſſionis felicitatis quoq3 conſortiū
mereatur/Unde apl's. Saluatorem(inquit)expectamus ⁊c.
Ephe.v. Requieſce in hac ſpe caro miſera. Qui propter aīam venit.
Philip.iij. ꝓ te quoq3 venturus eſt. In regeneratione(inquit)quū ſede-
rit filius hoīs in ſede maieſtatis ⁊c. Felix regeneratio/quu3
renaſcit̄ ad ſeſſionē miſer hō natus ad laborē. Corpus enim
reſurrectione iam nō morit̄/⁊ iā nō erit amplius neq3 luct⁹
neq3 clamor/ſed nec vllus dolor: qm̄ priora tranſierunt. Feli-
ces lachryme quas benigna manus conditoris abſterget: ⁊
beati oculi qui in talibus liquefieri potius elegerunt: q̄ ele-
uari in ſuperbiam: q̄ omne ſublime videre: q̄ auaritie ⁊ pe-
tulantie famulari. Sedebit igitur corpus immortalitatis et
impaſſibilitatis gemina quadam felicitate dotatum: liberū
ab omni neceſſitate: ⁊ ab omni cōcupiſcētia alienum: immu-
ne ab omni corruptione: plenū gratia: cōfiguratū deniq3 cla-
ritati xp̄i. Scala qua ad deū aſcēdimus: tres habet gradus
ſ. ſobrie viuere quoad nos iuſte quoad proximum: pie quoad
Scala q̄ ad deū3 aſcēdit̄. deum latera huius ſcale vilitas ⁊ aſperitas: id eſt ex baſibus
i. duobus lignis crucis: deſuper etiam coercenda: ſc3 ſpe glo-
rie ⁊ voluptatis eterne. Quis vero ſecularis honor excogita-
ri poteſt: qui non prorſus in tanta ſublimitatis comparatio-
ne vileſcat? Nō vnius ſiquidem ciuitatis aut populi ſeu re-
gionis: ſed vniuerſitatis iudices habent preſidere cum chri-
ſto: nec ſolum homines/ſed ipſos angelos iudicabunt. Eſto
multa tibi annorum curricula reſtant: adoleſcens es vſq3 in
ſenectam victurus ⁊ ſenium: quid neceſſe habes amittere
tp̄a tanta: perdere lucra tāta? Nihil tp̄e precioſi⁹: ſ3 heu ho-
die nil vilius eſtimatur. Certus es apud deum nullum oīno
bonum irremuneratu3. Et ſicut nec capillum de corpore: ſic
nec momentum de tp̄e periturū. Sequit̄: Et oīs qui relique-
rit patrē aut matrem ⁊c. Quid inſanie eſt: q̄ cunctant̄ homi-
nes relinquere ſimpla ꝓ centuplis? vbi eſt cupidus? vbi eſt
ambitioſus? Quid ad fidele negotium ⁊ nundinas queſtuo-
ſiſſimas auaritia intepuit ⁊ obdormiuit in terra? Cui id Iu-
deo negares o homo? cui ſacrilego dare quicquid habes cū-
ctareris pro cētuplo? Sed execrabilis eſt tibi manus dn̄i: vt
ab eo cōmutationē accipere non acquieſcas. An non fictus
in precepto labor: onus leue: ſuaue iugu3: crux inuncta? vbi
ſc3 chriſtus morte mulctatur: cruce turpatur: quis ſuorum
delicias ſiue gloriam ſuſtinere valeat: nedum q̄rere audeat?
Sane vt ſpiritualis exercitij ⁊ cure cordis indicium euidēs
eſt contēptus exteriorū: ſic eoꝝ ſolicitudo/ſignum eſt certū
Eccl. xxij. mentis inculte. De ſtercore boum lapidatus eſt piger(ait
ſapiens)qui chriſtum lucrifacere negligens/corde vacuo et
deſerto foras cogitur euagari. Ue ve miſeror: dum ſterco-
ratur ornari putatur. Nos erat Paulus: q̄ oīa hec arbitraba-
tur vt ſtercora: vt chriſtū lucrifaceret triturans in area dn̄i.
Nemo ſane mentis minorē credat eſſe in virtutibus: q̄ in vi- Pō.xviij
tijs delectationē. Neq3 em̄ carni vel mundo vel diabolo: ſed
chriſto ſeruire regnare eſt. In via(inquit)teſtimoniorū tuo-
rum delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs. Quid erit in
patria: ſi tanta eſt delectationis copia in via? Nam ⁊ apoſto-
lus non in ſpe ſolū: ſed etiam in tribulationibus docuit dele- Roma.v.
ctari. Sed audiui(ait homo: qui perditionis ſue occaſionem
querit: ⁊ vt vulgo dr̄ feſtucā querit vnde ſibi eruat oculu3)
audiui loquī de illo ⁊ de illo qui reliquerant omnia ⁊ ad vo-
mitu3 ſunt reuerſi: quomodo iſti acceperūt centuplū. Sunt
quidem loculi non ſolum pecunie: ſed etiam proprie volun-
tatis. Scrutetur proinde vias ſuas ⁊ ſtudia ſua: qui ꝓmiſ-
ſam centupli gratiam ſibi deeſſe cauſatur. Nec dubiū quin
inueniat angulu3 ⁊ diuerſorum reclinatoriumq3 non filij ho-
minis: ſed autem foueam vulpis aut volucris nidum. Ma-
gis autem obſecro relinquat omnia: nihil ſibi retineat: ne
modicum fermentum totam maſſam corrumpat: et ſolū ſe-
quatur chriſtum: iactans cogitatum ſuum in eo: ⁊ enutrien-
dus ab eo: ⁊ procul dubio centuplum recepturus. Nemo er-
go quum ſe viderit non omnia reliquiſſe: centuplum nō ac-
cepiſſe meretur. Precioſa ſiquidē diuina conſolatio eſt: nec
oīno tribuit̄ admittentibus alienā. Infelix tu Eſau qui di-
xiſti. Num vnam tm̄ benedictionē habes pater? quanto me-
lius diceres cū ꝓpheta. Unā petij a dn̄o: hanc requirā. In-
dignus em̄ celeſti benedictione cōuincit̄: qui eā dubio q̄rit
affectu: duplici petit intentione. Cuius ergo dilectiſſimi ad
alias cōſolationes mens inhiat: ⁊ nō penitus renuit in cadu- Gene.
cis ⁊ tranſitorijs conſolari: ⁊ ipſe ſibi profecto celeſtis ſub- xxvij.
trahit grām cōſolationis. Porro adhuc ſecularis quiſpiam Pō.xxvi
dicit. Oſtende mihi iſtud cētuplum. Rn̄det. Manna abſcon-
ditum eſt: nemo ſcit niſi qui accipit. An non oīa poſſidet: cui
oīa cooperantur in bonū? An nō cētuplū habet oīm: qui im-
pletur ſp̄uſctō q̄ habet in pectore chriſtū? Quam magna mul-
titudo dulcedinis tue domine: quam abſcondiſti timētibus
te? Hoc ergo centuplum eſt adoptio filiorū: libertas ⁊ primi-
tie ſpiritus: delitie caritatis: gloria conſcientie: regnum dei:
quod intra nos eſt. Non vtiq3 eſca ⁊ potus: ſed iuſtitia/pax ⁊
gaudium in ſpirituſancto. Hec eſt virt⁹ ex alto que Andreā
fecit crucem amplecti: Laurentium ridere carnificem: Ste-
phanum in morte pro lapidantibus genua flectere. Hec gra-
tia deuotionis ⁊ vnctio docens de oībus: quam expertus no-
uit: quam inexpertus ignorat.

§.VIII. Bernardus i libro meditationū.

Multi multa ſciunt: ⁊ ſeipſos neſciūt: alios inſpi-
ciunt ⁊ ſeipſos deſerunt: deum querunt per iſta exteriora
deſerentes ſua exteriora: quibus interior eſt deus. Idcirco
ab exterioribus redeam ad interiora: ⁊ ab interiorib⁹ ad ſu-
periora aſcendā: adherēdo ſic veritati ꝑ cognitionē. Nā ab
illa defluendo per amorē: amando. ſ. vanitatem: pro illa ho-
mo vanitati ſimilis factus eſt. Et quid vanius q̄ diligere va-
nitatem? ⁊ quid nequius q̄ contēnere veritatē? Itaq3 appe-
titus vanitatis/eſt contēptus veritatis: ⁊ contemptus veri-
tatis/cauſa eſt noſtre cecitatis. Unde q2 iniqui nō probaue-
runt deū habere in notitia tradidit illos in reprobū ſenſum
quantum autem in cognitione mei proficio tantu3 ad cogni-
tionem dei accedo. Secundum interiorem hoīem tria in mē-
te mea inuenio: per que deum recolo cōſpicio ⁊ concupiſco.
Sunt autem hec tria: memoria/intelligentia/voluntas ſeu
amor. Per memoriam reminiſcor/per intellectū intueor/per
voluntatē amplector. Quum dei reminiſcor in memoria me
inuenio/⁊ in eo delector. In intelligentia intueor q̄d ſit deus
in ſeipſo: quid in angelis: quid in ſanctis: quid in creaturis
quid in hoībus. In ſeipſo eſt incomprehēſibilis: q2 principiū
⁊ finis. Ex me intelligo q̄ incōprehenſibilis ſit: ⁊ q̄ me intelli-
gere non poſſum quē ipſe fecit. In angelis eſt deſiderabilis:
q2 in eum deſiderant proſpicere. In ſanctis eſt delectabilis:
q2 in eo aſſidue felices letantur. In creaturis eſt mirabilis:
q2 omnia potenter creat/ſapienter gubernat/benigne diſpē-
ſat. In hominibus eſt amabilis: q2 eoꝝ eſt deus: ⁊ ipſe in eis
habitat tanquā in templo ſuo. Diligere eum vere debemus
qm̄ ipſe prior dilexit nos: ⁊ ad imaginē ⁊ ſilitudinē ſuā ipſe
nos fecit qđ nulli alij creature donare voluit. Oportet ergo
id qđ ad imaginem eſt/cū imagine conuenire. Repreſente-
mus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis ⁊ virtu-
tis ⁊ veritatis ⁊ in amore charitatis. Teneamus eum in me-
moria: portemus in cōſcientia: ⁊ vbiq3 preſentē veneremur.
Beata ſiquidem anima eſt: apud quam deus requiem inue-
nit. Beata que dicere poteſt Et qui creauit me requieuit in
tabernaculo meo. Negare ſiquidē requiem nō poterit. Cur
ergo nos deſerim⁹: ⁊ in his exterioribus deū querimus: qui
apud

apud nos eſt:ſi nos apud ipſum eſſe velim⁹? Ecōtrario ſcđm exteriorē hominē de parētibus illis venio qui ante fecerūt dānatum ꝙ natū. Miſeri miſerum in huius lucis memoriā induxerūt. Ad illos vero feſtino qui morte corpis hinc exierūt. Quoꝝ eorum ſepulchra conſpicio nihil inuenio in eis niſi cinerem ⁊ vermem fetorem et horrorē. Quod ego ſum illi fuerunt:et quod ipſi ſunt ego ero. Plorans et vlulans traditus ſum huius mundi exilio:et ecce morior plenus iniquitatib⁹ ⁊ abominationibus. Jamiamq̄ preſentabor ante diſtrictum iudicem de operibus meis rationem redditurus. Ve mihi miſero quum venerit dies illa iudicij:et aperti fuerint libri in quibus omnes mei conatus ⁊ cogitationes recitabūtur preſente domino. Tunc demiſſo capite pre confuſione conſciētie ſtabo coram domino trepidus et anxius quum de me dicetur. Ecce homo et opera eius. Quadam vero vi diuina fiet vt vnuſquiſq̄ opera ſua bona vel mala cuncta in memoriam reducat:⁊ mentis intuitu mira celeritate cernat:vt excuſat vel excuſet ſcientia conſcientiam:atq̄ ita ſimul ⁊ oēs ⁊ ſinguli iudicentur.

De extremo iudicio.

Judicium faciet geſtorum quiſq̄ ſuorum.
Cunctaq̄ cunctorum reliquis arcana patebunt.

Que enim nunc confiteri erubeſcimus:tunc manifeſtabuntur omnibus:⁊ quicquid hic diſſimulando calcauimus: totum ille vindex flamma comburet.

Ignis vbiq̄ ferox ruptis pugnabit habenis.

Quantoq̄ nos diutius expectat deus vt emendemus: tanto diſtrictius iudicabit ſi neglexerimus. O anima inſignita dei imagine decorata eius ſimilitudine: deſponſata fide dotata ſpiritu: redempta ſanguine:cum angelis capax beatitudinis:particeps rationis:quid tibi cum carne? Si diligenter cōſideres quid per os ⁊ nares ceteroſq̄ meatus egrediatur:vilius ſterquilinium nunꝙ vidiſti. Si ſingulas eius miſerias enumerare velis: ꝙ ſit onerata peccatis: pruriens cōcupiſcentijs: occupata paſſionibus: polluta illuſionibus plena omni confuſione et ignominia inuenies. Attende homo quid fueris: quid es: quid eris:

Fama/fauor populi/feruor iuuenilis/opeſq̄
Surripuere tibi noſcere ſis quid homo.
Nihil enim aliud eſt homo ꝙ ſperma fetidum:ſaccus ſtercorum cibus vermium.
Poſt hominem vermis: poſt vermen fetor ⁊ horror:
Sic in non hominem vertitur omnis homo.

§.IX. O ciuitas celeſtis:māſio

ſecura:patria totum cōtinens quod delectat. Populus ſine murmure. Sicut letātiū omniū habitatio eſt in te. Ibi.

Pax/pietas/bonitas/lux/virtus/ſplendor/honeſtas/
Gaudia/letitie/dulcedo/vita perennis:
Gloria/laus/requies/amor ⁊ concordia dulcis.

Que ergo nos angit veſania vitiorū ſitire abſynthiū. Huius mundi ſequi naufragiū: vite labētis pati infortuniū: impie tyrānidis ferre dñium:⁊ nō magis cōuolare ad angeloꝝ ſocietatē: ſanctorum ſplendorē: regis potētis honorē: ſuperne glorie decorem? Sed ad hec omnia quis idoneus? Profecto verus penitēs: bonus obediēs: amabilis ſocius: fidelis ſeruus. Verus penitens: ſemper in dolore de preteritis:⁊ in labore de futuris cauēdis: ſic cōmiſſa plangit vt nec cōmittat plangenda. Bonus obediēs dat ſuum velle et ſuum nolle:vt poſſit dicere. Paratum cor meum deus:paratum cor meum. Amabilis ſoci⁹ oībus eſt officioſus ⁊ nulli oneroſus: dñi ſeruus: proximi ſocius: mundi dñs. Fidelis ſeruus in contēplatione dei ⁊ cuſtodia ſui. Sed tu intelligēs ad te cuſtodiendū nunꝙ ſufficere poſſe tuā induſtriā: adhibe tamē tecum oēm diligentiā: ⁊ implora diuinā clemētiam: atq̄ angelicā exora tutelam: Jeſum Chriſtū ſicut ſignaculū pone ſup cor tuum. Quum eñ Chriſtus cordis oſtiuꝫ cuſtodit ⁊ eſt oſtiarius vt per illum ingrediant̄ ⁊ egrediātur oēs familie cordis conſequenter adſunt milia miliū angeloꝝ ad fores exterioꝝ ſenſuum excubantiū: nec alienigena audet irrūpere illas terribiles acies: ꝓpter oſtiarij reuerentiā angeloꝝ cuſtodiam. Integritatis tue curioſus explorator vitā tuam quotidiana diſcuſſione examina. Attende diligenter quātum ꝓficis vel quantū deficis: qualis ſis in moribus: ꝗlis in affectib⁹. Stude cognoſcere te: q2 multo melior es ⁊ laudabilior ſi teipſum cognoueris: ꝙ ſi te neglecto cognoſceres curſus ſyderū vires herbarum: complexiōes hoīm: naturas animaliū. Quū ad orandum vel pſallēdum eccleſiam intraueris: fluctuantium cogitationū tumultū exterius relinque: ⁊ curam exteriorum penitus obliuiſcere: vt ſoli deo poſſis vacare. Intende illi qui intendit tibi. Audi illum loquentem tibi: vt exaudiat te loquentem ſibi: ſingula verba diligenter attendas. Non q2 ego iſta faciam dico: ſed ꝙ facere vellem: ⁊ nō feciſſe me penitet: et non facere piget. O ꝙ felix eſſes: ſi ſpūalibus oculis intueri poſſes ſemp. Preuenerunt principes cōiuncti pſallentibus. Videres proculdubio qua cura/quove tripudio interſunt cantantib⁹: adſūſtunt orātib⁹: adſunt meditātibus: ſupſunt quieſcētib⁹: ꝓuidētib⁹ ⁊ ꝓcurātibus ꝑſunt. Ps.lxx Diligūt cōciues ſuos: eiſq̄ cōgaudent/cōfortant/inſtruunt/ꝓtegūt/ꝓuidētq̄ in oībus. Ipſi eñ deſiderant aduentū noſtrum: qm̄ de nobis expectāt ruinas ſuas reſtaurari ciuitatis ſue: diligēter querūt ⁊ libenter audiūt bona de nobis: ſoliciti diſcurrūt medij inter nos ⁊ deū noſtrū: nr̄os gemitus ad deum fideliſſime deportantes. Exultare eos fecimus qñ ad pulam reuerſi fuimus: feſtinemus ergo quantū in nobis eſt: eorū implere letitiam. Ve tibi ꝗ reuerti deſideras ad vomitum: redire ad luctum. Putaſne placatos habebis in iudicio: quos tanto ⁊ tam ſperato priuare vis gaudio? Vbicunq̄ fueris: intra temetipſum ora: ſi longe fueris ab oratorio: noli querere locum: quoniam ipſe locus es. Sicut autē nullū momentum eſt quo homo nō fruatur dei bonitate ⁊ miſericordia/ſic nullū debet eſſe momentū quo eū non habeat ꝓſentē in memoria. Noli vilipēdere orationē tuā: quam ille ad quē oras nō vilipēdit: ſed anteꝙ egrediat̄ de ore tuo: ſcribi eā iubet in libro ſuo:⁊ vnū ex duobus indubitanter ſperare debemus: quoniā dabit nobis quod petim⁹: aut quod nouit eſſe vtilius. Cogita ergo de deo quicꝗd melius potes: ⁊ de te quicquid deterius potes. Omne tp̄s in quo de deo nō cogitas: perdis:⁊ hoc te computa ꝑdidiſſe. Vaca ergo:⁊ vbicunq̄ fueris tuus eſto. Noli te rebus tradere: ſed commendare. Quocūq̄ in loco cōſiſtis: aliꝗd ſalutare in aīo verſa: aīm colligens tecū habita/⁊ in latitudine cordis tui deambulans: ibi cenaculū grande ſtratum chriſto exhibe. Nihil aliud me docet ſcriptura: niſi religionem amare: veritatem ſeruare: et charitatem habere. Ego autem miſer ⁊ miſerabilis citius curro ad lectionem ꝙ ad orationem: libentius volo legere ꝙ miſſas audire. Expectat me aliquis volens de ſua neceſſitate loqui: ego vero librum accipio: quem ille vel ille habere vellet: et legendo in eo amitto charitatis fructum: pietatis affectum: cōpunctionis fletum miſſarum vtilitatem:⁊ celeſtium cōtemplationē. Nihil eñ in hac vita dulcius ſumitur auidius ſentitur mihi: nihil ſic mentem ab amore mundi ſeparat:⁊ cōtra tentationes roborat. Si me nō inſpicio meipſ neſcio: ſi autem inſpicio: tolerare me non potero:⁊ tanto in me confuſione digna inuenio. Quāto ſepius ⁊ ſubtilius me diſcutio:⁊ tanto plures abominatiōes in angulis cordis mei reperio. Porro diabolus (quem non video:⁊ ita non poſſum ſatis cauere ab eo) laqueos mihi abſcondit: ⁊ viſcum ponit: ſcilicet amorem paſſionis: affectum cognationis: cupiditatem honoris: voluptatem carnis: quibus ſcilicet anima inuiſcatur: vt pennis contēplationis per plateas ſuperne Sion volare non poſſit. Heu mihi q2 vndiq̄ tela volāt: quocunq̄ me vertam: nulla ſecuritas:⁊ ꝗ mulcent ⁊ ꝗ cōtriſtant: oīa timeo:⁊ eſuries ⁊ refectio:⁊ ſomnus et vigilie: labor et quies militant cōtra me. Magis autē illud malum timeo qđ facio in abſcondito: ꝙ quod in occulto appeto. Maluꝫ namq̄ qđ nullus videt: nemo reprehendit:⁊ vbi nō timetur reprehenſor: ibi ſecurus accedit tentator. Caro mea de luto eſt: et ideo luteas ⁊ voluptuoſas cogitationes habeo: vanas curioſas de mundo: amaras ⁊ malitioſas a diabolo: qui multū confidit in adiutorio carnis: quia magis nocet domeſticus hoſtis. Illa vero ad ſubuerſionem noſtram fedus cum eo iniſt: vt puta de peccato nata in peccato nutrita: murmurat aſſidue: impatiens eſt diſcipline. Hoc vtitur tortuoſus ſerpens cui nullum aliud deſiderium: nullū negotiū: nullū ſtudium: niſi aīas perdere. Et caro que data eſt nobis in adiutorium: ſit nobis in ruinaꝫ ⁊ in ſcandalum. Da itaq̄ operam diuturne lectioni: vt legas ⁊ intelligas temetipſum: et vt legas ⁊ diligas deum: vt vincas mundum ⁊ omnem inimicum quatenus labor tuus conuertatur in requiem: luctus in gaudium:⁊ poſt tenebras huius vite videas ortū ſurgentis aurore. Euigila tandem euigila miſerabilis aīa et ſi non amore ſaltē timore. Cogita ſaltē cruciatum quē iamiam paſſur⁹ es in morte. Certe nulla crux durior ꝙ mors: ad quam quotidie tu feſtinas ⁊ non attēdis. Vide quomodo te mors crucifigit: corpus rigeſcit crura diſtenduntur: manus et brachia decidunt: pectus anhelat: ceruix langueſcit: labia ſpumant: oculi ſtupeſcunt: facies exudat: vultus horreſcit: et velut teſta paleſcit. Iſta crux manet in te. Neſcio vtrum in lectulo molli an in cruce rigida ſuauius moriatur. Nunquid crux citius dolores abſcindit? Que videmus ⁊ ſentimus leuia ſunt ad ea que intus anima iam preguſtat. Nam ſenſus ꝙ cito recedit: animam ſuam mors ſemper comitatur.

§.X. Idem Bernardus in libro de diligendo deū.

Diligēdi dei cauſe:

Vultis audire a me quare ⁊ quomō diligendus ſit deus? Et ego. Cauſa diligendi deum/deus eſt.

Modus/ſine modo diligere. Ob duplicem cauſam ſiquidem dixerim deum eſſe diligendum propter ſeipſum: ſiue quia nihil iuſtius: ſiue quia nihil diligi poteſt fructuoſius. Duplicē quidem parit ſenſum quum queritur de deo cur diligendus ſit. Dubitari namq̧ poteſt quo ſuo merito: an quo noſtro ſit commodo diligendus. Ergo ſi dei meritum queratur: illud eſt precipuū: qui ipſe prior dilexit nos: dignus plane vt redametur preſertim ſi aduertatur quis quos quantum ve amauit. Dilexit ergo deus ꝛ gratis inimicos. Sed quātum? Jo.c.iij. Roma. viij. Sic deus dilexit mundum: vt vnigenitum daret ꝛc. Et Paulus. Qui proprio filio non pepercit: ſed pro nobis tradidit illum. ¶ Idem Bernardus in epiſtola ad Cartuſienſes ſeu fratres de monte dei quod idem eſt. Quoniam ꝛ laudatores ꝛ detractores ſemper eſtis habituri ſicut et dominus laudatores preterite: et bonum quod in vobis amant in eis amate. Detractores diſſimulate: et pro eis orate. Et obliuiſ que retro ſunt pretergreſſis ſcandalis que iuxta iter vobis a dextris ꝛ a ſiniſtris poſita ſunt: in anteriora vos extendite. Caue ſerue dei ne quos imitari non vis: damnare videaris. Qui enim perfecte examinando ſeipſum intelligit: ſuo peccato nullius peccatū exiſtimat par eſſe: quod nemo ſcit ſicut ipſe intelligit. Nolo ergo vt nuſq̄ arbitreris ſolem communem lucere niſi in cella tua: nuſquam operari gratiam dei niſi in conſcientia tua. An ſolitariorum deus tantum? Immo et omnium. Miſeretur enim omnium deus et nihil odit eorum que fecit. Malo te cogitare vbiq̧ ſerenum eſſe niſi in cella tua: ꝛ te peius de te q̄ de aliquo eſtimare. Exerce autem teipſum ad pietatem: quam qui non habet: in vanum accepit animam ſuam id eſt fruſtra. Non enim viuit dum non viuit ea vita propter quam vt in ea viueret/accepit animam ſuam. Pietas enim dei hec eſt iugis dei memoria continua actionis intentio ad eius intelligētiam: ꝛ indefeſſa affectio ad eius amorem: vt nulla dei ſeruum vnq̄ inueniat/non dicam dies: ſed hora: niſi in exercitij labore ac etiam proficiendi ſtudio: vel in experiēdi dulcedine ac fruendi gaudio. Hanc qui non habet in conſcientia: non exhibet in vita: non exercet in cella: non ſolitarius/ſed ſolus dicendus eſt. Vere enim ſolus eſt cum quo deus nō eſt. Cum quo deus eſt/nunq̄ minus eſt ſolus/q̄ quum ſolus eſt. Tunc enim libere fruitur gaudio ſuo. Tunc ipſe ſuus eſt ad fruendum: ſcilicet deo in ſe: ꝛ ſe in deo. Tunc in luce veritatis vltro ſibi patet pura cōſcientia: libere ꝙ ſe infundit affectus de deo memoria: ꝛ vel illuminatur intellectus: ꝛ bono ſuo fruitur affectus: vel libere ſeipſum deflet humane fragilitatis defect⁹. Et infra. Sicut dicit propheta. Si conuerteris: cōuertere: id eſt perfecte culmen apprehende. Nulli enim in eodē ſtatu diu ſtare conceditur. Seruo enim dei aut proficiendum eſt ſemper: aut deficiēdum: aut ſurſum nititur: aut in inferiora vergitur. Ab omnibus autem vobis perfectio/licet non vniformis exigitur. Si ergo incipis: incipe perfecte. Et ſi in profectu es: ꝛ hoc ipſum perfecte age. Et ſi iam aliquid perfectionis attigiſti: teipſum in teipſo metire. Et dic cum apoſtolo. Non q̄ iam perfectus ſim: ſequor autem ad brauium ꝛc. Et addidit. Quotquot perfecti ſumus hoc ſapiamus. In quo aperte declarat: quia perfecta eorum que retro ſunt obliuio ꝛ perfecta in anteriora extenſio: ipſa eſt hominis in hac vita perfectio. Et huius perfectionis perfectio ibi erit: vbi perfecta erit brauij ſuperne vocationis comprehenſio. Hoc autē modo ſicut ſtella differt a ſtella in claritate: ſic cella a cella in conuerſatione: incipientium ſcȝ: proficientium/ꝛ perfectorum. Sunt enim quidam animales: qui per ſe nec ratione aguntur nec affectu trahuntur: et tamen vel authoritate permoti/vel doctrina cōmoti/vel exemplo prouocati approbant bonum vbi inueniunt: ꝛ quaſi ceci: ſed ad manū tracti ſequuntur. Sunt alij rationales: qui per rationis iudicium ꝛ naturalis ſcientie diſcretionem habent ꝛ cognitionem boni ꝛ appetitum: ſed nondū habent affectum. Sunt ꝛ alij ſpirituales id eſt perfecti: qui ſpiritu dei aguntur: ꝛ affectu trahuntur: ꝛ ſapit eis bonū. Primus ſtatus circa corpus ſe habet ſcȝ ad bene regendum ꝛ coercendū ipſum. Secūdus aūe circa animū ſe exercet ſcȝ circa profectum virtutū: ꝛ dei cognitionem. Tertius vero niſi in deo requiem non habet. Horum ſinguli ſicut habent certam proficiendi rationem: ſic ꝛ certam in genere ſuo perfectionis ſue menſuram. Initium enī boni in cōuerſatione animali pfecta obedientia eſt. Profectus: ſubijcere corpus ſuum ꝛ in ſeruitutē redigere. Perfectio vero: vſus boni cōſuetudinē in delectationē vertiſſe. Initiū rationalis: eſt intelligere que in doctrina fidei apponuntur. Profectus: talia preparare qualia apponuntur. Profectio quū in affectum mētis trāſit iudicium rationis. Profectio vero rōnalis eſt initiū ſtatus ſpūalis. Profectus eius reuelata facie gloriā dñi cōtemplari. Perfectio vero in eandem imaginē trāſformari a claritate in claritatē tanq̄ a dñi ſpiritu. Animalem diſcretū/nouitiū prudentē: inſipientē ſapientē/ſcȝ in oculis ſuis: ꝛ in cella conſiſtere diu impoſſibile eſt. Fiat ergo ſtultus vt ſit ſapiens: ꝛ hec eius ſit omnis diſcretio. Diſcernere enī eſt patris ſpūalis aliorū autē. ſ. ſubditorum eſt obedire. Scit quicunq̧ habet ſenſum chriſti quantum chriſtiane pietati expediat aliquo dici hora paſſionis ipſius ac redēptionis colligere beneficia ad fruenduȝ ſuauiter in conſcientia ꝛ recōdēdū fideliter in memoria: quod eſt manducare ſpūaliter corpus dñi. Deinde certis horis certe lectioni vacandum eſt. Fortuita enī et varia lectio ꝛ quaſi a caſu reperta nō edificat: ſed reddit animū inſtabilē admiſſa leuiter recedit a memoria. Sed certis ingenijs immorandum eſt: ꝛ aſſuefaciendus eſt animus. Quo enim ſpiritu ſcripture facte ſunt: eo ſpiritu legi deſiderant: ipſo etiam intelligēde ſunt. Nunq̄ ingredieris ſenſum Pauli: donec vſu bone intentionis in lectione eius et ſtudio aſſidue meditationis ſpiritum imbiberis. Nunq̄ intelliges Dauid donec ipſa experiētia ipſorū pſalmorū affectus indueris/ſicq̧ de reliquis. Et in omni ſcriptura tantum diſtat ſtudium a lectione: quātum amicitia ab hoſpitio: ſocialis affectio a fortuita ſalutatione. Sed de quotidiana lectione aliquid quotidie in ventrem memorie demittendum eſt quod fidelius digeratur: et ſurſum reuocatum crebrius rumınetur: quod propoſito conueniat: quod intentioni proficiat: quod animum detineat/vt aliena cogitare non libeat. Hauriendus eſt ſepe de lectionis ſerie affectus. Formanda eſt oratio que lectionem interrumpat: nec tamen impediat. Si vere in lectione deum querit q̄ legit: omnia que legit ei cooperantur in bonum: ꝛ captiuat legentis ſenſus: ꝛ in ſeruitutem redigit omnem intellectum in obſequium chriſti. Si vero in aliud declinat ſenſus legētis: omnia trahit poſt ſeipſum. Nihil tam ſanctum tam piū inuenit in ſcripturis: quod per vanā gloriam ſeu per diſtortum ſenſum ſeu per prauum intellectum non applicet vel ſue malitie vel vanitati.

Qualis debeat eſſe lectio.

§. XI. Idem Bernardus libro

de conſideratione ad Eugeniū papā docet eum quattuor conſiderationes habendas. Prima de ſe. Secunda de his q̄ ſunt ſub ſe: vt ſubditi in genere omnes chriſtiani: in ſpecie Romani. Tertia de his que ſunt circa ſe: vt cardinales conſiliarij familia ſua. Quarta de his q̄ ſunt ſupra ſe: ſcilicet de magnitudine dei ꝛ de angelis ꝛ gloria. A te (inquit Bernardus) inchoet conſideratio tua ne fruſtra extendaris in alia te neglecto. Adijciens q̄ ſi neglexerit ſe: incidet in cor durum et perditionem ꝛ inſenſibilitatem. Dicit ergo. Ab his ſane cupio tibi pacem non cum his. Nil tam fixum animo: quod neglectu ꝛ tempore nō obſoleſcat. Vulneri vetuſto ꝛ neglecto callus obducitur: et eo inſanabile quo inſenſibile fit: denique dolor continuus ꝛ acerbus diuturnus eſſe non patitur. Naȝ ſi non aliunde extunditur neceſſe eſt vt cedat vel ſibi. Animus vero cito aut de remedio conſolationē recipiet: aut de aſſiduitate ſtuporem. Quid enim non inuertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? Quid non vſui cedat? Primum tibi importabile videtur aliquid: proceſſu temporis ſi aſſueſcas iudicabis non adeo graue: paulo poſt et leue ſenties: paulo poſt ꝛ delectabit: ꝛ ita paulatiȝ in cordis duritiam itur. Hinc prorſus hoc tibi timui ꝛ timeo ſemper: ne diſlato remedio dolorem non ſuſtinens/periculo te irreuocabiliter deſperatum immergas. Vereor inq̄ ne in medijs occupationibus (quā multe ſunt) dū diffidis finē: frontē dures: ꝛ ita ſenſim teipſum quodāmodo ſenſu priues iuſti vtiliſq̧ doloris. Multo prudentius te illis ſubtrahas vel ad tēpus: q̄ patiare trahi ab ipſis ꝛ certe paulatim duci quo tu non vis. Queris quo? Ad cor durum. Nec pergas querere quid illud ſit: ſi non expauiſti: tuū eſt hoc. Solū enī eſt cor durū qḋ ſemetipſum nō exhorret q: nec ſentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonem. Quid eſt ergo cor durū? Ipſum eſt qḋ nec cōpunctione ſcinditur: nec pietate mollitur: nec mouetur precibus: minis nō cedit: flagellis induratur. Ingratū eſt ad bñficia: ad cōſilia infidū: ad iudicia ſeuum: inuerecundū ad turpia: impauidū ad pericula: inhumanū ad humana: temerarium ad diuina: preteritorum obliuiſcens: pñtium negligens: futura nō preuidens. Ipſum eſt cui preteritorum preter ſolas iniurias nihil omnino nō preterit: preſentium nihil percipit: futurorum nulla niſi forte ad vlciſcendum proſpectio ſeu preparatio eſt. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar: ipſum eſt qḋ nec deum timet: nec hominem reueretur. En quo trahere te habent occupationes he maledicte: ſi tamen pergis vt cepiſti/dare ita te totum illis: nil tui tibi relinquēs. Queſo ergo te quale eſt iſtud de mane vſq̧ ad veſperam litigare: atq̧ litigantes audire? et quaſi non ſufficiat diei malitia ſua/non ſunt libere noctes. Dies diei eructat lites: ꝛ nox nocti indicat malitiam. Magna virtus patientie: ſed non hanc tibi ad iſta

Execratur litigantes.

ad iſta optauerim. Interdum impatientē eſſe probabilius.
Tu ne approbes illorum patientiā: quibus Paulus dicebat.
ij. Cor. xj. Libenter (fertis inſipientes) quum ſitis ipſi ſapientes? Niſi
fallor: ironia erat ⁊ nō laus. Non bona patientia: quū poſſis
eſſe liber ſeruū te permittere fieri. Nolo diſſimules ſeruitu-
tem in quā certe indies dum neſcis redigeris. Hebetati cor-
dis indiciū eſt: propriam nō ſentire cōtinuam vexationem.
Vexatio dat intellectū auditui: ait quidā. Verū eſt: ſi nimia
non fuerit. Nam ſi ſit nō plane intellectū dat: ſed cōtēptum.
Denique impius quum venerit in profundū malorum: contē-
nit. Expergiſcere ergo: ⁊ peſſime ſeruitutis iugum nō tantū
caue ſed etiam horre. An ideo nō iugum (ais ſeruus) qꝛ non
vni ſeruis ſed omnib⁹. Nec mihi nunc opponas apoſtoli vo-
i. Cor. ix. cem qua ait. Quū eſſem liber ex omnibus: omniū me ſeruū
feci. Longe eſt illud a te. Nunquid hac ille ſeruitute homini-
bus inſeruiebat in acquiſitione turpis queſtus? Nunquid
ad eum de toto orbe cōfluebant ambitioſi / auri / ſimoniaci /
ſacrilegi / cōcubinarij / inceſtuoſi / et queque iſtiuſmodi mōſtra
hominū: vt ipſius apoſtolica authoritate / vel obtinerent ho-
nores eccleſiaſticos vel retinerēt? Ergo ſeruū ſe fecit homo
cui viuere Chriſtus erat ⁊ mori lucrum: vt ſcꝫ plures lucri-
faceret chriſto: nō vt lucro augeret auaritie. Audias apoſto-
lum dicentē. Precio (inquit) magno empti eſtis: nolite effici
i. ad Co. vij. ſerui hominū. Quid ſeruilius indigniuſque preſertim ſummo
pontifici ꝙ non dico omni die ſed pene omni hora inſudare
talibus rebus ⁊ pro talibus? Denique quū oramus: quādo doce-
mus populos: quādo edificamus eccleſiam: quādo medita-
mur in lege: ⁊ quidē quotidie perſtrepūt in palatio leges: ſꝫ
Iuſtiniani: non dñi. Iuſte ne etiam iſtud? Tu videris. Nam
certe lex dñi immaculata cōuertens animas. Hec autē non tā
leges ꝙ lites ſunt ⁊ cauillationes ſubuertentes iudiciū. Tu
ergo paſtor et epiſcopus animarū: qua mēte obſecro ſuſtines corā
te ſemper ſilere illā: garrire autē iſtas? Fallor ſi nō mouet tibi
Pſal. cxviij. ſcrupulū peruerſitas hec. Puto ꝙ ⁊ interdū cōpellat clama-
re ad dñm cum propheta. Narrauerūt mihi iniqui fabulatio-
nes: ſed nō vt lex tua. I ergo et te aude liberū profiteri ſub
tam graui mole inconuenientie huiuſmodi cui fas non ſit cer-
uicē ſubducere. Nam ſi potes ⁊ nō vis: multo magis ſeruus
es huius ipſius tam puerſe voluntatis tue. Nam et ſi coacta
ſeruitus miſerabilior: ſed affectata miſerior eſt. Et quid me
vis facere (inquis)? Vt tibi ab his occupationibus parcas.
Impoſſibile fortaſſis eſſe reſpōdebis: faciliuſque cathedre va-
ledicere poſſe. Recte hoc ſi rumpere ⁊ nō magis interrūpere
iſta hortarer. Audi ergo quid arguā. Quid ve ſuadeā. Si ꝙ
viuis ⁊ ſapis totum das actioni: cōſiderationi autē nihil: lau-
do te: in hoc non laudo. Certe nec ipſi actioni expedit conſi-
deratiōe nō preueniri. Si totus vis omniū eſſe: inſtar illius
qui omnibus omnia factus eſt: laudo humanitatē: ſed ſi ple-
na ſit: quō autē plena: excluſo? Et tu homo es ergo vt plena
ſit ⁊ integra humanitas: colligat et te intra ſe ſinus qui oēs
recipit. Alioquin quid tibi prodeſt ſi vniuerſos lucreris: te
vnum perdens? Quāobrem quū te oēs habeant: ⁊ tu eſto ex
habentibus vnus. Sapientibus ⁊ inſipientibus debitor es:
⁊ ſoli negas te tibi? Clericus ⁊ laicus / iuſtus et impius / oēs
pariter ⁊ participāt te ⁊ de fonte publico bibūt pectore tuo:
⁊ tu ſeorſum ſitiens ſtabis? Si maledictus eſt qui partem ſuā
fecit deteriorem: quid ille qui ſe penitus reddit expertem?
Memento proinde: non dico ſepe: ſed vel interdum reddere
teipſum tibi. Vtere tu quoque te inter multos: aut certe poſt
i. Cor. vi. multos. Audi Paulum apoſtolum quid de huiuſmodi ſen-
tiat. Ad ignominiam (inquit) vobis dico: cōtemptibiliores
qui ſunt in eccleſia: illos conſtituite ad iudicādum. Itaque ſe-
cundum apoſtolum (indigne) tibi vſurpas tu apoſtolicus
ij. Timo the. ij. officium vile: gradum contemptibilium. Vnde ⁊ dicebat epi-
ſcopus epiſcopum inſtruens. Nemo militans deo implicat
ſe negotijs ſecularibus.

§. XII. Conſideratio igitur

tua ſeu circa te in tria diuiditur: ſcꝫ vt cōſideres / quid: quis:
⁊ qualis ſis. Quid in natura: verbi gratia / homo quis in per-
ſona: qualis in moribus ſeu vita. Conſideranti igitur tibi ꝙ
homo ſis ſcꝫ animal rationale mortale: ſic enim definitur: ſit
tibi inde fructus occurrit: vt mortale quod in te eſt: ratio-
nale humiliet: ⁊ rurſum rationale mortale confortet. Dein-
de quis ſis: et de quo ſis factus aduertendum. Quid eru-
beſcas minimus inueniri in magnis: qui te recordaris in
minimis magnum extitiſſe? Blanditur cathedra: ſpecula
eſt. Inde namque ſuperintendis ſonans tibi epiſcopi nomine
non dominium ſed officium. Quando autem libet gloriari
vbi otiari non licet? Non enim eſt locus otio vbi ſedula vr-
get omnium eccleſiarum ſolicitudo. Domabis quidem lu-
pos: ſed ouibus non dominaberis. Paſcendas vtique nō pre-
mendas ſuſcepiſti. Tertio conſiderandum eſt tibi qualis
ſis. Simia enim in tecto rex fatuus in ſolio ſedens. Et nūc
audi canticum meum: minus quidē ſuaue: ſed ſalutare. Mō-
ſtroſa quidem res eſt gradus ſummus: ⁊ animus infimus.
Sedes prima ⁊ vita ima. Lingua magniloqua ⁊ manus otio-
ſa. Sermo multus et fructus nullus. Vultus grauis et
actus leuis. Ingens authoritas ⁊ nutans inſtabilitas. Ad-
moue ſpeculum fedus ſe in eo vultus agnoſcat. Redeūdo ad
primum conſideranti tibi quid ſis nihilominus conſideran-
dum eſt quid eras prius: immo quid es modo. Vt quid enim
deſinas intueri quod eſſe non deſiſtis? Adhuc enim es quod
eras: ſcilicet homo. Denique ꝙ natus es: illud reiectū non eſt
ſed hoc adiectum. Conſidera ergo maxime quod maxime es
ſcilicet hominem: ⁊ quod natus es: nec modo quod natus ſꝫ
qualis. Dele fucum fugacis honoris huius / ⁊ male colorate
nitorem glorie: vt nude nudū conſideres: quia nudus egreſ-
ſus es de vtero matris tue. Nunquid infulatus / nunquid mi-
cans gemmis / aut floridus ſericis / aut coronatus pinnis / aut
ſuffarcinatus metallis. Sed ſi hec velut nubes matutina-
les velociter tranſeūtes ⁊ cito pertrāſituras diſſipes ⁊ exuf-
fles a facie conſiderationis tue: occurret tibi homo nudus ⁊
pauper / miſer ⁊ miſerabilis. Homo quoque dolens ꝙ homo ſit:
erubeſcens ꝙ nudus ſit: plorans ꝙ natus ſit: ⁊ murmurans Iob. xiij.
ꝙ homo natus ſit ad laborem ⁊ non ad honorem. Homo na-
tus de muliere: ⁊ ob hoc cum reatu: breui viuens tempore:
⁊ ob hoc cum metu: repletur multis miſerijs: ⁊ ob hoc cum
fletu. Salubris copula vt cogitans te ſummum pontificem
attendas pariter ⁊ viliſſimum cinerem nō fuiſſe ſed eſſe. Hec
te ſane conſideratio tenet in te: nec a te auolare ſinit. In te
conſiſtito. nec infra te deijci ſinas: non attolli ſupra: nō eua-
dere in longius: non extendi in latius. Tene medium ſi non
vis perdere modum. Locus medius tutus eſt. Medium ſe-
des modi: ⁊ modus virtus. Omnem extra modum manſio-
nem ſapiens exilium reputat. Propter hoc non eſt illi habi-
tare in longo quod vltra modum ſit: ſed nec in lato quod ex-
tra ſit: nec in alto quod ſupra ſit: nec in imo quod infra ſit.
Denique longitudo extermininium habere ſolet: ⁊ dilatatio ſciſ-
ſuram. ⁊ altitudo ruinam: ⁊ profundum abſorptionem. Lon-
gum dico / quum ſibi longiorem promittit vitam. Qui enim
longa ſibi metitur tempora: ingreditur iter exterminij: etiā
in preſenti a ſe exulans per oblinionem in alia per inanem
ſolicitudinem migrans ſecula. In latum nimis ſe extendit:
quum in ſuperfluum animus diſtenditur. Animi autem im-
moderata extentio attenuationem facit: ⁊ extenuatio nimia
ſciſſionem: multis enī vt laceretur curis tale neceſſe eſt. In
altum nimis aſcēdit: dum quis de ſe plus preſumit. Alta au-
tem preſumptio quid niſi ruinoſa precipitatio eſt? In pro-
fundum ſine modo deſcendit quum ſe plus quam debet deij-
cit. Et hec puſillanimitatis deiectio quid niſi deſperata que-
dam abſorptio eſt? In hanc fortis non deijcietur. Prudens
longioris vite non abducetur incerto. Modeſtus moderabi-
tur curas: temperabit ſuperfluas non deerit neceſſarijs. Iu-
ſtus altiora de ſe non preſumet / ſed dicet. Si iuſtus fuero nō
leuabo caput. Vigilanter etiam diſcerne qualis ex te: ⁊ qua-
lis ſis dono dei: et non ſit in ſpiritu tuo dolus. Erit autē hoc
ſi fideliter partiens tua tibi: et que ſunt dei deo ſine fraude
reſignes. Conſiderando qualis ſis etiam qualis fueris reco-
gitandum tibi eſt. Conferenda ſunt priora poſterioribus.
Profeceris ne in virtute / in ſapientia / in ſuauitate morum /
an ab his forte (quod abſit) defeceris. Patientior ſis an im-
patientior: inſolentior an humilior / exorabilior an difficilior.
Latus tibi patet campus in hoc genere conſiderationis.
Oportet vt innoteſcat zelus tuus clementia tua diſcretio
moderatrix vtriuſque. Solent enim diſcretionis oculo cali-
gante alterutrum ſibi preripere loca terminos occupare.
Porro caliginis due ſunt cauſe ira / ⁊ mollior affectus. Is iu-
dicij cenſuram eneruat, ille precipitat. Turbatus enim pre
ira oculus clemente nil intuetur: ⁊ ſuffuſus etiam quadam
muliebri mollitie rectum non videt. Non eris innocens ſi
punias cui parcendum eſt aut parcas ei qui puniendus eſt.
In tribulationibus quoque qualem te inueneris nolo diſſimu-
les. Si conſtantem in tuis condolentem in alienis gaude.
Magnus qui incidens in aduerſa / non excidit vel a ſapien-
tia non recedit. Nec minor ſapientis cui preſens felicitas ſi
arriſerit non irriſerit. Quis facilius inueneris qui ſapien-
tiam tenuerunt in contraria ſibi fortuna ꝙ qui propitia nō
perdiderunt. Quamꝙ vero ſapiens recte hortetur ſapien-
tiam ſcribi in otio cauendum eſt tñ ⁊ in otio otium. Fugien-
da eſt enim otioſitas mater nugarū ⁊ nouerca virtutū. Inter
ſeculares nuge ſunt nuge in ore ſacerdotis blaſphemie. In-
terdum ſi incidant ferende fortaſſis referende vero nunꝙ.
Verbū ſcurrile non ſufficit peregrinari ab ore ſed ⁊ ab aure
procul relegandum eſt. Fede ad cachinnos moueris fedius
moues. Porro detrahere vel detrahentem audire quid ho-

rum damnabilius ſit non facile dixerim. Eſt et aliud vitium cuius ſi te immunem ſentio inter omnes quos noui qui cathedras aſcenderunt: ſedebis me iudice ſolitarius quia ſingulariter leuaſti te ſupra te: ſcilicet facilitas credulitatis. Hinc pro nihilo ire multe: inde innocentium frequens addictio: inde preiudicia in abſentes. Quia in perſona ut in papatu ibi de virtutibus que debent eſſe in papa: et quomodo imitator ſanctiſſimorum virorum. Et quia de his etiam ex verbis Bern. in iſto libro de conſideratione plene habetur in tertia parte in titulo de ſummis pontificibus ideo hic iſtud omittitur.

§. XIII. Nunc ad ea que ſub te

ſunt conſideratio intendenda eſt. Sapientibus et inſipientibus debitores ſumus. Ipſum nomen debitoris memento potius ſeruienti congruere quam dominanti: nec tantum fidelibus ſed etiam infidelibus. Intereſt proinde tua operam dare ut increduli conuertantur ad fidem: conuerſi non auertantur: auerſi reuertantur: peruerſi ordinentur ad reſtituendum: ſubuerſi ad veritatem reuocentur: ſubuerſores inuictis rationibus conuertantur. Hi ſunt heretici: canes ad ſciſſionem vulpes ad fraudem. Veſtri qui terram hauſtri tam ſepe viſitant: hi ſciunt. Eunt et redeunt per medium eorum: ſed quid boni adhuc cum eis egerint: necdum audiuimus: et forte audiſſemus niſi pre auro Hiſpanie ſalus populi viluiſſet. O ambitio ambientium crux quomodo omnia torquens omnibus places? An non limina apoſtolorum plus iam ambitio quam deuotio terit? An non vocibus eius veſtrum tota die reſultat palatium? Appellatur ad te de toto mundo in teſtimonium ſingularis primatus tui: et utinam tam fructuoſe quam neceſſarie. Non eſt autem appellatio ſuffugium: ſed refugium. Sed antidotum verſum eſt in venenum. Qui enim non vere grauatus appellat: ut frequenter accidit: aut grauare intendit aut tempus redimere. Unde et docet Bernardus abiiciendas friuolas et indebitas appellationes. Audi murmur et querimonias eccleſiarum. Truncari ſe clamant et demembrari. Subtrahuntur enim abbates epiſcopis: epiſcopi archiepiſcopis: archiepiſcopi primatibus vel patriarchis. Facitis hec quia poteſtis: ſed utrum debeatis queſtio eſt. Spiritualis homo qui omnia iudicat: ut ipſe a nemine iudicetur: omne opus ſuum trina conſideratione preueniet ſcilicet an liceat: an deceat: an expediat. Quid tam indignum tibi quam voluntate pro lege uti? Quid tam indecens: quam totum tenens non ſis contentus toto: niſi minutias quaſdam et exiguas portiones ipſius tibi credite uniuerſitatis quaſi non ſint tue / ſatagas adhuc facere tuas? Nullus eſt fructus emancipationis ſeu exemptionis: niſi quod epiſcopi inde inſolentiores: monachi diſſolutiores fiant: quin etiam pauperiores. Adde quod qui audiunt / ſcandalizantur: detrahunt: blaſphemant. Tu ne licitum cenſes eccleſias ſuis mutilare membris? Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Pluraliter dicit poteſtatibus. Non enim tua ſola poteſtas a deo eſt: ſunt et mediocres: ſunt et inferiores. Et quomodo quos deus coniunxit non ſunt ſeparandi: ita quos deus ſubiunxit non ſunt comparandi. Vide (inquit dominus Moyſi) et omnia facias

Exodi xxv. ca. ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Non poteſt (inquit) filius facere quicquam niſi quod viderit patrem facientem. Quod ſi dixerit epiſcopus. Nolo eſſe ſub archiepiſcopo: aut abbas. Nolo eſſe ſub epiſcopo. Non eſt hec vox de celo: niſi forte audieris aliquem angelorum dixiſſe. Nolo eſſe ſub archangelis: vel aliquem aliorum ordinum dicentem. Nolo eſſe niſi ſub deo. Quid (inquis) prohibes? Diſpenſare? Non: ſed diſſipare. Ubi neceſſitas urget: excuſabilis eſt diſpenſatio. Ubi utilitas prouocat et laudabilis: utilitas dico / communis: non propria. Nam quum nihil horum eſt: non plane fidelis diſpenſatio: ſed crudelis diſſipatio eſt. Ipſa denique veſtra Apoſtolica mandata atque inſtituta paſſim neglecta iacent. Nonne os tuum (iam quartus annus eſt) in Remenſi concilio hec capitula promulgauit? Precipimus (aiſti) ut tam epiſcopi quam clerici / neque ſuperfluitate neque in varietate inhoneſta veſtium colorum aut fiſſura veſtium: neque in tonſura intuentium offendant aſpectum etc. Verba tua hec.

In Romanos inuehitur. Quis ea tenet vel tenuit? Falleris ſi teneri putas. Si non putas: ipſe peccaſti: aut ſtatuens que non tenerentur: aut quod non tenentur diſſimulans. Clerum illum Romanum ſcilicet ordinatiſſimum eſſe decerta quo precipue in omnem eccleſiam cleri forma proceſſit. Quid de populo Romano loquar. Quid tam notum ſeculis quam proteruia Romanorum? Gens inſueta paci: tumultui aſſueta: gens immitis et intractabilis: ſubdi neſcia: niſi quum non valet reſiſtere. En plaga tibi incumbit cura hec Noli diffidere: et tamen ſi incurabilis ſit. Curam enim exigeris:

Luce x. non curationem. Curam inquit illius habe. Verum dixit quidam. Non eſt in medico ſemper ut curetur egrotus. Plus omnibus

I Cor. xv. laboraui / ait apoſtolus. Non ait. Plus omnibus profui. Unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Non dicit ſecundum prouentum. Ita et tu fac quod tuum eſt. Nam deus quod ſuum eſt ſatis abſque tua ſolicitudine curabit. Reddet deus

I. Cor. iii. Sap. x. mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Securus labor quem nullus poteſt euacuare defectus. Scio ubi habitas. Increduli et ſubuerſores ſunt tecum Romani: impii in deum: temerarii in ſancta: ſeditioſi inuicem: emuli in vicinos: inhumani in extraneos: quos neminem amantes nemo amat. Superioribus infideles: inferioribus importabiles: inuerecundi ad petendum: ad negandum frontoſi: ingrati quum acceperint: grandia loquuntur quum exigua operentur: blandiſſimi adulatores: mordaciſſimi detractores. Virum circunſpectum amicum proprie conſcientie / calumniantur hypocritam. Porro quietis amatorem et ſibi interdum vacantem / inutilem dicunt. Talium tamen tu paſtor. Utilis conſideratio quomodo ſi fieri poſſit conuertas eos: ne ipſi ſubuertant te. Petrus cuius ſedem tenes: neſcitur aliquando proceſſiſſe vel gemmis ornatus vel ſericis: nec tectus auro nec vectus equo albo: nec ſtipatus milite: nec circumſtrepentibus ſeptus miniſtris. Abſque his tamen ſatis credidit poſſe illud mandatum impleri. Si diligis me paſce oues meas. In his ſucceſſiſti Conſtantino non Petro. Conſulo toleranda pro tempore: non affectanda pro debito. Ad ea te potius incito quorum te ſcio debitorem. Opus inquam fac euangeliſte: paſtoris nomen impleſti Dracones (inquis) me mones paſcere et ſcorpiones non oues. Propter hoc inquam magis aggredere eos. ſed verbo: non ferro. Quid enim denuo uſurpare gladium tentes: quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Qui tamen gladius ſcilicet materialis tuus eſt: etiam tuo nutu ipſe: ſed non tua manu euaginandus. Alioquin ſi ad te non pertineret et is: dicentibus apoſtolis. Ecce duo gladii hic non reſpondiſſet dominus. Satis eſt: ſed nimis eſt. Uterque ergo gladius eccleſie eſt. ſed unus pro eccleſia: alter et ab eccleſia exercendus: hic ſacerdotis: ille militis. Inſta ergo opportune importune. Clamo neceſſe

Ezech. iii. Si dura fronte ſunt: indura et tu econtra tuam. Nihil tam durum quod duriori non cedat. Dedi (inquit dominus) frontem tuam duriorem frontibus eorum.

§. XIIII. De conſideratione eorum

qui ſunt circa te. Veniam (inquit Bern.) ad collaterales tuos qui tibi intimi ſunt. Quam ob rem ſi boni ſunt: tibi potiſſimum: ſi mali: eque plus tibi. Ne te dixeris ſanum latera dolentem. i. ne bonum dixeris malis mutantem. Aut ſi bonus ſis: quem fructum afferre poteſt bonitas tua ſolius? Sed nec tuta tibi bonitas tua obſeſſa moliuntur nec ſanitas vicino ſerpente. Siue autem leuem: ſiue grauem: cui potius imputandum eſt quam tibi: qui tales aut elegiſti aut admiſiſti? Sed nec poteſtatem habent: niſi quam tu eis tribueris vel permiſeris. Tibi ergo imputo quicquid patieris ab eo qui ſine te nihil poteſt facere. Igitur non inconſiderate eligendi ſunt: ne colligendi ſunt in opus miniſterii huius. Tuum eſt eos unde cumque euocare exemplo Moyſi: non iuuenes ſed ſenes: non tam etate quam moribus. An non de toto orbe eligendi ſunt orbem iudicaturi? Nonne huic negotio non ſe ingerat rogans. Conſilio: non prece agendum eſt. Porro is a quo rogaris ſuſpectus tibi ſit. Qui autem ipſe rogat pro ſe iam iudicatus eſt. Clericum curiam frequentantem qui non ſit de curia: ad id genus ambientium pertinere noris Adulantem et ad cuiuſque placitum loquentem unum de rogantibus puta: etiam ſi nihil rogauerit. Viri callidi et doloſi proprium eſſe ſolet tunc apprehendere humilitatem: quum aliquid obtinere nititur. Verboſum adoleſcentem et ſtudentem eloquentie quam ſapientie ſic inania: non aliud quam iuſtitie hoſtem reputes Viros probatos oportet aſſumere: non probandos. Nos in monaſteriis ſpe meliorandi omnes recipimus: ad curia bonos facilius recipere quam facere conſueuit. Tracta ante factum: quia poſt factum ſera retractatio eſt. Itaque non volentes neque currentes aſſume: ſed cunctantes: ſed renuentes etiam coge. In talibus requieſcet ſpiritus tuus: qui ſcilicet non ſint attrite frontis: ſed verecundi et timorati. Preter deum tamen nihil timeant: nihilque ſperent niſi a deo. Qui etiam aduentantium non manus ſed neceſſitates attendant. Qui ſtent viriliter pro afflictis: et iudicent in equitate pro manſuetis terre. Qui ſint compoſiti ad mores: parati ad obedientiam: manſueti ad patientiam: ſubiecti ad diſciplinam etc. De conditionibus et virtutibus cardinalium et legatorum vide que habes in tertia parte titulo de cardinalibus. ¶ De compoſitione rei familiaris que pertinet ad conſiderationem eorum qui ſunt circa ſe Bern. O Iſrael quam magna

De compoſitione rei familiaris. eſt domus dei et ingens locus poſſeſſionis eius? Vacuum prorſus a ſolicitudine rerum minimarum ac vilium oportet eſſe animum tam magnis et tam multis intentum. Oportet ingenium rectum / cautum / vigilem / firmum / amplum eſſe. Procurandus eſt qui pro te molat. Pro te inquam non tecum. Quedam enim per temet ipſum facies: quedam per te et alios ſimul: quedam per alios abſque te. Sub quo ſcilicet ultimo genere agenda domus tue locanda cenſuerim. Per alium igitur illa facies: cui tria neceſſa-

ria

ria ſunt: ſcilicet vt ſit fidelis ne fraudet: prudens ne fraudetur: tertium eſt authoritas quia poſſit diſponere queq; prout ſcit ⁊ vult: hoc eſt conſtituatur ſuper familiā: poſſit mutare miniſtros: ⁊ trāſferre miniſteria ad quos ⁊ quādo voluerit: ⁊ nullum patiatur cōtradictorem. Preſit oībus: vt omnibus proſit: ⁊ de oībus clandeſtinas ⁊ ſuſurratas delationes non recipias aduerſus eum. Et hanc velim tibi ꝯſtituere regulā generalem: vt omnē qui palam veretur dicere quod in aure locutus eſt: ſuſpectum habeas: ꝙ ſi te iudicante dicendū coram ille noluerit: delatorem iudices non accuſatorem. Itaq; vnus omnibus facienda iniungat: omnes vni reſpondeant: tu illi habeas fidem: vacans tibi ⁊ eccleſie dei. Sin minus aut fidelis aut prudens inueniatur: fideli potius committendum. E duobus enim hoc tutius. Quamq; etſi minus fidelis reperitur: ſuſtinere eum potius tibi conſulo: ꝙ te immergere labyrintho huic. Memento ſaluatorem Iudam oeconomum habuiſſe. Quid epiſcopo turpius: ꝙ incumbere ſupellectili ⁊ ſubſtātiole ſue: ſciſcitari de ſingulis: morderi ſuſpicionibus: moueri ad queq; perdita vel neglecta: de minutis et quadratis exigere rationem? Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio: ⁊ cōtinuo dominici gregis detrimēta neſcimus. De precio eſcarū ⁊ numero panum quotidiana cum miniſtris eſt diſcuſſio: rara admodum cum presbyteris collatio celebratur de peccatis populorū. Cadit aſina: ⁊ eſt qui ſubleuet: cadit anima: ⁊ non eſt qui reputet. ¶ De diſpoſitione familie proprie Bern. Nolo autē vt vitia domus tue vltimus ſcias. Alius temporalia diſpenſet: nō tu: plurima neſcies: multa diſſimules: nonnulla obliuiſcaris. De diſciplina vero tu prouide: illud nemini credas. Si inſolentior vel coram te ſermo inſonuerit: vel habitus apparuerit: manus tua ſit ſuper huiuſmodi. Impunitas auſus parit: auſus exceſſum. Domum epiſcopi decet ſanctitudo. In vultu/habitu/inceſſu/eorū qui circa te ſunt: nihil impudicū vel indecens reſidere patiaris. Diſcant a te coepiſcopi tui comatulos pueros ⁊ cōptos adoleſcentes ſecum nō habere. Noli faciem tuam ad eos hilarem oſtendere. Nec tamen auſteritatem tibi ſuadeo: ſed grauitatem. Igitur nec ſeuerius: nec diſſolutius. Quid hac mediocritate gratius? Ament te domeſtici tui. Si non faciſ vt timeant.

§. XV. Quarta cōſideratio ſcʒ

eorum que ſunt ſupra ſe. Que dicta ſunt (inquit Bernardus) in ſuperioribus: non ſolum conſideranda: ſed agenda docēt. Que aūt ſupra te ſunt: de quibus modo: non actu indigent: ſed tantum inſpectu. Totieſq; tua mens peregrinatur: quoties ab illis rebus ad iſta deflectitur inferiora ⁊ viſibilia: ſiue intuenda ad notitiam: ſiue appetenda ad vſum: ⁊ ſiue pro officio diſponenda vel actitanda. Sublimior autem iſte preſentium ac dignior eſt vſus rerum: quum ſcilicet inuiſibilia dei per ea que facta ſunt/ intellecta conſpiciuntur. Hac ſcala ciues non egent: ſed exules. Licet autem que ſupra ſunt/ non verbo doceātur: ſed ſpiritu reuelentur: tamen quod ſermo non explicat: conſideratio querat. Oratio expectat: vita mereatur. Puritas aſſequatur. Tribus modis quaſi totidē vijs inueſtiganda ſunt: ſcilicet opiniōe fide ⁊ intellectu. Intellectus rationi innititur: opinio veriſimilitudini: fides authoritati. Habent prima duo certam veritatem: ſcilicet fides clauſam ⁊ inuolutam: intellectus nudam ⁊ manifeſtam. Opinio certi nihil habens: verum per veriſimilia querit potius ꝙ apprehendit. Et ſciendum ꝙ opinio ſi aſſertionem habet temeraria eſt. Fides ſi habet heſitationem: infirma eſt. Intellectus ſi ſignata fidei irrumpere nitatur: effractor reputatur ⁊ ſcrutator maieſtatis. Fides igitur ambiguum nō habet. Ecce affectus noſtri iacent mole corporeꝰ pregrauati: ⁊ luto herentibus deſiderijs/ſola interim arida ⁊ tenuis cōſideratio peruolat: ⁊ tamen ex tantillo quod iam datur/libet exclamare. Domine dilexi decorem domus tue ⁊c. Quid ſi totam ſe animus colligat: ⁊ reductis affectibus e cunctis locis quibus captiui tenentur: timendo que non oportet: amando que nō decet: dolendo vane: gaudēdo vanius: cum his ineat tota voluntate ⁊ libertate volatum pulſet impetu ſpiritus: ⁊ in pinguedine gratie illabatur? Nonne quum ceperit circuire illas manſiones lucidas: et ſinum illum Abrae curioſius perſcrutari: inſtabit cum propheta dicens. Unam petij a domino ⁊c. Deus trinus et vnus eſt. Quomodo autem pluralitas in hac vnitate: et ipſa vnitas in hac pluralitate? Scrutari hoc temeritas eſt: credere pietas: noſſe vita eterna. Ponit autem Bernardus nouem vnitates: ſed iſta omnes excedit. Et prima vnitas collectiua: vt quum lapides multi faciunt vnum aceruū. Secunda dicitur conſtitutiua: vt quum multa membra vnum corpus: vel multe partes vnum totum. Tertia eſt coniugatiua: qua vir et mulier dicuntur vna caro. Quarta dicitur natiua: qua anima ⁊ caro dicitur vnꝰ homo. Eſt quinta vnitas poteſtatiua: qua homo virtutis non inſtabilis: non diſſimilis: ſed vnus ſibimet nititur inueniri. Eſt ſexta vnitas que dicitur conſentanea: qua per charitatem multorū hominum fit cor vnum ⁊ anima vna in domino. Septima eſt vnitas votiua: quū ſcilicet homo votis oībus deo adheret: vnus ſpūs dicitur cum eo. Eſt octaua vnitas dignatiua: qua limus noſter a dei verbo in vnam aſſumptus eſt perſonā. Eſt vltima vnitas trinitatis: qua tres ꝑſone ſunt vna ſubſtantia. Secunda excellētior alijs eſt illa qua ecōuerſo tres ſubſtantie ſub vna perſona ſunt in chriſto ſcʒ deitas/anima/⁊ caro. Bonus eſt itaq; oīm anime querenti eum. Quid ergo eſt deus? Quod ad vniuerſum ſpectat finis. Quod ad delectationem: ſalus. Quod ad ſe: ipſe nouit. Quid eſt deus? Non minus peruerſorum ꝙ gloria humiliū. Eſt enim rationabilis quedam equitas directio inconuertibilis neq; indeclinabilis: quippe attingens vbiq;. Quid eſt deus? Longitudo: latitudo: ſublimitas: ⁊ profundum. Longitudo propter eternitatem interminabilem. Latitudo ꝓpter charitatem immenſurabilem. Sublimitas ꝓpter maieſtatē inattingibilem. Profundum ꝓpter ſapientiā inſcrutabilē. Hec ſancti ſm Apoſtolum cōprehendunt. eſto ⁊ tu ſanctus: vt poſſis comprehendere cū omnibus ſanctis. Sanctum facit duplex affectio ſancta videlicet timor dñi ſanctus: ⁊ ſanctus amor. Et timor quidem ſublimi: ⁊ profundo amor longo latoq; reſpondet. Quid enim tam timendum ꝙ poteſtas cui non potes reſiſtere: ꝙ ſapientia cui nō potes abſcōdi? Quid iterum tam amabile: ꝙ ipſe amor quo amas ⁊ quo amaris? Amabiliorem tamen iunctā eternitas facit: que non excidit ſed foras mittit timorem. Ama igitur perſeuerāter: ⁊ habes longitudinē. dilata amorem tuū vſq; ad inimicos: ⁊ habebis latitudinem. Hec quatuor habes apud te: ſi ſtupes: ſi paues: ſi ferues: ſi ſuſtines. Stupenda plane ſublimitas maieſtatis: pauenda abyſſus iudiciorum dei profunditatis. Feruorem exigit charitas: perſeuerantiam ſuſtinendi eternitas. Eternitatis enim quādam imaginē pſeuerantia prefert. Deniq; ſola eſt cui eternitas redditur. Et in his aduerte quatuor contēplationis ſpecies. Prima et maxima eſt admiratio maieſtatis: q̃ requirit cor purgatū. Secūda eſt inſpectio iudiciorū dei: que ſunt abyſſus multa. Tertia eſt recordatio beneficiorum dei que ne dimittat ingratum ſollicitat memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicitur. Memoriam abundantie ſuauitatis tue eructabunt. Quarta eſt meditatio promiſſorum: que ea que retro ſunt obliuiſcens: in ſola expectatione requieſcit.

§. XVI. Idem Bernardus ſuper Miſſus eſt.

Porro deū huiuſmodi decebat natiuitas qua non niſi de virgine naſceretur. Talis te congruebat virgini partus: vt non pareret niſi deum. Proinde factor hominum vt homo fieret naſciturus de homine: talem ſibi debuit ex hoibus eligere/immo condere matrem: qualem ⁊ ſe deceret. Sciebat ⁊ ſibi nouerat placiturā. Voluit itaq; eſſe virginē de qua immaculata immaculatus procederet: omnium maculas purgaturus. Voluit ⁊ humilem: de qua mitis et humilis corde prodiret: harum in ſe virtutum neceſſarium omnibus ſaluberrimūq; exemplum oſtēſurus. Dedit ergo virgini partum: qui ei iam ante ⁊ virginitatis inſpirauerat votum: ⁊ humilitatis prerogauerat meritum. Ut igitur q̃ ſanctum ſanctorum conceptura erat pariter ⁊ paritura: ſancta eſſet corpore accepit donum virginitatis: vt eſſet et mente: ⁊ humilitatis. His nimirum virgo regiam gemmis ornata virtutum: geminoq; mentis pariter ⁊ corporis decore prefulgida: ſpecie ſua ⁊ pulchritudine ſua in celeſtibus cognita: celi ciuium in ſe prouocauit aſpectum: ita vt et regis animum in ſui concupiſcentiam inclinaret: ⁊ celeſtem nuntium de ſupernis educeret. Unde euangeliſta commemorat angelum a deo deſtinatum ad virginem: id eſt ab excelſo ad humilem a domino ad ancillam: a creatore ad creaturam. Quāta dignatio dei? Quanta virginis excellentia? Et infra. O admirandam ⁊ omni honore digniſſimam virginem o feminam ſingulariter venerandam ſuper omnes feminas admirabilem: parentum reparatricem ⁊ poſterorum viuificatricem. Miſſus eſt angelus ad virginem carne: virginem mente: virginem profeſſione: virginem de qua ait Apoſtolus: mēte ⁊ corpore ſanctam. Nec nouiter nec fortuitu inuentam: ſed a ſeculo electam: ab altiſſimo precognitam ⁊ ſibi preparatam: ab angelis ſeruatam: a patribus preſignatam a prophetis promiſſam. Scrutare ſcripturas et proba que dico. Quid rogo virga Aaron florida nec humectata portendebat niſi ipſam concipientem: nec tamen virum cognoſcentem? Huius magni miraculi maius myſterium Eſaias ediſſerit dicens. Egredietur virga de radice Ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet virgam virginem ⁊ florem/ virginis par-

Intellectus Opinio Fides.

Modi vnius nouem.

Contemplationis quatuor ſpecies.

Pſal. cxliij.

Bernardus de beata virgine

j. Cor. vij.

Eſai. xj.

ſum intelligens. Nullum aũt eſt incõueniẽs diuerſis rebus
diuerſis ex cauſis chriſtũ figurari. Et in virga quidẽ poten-
tiam: in flore fragrantiã: in fructu ſaporis dulcedinẽ: in fron
dibus ſedulã eius intelligi protectionẽ ⁊ filij ⁊ matris. Uide
ꝙ ſtupendũ ſit hoc vnum de virgine ⁊ in virgine factum mi-
raculũ: qđ tot miracula preuenerũt: ⁊ tot oracula promiſerũt.
Qđ Moyſi mõſtratũ in rubo ⁊ igne. Aaron in virga ⁊ flore.
Gedeoni in vellere et rore: hoc aperte Salomon preuidit in
forti muliere ⁊ precio eius: apertius Hieremias precinuit de
femina et viro: apertiſſime Eſaias declarauit de virgine et
deo. Audiamus que reſpõdit dei mater que eligebatur. Ecce
ancilla dñi: fiat mihi ſm verbuꝫ tuũ. Fiat eſt deſiderij ſignũ
non dubitationis indicium. Et per hoc magis intelligendũ
eſt exprimere affectum deſiderantis: ꝙ effectum requirere
more dubitantis: quis nil obſtat intelligi fiat verbum eſſe
orationis. Nemo quippe orat: niſi qđ credit et ſperat. Hoc
vtiq̃ prudens virgo intellexit: quod preuenienti ſe muneri
gratuite promiſſionis: iunxit meritum ſue orationis. Fiat/
inquiens/ ſm verbũ tuum. Fiat mihi de verbo ſm verbum
tuum. Uerbum eđ erat in principio apud deum: fiat caro de
carne mea ſm verbum tuũ. Fiat mihi obſecro verbũ nõ pro-
latum qđ tranſeat: ſed cõceptũ qđ maneat: carne ſcꝫ indutũ
non aere. Fiat mihi non tantũ audibile auribus: ſed viſibile
oculis: palpabile manibus: geſtabile humeris. Nec fiat mi-
hi verbũ ſcriptũ ⁊ mutũ: ſed incarnatũ ⁊ viuum. Hoc eſt nõ
mutis figuris mortuis in pellibus exaratũ: ſed in forma hu-
mana meis caſtis viceribus viuaciter impreſſum ſpũs ſancti
operatione. Eo modo fiat mihi quo nemini ante factum eſt:
nemini poſt me faciendum eſt. Fiat generaliter omni mun-
do: ſed mihi fiat ſpecialiter ſm verbum tuum.

§.XVII. Idẽ Bernardus ſu-

per Canti. ſermone ſecundo ait. Ardorem deſiderij patrum
ſuſpirantium chriſti in carne preſentiam frequentiſſime co-
gitans cõpungor: ⁊ confundor in memetipſo: ⁊ nunc vix cõ-
tineo lacrimas: ita pudet teporis torporiſq̃ miſerabilium
temporũ horum. Cui namq̃ noſtrũ tantum ingerat gaudiũ
gratie huius exhibitio: quantũ veteribus ſanctis accende-
rat deſideriũ promiſſio? Ecce enim ꝙ multi in hac eius que
proxime celebranda eſt natiuitate gaudebunt: ſed vtinam de
natiuitate. Illorum ergo deſiderium flagrans ⁊ pie expecta
Cañ.j. tionis affectum ſpirat, mihi vox iſta. Oſculetur me oſculo
oris ſui. Senſerat nimirũ in ſpiritu quiſquis tunc ſpiritua-
lis eſſe poterat: quanta foret gratia diffuſa in labijs illis: et
Pſal. propterea loquẽs in deſiderio anime aiebat. Oſculetur me
xliiij. oſculo oris ſui. Nimirum cupiẽs omnibus modis tante ſua-
uitatis participio nõ fraudari. Dicebat enĩ perfect⁹ quiſq̃.
Ibidẽ. Quo mihi oro hec ſemiuerbia prophetarum? Ipſe potius
ſpecioſus pre filijs hominum: ipſe me oſculetur oſculo oris
Exo.iiij ſui. Non audio iam Moyſen. Impeditioris ſiquidem lingue
Eſa.vj. factus eſt mihi. Eſaie labia immũda ſunt. Hieremias neſcit
Hiere.j. loqui: quia puer eſt: et prophete omnes elingues ſunt. Ipſe
ipſe quem loquuntur ipſe loquatur: et oſculetur me oſculo
Pſ.xvij oris ſui. Non in eis iam per eos loquatur mihi: quoniam te-
nebroſa aqua in nubibus aeris. Sed ipſe me oſculetur oſcu
lo oris ſui: cuius gratioſa preſentia: ⁊ admirãde fluenta do-
Jo.iiij ctrine: fiant in me fons aque ſalientis in vitã eternã. Quem
Pſal. vnxit pater oleo leticie pre conſortibus ſuis: nunquid nõ ex
xliiij. ipſo mihi vberior infundetur gratia: ſi tamẽ me dignet oſcu
Heb.iiij. lari oſculo oris ſui. Cuius vtiq̃ ſermo viuus et efficax oſcu-
lum mihi eſt: non quidem coniunctio labiorum que interdũ
j.Co.vj. pacem mentitur animorum: ſed plane infuſio gaudiorum: re-
uelatio ſecretorum: mirãda quedam ⁊ quodãmodo indiſcre-
ta commiſtio superni luminis et illuminate mentis. Adhe-
rens quippe deo vnus ſpiritus eſt. Merito proinde viſiões
et ſomnia nõ recipio. Figuras ⁊ enigmata nolo: ipſas quoq̃
angelicas ſpecies faſtidio: quippe ⁊ ipſas longe ſupat meus
Chriſtus ſpecie ſua et pulchritudine ſua. Non ergo alium ſi-
ue angelum ſiue hominem: ſed ipſum peto oſculari me oſcu
lo oris ſui. Nec ſane preſumo me oſculatum iri ab ore eius.
Eſt enim hoc aſſumpti hominis vnice felicitatis ⁊ preroga-
tiue ſingularis: ſed humilius ab oſculo oris ſui peto me oſcu
Joã.j. lari: quod commune eſt multorum: vtiq̃ qui dicere poſſunt.
Et nos de plenitudine eius accepimus. Intendite. Sit os
oſculans/ verbum aſſumens: oſculatum/ caro que aſſumitur
oſculum vero/ quod pariter ab oſculante et oſculato perfi-
citur: perſona ipſa ex vtroq̃ compacta: mediator dei et ho-
minum homo chriſtus Jeſus. Hac ergo ratione ſanctorum
nemo dicere preſumebat. Oſculetur me ore ſuo: ſed tantum
oſculo oris ſui: ipſi ſeruantes ſane prerogatiuam iſtam. Cui
ſingulariter ſemelq̃ os verbi impreſſum tunc eſt: quum ſe
ei corporaliter plenitudo omnis diuinitatis infudit. Felix
oſculum ac ſtupenda dignatione mirabile: in quo non os
ori imprimitur: ſed deus homini vnitur. Et ibi quidem con-
tactus labiorũ quendaꝫ complexũ ſignificat animorum. hic
autem confederatio naturarũ diuinis humana cõponit: que
in terris ſunt/ ⁊ que in celis pacificans. Ipſe enim eſt pax no Ephe.ij.
ſtra qui facit vtraq̃ vnum. Ad hoc igitur oſculum ſanctus Eccl.xv
quiſq̃ antiqui temporis ſuſpirabat: eo ꝙ iucunditatẽ ⁊ ex- Col.ij.
ultationẽ theſaurizari ſuper ipſuꝫ: ⁊ theſauros omnis ſapiẽ
tie ⁊ ſcientie in ipſo abſconditos preſentiret: cuperetq̃ ⁊ ipſe
de plenitudine eius accipere. Sentio placet vobis qđ dici- Hiere.
tur: ſed accipite ⁊ alium ſenſum. Non latuit ſanctos: et ante xxix.
ſaluatoris aduentum deum ſuper mortalium genus cogita- Amos
re cogitationes pacis. Nec enim faceret verbum ſuper ter- iij.
ram: quod non reuelaret ſeruis ſuis prophetis. Erat tamen Ju.xviij
verbum iſtud abſconditum a multis. Fuit namq̃ in illo tem
pore rara fides in terris: ⁊ tenuis admodum ſpes in plurib⁹
eorum qui expectabant redemptionẽ Iſrael. Qui vero pre-
ſciebant: ipſi ⁊ predicebant chriſtũ in carne venturũ et cum
ipſo pacem. Unde ⁊ quidam eorũ. Et pax (inquit) erit in ter-
ra noſtra quum venerit. Immo ꝑ ipſum chriſtum dei gratiã
hoies recuperaturos cũ omni fiducia ſicut diuinitus acce-
perant predicabant. Qđ ⁊ precurſor dñi Joannes ſuo tẽpo-
re impletum eſſe agnouit ⁊ perhibuit. Gratia (inquit) ⁊ veri
tas per Jeſum chriſtum facta eſt. ⁊ ita verũ eſſe ois nũc chri Pſ.vij.
ſtianus pplus experitur. Ceterũ illis prenunciantibus paceꝫ
moram autem faciente authore pacis: nutabat populi fides:
dum non erat qui redimeret: neq̃ qui ſaluos faceret. Itaq̃
cauſabãtur homines moras/ ꝙ ille toties nũciatus necdum
veniret princeps pacis: ſicut locutus fuerat per os ſancto-
rum qui a ſeculo ſunt ꝓphetarum eius. ⁊ ſuſpectas haben-
tes ꝓmiſſiones: ſignum promiſſe reconciliationis quod eſt Joã.xj
oſculum/ flagitabant: ac ſi nuntijs pacis vnuſquiſq̃ de po-
pulo reſponderet. Quouſq̃ tollitis animas noſtras? Jam
olim ꝓmittitis pacem: ⁊ non venit. ꝓmittitis bona: ⁊ adhuc
turbatio. Ecce hoc ipſum multifarie multiſq̃ modis ⁊ ange Hiere.
li patribus: ⁊ patres noſtri nuntiauerunt nobis dicentes/ viij.
Pax: pax: ⁊ nõ eſt pax. Si mihi vult eſſe perſuaſum deus/ qđ Ezech.
de ſue beneplacito voluntatis tã crebra iam legatione ſpõ- xiij.
det nec exhibet: oſculetur me oſculo oris ſui: ſicq̃ ſigno pa-
cis faciat de pace ſecurum. Nam verbis iam quomodo cre-
dam? Opus eſt magis opere verba firmari. Probet veridi-
cos ſuos nuntios deus: ſi tamẽ nuntij eius ſunt: ⁊ ſequatur Joan.j.
eos ipſe: vt ſepius promiſerunt: quia ſine ipſo poſſunt facere iiij. Re-
nihil. Miſit puerum: tulit baculum: ⁊ necdum eſt vox nec vi gũ.iiij.
ta. Non ſurgo: non ſuſcitor: nõ excutior de puluere: non re-
ſpiro in ſpem/ ſi non propheta ipſe deſcendat ⁊ oſculetur me
oſculo oris ſui. Huc accedit: ꝙ is qui noſtrum ſe profitetur j.Timo.
mediatorem ad deum dei filius eſt ⁊ deus eſt. Et quid eſt hõ ij.
vt innoteſcat ei: aut filius hois vt reputet eum? Que mihi
fiducia vt tante me audeam credere maieſtati? Unde in quã
terra aut cinis preſumo deum habere curam mei? Ad hec/ Pſ.xv.
diligit patrem ſuum: me vero opus non hꝫ: bonorum meorum
nõ eget. Unde ergo conſtabit mihi ꝙ mediator meus in pre
nequaq̃ ſit? Tamẽ ſi vere/ vt dicitis/ decreuit miſereri deus
cogitatq̃ vt cõplacitior ſit adhuc: ſtatuat teſtamentum pa-
cis ⁊ fedus perpetuum feriat mihi in oſculo oris ſui. Ut que
procedunt de labijs ſuis non faciat irrita: exinaniat ſe: humi
liet ſe: inclinet ſe: ⁊ oſculetur me oſculo oris ſui. Ut ex equo pa-
tibus congruens mediator neutri ſuſpectus ſit: deus filius
dei homo fiat: filius hois fiat: ⁊ certũ me reddat in hoc oſcu-
lo oris ſui. Securus ſuſcipio mediatorẽ dei filium: quẽ agno
ſco ⁊ meum. Minime plane iam mihi ſuſpectus erit. Frater
enim ⁊ caro mea eſt. Puto enim ſpernere me iam non pote-
rit os de oſſibus meis ⁊ caro de carne mea. Itaq̃ vetus que Geñ.ij
rela ſacroſanctum oſculũ. i. incarnandi verbi dei myſteriuꝫ
flagitabat: dũ longa ⁊ moleſta expectatiõe fatigata fides de
ficeret: ⁊ infidelis populus aduerſus promiſſa dei victus te-
dio murmuraret. Adinuentio mea eſt: ſi non hoc idem ⁊ vos
cognoſcitis de ſcripturis. Inde erant querule ille et plene
murmure voces. Manda remanda. expecta reexpecta. mo-
dicum ibi modicum ibi. Inde anxie et plene pietate preces. Eſaie
Da mercedem domine ſuſtinentibus te: vt prophete tui fi- xxviij.
deles inueniantur. Inde blãde ille ⁊ plene cõſolatiõe ꝓmiſ- Eccl.
ſiones. Ecce apparebit dñs: ⁊ nõ mentiet. Si moram fecerit xxxvj.
expecta eum: qꝛ veniens veniet ⁊ non tardabit. Sic itaq̃ et Abac.ij.
plebs murmurabat: ⁊ fides nutabat/ et angeli pacis amare
flebant iuxta vaticinium prophete. Ne ergo vniuerſum ge-
nus humanum moram faciẽte chriſto deſperatione periret: Eſaie
dum ſe contẽni ſuſpicaret infirma mortalitas: ſueq̃ recon- xxxiij.
ciliatiõis cũ deo de gratis toties repromiſſa diffideret: ſan-
cti qui de ſpũ certi erant certitudinem de carnis preſentia
exoptabant: ac ſignum reformande pacis propter puſillani Eſa.xj
mes ⁊ incredulos omni inſtãtia requirebant. O radix Jeſſe Luce.x
qui ſtas in ſignum ꝓplorũ: ꝙ multi prophete ⁊ reges volue- Pſ.xcj

runt videre te: ⁊ nõ viderũt: Felix tamẽ ex oĩbus Symeon
cuius ſenectus in miſericordia vberi. Is nempe exultauit
Luce.ij. vt videret deſiderij ſignum. Uidit: ⁊ gauiſus eſt: acceptoq
oſculo pacis in pace dimittit: ante tamẽ aperte pronũcians
Mat.ij. Jeſum eſſe natũ in ſignũ: cui ꝯtradicendũ erat. Omnino ita
fuit. Contradictũ eſt orto ſigno pacis ſcʒ ab hĳs qui oderunt
pacem: vt Herodes ⁊ oĩs Hieroſolyma turbata cum eo. Feli
ces paſtores: qui ſigni huius viſione digni habiti ſunt. Sed
cuius rei ſignũ datum eſt ab angelo: Indulgentie/gratie/⁊
pacis cuius nõ erit finis. Et infra. Sermo finiẽdus eſt. Sed
vt quod in eo diſputatũ eſt: breui recolligam ſummã: patet
hoc ſanctum oſculum duobus ex cauſis neceſſario indultũ
mundo: vt ſcʒ infirmis faceret fidẽ. Et deſiderio ſatiſfaceret
perfectorũ. Porro ipſum oſculum non eſſe aliud ꝙ mediato
rem dei ⁊ hominũ hominem chriſtum Jeſum.

§.XVIII. Idẽ in ſermone ter=

tio. Hodie legitimus in lib. experiẽtie. Cõuertimini ad voſ
metipſos: ⁊ attendat vnuſquiſq cõſcientiã ſuam ſuper hĳs q
dicenda ſunt. Explorare velim ſi cui vnq veſtrũ ex ſentẽtia
dicere datum eſt/ Oſculetur me oſculo oris ſui. Non eſt enĩ
cuiuſuis hoĩs ex affectu hoc dicere. Sed ſi quis ex ore chri
Apo.ij. ſti ſpirituale oſculũ vel ſemel accepit: hoc propriũ experi
cañ.iij. mentũ profecto ſolicitat ⁊ repetit libẽs. Ego arbitror nemi
nem ſcire poſſe quid ſit: niſi qui accepit. Eſt quippe manna
Pŝ.l. abſconditũ: ⁊ ſolus qui edit adhuc eſurit. Eſt ⁊ fons ſignat⁹:
cui non cõicat alienus. Audi expertum quõ adhuc requirit.
Redde mihi (inquit) letitiam ſalutaris mei. Minime igitur
ſibi hoc arroget mei ſimilis aĩa onerata peccatis: ſuecq car
nis adhuc obnoxia paſſionibus: que ſuauitatẽ ſpiritus nec
dum ſenſerit: internorũ ignara atq inexperta penitus gau
diorum. Oſtendo tamen ei que huiõi eſt. Locum in ſalutari
ſibi congruentem. Non temere adſurgat ad os ſereniſſimi
ſponſi: ſed ad pedes ſereniſſimi domini mecũ pauida iaceat:
⁊ cum publicano terram tremens non celum aſpiciat: ne cõ
fuſa a luminaribus celi/ tenebris aſſueta facies opprimatur
a gloria. Non tibi o quecunq talis es aĩma: non tibi locus
ille vilis ⁊ deſpicabilis videatur: vbi ſancta peccatrix pecca
ta depoſuit: induit ſanctitatẽ. Miraris quanam arte id po
tuerit: vel quibus obtinuerit meritis: Paucis accipe. Fle
uit amare: et de intimis viſceribus longa ſuſpiria trahens/
ſalutaribus intra ſe ſuccenſa ſingultibus felleos humores
Pſal. euomuit. Celeſtis medicus celerrime ſubuenit: qꝛ velociter
cxlvij. currit ſermo eius. Nunquid nõ potior eſt ſermo dei: Deniq
Heb.iiij. viuus eſt ſermo dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior gladio ancipiti:
pertingens vſq ad diuiſionẽ anime et ſpiritus: compagum
quoq ⁊ medullarũ: ⁊ diſcretor cogitationum cordis. Huius
ergo beate penitentis exẽplo proſternere tu o miſera: vt de
ſinas eſſe miſera. Proſternere in terrã et tu: amplectere pe
des: placa oſculis: riga lachrymis: quibus tamen nõ illum
tu laues: ſed te. Non ante audeas vultũ ſuſtollere: ꝙ audias
⁊ ipſa. Dimittũtur tibi peccata tua. ¶ Et nota ꝙ non in iſto
ſermone. iij. ſed in. vj. declarat qui ſunt duo pedes eius ſpiri
Luc.vij. tuales: quibus diſcurrit per mentes hominũ ⁊ manet: ſcdm
illud. Adorabimus in loco: vbi ſteterunt pedes eius. Videlʒ
Pſal. miſericordia ⁊ iudiciũ: ſeu iuſtitia. His inquam pedibus de
cxxxj. uotas perambulat mẽtes: inceſſanter luſtrans ſcrutãſq re
Pŝ.vij. nes ⁊ corda fideliũ. His pertranſit certe ⁊ nunc benefacien
do ⁊ ſanando oẽs oppreſſos a diabolo ſcʒ ſpũaliter ⁊ inuiſibi
liter. Ex pede iudicij numini ſeu iuſtitie imprimitur veſtigiũ
timoris ex pede miſericordie veſtigiũ ſpei. Si enim (inquit)
dolore peccati ⁊ iudicij timore compungeris: veritatis iudi
cijq veſtigio labia impreſſiſti. Qd ſi dolorem timoremq di
uine intuitu bonitatis ⁊ ſpe cõſequende indulgentie tempe
ras: etiã miſericordie pedem amplecti te noueris. Alioquin
alterum ſine altero oſculari non expedit: quia recordatio ſo
lius iudicij in barathrũ deſperationis precipitat: ⁊ miſericor
die fallax aſſertio generat ſecuritatẽ. Idem in ſermone. iij.
Sumpto itaq ad pedes primo oſculo: nec ſic quidem preſu
mes ſtatim ad oſculum oris adſurgere: ſed erit tibi gradus
ad ipſum medium quoddã aliud oſculũ: quod ſecundo loco
ad manum accipies: de quo ⁊ talẽ accipe rationem. Si dixe
rit mihi Jeſus. Dimittuntur tibi peccata tua. Niſi ego pec
care deſiero: quid proderit. Si rurſus pedes meos quos la
ueram / maculauero nunquid aliquid lauiſſe valebit: Qui
ergo dedit voluntatẽ penitendi: opus eſt vt addat continen
di virtutẽ: ne iterum penitenda cõmittam: fiantq nouiſſi
ma mea peiora prioribus. Ue enim mihi etiam penitenti: ſi
ſubtraxerit manũ ſtatim: ſine quo nihil poſſum facere. Ni
hil inquã: qꝛ nec penitere nec continere. Pauco ⁊ quod iu
dex intentat arbori non facienti fructum bonũ. Fateor pro
huiõi non ſum cõtentus priori gratia: qꝛ iam malorum ſum
penitens: niſi ⁊ ſcdam accepero: vt videlʒ dignos faciam fru

ctus penitẽtie: ⁊ deinceps nõ reuertar ad vomitum. Hoc er
go mihi reſtat prius petendũ ⁊ accipiendum: ꝙ preſumã al
tiora ⁊ ſanctiora contingere. Nolo repente fieri ſumm⁹: pau
latim ꝓficere volo. Citius placas eum ſi menſurã tuam ſer
uaueris: ⁊ altiora te nõ queſieris. Longus ſaltus et arduus
eſt de pede ad os: ſed nec acceſſus conueniens. Quid enim
recenti adhuc reſperſus puluere / ora ſacra continges: Per Eccl.iiij.
manus tibi tranſitus ſit illa prius tetergat. illa prius te eri
gat. Quomõ erigat: Dando vnde preſumas. Quid iſtud: De
cor continentie ⁊ fructus digne penitentie: que ſunt opera
pietatis. Sane accipiendo donum oſculare manuʒ. Hoc eſt
nõ tibi ſed nomini eius da gloriã. Da ſemel: da iterum: tum
ꝓ cõdonatis criminibus: tum ꝓ collatis virtutib⁹. ¶ Idẽ
in ſermone ſeptimo de oſculo manuum ait. Non manuʒ: ſed
manus oſtẽdo: ꝓprijſq diſtinguo vocabulis. Latitudo vna:
altera fortitudo dicat: ꝙ ⁊ tribuat affluenter: ⁊ defendat po
tenter qõ dederit. Utrãq profecto oſculabitur: qui ingrat⁹
non fuerit: deum vtiq bonorum omniũ ſicut largitorẽ: ſic ⁊
conſeruatorem recognoſcens et confitens. Jam tandem in
oſculis duobus diuine dignationis geminum habens expe
rimentũ: forſan non confunderis preſumere ſanctiora. Quã
tum quidem creſcis in gratia: tantũ in fiduciam dilataris.
Hec via. Hic ordo. Primo ad pedes procidamus ⁊ ploremus Pŝ.xciiij.
coram domino ea que fecimus nos. Secundo manum queri
mus ſubleuantis ⁊ roborantis genua diſſoluta. Poſtremo
quum iſta multis precibus obtinemus ⁊ lachrymis: tum de
mum audemus forſan ad ipſum os glorie caput attollere
(pauens ⁊ tremens dico) non ſolum ſpeculandum: ſed etiam Pŝ.xxvi.
oſculandum. Tibi domine Jeſu tibi dixit cor meum: exqui
ſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Poſt
oſculum igitur pedum peccata mihi remittendo: poſt oſcu
lum manum bene viuendi gratiam indulgendo: quid reſtat
o bone domine: niſi vt iam in plenitudine lucis / in feruore
ſpiritus / ad oris quoq oſculum dignanter admittens: adim
pleas me letitia cum vultu tuo: In primo ſane oſculo pri Pŝ.xv.
mordia dedicantur noſtre conuerſionis. Secundum autem
proficientibus indulgetur. Porro tertium experitur ſola et
rara perfectio. Ad hoc ſolo quod vltimo poſituʒ eſt: ſumpſit
exordium ſcriptura iſta quam tractare ſuſcepimus: ⁊ ipſius
cauſa reliqua duo adiuncta ſunt. Cur enim quum ſufficere
re poterat dixiſſe ſimpliciter oſculetur me: preter morem
tamen vſumq loquendi diſtincte et ſignanter / adiecit / oſcu
lo oris ſui: niſi vt oſtenderet ipſum quod petebat oſculum
ſummum eſſe: ⁊ nõ ſolum: Nonne deniq ita inuicem loqui
mur: Oſculare me vel da mihi oſculum: et nemo addit: ore
tuo vel oſculo oris tui: Et ſic de proditore Juda dicitur:
Oſculatus eſt eum. Sunt ergo hi tres animarum affectus Mar.
ſiue profectus expertis duntaxat ſatis noti ⁊ manifeſti: quũ xiiij.
aut de actis malis indulgentiam: aut de bonis agendis gra
tiam: aut etiam ipſius indultoris ⁊ benefactoris ſui preſen
tiam: eo quidem modo quo in corpore fragili poſſibile eſt in
tueri obtinet. Et in omnibus quidem ita eſſe videmus: ſer
uos videlicet offenſorum dominorum oſculari ſolere pedes.
quum ab eis veniam petunt: et pauperes diuitum manus
quum ab eis munus accipiunt. Uerum quia ſpiritus eſt de⁹
⁊ ſimplex: nullis illa eſſentia membris eſt diſtincta corpo Jo.iiij.
reis: erit forſitan qui nullatenus de illo recipiat tale aliqd.
Sed de his ſcriptura teſtatur. Nam ⁊ os habere dicit: quo
docet hominem ſcientiam. ⁊ manum habet: quam aperit dã
do eſcam omni carni. et pedes habet: quorum terra ſcabel
lum eſt. Hec inquam / habet deus per effectum: non per na
turã. Omnibus omnia eſt. qui omnia adminiſtrat: nec quic
ꝙ eſt omnium proprie. Nam qõ in ſe eſt: lucem habitat inac I. Tim.
ceſſibilem: ⁊ pax eius exuperat omnem ſenſum: ⁊ ſapiẽtie ei⁹ vj.
non eſt numerus: eſt magnitudinis eius non eſt finis nec po Philip.
teſt eum homo videre vt viuat. Non ꝙ longe ab vnoquoq iiij.
ſit qui eſſe omnium eſt: ſine quo omnino nihil: ſed vt tu plus Pſal.
mireris ⁊ nil eo preſentius: ⁊ nil eo incõprehenſibilib⁹. Quid cxlvj.
nempe vnicuiq preſentius ꝙ eſſe ſuum: Quidcunq tam in Exodi.
cõprehenſibilius ꝙ eſſe omnium: Sane eſſe omniũ dixerim xxxiij.
deum. non quia ſint illa quod eſt ille: ſed quia ex ipſo ⁊ cum Ro.xj.
ipſo ⁊ per ipſum / ⁊ in ipſo ſunt omnia. Eſſe eſt ergo cũ que
facta ſunt: ipſe factor eorum: ſed cauſale: non materiale. Tali
proinde modo dignatur illa maieſtas ſuis eſſe creaturis: oĩ
bus quidem ꝙ ſunt: animantibus aũt ꝙ ⁊ viuunt. Porro ra
tione vtentibus lux: recte viuentibus virtus: vincẽtib⁹ glo
ria. Et in his oĩbus creandis / gubernandis / adminiſtrandis
mouendis / promouendis / innouandis / formãdis / nullis cor
poreis indiget inſtrumentis / qui omnia ſolo verbo et corpo
ra creauit ⁊ ſpiritus. Anime corporibus et corporeis egent
ſenſibus: per que ſibi inuicem innoteſcant ⁊ valeant. At non
ita omnipotens: cui de ſola voluntate celer ſuppetit efficiẽ
tia tam creandis rebus ꝙ ordinandis prout voluerit. Ualet

cui vult: quãtum vult: ⁊ abſq; corporalium officio obſequio
ue membrorum. Nec ſolum vniuerſa neſcit ſine corpore: ſed
Denatu ⁊ innoteſcit mundis corde ſine corpore. Ceterũ angelica cor
ra ange pora vtrum ipſis ſpiritibus naturalia ſint ſicut hominibus
lica. ſua: ⁊ ſint animalia vt homines ſed immortalia. Porro ipſa
corpora mutent ⁊ verſent in formam ⁊ ſpeciem quam volũt
quando apparere volunt: denſantes ⁊ ſolidantes ea quantũ
volunt: quum tamen in ſui veritate pre ſubtilitate nature
atq; ſubſtãtie ſue impalpabilia ſint: et noſtris omnino inat
tingibilia viſibus. An vero ſimplici ſpirituali ſubſtantia ſub
ſiſtentes/corpora quũ opus eſt ſumant: rurſuſq; explicto ope
re ponant in eãdem de qua ſumpta ſunt materiam diſſoluen
da: nolo a me hoc requiratis. Uidẽtur patres de hmõi diuer
ſa ſentire: nec mihi perſpicuũ eſt vnde alterum doceã: ⁊ ne
ſcire me fateor. Illud aũt ſcitote: nullum creatorũ ſpirituum
per ſe noſtris mentibus applicari: vt videlicet nullo mediã
te noſtri ſiue corporis inſtrumẽto ita nobis miſceatur vel
infundatur: quo eius participatiõe docti ſiue doctiores/bo
ni ſiue meliores efficiamur. Nullus angelorũ nulla anima
rum hoc modo mihi capabilis eſt: nullius ego ſuũ capax: nec
ipſi angeli ſe ita alterutrum capiunt. Sequeſtretur proinde
prerogatiua hec ſummo atq; incircunſcripto ſpiritui: qui ſo
lus docet angelum vel hominem ſcientiam. Inſtrumentum
nõ querit noſtre corporee auris: ſicut nec ſibi oris. Per ſe in
funditur: ꝑ ſe innoteſcit. Purus capitur a puris. Solus nul
lius indiget: ſolus ⁊ ſibi ⁊ oĩbus de ſola omnipotenti volun
tate ſufficiens. Operatur tamen immenſa ⁊ innumera per
ſubiectam creaturam ſiue corporalem ſiue ſpiritualem: ſed
quaſi imperans nõ quaſi mendicans. En verbi gratia: q; lin
guam meã corporalem aſſumit nunc in opus ſuũ: docere vi
delicet vos: quum per ſe abſq; dubio facilius ſuauiuſq; id
poſſet: profecto indulgentia eſt: non indigentia. In profectu
quidem veſtro meritũ querit mihi: nõ ſibi ſolatiũ. Idipſum
ſapere eſt omni homini operanti bonũ: ne forte in ſe de bo
Sapien nis domini et non in dño glorietur. Ille quidem attingebat
tie. viij. a fine vſq; in finem fortiter diſponens omnia ſuauiter: ſed
nõ ſentiebatur ab omnibus. Et gaudebãt de bonis domini:
⁊ dñm Sabaoth/eo q; cum tranquillitate iudicaret omnia:
omnino neſciebant. Ab ipſo erant: ſed nõ cum ipſo. Per ipm
viuebant: ſed non ipſi. Ex ipſo ſapiebant: ſed non ipſum: alie
nati/ingrati inſenſati. Hinc demum factum eſt/vt q; erant:
q; viuebant: q; ſapiebant: non authori attribuerent: ſed na
ture adſcriberent: aut certe (quod inſipientius eſt) fortune
proprieq; induſtrie ⁊ virtuti multi multa arrogarent. Quã
ta ſibi vſurparunt ſeductorũ ſpiritus? Quãta ſoli ⁊ lune da
ta ſunt? Quanta terris ⁊ aquis attributa? Quanta manu fa
ctis fabrilibuſq; mortalium operibus? Herbis/arbuſtis mi
nutiſſimiſq; ſeminibus pro numinibus deferebatur. Quo
Pſal. rum dominus miſeratus errores: de monte vmbroſo et con
xviij. denſo dignãter egrediens: in ſole poſuit tabernaculũ ſuum.
Obtulit carnem ſapientibus: carnem per quã diſcerent ſa
pere ſpiritum. Nam dum in carne ⁊ per carnem facit opera:
non carnis ſed deitatis vtiq; imperans ſuperanſq; fortu
nam ſtultam faciens ſapientiam hoim: demonũq; debellans
tyrannidẽ: manifeſte indicat ſe eſſe per quẽ eadem ⁊ ante fie
bant quando fiebãt. In carne inquã/⁊ per carnẽ potenter ac
patenter operatus mira: locutus ſalubria: paſſus indigna:
euidenter oſtẽdit q; ipſe ſit: qui potenter ſed inuiſibiliter ſe
cula cõdidiſſet: ſapiẽter regeret: benigne protegeret. Deniq;
dum euãgelizat in gratis: ſigna prebet infidelibus: pro ſuis
crucifixoribus orat: nõne liquide ſeipſum eſſe declarat: qui
Mat. v. cum patre ſuo quotidie ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos
et malos? En aperit os carnis ſue docens in monte diſcipu
los: qui in ſilẽtio in celeſtibus angelos docet. En ad tactum
corporee manꝰ curatur lepra. Fugatur cecitas. Auditus re
parat. Lingua muta exoluitur. Diſcipulꝰ prope merſus eri
Mat. ix gitur. En ſecus corporales pedes iacens ac penitens audit
peccatrix. Remittuntur tibi peccata tua. ¶ Satis de duo
bus oſculis dictũ eſſe reor: videamus et de tertio. Oſculetur
(inquit) me oſculo oris ſui. Quis dicitur ſponſus? Que ſpõ
ſa? Deus ⁊ aĩa ſitiens deum. Sed pono diuerſas affectiones
vt ea que proprie ſpõſe cõgruit diſtinctius eluceſcat. Si ſer
uus eſt: timet a facie dñi. Si mercenarius: ſperat de manu
dñi: ſi diſcipulꝰ: aurẽ parat ⁊ cor dat magiſtro. Si filius: ho
norat patrem. Que vero oſculum poſtulat: amat. Excellit in
nature donis affectio huius amoris: preſertim quum ad ſuũ
recurrit principium: quod eſt deus. Nec ſunt inuenta eque
dulcia nomina quibus verbi animeq; dulces adinuicem ex
primeretur affectus: quemadmodum ſponſus ⁊ ſponſa. quip
pe quibus omnia communia ſunt: nil proprium nil a ſe diui
ſum habẽtibꝰ. Una vtriuſq; hereditas: vna domus: vna mẽ
Geñ. ij. ſa: vnus torus: vna etiam caro. Deniq; propter hanc relin
Eph. v. quet homo patrem ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori ſue. Et ſunt
duo in carne vna ſcilicet diuinitas et humanitas in vno ho
mine. Si ergo amare ſponſis ſpecialiter principaliterq; con
uenit: nõ immerito ſponſe nomine cenſetur anima q; amat.
Amat autem: que oſculũ petit. Non petit libertatem: nõ mer
cedem: nõ hereditatẽ: nõ deniq; doctrinam: ſed oſculum mo
re plane caſtiſſime ſponſe: ac ſacrum ſpirantis amorem: nec
omnino valentis flammam diſſimulare quã patitur. Non fa
cit prohemium: nõ captat beneuolentiam. ſed ex abundãtia
cordis repente prorumpens: unde frontoſeq; ſatis: Oſcule pã. lxxij
tur me (ait) oſculo oris ſui. An nõ tibi quaſi manifeſte dicere
videtur. Quid mihi eſt in celo ⁊ a te quid volui ſuper ter
ram? Amat profecto caſte: que ipſum quem amat querit: nõ
aliud quicq; ipſius. Amat ſancte: q; nõ in concupiſcẽtia car
nis: ſed in puritate ſpiritus. Amat ardenter: que ita proprio
inebriatur amore: vt maieſtatẽ nõ cogitet. Quid enim? Quĩ
reſpicit terrã ⁊ facit eã tremere: iſta ſe ab eo poſtulat oſcu
lari. Ebria ne eſt? Ebria prorſus: introducta ab eo in cellam
vinariam. Nam ⁊ Dauid de quibuſdam ait. Inebriabuntur
ab vbertate domus tue. O domine quanta eſt vis amoris Cã. j.
quanta in ſpiritu libertatis fiducia? Uerecunde tamen non ⁊ ij.
ad ipſum ſponſum ſermonem dirigit: ſed ad alios tanq; de pã. x. xv
abſente. Oſculetur me inquit) ⁊c. Itaq; per domeſticos ac
intimos acceſſus ad intima queritur: ambitur ad deſidera
tum. Quinã illi? Credimus angelos ſanctos adſtare oran
tibus: offerre deo preces ⁊ vota hoim: vbi tamen leuari pu To. xij.
ras manus aſpexerint ſine ira et diſceptatione: vt patet in pã. lxvij
Tobie exẽplo. Qđ etiã oſtendit pã. dicẽs. Preuenerũt princi
pes coniuncti pſallentibus ⁊c. ſcilʒ deuote orantibus.

§. XIX. Idẽ in ſermone. viii.

Hodie ſicut heſterna promiſſione tenetis: de ſummo oris
oſculo diſputare ꝓpoſitum eſt. Audite attentius quod ſapit
ſuauius: ⁊ guſtat rarius: ⁊ intelligit difficilius. Mihi videt mat. xij.
(vt paulo altius inchoẽ) ineffabile quoddã atq; inexperiuꝫ Luce. x.
omni creature oſculũ deſignaſſe quiſit. Nemo nouit filium
niſi pater: ⁊ nemo patrẽ niſi filius: aut cui voluerit filius re
uelare. Pater enim diligit filiũ: ⁊ ſingulari dilectione ample
ctitur. Summus equalem: eternus coeternum: vnus vni
cum. Sed tamen nos minori dilectione vel affectione a filio
adſtringitur: quippe ꝓ cuius amore ⁊ moritur: ipſo atteſtan
te: qui ait. Ut ſciant omnes quia diligo patrem: ſurgite ea Mat.
mus. Haud dubium quin ad paſſionem. Illa itaq; mutua gi xxvj.
gnẽtis genitiq; cognitio pariter ⁊ dilectio/quid niſi ſuauiſſi
mum oſculum eſt: ſed ſecretiſſimum? Ego pro certo ad tan
tum ⁊ tam ſacrum diuini amoris arcanum ne ipſam quidem
angelicam arbitror admitti creaturam. Etenim Paulo hoc Phil.
ipſum ſapiente: Pax illa exuperat omnem etiam angelicum iiij.
ſenſum. Unde nec iſta (q; q; multũ preſumens) audet dicere.
Oſculetur me oſculo oris ſui ſoli illi: ſcilicet reſeruat patri
ſed aliquid minus poſtulans: Oſculetur me (inquit) oſculo
oris ſui. Uidete nouam ſponſam/nouum oſculum accipiẽ ſi
nõ tamen ab ore. ſed ab oſculo oris. Inſufflauit (inquit) eis
haud dubium quin Ieſus aplis. i. primitiue eccleſie et dixit: Ioã. xx.
Accipite ſpiritumſanctũ. Oſculũ ꝓfecto fuit. Quid? Corpo
reus ille flatus? Nõ: ſed inuiſibilis ſpiritus qui propterea in
illo dñico flatu datus eſt: vt per hoc intelligeretur: ⁊ ab ipſo
pariter tanq; a patre ꝓcedere: tanq; vere oſculũ: quod oſcu
lanti ⁊ oſculato commune eſt. Itaq; ſufficit ſponſe: ſi oſcule
tur a ſponſi oſculo: etiaꝫ ſi non oſculetur ab ore. Nec eñi exi
guum quid aut vile putat/oſculari ab oſculo: quod non eſt
aliud q; infundi ſpirituſancto. Nempe ſi recte pater oſculãs
filius oſculatus accipitur: nõ erit ab re ſpiritũſanctum oſcu
lum intelligi: vt qui patris filiiq; imperturbabilis pax ſit
gluten firmum: indiuiduus amor: ⁊ indiuiſibilis vnitas. De
ipſo igitur audet ſponſa: ipſumq; infundi ſibi fidenter ſub
nomine oſculi petit. Tenet enim aliquid vnde non deſit ⁊ oc
caſio preſumendi. Dicens eñi filius. Nemo nouit filium niſi Mat. xi
pater. neq; patrem quis nouit niſi filius. adiecit: Aut cui vo Luce. x.
luerit filius reuelare. Nõ autem diffidit ſponſa: quin ſibi ve
lit: ſi cui voluerit. Petit ergo audacter dari ſibi oſculuꝫ: hoc
eſt ſpiritumſanctum: in quo ⁊ filius reueletur ⁊ pater. Alter
enim ſine altero nequaq; innoteſcit. Unde eſt illud. Qui vi
det me: vidit ⁊ patrem meum. Deniq; qui ſequuntur agnum Io. xiiij.
dicunt in Apocalypſi habere nomen eius et nomen patris Apoca.
eius ſcriptum in frontibus ſuis: qđ eſt de vtriuſq; notitia glo xiiij.
riari. ¶ Sed dicit aliquis. Ergo ſpirituſſancti cognitio non
eſt neceſſaria: vt quum dixerit eſſe vitam eternam noſſe pa
trem ⁊ filium: ⁊ de ſpirituſancto tacuerit. Eſt vtiq;. ſed vbi
pater ⁊ filius perfecte agnoſcitur. vtriuſq; bonitas que eſt
ſpirituſſanctus quomodo ignoratur? Neq; enim homo ho
mini integre innoteſcit q; diu latet: vtrũ nam bone an male
voluntatis ſit. Quanq; ⁊ quum dictum eſt: Hec eſt vita eter
na ⁊c. profecto ſi miſſio illa beneplacitum tam patris benig

gue mittentis/ ꝙ filij voluntarie obedientis demonſtrat:non
omnino tacitum eſt de ſpirituſancto:vbi tante vtriuſ gra
tie mentio facta eſt. Utriuſ ſiquidem amor ⁊ benignitas
ſpirituſſanctus eſt. Erinc igitur huius agnitionis infundi
ſibi gratiam:quantum quidem capi in carne mortali poteſt
ſponſa petit:quum oſculum petit. Petit autem a filio:quia
filij eſt/cui voluit reuelare. Reuelat autem filius ſeipſum
cui vult reuelare:reuelat ⁊ patrem:reuelat autem ſine du
bio per oſculum:hoc eſt per ſpiritūſanctum.teſte apoſtolo
qui ait. Nobis autem reuelauit per ſpiritūſanctum ſuum.
1.cor.ij. Et vero dando ſpiritū per quem reuelat:etiam ipſum reue
lat. Porro reuelatio que fit per ſpiritūſanctum:non ſolum
illuſtrat ad agnitionem:ſed etiam accendit ad amorem:di
Ro.v. cente Paulo. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p
ſpiritūſanctum qui datus eſt nobis. Et ideo forſan de his ꝗ
cognoſcentes deum nō ſicut deum glorificauerunt non le
gitur ꝙ ſpirituſancto cognoſcerēt:quia cum cognouerunt
nō amauerunt. Sic quippe habes:Deus reuelauit eis.nec
additum eſt/per ſpiritūſanctū. Uos quo vt caute incer
Eccl.iij. canis ſenſibus pedem figatis:mementote ſemper ꝙ ſapiēs
ait. Altiora te ne queſieris:⁊ fortiora te ne ſcrutatus fue
ris. In ſpiritu ambulate in illis:nō in pprio ſenſu. Doctri
na ſpiritus nō curioſitatem acuit:ſed charitatem accendit.
Merito pinde ſponſa quē diligit aīa ſua inquirens: nō ſe
ſue carnis ſenſibus credit:nō curioſitatis humane ratioci
nijs inanibus acquieſcit:ſed petit oſculum.i.ſpiritumſan
ctum inuocat:per quē accipiat ſimul ⁊ ſcientie guſtū ⁊ gra
tie cōdimentum. Sane in oſculo iſto nec error locū habet
nec tepor. Qs ſobrem gratie gemine ſacroſancti oſculi ſu
ſcipiende paret e regione duo labia ſua que ſponſa eſt:ſcilz
Pſal. intelligentie rationem ⁊ ſapientie voluntatem:vt de pleno
xliiij. oſculo glorians mereatur audire id. Diffuſa eſt gratia in la
bijs tuis:propterea benedixit te deus in eternum.

§.XX. Idē Bernardus in apo

Culpat nimius tēplorū ornat⁹. logetico cōtra ſuperfluos ornatus eccleſiaꝝ. Omitto ora
toriorū immēſas altitudines:immoderatas longitudines:
ſuperuacuas latitudines:ſumptuoſas depolitiones:curio
ſas depictiones:q̄ dū in ſe orantiū retorquēt aſpectum im
pediūt ⁊ affectū:⁊ mihi quodā modo repreſentāt antiquū
Iudeoꝝ ritū. Sed eſto fiant hec ad honorē dei. Illud autē
monachus interrogo monachos:qđ in gentibus gentilis
arguebat. Dicite(ait ille pōtifices in ſacro qđ facit aurū:
Ego aūt dico. Dicite pauperes. Nō enim attendo verbum:
Perſi⁹. ij. Satyra. ſed ſenſum. Dicite inquā:pauperes(ſi tamē pauperes)in ſa
cro quid facit aurum: Et quidem alia cauſa eſt epoꝝ:alia
monachoꝝ. Scimus nā ꝙ illi ſapiētibus ⁊ inſipientibus
debitores quū ſint:carnalis ppl'i deuotionē; q: ſpūalibus
nō poſſunt:corporalibus excitāt ornamētis. Nos uō ꝗ iam
de ppl'o exiuimus:ꝗ mundi que preacioſa ac ſpecioſa pro
chriſto reliquimus:ꝗ oīa pulchre lucētia/canore mulcētia/
ſuaue olentia:dulce ſapiētia/tactu placentia/cūcta deni
oblectamenta corporea arbitrati ſumus vt ſtercora:vt chri
ſtum lucrifaciamus:quoꝝ queſo deuotionē in his excitare
intendimus: quē vnū ex his fructū requirimus: Stultoꝝ
admirationem/an ſimpliciū oblectationē: An forte qm̄ cō
miſti ſumus inter gētes:didicimus opera eoꝝ:⁊ ſeruimus
adhuc ſculptilibus eoꝝ: Et vt aperte loquar:an tantum fa
cit hoc auaritia que eſt idolorū ſeruitus:⁊ nos requirim⁹
Pſ. cv. fructum:ſed datum: Tali quadā arte ſpargitur es vt multi
Col.iij. plicetur:expendit vt augeatur:⁊ effuſio copiā parit. Ipſo
quippe viſu ſumptuoſarū ſed ⁊ mirandarū vanitatū accen
duntur hoīes:magiſ ad offerendū ꝙ ad orandū. Sic opes
opibus hauriuntur:ſic pecunia pecuniā trahit:quia neſcio
quo pacto vbi amplius diuitiarū cernitur:ibi offertur li
bentius. Auro tectis reliquijs ſignātur oculi:⁊ loculi ape
riuntur. Oſtēditur pulcherrima forma ſancti vel ſancte ali
cuius:⁊ eo credit ſanctior quo coloratior. Currūt hoīes
ad oſculandū:inuitantur ad donandū:⁊ magis mirant pul
chra ꝙ venerātur ſacra. Ponuntur deinde in eccleſia gem
mate nō corone:ſed rote lampadibus circūſepte. Cernim⁹
⁊ pro candelabris arbores quaſdam erectas:multo eris
pondere miro artificis opere fabricatas. Quid putas in
his omnibus ipſis queritur penitētium cōpunctio:an intuē
tium admiratio: O vanitas vanitatum. Fulget eccleſia in
parietibus:⁊ in pauperibus eget. Suos lapides induit au
ro/⁊ ſuos pauperes filios nudos deſerit: De ſumptib⁹ ege
norum ſeruit oculis diuitū. Inueniūt curioſi quo delecten
tur:⁊ nō inueniūt miſeri pauperes chriſti quo ſuſtentētur.
Idem. Ut qđ ſaltē ſanctoꝝ imagines nō veneramur:quib⁹
vtiq hoc ipſum qđ pedibus conculcat:ſcatet pauimentū.
Sepe ſpuitur in ore angeli/ſepe alicuius ſanctorū facies
calcibus tunditur tranſeuntium:etſi non ſacris imagini
bus/cur vel non parcitur pulchris coloribus: Decoras quod
mox fedādum eſt. Cur depingis quod neceſſe eſt cōculcari:
Niſi forte et hic aduerſus memoratum poete verſiculum
propheticus ille reſpondeat. Domine dilexi decorem dom⁹ Pſ.xxv.
tue ⁊c. Aſſentio. Patiamur ⁊ hec fieri in eccleſia: quia etſi
noxia ſunt vanis et auaris:non tamen ſimplicibus ⁊ deuo
tis. Ceterum in clauſtris corā legentibus fratribus:qđ fa
cit illa ridicula mōſtroſitas:mira deformis formoſitas: ac
formoſa deformitas: Quid ibi immunde ſimie: Quid feri
leones: Quid monſtroſi centauri: Quid ſemihomines: Quid
maculoſe tigrides: Quid milites pugnantes: Quid vena
tores tubicinantes: Uideas ſub vno capite multa corpora
⁊ ſub vno corpore multa capita. Cernitur hinc in quadru
pede cauda ſerpētis:illinc in piſce cauda quadrupedis. Ibi
beſtia prefert equum:capram trahens retro dimidiam. Et
multa deni tam mira diuerſarum formarum apparet
vbi varietas:vt magis libeat legere in marmoribus ꝙ in
codicibus/totam diem occupare ſingula iſta mirando ꝙ
in lege dei meditando. Pro deo ſi non pudet ineptiarū:cur
non piget expenſarum.

¶ De helinando hiſtoriographo. Capitu.v.

Uir ⁊ circa annos domi-

Helinandus hiſtoriograph⁹. ni. M.cc.in territorio Bellouacēſi quidam no
mine Helinandus: Frigidimontis monach⁹ vir
religioſus et facundia diſertus:qui ⁊ illos verſus de more
in vulgari noſtro vt teſtatur Uincen.ſpe.hiſt.lib.xxx.capi.
cviij.qui publice leguntur:itam eleganter et vtiliter vt luce
clarius patet compoſuit. Et etiam chronica ab initio mun
di vſ ad tempus ſuū in maximo quodam volumine digeſ
ſit. Et hoc quidē opus ita diſſipatū eſt ⁊ diſperſum:vt nuſ
totū reperiat. Fertur enī ꝙ idē Helinādus cuidā familia
ri ſuo ſcz bone memorie Garino Sylunanectēſi epō quoſ
dam eiuſdē operis quinterniones accōmodauerit: ſic ſi
ue per obliuionem/ſiue per negligentiā/ſiue alia de cauſa
penitus amiſerit.vnde ⁊ in pluribus locis huius opis alle
gatur liber eius. Scripſit ⁊ alia opuſcula ⁊ ſermones ali
quos optimos:vnde ⁊ que nunc notant hic excerpta ſunt.
In chronicis.lib.viij. Helinandus. Errores(inquit)philoſo
phorum de ingreſſu animarū ad corpora ⁊ regreſſu a corpo
ribus/⁊ de locis infſerorum latius expoſui:vt melius intel
lecti facilius caueātur. Ita de oraculo Apollinis:de quo
Macrobius errorē ſuum nititur confirmare:ſcz E celo de
ſcendit Gnothi ſe auton.ſermonē in cōuentu fratrum edi
diſſe me memini in hunc modū. Legit in lib. Job.v.ca. Ui
ſitans ſpeciem tuam non peccabis. Sermo opportunus eſt
optimus. Quid eſt ſermo opportunus: Sermo opportun⁹
eſt tempori/loco/⁊ perſone accommodatus.iuxta illud ſa
pientis. Nil tam congruū ſapientie:ꝙ locis ⁊ tēporibus ſer
mones aptare. Tempus de quo loquimur:tēpus viſitatio
nis eſt. Locus in quo cōgregamur ad hoc inſtitut⁹ eſt. Per
ſone ad quas loquimur:viſitatores ſunt ⁊ viſitandi. O tu
quiſquis es viſitator aliorum:ſi temetipſum prius viſita
ueris:poſtea proximum viſitando nō peccabis. Nam in te
ipſo poteris legere:quomodo aliorū debeas errata iudica
re. Et reuera qđ iſtis:qđ conuenientius:ꝙ vt ſpirituales
medici qui ſpiritualiter infirmos viſitant:prius ſeipſos vi
ſitare ſtudeant/⁊ de ſtatu ſuo interrogent:venaſ pulſati
les affectionum pulſent: ne forte cōtingat illis nondū viſi
tatis ⁊ iam viſitantibus:id eſt:nondum correptis ⁊ iā alios
corripiētibus audire hoc prouerbiū ab infirmis ſubmur
murantibus: Medice cura teipſum. Lu.iiij.

§.I. De illo oraculo Apollinis:

Gnothi ſe autō Apollinis oraculum. Gnothi ſe auton.i.noſce teipm̄. Olim apud Delphos(ait
Helinandus ſcriptū fuiſſe legitur in vetuſtiſſimo tripode
Apollinis famoſiſſimū illud oraculū datū conſulenti quō
ad beatitudinē perueniret: Gnothi ſe auton.i.noſce teipm̄.
Huius aūt ſententie nō eſt credendū Apollinem fuiſſe au
thorem vel inuentorē:ſed potius furē. Furatus eſt enī eā
de preſenti loco. Idē eſt enim noſſe ſeipm̄:ꝙ ſuā ſpeciē viſi
tare. Aut certe de illo loco cantici canticoꝝ. Niſi cognoue
ris te o pulchra inter mulieres:egredere ⁊ abi ⁊c. Hanc ſen
tentiam vel potius hoc furtum Apollinis/ſatyricus noſter
Iuuenalis diuinam et celeſtem ſententiam appellat pro
pter ſummam vtilitatem que in ea continetur. Ait enim.
Illum ego iure Satyra xj.
Deſpiciam:qui ſcit quantum ſublimior Atlas
Omnibus in Libya ſit montibus/⁊ tamen idem
Ignorat quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus.e celo deſcendit Gnothi ſe auton.
Quod eſt dicere. Stulta ſcientia eſt ⁊ inſipiens ſapiētia ſu
peruacua noſcere:neceſſaria ignorare. Quid enim pdeſt

cie

homini ſcire metiri mundum: ⁊ neſcire ſeipſum? Abſq; hoc
ſcientia nihil mortalibus eſt vtile: nihil hominibus ſalutare.
Hec in p̄imis neceſſaria eſt: ⁊ ſi ſola ſit/ſufficit. Docet em̄
timere deum: cauere peccatū: diligere proximū: terrena deſpicere/
⁊ amare celeſtia. Dico autem illum mendaciſſimum
ſpiritum hoc reſpondiſſe nō docēdi ſtudio: ſed fallendi aio.
Sic enim putauit perſuaderi poſſe hominibus vt crederēt
ſe orto s ex genere deorū: quos fuiſſe homines audiebant:
vt ita prouocaret eos ad contentionē mutuā ⁊ ambitionē
honoris dominandiq; libidinem: ſub velamine libertatis.
Deniq; ſapientes Grecie de hoc oraculo conſulti a regib⁹/
nil aliud reſpondebant niſi ꝙ homini cognoſcendum erat
ſe eſſe de genere deorum. Hinc ⁊ Macrobius ſuper ſomniū
Scipionis: animas dicit lapſas de celo in corpora: ⁊ hanc
eſſe perfectam anime ſapientiam/dum corpore vtitur: vt vn̄
orta ſit recognoſcat. Sic enim putat eam virtutes ipſas cō
ſcientia nobilitatis induere/quibus poſt corpus euecta eo
vnde deſcenderat reportetur. Sed hec expoſitio omnē peccandi
licentiam vulgo ſuggerebat ſm̄ ciuilem theologiam/
quando illos videbantur imitari/quorum infinita facinora
⁊ flagitia recitari in theatris audiebant. Ceterum demones
pleruq; p̄ferunt veritatem: ⁊ bene conſulunt hominibus:
nō ſponte ſed inuiti/neceſſitate coacti/videlicet a poteſtatibus
ſuperiorū ſanctorū vel angelorū vel dei: ſicut legimus
de illo demone in demoniaco habitante ⁊ ſermone
ab eo p̄latorū: quē beata Brigida interrogauit dicēs. Dic mihi
verbum dn̄i. Cui ſubito reſpondit diabolus per obſeſſum
audiente populo. Brigida time dn̄m: ⁊ timeberis ab
omnibus. Ama deū/⁊ amaberis ab omnibus. Nūqd diabolus
timoris ⁊ amoris dei pōt eſſe publicus voluntari⁹ predicator?
ſed coact⁹ hec dicebat ⁊ inuit⁹. Similiter quoties
in euangelijs vel legendis ſanctoꝝ legitur diabolum aliqđ
verbum protuliſſe ſalutis: coactus credendus eſt hoc feciſſe.
Nec ſolū in ſcripturis ſanctis: ſed ⁊ in hiſtorijs gentiliū
leguntur talia. Sic ergo credendum eſt Apollinem reſpondiſſe
non ſponte ſed inuite/quod ſciebat hominibus futurum
vtile. Aut ſpōte p̄tuliſſe verbum ambiguum quod nō
putabat in bonam partem id eſt in argumentum humilitatis
aſſumendum.

§. II. De vera expoſitione ⁊ p̄pria dicti verbi.

Nā videamus (ait Helinādus) vtilitatē ſermonis
prophetici ⁊ vere diuini/nō Delphici. Uiſitans (inq̄t
Job. v. Job) ſpeciem tuam nō peccabis. Duplex eſt enim ſpecies hominis:
q2 duplex eſt ipſe hō/iuxta teſtimoniū ap̄li dicentis.
ij. Cor. iiij. Et ſi is q̄ foris eſt noſter homo corrūpitur/tñ is qui interior
eſt renouat̄ de die in diē. Exterior hō corpus: interior animus.
In exteriori aūt ſpecie quatuor ſunt viſitanda / id eſt
frequentius meditanda vtilitas ſcil3 materie/dignitas forme/
Geñ. ij. penalitas vite: neceſſitas ruine. De prima eſt id Geñ.
Meta. Formauit deus hoiem de limo terre. De ſcđa id Ouidij.
mor. j. Pronaq; quum ſpectent animalia cetera terram:
Os homini ſublime dedit: celumq; videre
Job. v. Juſſit: ⁊ erectos ad ſydera tollere vultus.
De tertia id Job. Hō ad laborē naſcit̄ ⁊c. De q̄rta id Geñ.
Satyra Puluis es: ⁊ i puluerē reuerteris. Hinc eſt illud Ber. dictū.
iij. Unde ſuperbit homo: cuius conceptio culpa:
Naſci pena: labor vita: neceſſe mori?
Que latius explicat ſatyricus ille Perſius dicens.
Diſciteq; o miſeri: ⁊ cauſas cognoſcite rerum.
Quid ſumus: aut quidnam victuri gignimur: ordo
Quis datus: aut mēte ꝗ̄ mollis flexus: ⁊ vnde.
Hec aūt cōſideratio quadripartitū parit fructū. vtilitates
ſui: deſideriū celeſtis regni: charitatē dei/⁊ timorem iudicij
Primū p̄cedit de vtilitate materie ſc3 cōſiderata. Scđ3 de
dignitate forme mediata. Tertiū de penalitate vite ruminata.
Quartum de neceſſitate ruine examinata. Homo quidē
Job. xiiij natus de muliere repleť multis miſerijs/corporis ſcilicet ⁊
anime. Jdcirco oculos ad celum erectos habemus/vt p̄tem
p̄ta terra/celū deſideremus/⁊ vt deū p̄e oībus diligamus q̄
nos in tam eleganti forma compoſuit: ⁊ inter cetera aīalia
ſic ſpeciem humanā nobilitauit. Jdcirco Plato egit nature
gratias ꝙ homo natus eſſet: Erāt aliqñ fratres ſimul in
auditorio colloquentes. Quūq; aliquis ad ſocios diceret ſe
nihil aſpicere vnde nō edificaret: quidā ſatis promptulus
Lepida ad loquendū ait. Quid tibi confert ad edificationem bufo?
ratio. Et ille ſtatim inquit. Certe multū/q2 quū nihil meruiſſem
quare me deus magis hominem crearet ꝙ̄ bufonem: quoties
bufonem video: hoc beneficium a deo gratuitum ad
mentem refero: ⁊ ei gratias ago: ꝙ mihi nihil merito tam
execrabilem formam nō tribuit/ſed ſpeciem pulcherrimā
⁊ figuram regiam dedit. Deinde ⁊ hoc mihi confert bufonis
viſio/ꝙ quoties eum video forma tam horridum; natura
tam ſeuum: greſſu tam pigrum: veneno tam noxium: homini
tam inimicum: valde formido ne aſſimilatus ei in moribus:
pectore ⁊ ventre repens: aliquando quod auertat a
me deus) tradar his peſſimis vermibus deuorandus non
his terrenis qui cito cōteruntur: ſed his terribilibus in gehenna
⁊ de gehenna viuentibus: qui nunꝗ̄ moriuntur. Hoc
igitur ſapientiſſimo fratris reſponſo confuſus obiurgator
obticuit. Sola ergo humane forme dignitas vt cetera in
hominem beneficia diuina reticeantur magna in nobis eſt
diuine dilectionis occaſio. Penalitas aute3 vite que omnibus
communia eſt: magnam cauſam continet fraterne charitatis.
Nam (vt diſertiſſime ait quidam) quum calamitas
ſit querula: ⁊ felicitas ſit ſuperba: niſi mutuo miſeri eſſemus:
olim alius alteri eſſet faſtidioſus. Stultiſſimus autē
eſt: cui mortis neceſſitas timorem non infert iudicij. quum Heb. ix.
ſcriptum ſit. Statutū eſt oībus hominib⁹ ſemel mori. Hec
de exteriori ſpecie dicta ſunt. De interiori hominis ſpecie
nunc videamus. Hec duplex eſt: naturalis ſcil3 ⁊ arbitraria
ait idem Helinandus. Naturalis generalis eſt omnium: arbitraria
propria ſingulorum. Naturalis attenditur ſm̄ conditionem:
arbitraria ſm̄ voluntatē. Jn naturali quatuor
attendenda ſunt. ꝙ aīa rationalis eſt: ⁊ ꝙ immortalis: ꝙ inuiſibilis:
ꝙ illocalis. Prima cōſideratio prohibet hominem a
luxuria: ſcđa ab auaritia: tertia a iactantia: quarta ab inuidia
⁊ a qualibet fratris iniuria. Inter omnia monſtra humani
mundi nihil mihi videtur monſtroſius: ꝙ̄ ꝙ in quibuſdam
humanis corporibus brutos videmus animos ⁊ affectus
precellere beſtiales. Ariſtoteles enim ⁊ Saluſtius homines
gule ⁊ libidini deditos/nō inter holes: ſed inter alia
bruta dicūt numerādos. Quid hic dicūt holes chriſtiani
nomine ⁊ vita iumentini: q̄ in ſuo ſtercore cōputreſcūt?
Rationis aūt triplex eſt officiū: diſcernere/reprobare/⁊ eligere.
Diſcernere inter cōtraria: reprobare peiora: eligere
meliora. Primū officiū naturaliter habēt demones. ſecūdo
⁊ tertio p̄iuant̄: nō naturaliter quidē ſed voluntarie. Jgit̄
demonibus nō hoibus cōnumerandi ſunt: qui ſcienter eligentes
mala ⁊ reſpuentes bona: illo ſe p̄phetice pallio maledictionis
obuoluūt. Ue qui dicūt malū bonum ⁊c. Scđa
cōſideratio nos debet abſtinere facere ab auaritia. Nihil
enim longius a ratione: ꝙ̄ hoiem q̄ aīo immortalis eſt: eodem
animo mortalia immortaliter concupiſcere: quū oīno
neceſſe ſit cōcupita in primo a cōcupiſcente relinqui. Tertia
conſideratio nobis p̄ſuadere debet fugiendam eſſe iactantiam Eſaie. v.
⁊ oēm elationem ⁊ laudis amorē. Nam ꝙ animus
noſter inuiſibilis eſt: magno argumēto nobis eſt oīa a nobis
recte facta vel dicta inuiſibiliter quantū in nobis eſt:
⁊ in abſcondito eſſe facienda vel dicenda: vt pater noſter q̄
videt in abſcondito: reddat nobis. Alioquin grandis reuerſa
abuſio eſt: ⁊ vere magicis adequanda veſtigijs: authorem
abſconditum ⁊ inuiſibilem in ſuis recte factis vel dictis p̄
iactantie vitium ad humanos oculos foras exp̄oñari. Huic
vitio efficaciſſimum ⁊ celerrimum remedium eſt: ſi mens
noſtra frequentius viſitet mala ſua ꝙ̄ bona. Quarta vero
conſideratio: ſcilicet conſideratio interioris hominis/ ſcil3
q̄do anima illocaliter totu3 corpus vegetat: ſeq; in ſingulis
illius partibus totam donat: nullam a ſentiendi munere
relinquens expertem. Nonne mirabilis eſt quedā ad fraternam
incitatio ⁊ perſuaſio charitatem? Sic enim ampli⁹
pulcherrimo demonſtrauit exemplo/omne corpus quantelibet
congregationis vno et eodem ſpiritu debere vegetari:
quum dicit. Si patitur vnum membrum: compatiuntur j. co. xij.
omnia membra ⁊c. Quid hic dicunt detractores et inuidi:
qui omnem fratris honorem ſuam in honorationem reputant:
ſue demptu3 eſtimantes glorie quicquid aliene ceſſit:
quum potius econtrario exiſtimare debuiſſent ſue glorie
additum: quicquid aliene ceſſiſſet? Quid emularis pro meis
ait Moyſes? Quis det vt omnes prophetent? O infeliciſſimos
omnium mortalium: qui de ſola proximorum proſperantur
miſeria: et quibus ſola proſperitas fratrum aduerſatur. Nu. xj.
Hic eſt ille oculus nequam. Et vt Eſopo vel Auiano
credas: videbis qui ſibi alterum oculum velit erui: vt dū proximus
eius priuetur vtroq;. Et hec de naturali ſpecie hominis
interioris diximus. De alia ſpecie quam arbitrariam
vocamus videamus. Hec (inquit Helinandus) in hominis
arbitrio conſtituitur. Jdcirco et arbitraria nuncupatur:
quia ſm̄ arbitrij voluntatem attenditur. Jtaq; pulchritudo
eius conſiſtit in duobus: ſcilicet in volendo quod velle
deum ſcimus: et in nolendo quod deum nolle non dubitamus.
Nam (vt ait quidam ſanctus) voluntas dei regula eſt:
ad quam vtiq; voluntatem noſtram corrigere et dirigere
debemus. Deniq; pulchritudo anime ſanctitas eſt. Sanctitas
autem eſt affectio ſanctitate in ſancto propoſito cōſtās
et firma. Hec autem eſt gemina/videlicet odium ſanctu3 ⁊
amor

amoꝛ ſanctus: odiū mali/⁊ boni deſideriū. Et malū quidē
nihil eſt niſi peccatū ⁊ peccati occaſio: bonū vero nil eſt ni
ſi deus ⁊ dei imitatio. Pꝛia itaq; duo ſemper fugienda ſunt.
Secunda vero amplectenda. In his duobus affectionibus
Cātic.I. cōſiſtit cordis mūdicia: vnde dicit. Oculi tui columbarum
et.iiij. Columba quidē auis eſt valde timoroſa ⁊ amoroſa nimis
Hinc eſt illud poeticum. Timidiſſima turba columbe. Duo
igitur oculi columbarū nihil aliud ſunt: ꝙ ſanctus timoꝛ
⁊ ſanct⁹ amoꝛ. Hec de illo ſermōe noſtro excerpta ſufficiāt:
ꝙ Apollinis oraculum a Macrobio ⁊ alijs quibuſdā phi
loſophis male intellectū eſt. ¶ De hoc etiā oraculo epiſto
lam quandā ſcripſiſſe me memini ad Diogenē canonicū: cu⁹
hus partem in hoc loco inſerere curaui. Cognitio inquā ho
minis in eiſdē conſiſtit in quibus ⁊ cōpoſitio. Compoſitio
De co- autē in duobus vel ex duobus: anima ſcz ⁊ coꝛpoꝛe. Cogni
gnitiōe tio vero anime habetur ex ſuo exemplari: ad cuius imagi
aie. nē ⁊ ſimilitudinē facta eſt. Ut ergo cōuincamus Apollinē
fallacē: pꝛius cognoſcendus eſt deus: ꝙ homo. naturaliter
eīm pꝛius eſt idea ꝙ idos. pꝛius ſigillum ꝙ ſigillatū: exem-
plar ꝙ opus exemplatū. Deus ſpūs eſt: ⁊ anima ſimiliter.
Deus ſimplex eſt: ⁊ aīa. Deus immoꝛtalis eſt/⁊ aīa. Inuiſi-
bilis eſt deus: ⁊ aīa inuiſibilis. Deus vnus eſt in ſubſtātia
et trinus in perſonis: ⁊ anima vna eſt in ſubſtantia ⁊ trina
in potentijs. Deus ſubſtantialiter totus eſt vbiq;: aīa non
quidē vbiq;: ſed in coꝛpe ſuo ꝑ ſingulas partes tota diffun
ditur. Poſtremo deus rationalis eſt vel potius ratio: ani-
ma ſimiliter rationalis eſt. Ecce habes ſeptem ſimilitudi-
nes anime ad deum. quarū pꝛime ſex etiā brutoꝝ animab⁹
cōueniunt. Non eīm ſpūs brutoꝝ ſicut quidā mentiunt/coꝛ
poꝛeus eſt/ꝙuis ſit moꝛtalis: ſed incoꝛpoꝛeus. Sola autē
ſeptima ſimilitudo appropriatur anime humane omni: ſed
non ſoli. Uerum primarum ſex pꝛopꝛietatū cognitio mul
tum ei vtilitatis affert. Per hoc enim ꝙ anima humana co
gnoſcit ſe ſpiritū eſſe: cognoſcere pōt ⁊ aliā vitā ſpirituum
a vita carnis ſeparatam. Per hoc etiam poteſt cognoſcere
ſe magis ſm ſpiritum ꝙ ſm carnem ambulare debere. iu-
xta id. Spiritu ambulate ⁊c. In hoc autem ꝙ ſimplex ē: de-
monſtratur ꝙ ſimpliciter ambulare debet/⁊ omnem fuge-
Gal.v. re ſimulationem. Per hoc ꝙ immoꝛtalis eſt: cognoſcere po
teſt moꝛtalia fugienda ſibi gaudia ⁊ immoꝛtalia ſemꝑ ap-
petenda: ⁊ eadem ratione moꝛtalia non debere ſupplicia
metui: ſed immoꝛtalia. Per hoc autem ꝙ inuiſibilis eſt/co
gnoſcere poteſt ꝙ omne bonum quod agit in hoc ſeculo:
quantum in ſe eſt debet facere in abſcondito. Per hoc aūt
ꝙ vna eſt in ſubſtantia: ſcire debet quoniam ei ſemper reti
nenda eſt vna et eadem foꝛma innocētie et iuſtitie. qꝛ ſtul-
tus vt luna mutatur. Per hoc autem ꝙ trina eſt in poten-
tijs: innuitur ei ꝙ ſingularem non appetat poteſtatē. Sed
⁊ alius altioꝛ intellectus in hoc ternario demonſtrat̄. Ter-
narius enim numerus eſt habens ligaturam. Nam bina-
Eccſis. rius qui ſine medio eſt ſine vinculo eſt/⁊ ideo diuiſionem
xxvij. ſignificat. Ternarius aūt quia medium habet: concoꝛdie ⁊
coniunctionis eſt ſignum. Eſt enim impariū numeroꝝ
pꝛimus ⁊ totus impar. vnde quaſi totus concoꝛdia. Nam
quelibet eius pars inter duas reliquas media eſt. Quare
non immerito ſignat indiuiduam trinitatis ſubſtantiam
⁊ operationis inſeparabilem ⁊ indiſſolubilem charitatē.
Et quoniā oīs numerus impar vinculo quodam mediatio
Terna- nis ligatus eſt/ꝑ imparē numerū pacē ⁊ concoꝛdiam puto
rij ⁊ ipa ſignificaſſe vatē Mantuanum quum dixit. Numero deus
ris nūe impare gaudet: quod idē eſt ac ſi diceret. Deus pacem dili
ri ſigni git ac dilectionem: qꝛ ipſe pax ⁊ dilectio eſt. Igitur aīa per
ficatio. tres ſuas potentias ſibi tā firmiter tā naturaliter coheren
tes admonet̄ oēm diuiſionem ⁊ ſchiſma fugere: ⁊ ſeruare
vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Per hoc aūt ꝙ mēbꝛis oīb⁹
ex equo cōicat: admonet̄ homo omni ſuo pꝛoximo. i. omni
homini debite humanitatis obſequiū pꝛo ſuis viribus cō
municare debere. iuxta id. Omni petenti te tribue. Poſtre
Luc.vj mo rationalis eſt anima ſicut ⁊ deus: niſi ꝙ deus non tam
rationalis ꝙ ratio ipſa dicendus eſt. vnde Seneca. Deus
(inquit) totus eſt ratio. Per hanc aūt ſimilitudinē admo-
netur homo nō appetēda fugere: ⁊ fugienda nō appetere:
ſed inter vtraq; rationis oculo diſcernere/⁊ de diſcretis me
liora eligere. Inutiliter eīm precedit diſcretio inter bonū ⁊
malū: ⁊ bonū ⁊ melius: vel malū ⁊ peius: niſi melioꝛis ele-
ctio ⁊ peioꝛis reprobatio ſubſequat̄. Sic ⁊ inutiliter volū-
tas elegit q̄ prius eligenda ratio nō ꝓbauit. Electionē aūt
ſine diſcretionē habent iumenta. ⁊ diſcretionē ſine electio
ne habent demonia. Hoc eſt eīm in infernū deſcēdere viuen
tē. i. peccare ſcientē. Hoc eſt apertis oculis cadere ſicut Ba
laam cadebat. ⁊ ille qui dicebat. Uideo melioꝛa ꝓboq;: de-
terioꝛa ſequoꝛ. Deniq; ſicut in trinitate que de⁹ eſt: due ꝑ
ſone ꝓcedunt ab vna: ſic in trinitate potētiarū anime ira-
ſcibilitas ⁊ cōcupiſcibilitas ſemꝑ ex ratione debēt ꝓcede-
re: vt nihil fugiat illa: nihil appetat iſta: niſi qđ ratio fugiē
dum appetendūve dictauerit. Nam ſine ratiōe nihil aliud
eſt iſta vel illa: ꝙ furoꝛ ⁊ inſania. Igitur qđ eſt chamus aſi-
no: frenū equo: auriga curru: domitoꝛ leoni: hoc eſt ratio
ire ⁊ amoꝛi. Proinde neceſſe eſt vtramq; ferri in pꝛecipitiū
niſi vtriq; pꝛebeat ratio ducatum. Et hec dicta ſufficiant de
cognitione interioꝛis hominis.

§. III. Coꝛpoꝛis humani cogni- ij. Ma-cha.vij.

tio in duobus eſt: in materia ſcz ⁊ foꝛma. Cōplexionē autē
medicis relinquo. Materia enim de luto vel ceno eſt: de
celo vero foꝛma. vnde vnus ex ſeptē Machabeis ait. E ce-
lo iſta poſſideo. Foꝛmauit igit̄ deus hoīem de limo terre.
Foꝛmato ergo hoīe iuſſit illius foꝛmā in celū reſpicere: vt
ſciret in celo foꝛmatoꝛem ſuū habitare. Ex his autem duo-
bus trahit homo neceſſitatē duplicē: de foꝛma vt ſanctus
ſit: de materia vt humilis ſit. Hec aūt foꝛma humana inter
omnes foꝛmas animaliū ab ipſa mūdi creatione lz ſemꝑ
excelleret: tamē ⁊ ex incarnatione verbi/⁊ ex foꝛma hoīs a
deo aſſumpti/longe maioꝛis dignitatis excellentiam acqui Eph.ij.
ſiuit. Neq; eīm fruſtra iſtā charitatē qua dilexit nos deus:
nimiā appellauit apl's: ſed ꝑ certo intellexit ꝙ tantū bene
ficium ſicut nulla mundane iuſtitie magnitudo pꝛomereri
poterat: ſic nulla ponderare eſtimatio vel ponderatio po-
terit. Melius eīm eſtimat deuotio noſtra ꝙ ratiocinatioꝛ
grām actio ꝙ diſputatio. Faciliuſq; comparat paupertas
ſpūs ꝙ quilibet diuitiarū aceruus. Ante incarnationē ver
bi ſimilis erat deo ſolū hoīs foꝛma interioꝛ: ſed ab incarna
tione verbi dei facta eſt foꝛma dei iſta quoq; foꝛma homi-
nis exterioꝛ. Igit̄ ad oēm ſerpētis ſuggeſtionem cogitare
debemus huius foꝛme duplicis vnitā dignitatem: et mox
pudebit nos vel turpe aliquid cogitaſſe. Dignioꝛ eſt enim
foꝛma vtraq;: ꝙ vt eā turpi beſtie confoꝛmetur. Sane vero
de vtraq; dici pōt immo etiā debet: id egregium dictum.
Non facit ad moꝛes tam bona foꝛma malos.
Alioqn q̄d paſſurū putas ſupplicij: q̄ dehoneſtauit foꝛmam
dei? Pōt naūt humani coꝛpoꝛis cognitio alia colligi ratione.
Tria quidē in humano coꝛpoꝛe cōſiderāda ſunt: oꝛigo ſoꝛ-
dida: vita miſera: moꝛs neceſſaria. i. ex neceſſitate ꝯtigēs.
Homo eīm noſter exterioꝛ de immūdo ſemine cōceptus/eſt
ad laboꝛem natus ⁊ velit nolit moriturus. Clamat nobis
certiſſima moꝛs: ſed hoꝛa moꝛtis incertiſſima. Moꝛtē enī
conſtat ſemper ad oīm pendere oculos: ⁊ ideo ſemꝑ haben-
dam ab hoībus pꝛe oculis ſemperq; meditandā ſicut ſcri- Eccſia.
ptum eſt. Memoꝛare nouiſſima tua. In huius aūt medita vij.
tione Plato ⁊ Pythagoras ⁊ Baſilius noſter chꝛiſtianoꝝ
philoſophus ſapientiam poſuerūt. Ad hec aūt tria pōt re-
ferri illa deſcriptio hoīs a quodā ſapiente reſponſa queren
ti quid eſt homo? Uile (inqt) ſperma: vas ſtercoꝝ: eſca ver-
mium. Uile ſperma fuit in cōceptu: vas ſtercoꝝ in reliquo
vite curſu: cibus vermiū erit in occaſu. Ego autē dico nō
ſolum poſt moꝛtē: ſed etiam ante moꝛtē eſca vermiū eſt oīs
homo. Quāuis enim veſtem mutet ⁊ remutet: non tamen
oībus modis carere poteſt moꝛſibus tinearū: vel pulicum
vel alioꝝ huiuſmodi. Quid ergo pꝛofuit Neroni: ꝙ nullam
veſtem bis induit: aut Hilarioni qđ obfuit: ꝙ cilicium nū-
ꝙ mutauit. Locus iſte fabulā expoſcit. Audi ergo fabulā
verūtamē nō fabulā: ſed rem geſtā de tuo Helinādo. Phi-
lippus Bellouacenſis eꝑs hoſpitatus eſt aliqū apud nos
non vt quidam/decoꝛationis cauſa ſed deuotionis. Iā enī
oꝛdinis noſtri cōmunis hoſpitalitas plures inuenit qui eā
deuoꝛent: ꝙ ſingularis ſanctitas qui eam honoꝛēt. Precē-
pit autē mihi prefatus eꝑs vt cum faceret miſſam matuti-
nalem audire. Ad quē quum die craſtina miſſa iam cantatā
veniſſem: inueni eū adhuc doꝛmientem: ⁊ nullus de familia
ſua vel ex familiaribus ſuis eū excitare pꝛeſumebat. Ego
autem acceſſi ꝓpius: ⁊ quaſi iocando excitaui eū dicēs. Iā
diu eſt ꝙ paſſeres ſurrexerunt ad benedicendū domino/et
adhuc pontifices noſtri ſtertūt in cubili ſuo? Ad quam vo-
cem expergefactus ille ⁊ confuſus indignanter aduerſum
me ꝙ tam libere eum arguiſſem ſtomachās ait. Uade hinc
miſer ⁊ interfice pediculos tuos. Ego autem modum illius
conuertens in iocum continuo reſpondi. Uide tu pater/ne
vermes tui te interficiant/ego enim vermes meos iam in-
terfeci. Scito ergo hanc eſſe differentiam inter vermes pau ij. Ma-
perum ⁊ vermes diuitum. vermes diuitū diuites occidūt: cha.ix.
vermes pauperum a pauperibus occidūtur. Lege Macha- Act.xij.
beoꝛum ⁊ Joſephi ⁊ Actuum apoſtoloꝛum libꝛos/et inue-
nies reges potentiſſimos Antiochum et Herodem Agrip-
pam a vermibus conſumptos. qua ratione ſimul ⁊ autho-
ritate oppreſſus ille obmutuit. Hec de cognitione ſui ſcri-
pſi (inquit Helinandus) ne putetur vera cognitio hominis

haberi poſſe ex ſubdola ſpiritus immundi ſententia: ſed de ſola ſpiritusſancti doctrina ſalutari. Si autem de eadẽ cognitione perfectiorem tractatum cupis agnoſcere: lege moralia beati Gregorij de ipſo ſancti ſpiritus ore profuſa: teſte Petro diacono: qui columbam vidit ad aures Gregorij verba que ſcriberet ſuggerentem. Lege quoqꝫ pulcherrimum librum beati Bernardi de conſideratione ad Eugenium papam: ex cuius nobiliſſimo ſtilo ⁊ ſententia ſere pluſqꝫ humanis poteris agnoſcere nõ ſolum quid ſit homo: ſed etiam quid ſit deus: poterisqꝫ intelligere authorem illius libri ſapientiorem fuiſſe ipſo Apolline: eloquentiorem Demoſthene: ſubtiliorem Ariſtotele: moraliorem Socrate: diſcretiorem Platone. Hec dicta ſunt pro eo qđ Macrobius ad probandas animas e celo lapſas / inducit authoritatem reſponſi delphici / Gnothi ſe auton. Et hanc eſſe hominis agnitionem ſui dicit: ſi ex ordia prima reſpexerit: et ex cõſcientia ſue nobilis originis virtutes inducat: quibus vnde deſcenderat eo reaſcendat. Eodem loco accipienda eſt Virgilij authoritas de heroibus: quos apud inferos relegauit: quos dicit noſſe ſolem ſuum ⁊ ſua ſydera: qui etiam res ſeniores quas viui exercuerãt: eos poſt mortem exercere teſtatur dicens.

Laudes libri Bernardi.

Que gratia currum
Armorumqꝫ fuit viuis: que cura nitentis
Paſcere equos: eadem ſequitur tellure repoſtos. Ene. vj.

Hinc autem falſitas opinionis / vel opinio ſanctitatis: inde niſi fallor ſumpſit initium: qꝫ anime defunctorum peccatorum ſuorum penas luentes multe apparere ſolẽt in eo habitu in quo prius vixerãt: id eſt ruſtici in ruſticano: militis in militari: ſicut vulgus aſſerere ſolet de familia Hellequini de qua Henricus Aurelianẽſis epiſcopus noſtri Bellouacenſis epiſcopi frater referre ſolebat rem valde mirabilem: quam ipſe audierat ab illo qui viderat: ſcilicet Joanne Arelianenſis eccleſie canonico. Dicebat enim Joannes iſte loquens de hac re ad prefatum epiſcopum. Buchardus archidiaconus cognomento de Piſaco iturus erat Romam. Rogauit autẽ me vt quendã clericũ Natalẽ nomine domus mee oeconomũ ei ſocium darem: qꝛ cautus erat in rei familiaris cuſtodia: bonus diſpẽſator et prudẽs ⁊ fidelis quod rariſſime in diſpenſatoribus inuenitur. Volebat autẽ idẽ Burchardus hunc habere ſocium itineris ſui non tam qꝫ eũ diligeret: qꝫ qꝛ pecunie ſue vt auariſſimus valde timeret. Ego autem tam nobili perſone ⁊ archidiacono meo non potui negare. Precepit ergo Natali clerico vt cũ eo iret: et ei tãqꝫ mihi in omnibus obediret. Quod ille inuitus annuit: timens mores Buchardi: cuius auaritiã non ignorabat. Inieramus autem fedus quoddam ſecretiſſimum ego et Natalis / qꝫ alter ex duobus nobis qui prius moreretur: intra dies. xxx. ſi poſſet ad ſocium ſuum rediret nihil ei in apparitione ſua terroris incutiens: ſed blãde illum cõmonefaciens: ⁊ de ſtatu ſuo certificans. Cum autem iam prope Romam eſſet: accidit quodam die vt prefatus Buchardus cum Natale clerico rationẽ poneret de quotidianis expenſis / et de magna ſumma minutatim ſingulos nummos et obolos exigeret: quo ⁊ in quos vſus abiiſſent. Natalis autem qui tam minutas rationes reddere mihi non conſueuerat: quippe cui ego tãqꝫ mihi credebam: iratus aduerſus virum nobilem ſordidiſſime prouidẽtie: quũ in reddẽda ratione deficeret / ſe (quod auditu quoqꝫ horrẽdum eſt) demonibus commendauit. Eodem autẽ die quũ quandã aquam tranſuaderẽt ſcilicet Buchardus ⁊ Natalis / idem Natalis ſubmerſus eſt. Sequenti vero nocte proxima quum in lecto meo quieſcerem vigilans: ⁊ coram me lumen fulgeret in lampade: quia in nocte ſemper cõſueui tenebras horreſcere: ecce Natalis clericus meus ante me adſtitit: capa indutus pluuiali ſicut mihi videbatur pulcherrima coloris plumbei. Ego autem nihil omnino territus / ⁊ eũ optime recognoſcens / cepi quaſi gratulans de tam maturo eius reditu tranſalpino / ad eum dicere. Natalis bene veneritis. Nunquid iam rediit archidiaconus? Non inquit domine: ſed ego ſoluo redij iuxta conſtitutum. Mortuus ſum enim. Nolite timere. Ego quidem nullum timorem vobis inferã: ſꝫ precor vt ſuccurratis mihi. Ego enĩ in magnis tormentis ſum. Cur inquam? Satis honeſte vixiſti apud me Domine (inquit) verum eſt. Bene (inquit) mihi eſſet / niſi hodie ſubita preuentus ira me demonibus commendaſſem. Rogo autem vos / vt quoſcunqꝫ poteritis moneatis vt hoc nunqꝫ faciant. Qui enim ſe commendat demonibus / dat eis poteſtatem ſuper ſe / ſicut et ego miſerrimus feci / vnde poteſtatẽ habuerunt ſuper me vt me ſtatim ſubmergerent. Et propter hoc ſolum torqueor. Nam bene cõfeſſus eram de omnibus peccatis meis: ⁊ in nullum recidiuam. Tunc ego. Quomodo inquam tam pulchram capam habetis ſi eſtis in tormẽtis? Domine (inquit) hec capa que vobis tam pulchra videtur: ponderoſior ẽ mihi et grauior quam turris Parmenſis ſi mihi ſuperpoſita eſſet. Pulchritudo autem iſta eſt ſpes venie: quam habeo propter confeſſionem quam feci: ſi tamen mihi ſuccurratur. Cui ego. Certe inquam / vobis ſuccurram quantum potero. Sed obſecro vt dicatis mihi an eſtis deputatus in illa militia quam dicunt Hellequini. Et ille. Non domine. militia illa iam nõ vadit: ſed nuper ire deſijt: quia penitentiam ſuam peregit. Corrupte autem dictus eſt Helliquinus pro Carliquinus. Fuit enim Carolus quintus: qui peccatorum ſuorum longam egit penitentiam / ⁊ nuper tandem per interceſſionem beati Dionyſij liberatus ẽ. Sed rogo vos vt miſereamini mei: Et hec dicens cum fletu euanuit. Hec idcirco dixi inquit Helinandus, vt per hoc eluceſcat vnde ſumpſit exordium Virgilianus error de animabus defunctorum: quas heroas appellat: dicens eos habere eandem curam equorum curruum et armorũ poſt mortem: quam habebãt dum viuebãt. de qua re certiſſimum referebat exemplũ patruus meus Hellebãdus Henrici quondã Remenſis archiepiſcopi cubicularius. dicebat enĩ. Dominus meus archiepiſcopus mittebat me apud Attrebatũ. dum autẽ quadã die circa meridiem quoddam nemus appropinquaſſemus egoqꝫ ⁊ famulus meus qui me precedebat celerius equitans vt mihi prepararet hoſpitium: audiuit ille tumultum magnũ in nemore: quaſi multiplices ⁊ varios equorum fremitus / armorum ſonitus / ⁊ velut voces multitudinis impetu proruentis in bellũ. Expauefactus ergo ipſe ⁊ equus eius cõtinuo regreſſus eſt ad me. A quo quum quererẽ quare reuerteretur: reſpõdit. Equus meus nec fuſte nec calcaribus etiã cogi põt vt procedat: ego etiam ipſe adeo territus ſum: vt omnino procedere non audeã. Mira enĩ vidi ⁊ audiui. Nemus enĩ iſtud demonibus ⁊ defunctorum animabus plenum eſt. Audiui autem eos clamare et dicere. Jam habemus prepoſitum de Area / in proximo habebimus archiepiſcopum Remenſem. Ad quod ego reſpõdi. Signum crucis in frontibus imprimamus ⁊ ſecuri procedamus. Cum ergo proceſſiſſemus: ⁊ ad nemus perueniſſemus: iam in breui pertranſiſſemus: ⁊ tamen voces quaſdã cõfuſas audiuimus: et fragores armorum ⁊ equorum fremitus: ſed nec vmbras videre nec voces intelligere potui. Cum autẽ rediiſſemus: iam inuenimus eum in extremis: nec poſt has voces. xv. diebus ſuperuixit. vnde conijcitur ab illis ſpiritibus raptus a quibus audituſ fuerat eũ rapiendum. Hinc apparet quales equi ſunt illi ſuper quos aliquando anime defunctorum videntur equitare. Sunt enĩ demones ſe in equos transformãtes. equorum ſeſſores ſunt anime miſerrime peccatis onerate tãqꝫ armis quibuſdã et clypeis onuſte iuxta id propheticũ. Deſcẽderunt in infernũ cũ armis ſuis. i. cum membris ſuis que fecerunt in vita arma iniquitatis peccatori nolentes ea facere arma iuſtitie deo. Certũ eſt enĩ equũ animal eſſe ſuperbum ⁊ contumax: cõtentioſis et belli cupidis ferventẽ ad coitũ et in libidine prepotentem. Demones igitur in equos transformati oſtendunt ſeſſores ſuos talibus ſceleribus ſe oblectaſſe. ❡ Talis equus erat ille quem monſtrauit carbonarius comiti cuidam Niuernenſi. Erat enĩ carbonarius iſte vir pauper in ſeculo: ſed diues in deo: religioſus ⁊ timens dñm. ob quod familiaris erat etiã predicto comiti. Hic dũ nocte quadam vigilaret et cuſtodiret foueam ſuam carbonificam acriter incenſam: ecce quedam femina nuda currens apparuit: ⁊ poſt eã eques quidam equo nigro inſidens euaginato gladio velociter equitans: vt fugientem apprehẽderet mulierẽ: que dum fugiens foſſam circuiret cõprehenſa ẽ ab eo: ⁊ perfoſſa gladio: ⁊ ſtatim facta quaſi mortua: quã ille proiecit in ignẽ: ⁊ exuſtam rurſus extraxit: ⁊ poſuit ante ſe ſuper equum ⁊ abijt. Hec autẽ viſio pluribus noctibus illi oſtẽſa eſt. Cum ergo quadã die de huiuſmodi viſione tã frequenti nimis anxius cogitaret: ſic cogitabundus et triſtis obuiauit comiti. Miratus comes traxit eum ad partẽ et ſecrete quęſiuit ab eo quid haberet: dicẽs. Si quis tibi fecit iniuriam vel moleſtiam aliquam: ne celaueris a me: ego enĩ te bene vindicabo. Et ſi in egeſtate es / ego tibi ſuccurram. Qui reſpondit. Nihil neceſſe habeo de nullo conqueror: ſꝫ hoc et hoc vidi. ⁊ vtinã vos vidiſſetis. Certe (inquit comes) tecum vadã: et videbo viſionẽ hanc magnã. Igitur comes cõfitetur omnia peccata ſua: mutat habitum: et aſſumit ſecum carbonarium. Abijtqꝫ cum eo ſolus in ſyluam. Et quũ vigilarent: circa mediam noctem audiuit quendam buccinantem fortiter: et ſignauit ſe per totum. Et ecce miſera illa mulier accurrens nuda ſicut prius cepit foſſam fugiens circumire: quam ille eques inſequens et cõprehendens gladio peremit: et in ignem proiecit: ⁊ iterum reſumpſit. Que ſuper equum ante ſe poſita quum fugere vellet: comes adiurauit eũ in nomine dñi: vt ſtaret ⁊ diceret quis eſſet: ⁊ cur hec faceret. Tunc ille ſubſiſtens ait. Ego ſum veſter ille miles

De familia Hellequini narratio ſtupenda.

In eos qui ſe cacodemonibus deuouẽt.

Caroli quinti penitentia.

Aliud exemplum.

Aliud exemplũ.

Et hec

Et hec eſt mulier illa nobilis: vxor illius militis quem pro
amore meo interfeci: vt licentius meo cōcubitu frueref
et frequentius. Et in hoc peccato mortui ſumus: niſi ꝙ heu
ſero in ipſa morte penituimus. Tunc tale tormentum pati
tur: ꝙ ſingulis noctibus a me interficitur et comburitur.
Tantum em̄ dolorem patitur in ictu gladij quo eam ferio/
quantū nullus vnꝗ in morte ſua paſſus eſt: ⁊ multo maio-
rem in combuſtione. Ad quem comes. Quis eſt (inquit) il-
le equus ſuper quē ſederis? Reſpōdit ille: diabolus eſt: qui
nos ineffabili vexatione torquet. Poſſet ne vobis (ait co-
mes) aliquis ſuccurrere? Poſſet inꝗt: ſi vos faceretis in cū
Matiſ- ctis congregationibus que vobis ſubiecte ſunt orare pro
conēſis nobis: et a preſbyteris miſſas celebrari: et pſalmos a cleri
comes a cis decantari. ¶ Talis equus erat ille ſuper quem aſcen-
demōe raptus. dit infelix ille comes Matiſconenſis. de quo refert Petrꝰ
abbas Cluniacenſis in libro miraculorum: ꝙ cum quadam
die ſolēni ille Matiſcone in proprio palatio redderet mu
ris militibus diuerſi ordinis cōſtipatus: repente ignotus
hō inſidens equo per oſtium palatij ingreſſus / cunctis vi-
dentibus ⁊ admirantibus vſꝗ ad ipſum peruenit dicens ſe
velle ei colloqui: imperās ei vt ſurgeret ⁊ ſequeretur. Qui
inuiſibili potentie non valens reſiſtere / ſurrexit: ⁊ vſꝗ ad
oſtium domus pceſſit: vbi equū paratū inuenit: quē iuſſus
ſtatim aſcendere. Cuius habenas ille accipiens qui ppter
illum venerat: velociſſimo curſu per aera cunctis aſpicien
tibus ferre cepit. Ille autem miſerabiliter clamans. Suc-
currite ciues ſuccurrite: totam ciuitatē cōmouit. Oēs aūt
eum currentē per aera conſpexerunt: ꝗdiu naturali oculo-
rū acie potuerunt. Sic tandē ſubtractus viſibus hoim fa
ctus eſt eternus ſocius demoniorum.

§. IIII. Idē de fomentis libidinis ſubtrahendis.

Vis extinguere libidinem? Pone inimi
citias inter te ⁊ mulierem. Sufficiat tibi a ſerpēte deceptā
te hactenus decepiſſe. Noli dare ſanguiſuge ſanguinem ad
ſugendum: ſed auelle eam a cute velit nolit etiam ſemiple
nam. Vis extinguere libidinem? Amoue ligna de igne: et ſi
Fomē- ſtridet incendium. Que ſunt (inquis) ligna que nō ſunt in-
ta libidi ſtruenda in ignem huiuſmodi hominis noxij? Innumera
nis que bilia quidem ſunt: pauca tamen ex eis quibus ⁊ cetera poſ
ſint. ſis cognoſcere dinumerabo. Iſta ſunt ergo.

Ocia: ſegnities: ſomnus et femina: vinum:
Proſpitas: ludus: carmina: forma: puer. De pmo habes.
Ocia corpus alunt: animus ꝗ paſcitur illis. Et Lucanus.
Variam dant ocia mentem.

Et quidā de nr̄is. In deſiderijs eſt oīs ocioſus. Et regula
illa Bādicti ait. Ocioſitas inimica eſt aīe. Et ꝗdā de fratribꝰ.
Nūꝗ te inueniat diabolꝰ ocioſum. De ſcḋa habes verſus.

Queritur Egiſtus quare ſit factus adulter.
In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.

De tertio eſt illud apud Catonis Ethica.

Plus vigila ſemp nec ſomno deditus eſto:
Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.

Deniꝗ illa prima duo ſemper tertiū comitanf. Nemo enī
pōt eſſe ſomnolētus: ꝗn ſit ocioſus ⁊ deſidioſus. De quar-
to ait apl's. Bonū eſt nō māducare carnē. et caro nō pdeſt
ꝗcꝗ. De ꝗnto qr infinita ſunt exēpla: ſufficit ponere etymo
logiā nois. Mulier (inquit) Varro dicitur a mollicie: quaſi
mollier. Iſtud mollier intelligendū eſt dupliciter. i. actiue
⁊ paſſiue. tāꝗ ſi diceretur mollibilis. i. facilis ad molliēdū:
vt cito molliat ⁊ cito molliaf. Nolo autē te ignorare ꝙ mal
leus etiā dicif a molliendo: eo ꝙ ferrum molliat. Ferreas
mētes (ait Hieronymꝰ) ipſa libido domat. Et Claudianꝰ.
Ferrea laſciuis molleſcunt corda ſagittis.

Vides ergo quō cōueniāt rationes etymologiarū cū ratio
nibus naturarū. Quid nō mollit malleus? Quid non mol-
lit mulier? Mulier igif eſt malleus. Vere mulier malleus
eſt vniuerſe terre: per quā diabolus ⁊ mollit ⁊ malleat vni
uerſam terrā. Quō nō cauiſti tibi ab hoc malleo? Nōne il-
le eſt malleus: ꝗ tui maſſam corporis vſꝗ ad plūbeas exter
minauit vel extenuauit laminas? immo etiam ꝗ aſſidue cu
dendo ſuper te ſuā de te fecit incudē? Si ergo vis fugere ab
hoc malleo: exi de fornace ferrea Babylonis: niſi forte tam
magni ⁊ tam grauis mallei tonſiones aſſiduas non formi-
das: ꝗ cōtra pprietates aliorū malleorū nihil glutinare po-
teſt: ſoluere nil nouit: ſed cūcta cōfringit: tota cōminuit: diſ-
ſoluit vniuerſa. Redi ergo: redi ad crucē dn̄i baiulandā: et
noli partē tuā ponere cū pilato ꝗ malleator interpretaf
Tranſeamus autem ad cetera viciorū irritamenta. Vinum
quod poſui poſt feminā: vt eſt illud apoſtoli. Vino in quo
Ephe. v eſt luxuria nolite inebriari. Poeta.

Et Venus in vinis: ⁊ ignis in igne furit.

Unde Hieronymus eleganter ait. Vinum in adoleſcentia
bibere eſt oleum camino addere / et gladium veneno. ¶ De
proſperitate legis apud Ouidium.

Luxuriant animi rebus plerūꝗ ſecundis.
Non facile eſt equa commoda mente capi.

Unde Auguſti. de Salomone. Scḋe res ꝗ ſapientum aios
fatigāt: plus obfuerūt Salomoni: ꝗ pfuerit ipſa ſapiētia:
etiā tunc laudabilis: ⁊ nunc longe lateꝗ memorabilis. Et
ipſe Salomon in Prouer. ait. Proſperitas ſtultoꝝ eos per
det. vnde ⁊ Iuuenalis.

Prima peregrinos obſcena pecunia mores
Intulit: ⁊ turpi fregerunt ſecula luxu Diuitie molles.

Sicut aūt pſperitas attrahit ad pctm̄: ſic plerūꝗ aduerſi-
tas retrahit a pctō. Hinc ⁊ Greg. Aliqñ nos mūdus retra-
xit a deo: nūc aūt tot calamitatibꝰ plenus eſt / vt nos mittat
ad deū. Ecce em̄ oīa ſicut pmiſerat per pphetam. Sepiui
vias tuas ſpinis: vt ſemitas tuas nō inuenires: ⁊ poſt ama
tores tuos nō curreres. Quomodo ergo nō dicis. Vadā et Oſee. ij
ad virum meū priorē reuertar: qr bene mihi tūc erat meliꝰ
ꝙ nūc. Quare nō cōuenis diabolū de cōuentione quā tecū
iniit: ⁊ de federe qō tecū pcuſſit: et pponis ei hanc diffīcti
uam. Aut mihi da diuitias ⁊ voluptates quas pepigiſti te
daturū ſi tibi ſeruirē: aut abi ad talē dn̄ꝫ ꝗ eas mihi dabit
nō ſolum ad ſacietatē ſed etiā ad cumulū? O ꝗ conuenien
tiſſime h̄ ei pponeres. iſta em̄ pmitit nō ſolū tibi: ſꝫ cuili-
bet eiꝰ dn̄io ſubmittere ſe volēti. iuxta idē. Hec oīa tibi da mat. iiij
borū cadens in terrā adoraueris me. Ecce tu cadēs in ter-
ram adoraſti: ⁊ adorans cecidiſti. Aliter em̄ nō adoraf: niſi
cadēdo / cui nō ſeruitur niſi peccando. Ad qō tibi pmiſerat
nō dedit. Mentitꝰ eſt ergo. Quid putabas eum vera poſſe Io. viij.
dicere? Nōne mēdax eſt ⁊ pater eiꝰ ⁊ ab initio i veritate nō
ſtetit? Quomodo huiꝰ dn̄i / ſedi regis / exactoris ſeuiſſimi /
intolerabilem toleras ſeruitutem? Miror tamen vehemē-
ter vnde tibi ſuppetant ſeruitutis expenſe.

Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem.
Non habes vnde tuum paſcas furibunde furorem.

Conſidera em̄ ꝙ ex quo huic dn̄o ſeruire cepiſti nunꝗ tibi
proſpere ceſſit: ſed receſſit omnis proſperitas: ſucceſſit ad-
uerſitas: acceſſit calamitas: ⁊ infelicitas quoꝗ modū exceſſit
Nunc collige breuiter ꝗ infelix ei ſeruias.

Pauper / egenus / inops / pallens / exanguis / inanis.
Ere / cibo / requie / frigore / peſte / fame.

O oneroſa ſeruitus. o amara ſubiectio. ſeruire ſcꝫ ⁊ egere
famulari / ⁊ tribulari / humiliari / ⁊ cōculcari. Deus bone ꝗd
amarius: quid oneroſius paupertate plena peccatis plenis
paupertie? Audi ergo conſiliū meum: et falle qui te fefellit.
mentire ei qui tibi mentitus eſt. Deſine ei ſeruire: qui non
ſolum ſicut promiſerat tibi non ſeruit: ſed etiam contra te
ſeuit. ſic ars deluditur arte. Sequitur de ludo. i quo nomi
ne ait Helinandus / intelligo omnem iocum. Eſt autē oīs
iocus fomes libidinis. vnde ⁊ Venꝰ dicitur ioc oſa. de qua
ſic ludit ille ſuus familiaris.

Non ſolet in meſtos illa venire toros.

Poſt ludum poſui carmina. in quo omne melos muſicum Eſaie. v.
cōprehēdo: ſiue fiat inſtrumento ſiue humana voce. vnde
Eſaias. Cithara ⁊ lyra et tympanū ⁊ tibia ⁊ vinum in con
uiuijs veſtris: ⁊ opus dn̄i non reſpicitis. Quomodo enim
opus dn̄i. i. veritatis reſpiciatur: a quibus tot opera vani-
tatis nō ſolum aſpiciuntur: ſed etiā exercenf? Et Ouidiꝰ.
Multis pro forma vox ſua blanda fuit.

Aiunt philoſophi nihil potentius eſſe ad eneruandū ani-
mum ꝗ lenocinium melodie. Unde et quidā demones il-
la capiuntur. Sicut dicitur de Saule arreptitio et Dauid
cithariſta. ſcꝫ ꝙ ille melius ſe habebat quando pſallebat.
Et Apollini Delphico inuēti ſunt ludi muſici. Et ille opti-
mus muſicus ⁊ theologus et poeta ⁊ cithariſta Orpheus
ſuam libidinem citharizando proſecutus eſt vſꝗ ad infer-
num. In huius rei verum argumentum accipe / ꝙ difficile
inuenitur aliquis leuis vocis et grauis vite: quippe quum
vocis leuitas cantum deſideret / at vite grauitas planctū.
vidi infinitos tā viros ꝗ feminas tanto peioris vite: quā-
to melioris vocis. Sed noſtris parcam temporibus. Nero
prodeat in medium: de quo ait Suetoniꝰ in libro de vitis
Ceſarum. ꝙ adeo delectabatur in cantando: vt nec in repē
tino terre motu ante cantare deſiſteret: ꝗ cepta finiret. Re
fert etiam eum multoties ſupinū iacere ſoleret: et pectori
ſuo plumbeam laminam ſuperponere: ea cauſa videlicet vo-
cis conſeruande ⁊ abſtinere a pomis ⁊ cibis officiētibus: et
nūꝗ aliquē aduocaret: niſi aut per aliū aut voce ſubmiſſa.
Unde dictum eſt illud apud Iuuenalē. Vox blanda ⁊ ne-
quam digitus habet. Ecce inuenimus hominē vocis blan
diſſime ⁊ vite peſſime. Et quoniam exemplorū ſuperabū-
dat copia: pergamus ad alia. Sequitur de forma quā ſem-
per duo pericula comitantur, ⁊ illa eadē que ⁊ vocē blan-

dam:ſcꝫ ſuperbia ⁊ laſciuia.vnde Ouidi⁹ in libro faſtorum.
Faſtus ineſt pulchris:ſequiturq́ ſuperbia formam.
Et Iuuenalis.
Rara eſt concordia forme Atq́ pudicitie.
Et iterum Ouidius.
Lis eſt cum forma magna pudicitie.
Nec oſ̃no dona nature:ſed curioſitatē et vanitatem: quas
indiuiduas ⁊ quaſi etiam naturales ſecum ducit comites.
Sequitur de puero:quem etiam peccati fomitem appella-
ui:ideſt ea conſideratione qua ⁊ mulierem. Quantum enī
periculi ſexus affert in muliere:tantum etas in puero. de
illo ait Uarro ſic. Mulier quaſi mollier. De iſto puero Na
ſo inquit. Eſt etas mollis. De illa Uirgilius. Uarium ⁊ mu
tabile ſemper Femina. De iſto Horatius. Cereus in vitium
flecti. Periculoſa enim eſt etas pueri:periculoſior ſocietas
periculoſiſſima vero familiaritas. Unde legitur in vitis pa
trum non habendā eſſe familiaritatem cum femina ⁊ pue-
ro:⁊ additur vel heretico. Hec itaq́ omnia ſunt incitamen
ta vitiorum. Hec ſunt irritamenta voluptatis et tormenta
caſtitatis. Hoc oleo/hac ſtupa/hac pice/his malleolis/incē
ditur fornax Babylonis. Uis ergo fugere voluptatis incē
dium.fuge predicta vt eius fomentum.

§.V. Sꝫ quo fugies a facie iſto

rum? Totum circumſpice mūdum. Ubiq́ diabolus hamum
peccati aliquo fomite delectationis ineſcat. Fugiēdus eſt
ergo mundus:vt eius concupiſcentie fugiantur. Alioquin
ſi in mundo remanere volueris:nec abſciſſis manibus/nec
truncatis pedibus/nec effoſſis oculis/eo ꝙ ſcandalizaue-
rint te:ſcandalo non carebis. Querendus eſt ergo locus
non tam corporibus ꝙ̃ moribus ſaluber. Et quis locus ad
hoc idoneus:niſi clauſtrum ⁊ ſolitudo:vbi par includitur:
Prouer. honeſtas clauditur:excluditur voluptas:ſecluditur libido
xxi. de quo loco ſcriptum eſt. Melius eſt ſedere in angulo do-
mus:ꝙ̃ cum muliere linguoſa vel rixoſa. Angulus eſt con-
cors habitatio clauſtralium:in qua ipſi clauſtrales de di-
uerſis generibus hominum tāꝗ̃ de diuerſis partibus con-
currentes et habitantes vnius moris in domo:vnitatē ſpi
ritus ſeruantes in vinculo pacis felici diſcunt experientia
illud. Ecce ꝙ̃ bonum ⁊ ꝙ̃ iocundum ⁊c. Mulier vero liti-
gioſa:vel ad literam/omnis mulier eſt vel ipſa caro vel vi-
ta muliebris:vel ſocietas cū amatoribus mollis vite. Quāli
bet horum ſemper rixam mouet ſpiritualibus viris. O ꝙ̃
conuenienter Rixandis/vt dicitur/appellata eſt illa capti-
ua. O mulier que te captiuum trahit. Ipſa enim diabolus
Rixoal qui dicitur Rixoaldus/quia ſemper rixam alit. Nam ⁊ hoc
dus no- nomen legitur proprium cuiuſdam demonis eſſe. Fuge er-
men de go frater dilectiſſime:fuge rixam quam tibi mouet Rixoal
monis. dus iſte:⁊ redi ad clauſtrum tuum locum pacis et quietis:
amatorem ſilentij:rixeq́ perſecutorem. Redi frater:⁊ redi a
mundano circuitu:in quo impij ambulant:quem leo ſem-
per rugiens circuit querens quem deuoret. Redi ad clau-
ſtralem tetragonum:vbi mirabiliter fabricante prudentia
i.pet.v. colūne iuſtitie:⁊ per baſes fortitudinis cemento temperā-
tie firmiſſime ſolidate/ſpei epiſtylia infatigabiliter ſuſtinē
tes/⁊ per interualla diſcretionis ſeriatim diſpoſite charita
tis latera:ideſt latitudinem in humilitatis angulos pul-
cherrimam ſtabiliunt quadraturā:arridente in medio te-
tragoni ad cumulum decoris prato diuinarum ſcripturaꝝ.
Unde lamentationes ⁊ ve:de carmine nihil ad te. Carmen
enim debetur illis quorum in cordibus cantatur domino:⁊
pſallitur ſpiritu:mēte iubilatur:⁊ quorum operatio chri-
ſto citharizat:organizat cogitatio:pſalterizat oratio:deuo
tio lyrizat. Nihil enī tibi ⁊ carmini. Non enī tibi cantare cā
ticum dn̄i in terra aliena. Nihil tibi ⁊ aue:qui non mutas
nomen eue. Nihil tibi ⁊ ſalue qui non ſaluas commendato/
dum mandata non ſeruas. Dum non paras te ad iudicium:
non comparas auxilium aduocati tui chriſti. Sed ſaluato-
Pſalm. ri tuo crucem reparas ſecundam:mortiſq́ tibi preparas ſe
xxxvi. cunde cruciatum. Nil tibi et vale:qui non viuis niſi male:
qui valere non affectas:dum penitere detractas. Tu ergo
anima mea fratri meo expectanti modicum in ſeculo ni-
mium in peccato/manda remenda lamentatiōes ⁊ ve. Per-
luſtrata nāq́ cum omni ſolicitudine materie preſentis to-
ta multitudine:nil inuenire potui quod mitterem pro cri-
mine:ſed plenus amaritudine/plen⁹ anxietate/quod ſcripſi
ſcripſi ſanus. An nō ſano miſſa nugatoria eſt? Miſſa vero
in vita ſuperflua. Deniq́ quid prodeſt alicui ſalus deſtina
ta illa:cui nulla ſalus grata? Plane fruſtra quis ſalutatur
a quo ſalus non optatur. Quis dabit aquam capiti meo/
Hier.ix. aut oculis meis fontem lachrymarum:vt copioſe lugeam
dignum fratris mei interitum? Iuſtus ſiquidem tu es do-
mine ſi diſputem tecum:verūtamen iuſta loquar ad te:nō
tanꝗ̃ diſputans tecum:ſed tanꝗ̃ cōputans tecum:que me-
cum ſupputo ac fratri meo imputo: Adhuc enim frater me⁹
mendicat ſiliquas porcorum in regione illa in qua fames
oritur/nec moritur:vbi egeſtas incipit/nec deficit. Nec re-
cordatur infelix quanti nō ſolū filij:ſed ⁊ mercenarij in do-
mo patris ſui abundēt:ipſe vero nec dolore cōuincitur:nec
rubore cōfunditur:ꝙ fame pereat:ꝙ ſiti torreat ⁊ labore
fatigetur ⁊ ſeruitute prematur. Et o ꝙ̃ facili tranſitu hec
oīa tranſiret duobus tantū paſſibus a tam graui exilio re
ſiliret:quorū primo reuerteretur ad ſe:ad te vero pater al-
tero cōuerteretur. Iuſſiſti mihi vt nō ſolum euꝫ ſed ⁊ quē-
libet proximum meum diligam quantuꝫ meipſuꝫ:ſed quis
mihi proximior fratre meo. Nūꝗ̃ ergo totus ſuꝫ vbi abeſt
frater meus.dimidium eſt anime mee. Nōne ergo iubes
eum domine diligi in tota aīa? Quomodo ergo tota anima
mea te diliget?

¶ De Gratiano compilatore Decreti:⁊ diſtin-
ctione ſummaria eiuſdem libri. Capitulum.vi.

Circa iſta tēpora fuerunt

tres ſolēnes viri valde ſtudioſi: qui compoſue- Gratia-
runt libros multum vtiles eccleſie dei:ſcꝫ Gratia nus.
nus monachus Claſſenſis/qui compoſuit decretum. et ma Petrus
giſter Petrus Lombardus ep̄s Pariſienſis:qui compilauit Lōbar-
librum ſententiarum. ⁊ Petrus qui dictus eſt Comeſtor:q̄ dus et
fecit hiſtoriam ſcholaſticam. Et a quibuſdam predicatur in Petrus
populis ꝙ fuerint Germani ex adulterio nati. Quorum ma come-
ter quum in extremis peccatū ſuū confiteretur:⁊ confeſſor ſtor.
redargueret crimē perpetratum adulterij:q̄ valde graue
eſſet:et ideo multum deberet dolere ⁊ penitentiam agere:
reſpondit illa. Pater ſcio ꝙ adulteriū pctm̄ magnū eſt:ſed
conſiderans quantū bonū ſecutū eſt:quū iſti filij ſint lumi
na magna in eccleſia:ego nō valeo penitere. Et cōfeſſor ad
eā. Qđ tui filij ſint notabiles viri:et opa vtilia fecerunt ec-
cleſie dei:nō ex te ſed ex dono dei eſt. ex te aūt adulterium
crimen magnū:et de hoc doleas. ⁊ ſi nō habes illū dolorem
quantū exigit tantum pctm̄:de hoc tn̄ doleas ꝙ nō potes
dolere. Sed de hoc pōt dici id. Exēpla ponimus: non ꝙ ita
ſit:ſed vt ſe ſciant addiſcentes. Non enī reperitur authēti
cum.immo nec fuerunt contemporanei/etſi vicini tempore.
Gratianus enim fuit ante alios duos. Nam vt dicit Hugo
in gloſ.ij.q.vi.§. Forma appellationis. Gratianus librum
decretorum edidit Alexandro tertio papa tunc legē te:ſ Bo-
nonie in theologia:et Iacobo in legibus:qui Alexander
creat⁹ fuit papa anno domini milleſimo.cl. Magiſter autē
Petrus Lombardus qui fecit librum ſententiarum:fuit ꝗ-
dem tempore Frederici primi imperatoris et eiuſdem Ale-
xandri pape:ſed non Germanus eius.nec de more eſt duos
germanos eodem nomine vocari:ſcilicet Petrus Compo-
ſuit igitur decretum vir venerabilis Gratianus monachus
in ciuitate Bononie vt dicitur. quem librum intitulauit/
Concordiam diſcordantium canonum. librum vtiq́ pluri-
mum vtilem ad predicandum/ſermocinandum/et conſulen
dum:precipue in foro conſcientie. fundamentum iuris ca-
nonici. Quamuis prius aliqui fecerunt compilationes ca- decretū
nonum:vt Idorus ⁊ Iuo Carnotenſis/tamen alijs reiectis Bono
hoc ſolum eſt in vſu. Et incipit Humanum genus duobus nie com
regitur:naturali videlicet iure ⁊ moribus. Primus gloſſa- poſitū.
tor eius ſeu commentator fuit Hugo ſeu Huguitio. Secun
dus qui gloſſauit fuit Ioannes Teutonicus ⁊ iſta eſt gloſ-
ſa communis in textu. Apparatum autem nobilem ſuper
ipſum ſine textu fecit archidiaconus:qui dicitur roſarium
decreti.

§.I. Quantuꝫ aūt ad materiam

⁊ formam:liber idem diuiditur in tres partes. Quartuꝫ pri-
ma continet centum ⁊ vnam diſtinctiones:et quelibet ha-
bet ſua capitula ⁊.§. Secunda continet trigintaſex cauſas:
quarum quelibet continet queſtiones plures:habētes ca.
⁊.§. Sed ⁊ de huiuſmodi ſecunde partis qōne tertia.xxxiij.
cauſe continetur tractatus de penitentia habens.vij.diſtin
ctiones. Tertio pars cōtinet quinq́ diſtinctiones:⁊ intitu-
latur de conſecratione. In prima parte agitur de diuerſis
iuribus/ſcilicet naturali/ciuili/canonico:⁊ conſuetudine.
⁊ de origine eorum:⁊ adinuicem comparatione. et de con-
ditione legis/cauſa/effectu/firmitate/⁊ abrogatiōe:vſq́ ad
diſtinctionem.xv. Exinde vſq́ ad.xxv.de concilijs generali
bus ⁊ particularibus. ⁊ de doctrinis authenticis eccleſie
per vetus et nouum teſtamentum:ſcilicet decretis:decreta
libus epiſtolis:⁊ opuſculis ſanctorū doctorum/ac de apo-
cryphis ⁊ dubijs. Item de ordinibus ⁊ dignitatibus eccle-
ſie:⁊ officijs eorum:⁊ examinatiōe ordinandorum. A.xxv.
diſtinc.vſq́ ad.l.excluſiue de cōditionibus virtuoſis quas
debent

debent habere clerici: quas deſcribit apoſtolus. j. Timot. iij. ibi. Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine: vnius vxoris virum: ſobrium: prudentem ornatum/non vinolentum hoſpitalem/pudicum: doctorem: non cupidum: non litigioſus domui ſue bene prepoſitum: non neophitum. Et ſuper verbo/ Sine crimine: ponit quadruplicem acceptionem criminis. ibi que ſint mortalia ⁊ que venialia per exempla declarat. Super verbo/ Unius vxoris virum: agit de cõtinentia clericoꝝ varia inter Grecos ⁊ Latinos: q2 Greci etiã in ſacris vtũtur matrimonio contracto ante ordines ſacros ſuſceptos/non autẽ Latini hoc poſſunt facere. Sed nec Grecis nec Latinis licet contrahere in ſacris. Sobrium. ibi de abſtinentia clericorum in cibis ⁊ de ludo ꝓhibito. Prudentem. ibi de peritie ſcientiarum ſecularium. ⁊ vtrum ſit licitum ſtudere in eis. ⁊ de peritia ſecularium negotiorum. In diſtinctione. l. de lapſis et diſpenſationibus ⁊ quibuſdam irregularibus. vt homicidij/bigamie: ſolẽniter penitentiũ. In. lj. diſtinctione de curialibus. In diſtinctione. lij. de ordinatis per ſaltum. In diſtinc. liij. de obligatis ad ratiocinia. In diſt. liiij. de ſeruis non ordinãdis. In diſt. lv. de corpore vitiatis. In diſt. lvj. de illegitimis. In diſt. lvij. de baptizatis in infirmitate. In diſt. lviij. de religioſis non ordinãdis ſine conſenſu ſuperioris ſui. Qꝺ non ſunt aſſumendi ad ordinem vel dignitates eccleſie niſi idonei ⁊ bene exercitati in clero. diſt. lix. ⁊. lx. ⁊. lxj. ⁊. lxij. In. lxiij. ꝙ laici non habent intereſſe electioni clericorũ. A. lxiij. vſq3 ad. lxxiiij. diſtinc. a quibus debeant epiſcopi conſecrari: ⁊ archiepiſcopi et alij clerici ordinari. Et de clericis peregrinis ⁊ de literis eorum teſtimonialibus. In. lxxiiij. diſtinc. ꝙ muti non ordinentur A. lxxv. vſq3 ad. lxxxj. de temporibus ordinationum: et etate ordinandorum/⁊ loco ordinationum: ⁊ de electione ſummi pontificis. Ab. lxxxj. vſq3 ad. xcj. diſtin. iterum tractat de virtutibus illis quas notat apoſtolus ad Timo. de quibus ſupra dixit: ſed ſm alias expoſitionẽ. In. xcj. ⁊. xcij. ⁊. xciij. diſtin. de diuinis officijs e clericis cõcẽdis. A. xciij. vſq3 ad finem. diſtin. de obedientie inferiorum ad ſuperiores: et ꝙ laici nil habent diſponere de eccleſiaſticis rebus: ⁊ de pallio archiepiſcoporum.

§. II. Secunda ps principalis

decreti vt dictũ eſt continet cauſas. xxxvj. Et in prima agitur de ſimonia que committitur pro ſpiritualibus: ſcilicet p ordinibus ⁊ alijs ſacramẽtis/vel pro eccleſijs/prebendis vel dignitatibus ⁊ pro ingreſſu monaſteriorum. ⁊ de pena eorum. et incidenter de ſacramentis hereticorum: ſcilicet vtrum ſint vera. Et habet ſeptem queſtiones. ⁊ in principio ponit caſum vnde dicte queſtiones eliciunt ⁊ ſic ſit in principio omnium aliarum cauſarũ. In prima queſtione queritur vtrum ſit peccatum emere ſpiritualia. Et dicendum ꝙ ſic: quia peccatum ſimonie quod grauiter punitur: quia in ordinibus et beneficijs priuantur eis ⁊ vſu eorum. et dicuntur heretici large tamen. Unde ⁊ ibi de ſacramentis hereticorum vtrum ſint vera. Et dicendum ꝙ ſic in forma eccleſie confecta: ſed carent effectu. ſ. gratie in ſcienter ſuſcipientibus ab eis. In ſcđa queritur an pro ingreſſu monaſterij poſſit pecunia exigi. Et dicẽdum ꝙ nõ: q2 ſimonia. In tertia q: ſi ſit ſimoniacũ emere prebendas eccleſie. Et dicendum ꝙ ſic: In quarta vtrum vt ſimoniacus cenſeatur: pro quo eo ignorãte propter ingreſſum eius in monaſterium vel recipiẽdo ordinẽ vel beneficiũ detur pecunia ordinatori vel collatori e conſanguineis vel amicis. Et dicendũ ꝙ ſic. ⁊ ibi de ignorantia diffuſe: quando imputatur ad peccatũ. In quinta queritur an liceat ei tenere eccleſiã: vel vti ordine: quem paterna pecunia recepit eo neſciẽte. Et dicẽdũ ꝙ non abſq3 diſpenſatione. In ſexta an ordinati a ſimoniaco ignorantes eum talem ſint ſuſpenſi ordinibus ſuis. Et dicendũ ꝙ ſic. In ſeptima vtrum renũtiãs hereſi vel ſimonie ſit recipiẽdus in ordine ſuo vel beneficio. Et dicendũ ꝙ ſic ex diſpenſatione. Et ibi prolixe de cauſa diſpenſationis.

¶ Secunda cauſa tractat de ordine iudiciario: ⁊ h3 octo queſtiones. ⁊ in prima queritur an in notorijs requiritur ordo iudiciarius. Secũdo queritur an ſpoliatus ſit reſtituẽdus antequam iudicetur. Tertio qua pena feriatur deficiẽs in accuſatione vel teſtificatiõe. Quarto de numero teſtium. Quinto de purgatiõe in cauſe infamie. Sexto de appellationib⁹. Septimo an laici ſint admittẽdi in accuſatiõe clericoꝝ et quales. Octauo an in ſcriptis d3 fieri accuſatio.

¶ Tertia cauſa etiã agit de iudicijs. Et p̃mo queritur an reſtitutio ſit facienda generaliter oĩbus expoliatis. Scđo de iudicijs dandis: an ante reſtitutionẽ aute vocationem. Tertio quãto tp̃e ſint dande. Quarto an infames ſint admittendi an accuſationẽ. Quinto an teſtes ſint producendi de domo accuſatorum: ⁊ an inimici ſint audiendi. Sexto an extra prouinciam ſit reus producendus in iudicium. Septimo ſi iudex ſit malus et eodem crimine irretitus: an poſſit licite iudicare: et an teneat ſententia eius. Octauo an epiſcopus poteſt ab vno ſolum iudicari et condemnari. Nono an accuſatores vel teſtes poſſint vocem accuſationis vel teſtificationis ferre in abſentem. Decimo an deficiẽtes in primo capite ſint audiẽdi in ſequẽtibus. Undecimo an accuſato liceat accuſationẽ vertere in accuſatores.

¶ Quarta cauſa etiã tractat de iudicialib⁹ et p̃cipue de teſtibus. Et primo ꝙ excõicati nõ admittũtur ad accuſationẽ vel teſtimoniũ: nec Iudei: nec pagani. Secunda ⁊ tertia q̃ſtione habetur: qui repelluntur ab accuſatione vel teſtificatione: q2 multa genera perſonarum. Quarto non põt q̃s ſimul eſſe accuſator/iudex/vel teſtis. Quinto ꝙ ſtatuto termino vocatus ad iudicium nõ veniẽs/ex cõtumacia excõicatur. Sexto ꝙ qui deficit in accuſatiõe epiſcoporum: nõ admittitur ad accuſationem niſi in cauſa propria.

¶ Quinta cauſa de iudicialib⁹. Et p̃mo de faciẽtib⁹ libellos famoſos qua pene puniant. Scđo quoties q̃s ſit vocãdus ad cauſam antequam condẽnet per ſniam. Tertio an per ꝓcuratorẽ cauſam ſuam q̃s agere valeat: q̃ non põt p ſe. Quarto an abſq3 ſynodali audiẽtia ep̃s poſſit dãnari ⁊ ſine cõſenſu pape. Quinto ꝙ nõ eſt iudicãdus inimicus eius q̃ ex zelo iuſtitie crimẽ alterius indicat in iudicio vel extra. Sexto ꝙ calũnioſe accuſans ſuſtinet penam talionis: quã ſcilicet merebatur accuſatus ⁊ conuictus.

¶ Sexta cauſa etiam de iudicialibus. Et primo an crimine irretiti vel infames admittanẽ ad accuſationẽ. Et ꝙ criminoſi prohibentur ab accuſatione: ⁊ ꝙ non debent fieri detractiones precipue erga prelatos ſuos. Secundus ſi ep̃s voluerit accuſationẽ vertere in accuſatorem: an ſit ſimplici eius aſſertioni credendum. Et dicitur ꝙ non. Tertio ꝙ non licet expetere iudiciũ archiepiſcopi alterius prouincie Quarto quãdo iudices ꝓuincie in iudicio diſcordant: cui⁹ ſit iudicium expetendum. Quinto ꝙ deficiente accuſatore reus nõ eſt cogẽdus ad probationẽ ſue innocẽtie. ⁊ hoc niſi adhuc laboraret infamia: quia cogitur ad purgationem.

¶ Septima cauſe habet in prima queſtione ꝙ nullus viuẽte ep̃o poteſt ſuperordinari: niſi ille culpa ſua fuiſſet depoſitus. Et quicunq3 alius ſubintrat: eſt intruſ⁹ ⁊ latro: ⁊ debet expelli. Et de diuerſis cauſis trãſit⁹ ab vnius eccleſie poſſeſſione ad aliam licita ⁊ illicita. Et an tp̃e perſecutionis liceat paſtori deſerere gregem ſuum. Scđa q̃ſtio continet ꝙ qui renũtiauit ſua ſponte eccleſie: non poteſt eas repetere.

¶ Octaua cauſa habet quinq3 queſtiones. Et prima continet ꝙ nõ l3 epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorem: nec alteri p̃lato eccleſie. Scđa ꝙ amicoꝝ patrocinia p preces ⁊ alios modos non debent preualere in electionibus. Tertia an ſit cẽſendus ſimoniacus: qui poſt electionẽ iurat canonicis q̃dã obſeruare. nam ante electionem hoc agere eſſet ſimoniacum. Quarta an liceat clericis ab ep̃o ſuo vel alijs prelatis ſuis criminoſis ab obedientia eius diſcedere ante ſententiam latam contra eum. Et dicitur ꝙ non. Quinta ꝙ ep̃o vocato a papa accuſato non l3 diſcedere ⁊ ad eccleſiam ſuam reuerti abſq3 literis apoſtolicis.

¶ Nona cauſa habet tres q̃ones. Et in prima habetur ꝙ eoꝝ qui ſunt ordinati ab excõicatis hereticis ordinatio nõ poteſt haberi rata: ita ꝙ exequantur officia ordinũ ſuorum abſq3 diſpenſatiõe pape. Scđo ꝙ non l3 ep̃o/archiep̃o/primati/vel patriarche ordinare clericos alterius ep̃atus ſine literis ꝓprij ep̃i. Tertio ꝙ archiep̃s clericos ſuffraganei ſui illo incõſulto condẽnare vel condẽnatos abſoluere ſine cõſenſu ei⁹ non põt: niſi efficeret̃ de foro illius ratiõe delicti ibi ꝑpetrati. Et ꝙ facta pape ſolum deũ iudicẽ hñt.

¶ Decima cauſa habet tres queſtiones: quarũ prima continet ꝙ omnes eccleſie ⁊ loca pia ſunt ſub gubernatione ep̃i ⁊ bona earum. Et ꝙ ipſi per ſingulos annos debent viſitare eccleſias ſuarũ dioceſium: ⁊ perquirere de conuerſatiõe clericorum: ⁊ quomodo ſe habeãt circa ſacramẽta ⁊ diuina officia: nõ tñ grauare eccleſias expẽſis nimijs. Et ipſi⁹ et clericorum ſunt oblatiões: ⁊ nõ laicorũ. Secũda continet ꝙ quis facultates eccleſie dicanẽ eſſe in poteſtate ep̃i: hoc eſt intelligendum quantum ad diſpenſationem debitam: non quantũ ad diſtrahendũ/dilapidandũ/vel vſurpandũ. Tertia q̃d ep̃s poſſit petere annuatim noĩe cathedratici: l quo ſtatur conſuetudini locorum.

¶ Undecima cauſa ad iudicialia pertinẽs: h3 tres queſtiones: quarum prima multa cõtinet. Et primo ⁊ principaliter ꝙ clerici in cauſis criminalib⁹ et etiã ciuilibus nõ ſunt trahẽdi ad iudices ſeculares: ſ3 eccleſiaſticos ſicut et laici iudicãdi ſunt a iudicib⁹ ſuis ſecularibus/nõ eccl'iaſticis: et hoc niſi in cauſis ſpũalibus: vt matrimonialibus: et cauſis eccleſiaſticis: vt vſuris/ſacrilegijs/et hm̃õi. ibi de conſpira-

tionibus ⁊ cōiurationibus. Scdō queritur qua pena ſit dignus: q̄ trahit clericū ad iudiciū ſeculare. Tertia qō multa cōtinet ꝙ excōicati debent ab oībus euitari. ſ. quum ſunt denūtiati vel notorie excōicati. Et de publicatiōe. ſ. quo ad deum per peccatū mortale: quo ad hoies per ſententias hominis vel canonis. Qō ſentētia excōicationis maioris etiā iniuſta eſt timēda ⁊ ſeruāda. Et participans cum hmōi poteſt excōicari. Et pro quibus cauſis poteſt ferri excōmunicatio maior. Item ꝙ infamie falſe ſunt patiēter ferēde. Et tamē cum māſuetudine oſtēdere et probare debet innocentiam ſuā iniuſte infamat⁹. Itē ꝙ ſentētia aliquādo eſt iniuſta ex animo ferētis: aliqñ ex cauſa: aliqñ ex ordine: aliqñ ex his oībus: et qd agendū in ſingulis horum. Item quō corrūpitur veritas iudicij: odio/amore/cupiditate ⁊ timore. Qō iniuſta ſentētia ligat ꝓferentē quo ad deuz. Deinde de ſententia precepti ⁊ obediētia ⁊ in quibus obediendū eſt. Que perſone poſſunt participare cum excōicatis abſq3 hoc ꝙ incurrant minorem excōicationem.

¶ Duodecima cauſa eſt de clericis precipue ſecularibus ⁊ habet q̄nq3 queſtiones. Quaꝝ prima eſt vtrū clerici poſſint habere proprium. Et dicendū ꝙ ſic. Arguit tñ Gratianus pro et cōtra plixe: et determinat: ſed nō plene. Scdā ꝙ res eccleſie immobiles nō poſſunt alienari niſi certis caſibus ⁊ cū certa ſolēnitate: alias nō valet alienatio. Et mobiles vt fructus ⁊ oblatiōes/quō debēt diſtribui in quatuor partes. Tertia quid fieri debeat de rebus quas clerici acquirunt poſt ordinationē ſuam in eccleſijs: vtrū. ſ. poſſint de eis dare ⁊ legare ad placitū. Quarta eſt de ſuis. ſ. patrimonialib⁹ vel per induſtriā acq̄ſitis ⁊ de bonis eccleſie aliquid emerit vel acquiſierit: quō ſit de eo diſponendū. Quinto vtrum liceat clericis condere teſtamentū. Et dicendum ꝙ ſic de rebus proprijs: nō aūt de rebus eccleſie. Et ab inteſtato ſuccedunt propinqui in rebus proprijs clericorum.

¶ Decimatertia cauſa habet duas queſtiones. Quarum in prima queritur cui eccleſie debeat dari decime an eccleſie vbi ſunt ſite poſſeſſiones: an vbi audiuntur diuina et recipiuntur ſacramenta. Et in qua debeat ſepeliri quum. ſ. non elegit ſepulturā. nam ſi elegit: in illa ſepelitur. Secūdo q̄ritur an ius percipiēdi decimas ⁊ ſepeliēdi poſſit ꝑſcriptiōe tolli. Ubi adnectitur materia de ſepulturis: vbi magis eligenda. Et ꝙ non debet pro ea pecunia exigi. Et legata ꝓ ſalute anime non debēt differri ad faciendū ea. Et de ſuffragijs mortuorū: que ſint. ⁊ quot modis fiant: ⁊ de varijs officijs pro eis. Et ꝙ nō ſunt lugendi mortui: ſcz inordinate. Et an ſciant mortui que hic fiunt.

¶ Decimaquarta cauſa potiſſimum eſt de vſuris: et habet ſex queſtiones. In prima queritur an clericis licet repetere ſua in iudicio. Et dicendum ꝙ ſic. Secūdo an clerici vel canonici vel religioſi alicui⁹ eccleſie poſſint recipi i teſtes in huiuſmodi cauſis. Et dicendum ꝙ ſic. Tertio queritur vtrum emolumentum tēporale recipere pro mutuo/ſit vſura. Et dicendum ꝙ ſic. Quarto ꝙ nulli licet clerico vel laico vſuras exigere: nec turpia lucra ſectari. Quinto an ex vſuris poſſint fieri eleemoſyne. Et dicendum ꝙ ſi inueniūtur hi a quibus ſunt extorte: vel heredes: non. ſed illis ſunt reddende. Sed ſi non inueniunt: tunc de eis faciende ſunt eleemoſyne. Sed de alijs male acq̄ſitis vbi ſcilicet nō competit repetitio: faciende ſunt eleemoſyne. Sexto querit an vſurarij poſſint agere vere penitentiam non reſtituendo. Et dicendum ꝙ non: ſi poſſunt reſtituere. Et idem de alijs male oblatis.

¶ Decimaquinta cauſa habet octo q̄ſtiones. Quarū prima queritur an q̄ fiunt mente omnino alienata: imputētur ad culpam. ⁊ dicendū ꝙ nō. vt q̄ fiunt a furioſis/phreneticis/pueris nō habētibus vſum rationis. Et ibi multa pulchra quomodo peccatum non fit abſq3 conſenſu voluntatis directo vel indirecto. Secundo queritur an pro officio aduocationis vel procurationis liceat clericis aliquid exigere. Et dicendum ꝙ ſic in cauſis eccleſiaſticis quia in ſecularibus non licet aduocare illis: niſi pro aliquib⁹. Tertio vtrū ex mulieris confeſſiōe de fornicatione cōtra clericum poſſit ipſe condēnari. Et dicēdū ꝙ nō: tum q2 nō creditur ſocio turpitudinis in iudicio in hmōi: tum q2 mulier non admittitur in cauſa criminali contra clericos: niſi in exceptis criminibus. Quarto vtrū diebus dñicis et ꝓcipuis feſtis cauſe ſint ventilande. Et dicendū ꝙ nō: nec valeret proceſſus in iudicio ordinario. Quinto vtrū ſit indicēda purgatio accuſato de crimine qō non ꝓbant ſufficiēter accuſator et teſtes. Et dicendum ꝙ ſi adhuc laborat infamia indicenda eſt ei purgatio per iuramētū: alias nō. Sexto an cōfeſſio accuſati de crimine quum negat: ſi ſit cruciatibus extorquēda. Et definitur ꝙ quum precedit infamia: ⁊ iudex habet ſufficientia ad hmōi iudicia: poteſt. alias nō. Septimo vtrū ep̄s abſq3 ſynodali audiētia valeat ſacerdotē condemnare. Et dicendū ꝙ olim nō: nūc pōt ſolus cōdēnare ⁊ priuare bñficijs: vt habet cōſuetudo: ſed nō deponere ſolēniter. Octaua an ſacerdos propter peccatū quod cōmiſit añ ordinationē: poſtea in iudicio vocatus/conuictus de eo vel ſponte confeſſus in iure: poſſit deponi ſeu priuari officijs ⁊ beneficijs. Et dicendū ꝙ ſi eſt tale pctm̄ quod inducit depoſitionem: vt inceſtus: adulterium manifeſtum/ſimonia/homicidiū/ſodomiticum pctm̄ ⁊ hmōi: tūc pōt deponi: et puniri: niſi cum eo fuerit diſpenſatum per eum qui poteſt.

¶ Decimaſexta cauſa habet ſeptem queſtiones. In quarū prima queritur vtrum monachi poſſint celebrare officia populis: ⁊ ſacramenta miniſtrare: predicare: ⁊ huiuſmodi. Et dic ꝙ non: niſi ſint curati: vel habeāt hoc ex priuilegio vel licentia epiſcoporum ⁊ ſuorum abbatum. Et curam habentes ⁊ bñficia ſecularia/obſeruare debent regulas ſuas Et ꝙ decime ab omnibus ſunt ſoluēde. Secundo queritur ſi monachi habeant capellas: an capellani ſint inſtituendi in eis ab epiſcopo an a monachis. Et dicendum ꝙ ſi pleno iure pertineant ad monachos: ab eis inſtituentur: aliter ab epiſcopo. vel ſm̄ pacta et conſuetudinem. Tertio an iura eccleſiarum preſcriptione tollantur. Et dicendu3 ꝙ ſic. vbi diffuſe de preſcriptionibus et tempore earum. Quarto q̄ritur an monaſteria poſſint preſcribere contra eccleſias. Et dicendum ꝙ ſic: ſed ſpatio. xl. annorum. ſicut eccleſie cōtra ipſa ⁊ non minori tempore. Quinto an rectores eccleſiarū vel monaſteriorū authoritate propria poſſint capere que debentur eis. Et dicendum ꝙ non: ſed authoritate iudicis. Sexto an ſi quis authoritate ſua que ſibi debentur vſurpat: ⁊ non per officium iudicis repoſcit: cadat a cauſa: ⁊ vel quomodo puniatur. Septima queſtio continet ꝙ nullus clericus/prelatus/abbas/vel epiſcopus debet recipere eccleſiam de manu laicorum etiam principum quum de talibus non habeant poteſtatem diſponendi. Et ibi de decimis ſoluendis etiam perſonarum: ſcilicet ex lucris. Ubi etiam de patronis quid ſpectet ad eos: quia defendere bona earū non capere vel alienare.

¶ Decimaſeptima cauſa eſt de voto ⁊ ſacrilegio. hꝫ quatuor queſtiones. Quarum prima eſt vtrum liceat diſcedere a voto precipue religionis. Et dicendū ꝙ non ſine diſpēſatione. Secunda eſt vtrum eccleſia vel beneficium ſit reddendum ei qui libera voluntate renuntiauit: vt intraret religionem. Et dicendum ꝙ non. Secus ſi non reſignauit: ⁊ ante profeſſionem egreditur religionem. Tertio ſi ſe et ſua dedit monaſterio: an liceat abbati dare ei licentiam ad ſeculum redire. Et dicendum ꝙ non poſt profeſſionem. Sed nec etiaꝫ ante profeſſionē expreſſam: ſi intrauit animo perſeuerandi ad finem: quia nec tali licet egredi. Cogere tamen non poteſt abbas ad remanendum. Sed ſi intrauit animo probandi: poteſt exire: ſi non eſt profeſſus. Quarto an tali q̄ dedit ſe ⁊ ſua: recedenti a monaſterio ſint reddēda ſua. Et dicendum ꝙ non. Poſſet tamen hoc fieri ad tollendū ſcandalum: ſi dubitaretur de machinatione alicuius mali contra monaſterium per illum. Ibi etiam agitur diffuſe de ſacrilegio triplici: videlicet erga res eccleſie: vel erga loca ſacra religioſa: violando immunitatem earū: vel erga perſonas eccleſiaſticas: inijciendo manus in eas violentas: ⁊ de penis horum ſacrilegorum.

¶ Decimaoctaua cauſa eſt de monachis: et hꝫ duas q̄ſtiones. Prima continet ꝙ ſi religioſus fiat ep̄s quicquid acquiſiuit anteq̄ eſſet ep̄s pertinet ad monaſteriū. Qō autem acquiſiuit poſtea: ſiue per induſtriā: ſiue per ſucceſſionē hereditariā: eſt eccleſie ſue cathedralis. Scdā q̄ſtio eſt an in monaſterijs ſit eligendus abbas per epiſcopū an per capitulū ſeu monachos. Et dicendū ꝙ per monachos. Ibi quales debent eſſe abbates q̄ eliguntur. Nec debet preponi monachus aliquis: niſi de conſenſu epiſcopi. Nec fieri dꝫ monaſterium duplex: ſcz virorum et mulierum. nec prope adinuicem eſſe debent monaſteria virorū et mulierū: nec ſumere domeſticitatem vel ſepe accedere. nec ſolum ad colloquium nec femine ⁊ canonice regulares. Et ꝙ epiſcopus poteſt ſibi ſubiecta monaſteria viſitare quum viderit expedire: ſꝫ ſine grauamine ⁊ monaſteria antiqua ⁊ conſueta ſeruitia ep̄o vel eccleſijs non negare.

¶ Decimanona cauſa habet tres queſtiōes de religioſis. Et prima an ep̄s debeat ꝑmittere clericū dimittere eccleſiā ſuā ⁊ ingredi monaſteriū. Et dicendū ꝙ ſic. Scdō an ſi noluerit ep̄s tali dare licentiā: eo inuito poſſit intrare religionem. Et dicendū ꝙ ſic. nec vacat bñficiū illud ante profeſſionē: niſi ille renūtiet. Tertio vtrū ex ſtatu canonicorū regularium poſſit tranſire ad ſtatū monachorū. Et ibi ꝙ monachi poſt profeſſionem nō poſſunt facere teſtamentū.

¶ Uiceſima cauſa habet quatuor queſtiōes de religioſis.

Et

Et prima querit̄ an traditi mares vel femine monaſterijs a parētibus ante etatē adultā poſtea adulti teneant̄ remanere. Et dicendū ꝙ nō ſi nolūt remanere. vbi autē remanere vellint nō poſſunt a parētib⁹ inuiti extrahi adulti facti. Ibi de multiplici velo ⁊ de cōſecratione virginum. Scḋa ſi pueri intrēt monaſteriū inuitis parētib⁹: an poſſint ab eis extrahi. Et definitur ꝙ ſic: authoritate tn̄ ſuperioris nō ꝑ violentiam. Sȝ adultus intrans monaſteriuȝ non poteſt a quoq̄ extrahi: etiā contra voluntatem parentum intrauerit. Tertia an inuitus poſitus in monaſterio a parentibus vel alijs teneatur remanere. Et dicendum ꝙ non. Quarta eſt an liceat monacho de vno monaſterio trāſire ad aliud. Et dicendū ꝙ ſic: ſi eſt ſtrictius: petita tamen licentia: etiaȝ ſi nō obtenta a prelato ſuo ad equale vel minus ſtrictum. tranſire nō poteſt ſine diſpenſatione pape.

¶ Uiceſimaprima cauſa eſt de clericis ſecularib⁹: que habet quinq̄ queſtiones. Et prima queritur vtrū clerici poſſint intitulari in duabus eccleſijs ſimul. Et dicenduȝ ꝙ nō ſi ſunt curate ⁊ non vnite: niſi ex diſpenſatione pape vł vna earum in commendam: ſed commenda non durat niſi per ſex menſes: niſi per papam fiat. Secunda queſtio vtrum poſſit tranſire beneficiatus de vna eccleſia ad aliam. Et dicenduȝ ꝙ nō propria authoritate ⁊ certis modis. Ibi ⁊ de cōductitijs preſbyteris. Tertia eſt ꝙ nō debēt eſſe procuratores ſecularium negotioꝝ clerici. Quarta queſtio eſt ꝙ clericis nō lȝ vti fulgidis veſtibus ⁊ vano ornatu. Quinta an clerico ab epiſcopo correpto liceat confugere ad iudicē ſecularem. Et dicendum ꝙ non.

¶ Uiceſimaſecūda cauſa eſt de iuramētis mendacibus et periurijs: que habet quinq̄ queſtiones. Prima eſt vtruȝ ſit licitum iurare. Et dicēdum ꝙ ſic: quū fit debito modo. ſ. in neceſſitate cū veritate ⁊ grauitate. Et an liceat vti iuramēto infideliū. Scḋo vtrū ſit periurus q̄ iurat falſum qḋ credit eſſe verū. Et dicendū ꝙ nō. ⁊ ibi de octo generibus mendacioꝝ: ⁊ de locutionibus ſanctorū que videntur mēdaces ⁊ non ſunt: ⁊ de ſimulatione. Tertio an liceat ſubdito recedere ab obedientia prelati propter peccatum graue ab eo perpetratum. Et dicendū ꝙ non anteq̄ ſententia proferat̄ contra eū/ ſcȝ priuationis. Quarto queritur an promiſſio etiam iuramento firmata ſit ſuper ſeruāda. Et dicendū ꝙ ſic: ſi eſt licita. ſec⁹ ſi illicita: vel inde ſequeretur maius inconueniens. Quinto an debet quis eū cogere ad iurādū quē credit peieraturū. Et dicendū ꝙ nō: niſi iudex ex officio: quū debet dari iuramētum. Et multa ſibi de iuramēto ⁊ de forma fidelitatis qua iurat̄. Et de iuramēto clericoꝝ.

¶ Uiceſimatertia eſt de vindictis ſeu punitiōibus: que habet octo queſtiōes. Et prima eſt vtrū militare ſeu bellare ſit pctm̄. Et dicendum ꝙ nō de ſe: quum fit debitis modis ⁊ intentione debita. Secūda qḋ bellum dicatur iuſtū: ⁊ quo modo Iſraelite iuſta bella gerebant. Tertia eſt an iniuria ſit propulſanda nō ſolum a ſe debito modo defendendo ſȝ etiam a ſocijs. Et dicendum ꝙ ſic: cum debitis circūſtantijs. Quarta eſt vtrum mali ſint corrigendi ⁊ puniendi per ſuperiores ſuos: an dimittēdi impuniti. Et dicenduȝ ꝙ ſic: niſi ex hoc ſequatur maius ſcandalum in populo: vt quum multitudo delinquit vel princeps. Et iſtam materiā multū diffuſe proſequitur arguēs pro ⁊ cōtra. ⁊ inſerēs materiaȝ preſciētie: ⁊ prediſtinatiōis: propter que non debet dimitti correctio malorum. Quinta queſtio eſt vtrum liceat iudici ⁊ habenti poteſtatē hmōi occidere reos quum perpetrant morte digna. Et dicēdum ꝙ ſic. Ibi ⁊ de homicidio diffuſe. Sexta an mali ſint cogēdi ad bonum per penas. Et dicendum ꝙ ſic: vt timore penarum deſiſtēdo a malis/ aſſuefaciant ſe ad bona: ⁊ inde voluntarie poſtea bene agant. Septima an heretici ſint expoliādi rebus ſuis ⁊ eccleſijs. Et dicendum ꝙ ſic: ſed nō authoritate propria ſed pape/vel eccleſie ⁊ ſuperiorum. Octaua an clericis etiam epiſcopis liceat authoritate propria vel pape vel imperatoris mouere arma ⁊ eſſe in bellis. Et decēdum ꝙ ſic/ authoritate ſuperioris. nō tamen ad bellū: ſed ad exhortādum in iuſto bello ⁊ de ſacramentis prouidendum.

¶ Uiceſimaquarta cauſa eſt de hereticis ⁊ ſchiſmaticis: q̄ continet tres queſtiones. Et prima eſt vtrū hereticus poſſit excōicare alium/vel priuare/⁊ ſentētiare/aut vti officijs ſuis. Et dicendum ꝙ nō: quum hoc conſtat. Secūda q̄ſtio an poſt mortē quis poſſet excōicari. Et dicendū ꝙ non: ſed pōt declarari fuiſſe heretic⁹: ⁊ ſic excōicari. i. declarari fuiſſe excōmunicatus. Tertia an pro peccato vnius/ tota familia vel alter ſit pro eo excōicanda. Et dicenduȝ ꝙ non/ niſi participaret in crimine ꝑpter qḋ excōicatus quis eſt. Ibi de maledictiōe que ſit duobus modis: ⁊ quid ſit hereſis: ⁊ quare deus hereſes permittat: ⁊ de numero hereſum.

¶ Uiceſimaquinta eſt de priuilegijs eccleſiarum: q̄ habet duas q̄ſtiones. Et prima eſt an clerici bapteſmalis eccleſie vigore priuilegioꝝ ſuorū decimas ſue dioceſis valeant ſibi vendicare. Et dicendū ꝙ ſic. Et ꝙ papa poteſt concedere priuilegia alicui contra ius commune inſtitutū ab alijs pontificibus ſummis: ⁊ interpretatio eorum ad papam ſpectat. Secunda queſtio eſt ꝙ antiquioribus priuilegijs nō derogatur per ſequentia: niſi faciat mentionem de eis.

¶ Uiceſimaſexta cauſa de ſortilegijs: que habet ſeptē queſtiones. Et in prima declaratur qui dicantur ſortilegi: ſed largius aliquando ſumitur pro omni genere ſuperſtitionum. Secundo queritur an ſit pctm̄. Et dicenduȝ ꝙ ſic. In veteri tamen teſtamento licitū fuit vti ſorte diuiſoria. i. cōſultoria. In nouo licet vti diuiſoria in diuiſione terrenarū rerum et dignitatum temporalium: vt ſit in ſcrutinijs officiorum. ſed hoc non licet in dignitatibus eccleſiaſticis: ſed per electionez faciende ſunt. Diuinatoria ſors prohibetur omnino. Conſultoria aliquādo permittitur. Tertio et quarto ſimul queritur a quibus cepit genus diuinationis ⁊ que ſunt genera diuinationū que omnia ſunt prohibita. Quinta continet ꝙ ſortilegi ⁊ diuini ſunt excōicandi ſi non ceſſauerint a tali vitio admoniti. Ibi de mulieribus que dicunt̄ ire de nocte: vel mutari in alias creaturas: qḋ nō eſt credēdum: ⁊ de maleficijs. Sexto queritur an excōicat⁹ ab epō poſſit abſolui ab alio eo conſulto. Et dicendum ꝙ non niſi in articulo mortis: vel ſuperiori ſuo: vt papa vel ſucceſſore. Septimo an in egritudine ad mortē ſit infirmis imponenda ſatiſfactio confitentibus eis. Et dicenduȝ ꝙ nō: ſed ſolum innoteſcenda. Et ꝙ potius debet confeſſor in imponenda penitētia excedere in miſericordia q̄ in ſeueritate. Et ibi de incātationibus ⁊ obſeruantijs diuerſis prohibitis.

¶ Uiceſimaſeptima cauſa cū ſequē. oēs ſunt materia matrimonij. Et iſta quidē. xxvij. habet duas queſtiōes. Quaꝝ prima eſt. An coniugiū poſſit eſſe inter vouentes. i. vtrū vouens caſtitatē ſeu religionem poſſit contrahere matrimoniū. Et dicendū ꝙ nō. Ubi diſtinguendū de voto: q: ſolēne qḋ eſt per pfeſſionē: impedit ⁊ dirimit matrimoniū etiam conſummatū. ſi ſimplex: impedit: ſed nō dirimit. Scḋa qḋ eſt an deſponſatione facta cū vna perſona poſſit alteri nubere. Et dicendum ꝙ non. niſi in quibuſdā caſibus: et vbi alter alterū velit abſoluere. Et hoc de deſponſatione ꝑ verba de futuro nō addita copula carnali. Si tñ cōtrahit cum alio vel alia de pſenti: cū ſecundo habet remanere: iniūcta ei penitentia de fide mentita. Et alter eſt liber ad contrahendum cum alia. Sed ſi deſpōſatio facta eſſet ꝑ verba de pſenti: nullo caſu pōt cū alia ꝯtrahere: niſi ꝓbet̄ impedimētū dirimēs: vt cōſanguinitatis/voti ſolēnis/⁊ huiuſmodi.

¶ Uiceſimaoctaua habet tres queſtiones. Prima eſt/ an coniugiū ſit inter infideles. Et dicendum ꝙ ſic. Sed nō eſt ratū in infidelibus non baptizatis: vt Iudeis et paganis. Unde ſi alter infidelium: vt Iudeus vel pagan⁹ vxoratus conuertatur ad fidem chriſti: ⁊ alter nō velit conuerti: nec cohabitare cum conuerſo ad fidem niſi cū blaſphemia creatoris: tunc pōt cōuerſus cōtrahere cū alia. Sed ſi velit cohabitare cum eo quiete: non debet dimittere. Sed hoc ptinet ad ſecūdam queſtionem: qua queritur an liceat infideli viuente vxore aliam ducere. Et dicendum ꝙ non: ⁊ etiam vtroq̄ manente in infidelitate. Tertio queritur an ſit cenſendus bigamus: qui ante baptiſmum habuit vnā poſt baptiſmum aliam etiam virginem. Et dicendum ꝙ ſic.

¶ Uigeſimanona eſt de errore cōiugij. Et habet duas queſtiones. Et primo queritur an inter errantes circa perſonā putantes vnum pro alio erga ſumendam in matrimonium ſit coniugiū: ⁊ contractum de preſenti poſſit diſſolui. Et dicendū ꝙ error pōt eſſe duplex. vno modo circa eſſentiā pſone: puta q: intendit cōtrahere cū Bertam: ⁊ ſibi pſentat̄ alia puta Martina: quā credit eſſe Bertam: ⁊ talis error impedit matrimoniū: ⁊ diſſoluit: niſi poſtea ſcita veritate acquieſcat. Alio modo poteſt eſſe error circa qualitatem pſone: puta quia intendit cū diuite contrahere: ⁊ illa eſt paupercula. cum virgine: ⁊ illa corrupta. cū ſana: ⁊ ipſa eſt infirma. Et talis error nō tollit coniugium. Secūda queſtio eſt de errore ſeruilis conditionis: an ſcȝ cōtrahens liber cū ſerua quam credit liberam: teneat matrimoniū. Et dicendum ꝙ non: niſi poſtq̄ ſciuerit ſit content⁹. Sed ſi ſciuiſſet fuiſſe ſeruā ipſe exiſtens liber: tenet. Similiter ſi vterq̄ eſt ſeru⁹ q̄uis alter neſciret eſſe ſeruū alterū: tenet. Serui enim poſſunt contrahere adinuicem matrimoniū: nec dn̄i eoruȝ poſſunt diſſoluere: etiam ſi diuerſos dominos habeant.

¶ Triceſima cauſa agit de cognatione ſpūali ⁊ legali inquantū impedit ⁊ dirimit matrimoniū: q̄ habet quinq̄ queſtiones. Et primo queritur an tenens ad baptiſmū filium proprium poſſit petere vel reddere debitū vxori ſue ex qua illum filium habuit. Cū ideo queritur: q: ibi cōtrahit̄ co-

gnatio ſpūalis:non ſolum in tenente:ſed etiam in coniuge eius:que cognatio ſpūalis impedit ⁊ dirimit. Et dicendum ꝙ ſi hoc fit in neceſſitate propter periculū ſcꝫ mortis:quū alius nō ſit qui hoc poſſit peragere:nō impedit ab exigendo vel reddendo. Similiter ſi ex inaduertentia. Sed etiaꝫ ſi ex malitia hoc faceret ad diſſoluendum matrimoniuꝫ:nō propterea diſſoluitur:nec quo ad vinculum nec quo ad debitum:ſed iniungenda eſt ei penitētia magna de hmōi exceſſa. Et idem dicendum de ſacramento confirmationis:qꝛ ibi contrahitur cognatio ſpūalis ſicut in baptiſmo. Et non ſolum quo ad tenentem ad baptiſmum vel confirmationē:ſed etiam quo ad dantem baptiſmum vel confirmationem contrahitur cognatio ſpiritualis:non autem quo ad dantem alia ſacramēta. Secūdo querit an infantes poſſint cōtrahere ſponſalia. Et dicendū ꝙ nō ante ſeptēniumꝫ ita ꝙ obligent:ſed poſt ſeptēniū tenent.ſ. de futuro. Contractuꝫ autem matrimonium per verba de preſenti ante etatem legitimam:ſcꝫ.xij.annoꝝ in femina.xiiij.in maſculo ⁊ habet vim ſponſalium de futuro niſi ſit valde propinquū tali etati:vel malitia ſuppleat etate. Tertio queritur an filij adoptiui vel ſpirituales poſſint contrahere cum filiabus naturalibus alicuius eiuſdem perſone. Et dicenduꝫ ꝙ nō:dum durat adoptio quo ad adoptiuos.quantum ad filios ſpirituales/ille vel illa/ſpiritualis filius vel filia:ſcilicet tētus ad baptiſmū vel confirmationem ab aliquo/nō poteſt contrahere cum filijs naturalibus vel filiabus ipſius q̄ tenuit ſed fratres vel ſorores carnales illius tenti in baptiſmo vl̄ confirmatione bene poſſunt contrahere cum filijs naturalibus tenentis. Quarto queritur an compater poſſit contrahere cum cōmatre ſua mortuo viro eius. Et dicendum ꝙ non:quia eſt ibi impedimentum cognationis ſpiritualis:quod dirimit matrimonium. Et idem etiam dicendum inter tenentem ad baptiſmum vel confirmationē ⁊ tentuꝫ quia eſt ibi paternitas et filiatio ſpiritualis. Quinto q̄ritur/an teneat matrimoniū clandeſtinū. Et dicendum ꝙ ſic. Sed hoc omnino prohibetur:quia in iudicio quum poſſit probari non iudicaretur matrimoniū:quod tamen eſt.

¶ Triceſimaprima cauſa eſt de impedimento criminis: et habet tres queſtiones. Primo queritur an poſſit ducere in vxorem que prius polluta eſt in adulterio per ipſum. Et dicendū ꝙ ſic.niſi machinati eſſent in morteꝫ viri vel vxoris quib⁹ tunc coniūcti erant cū effectu.ſ.morte ſecuta.vl̄ niſi dederit fidē adulter ꝑmittendo eam ducere in vxorē mortuo viro. Ibi etiā ꝙ ſecūda matrimonia nō ſunt ꝓhibita: nec in quātocūq numero:dūmodo fiant mortuo priori cōiuge. Secūdo querit,vtrū mulier ſit iuita tradēda nuptui. Et dicendū ꝙ non. Idem de viro. Et ſi violentia abſoluta fieret:vel que cadere poſſet in conſtantem viruꝫ:non teneret matrimonium. Tertio queritur/an ſponſalia poſſunt frangi. Et dicendū ꝙ non:ſi ſponſus ⁊ ſponſa cōſenſerunt. alīs ſic.vel niſi ſe inuicem abſoluerint:aut caſus contingat quo valeant diſſolui:alīs punire debent frangentem.

¶ Triceſimaſecūda de multis materijs circa matrimoniū qui hꝫ octo q̄ones. Et primo q̄rit an liceat ducere meretricē in vxorē. Et dicendū ꝙ ſic:ſi velit caſte viuere:alīs vxorē ductam etiā virginē poſtea adulterantē et permanentem in adulterio debet dimittere:ſcꝫ quo ad debitum coniugale:⁊ hoc maxime ſi ſperat per hoc eam corrigendam. Idem de vxore erga virū perſeuerantē in adulterio. Secundo q̄ritur de ea que ducitur in vxorem cauſa delectationis veneree nō procreationis filioꝝ:ꝫ ſit vere vxor. Et dicendum ꝙ ſic:dūmodo nō fiāt pacta ꝯtra ſubſtātialia matrimonij. Ibi de actu coniugali:⁊ de procurantibus aborſuꝫ. Tertio queritur cuius magis ſit ſequendū arbitrium ſeu voluntas in nubēda:an liberi aīi:an originarij patris. Et dicendum ꝙ magis aīi:q̄ patris. Quarto queritur an viuente vxore ſterili liceat viro ex ancilla vel alia muliere querere filios ⁊ habere ſcꝫ carnaliter eā cognoſcendo. Et dicendum ꝙ non. Et ibi declaratur quomodo licet aliquib⁹ patribus veteris teſtamenti licuit habere plures vxores. Et ꝙ ſimplex fornicatio eſt ꝓhibita. Quinto queritur an virginitas poſſit per abſolutam violentiam alicui auferri. Et dicendum ꝙ nō. Tamen violentata talis inter virgines nō poteſt conſecrari. Et ꝙ multipliciter violatur caſtitas et ſi ne commiſtione. Sexto an adulter poſſit adulteram dimittere.ſ.quo ad torum ſeu actum coniugalem:vel quo ad cohabitationem. Et dicendū ꝙ non:quia ſunt paris conditionis in hoc. Septimo an altero adulterante poſſit continēs alteram ducere. Et dicendum ꝙ non:neq̄ in coniugiuꝫ nec cū alia cōmiſceri:ſed cōtinere oportet:vel illam ſibi reconciliare. Ibi de gradibus ſeu ſpeciebus et de grauitate ſodomie. Ibi de inceſtu. Et ꝙ contrahitur affinitas per fornicarium coitum qui impedit ⁊ dirimit. Octauo queritur an liceat adulteriū vel fornicationē vel aliō malū perpetrare. vt infidelē ad fidē trahat. Et dicendū ꝙ non aliquo modo.

¶ Triceſimatertia cauſa eſt de impotentia coeundi:q̄ habet q̄nq̄ q̄ſtiones. Prima vtrū propter talem impotentiaꝫ vel ex frigiditate/vel maleficio:vel alia indiſpoſitione naturali/ſit ſeparandū matrimoniū ⁊ diuortium faciendū. Et dicendum ꝙ poſt.ꝙ fuerit legitime probatū:poteſt fieri diuortiū:et alter non habēs impedimentū hmōi/poteſt alteri copulari. Secūdo queritur ſi ſine iudicio eccleſie fuerit ſeparatio quo ad torū vel quo ad vinculū:ſi ſit impedimentum dirimens:an ſit cogendus vir vel mulier ad coniugeꝫ dimiſſum. Et dicendum ꝙ ſic:niſi ſit notorium factum vel cōuictus in iudicio de cauſa iuſta hmōi. Ibi de vxoricidio et pena eius. Et quare pro mortali datur penitentia ſeptēnis. Tertia queſtio eſt de penitentia:de qua tractabit poſt oēs cauſas.ij.ſequenti. Quarta eſt vtrū poſſit vel exigi vel reddi debitum coniugale tꝑibus feſtis vel ieiunijs. Et dicēdum ꝙ ſic:dūmodo non in contēptū.abſtinere autem in huiuſmodi dicto tꝑe conſiliū eſt:in caſu ꝙ vterq̄ conſentiant et nō aliter. Ibi de nuptijs nō celebrādis tꝑe prohibito ab eccleſia. Quinta queſtio eſt an poſſit viuere alter coniugū ſine cōſenſu alterius cōiugis. Et dicendum ꝙ quātum ad votum caſtitatis non:ſed quantum ad vota abſtinētie vel peregrinationis non multum longe:poteſt vir vouere ſine conſenſu vxoris:ſed vxor non poteſt ſine conſenſu viri.

¶ Triceſimaquarta cauſa habet duas queſtiōes. Prima ē an ſit rea adulterij:que viuente viro alteri nupſit. Secunda eſt an redeunte viro mulier ſit cogēda redire ad primū. Ad vtrāq̄ reſpondetur per vnum cap̄. Et dicendum eſt quo ad primā:ſi credebat virū mortuum:vtpote quia iuerat in exercitum/et fuit ſibi dictum ibi eum fuiſſe occiſum:quia ⁊ multi occiſi ſunt:⁊ diu ſteterit ꝙ non audiuit contrariū:nō reputatur adultera ſi alteri nupſit.ſed nunq̄ dꝫ alter coniugum alteri copulari:niſi habeat certam notitiā de morte coniugis. Ad ſcōm diffinitur:qꝛ ſi innocēter fecit habens iuſtā cauſam credēdi mortē cōiugis:reuertēte cōiuge quū nō eſſet mortuus:debet redire ad primū ⁊ dimittere ſcōm: alr ex tūc iudicat adultera. Quū aūt neſciēs coniugē mortuū nubit alteri:adulteriū eſt:nec ē matrimoniū nec tenet et ibi de inceſtu per ſcientiam vel ignorantiā et pena eius.

¶ Triceſimaquinta eſt de conſanguinitate ⁊ affinitate in qua eſt impedimentū etiam dirimens cōtractū et conſummatū:et habet queſtiones decem. Prima eſt an liceat vxorem ducere ex propria cognatione. Et dicendum eſt ꝙ non nec conſanguineas:ſecus fuit in vete.teſta. Scōa eſt an liceat cōtrahere cū affinibus.i.conſanguineis vxoris ſue ea mortua. Et dicendū ꝙ nō. Tertia vſq̄ ad quē gradum conſanguinitatis vel affinitatis prohibetur contra matrimoniū. Et dicendū ſm qō hic dicit:vſq̄ ad ſextū gradū incluſiue. Sed hoc eſt abrogatū per decretalē:extra de conſan. ⁊ affi.c.ſi. Et ibi determinatur vſq̄ ad quartū gradum incluſiue:⁊ hoc eſt tenendū. Quarto quare vſq̄ ad ſeptimum gradū prohibeatur. Et dicendū ꝙ per reſpectū ad ſex etates mundi:nunc autē vſq̄ ad quatuor ꝑer reſpectuꝫ ad quatuor elementa:ex q̄bus hō conſiſtit. Et qꝛ de facili poſſunt hmōi gradus mente teneri:plures autē difficulter. Quinto queritur quomodo gradus hmōi ſunt cōputandi. Et dicendū ꝙ aliter ſm leges que reſpiciunt ad ſucceſſionē:aliter ſm canones q̄ reſpiciūt ad cōiūctionē carnalē. Sexta queritur quibus accuſantibus vel teſtificantib⁹ ſunt ſeparanda matrimonia de facto conſanguineoꝝ et affinium. Et de iuramento exigendo ab eis:⁊ de forma illius iuramēti ibi habetur:ſcꝫ vtruꝫ iuramēto vnius ſtandū eſt. Septima queſtio an reputētur legitimi filij nati de matrimonio inceſtuoſum. Et dicendū ꝙ non:ſi hoc impedimentum ſciebant.alīs ſic. Octauo queritur vſq̄ ad quem graduꝫ poteſt fieri diſpenſatio. Et dicendū ꝙ in primo non poteſt in tertio ⁊ quarto poteſt ⁊ ſolum per papam:de ſecundo eſt magis dubiū. Sed videtur ꝙ poſſit diſpenſare ex magna cauſa. Nono queritur an quum fraude teſtium vel ignorantia eorum eccleſia decepta.i.iudex aliquos cōiuges ſeparauerit probata conſanguinitate eoꝝ vel alio impedimento dirimente:⁊ ſeparati illi cōtraxerint alia coniugia:poſtea inuenta fraude ⁊ deceptione ſint reintegranda priora coniugia. Et dicendum ꝙ ſic:ſi clare reperitur veritas. Decimo queritur an ſoboles ſuſcepta ex ſecundis nuptijs poſſit cōſanguineis prioris viri matrimonio copulari. Et vtrū affinitas deleatur mortuo vno coniugum in ſuperſtite. Et dicendum ad vtramq̄ queſtionem ꝙ non.

¶ Triceſima ſexta ⁊ vltima cauſa eſt de raptu.et hꝫ duas queſtiones. Prima eſt vtrum qui mulierē oppreſſit carnaliter ignorante patre:dicatur raptor. Et dicendum ꝙ ſic. Secunda eſt vtrū rapta raptori poſſit nubere aſſentiente pr̄e.

Et

Et dicendū ꝙ ſi cū ipſa cōſentiat. Et dr̄ raptus: quum ſemina per vim ⁊ cōtra voluntatē: vel ipſius puelle tm̄: vel parentū tantū: vel cōtra voluntatē vtriuſq. ſ. ſuam ⁊ parentū educitur de domo/ vt in vxorē habeatur. Et in pn̄a queſtione ponitur pena raptoris: ⁊ ſpecies luxurie quinq.

§. III. Tractatus de penitentia

ponitur pro tertia queſtione. xxxiij. cauſe. qui tractatus habet. vij. diſt. Quarū prima querit̄ vtrū peccatū ſola contritione deleatur: vel an ſit neceſſaria ſacramētalis confeſſio Arguit pro ⁊ contra valde diffuſe proſequēs cū multis dictis ſanctorū notabilibus ⁊ exēplis ſcripture. Nec determinat: ſed relinq̄t iudicio lectoris q̄d malit tenēdū: quū vtraq opinio haberet tūc peritos viros. Sed dicēda ſunt duo. Primū ꝙ ꝯtritione ſola dimittit̄ pctm̄: q̄ eſſe nō poteſt ſine ꝓpoſito ſaltē cōfeſſiōis ſacramētalis. Scdm̄ ē ꝙ cōfeſſio vocalis q̄ fit ſacerdoti/ eſt neceſſaria ad remiſſionem pctī qñ poteſt haberi copia eius: ſaltem ſemel in anno/ vel quum eſt in periculo/ vel ſi hꝫ cōionē accipere ſm̄ Tho.

¶ Scđa diſtinc. querit̄ vtrum charitas ſemel habita poſſit amitti. Arguit ꝓlixe ꝓ et cōtra ꝑ authoritates ⁊ exēpla ſcripture. Et cōcludit ꝙ vtiq poteſt amitti. ſ. charitas ꝑut eſt in viatoribus: non illa que eſt in comprehenſoribus. Et quia angeli aliqui ante confirmationem eoꝝ amiſerunt: et Adam et Moyſes et Aaron et Dauid valde perfecti viri.

¶ Tertia diſt. queritur an vere penitens poſſit penitentiā maculare poſtea peccando. Et an quis poſſit penitere vere de peccatis vt habeat remiſſionem eoꝝ: vno retēto de quo nō peniteat. Arguit diffuſe pro ⁊ contra: tandem reſpondet ad primum/ ꝙ vera penitentia non tollit quin poſtea poſſit recidiuare. ⁊ quin recidiuans fuerit vere penitens. Ad ſecundum dicendū ꝙ nullo modo poteſt quis vere penitere ⁊ habere remiſſionē alicuius peccati niſi de oībus peniteat ſcꝫ mortalibus/ nam de venialibus ſecus.

¶ In quarta diſtin. queritur an pctā ſemel dimiſſa per veram penitentiā: redeant ad animā per ſequentē culpā mortalem. Arguit pro ⁊ ꝯtra diffuſe: ⁊ ponit circa hoc duplicē opinionē aliis hoc aſſerētibꝰ aliis negātibꝰ. Sed ſm̄ Tho. et alios nō redeūt vtiq: nec quo ad culpā/ nec quo ad penā ſed dicūtur redire ꝓpter affectū cuiuſdā aggrauationis quā hꝫ ſequēs culpa ꝓpter ingratitudinē. Et ibi de libro vite quō quis inſcribit̄/ et quō deleat̄ dupl'r. In quinta diſ. declarat̄ quō quis debeat dolere ⁊ ꝯfiteri nō ſolū de pctis: ſed etiā de circūſtātiis eoꝝ. Et q̄ dicat̄ falſa pnīa. In ſexta diſt. oſtēdit̄ cui debeat q̄s cōfiteri. Et dicendū ꝙ nō ſolū bono ſacerdoti: ſed ⁊ perito: ſciēti diſcernere pctā ⁊ diligenter interrogare: ⁊ nō heretico ſed fideli: ⁊ ꝓprio ſacerdoti. In ſeptima ⁊ vltima queritur de penitentibus in extremis ⁊ dubitatur vtrū ſit vera penitētia. Et ꝙuis vera ⁊ ſaluās eſſe poſſit: multe tamen preſumptiones habentur in contrarium: ⁊ precipue q2 non videtur ꝙ amore ſed timore ſeruili moueatur: qui non ſufficit ad ſalutem.

§. IIII. Tertia pars pꝛicipalis

agit de ſacramētis quibuſdā ⁊ pertinētibus ad diuinū cultum. intitulatur de cōſecratione/ cōtinens q̄nq diſt. Quarum prima agitur de cōſecratione altariū et eccleſiaꝝ: ⁊ earū reconciliatione/ de miſſis et quibuſdā pertinētibꝰ ad miſſam: ⁊ auditione eius: ⁊ de oblationibꝰ ad altare: et orationibꝰ. Scđa diſt. agit̄ de ſacramento euchariſtie: quo ad materiā debitā: quo ad formā: quo ad vſum ⁊ frequētationem/ quo ad veritatem ſacramenti. Et de affectu eius: ⁊ de cōuerſione que ibi fit panis ⁊ vini in corpus et ſanguinem chriſti: qđ probat per multa exēpla. In tertia diſt. agit̄ de feſtis celebrandis: ⁊ ieiuniis obſeruandis/ de aqua benedicta/ ⁊ de paſchate reſurrectionis celebrando die dñico. In quarta de baptiſmo ⁊ eius effectu valde diffuſe ⁊ de forma eius. Et de ſacramentalibꝰ eius. i. exorciſmo ⁊ catechiſmo. Et de tempore dilationis quo ad conferendum infidelibus adultis: de tenentibus ad baptiſmū et inſtructione baptizandoꝝ/ de gratia dei quid operetur in homine que cōfertur in baptiſmo: ⁊ quomodo Adam erat creatꝰ mortalis. In quinta et vltima agitur de ſacrō cōfirmatiōis: qđ oēs debent ſumere baptizati/ et qđ ſolū per epōs datur ⁊ quō. Exinde de quadrageſime ieiunio obſeruando/ ⁊ de diſcretione ſeruanda in ieiuniis ⁊ vigiliis ⁊ oratiōibus ⁊ ſuperfluitate aliorū vitanda. Et capl'a vltima duo ſunt de ſpiritu ſancto/ ꝙ procedit a patre ⁊ filio.

¶ De Petro Lombardo compilatore ſententiarum ⁊ ſummaria diſtinctione eiuſdem libri. Capitulum. vij.

Magiſter Petrus Lombardus anno dñi. M. cl. vel circa pontificante Alexandro. tertio in vrbe: et Frederico primo imperante claruit epiſcopꝰ Pariſiēſis exiſtēs. Hic maiores gloſſas pſalterii et epiſtolarum Pauli ſimiliter de multorum dictis collegit ⁊ ordinauit. Nam quum eſſet inter Francie miniſtros opinatiſſimus: gloſſaturam epiſtolarum et pſalterii ab Anſelmo per gloſſulas interlineares marginaleſque diſtinctā/ ⁊ poſtea a Gilberto continuatiue productam/ latius ⁊ apertius explicuit: multaq de dictis ſanctoꝝ addidit. Idem etiam ſermones quoſdā vtiles compoſuit. Sed qđ magnificentius eſt: ipſe librum ſententiarū qui nūc publice legitur in ſcholis: laborioſum certe opus: ex multoꝝ ſanctoꝝ patrum dictis vtiliter compilauit. Qđ autem Ioachim abbas eū reprehendit: de eo qđ dixerat in principio ſententiarū libri: ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus erat quedam ſumma res ſeu eſſentia qua fruendū eſt: reprobatꝰ eſt Ioachim: ⁊ ſententia Petri confirmata extra de ſum. tri. ⁊ fi. catho. dānamus. Materia autem que continetur in lib. ſententiarum hic breuiter ꝑponitur.

§. I. Liber autē ſentētiarum di-

uiditur in quatuor libros: ⁊ quilibet eoꝝ in diſtinctiones: ⁊ quelibet diſtinctio in ca. Et in prima diſtinc. q̄ habetur poſt prologū tractat̄ de iis q̄ ꝯueniūt creatori ⁊ creaturis rationalibus: ſcꝫ de fruendo ⁊ vtendo. Et in primo libro ꝑ totū agitur de diuinis ꝑſonis: quibus ſolis fruēdū eſt ab hominibus ⁊ angelis: ⁊ ipſe deꝰ etiā ſe fruitur. Et de diuinis agendo/ primo ponit de diuine eſſentie vnitate: q̄ per rationes naturales probatur. Et de trinitate perſonarū: que habet̄ ex ſcripturis veteris ⁊ noui teſtamenti: ⁊ oſtendit̄ etiā per imaginem in homine: ⁊ per veſtigium in oībus creatis. Deinde de quibuſdā locutionibus obſcuris q̄ dicūtur de deo: quō ſunt ſane intelligēde. De generatione eterna filii. De ꝓceſſione eterna ſpūſſancti a patre ⁊ filio: ⁊ de miſſione eiꝰ viſibili ⁊ inuiſibili ad nos. Deinde de eternitate dei ⁊ ſimplicitate ⁊ immutabilitate eius. Poſtea de nominibus que dicuntur de deo eternaliter ⁊ temporaliter ⁊ per ſe ⁊ per relationem ad aliud. De proprietatibus ⁊ notionibꝰ: quibus diſtinguūtur diuine perſone pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. vt gn̄are: gigni: ſpirare: ⁊ ſpirari: ⁊ hmōi. Quō de eo dicat̄ imago/ principium/ ⁊ ſapientia. De attributis diuinis perſonis: vt potentia: ſapientia: bonitas. De ſciētia dei: ⁊ de prudentia: ⁊ de ſapientia: ⁊ predeſtinatione: ⁊ preſcientie dei. Et quō omnia dicuntur eſſe in deo ⁊ deꝰ eſſe in oībus creaturis. De reprobatiōe ⁊ obduratiōe hoīm. De potētia dei ⁊ voluntate dei: de volūtate bñplaciti ⁊ de volūtate ſigni/ que diſtinguūtur in ꝓcepta/ prohibitiones/ ⁊ conſilia.

§. II. In ſecundo tertio ⁊ quar

to libro agitur de rebus: quibus vtendum eſt. Et in ſecūdo quidem agitur de creatione mundi: primo in genere: ſcđo in ſpecie: videlicet de creatione angeloꝝ oīm/ deinde de lapſu aliquorum: poſtea de confirmatione bonoꝝ ⁊ diſtinctione eorum per ordines: ⁊ officiis eorum de operibus factis in ſex primis diebus. De creatione ſeu formatione primorum parētū/ et quales fuerunt in ſtatu innocētie/ ⁊ quales fuiſſent geniti ab eis in tali ſtatu. Poſtea de lapſu eoꝝ. et ꝑ quid/ in quid/ et quō: et punitione eorum. De libertate arbitrii varia in diuerſis ſtatibus. De gratia dei preueniente et ſubſequēte et de ea operante ⁊ cooperante. Et quid operetur in nobis gratia: ⁊ quid liberum arbitriū in bonis ſimul cum ea: ⁊ in malis ſine ea. De virtutibus quō ſe habeāt cū gratia/ et q̄d operētur in nobis. De pctō originali quō tranſitur a primis parentibus ⁊ ex parentibus proximis in filios. Quomodo etſi deleat̄ in baptiſmo reatu ⁊ quo ad penam ei debitā: remanet tñ actu. i. quo ad fomitē ſeu inclinationem ad peccata. Qđ deus creat animā immaculatam et creando infundit/ ⁊ in ipſa infuſione in corpus inquinatū ex ipſius conceptione anima contrahit maculam originalis. Utrum illud Ade peccatum fuerit grauiſſimū omniū peccatorum/ ⁊ an de eo habuerit remiſſionem. Poſtea de peccato actuali: qđ perpetrat̄ voluntate hoīm ꝓpria. De differentia eoꝝ: quia aliqua ſunt peccata tantū: aliqua peccata ⁊ cauſa peccati: aliqua peccata ⁊ cauſa peccati ⁊ pena peccati. Qđ actus mali inquantum actus ſunt a deo: inquantum mali ſunt a voluntate hoīs. De volūtate ⁊ fine ſeu intentione hominis actibus ſuis. De actibus infidelium: ⁊ quomodo peccatū dicatur voluntarium. De ſeptem vitiis capitalibus breuiſſime. Et quomodo ſuperbia dicatur radix oīm malorum ⁊ etiam cupiditas: ⁊ de ſex ſpeciebus peccati in ſpiritūſanctum.

§. III. In tertio libro agitur

vſq ad medietatē quaſi de īcarnatiōe verbi. Exinde de vir-

tutibus ⁊ mandatis dei. Et primo quidem de ipſa incarna-
tione quare magis a filio ꝙ a patre vel ſpiritusancto. Et
de modo illius vnionis deitatis cũ humanitate. Et quia
vnio deitatis cum carne fuit mediante aīa tunc creata. Et
de illa carne quõ ſine peccato fuit concepta opere ſpiritus-
ſancti. Et quare hmōi conceptio magis attribuit ſpūiſan-
cto ꝙ patri vel filio. Qõ in illa icarnatiõe pſona nõ aſſum-
ſit perſonã: nec natura naturã nec natura perſonam: ſ; pſo-
na filij dei naturam: ſc; humanã aſſumpſit. De diuerſis opi-
nionibus circa hoc: que reprobantur: quã dr / Deus eſt hõ:
vel Deus factus eſt homo: et quid ſit tenendum ⁊ dicendũ.
Quomodo chriſtus dicit· predeſtinatus. Quomodo debeat
adorari: vtrũ latrie adoratione an dulie. De gemina chriſti
natiuitate: ⁊ ꝙ chriſtus nõ potuit peccare inquãtũ homo.
De ſapientia ⁊ ſcientia eius ⁊ virtutibus. De paſſione ei⁹ ⁊
propaſſione / timore ⁊ triſtitia eius. De oratione eius ⁊ vo-
lũtate eius diuina ⁊ humana / rationabili ⁊ ſenſuali. De me-
rito chriſti. De cauſa paſſiõis chriſti ⁊ effectu ⁊ vtilitate ei⁹
⁊ traditione eius. An in morte eſt ſeparata anima a corpo-
re: ⁊ certum eſt ꝙ ita. Et an triduo mortis fuit homo: ⁊ dicẽ-
dum ꝙ non. An chriſtus habuit fidem / ſpem / ⁊ charitatem.
Deinde agitur de virtutibus. ſ. de fide quid ſit et quot mo-
dis dicitur: de actu eius vario: ⁊ de fide informi: de fide an-
tiquorum: de fide ſimplicium. Deinde de ſpe quid ſit et vbi
habeatur. Poſtea de charitate quid ſit: ⁊ de modo diligen-
di deum. Et que ſint ex charitate diligẽda: quo ordine vide-
licet deus: animus proprius / proximus / ⁊ corpus propriu;.
De gradibus charitatis: ⁊ cui potius vel prius eſt ſubue-
niendum. Et quid eſt melius an diligere amicos an inimi-
cos. Et vtrum charitas ſemel habita poſſit amitti. Deinde
de quatuor virtutibus cardinalibus: ſc; prudẽtia: iuſtitia /
fortitudine / et temperantia: breuiſſime tamen tangit per
vnam authoritatem. De ſeptem donis ſpiritusſancti an ſint
virtutes ⁊ vtrum in patre: ⁊ an in chriſto fuerunt. Et dicen-
dum ꝙ ſic: ſed alio modo ꝙ nunc in hominibus. De diuerſis
ſpeciebus timoris. Quomodo dona differãt adinuicẽ. Quo-
modo omnes virtutes ſunt connexe adinuicem. De decem
mandatis quomodo contineantur in duobus: ſcilicet dile-
ctione dei ⁊ proximi. De octo ſpeciebus mendacij. Et ſatis
diffuſe de mendacio: iuramẽto / ⁊ periurio. De differentia le-
gis veteris et euangelice adinuicem.

§. IIII. In quarto libro agitur

de ſacramentis: ⁊ poſtea de vita reſurrectiõe: de ꝑmijs bea-
torum: ⁊ penis malorum. Et primo quid ſit ſacramentum ⁊
quid ſignum. poſtea de differentia ſacramentorum veteris
⁊ noui teſtamenti: et precipue de circunciſione ꝙ erat preci-
pue in veteri lege: ⁊ de inſtitutione eius ⁊ cauſa ⁊ effectu ⁊
modo. Deinde de baptiſmo: ⁊ differẽtia baptiſmi Joannis
⁊ de baptiſmo chriſti et effectu baptiſmi Joannis. Deinde
de baptiſmo chriſti: de materia eius: ⁊ de forma. ſ. quibus
verbis baptiſma detur. De inſtitutione eius ⁊ cauſa. De tri-
Primum: ſecundum: tertium: et quartum multum prolixum. Opus horum ſtilo diſertum: intellectu profundum: intelligẽtia clarum ⁊ notis articulis dilatatum. Quibꝫ poſt tres annos ſui magiſterij rediſſet in Italiam: tempore Urbani pape exiſtens Rome ſcripſit iterum ſuper primum ſentẽtiarum ⁊ ſicut teſtatur in chronico ſuo dominus frater Ptolemeus epiſcopus Torſellanus: qui ex diſcipulis eius fuit: ⁊ auditor: aſſerans ſe vidiſſe illud in conuentu Lucano: ꝗd tunc non inuenitur: quia clam ablatum fuiſſe creditur: ⁊ ideo nõ fuit multiplicatum. Scripſit ⁊ librum qui intitulatur/ ſumma contra gentiles: quem in quatuor libros deſtinxit in vno tamen volumine. Eſt autem opus hoc ſtilo diſertum: ⁊ rationuꝫ nobilitate ⁊ ſubtilitate profundum. In quo opere dum ſcriberet: frequenter inuentus eſt ſic ab exterioribus ſenſibus abſtractus vt videretur totaliter in diuinis abſorptus. Nec videatur alicui abſurdum: ꝙ ſanctus doctor tam in ſcriptis ꝙ in ſumma ſepius vbi ſepius ad propoſitum venit: vtatur ſciẽtijs ſecularibus ⁊ verbis ethnicorum ⁊ philoſophorum: quũ ab eodem intellectu diuina ſubſtãtia omnium ſcientiarum procedant a quo diuine ſciẽtie veritates emanant: cui omnes ſcientie iure ſubſeruiunt vt ancilla domine. Scripſit inſuper ad mandatum Urbani pape quarti: opus inſigne ſuper quatuor euangelia miro contextum ordine: ex dictis et authoritatibus ſanctorum doctorum. Ex quibus ſic vniuſcuiuſꝙ euangeliſtarum quatuor continuauit hiſtoriam: vt quaſi doctoribus videatur eſſe lectura. Fertur quoqꝫ feciſſe expoſitionem ſuper euangelia dominicalia totius anni: que vix aut rariſſime inuenitur. Ego credo me vidiſſe: ſed talem ꝙ vt mihi videtur/ eſt excerpta ex predicto opere ſuper euangelia quatuor. Mandante quoqꝫ eodem Urbano/ compoſuit totum officium tam diurnum ꝙ nocturnum feſti corporis chriſti ac etiam miſſe. Scripſit quoqꝫ poſtillam ſuper euangelium Joannis: maxime ſuper. v. ca. ſtilo proprio. Reſiduuꝫ dicitur deportaſſe frater Rainaldus ſocius eius ipſo legente: quod poſtmodum idem doctor correxit: ⁊ approbauit. Scripſit etiam poſtillam ſuper epiſtolas Pauli ad Romanos: ad Corinthios: ad Heb: eos vſqꝫ. xi. cap. et ſuper alias epiſtolas Pauli reportate ſunt per predictum Rainaldum ſocium eius poſt ipſum legentem: quas idem doctor fertur poſtea correxiſſe. Scripſit poſtillam ſuper Eſaiam/ que raro inuenitur. In cuius expoſitione quum in quodam paſſu textus difficilis anxiaretur: poſt orationes et lachrymas/ ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli qui eum de illo textu inſtruxerunt: meruit viſionem. Scripſit ſuper Job ad literam quod nullus doctor prius attentauerat. Nam Greg. magnꝰ in moralibus expoſitionem fecerat moralem potius ꝙ literalem pulcherrimam. Nicolaus de lyra poſt eum expoſuit ab ipſo multa furatus: et alter contra eum impingens ſed ſine ratione. Scripſit etiam ſuper Hieremiam ⁊ Threnos et ſuper Cantica canticorum: multum tamen breuiter et ad literam. Circa finem vite ſcripſit ſup tres nocturnos pſalterij. Frater Rinaldus diciẽ reportaſſe ipſo legente poſtillaꝫ que incipit: In omni opere dedit confeſſionem. Lecturam quoqꝫ ſuper Mat. que defectiua eſt: dicit reportaſſe frater Petrus de Hadria. Idem ſuper librũ de anima primũ frater Rainaldus reportauit. Scripſit etiam idem doctor nõ paruꝰ volumina queſtionum de diuerſis materijs per diuerſos articulos diſtinguens et proſequens ⁊ elucidans veritateꝫ: que intitulantur/ queſtiones de veritate. Item queſtiones de potentia dei. Item queſtiones de anima. Item queſtiones de virtutibus. Item queſtiones de malo. Item queſtiones de ſpiritualibus creaturis. Item ſcripſit. xij. quod libeta diſputata. Scripſit etiam ſuper philoſophiam Ariſtotelis: ſuper librum Phyſicorũ: ſuper Metaphyſicam: ſup tres libros de celo ⁊ mũdo: ſup librũ de generatione ⁊ corruptiõe: ſuper libros duos meteororum ſuper ſcõm ⁊ tertiuꝫ de aĩa: ſuper librũ de ſenſu ⁊ ſenſato ſuper librũ de memoria ⁊ reminiſcentia. Super librum ethicorum. Super quatuor libros politicoꝝ. Super librũ de cauſis ⁊ propoſitiõibus Proculi. ſuper librũ primũ ⁊ ſecundũ poſteriorum/ ⁊ ſuper librũ perihermenias. Scripſit etiã ideꝫ doctor diuerſos tractatus ⁊ libellos ad inſtantiam diuerſarũ pſonarũ que ei immittebant dubia ⁊ ipſe eis de veritate dabat reſponſa/ qui tractatus recollecti in vnius voluminis corpus/ efficiunt ipſum ſatis magnũ ⁊ intitulantur communiter opuſcula/ Beati Thome. Sunt autem numero circiter quadraginta/ quorum nomina ⁊ principia in ſequẽtibus ſubnectuntur Et quia vnus non dependet ab alio/ poſſunt ad beneplacitum ordinari in vno volumine. Sunt ergo hi tractatus. De principijs nature ad fratrẽ Syluestrũ/ qui incipit. Quoniam quidẽ põt eſſe licet nõ ſit. Tractatus de quatuor oppoſitis/ qui incipit. Quoniam quatuor ſunt oppoſitiones. Tractatus de principio indiuiduationis/ qui incipit. Quoniam ſunt due potentie. Tractatus de natura inſtantis ſeu de inſtãtibus: qui incipit. Quoniam oẽm. Tractatus de verbo ſeu natura verbi/ qui incipit. Ad intellectum huius nois ꝗd diciẽ verbũ. Tractatꝰ de natura verbi intellectualis/ qui incipit. Quoniam circa naturam verbi intellectus ſine quo imago trinitatis non inuenitur in homine expreſſa. Tractatus de motibus naturalibus

tra Romanā ecclīam retinere non poſſe ꝛ obtulit pape pecu-
niā copioſā: annuū cēſum ꝓmittēs ſi recepta fidelitate ter-
ram ei concederet. Qḋ quū facere nollet: relicta Marchia ſe
in regnum Appulie recepit. Reducta eſt ergo Marchia ad
dñium Romane eccleſie: videlꝫ Anconā: Firmū: Eſium: Ca-
merinū: Fanum: Auximū: Senogalliā: Piſaurū: cum oībus
dioceſibus ſuis. Conradus aūt dux Spoleti et comes Aſiſij
audiens Marchualdum ex Marchia depulſum: qꝛ ſciebat
terram quā poſſidebat ad Romanā eccleſiā pertinere: diuer
ſis vijs tentauit ſi poſſet cū voluntate dñi pape dictā terram
retinere. Obtulit eñ ei incontinenti decē milia librarum et
annuū cenſum librarum argenti: ꝛ obſequiū ducentorū mi-
litum. Pro ſecuritate aūt horum promiſſorum volebat dare
duos ſuos filios obſides. Licet aūt dñs papa conditionē iſtā
ſatis vtilem reputaret: tamen qꝛ multi ſcandalizabant: eo ꝙ
videret Teutonicos in Italia fouere: q̄ crudeli tyrānide vni
uerſum Italie populū premebant: in fauorem libertatis de-
clinans nō acceptauit oblata. Dictus aūt Conradus vidēs
ꝙ non ꝓficeret: ſe ad mandatū eius reddidit: ꝛ oēs munitio-
nes ꝛ rochas dño pape reſignauit: ac de ipſius mādato/ quia
eius mora ſuſpecta videbatur: in Alemāniā remeauit. Poſt
hoc patrimonium beati Petri/ totū hexarchatum Rauenne/
terram comitiſſe Matildis/ ad dñium Romane eccleſie in-
duxit: tum a Teutonicis qui illud occupauerāt: tum a ciui-
tatibꝰ que illud detinebāt. Quia vero longū eſſet explicare
per ſingula ꝙ diligens ꝛ ſtudioſus fuerit ad defenſandū bo-
na eccleſie ꝛ perdita recuperandū: ſufficit de multis pauca
retuliſſe. Imperatrix aūt Conſtantia hunc tam ſanctū tam
cordatū pontificē Rome preſidere intelligens: ſtatim ad illū
ſolemnes nuntios miſit: poſtulans vt regnum Sicilie/ duca
tum Appulie/ Capue principatū cum ſuis adiacentiis cōce-
dere dignaretur ſibi et filio ſuo: ſm formā quam preceſſores
eius cōceſſerant ꝓceſſoribus regni ipſius. Sed ipſe ſagaciſ-
ſimus pontifex diligēter attendens ꝙ priuilegiū cōceſſionis
indultum: primo ab Adriano ꝛ poſtea a Clemente renoua
tum ſuper quatuor capitulis: videlicet de electionibus/ le-
gationibus/ appellationibus/ cōcilijs/ derogabat non ſolum
apoſtolice dignitati: ſed etiā eccleſiaſtice authoritati reman
dauit imperatrici ꝙ illis capitulis renūtiaret omnino: quū
illa nō eſſet aliqualiter cōceſſurus. Tentauit illa eius ꝓpo-
ſitum muneribus immutare. Qḋ quum efficere nequiuiſſet
miſſis ſolēnibus nuntijs obtinuerūt cōceſſionis priuilegium
innouari capitulis illis omnino ſublatis. Idem vero pijſſi-
mus pontifex cōſiderans ꝙ per detentionē Salernitani ar-
chiepi: qui adhuc per Philippū impatoris Henrici germa-
num in Alemannia detinebat captiuus: detraheret apoſto
lice dignitati: ſtatim Sutrinum epm natione Teutonicum
ꝛ abbatē ſancti Anaſtaſij in Teutoniam deſtinauit: ſcribēs
prelatis eccleſiarū vt detentores eorū ſcꝫ archiepi Salerni-
tani ꝛ aliorū prelatorū monerent: ꝛ ſi neceſſe eſſet per excō-
cationem cōpellerent: vt illos dimitterent abſolutos: cōmi-
nando principibus vniuerſis ꝙ niſi ad hoc darent operā effi
cacem totā Alemanniam ſupponeret interdicto. Illi vero in
Teutoniam venientes/ inuenerūt iam dictum Philippum a
quibuſdā principibus electū in regē. Qui audiēs pape lega-
tos in Alemanniā veniſſe: accedens ad eos de facto ſe fecit
abſolui: occulte nō manifeſte. Excommunicauerat enim Ce
leſtinus preceſſor Innocentij dictum Philippū ducem Sue
uie. Quia dum eſſet dux Tuſcie occupauerat patrimonium
beati Petri. Quam etiam ſententiam publicari fecerat in
curia ipſius Henrici.

Cōrad' dux dux Spoletanus.

Imperatrix Conſtātia.

Pontificia legati Alemāniā.

§. II. De ſchiſmate impio.

Poſt modicū predictus Philippus fecit ſe coronari ꝛ inungi non
Aquiſgrani ſed Maguntie: ꝛ non a Colonien. archiepo: ſed a
Tarentaſien. qꝛ nullus epōrum Teutonie id facere attētauit:
ſed nec aliquis epōrum q̄ in illa coronatione fuerūt preſen-
tes: pōtificalibus induī ꝓſumpſerūt preter ſolū Sutrinū epm
qui ad aliud fuerat deſtinatꝰ. Quā ob cām quū ad ꝓſentiam
ſummi pontificis rediſſet: veritate cōperta fecit eum extra
ſuum epatum vſq ad finē vite ſue manere. Colonien. aūt ar-
chiepe ꝛ quidā alij principes tam eccleſiaſtici ꝙ ſeculares/
videntes ſe in electiōe Philippi fuiſſe contēptos: adinuicem
cōgregati apud Aquiſgranū Othonē filiū quondā Henrici
ducis Saxonie in impatorē vnanimiter elegerūt quē archi-
epe Coloniēſis apud Aquiſgranū ſolēniter coronauit. Et ſic
facta eſt diuiſio in imperio longo tpe duratura. Nam Otho-
ni adheſerunt Colonien. archiepe ꝛ oēs eius ſuffraganei et
multi alij epi Teutonie. Preterea ꝛ dux Louanij ꝛ dux Lim-
burgie ꝛ comes Palatinꝰ Rheni: Lātgrauius Turingie Phi
lippo vero reliqua terra cum ceteris principibus Alemānie
ſe ſubmiſit. Etiā rex Frācie Philippo ꝓfederatꝰ eſt: maxime
quū audiſſet regē Anglorꝫ Richardū Othoni fauere. Cui et

Henricus Philippū et Othonē de imperio diſcordia.

Othoni comes Flandrie adherebat. Inno. aūt papa memor
iniuriarū ac pſecutionū quas ꝓceſſores huius Philippi ec-
cleſie Romane intulerant tpibus retroactis: ſe ei totaliter
oppoſuit. Nō eñ poterat obliuiſci qualiter Henricus q̄ pri-
mus de genere regū Sueuie impator extitit: felicis recorda-
tiōis Paſcalē papā cū multis cardinalibꝰ ꝛ Romanorū no-
bilibus captiuauit. Inſuper ꝛ Fredericus ipſiꝰ Philippi pa
ter cōtra Alexādrū papā diu ſchiſma nutriuit et fouit. Qua
liter etiā Henricus ipſe impator defunctus frater dicti Phi-
lippi ſe habuerit circa interfectionē ſancte memorie Leodiē
ſis epi: quē prius ipſe coegerat exulare. Multa ꝓterea lū ꝑ
ꝓceſſores ſuos: tū per eū Romane eccleſie ac eius familiari
bus fuerāt illata. Vñ ipſe Innocētius reprobata electione
ipſius Philippi: vt pote excōicati ꝛ Romane eccleſie perſe-
cutoris: Othoni totaliter adheſit ac prelatis Alemānie pre-
cipiendo mādauit: vt Othoni tāq vero Alemānie regi faue-
rent: ꝛ Philippo tanq excōicato ꝛ ecclie pſecutori ſe oppone-
rent. Hoc idē ciuitatibus Lōgobardie ꝛ cōmunitatibus per
ſuaſit. Rebus aūt ſic ſe habentibus: quū Philippus reuerſ
in Alemānia maiorē ſequelā haberet: congregato ſuorꝫ exer
citu hoſtiliter terrā Lantgrauij Thuringie qui autor ꝓmo-
tionis fuerat Othonis: ingreſſus eſt: atq quandā ipſius ci-
uitatem obſedit. Qḋ poſtq Otho audiuit: ſumpto ſecum du
ce Bohemie (nōdum eñ rex erat) ꝛ ijs qui ſibi adherebant:
in auxiliū Lantgrauij properauit. Cuius aduentum Philip-
pus reformidās/ ſoluta obſidione aufugit. Rex autem Otho
cum ſuo exercitu terras Philippi ac ſuorum ſequacium in-
uadens caſtra plurima cepit. Interea Inn. papa audiens de
briga regum ſcꝫ Francie ꝛ Anglie: conſiderans quot damna
chriſtianorum populo prouenirent: maxime terre orientali
ad cuius liberationē totis viribus intendebat: dñm Petrum
Capuanū diaconum cardinalē ad reformādā inter duos re-
ges pacem/ legatū miſit in Franciam. Qui veniēs pacē qui-
dem reformare nō potuit: ſed ab ipſis ꝑ quinq annos treu-
gas firmauit. Iniunxerat eñ dñs papa huic legato: vt exhor
taretur ꝛ induceret principes ac ppl'm regni Francorum ad
ſubſidium terre ſancte. In quo negotio adeo diuina gratia
operāte ꝓfecit: ꝙ innumera tam peditū ꝙ militū multitudo
ad verbum exhortationis ipſius ſignum crucis ſuſcepit in
obſequium crucifixi. Inter quos principales fuerunt Theo-
baldus comes Trecen. Ludouicus comes Bleſen. Balduinꝰ
comes Flandrenſis ꝛ Hannonie. comes ſcti Pauli. Sueſſio
nēſis ꝛ Trecen. epi. ¶ Circa idem tempus Marchualdus de
quo ſupra dictum eſt: qui expulſus a dominio Marchie in
regnum ſe receperat: excluſo puero ſcilicet Frederico illud
occupare nitebatur. Quod poſtq Cōſtantia imperatrix ma-
ter pueri cognouit: diffidauit eundem: ꝛ per literas manda-
uit vniuerſis vt eum tāq hoſtem regis ꝛ regni euitarent. Eo
facto Cōſtantia dicta defuncta eſt. Que quum in extremis
urgeret: dñm papā Inno. pueri ꝛ regni baiulum ꝛ tutorem cō
ſtituit: qm ad eū de iure ſpectaret tanq ad dñm principalē.
Cuius audita morte/ dñs papa ſtatim dñm Gregorium ſan-
cte Marie in porticu diaconū cardinalē legatū in Siciliā
deſtinauit: vt ibi vices ſuas gerens de regni negotijs diſpo-
neret ꝛ ordinaret. Marchualdus aūt poſt mortem Conſtan
tie regreſſus in regnū/ ad occupandū illud totis viribus in-
tendebat: pretendens ꝙ ex teſtamēto imperatoris ipſe debe
bat eſſe baiulus regis ꝛ regni. Inſtabat itaq vt dictam ma-
litiam duceret ad effectum. Et licet quoſdam virībꝰ ſupaſſet:
alios ſuis fraudibus decepiſſet: nō tñ potuit ꝓualere: quum
dñs Innocētius ſummꝰ pōtifex obſtaculū ſibi opponeret in
oībus vijs ſuis. Sperans aūt Marchualdus ꝙ ipm poſſet
inclinare ꝓmiſſis: ꝑ Conradū archiepm Maguntinū ꝛ ſepe
ꝑ alios fecit ſecrete ꝛ caute tentare virum poſſet oblatione
munerū mitigari: promittēs ꝙ ſi ſolūmodo ab eius impedi-
mento ceſſaret: quāuis ſibi nullū preſtaret auxiliū: ſtatim da
ret illi viginti milia vnciarum auri. Et poſtq obtinuiſſet pa-
lermū tantūdem ſibi exhiberet: ꝛ ligiam ſibi fidelitatē ꝓſta
ret: duplicaret cēſum: ꝛ multiplicaret obſequia que Romani
pōtifices de regno Sicilie habere cōſueuerāt. Nec debebat
obſtare ꝙ ſummus pontifex regē infantulum in ſua cura ſu-
ſceperat. qꝛ ſicut ille firmiter aſſerebat. puer ille qui Frede-
ricus dicebatur: nec imperatoris Henrici nō Conſtantie filiꝰ
fuerat: ſed ſuppoſitꝰ partus: qḋ teſtibus adſtruere ꝓmitte-
bat. Summus aūt pōtifex tantā eius iniquitatē attendēs/
promiſſiones ꝛ oblationes ipſius execrabiles iudicauit.

Dux bohemie nōdum erat rex.

Marchualdus Siciliā occupare nititur.

Mors Cōſtantie imperatricis

§. III. Anno domini Milleſi-

mo. ccvi. dū Otho cū Philippo in Alemannia contenderent
ꝛ Otho deſerentibus ꝛ deficientibus ſuis quum de pari cum
Philippo contendere non poſſet: intra Coloniam que ſola
illi fauebat/ ſe recepit: quam Philippus cum ſuis obſidio-
ne vallauit. Sed animoſe cōtra eum egredientibus ciuibus

ad bellum a Philippo victi repelluntur. Unde cum amodo
Philippo reſiſtere deſperarent: expulſo Othone ſe ei tradi-
derunt. Sequēti anno pridie kal. Martij fuit eclipſis ſolis
particularis hora diei quinta. Quo etiam anno menſe De-
cembri tanta propter frequentes pluuias fuit aquarū inun-
datio fluuialis: quāta ab hominibus illius temporis nunq̄
viſa vel a preceſſoribus eſt audita in Francia. Nam et pon-
tes fregit: domos euertit: ⁊ infinita damna intulit. Anno au
Mors tem dñi. M. ccviij. Philippus qui ſe regem Alemannie no-
impato minabat: quum pacifice totam Alemanniam poſſideret: ac
ris Phi nullum ibi penitus haberet obſtaculum: atq̄ iam ad intran
lippi. dum in Italiam ſe magnifice prepararet: dolo a quadam co-
te occiſus eſt. Cuius morte audita eius vxor filia Iſacij Cō-
Otho ſtantinopolitani imperatoris dolori ſuccumbens moritur.
impera Poſt mortem igitur huius Philippi ducis Sueuie. Inno.
tor coro papa Othonem imperatorem coronauit contra voluntatem
natur. Philippi regis Francorum: ⁊ contradicentibus pro magna
parte Romanis: multis etiam ex imperij magnatibus: et in
die ſue coronationis Rome facte dñs papa ab eo exegit: ⁊ re-
cepit iuſiurandum de patrimonio beati Petri cuſtodiendo:
⁊ cōtra quoſlibet ipſum defendendo. Contra quod cito ve-
nit hoſtiliter inuadēs terras eccleſie ⁊ plura caſtra ⁊ ciuita-
tes eius vſurpans. Et quum ad admonitionem Inno. pape
ab huiuſmodi non ceſſaret: ſed magis ac magis eccleſiā per-
ſequeretur: papa de cōmuni conſilio prelatorū ipſum excōi-
cauit: ⁊ pertinacem ab imperio depoſuit vt periurum ⁊ pſe-
cutorem eccleſie: mandans vt nullus deinceps eum impera
torē nominaret: nec ei obediret ⁊ principes Alemānie a fide
litate eius abſoluit. De hoc tamen plenius dicetur in ca. de
Albigē imperatoribus. ¶ Eo tēpore cepit crux predicari in Fran-
ſes here cia in partibus Toloſanis cōtra Albigēſes hereticos de mā
tici. dato dñi Inno. pape. Et primo Petrus monachus de caſtro
nouo miſſus fuit legatus a papa: qui comitem Toloſanum
excōicaret tanq̄ fautorem hereticorum. Lata eſt igitur ſnīa
contra eum: licet comes illi mortem publice cōminaretur.
Legat⁹ Legato aūt de villa ſancti Egidij recedēte ſecuti ſunt illum
pontifi- duo comitis armigeri: atq̄ non longe a flumine illum inue-
cis tru nientes: vnus ex illis lanceā in latus eius infixit. Qui vul-
cidat. nere mortis accepto verſo capite illum reſpexit: dixitq̄ illi
pluries repetendo. Dñs indulgeat tibi frater mi: et ego tibi
indulgeo. Quo dicto expirauit. His auditis dominus papa
miſit in Franciam legatum Gualonē ſancte Marie in por-
ticu diaconum cardinalem iuriſperitum ⁊ magne pruden-
tie virum ⁊ fidei Chriſtiane maximum zelatorem: mandans
regi ⁊ vniuerſis regni principibus vt tanq̄ veri catholici et
fideles ac fidei defenſores: terras Toloſanorū Albigenſium
⁊ Narbonenſiū aliaſq̄ ciuitates quas fidei Chriſtiane impu
gnatores ⁊ ſubuerſores occupauerāt: in remiſſionem pecca-
torum expugnarent. Miſſi quoq̄ ſunt ab Inno. cum ipſo le
gato abbates. xij. ordinis Ciſtercieñ. qui tunc florebant vite
ſanctitate ac ſcientia: qui crucem contra Albigenſes predi-
carēt: concedens plenariam peccatorum remiſſionē crucem
aſſumētibus ⁊ contra hereticos belligerantibus: etiam ſi in
via mori contigiſſet ante bellū poſt crucem aſſumptā. Appli
cantes igitur ad locum determinatum cōuenerunt in vnū:
Didac⁹ tractantes quō ad cuius gratiā miſſi fuerant: cōmodi⁹ exe-
oxonien querentur. Superuenit aūt ex Hiſpania Didacus Oxonieñ.
ſis ep̄s. ep̄s vir ſanctitatis eximie: qui in ſociū ſecum duxerat beatū
Dñicum fundatorē poſtea ordinis predicatorꝝ. De quo infra
dicetur. Ipſum ergo accerſiunt: ⁊ eum ſuper hoc cōſulunt:
ſcʒ de modo tenendo ad confutandū dictos hereticos. Nec
enim latebat eos quin dictus Didacus eſſet ſanctitatis pre-
cipue: zelator fidei: rectitudinis emulator. Eius aūt fuit hoc
deo inſpirante conſilium: vt relecta pompa ſuperflui appa-
ratus: ⁊ remiſſa varia ſupellectili quam ſecum adduxerant:
in paupertate voluntaria Chriſtum pauperem predicarent:
vt ſic fictam edocentes ſanctitatem quā heretici illi preten-
debant exterius: ex auſteritate ⁊ nuditate veris virtutibus
⁊ mundi contemptu poſſent deceptos ab eis ad viam redu-
cere veritatis. Sicq̄ factum eſt.

§.IIII. Cernens autē ſummus

pontifex hereticos ipſos dure ceruicis eſſe: nec eos verbis
poſſe emolliri: decreuit antequā vineā dñi demolirētur: infru
ctuoſos palmites materiali gladio amputare. Cruce igitur
ſignati Franci et aliarū prouinciarū de ordinatione pape cō
tra Albigenſes hereticos iter arripiunt. Eiſq̄ comes adiun
gitur Toloſanus: quē dñs papa reductū per legatum abſol
uerat. Et primo eorū aduentu Biterre a fidelibus capiūtur
omneſq̄ pariter trucidantē. Quorū numerus vſq̄ ad. xvij. milia
fuiſſe narratur. Poſt hec Carcaſſona a fidelibus obſidione
vallatur. Qua capta: Rogerius quidam qui in ciuitate illa
caput erat hereticorum et princeps, captus arcte cuſtodie
mancipat. His duabus vrbibus expugnatis: quum iam ma-
iores exercitus ad reditum anhelarēt: vno oīm cōmuni con-
ſenſu Simon comes Montisfortis toti regioni acquiſite pa Simon
riter ⁊ acquirende preficitur. Erat enim vir elegantis forme comes
fide preclarus: armis ſtrenuus: genere nobilis: prudētia ma Mōtiſ-
gnus: ingenio perſpicax: largus: magnificus: affabilis: fidei fortis.
catholice defenſor: ⁊ hereticorꝝ acerrimus impugnator. Hic
ex eo tēpore quo Gallorum principes ad expugnandos here
ticos in terra Albigenſiū venerūt: nunq̄ niſi ſemel in Gal-
liam reuerſus eſt: ſed in ſeruitio dñi indefeſſe vſq̄ in finem
perſeuerans. in eadem prouincia pro chriſto aīam ponere me
ruit. Fuit aūt dñs cum eo: qui oīa opera eius dirigebat: per
manus eius hereticos expugnando. Eratq̄ cum eo vir ille De ſctō.
mirabilis beatus Dñicus inſtitutor poſtea ordinis predica Dñico.
torū: q̄ valde familiaris ei erat. Abbates ergo illi. xij. a papa
deſtinati ad predicandum: ⁊ ep̄i ⁊ archiep̄i ⁊ alij in partibus
illis prelati ſequentes conſilium Didaci Oxonieñ. epiſcopi:
remiſſis ad loca ſua ſarcinis temporaliū cū quib⁹ venerant
ceperunt ſinguli euangelicam paupertatē amplecti: pedites
diſcurrere: ac ſtrenue verā fidē verbo ⁊ opere predicare: ha-
bentes ſuper ſe quaſi totius negotij ducem Didacum prefa-
tum ep̄m. Quod vidētes ⁊ inuidentes heretici ceperūt ⁊ ipſi
ex aduerſo importuni⁹ predicare. Sed ⁊ comes Montisfor-
tis Simon prefatus princeps exercitus fidelium gladio ma
teriali contra ipſos hereticos ⁊ eorum ſequaces viriliter di-
micabat: vnde ⁊ Minerbeam municipium ceperunt vbi mul
ti hereticorum capti ſunt: ⁊ multi interfecti. Quumq̄ captis
daretur optio: vt quicumq̄ hereſim abiuraret: liber recede-
ret: centum octoginta ex eis obſtinati in peccato potius cō-
buri q̄ hereſim abiurare elegerunt. quod ⁊ factum eſt. Sed
⁊ veritas fidei noſtre ibi p evidens miraculum comprobata
eſt. Ut enim refert Uincen. ſpec. hiſto. li. xxx. ex geſtis comi-
tis Montisfort. in hiſtoria beati dominici. Quum apud fa- Duo mi
num Jou'is quoddam caſtrū frequenter inter catholicos et racula.
hereticos diſputationum conflictus fierent: ad quas vtriuſ- fidē chri
q̄ ſexus populi multitudo confluebat: factum eſt ex edicto: ſtianam
vt die quadam fieret ſolennis diſputatio ſub iudicibus de- appro-
putatis. Et quum altercatione verborꝝ diu protracta heretici bantia.
ſubtili calliditate diabolica / etſi rationibus et authoritatib⁹
ſufficienter confutati / vt murenula de manibus ſtringentiū
elaberentur: decretū eſt vt ab vtraq̄ parte ſcripto preſenta-
ri deberet ipſa aſſertio fidei quam docebant. Scriptis autē
diuerſis a catholicis in libellos redactis diligenter ⁊ mutua
collatione diſcuſſis: libellus quem ſcripſerat beatus Domi
nicus vnus ex preſentibus diſputantibus communiter com
mendatur: ⁊ pre ceteris preſentandus diſcernitur. Coram
igitur omni multitudine libelli vtriuſq̄ partis. ſ. beati Do-
minici ⁊ hereticorum in mediū proferuntur: ⁊ iudicibus in-
ter ſe diſcrepātibus / hec tādem fuit cōmunis ſnīa: vt vtrūq̄
libellum in flammas ignis iniicerent: et quem contingeret ab
igne non comburi: ille veram fidem procuidubio contineret.
Fidelis ſermo ⁊ omni acceptione dignus. Accenſus eſt in pu
blico magnus ignis. libelli proijciuntur in medium: libellus
partis heretice ſtatim comburitur: libellus vero ſerui dei
Dñici non ſolū ab igne non leditur: verum ab igne longius pro
ſilijt in lōginquum. Secūdoq̄ iniectus ac tertio / eque p̄ſiſt
incōbuſtus. Unde canit eccleſia. Ter in ignem libellus tra-
ditus: ter exiuit illeſus penitus. Et ſic error hereticorꝝ vinci
tur: fides extollitur. Et ſic quod diuina potentia in tribus
pueris geſtum cognouimus in fornace Babylonis: hoc reno
uatum videmus in libello incombuſto beati Dñici ad confir
mandā veritatem fidei: ⁊ demonſtrandam ſancti cuius erat
ſanctitatem. Simile quoddam legitur cōtigiſſe in alio loco.
Quum enim ipſe beatus pater cum quibuſdam hereticis de
quadam hereſi diſputaſſet: ac rationes eius in ſcriptis reda
ctas hereticis tradidiſſet ad reſpondendum ſuper eis: nocte
ſequenti congregati ad ignem heretici ceperunt legere. dixe
runtq̄ adinuicem. Proijciamus in ignem: ⁊ videamus quid
accidat inde. Nam ſi non cōburatur: vera vtiq̄ oſtendet do-
ctrina iſta: ſin aūt fallax. Proijcitur: ⁊ poſt modicum reſilit in
combuſta. Dixitq̄ vnus ceteris durior. Proijciatur iterum:
⁊ experiemur diligentius veritatem. Proijcitur ſcdo ⁊ ter-
tio ⁊ reſilit incombuſta. Nec cōuerti ⁊ credere voluerunt ſʒ
ſtrictiſſimo iuramento ſe ligarūt nemini miraculū pādere.
Sed vnus eorum qui iam aliquā diſpoſitionem habebat ad
cōuerſionē: compunctus ⁊ ad fidē reuerſus eſt: ⁊ aliqa mimi
feſtauit prodigium tantum. Permanſit aūt ipſe beatus pater
annis decē in illis partibus in predicationis officio et here-
ſis extirpatione: alijs ad propria redeūtibus. Et didaco ep̄o
prefato iam defuncto: qui prius ceſſionem poſtulauerat a pa
pa Innoc. ep̄atus fuit: vt ſe totū daret predicationi cōtra he-
reticos: ſʒ non obtinuit: quum quidam fideles nobiles filias
ſuas traderent ipſis hereticis erudiendas in p̄ſidia: vt vel

ſic

ſic victum quem aliunde habere non poterant/cõſequerentur:deliberauit dei ſeruus Dñicus ſeipſum venundare: vt precio ſui illis ſubueniretur: ⁊ periret in anima ſaluatoris noſtri ⁊ redẽptoris imitatus exẽplum. Qđ vtiq̃ feciſſet: ſed deus qui ad maiora eum elegerat aliter miſerie illorũ prouidit. Hec tamen per anticipationem dicta ſunt. Nam plenius de eo ſuo loco dicetur. Sub hoc ergo Inno. iij. anno dñi/M. ccx. ceperunt ordines mendicantium Predicatorũ ſcʒ quorum pater fuit beatus Dominicus. ⁊ minorũ quorum pater fuit beatus Franciſcus. De quibus infra.

§. V. Anno dñi. M. ccxiiij. bel=

Mediolanẽſes eodẽ anno bis victi.

lum acerrimũ inter Cremonenſes ⁊ Mediolanenſes cõmiſſum eſt. In ipſo autẽ feſto Pentecoſtes quũ vtraq̃ pars eſſet in campo: ⁊ Cremonenſes propter diei ſolennitatẽ in craſtinum pugnã vellent differri. Mediolanenſes quũ ſe ſuperiores: viderẽt noluerũt. Quapropter iuſto dei iudicio victi atq̃ fugati/ multos ⁊ milites/⁊ pedites amiſerunt. Inſuper eodẽ anno dicti Mediolanẽſes quũ Papiam vrbem obſediſſent: erumpẽtibus ciuibus atq̃ viriliter obſeſſores aggredientibus denuo victi ſunt atq̃ fugati. Sic igitur eodẽ anno Mediolanenſes bis prelio victi ſunt dño vindicante in eos hereſes varias: quibus eo tẽpore ciuitas illa erat infecta. Et fauorem quem Othoni depoſito ⁊ excõicato ab Inno. papa impendebat.

Anglia ⁊ Hybernia ſum mo põtifici ſunt vectigales.

Eodem anno qui fuit Joãnis Angloꝝ regis xij. idem rex ſponte de conſilio ſuorũ principum obtulit ac libere conceſſit deo et Apoſtolis eius ſanctiſſimis Petro et Paulo ⁊ ſancte Romane eccleſie ⁊ dño pape Inno. iij. totum Anglie regnũ ⁊ Hybernie pariter cum omnibus iuribus et pertinentijs ſuis. Et fecit ac iurauit homagiũ pro dictis regnis dicto Innoc. pape: vt illa de cetero vt feudatarius ab ipſo papa ⁊ ſucceſſoribus eius teneret. Statuitq̃ vt ꝓ omni ſeruitio dictorũ regnorũ ſaluo per omnia denario beati Petri Romana eccleſia annuatim mille marcas perciperet: ſeptingẽtas pro regno Anglie: ⁊ trecẽtas ꝓ regno Hybernie.

Eodem anno vir ſtrenuus comes Simon de Monteforti qui cõtra hereticos de Albigeſio bella dñi viriliter gerebat: quum multas ciuitates ⁊ oppida expugnaſſet: ⁊ cõtra eos nõ ſine magno miraculo multas victorias obtuliſſet. Ad vltimũ rex Aragonum ⁊ comes ſancti Egidij ⁊ comes Defoes cum infinita multitudine illum intra caſtrum quod Murellum dicitur: obſederũt. Qui quũ cerneret ſe diu ob defectum victualiũ tenere nõ poſſe: quũ non haberet niſi. cclx. milites: et ac armatos pedites quingentos: ſpem ſuam ponens in dño/ inuocata ſpũſſancti gratia / fiducialiter caſtro egreſſus ad eos: nõ timuit tantã ⁊ tam ferocem multitudinem aggredi. Qui poſt modicã reſiſtẽtiam fugiente fere ad. xvij. milia de exercitu eorũ eo prelio perierunt ſed de fidelium populo nõ

Victoria miraculoſa.

niſi octo peregrini ceciderũt. Hunc Simonem comitẽ Montiſfortis propter ſingularẽ in bellis virtutem atq̃ proſperitatem/comitem fortem vocabant. Qui quum eſſet in bellis ſtrenuiſſim⁹: tot negotijs implicatus quotidie tamẽ miſſam ⁊ omnes horas canonicas audiebat.

Eodem anno Gaufridus Sylnatenenſis ep̃s tam etate q̃ corpulẽtie pondere ſe inhabilem ad onus officij ep̃atus ſentiens: ⁊ quod iam per xxx. annos laudabiliter exercuerat: impetrata licentia a papa ep̃atui renuntiauit: ſeq̃ ad monaſterium Caroli loci contulit. Quo in loco ieiunijs ⁊ orationibus vacans vitam finiuit. Huius ſecutus eſt exemplum Gaufridus vir ſanctiſſimus Meldẽſ. ep̃s: qui de ſummi pontificis licentia ep̃atui cedens: in monaſterio ſancti Victoris Pariſieñ. diuine contemplationi ſe arctius mancipauit. Qui inter alia ſanctitatis opera quibus viriliter inſiſtebat abſtinentiam inauditam obſeruans/ſingulis annis in quadrageſima ⁊ in aduentu ter in ſeptimana ſolum comedebat. In alijs autem tẽporibus ſemper ieiunans ad ſui macerationẽ tam amara tam inſipida comedebat atq̃ bibebat: vt vix ab alijs non ſolum comedi ſed ⁊ guſtari potuiſſent.

§. VI. Hic glorioſus pontifex

Inno. iij. Anno dñi. M. ccxv. celebrauit concilium generale Rome in eccl'ia Lateranẽ. in quo interfuerunt. M. ccc. ep̃i ⁊ in eo edite ſunt conſtitutiones plurime valde vtiles ſoluti animarũ. Sicut de confeſſione ⁊ cõmunione annualiter ab oĩbus fidelibus facienda ſeu ſumenda: ⁊ multis alijs: que in corpore habent decretaliũ. Ibi etiã in cõcilio tractatum eſt de recuperatiõe terre ſancte ⁊ ſubſidio ad hmõi opus. Multas quoq̃ decretales epiſtolas edidit iſte Innocẽ. ad diuerſos: reſpõdendo multis inquiſitionibus ⁊ dubijs: etiã varijs materijs ⁊ caſibus moralibus/ſacramẽtalibus/⁊ iudicialibus. Et pro maiori parte decretaliũ liber eſt ex Inno. huius conſtitutionibus ⁊ decretalibus epiſtolis.

Ipſe in concilio illo reprobauit errores Joachim abbatis et cuiuſdam Almarici vt expreſſas hereſes. Qui tamẽ ipſe Joachim epiſtolam dictauit: cui manu propria ſe ſubſcripſit: in qua fatetur tenere ſe fidẽ quã tenet Romana eccleſia. ac etiã mandauit oĩa ſcripta ſua preſentanda ap̃lice ſedi ab ea corrigenda vel approbanda. ideo ipſe non iudicatur hereticus: licet errauerit. Et error ⁊ confutatio eius ponit̃ in textu: vt hic patebit.

Primo igitur Inno. ponit q̃ credẽda ⁊ tenenda ſunt a cũctis fidelibus de ſanctiſſima trinitate: ⁊ de diuinis proprietatib⁹ de myſterio incarnationis: de ſacramentis eccleſie: ⁊ creaturis. extra de ſum. tri. ⁊ fi. catho. ca. j. ſic dicens. Firmiter credimus ⁊ ſimpliciter cõfitemur: q̃ vnus ſolus eſt deus ver⁹ eternus: immenſus: incommutabilis: omnipotens: ⁊ ineffabilis: pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus: tres quidem perſone: ſed vna eſſentia: ſubſtantia/ſeu natura ſimplex omnino. Pater a nullo filius a patre ſolo: ⁊ ſpũſſanctus ab vtroq̃ abſq̃ initio ſemper ac ſine fine. Pater generãs: filius naſcens: ſpũſſanctus ab vtroq̃ ꝓcedens: cõſubſtantiales: et coequales/ ⁊ coomnipotentes ⁊ coeterni. Unũ vniuerſorum principium: creator oĩm viſibiliũ ⁊ inuiſibilium: ſpiritualiũ ⁊ corporaliũ qui ſua omnipotenti virtute ab initio tẽporis vtramq̃ de nihilo cõdidit creaturã: ſpũalem ⁊ corporalem; angelicam videlicet ⁊ mundanã: ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu ⁊ corpore conſtitutã. Diabolus enim ⁊ alij demones a deo quidem natura creati ſunt boni: et ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo vero diaboli ſuggeſtione peccauit. Hec ſancta trinitas ſm cõem eſſentiã indiuidua: ⁊ ſecundum ꝑſonales proprietates diſcreta: per Moyſen ⁊ ſanctos prophetas aliosq̃ famulos ſuos iuxta ordinatiſſimã diſpoſitionem temporum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem vnigenitus dei filius Jeſus chriſtus a tota trinitate cõiter incarnatus: ex Maria ſemper virgine ſpũſſancti cooperatione conceptus verus homo factus: ex aĩa rõnali ⁊ humana carne cõpoſitus: vna in duabus naturis ꝑſona: viam vite manifeſtius demonſtrauit. Qui quum ſm diuinitatẽ ſit immortalis ⁊ impaſſibilis: idem ipſe ſm humanitatẽ factus eſt paſſibilis ⁊ mortalis. Qui etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus ⁊ mortuus deſcendit ad inferos: reſurrexit a mortuis: ⁊ aſcendit in celum: ſed deſcendit in anima ⁊ reſurrexit in carne: aſcenditq̃ pariter in vtroq̃ venturus in fine ſeculi iudicaturus viuos ⁊ mortuos: ⁊ redditur⁹ ſingulis ſm opera ſua tam reprobis q̃ electis: qui omnes cũ ſuis proprijs corporibus reſurgent que nunc geſtant: vt recipiant ſm opera ſua ſiue bona fuerint ſiue mala: illi cum diabolo perpetuam penã: ⁊ iſti cũ chriſto gloriam ſempiternã.

Una vero eſt fideliũ vniuerſalis eccleſia: extra quã null⁹ oĩno ſaluat̃: in qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Jeſus chriſtus: cuius corpus ⁊ ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini veraciter cõtinentur: ⁊ trãſubſtãtiatis pane in corpus: ⁊ vino in ſanguinem poteſtate diuina: vt ad ꝑficiendũ myſteriũ vnitatis accipiamus ipſi de ſuo qđ ipſe accepit de nr̃o. Et hoc vtiq̃ ſacramentũ nemo põt conficere niſi ſacerdos q̃ rite fuerit ordinatus ſm claues eccleſie quas ipſe conceſſit ap̃lis eorumq̃ ſucceſſoribus Jeſus chriſtus.

Sacramentum vero baptiſmi qđ ad dei inuocationem et indiuidue trinitatis: videlʒ patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti conſecratur in aqua: tam paruulis q̃ adultis in forma eccleſie a quocũq̃ rite collatũ ꝓficit ad ſalutem. Et ſi poſt baptiſmi ſuſceptionem quiſq̃ prolapſus fuerit in pctm̃: per verã põt ſemꝑ penitentiã reparari. Non ſolum aũt virgines et continentes: verũ etiã coniugati ꝑ fidẽ rectã ⁊ operatione bonam placentes deo ad eternam merent̃ beatitudinem peruenire.

Joachim Petri lõbardi emulus dãnat̃.

§. VII. Idem in eodem cõcilio

Dãnamus ⁊ reprobamus libellũ ſeu tractatum: quẽ abbas Joachim edidit cõtra magiſtrũ Petrũ Lombardũ de trinitate ſeu eſſentia trinitatis: appellans ipſum hereticum ⁊ inſanum: pro eo q̃ in ſuis ſententijs dixit. Quoniam quedã ſumma res eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus: ⁊ illa non eſt generans/nec genita/nec procedens. Unde aſſerit q̃ ille nõ tam trinitatem q̃ quaternitatem adſtruebat in deo: videlʒ tres ꝑſonas: ⁊ illam cõem eſſentiã quaſi quartã: manifeſte proteſtans q̃ nulla res eſt q̃ ſit pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus: nec eſt ſubſtãtia/nec natura/nec eſſentia: q̃uis cõcedat q̃ pater et filius ⁊ ſpũſſanctus ſint vna eſſentia: vna ſubſtantia: vnaq̃ natura: verũ vnitatẽ hmõi nõ verã ⁊ ꝓpriã: ſed quaſi collectiuã ⁊ ſimilitudinariã eſſe fatet̃: quẽadmodũ dicunt̃ multi homines vnus populus: ⁊ multi fideles vna eccleſia iuxta illud Multitudinis credentium erat cor vnum ⁊ aĩa vna. ⁊ illud. Qui adheret deo: vnus ſpũs eſt cũ eo. Ad hanc autem ſuam ſnĩam adſtruendã/illud potiſſimũ verbũ inducit quod chriſtus de infidelibus dicit in euãgelio: Uolo pater vt ſint vnũ in nobis: ſicut ⁊ nos vnũ ſumus: vt ſint conſummati in vnum.

Act. iiij. j. Cor. vj. Jo. xvij.

Nos aũt ſacro approbante concilio credimus et confitemur

vna cum Petro: ꝙ vna quedã ſumma res eſt incompꝛehenſibilis quidẽ ⁊ ineffabilis: q̃ veraciter eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus: tres ſimul pſone: ac ſigillatim quelibet earundem: ⁊ ideo in deo ſolũmodo Trinitas eſt: non quaternitas: qꝛ quelibet triũ perſonarũ eſt illa res: videlʒ ſubſtãtia eſſentia ſeu natura diuina: q̃ ſola eſt vniuerſoꝝ principium: preter quod aliud inueniri non põt. Et illa res non eſt generãs neqꝫ genita/ neqꝫ procedẽs: ſed eſt pater qui generat: ⁊ filius qui gignitur: ⁊ ſpũſſanctus qui procedit: vt diſtinctio ſit in perſonis: vnitas in natura. Licet igitur ali⁹ ſit pater: alius filius: alius ſpũſſanctus: nõ tamen aliud. ſed id quod eſt pater: eſt filius/ ⁊ ſpũſſanctus. Idem omnino ſm Orthodoxã et catholicam fidem cõſubſtantiales eſſe credant. Pater enim ab eterno filium generãdo/ ſuam ſubſtantiã dedit ei. Iuxta quod ipſe teſtatur. Pater qð dedit mihi: maius oĩbus eſt. At dici non põt ꝙ partẽ ſubſtantie ei dedit: ⁊ partem ſibi ipſi retinuit: quũ ſubſtãtia patris indiuiſibilis ſit: vtpote ſimplex omnino. Sed nec dici põt ꝙ pater in filiũ trãſtulerit ſubſtãtiam ſuam generando: quaſi ſic dederit eam filio: ꝙ nõ retinuerit eam ſibi. Alioquin deſiſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo ꝙ ſine vlla diminutione filius naſcendo ſubſtantiam patris accepit: ⁊ ita pater ⁊ filius habent eandem ſubſtantiã ⁊ ſic eadẽ res eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus ab vtroqꝫ procedens. Ad authoritatem aũt quam Ioachim inducebat: vnde fundabat ſuũ errorem male intelligendo: reſpondet Innoc. ibi dicens. Quũ veritas pro fidelibus orat dicens ad patrẽ: Volo vt ſint vnũ in nobis: ſicut nos vnũ ſumus. Hoc nomẽ vnum/ pro fidelibus quidẽ accipit: vt intelligat vnio charitatis in gratia: pro pſonis vero diuinis: vt attendatur idẽtitas vnitatis in natura. Quẽadmodũ veritas alibi ait. Eſtote ⁊ vos perfecti: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis pfectus eſt. Ac ſi dicat. Eſtote perfecti vos perfectione gratie: ſicut pater veſter perfectus eſt pfectione nature. Vtriqꝫ videlʒ ſuo modo: qꝛ inter Creatorẽ ⁊ creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari: quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notãda. In dicto aũt. c. dãnamus. In fine dicit. Reprobamus etiã ⁊ condẽnamus peruerſiſſimũ dogma impij Almarici cuius mentem ſic pater mendacij excecauit: vt eius doctrina non tam heretica cenſenda ſit ꝙ inſana. Que fuerit hui⁹ doctrina ⁊ error in textu ibi non ponitur. Sed Io. de col. poſt Vin. ſpe. hiſto. eam exprimit ſic. Quũ diebus illis floreret ſtudiũ literarũ Pariſijs: illucqꝫ de toto orbe ſcholaribus cõfluentibus/ non ſolum pꝛopter loci amenitatẽ ⁊ bonoꝝ omniũ affluentiam: ſʒ etiã pꝛopter libertatẽ ⁊ ſpecialem pꝛerogatiuã quam impendebat eis rex Philippus: ⁊ eius pater ante ipſum: illic in ſacra facultate ſtudebat quidã Almaricus de territorio Carnotẽſi/ villa q̃ dicitur Bena oriũdus: qui ſemp ſuum habuit et in artibus liberalibus et in ſacra facultate diſcendi atqꝫ docendi modũ et opinionẽ priuatam: ac iudicium ſeparatũ. Hic auſus eſt conſtanter affirmare ꝙ quilibet tenetur credere ſe eſſe mẽbrum Chriſti: ⁊ hoc vnum eſſe de articulis fidei: ſine quo non poteſt homo ſaluari. Omnibus ergo catholicis in hoc ei contradicẽtibus: ad ſummũ pontificem coactus acceſſit Innocentiũ. Qui audita eius propoſitiõe ⁊ vniuerſitatis ſcholarium cõtradictione: contra eum ſententiauit. Reuerſus ergo Pariſios/ cõpellitur ore confiteri ꝙ contrarium ſentiret dicte opinioni. Ideo inquã ore: qꝛ nunqꝫ corde diſceſſit. Itaqꝫ tedio ⁊ indignatione affectus (vt dicit) egrotauit: ac in lecto decũbens in breui deceſſit. Poſt cuius mortem eius venenoſa doctrina quidã infecti ſurrexerunt qui plus ꝙ oportet ſapientes/ ad extirpandum Chriſtum ⁊ noui teſtamenti ſacramenta inauditos errores ⁊ adinuentiones diabolicas cõſtruxerũt. Inter cetera vero impudenter aſſerere conabantur: ꝙ patris poteſtas durauit quãdiu viguit lex Moſayca. Et qꝛ ſcriptũ eſt/ Nouis ſuperuenientibus abijcietis vetera. Poſtqꝫ Chriſtus venit: abſoluta dicebãt omnia veteris teſtamenti ſacramẽta: ⁊ viguit illa lex vſqꝫ ad illud tempus quo predicabant talia. Illo ergo tempore dicebant noua ſacramenta finem habere: ⁊ ſpiritusſancti temporis incepiſſe. Ideoqꝫ cõfeſſionem/ baptiſmũ/ euchariſtiã ⁊ alia ſacramenta ſine quibus nõ eſt ſalus: locũ de cetero non habere: ſed vnumquẽqꝫ p gratiã ſancti ſpũs tantum interius ſine aliquo exteriori actu inſpiratum poſſe ſaluari. Charitatis quoqꝫ virtutẽ ſic ampliabant: vt id quod alias peccatũ eſſet: ſi fieret in charitate: iam illud nõ eſſet peccatũ ſm eos. Vnde ⁊ ſtupra ⁊ adulteria ⁊ ceteras corporis voluptates in nomine charitatis perpetrabãt. Mulieribuſqꝫ cũ quibus peccabãt ⁊ ſimplicibus quos decipiebãt: impunitatẽ promittebãt deũ tantũmodo bonum ⁊ non iuſtum predicantes. Huius fama quũ ad Petrum Pariſienſem epm ⁊ fratrem Guerinũ regis Philippi cõſiliarium perueniſſet: occulte miſerunt Radulphũ de Namurtio clericũ: qui huius ſecte viros diligenter inquireret. Hic ad ſingulos aſtute accedebat: et de illorum ſecta ſe eſſe fingebat. Illiqꝫ ſecreta ſua ei reuelabant. Itaqꝫ plures huius ſecte ſacerdotes clerici ⁊ laici vtriuſque ſexus detecti ⁊ capti Pariſios ſunt adducti. Ibiqꝫ cõgregato concilio conuicti ⁊ condemnati atqꝫ ab ordinibus ſuis degradati ⁊ traditi curie ſeculari iuſſu regis extra portam in campello cremati ſunt. Mulieribus autem ac ſimplicib⁹ qui per maiores decepti fuerant: pepercerũt. Hereſiarcha vero Almaricus licet iam fuiſſet (vt putabatur) in pace eccleſie ſepultus: quia tamen conſtitit ſectam illam ab ipſo originem habuiſſe: ab vniuerſo concilio condemnatus eſt ⁊ excommunicatus: ac de ſacro cemiterio eiectus. Eiuſqꝫ cinis ⁊ oſſa per ſterquilinia ſunt diſperſa.

Mat. v.

Almarici Carnotẽſis ⁊ ſequaciũ eius errores.

Heretici apud Pariſios cremantur

§. VIII. Idem Inno. in cõcilio

generali prefato circa ſacramenta confeſſionis ⁊ communionis ſic ſtatuit: nec forte vnqꝫ fuit facta in aliquo concilio tam ſalubris conſtitutio. Omnis vtriuſque ſexus fidelis poſtqꝫ ad annos diſcretionis peruenerit: oĩa peccata ſua ſolus ſaltem ſemel in anno confiteatur proprio ſacerdoti: ⁊ iniunctam ſibi penitentiã proprijs viribus ſtudeat adimplere. ſuſcipiens reuerẽter ad minus in paſcha euchariſtie ſacramentũ: niſi forte de pꝛoprij ſacerdotis cõſilio ob aliquam rationabilẽ cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendũ. alioquin ⁊ viuẽs ab ingreſſu eccleſie arceatur: ⁊ moriens chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequẽter in eccleſijs publicetur: ne quiſqꝫ ex ignorantie cecitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis aũt alieno ſacerdoti peccata ſua voluerit iuſta de cauſa cõfiteri: licentiã prius poſtulet ⁊ obtineat a pꝛoprio ſacerdote: quũ aliter ille non poſſit illũ ſoluere vel ligare. Sacerdos autẽ ſit diſcretus ⁊ cautus: vt more periti medici vinum et oleum infundat vulneribus ſauciati: ⁊ diligenter inquirens ⁊ peccatoris circumſtantias et peccati: quibus prudenter intelligat quale ei debeat prebere conſiliũ: ⁊ cuiuſmodi remedium adhibere: diuerſis experimẽtis vtendo ad ſanandum egrotum. Caueat autem ne ſigno vel verbo vel alio quouis modo prodat peccatorẽ aliquatenus. ſed ſi indiguerit prudentiori conſilio: illud abſque vlla exactione vel expreſſiõe perſone caute requirat. Quoniã qui peccatũ in penitentiali iudicio ſibi detectũ preſumpſerit reuelare: nõ ſolum a ſacerdotali officio deponendũ decernimus: verum etiam ad agẽdam perpetuã penitentiam in arctum monaſterium detrudendum. Idem Inno. in eodẽ concilio quoad infirmorũ viſitationem exigendam a medicis. extra de peni. ⁊ remiſ. cũ infirmitas. Cum infirmitas corporalis nonnunqꝫ ex peccato proueniat: dicẽte dño languido quẽ ſanauerat. Vade ⁊ noli amplius peccare: ne deterius ſibi aliquid cõtingat: preſenti decreto ſtatuimus ⁊ diſtricte precipimus medicis corporum. vt quũ eos ad infirmos vocari contigerit: ipſos ante oĩa moneant ⁊ inducant vt medicos aduocent aiarum. vt poſtqꝫ fuerit infirmo de ſpũali ſalute prouiſum: ad corporalis medicine remediũ ſalubrius procedatur: quum ceſſante cauſa ceſſet effectus. Hoc quidẽ inter alia cauſam dedit edicto huic: ꝙ quidã in egritudinis lecto iacentes: quum eis a medicis ſuadetur vt de aiarũ ſalute diſponant: in deſperationis articulum incidũt: vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis aũt medicoꝝ hmõi noſtre cõſtitutionis trãſgreſſor fuerit: poſtqꝫ per prelatos locoꝝ fuerit pmulgata: tãdiu ab eccleſie ingreſſu arceatur: donec de trãſgreſſione hmõi ſatiſfecerit cõpetẽter. Ceterum quũ anima multo precioſior ſit corpore: ſub interminatione anathematis prohibemus: ne quis medicoꝝ p corporali ſalute aliquid egroto ſuadeat qð in periculũ aĩe cõuertatur. Idem Innocen. in cõcilio generali quoad prelatos pꝛouidet dicẽs eo. tit. Ne pro dilatione penitẽtie periculũ immineat aiarũ: permittimus epis ⁊ alijs ſuperioribus necnõ minoribus prelatis exemptis: vt etiã preter ſuperioris ſui licentiã puidũ ⁊ diſcretum ſibi poſſint eligere cõfeſſorẽ. Nota ꝙ iſte decretales hic poſite requirunt magnã declarationẽ. de quibus diffuſe habes in. iij. par. in tit. de ſacramentis. ⁊. c. de ſacro pnie.

Habet hec decretalis extra de pe. ⁊ re.

Eo. ti. c. de peni. ⁊ remiſ.

§. IX. Idem Innocẽtius que-

ſitus a Lugdunenſi epo de forma conſecrationis ſanguinis chriſti: qꝛ nullus euangeliſtaꝝ ponit talẽ formã ex integro ⁊ illa verba/ Eterni/ ⁊ Myſteriũ fidei/ in euangelijs non habentur. ſed nec ꝙ chriſtus tũc eleuauerit oculos ad celum: vnde ergo talia verba poſita ſunt in forma qua nunc eccleſia vtitur? Rñ. ⁊ habetur extra de cele. miſ. cũ marthe. ⁊ dicit. Sane multa tã de verbis ꝙ de factis dñicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa: q̃ apli vel ſuppleuiſſe verbo vel facto expreſſiſſe leguntur. qð pbat. Nã paulus in actib⁹ aploꝝ ſic ait. Meminiſſe nos oportet verbi dñi Ieſu chriſti qui dixit. Beatius eſt dare ꝙ accipere. Nec nullus quatuor euan-

Euchariſtia.

Act. xx.

geliſta-

geliſtarū deſcripſit. Nullus etiā eorum expreſſit qđ Paulus
de Chriſto ad Coꝛ. ſcribēs ait. Viſus eſt pluſq̄ quīgentis
fratribus ſimul. Deinde viſus eſt Jacobo. Ipſi etiā euange-
liſte inter ſe mutuo ſuppleuiſſe legūturq̄ que ab eorū aliquo
vel aliquibus ſunt omiſſa. Credimus igit̄ q̄ formā verboꝝ
ſicut in canone reperit̄:etiā a Chriſto apoſtoli ꝛ ab ipſis apo-
ſtolis eoꝝ receperint ſucceſſores. Dicit Inno. Euāgeliſte nō
intenderūt ponere ꝓpriam formam ꝯſecrationis: ſed ſolum
narrare factū conſecrationis p quedam verba: vt patet etiā
de baptiſmo Mat. vlti. Unde ꝛ quū Chriſt⁹ eleuauerit ocu-
los ad celū in reſuſcitatione Lazari ꝛ multo magis creden-
dum eſt hoc feciſſe in cōfectione huius ſacramēti qđ maius
erat. Sic ergo intelligēdum eſt. Hic eſt calix ſanguinis mei
ſcꝫ cōtentiuus:noui ꝛ eterni teſtamenti cōfirmatiuus: teſta
menti. i. ꝓmiſſionis: noui. i. non veteris animaliū ſanguine
dedicate:ſed ſanguine Chriſti. Et eterni. i. nō de tēporalibus
ſed de eternis bonis facte. Myſteriū fidei. i. qui ſanguis eſt
myſteriū. i. ſacrū ſecretū fidei:qđ ſcꝫ fide tenet̄ ſcꝫ ſub ſpecie
vini aliud q̄ cernit̄ ibi/credit̄ eſſe ſcꝫ ſanguis Chriſti. Et ſi-
cut credit̄/ibi eſt:ſcꝫ ſanguis Chriſti realiter. Dicit etiā ibi-
dem q̄ aqua que miſcet̄ vino in calice cōſecrando: cōuerti-
tur in vinū: qđ ipſa cōſecratione tranſſubſtantiat̄ in ſangui
nem Chriſti. Miſtio aūt ipſius aque cū vino/ſignat populū
electoꝝ Chriſto vniri p charitatē:aqua enim ſignat populū.
Idem dicit ibidē q̄ quuꝫ in orationib⁹ aliquorū ſanctorum
dicat̄. Sicut ſanctis tuis prodeſt vel ꝓficit ad gloriā. Ita no
bis prodeſſe ꝓficiat. Non ſic eſt intelligēdū q̄ oblatio ſacrifi
cij vel oratio proſit beatis ad aliquod ſuffragiū: ſicut nobis
ꝛ his qui ſunt in purgatorio: quū omnia eis ſuppetant ad vo-
tum. Sed q̄ ad hoc proſit ſanctis: vt magis ac magis a fide-
libus honorificētur: ꝛ ex hoc etiā augetur gaudiū eorū ꝛ pre
mium accidentale: quod vtiq̄ vſq̄ ad diem iudicij poteſt au-
geri: ꝛ ſic licite poteſt optari eorū gloriam augeri.

Baptiſmus. ## §.X. De ſacramento baptiſmi

multa declarat in decretali. maiores. extra de bapt. Et primo
dicit. Maiores eccleſie cauſas/preſertim articulos fidei cō-
tingentes/ad Petri ſedē eſſe referendas patet ex eo q̄ Chri
ſto interrogāte diſcipulos ſuos quid de eo dicerent: Petrus
Mat. xvi. pro oībus reſpōdit. Tu es Chriſtus filius dei viui. Et pro eo
ipſe rogauit ne deficeret fides ſua. Et q̄ baptiſmus ꝑtinet
Lu. xxij. ad articulos fidei: ideo ſcđo excludit errorē quorūdam circa
baptiſmū dicentiū baptiſmū nō ꝓdeſſe paruulis: nec pctm̄
remitti originale. Mouebant̄ ad hoc dicendū ex eo qđ Jac.
Jac. v. dicit. Charitas operit multitudinē pctōꝝ. Et de peccatrice
Lu. vij. Chriſtus ait. Dimiſſa ſunt ei peccata multa: q̄m dilexit mul
tū. Quū aūt charitas non infundat̄ niſi ſentiētibus. i. diſcer
nentibus ꝛ conſentientibus: ꝛ paruuli non ſint diſcernētes
nec cōſentientes: ſequit̄ q̄ in eis non eſt charitas: ſine qua
non fit remiſſio pctōrum. Sed hoc eſſe falſum declarat: ſcꝫ q̄
per baptiſmū non tollat̄ originale paruulis: p argumentū a
minori ſic. Circūciſioni ſuccedit baptiſmus: non enim ſimul
Gal. v. currūt in valore: quū hoc ſit hereticū dicere q̄ circūciſio tūc
valeat ad remiſſionē peccati. Unde apl̄s. Si circūcidimini:
Chriſtus non vobis prodeſt. i. fides Chriſti. Si ergo circūci-
ſio que erat imperfectius ſacramentum: tollebat originale:
nec ſine ea auferebat̄ originale maribus deſcendentibus ex
Gene. xvij. Abraam propter qđ dictū fuit. Maſculus cuius preputij ca
ro circumciſa non fuerit: delebo illū de populo ſuo. i. de cetu
ſanctoꝝ. Multo magis baptiſmus qui eſt ſacramentū noue
legis ꝛ perfecti⁹ tollit originale paruulis: ꝛ ſine eo aliter eis
non aufertur ſiue maribus ſiue feminis. Indiſtincte em̄ di-
citur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu: non pōt vi-
dere regnū dei. Et q̄ baptiſmus ſit ꝑfectius ſacramētum: pa
Joā. iij. tet: quia nō ſolū tollit peccatū: ſed aperit ianuā paradiſi qđ
non faciebat circūciſio. Et q̄ aperiat ianuā: patet per argu-
mentum a cōtrario ſenſu: q̄ ſi non renatus ex aqua: non po-
teſt intrare regnum dei: ergo renatus intrat: ſi non hꝫ aliud
obſtaculū. Tertio ad authoritates illoꝝ reſpondet duplici-
ter. Primo ſic poteſt dici: q̄ intelligat̄ illud de adultis habē
tibus ſcꝫ vſum rationis: q̄ ſine charitate illis nō fiat remiſ-
ſio originalis vel aliorum. Et de illis etiā intelligitur illud.
Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: ſalu⁹ erit ꝛc. Credere au
Marci. xvi. tem eſt actus fidei: quē paruuli ꝓpter defectū rationis tunc
habere non poſſunt. Unde intelligit̄ de adultis: quibus di-
cebat predicandū eſſe. Secūdo et melius pōt dici q̄ paruuli
etiam non ſunt ſine charitate: q̄uis nō habeant actum eius
ꝓpter defectū etatis. Nam in baptiſmo infundunt̄ eis gra-
tia ꝛ charitas ꝛ fides ꝛ oēs virtutes quoad habitum: etſi nō
quoad vſum ſeu actum quem adhuc exercere non poſſunt.
Quarto facit diſtinctionem inter originale ꝛ actuale quoad
modum remiſſionis: in hoc videlꝫ q̄ quum originale cōtra-
hatur ſine conſenſu ſcꝫ illius qui cōtrahit: ſic etiam remitti
poteſt ſine actuali cōſenſu eiuſdē: vt fit in paruulis per ba-
ptiſmū. Sed actuale peccatū nunq̄ cōtrahitur ſine conſen-
ſu committētis ipſū: ꝛ ideo ſine cōſenſu eius. i. niſi volunte de
eo non pōt remitti. Qđ aūt in adulto nec etiā dimittatur ſi-
ne cōſenſu eius. i. ſine propoſito eius volentis credere ꝛ ba-
ptizari: hoc eſt propter ꝯnexionē originalis cū actuali in eo.
Nec em̄ poteſt reperiri ſm̄ Tho. in habēte vſum rōnis origi-
nale ſine actuali mortali. Unum aūt non poteſt dimitti ſine
altero. ſ. originale ſine actuali: ſed actuale (vt dictum eſt) nū
q̄ contrahitur ſine cōſenſu ſeu diſplicentia eius ꝛ propoſito
faciendi quod debet. Quinto facit diſtinctionem inter ſuſci
pientes baptiſmum vel alia ſacramēta impreſſiua characte
pacis tractatus ſe cōtulit. Unde miſſo ad regem Ranulpho
comite Lincestrie: vna cū legato dñi pape Roberto de treu
ga tractare cepit. Ad quorum petitionē rex per quinq; an
nos treugas fecit cum eo. Sicq; Pariſios rediit. Anno autē
domini. M. ccxvi. venit in Franciam legatus Gualo ſancti
Martini in montibus preſbyter cardinalis ab apoſtolica ſe
de deſtinatus: qui audiēs ꝙ Ludouicus filius primogenit'
regis Francorum Philippi cū multa militia ſe pararet ad
tranſeundum in Angliā cōtra regē eius: monuit vt hoc nul
lo modo auderet. Sed ꝛ Philippo patri ſuo ſuaſit vt hoc idē
filio diſſuaderet: denūtians illi excōicationis ſententiā que
iam in cōcilio Lateranēſi lata fuerat in eos regē Anglie ad
uerſantes. Quum aūt nihil cōminando pficeret: nauigauit
in Angliam compoſiturus pacem inter regem Anglie ꝛ ba
rones eius. Nec multo poſt Ludouicus prefatus anno eta
tis ſue. xxix. acceptis a baronibus Anglie obſidib' cū Gal Ludoui
lorum exercitu tranſfretauit in Angliā. Qui ab illis qui eū cus Phi
euocauerant alacriter ꝛ honorifice ſuſceptus: fidelitatem ꝛ lippi fi
homagia ab eis ſuſcepit. Legatus autem apoſtolice ſedis for lius co
titer ꝛ animoſe ſtabat pro rege Anglie: gladiū Petri (quē pias du
ſolum habuit) euaginans. Nam illorum terras qui Ludoui cit i An
co adheſerāt / interdicto ſuppoſuit: ꝛ illos excōicauit. Jnter gliam.
hec autem Joannes rex Anglorum moritur: cui ſucceſſit
Henricus filius eius: qui erat annorū. x. Qui mortuo patre
a Gualone apoſtolice ſedis legato inunctus ꝛ coronatus eſt.
Quo facto Anglorum nobiles qui a patre animo ꝛ volunta
te receſſerant: mediante domini pape legato relicto Ludo
uico ad obedientiam noui regis redierunt.

¶ De Honorio. iij. papa / ꝛ ingentibus bellis contra infide
les / ꝛ profectione communi. Capitulum. iij.

POſt innumera opa egre
gia virtutum Jnnocentij: inter que etiam edidit
tres libellos. Primum de miſeria conditionis hu
mane Secundum de miſſa. Tertium ſuper pſalmos penitē
tiales. Demū beato fine quieuit: cui ſucceſſit in apice pon
tificatus Honorius tertius / in numero pontificum ſumo
rum. clxxxiij. natione Romanus de Sabellis: Qui
erat ſanctorum Joannis et Pauli preſbyter cardinalis: et
Centius vocabatur: ꝛ ſedem accepit anno dñi. M. ccxvi. ab Hono
initio vero mundi quinquies milleſimo. clxxix. ſm autem riꝰ ter
maiorē cōputationē anno ſexies milleſimo. ccccxiij. Qui ſe tius pa
dit annis. x. ꝛ mēſib'. ij. Hic in principio ſui preſulatus ad pa.
requiſitionē beati patris Dñici confirmauit ordinē. Predi
catorū:

catorum: quē ipſe fundauerat. Nā ipſe pater Dñicus quū acceſſiſſet ad Lateraneñ. cōcilium cū Fulcone Toloſano ep̄o: qui ꝑ ſue merito ſanctitatis ab eodem tenere diligebat: aſtectu ſummū pontificē Innocentiū cū eo adijt: atq̄ ordinem q̄ Predicatoꝝ diceret: τ eſſet: cōfirmari ſibi ſuiſq̄ ſequacibus poſtulauit. At ille ad poſtulationē huius pre nouitate rei viſus eſt aliquantulum primitus ſe difficilem exhibere. Qđ tamen ſine nutu dei minime factū eſt: vt nimirum in reuelatione ſequenti cognoſceret vicarius Jeſu chriſti q̄ neceſſarius id eſſet vniuerſali eccleſie cui preſidebat: ad qđ vir dei diuinitus inſpiratus adſpirat. Sicut enim a pleriſq̄ fide dignis compertū eſt: quadam nocte deo ſibi reuelante videbat ſummus antiſtes in ſomnis q̄ Lateraneñ̄s eccleſia ſuis compagibus reſoluta grauē ſubito minaretur ruinā. Quod dū tremens ſimul τ merēs aſpiceret: ex aduerſo videbat virum dei Dñicum occurrere: humeriſq̄ ſuppoſitis caſurā illam totaꝫ fabricam ſuſtētare. Cuius viſiōis nouitatē admirās: τ ſignificationē prudēter itelligēs: ſine vllo dilatiōis obſtaculo viri dei ad ſe reuertētis cōmendauit ꝓpoſitū: τ petitionē hilariter acceptauit. Conſiderauit enim vir ſapiens ſpū ſancto ſuggerente a beato Dñico cum ordine ſuo eccleſiā nō materialem ſꝫ ſpūalem fidelium illius exemplis pariter τ doctrinis eſſe ſuſtentendā. Hortatus eſt igitur eum pontifex ſummus vt ad fratres ſuos rediret: τ pari voto cū illis aliquā regulam approbatā eligerēt: ſuper quā inchoandi ordinis promotionem firmaret: τ ſic ad ipm̄ reuertēs confirmationē ad libitum reportaret. Reuerſus igit̄ vir dei Dñicus poſt celebratum conciliū ad fratres ſuos Toloſam: verbū ſummi pōtificis eis patefecit. Erant aūt fratres numero circiter .xvj.

Diu⁹ dominic⁹ ordinis predicatoꝝ inſtitutor.

Qui mox inuocato ſancto ſpū regulam beati Auguſtini doctoris τ predicatoris egregij/ipſi re τ noīe p̄dicatores futuri elegerunt. Inſuper τ quaſdā vite arctioris cōſuetudines p formam ſibi cōſtitutionū obſeruādas ſtatuerunt. Et ne predicationis (cui ſummopere inſiſtere intēdebant) impedireť officium: propoſuerūt extūc terrenas poſſeſſiones τ reditus annales prorſus abijcere. Quod poſtmodum in primo capitulo generali Bononie celebrato/affectu pariter et effectu per conſtitutionem inuiolabilem perpetuo fuit executioni mandatum. Quo facto iterum beatus vir accedēs ad curiā Innocentio interea defuncto: τ Honorio ſublimato: confirmationem ipſius ordinis ſub regula Auguſtini: τ conſtitutionibus additis ab ipſo Honorio reportauit. Et ab eodem Honorio regula fratrum minorum ẽ approbata: τ ordo ille confirmatus. Dicit tamen Jo. de col. q̄ tp̄e Innocētij .iij. beatus Franciſcus de Aſſiſio oriundus: poſt ſuā ad deum perfectam conuerſionē cernēs accreſcere fratrum filiorum ſuorū numerum: regulā breui ſermone cōſcripſit: iterpoſitis in ea ſacri euangelij verbis: ad cuius perfectionem feruentiſſime anhelabat. Deſiderans autē que ſcripſerat a ſummo pontifice confirmari: vndecim quos habuit fratres ſecū aſſumpſit: τ cū illis ipſe duodecimus Romam perrexit. Quib⁹ papa Inno. de regula obſeruanda cōſenſum dedit: τ de penitentia p̄dicāda mādauit: τ cum gaudio illos dimiſit. Utrū autem ipſe tūc confirmauerit an tm̄ promiſerit: qđ poſtea Honorius cōpleuit: certum nō eſt. Hic etiā Honorius papa Fredericū .ij. filiū Henrici .vj. quē iā per plures annos/a principibus Alemanie electum imperatorē/ad preces eorum confirmauerat Inno. iij. venientē ad vrbem cum magna militia τ apparatu innxit τ coronā imperij ei dedit anno dñi. M.ccxx. Qui receptus a clero τ populo cum magna gloria: quum multa et magna beneficia recepiſſet ab eccleſia Romana: mā velut a matre ab infantia educatus fuerat ſub tutela eius in regno Appulie τ poſtea ſublimatus imperio: licet in principio ſui imperij viſus fuerit facere aliqua bona τ ſtatuta in fauorem eccleſie: poſtea vt ingratus τ perfidus vt nouercā perſecut⁹ eſt eam vſq̄ in finē vite ſue: multa mala τ odia inferēs. Propter que ab ipſo Honorio excōicatus eſt: τ demum depoſitus ab imperio: vt plene dicetur in ſequen. c. Hic Honorius fecit plures decretales: que tamē ſunt magis iudiciales q̄ morales τ ideo nīl de eis refero. Huius etiam pontificatus tēpore anno ſcꝫ dñi. M.ccxx. beat⁹ Dominicus migrauit Bononie ad dominum: vt plenius infra dicetur.

Honori⁹ regulaꝫ fratruꝫ p̄dicatorū τ minoꝝ cōfirmauit.

Frederi cus ſecūdus ipe rator coronatur.

§.I. Subſequēter hic deſcribūtur

que geſta ſunt in oriente in terra ſancta pro Damiata per chriſtianos cruce ſignatos tempore huius Honorij pape: ſed prius de imperatore Conſtantinopolitano breuiter et de bello inter regem Francorum Ludouicum τ Joannem regem Anglorum: τ de Simone Montiſfortis pugnante contra hereticos. Anno primo Honorij defuncto imperatore Conſtantinopolitano Henrico fideli ſine liberis: comes Altiſiodoreñ. Petrus vocatus electus imperator Conſtantinopolitanus acceptans venit ad vrbem: τ coronam imperij ipſius ab Honorio ſuſcepit in eccleſia ſancti Laurentij extra vrbem. Nono aūt die ſue inunctionis ſeu conſecrationis ipſe imperator ab vrbe receſſit cū vxore τ quatuor filiabus. Habebat aūt ſecum imperator circiter .clx. milites τ plurimos ſeruientes. Cui recedenti datus eſt a domino papa legatus de latere ſuo Joānes de Colūna cardinalis cui apud Brunduſium claſſis Venetorū occurrit: qui illum recipientes tranſito ipſo loco qui gulphus Venetie dicitur ciuitateꝫ Dyrrachium obſederunt. Jurauerat autem ipſe imperator Venetis qui dicebant illam ciuitatem eis ablatam violenter ipſis reſignaret: ſi ei a dominico copia preſtaretur. Igitur pluribus diebus inutiliter in obſidione conſumptis non ſine ſuorū diſpendio: obſidionem ſoluit imperator: atq̄ verſus Cōſtantinopolim terreſtre iter cum dño legato aggreditur. Sequebatur aūt imperatorem dux Dyrrachij ciuitatis nomine Theodorus cū exercitu ſuo: nunc a latere nunc a tergo imperatoris exercitum infeſtando. Sed quum ei a Latinis viriliter reſiſteretur: τ illis aperte nocere non poſſet: ad dolos et aſtutiam ſe conuertit. Nam miſſis nuntijs loquitur cum legato: atq̄ pacem ſe cum imperatore velle facere aſſerit: τ ſibiq̄ ac ſuis ſecurum promittit conductum forum rerum venalium competenti precio ſe exhibiturum exercitui ſpondet: ſed ne a Latinis ſui paterentur aliquam iniuriam petit vt arma deponant. Igitur firmatis per iuramentum τ oſculum pacis pactis: ſuadente legato arma deponunt. Que depoſita hoſtibus committuntur. Quo facto Theodorus cōgregata ſuorum manu Latinos proditor aggreditur: et pro ſui voluntate diſponit. Nam inermes quid contra armatos valent? Capiť imperator Petrus atq̄ legatus. Capti ſunt etiam Theſſaloniceñ. archiepiſcopus: et Guilielmus ſacri Ceſaris comes: et cum eis nobiles plurimi: qui omnibus bonis ſpoliati per diuerſos carceres retruduntur. ¶ Eodem tempore Thomas comes Parcenſis (alias Particenſis) qui cum Ludouico in Angliam tranſfretauerat: apud quendam Anglie ciuitatem ab Anglicis occiſus eſt. Quo audito Ludouicus qui tunc Deuorum obſidebat incenſis machinis ſe cum ſuo exercitu Londoniam recepit: atque patri ſuo Philippo ſcripſit in Franciam qualiter Anglis illum deſerentibus cum ſuis in graui diſcrimine apud Londoniam remanſiſſet: τ quare acceleraret ſibi auxilium deſtinare. Qui audita neceſſitate filij: congregato nobilium regni exercitu: mittebat ad filium. Quorum aduentum quum preſciuiſſent Anglici: τ congregata nauium multitudine aduenientibus Francis occurrunt: τ conſertoq̄ prelio ab vtraque diu parte pugnatur. Ad poſtremum multitudine et peritia pugnandi in mari preſtantibus Anglis vertuntur Franci in fugam: τ in qua τ multi capiuntur nobiles reliquis pene omnibus interfectis: preter paucos qui fuge beneficio euaſerunt. Quod iuſto dei iudicio apparet Ludouico contigiſſe: quia contra prohibitionem domini legati hoc bellum inchoauit. Poſt hāc igiť victoriam precluſo mari quū ad Ludouicum nec victualium copia nec exercitus ex Francia venire poſſet: Londoniarum ciuitas famis inopia cepit intolerabiliter laborare. Unde de pace pro qua legatus efficaciter laborabat tractatū eſt. Demum eo ita volente: ſic concluſum eſt: vt Ludouicus regis Francorū filius cū ſuis oībus remearet in Franciam: prius tñ preſtito iuramento: vt apoſtolice ſedis ſtaret mandato. Et ſic .iiij. kal. Octobris in Franciam eſt reuerſus cum ſuis. ¶ Eodē quoq̄ anno vxor Simonis comitis Montiſfortis qui adhuc contra hereticos fidei inimicos in partibus Toloſanis bella gerebat pro eccleſia: venit in Franciaꝫ auxilium a rege et baronibus petitura. Nam Toloſanus comes adiuuante illum rege Aragonum fautore hereticorum ita comitem cum ſuis arctauerat: vt vix illi valeret reſiſtere. Heretici enim occupauerant multa caſtra: que cum multis laboribus idem comes cum fidelium adiutorio ceperat. Et niſi cito illi a fidelibus auxilium mitteretur: cogebatur que adhuc tenebat infidelibus reſignare. Itaq̄ denuo crux contra hereticos in illis partibus predicatur: multique ex hoc nobiles et ignobiles zelo fidei ducti cruce ſignantur. Pugnante autem predicto comite cum ſuis contra hereticos: Rex Aragonum in bello occiſus eſt: vt preuiderat et predixerat beatus Dominicus cuidam religioſo ſibi familiari. Paulopoſt predictus religionis chriſtiane zelator et defenſor comes Simon migrauit ad dominum: cuius etiam mors beato Dominico reuelata eſt ſub viſione arboris τ vaſte: τ in cuius ramis aues quieſcebant: et ſubtus beſtie paſcebantur excíſe. Talis aūt fuit occaſus comitis Montiſfortis ſcꝫ Simonis predicti. Quū anno domini. M.ccxviij. ipſe cū multis de regno Francie τ Teutonie qui crucē aſſumpſerāt cōtra Albigenſes hereticos: τ ciuitatem Toloſanam quia hereticos fouebat cum eis errans: obſidione valaſſet: τ quadam die muruꝫ ciuitatis circumiret: lapide ab interiori peritus.

Petrus comes Altiſſiodoreñ. imperio Conſtātinopolitano donatur.

Exercitus theodori Dyrrachini in Latinos proditio.

Ludouicus ex Anglia redit in franciā.

Simonis Montiſfortis τ guidonis eius filij ꝑ hereticos de interitus.

trarũ emiſſo percutitur. Qui ſemiuiuus ad tabernaculum ſuum deportatus in craſtino Joannis baptiſte natiuitatis mortuus eſt pro defenſione fidei. Poſtea anno domini. M.ccxx. comes Guido Montiſfortis filius dicti Simonis memoria digni: non multum diſſimilis patri in zelo fidei ad expugnandos hereticos: dolo comitis ſancti Egidij in partibꝰ Toloſanis occiſus eſt in quodam caſtro quod fideles contra hereticos pugnando occupauerãt. Quo audito: frater eius caſtrum obſedit predictũ: nam quia oppidani cauſa mortis illius iuuenis fuerãt: iurauit ſe ab obſidione illius caſtri nõ receſſurum niſi eo oppugnato. Sed poſtmodum auxilio deſtitutus / coactus eſt ſoluta obſidione recedere. Quo abeunte heretici reſumptis animis omnia fere caſtra que fideles patris eius auxilio occupauerant expugnauerunt. Ludouicus filius regis Frãcorum cum copioſo exercitu cruce ſignatorum cõtra hereticos Toloſanos proceſſit: ⁊ caſtrum hereticorum quod Mirmonde dicitur / expugnauit: ⁊ vrbem Toloſanam obſidiõe vallat ⁊ quum fortiter impugnaret proditiõe aliquorum ⁊ ſuis corruptis pecunia impeditus receſſit. Poſt quod heretici contra fideles audaciores facti ceperũt plura caſtra. ¶ Anno autem domini. M.ccxvij. treuga que erat inter chriſtianos ⁊ ſaracenos expirauit: vnde exercitus chriſtianorum qui poſt Lateraneñ. conſilium fuerat congregatus: aſſumptis armis ſe ad bella contra crucis hoſtes potenter parare cepit. Erant autem in eorum exercitu reges Ungarie / Hieruſalem / et Cypri cũ multitudine copioſa pͥncipum ⁊ baronum. Inter quos erant duces Auſtrie ⁊ Bauarie cum militia Teutonicorum. Rex autem Hieroſolymorũ

Exercitus xpianorũ cõtra infideles.

tunc erat Joannes nomine: qui ex duce Uiennẽſi in Francia electus fuerat rex Hieruſalem prioribus nonis: vir vtiq̃ ſtrẽnuꝰ in armis: ⁊ deuotꝰ: ex ſtirpe progenitus illius excellentiſſimi viri Gothifredi Billionis pͥmi regis Hieroſolymorum poſtq̃ eam cepit de manibus infidelium: cui Conradi quondam marchionis filia diſpõſatur: ⁊ ambo apud Tyrum coronantur. Procedentes igitur chriſtiani ad eã partem vbi dicebantur ſaracenorum eſſe multitudo eo animo ibãt vt pugnarent cum eis. Sed illi vt eorum aduentum per exploratores cognouerunt: formidantes cum tam copioſo exercitu vires ſuas experiri: tollentes tentoria ſua fugerũt: noſtri vero abſq̃ cõtradictione ingreſſi ſunt Galileam prouinciam: ⁊ multa dãna hoſtibus inferẽtes. Indeq̃ Achonem reuerſus eſt exercitus chriſtianorum. ¶ Eodem anno trãſacta hyeme exercitus chriſtianorum cõtra infideles arma ſumere cepit: ſed peccatis eorum exigentibus / quadrifarie exercitus diuiſus eſt; nã rex Ungarie cũ magno chriſtianorum dãno ad ꝓpria reuerſus eſt: ⁊ magnã partẽ peregrinorum cum galeis ⁊ apparatu bellico ſecũ traxit. Quam ob cauſam quum a patriarcha fuiſſet admonitꝰ ſuper hoc: nec propter iſtud tamẽ a ſuo ꝑuerſo propoſito reſiliret: idem patriarcha in eum ⁊ in omnes qui eum ſequebantur excommunicationis ſñiam ꝓmulgauit. Quedã vero peregrinorum portio aut timore aut delitijs delinita nullo mõ potuerunt adduci: vt cũ alijs Achonenſem vrbem egrederent. Rex vero Hieruſalem ⁊ dux Auſtrie cũ militia ſancti Joãnis quoddam caſtrum in Ceſarea Paleſtine viriliter firmauerunt: Nec ab ope potuerũt auerti: licet hoſtium ſepe nunciaretur aduentus. Templarij vero vna cum dño Gualtero de annenſijs ⁊ militia hoſpitalitatis Teutonicorum cũ quibuſdam alijs lꝫ paucis auxiliantibus peregrinis caſtrũ filij dei qđ olim deſtructum fuerat: reedificare aggreſſi ſunt. Quod quidẽ caſtrũ inter Ceſareã ⁊ Cayphas ſitũ eſt. Quum autẽ fundamenta murorũ cum multo labore foderent; murus quidã antiquus ⁊ ſpiſſus apparuit: quẽ inſtrumentis ferreis effodientes / quaſdã monetas aureas in magna copia repererunt cuius inſcriptio ſeu figura modernis erat ignota. Hoc etiam anno fuit vẽtus in Frãcia vehemẽtiſſimus q̃ multas eccleſias ⁊ infinitas domos euertit. ¶ Eodem tempore menſe Martij applicare ceperunt naues peregrinorum ad portũ Achoneñ. maxime Teutonicorũ. Excitata eñi fuit Coloneñ. ⁊ Treuereñ. ꝓuincia ꝑ obſequiũ ſaluatoris: ꝑ ſigna que apparuerunt in celo. Menſe autem Maij ꝑparatis galeis ⁊ nauibus Joannes prefatus rex Hieruſalem cũ patriarcha ⁊ peregrinis ⁊ duce Auſtrie ⁊ multitudine chriſtianorum copioſa proſpero vẽto ad portũ Damiate peruenit: vbi antequã ad terrã deſcenderẽt: per triduũ ſunt morati: expectabãt enim hos quos rex exercitui prefecerat. Hanc vrbẽ expugnare ceteris omiſſis paganorũ proponebãt: dicebant enim (vt verum erat) q̃ ſi dicta ciuitas capi poſſit: facile cum dei adiutorio non ſolum terram ſanctam recuperare poterant: ſed etiam de leui Egypti regionem occupare. Itaq̃ antequã capitanei venirent: chriſtiani inuitis paganis deſcenderunt in terrã: atq̃ ex parte maris obſederunt ciuitatem. ¶ Eodẽ tẽpore Petrus Pariſieñ. ⁊ Gualterꝰ Carnotẽſis / ⁊ Jordanꝰ Lexouienſis epiſcopi: Heruicus comes Niuerneñ. cum alijs magnatibus Francis: iter tranſmarinũ arripiunt: atq̃ circa feſtũ Simonis ⁊ Jude applicant Damiatã cũ ceteris fidelibus caſtra coniungentes: ⁊ ad ciuitatis expugnationem fideliter laborant.

§.II. Quum aũt ciuitas vndiq̃

rotaret: in vigilia beati Andree facta eſt in mari horribilis atq̃ ſeua tempeſtas. Nam intumeſcentes ⁊ excreſcentes fluctus caſtra fideliũ occuparũt: quare ⁊ nauiũ ⁊ victualiũ dãna non modica pertulerunt. Durauitq̃ hec tempeſtas per tres dies. Fuit preterea in exercitu mortalitas valde magna: multiq̃ ex diuerſis infirmitatibus ad dñm migrauerunt. Et hec peſtilentia vſq̃ ad feſtũ beate Agathe graſſata eſt. Quibus diebus pater miſericordiarũ ⁊ deus totius conſolationis in ſuos fideles reſpiciẽs animauit eos: vt aſſumptis armis fluuium tranſirent: atq̃ cum Soldano Babylonie qui ex alia parte fluminis tentoria ſua fixerat: fortunam belli experirentur. Qui quum iam ſe ad tranſitum pararent: immiſit deus timorem in hoſtes: adeo vt dimiſſis caſtris omni commoditate rerum refertis: media nocte fugerent. Quorum fugã q̃dã apoſtata chriſtianus qui diu cũ infidelibꝰ militauerat: ante auroram ad caſtra xpianorũ veniẽs nũtiauit Soldanũ relictis caſtris fugiſſe. Quo audito fideles certatim nullo obſiſtẽte tranſeuntes fluuium caſtra hoſtium occuparũt: ⁊ vbi victualia inuenerunt infinita. Die autem ſequenti quum totus trãſiſſet exercitus: in gyrum ciuitas eſt obſeſſa. Dum igitur xpiani eſſent in obſidione Damiate: atq̃ illam vndiq̃ fortiter impugnarent: ⁊ de die in diem fidelium multiplicaretur exercitus: et vires in immẽſum augerent: Corradinus filius Saphani congregato ſuorũ exercitu venit in Syriam hieruſalẽ atq̃ habito ſuorũ ꝯſilio deſtruxit Hieruſalẽ funditus intus foriſq̃ preter templum dñi ⁊ turrim Dauid. Hoc ideo feciſſe creditur pagani: ne chriſtiani poſt captionẽ Damiate aliquam munitionem mediterraneam haberẽt ⁊ tenerẽt in regno Hieroſolymitano. Deſperabãt eñi capta ciuitate regnũ Hieroſolymitanũ poſſe defendi. De ſepulchro dñi glorioſo deſtruendo conſilium habuerunt Saraceni: ⁊ per literas cõminati ſunt: quas ad ſolatiũ his qui intra Damiatã tenebãtur incluſi: direxerunt. Deleta igit Hieruſalẽ anno dñi. M.ccxix. Corradinus cũ ſuo exercitu caſtrum Ceſarienſe quod anno precedenti rex Hieruſalẽ vna cum Hoſpitalarijs reedificauerat obſedit: atq̃ poſt aliquot dies defenſoribus remiſſe id defendentibus expugnauit. Uerum hi qui intra caſtrũ erant (q: egreſſus illis per mare patebat) euaſerunt. Deſtructo autem illo: caſtrum filij dei quod a Templarijs reedificatum diximus obſidione vallauit: atq̃ fortiter impugnare cepit: ſed Templarijs qui intus erant viriliter ſe defendẽtibꝰ quum nihil proficeret: ab obſidone receſſit: atq̃ Damaſcum ſe recepit: vbi quum eſſet: tum per literas / tum p̄nuntios orientales Turcos atq̃ Saracenos ſolicitabat: vt dũ chriſtiani in obſidione eſſent occupati Damiate: ipſi Achonenſem vrbem obſiderent: q: aut ipſam caperent: aut ob illam defendendam chriſtianorum exercitum obſidione Damiate reuocarent: ſed illi deo volente varijs diſcordijs ⁊ inteſtinis contentiõibus occupati: illi auxiliũ ferre nequiuerũt. Illis diebus quum chriſtianus exercitus in expugnatione Damiate oĩbus viribus inſiſteret: quidam liber oblatus eſt dño Pelagio legato arabice ſcriptus: cuiꝰ author Judeũ vel chriſtianum vel Saracenũ ſe eſſe negabat. Quiſquis autem ille fuerit: predixit tñ mala que Saladinꝰ populo chriſtiano in Syria intulit: maxime victoriã quam habuit de chriſtianis: q̃n cepit regẽ ⁊ ſanctã ciuitatẽ cũ cetero regno. Predicebat etiã deſtructionẽ hortorum ⁊ palmeti Damiate: que illis diebus per chriſtianos facta eſt / ⁊ dicebat eam a chriſtianis eſſe capiendã. Saladini aũt nomẽ nõ ponit: ſed per nigros oculos ⁊ vexilla crocea illum oſtendit. Predicebat etiam liber ille quendã regem Nubianorum xpianum in breui Mecham ciuitatem vbi eſt Machometi ſepulchrũ: debere deſtruere: et ipſius Machometi oſſa diſpergere. Interea ciuitate Damiata longa obſidiõe ferri fame ⁊ peſtilentia afflicta: cõtra Soldanum ⁊ maiores qui ciuitati preerant vulgus murmurabat: dicebatq̃ ſe vltra incõmoda obſidionis tolerare nõ poſſe: ⁊ ideo chriſtianis vrbem eſſe tradendam. Soldanus autẽ de die in diem varijs ꝓmiſſionibus ipſos a deditione retrahebat: mandauitq̃ ſuis qui intus erant: intrinſecus portas obſtruit: ne ciues qui fame ⁊ peſte laborabant ad chriſtianos tranſirent: ⁊ ciuitatis miſerias nunciarent. Et non ſolũ intus fame laborabatur verũ etiã in Saracenorũ caſtris que non longe a noſtris diſtabant / famis acerbitas inualuerat. Nilus eñi fluuius qui poſt feſtũ beati Joãnis Baptiſte ſolet inundare vſq̃ ad exaltationem ſctẽ crucis: ⁊ Egypti irrigare planitiẽ: eo anno more ſuo nõ aſcẽdit ad ſignũ quod ſolẽt ponere Egyptij: ſed magnam partem terre diſcoopertam et ſiccam

Damiatã circũſidene xpiani.

Pagani Hieruſalem deſtruũt.

Liber inuẽtus in obſidione Damiate.

ſiccam reliquit:que nec arari nec ſeminari potuit illo anno quare Soldanus futuram timens caristiā vna cū Corradino fratre ſuo rege Egypti ſub his pactis pacē obtulit chriſtianis:vt.ſ.crucem que olim capta fuerat in victoria Saladini cū ciuitate ſancta Hieruſalem ⁊ oībus captiuis qui per Egyptū ⁊ regnum Damaſci viui poterāt reperiri:inſuper et ſumptus ad reparandos muros Hieruſalem redderet ei:et totum regnū Hieroſolymitanū qđ antea chriſtiani tenuerāt reſtitueret ex integro. Precruchū ⁊ Montēregalē:que ſunt duo caſtra vrbi Hieruſalē vicina:que ſeptem habent in circuitu munitiones:ꝑ q̄ mercatores Saracenoꝝ ⁊ peregrini eoꝝ Mecchā tēdētes trāſire ſolēt. Volebat Soldanus totum hoc agere:dūmodo xp̄iani ab impugnatione Damiate deſiſterent:et ſoluta obſidione in Syriā copias ſuas reducerent. Hec pacta acceptanda eſſe oīno ⁊ chriſtianis valde vtilia cenſebat rex Hieruſalem ⁊ oēs nobiles Gallicorum. In hoc etiam concordabāt comes Lincestrie ex Anglia ⁊ Teutonicoꝝ capitanei. Sed dñs legatus cū ep̄is ⁊ archiep̄is ⁊ domibus Hoſpitalarioꝝ ⁊ Tēplarioꝝ cū oībus alijs Italie capitaneis ⁊ multis alijs viris prudentibus huic compoſitioni ſe opponebant:rōnabiliter oſtendentes ante oīa capiēdā eſſe Damiatā. Quū aūt Soldanus iā de pace deſperaret clā de nocte magnā peditū multitudinem miſit in ciuitatem:de quibus nonnulli a noſtris capti ⁊ occiſi ſunt. Proxima autē ſecunda feria poſt feſtum oīm ſanctoꝝ qui dā ex noſtris mādante legato cauſa explorandi ad quādam ciuitatis portam miſſi ſunt. Qui quum eſſent in numero ſatis magno:ꝓtecti clypeis ad portā accedūt. Quū aūt neminē circa portam vel ſupra viderēt appoſitis in muro ſcalis menia aſcendūt. Quo facto intra vrbem deſcendentes portam aperiunt:atq; intromiſſis ſocijs paucos occurrentes Saracenos occidunt. Ad quorum tumultum reliquus excitatus exercitus raptis armis abſq; pugna ⁊ chriſtianorum damno in oculis Soldani ciuitatem ceperunt. Capta eſt aūt iſta ciuitas Damiata anno domini. M.ccxix. No. Nouembris. Soldanus autem videns vrbem a chriſtianis occupatum:cuꝫ ſuis defendere nō audebat:ſed ingenti terrore concuſſus ſua caſtra combuſſit:atq; cum ſuo receſſit exercitu.

Damiata capitur a chriſtianis.

§. III. Chriſtianis aūt Damia-

tam intrantibus in ipſo ingreſſu occurrit intolerabilis fetor ex cadaueribus mortuoꝝ:qui pre multitudine a ſuis nō potuerāt ſepeliri. Erat aūt aſpicere miſerabile homines ſimul ⁊ mulieres ⁊ paruulos fame tabidos:quibus ⁊ domus ⁊ platee plene erant. Nam nec mortuos viui ſepelire poterant:et mortui viuos fetoribus occidebant. Mortui autem ſunt in ciuitate intra.xx.menſes quibus ciuitas fuit obſeſſa tum fame/tū peſtilētia:ꝓmiſcui ſexus vltra.lxx.milia paganoꝝ. Reperti ſunt aūt viui in ciuitate ad tria milia armatorum. Inter quos (mirabile dictu) vix centum remanſerunt incolumes qui poſſent ciuitatem defendere. Ex quibus quadringentos nobiliores ⁊ ditiores vtriuſq; ſexus ad redemptionē captiuorum chriſtianorum qui a Saracenis hactenus capti fuerant/reſeruarunt:alios vero chriſtianis mercatorib⁹ vēdiderunt:exceptis paruulis:quos Achonēſ. ep̄s baptizauit quibus de ſuo omnia neceſſaria longo tempore miniſtrauit. In ciuitate autem inuenta ſunt victualia pauca:ſed aurum argentum/lapides precioſi/panni aurei ⁊ ſerici/perle:et alie diuitie infinite:q̄ oīa ſub anathemate terribili i mediū ſunt delata atq; ꝑ miniſteriū bonoꝝ hominū inter exercitū ſunt diuiſa adeo equaliter:vt oēs etiam mulercule pauperes et pueri de eis ſm rationē participauerunt. Legatus autē de voluntate ⁊ conſilio maiorum de exercitu/ciuitatis dominiū cum ſuis pertinentijs ⁊ appendicijs regno Hieroſolymoruꝫ in perpetuum contulit poſſidenduꝫ. Hec ciuitas ſub Almarico rege a Grecis ⁊ Latinis obſeſſa eſt:ſed nihil proficientes receſſerunt. Poſtmodum autē ab Almarico rege qū deſcendit in Egyptum in vanum impugnata eſt.vt.ſ. patuit. Mahumaria.i.locus orationis Saracenorum:que mirabilis erat:et.cl.columnis marmoreis ſuſtētabat:ac ſeptem in circuitu habebat portic⁹:i eccleſiā glorioſe virginis Marie cōmutata eſt:eliminata ſpurcitia rituum Saracenoꝝ. In qua quatuor altaria principaliter fundata ſunt. Turres aūt que erant in circuitu ciuitatis:date ſunt in cuſtodiam illis quorum bellatores in exercitu fuerant. Quarū vna que Romane eccleſie fuerat aſſignata:ſub qua erat porta que dicebatur Babylonis:legatus voluit ꝙ Romana diceret. Poſt ordinationē igitur ciuitatis chriſtianus populus habito diligenti conſilio/in feſto beati Clementis armatis quibuſdā galeis exploratores miſerūt per fluuiū:mandantes vt quātum commode poſſent per fluuiū aſcēderēt:atq; vtrāq; fluuij ripā explorarēt. Qui paululū aſcendentes/ad vrbem que Thāneos dicitur/peruenerūt:que ad inſtar Damiate ſuper ripam fluminis ſita eſt. Qui quū neminē in turribus viderent:vltra modū admirantes:ad vrbē cū nauibus aſcendentes acceſſerunt. Et quū nullos defenſores viderēt in muris intrauerūt ciuitatē:atq; illam totaliter vacuam repererūt. Habitatores enim audita captione Damiate:nimio terrore perculſi deſperantes ſe ciuitatem poſſe defendere:relicta ciuitate fugerant ad tutiora loca ſe transferentes. Diſtat aūt hec ciuitas a Damiata per vnam dietā. Redeuntes aūt Damiatam exploratores nuntiauerūt que inuenerāt:teſtati ſe nūq; fortius caſtrū in plano poſitū vidiſſe. Habebat autem ſeptem turres in circūitu muroꝝ fortiſſimas:⁊ duplici muro cū foſſato latiſſimo circundata erat. Hec eſt Thāneos cuius nomen ꝓpheta Dauid recitat in pſ. Corā patribus eoꝝ fecit mirabilia in terra Egypti in campo Thāneos. Hec eſt Thānis latine:Thāneos grece:in qua fuit lapidatus Hieremias ꝓpheta.

Thāneos vrbs Egypti fortiſſima.

¶ Eodem anno per vniuerſum orbem diuulgatū eſt qualiter latini vi armoꝝ potentiſſimā egypti vrbē Damiatam expugnaſſent. Quo audito rex Georgianoꝝ potentiſſimus cōgregata ſuorum nobilium multitudine:dixit ſibi ⁊ ſuis valde verecundū eſſe:q; Latinoꝝ populos ex vltimis occidentis finibus per tot maris diſcrimina venientes tam nobilē tā potentem vi armorum expugnaſſent:niſi ipſi quibus propter loci ꝓpinquitatē lōge erat facilius Damaſcum vel aliū locum nominatiſſimum ꝯtra crucis hoſtes expugnarent. Sunt aūt Georgiani chriſti cultores:Grecoꝝ ritus per oīa obſeruantes:et vt hiſtorie tradunt. Perſis vicini:⁊ eorum dñium vſq; ad Caſpios mōtes extēditur. Homines ſunt bellicoſi et vſum armoꝝ habētes:ſed ⁊ vxores eoꝝ in bellis ſtrenuiſſime ac pugnaciſſime ſunt. Horū regio antiquit⁹ in ſpūalibus patriarche Antiocheno ſubdita fuit. Sed quum ꝓpter guerrarum diſcrimina ab eo viſitari non poſſent:conſtituit eis vniuerſalem vicariū:qui catholicus.i.vniuerſalis appellatur ⁊ vſq; in hodiernū diem Georgianis ⁊ Armenis preeſt. Sunt autem in Georgiana regiōe archiep̄atus ⁊ ep̄atus.xviij.

Georgiani.

Eodē anno mortuus eſt Soldanus Iconij.quē propter dilectionē ad chriſtianos ac familiaritatem cuꝫ eis aliqui exiſtimauerūt baptiſmum ſuſcepiſſe. Nā adeo de eis confidebat:vt nō niſi chriſtianos ⁊ maxime Latinos pro cuſtodia corporis ſui habere voluerit. ¶ Eodem anno Conradin⁹ rex Damaſci expugnauit Saphet caſtrū munitiſſimū:qđ nō lōge ab Achone ſub Tēplarioꝝ cuſtodia tenebat. Eodem tp̄e Tartari (vt dicet infra) quū magnam partem orientis ſuo ſubiugaſſent imperio:Georgiam intrauerūt. Qua fere vſq; ad internitionem vaſtata:aggreſſi ſunt eam orientis regionem que maior Armenia vocatur. ¶ Sequenti anno M.ccxx. ab incarnatione:diabolo ſuadente inter legatum dñi pape Pelagium ⁊ regem Hieroſolymorum grauis ꝯtrouerſia orta eſt:nā legatus vniuerſoꝝ ſibi exercitū vſurpabat dominium:⁊ oēs ab illo dependere videbantur:inſup ⁊ Damiate vrbis captionē ſibi attribuere moliebatur. Quam ob cauſam creditur Ioānes rex caſtra fidelium reliquiſſe:feſtinans in Syriā:ad ſui excuſationē multas pretendens cauſas:veruntamē reditū in primū ꝓmittebat. Quibus diebus multe naues victualibus plene ex diuerſis regionibus fidelium Damiatā applicuerūt:⁊ alie naues in quib⁹ erant Mediolanēſ. ⁊ Treuerēſ. archiep̄i. Fauentinus ⁊ Reginus ep̄i ⁊ nuntij imperatoris Frederici deferētes eius literas cuꝫ aureis bullis/eius in breui annuntiantes aduentū. Poſtea venit Brixiēſ. ep̄s:⁊ cum eo de Italia militia copioſa. Legatus aūt dñi pape attendens tātū populū dei obſequium congregatum:dolebat ꝙ tp̄s tam inutiliter conſumebat:vidēs ꝙ ad ꝓgrediēdū in negotio nulla eſſet iuſta excuſatio. Quare congregatis maioribus ipſe primo ꝯtra Soldanū ꝓgreſſum ſuadebat:qui caſtra ſua poſuerat ſup Nilū itinere vni⁹ diei a Damiata. Militares autem manus huic exhortationi contradicebant:dicētes debere regem qui in primo venturus erat expectari.quū non eſſet in exercitu aliquis cui vellent obedire. Sed Pelagius legatus nō obſtante cōtradictione militaris exercitus:oīno iudicabat ꝓcedendū. Mouebatur ad hoc zelo quē habebat ad oīa ratione chriſtiani nominis. Inſup ⁊ liber ille de quo.ſ. retulimus:ipſum inducebat in quo continebat ꝙ machometi ſexcenteſimus erat annus:quo ſm Saracenorum prophetias lex ⁊ gēs deberet extirpari ⁊ ꝙ de Hiſpania veniret q̄ ſupſtitionē illā aboleret. Et id legatus qui de Hiſpania erat:illum librum veriſſimuꝫ exiſtimabat. Preterea ep̄s publice predicabat ꝙ Dauid rex vtriuſq; Indie ad chriſtianorum auxiliū feſtinabat Saracenos impugnaturus. Adducebatq; ſecū ferociſſimas nationes:que more beluino homines deuorarēt. Sz abſq; rege vt dictum eſt/militaris manus de Damiata educi non poterat. Vñ legatus vidēs ꝙ ſine preſentia regis negotium ꝓcedere nō valebat:ſolēnes ad eū direxit legatos:deprecās vt compatiendo exercitui chriſtiano:eccleſie Romane ſe filium de-

monſtraret: et ad exercitū qui tanto eū deſiderabat affectu rediret. Rex vero vt erat homo ſapiēs: quis reputaret indignum vt in eius pſentia militaris res per ſacerdotes adminiſtraretur: attamē eius volēs voluntati ſatiſfacere: et Romane eccleſie obedire mādatis: collectis his chriſtianis qui in Syria remāſerant: reuerſus eſt Damiatam. Quo quū veniſſet: legati cōſiliū de procedēdo diſſuadebat omnino: dicēs ꝙ ſi eo tpe populus chriſtianus pcederet: nec p terram nec p aquā chriſtiano populo a Damiata poterat ſubueniri: maxime quū tpa inſtaret, quo Nilus fluuius inūdaret. Legatꝰ autē moleſte nimis ferēs ea que a dño rege prudēter τ conſulte dicebant: ex cōicabat oēs gñaliter illiꝰ turbatores. Videns aūt rex animū legati ab eo pposito remoueri nō poſſe: licet inuitus obtulit ſe cū his: qui ſua caſtra ſequebantur: ex quo ita iudicabat legatus Romane eccleſie profecturum.

§. IIII. Igitur deliberato pro-

greſſu: dñs rex Joannes totiꝰ chriſtiani exercitus ductor ac capitaneus cōſtitutus: fecit per vrbē generaliter preconizari vt in feſto aploꝝ Petri τ Pauli oēs qui ferre arma poterāt: extra ciuitatē egreſſi/ vexillū eccleſie Romane ac ſuū cōtra hoſtes fidei ſequerent: ſecū p duobus menſibus victualia deportantes. Die igitur aſſignata pplſ chriſtianus quaſi vir vnus e ciuitate egreſſus/ ſpe future mercedis animatꝰ/ iter contra Soldanum arripuit: caute τ ordinate pgrediēs. Erant aūt in eo viuentis exercitu. lxx. milia armatoꝝ: q oēs erant ad bella promptiſſimi. Soldanus autē ꝙuis innumerā ſecum tā peditum ꝙ equitum multitudinem haberet: pſiderās Latinorum fortitudinē: timuit illis occurrere: ſꝫ ſuoꝝ diuiſis copiis/ viarum aditus p quas noſtri tranſierāt occupauit: adeoꝙ vias obſtruxit: vt ad chriſtianorū exercitum nec victualia ex ciuitate deferri poterāt: nec qui ad ciuitatis cuſtodiam remanſerant (quoꝝ adhuc magna erat multitudo) exercitui poterant ſubuenire. Stetit itaq aliquot diebꝰ quaſi immotus exercitus: vñ τ victualia ceperūt eis deficere: τ inde horrēda fames in exercitu ſeuiebat. Acceſſit preterea ad maioꝝ cumulū ꝙ Nilus fluuius more ſolito p Egyptū ſe incipiebat extendere: τ iā aque vſq ad locū in quo chriſtiana erant agmina/ peruenerant: adeo vt vſq ad pedum cauillas in ceno aquarum paluſtriū ambularēt. Vñ accidebat ꝙ ex multa aquarū humilitate reſiduum victualium deperiret. Videntes itaq ſe vltra non poſſe pgredi: nec ibi ſine euidēti periculo remanere: deliberauerunt verſus vrbē ſi poſſent remeare. Itaq intempeſte noctis ſilentio caſtra mouerunt. Sed quidā de exercitu ex puincia Alemannie in ipſo receſſu ſua caſtra cremarunt: quorum ignem videntes hoſtes/ ac (vt erat) noſtrorum ad vrbes reditum exiſtimātes: arreptis armis noſtros inſequunt: ac viarū aditus obſtruentes illis fugā negabāt; factūq eſt pctis noſtris exigentibus vt in eo loco cōcluderet exercitus: in quo vſq ad genua excreſcentibus aquis ſtarent: qui tū ex fuga: tū ex aqua/ tū et fame quaſi immobiles facti: aggrediētibus eos vndiq hoſtibus reſiſtere non valebāt: quare multi illa die perierūt. Mirabile dictu: quū iā ab infidelibus quaſi capti tenerētur: Soldanus ad regem τ legatū miſſis nūtiis de cōcordia tractare cepit. Et poſt multas vtriuſq partis allegatiōes: deinde hūc in modum compoſuerunt: vt chriſtiani vrbem Damiatam quā Saracenis abſtulerant/ reſtituerēt: et Soldanus p ſe ac populo ſuo p octo annis treugas daret: τ partem crucis dñice quam Soldanus ab Hieroſolymis aſportauerat/ redderet. Preterea vtriuſq populi captiuos tam chriſtiani ꝙ Saraceni redderent. Soldanus aūt dū hec tractarētur: noſtrorum calamitatibus compatiens/ quum audiſſet illos fame miſerabili affici/ quadam naturali cōpaſſione permotus/ abundanter victui neceſſaria quoſq redirent Damiatam: gratis maxime pauperibus fecit exhiberi.

Pacta inita inter Soldanū et chriſtianos.

§. V. Hi vero qui apud Damia

tam ad cuſtodiam vrbis remanſerāt: audito ſuorum miſerabili caſu: ſe in lamenta dederunt. Sed poſtꝙ apud illos compertū eſt ꝙ cum Saracenis de reddenda vrbe quā tot laboribus τ periculis acquiſierant erat compoſitum: grauis inter illos diſcordia orta eſt. Nam Veneti/ Genuēſes/ Piſani/ Siculi: ac alii imperii nobiles cōſiderantes quāta vtilitas chriſtianitati maxime Italie ex illa vrbe capta accreſcebat ipſaꝫ reddere infidelibus denegabant: τ ſe ad illam defendendam omnibus poſtpoſitis periculis preparabant. Sed orientales chriſtiani cum militia templi τ hoſpitalis τ alii nobiles qui de regno Francorum ibi erant: fratrum calamitatibꝰ cōpatientes: ipſam reſtituere Saracenis iuxta promiſſa legati τ regis omnino volebant. Adeo inter illos hec contentio creuit: vt qui vrbem nolebant reddi: arreptis armis omnia palatia que ab aliis tenebantur: expugnauerint: ac vrbem totam in ſuam redegerint poteſtatem. Quod poſtꝙ noſtri qui quaſi captiui tenebantur/ audierunt: miſſis ad vrbē ſolennibus nunciis denunciauerunt his qui ciuitatem occupauerant: vt niſi quātiſſime ſm pacta que inter eos τ Saracenos inita erant. Damiatam redderent: ipſi Achonenſem vrbem traderent Saracenis. Hoc audito timuerunt valde. Nā plerique ex eis τ domos τ vxores τ familias habebant Achone: quare habito inter ſe conſilio omnino deliberauerunt vrbem reddere: τ exercitum qui tot vexebatur tribulationibus: liberare. Preconizatum eſt ergo per vrbem vt oēs qui in vrbe erant chriſtiani in vigilia natiuitatis beate Marie ex vrbe migrarēt. Ad quam vocem tantus clamor plangentiū ortus eſt: vt vſq ad aliquot miliaria audiretur. Igitur die ſtatuta cū vniuerſa ſupellectili exeuntes vrbē: iuxta fluuium tentoria ſua collocarunt. Quum autem naues que erant in portu ad portā ad portandum tantam multitudinem cum eorum ſupellectili nō ſufficerent: ſupplicauerunt Soldano: vt eos qui remāſerant cum ſecuro cōductu faceret reduci Paleſtinam. Qui petitioni libenter annuens/ filio ſuo p obſide dato. lxx. milia promiſcui ſexus vſq Achonē per deſertū arenoſum deduci cū multa ſecuritate mādauit. Inſuper his qui res ſuas nec per mare nec per terrā tūc deferre poterāt: ad illas poſtmodū reuehendas vnius anni ſpatium conceſſerat. Sicq in die natiuitatis beate Marie perfidus ille Saracenorum populus Damiatam quam amiſerat recepit in ſuam. Chriſtiani vero in diem tertium aſcendentes naues multo dolore affecti in Syriam redierunt. ¶ Anno ſequēti Herueꝰ comes Niuerū. in Frācia vir magnanimus τ eccleſiaſticorum iuriū conſeruator: fidei clypeus: hereticorum perſecutor: iuſtitie cultor: veneno vt dicit ſibi dato migrauit ad dominū. ¶ Rex Hieroſolymitanus Joannes prefatus anno dñi. M. cc. xxiii. ex amiſſiōe Damiate τ Chriſtianorū in oriēte tribulatione dolens: compoſito vt poterat ciuitatū ſtatu quas tenebat in Syria: cum ſatis modica comitiua tranſfretauit ad partes occidētales: a Romana eccleſia et principibus chriſtianorū petiturus auxiliū. Veniens igitur Romam a papa Honorio gratioſe receptus eſt. Et vt poſſet habere adiutorium qđ poſtulabat: ad preces eius τ aliquorū ſibi recōciliauit Honorius papa Fredericū imꝑatorē pmittētē reſtituere terras eccleſie: et in recōpenſationē iniurie facte eccl'ie ſibi pmiſit accedere ad terrā ſanctā cum copiis ſuis ad recuperationē ipſius: ſignum crucis a papa ſuſcipiens. Inſuper et Joannis regis Hieroſolymitani filiā vnicam duxit, vxorem. Qui (vt infra dicetur) nec ad terrā ſanctam acceſſit: τ a perſecutione eccleſie non ceſſauit: et vxorem illam male tractauit: ac etiā regē Hieroſolymitanū ſocerum ſuum. Eodeꝫ anno ipſe rex Hieroſolymitanus in Hiſpaniam limina Jacobi apoſtoli viſitaturus acceſſit: ibique filiam regis Galie vxorem accepit. Exinde tranſferauit in Angliam: vbi tum a rege: tum a baronibus multa ei donaria in ſubſidiū terre ſancte conferuntur.

Chriſtiani Damiata demigrant.

Joānes rex Hieroſolymitanꝰ Romā venit.

§. VI. Poſt hec de regno Frācie

morte Philippi regis eius/ et Ludouico filio eius et actibꝰ aliqua referunt ex hiſto. Jo. de col. In diebus illis cometes magnus apparuit verſus regnū Francie radios ſuos dirigēs forte Philippi regis ſignās trāſitū. Ipſo eniꝫ anno quū eſſet apud Meduntam ſui regni caſtrum: ad extremum vite veniens ſuum inter cetera condens teſtamentum: regi Hieroſolymitano Joanni centū milia Pariſienſium in ſubſidium terre ſancte legauit. Totidem Templariis: et totidem Hoſpitalariis. Vir certe mirabilis fuit: τ omni memoria dignus. Cui poſt Carolū magnū vix aliquis ſimilis potuit inueniri ex regibꝰ Francie. Fuit aūt hic Philippus forma venuſtus corpore decens: facie letus: colore rubeꝰ: fide catholicꝰ: munificentia largus: conſilio prouidus: dicti tenax: in iudiciis velox τ rectus: in rebus bellicis experientiſſimus τ fortunatiſſimus. nā Anglicos ex regno Francoꝝ multis preliis victos expulit: atq totā terrā quā reges Anglorū in regno Frācorum poſſederāt occupauit. ſ. comitatū Veromādēſem Bellimontenſem Pōtiuēſem: Alenconienſem: Cenomanenſem Turonenſem Andegauenſem: τ Pictauenſem. Inſuper et ducatum vniuerſum Northmānie: qđ a tpe Rollonis p trecentos τ. xv. annos ſub dñio Northmannoꝝ ducū τ Angloꝝ regū fuerat: ſub ditiōe regni Francorū reduxit. Othonē Romanoꝝ imꝑatorē: τ ſed tū depoſitū bello grauiſſimo profligauit. Aquitanie maximam partē ſubiugauit: et demū a morte ipſe ſuperatus eſt: τ ſepultus honorifice in eccleſia beati Dionyſii. Succeſſit aūt ei in regno Ludouicus filius eiꝰ anno etatis ſue. xxxvii. Qui. viii. idus Auguſti vna cum Blancha vxore ſua ſctā muliere Remis ab archiepō Remenſi ſolenniter coronatus eſt. In qua coronatione interfuit Joannes rex Hieroſolymitanus: τ principum τ baronuꝫ multitudo

Philippi Frācorū regis obitus.

Ducatꝰ Northmānie.

do copioſa. ¶ Anno aūt dñi. M.ccxxiiij. rex Francorū Ludouicus menſe Maij apud Pariſios ſolēne cōcilium celebrauit in quo legatus aplīce ſedis ab Honorio papo deſtinatus ad predicādū crucē cōtra hereticos interfuit. Poſt cōciliū aūt Ludouicus cōgregato ſuorū exercitu ꝯ regni rebelles egreditur: ⁊ Turonos venit. Inde moto exercitu quoddā caſtrū munitiſſimū qđ pro rege Anglorū tenebat expugnauit. Quo expugnato verſus ſctm̄ Joannē Angeſiacuꝫ acies dirigit. Gerburgēſes audito ei⁹ aduētu pacifice caſtrū reddūt: ei ligiā exhibētes ⁊ fidelitatē. Rex autem munito caſtro Rupellā obſidet: cui quuꝫ oppidani aliquādiu viriliter reſtitiſſent: deſperantes ad poſtremum a rege Anglorū poſſe habere ſuccurſum: ſaluis rebus atq̄ pſonis fidelitate iurata illi caſtrum ipm̄ nobiliſſimuꝫ reſignarūt: Quorū exēplū ſecuti Lemouicēſes ⁊ Petragorienſes cetereq̄ vrbes que circa Garūnā fluuiū erāt regi fidelitatē ꝓmiſerūt.

Ludouicus Philippi ſucceſſor.

Pſeudo Flādrie comes.

¶ Anno ſequenti venit quidā in Flādriā qui ſe ꝑ certo Balduinū quōdā comitē Flādrie ⁊ Cōſtantinopolitanū imperatorē fingabat: aſſerēs ſe de carcere Blanchorum occulte liberatū miraculoſe. Erat aūt ſermone facundus: corpore ꝓcer⁹: in reſponſis valde circūſpectus: in rebus belicis ⁊ alijs agendis valde prudēs. Quem videntes q̄plurimi ſigna illius principis in eo depꝛehēdētes: necnō ⁊ multa ab eo audiētes: ⁊ vera eſſe recognoſcētes: eū tāq̄ verū dñm ſuū illū recognouerūt: atq̄ filiā eiuſdē Balduini Flandrie comitiſſam quā habebāt valde exoſaꝫ ex tota Flādria eiecerūt. Comitiſſa aūt iā quaſi ei Flādria amiſſo ad regem Francorum dominum ſuum ſe cōtulit. Deprecās vt ſuum ille reſtitueret comitatum: quē ſibi homo vilis ⁊ ignotus fraudulenter abſtulerat. Rex autem comitiſſe cōpatiens quum eſſet apud Peronam oppidū: dictum pſeudo Balduinum dato ſecuritate ad ſe vocauit. Qui cū magna hominuꝫ comitiua ad regem acceſſit perſonaliter: vbi quū eſſet rex in preſentia dñi legati pape: ⁊ ipſe ⁊ cū alij multa ab eo petierūt: videlꝫ q̄s ornouerat eū in militē: vbi fecerat homagiū patri ſuo Philippo: ⁊ vbi fuerint nuptie celebrate: ⁊ a quo ſolēnizate inter ipſum ⁊ vxorē eius. Ad que quaſi indignans corā oībus reſpōdere noluit. Tūc vere cōperiēs illū ob lucrū hoc fingere: mādauit illi vt intra triduū ex oīni regno ſuo egrederet: dās illi vt promiſerat cōductū atq̄ licentiā redeūdi. Qui apud Ualentianas rediens a multis qui illū ſequebant deſeritur: ⁊ poſt iſta dictuꝫ caſtrū capitur: ſed a plebe ꝓtinus liberat. Fit ergo ꝑ Flandriā hoſtilis vaſtatio. Demū ipſe de fraude ſua cōſci⁹ clam fug.t cū paucis: ſed tn̄ a quodā milite capitur: ⁊ capt⁹ comitiſſe tradit. Flandrēſis q̄ diuerſis penis ipm̄ crucians tandē illum patibulo ſuſpēdi fecit. ¶ Dum hec in regno Francorū gerūtur: rex Anglorū Hēricus omnī p̄latoruꝫ ac principū ſui regni cōſilio cōgregato: corā illis expoſuit qualiter rex Frācorū iniuſte ea que preceſſores ſui reges in regno Frācorū iuſte lōgo tpe poſſederāt: maxime in Aquitania occupauerat: vn̄ petebat ad illa recuperanda vt ſibi auxiliū preſtarēt. Qui regi ſuo compatiētes vnanimiter inter ſe tam clerici q̄ laici decreuerūt ⁊ fideliter ꝓmiſerūt ꝓ regni honore ac conſeruatione quindecimā partē oīm bonorū mobilium ſe ei daturos. Ex qua pecunia (q̄ quaſi infinita fuit) trecētarū nauiū claſſem armatā cū fratre ſuo Richardo iuuene apud Burdegalā Aquitanie vrbem miſit. Qui veniens ſctm̄ Macharinū caſtrū obſidet ⁊ expugnat: quo expugnato vniuerſam regionē cede ⁊ incendijs moleſtare cepit. Inſuper ⁊ Riolam villā populoſiſſimā obſedit. Sed oppidani q̄ de regis Frācorū auxilio pſumabāt: viriliter ſe defendūt. Ad quorū auxiliū rex Frācorū Ludouicus Mareſchaliū ſuū cū multitudine militū deſtinouit. Quorum audito aduentu Richardus ſoluta obſidione illis ad Orine fluuiū vt Gallorū tranſitū impediret / occurit. Galli vero reſiſtentib⁹ Anglis vlteri⁹ nō valētes trāſire. Liuolum caſtrum circa fluuiū obſeſſum expugnant.

Hēric⁹ anglorum rex.

§. VI. Anno autē precedenti ſcilicet ab incarnatione. M.ccxxiij. comes Toloſanus Raimūdus qui erat fautor ⁊ defenſor hereticorū ⁊ alij Albigēſes miſſis Romā ad papā legatis: rſpōdent ſe Romane eccleſie velle ſtare mandatis: quare Honorius papa mandauit Narbonēſi archiepō vt dictū comitē cū ſuis adherētibus audiret: ac oīa ſibi ſcripto referret. Qui cōuocotis totius ꝓuincie epīs atq̄ prelatis: ipſis preſentibus iuramentum ipſius comitis q̄ ſtaret eccleſie Romane mendatis recepit: ⁊ poſt euꝫ ab omnibus alijs baronib⁹ qui de fauore hereticorū erāt ſuſpecti. Quibus iuramētis ſuſceptis: mondauit ſub virtute preſtiti iuramēti: q̄ terras ſuas ſecuras ⁊ Romane eccleſie obedientes redderent: clericis reditus ſuos integros reſtituerēt: illiſq̄ pro illatis dānis .xxv. marcas auri darent: quā pecunie quātitatem intra tres annos cōſignarēt: ⁊ q̄ de hereticis confeſſis vel cōuictis iuſticiaꝫ facerent: ⁊ pro poſſe eorū hereticaꝫ prauitatē ab illa ꝓuincia extirparēt.

Albigēſes ſuam hereſim abiurāt.

¶ Anno domini. M.ccxxvi. circa aſcenſionē dñi prefatus rex Ludouicus cum exercitu cruce ſignato in apud Biturigeaco nueniunt: inde per Niuernum ⁊ Lugdunum tranſeuntes Auinionem peruenerūt. Ipſe aūt rex Ludouicus cū plurimis regni ſui p̄latis ⁊ principib⁹ āno precedenti per manum Romani legati cardinalis ſignū crucis acceperat contra hereticos Albigenſes. Ubi aūt heretici cōdemnabāt nuptias ⁊ comedentes carnes: ⁊ in multis alijs articulis errabant. Quibus hereticis fauentes Auinionēſes per ſepteꝫ annos rebelles Romone eccleſie ⁊ excōicati manſerāt. Attamē cōtro pocta regi trāſitū negātes / armati occurrunt: vn̄ rex indignat⁹ ciuitateꝫ obſeſſoꝫ trib⁹ menſibus oppugnat: In cuius obſidione vir catholicus Guido comes ſctī Pauli lapide perrarie percuſſus morit: ex cuius morte rex ad oppugnanduꝫ ciuitatē magis animat: q̄uis peſtilentia ſeua eius exercitū diminuiſſet: naꝫ plus q̄ duo milia hoim ibi mortua ſunt: inter quos Lemouicēſis epūs deceſſit. vn̄ multi ſuadebont ab obſidione recedenduꝫ: ſed rex iuramēto firmauerat ſe nō receſſurū niſi expugnata ciuitate. Ciues vero videntes regis magnanimitatē atq̄ cōſtantiam: datis ducentis obſidib⁹ iurāt ſe ſtaturos ſancte eccleſie mandatis. Iuramēto ita preſtito: mādante legato foſſata que circa ciuitatē fecerāt ciues / replent: trecēta cū ſuis turribus palatia diruunt: muri fundit⁹ deſtruuntur. quib⁹ oībus cōpletis villa ab excōicatione ſoluit. Rex aūt inde amoto exercitu: ciuitates / caſtra / ac fortalitia ꝑ totaꝫ prouinciā vſq̄ Toloſanam ad quatuor leucos in ſuam redegit poteſtatē. Sꝫ in exercitu durante peſte: rex dimiſſo Hūberto de belloioco ad tuitionē regionis: ⁊ ad redeūdū iter aggreditur: ſed in itinere comes Nomurnēſ. ⁊ Remenſis archiepūs moriuntur: et ipſe rex in ipſa via infirmat⁹ apud Montpenſier in octauis oīm ſctōrum morit anno dñi. M.ccxxvij. vir certe catholicus ⁊ fidelis: q̄ nunq̄ carnē ſuā niſi cū vxore ſua dr̄ inquinaſſe. Cuius corp⁹ ad ſepeliēdū ad eccleſiā ſancti Dionyſij tranfertur. Quo anno etiaꝫ papa Honorius moritur. Prefato Ludouico regi ſucceſſit in regno Ludouicus filius eius ſanct⁹: ⁊ vt dicetur infra de ipſo. Hic in principio regni ſui contro prefatos Albigenſes hereticos: qui fracto iuramento redierant ad vomitū: militiā magnam deſtinauit: cui exercitui prefuit Guilliermus de Cluniaco. Profecto eo comes quidam qui eis fauebat: quū videret ſe nō poſſe reſiſtere regi Francoꝝ: ſe ſuaq̄ in ditionē poſuit regis: ⁊ denuo mandatis eccleſie ſtare iurauit. Sed more ſolito fidē frangēs caſtrū qđ Sarraꝫ in dicitur: q̄ rex Ludouicus munierat: obſedit: obſeſſumque varijs modis ipugnabat. Sed Simon Bituricēſ. archiepūs qui illis diebus Bituricēſ. dioceſim viſitabat: audiēs ab hereticis vrgeri dictum caſtrū: atq̄ ob defectū victualium pene ad extremuꝫ deductū: zelo fidei accenſus: accerſito Henrico nepote ſuo: qui tunc primū cū quibuſdā regni Francie baronibus rediens in illas partes applicuerat: collecta etiā militum ⁊ quorūdam aliorū aliquali multitudine: ⁊ cōuocatis etiā vicinis epīs cum fideli populo qui illū ſequi voluerūt in auxiliū obſeſſoꝝ properauit: atq̄ inter caſtrū ⁊ comitiſ exercitū ſe mediū poſuit: ⁊ illis pro tūc vt potuit miniſtrauit auxiliū in victualibus ꝓuidēdo. Demū quū videret negotiū vires ſuas excedere: quū obſidionē ſoluere nō poſſet triſtis ⁊ dolēs receſſit.

Albigēſium errores.

Auinionē expugnat Ludouic⁹.

Sctūs Ludouic⁹ Frācoꝝ rex

¶ Circa illud tēp⁹ facta eſt Pariſius inter ſcolares ⁊ ciues diſſenſio: adeoq̄ ꝓceſſit: vt ad tēpus ſtudiū illud ac multitudo mirabilis ſcolariū: q̄ ex oī plaga q̄ ſub celo ē ibidē cōfluxerāt: recederēt. quorū alij Remos: ⁊ alij Andegauo: ⁊ alij aurelianū: ⁊ alij in Angliā alij in Lōgobardiam apud Bononiā migrarunt.

¶ De Gregorio .ix. papa: et libro .vi. decretaliuꝫ. Capi. .iiij.

Honorio tertio ex hac luce

let: encenia etiā quedā illi conciliario ꝓmiſerū ad hoc ipſum
adiuuaret. Ille igitur ad Baiothnoi accedēs / ac bona ver-
ba & preces pro fratribus interponens: literas pape tranſ-
mittendās: vt iamdudum fuerat ordinatum de mandato
Baiothnoi fieri precepit: ac nuntijs ordinatis qui literas
Baiothnoi & Cham ad papā transferrēt: licentiā receden-
di fratrib⁹ impetrauit. Porro literis factis & eis ad iter ca
piendū preparatis: ecce in ipſa die qua fratres exituri erāt
de exercitu: predictus magnus vir Augutu noīe ſuperuenit
cum auunculo Soldani Alapie & fratre Soldani Moſoal
que olim Niniue vocabatur. Illi ꝗ duo Augutū comitan-
tes ad Cham veniebant: cui pro depotib⁹ ſuis homagium
fecerant: eumq; cōpluribus donis & encenijs honorauerāt
ac tributarij eiuſdem effecti fuerāt. Itaq; ante preſentiam
Baiothnoi peruenerunt: atq; dona plurima obtulerunt
ipſumq; cū trina genuflexione & capitum in terrā alliſione
ſm mandatum Cham adorauerunt. Itaq; Baiothnoi et
oēs cōſiliarij eius de aduentu Augute & comitum eius ſu
pra modū exultātes: feſtum & gaudimoniū ſm morē ſuum
in lactis iumentini potationibus & is cantibus vel poti⁹

Niniue ciuitas nunc dr̄ moſoal

vlulatibus eidem fecerunt. Tartaros quoq; vicinos cum
vxoribus ad augmentum ſolennitatis vocantes: negotium
fratrum & expeditionem eorum poſtpoſuerūt. Poſt ſeptem
igitur dies quibus vacarunt potationibus & vlulatib⁹ ſuis
octaua ſequenti in die beati Jacobi cum literis et nuntijs
Baiothnoi literiſq; Cham / quas vocant literas dei: ad pa-
pam tranſmittendis / fratribus libere & abſolute licētia re
cedendi cōceſſa eſt. Fuerūt aūt per annū in eoꝝ dominio
ad ipſos eundo & cum ipſis morando et inde reuertendo.
Et frater quidem Anſelmus in via illa tota morat⁹ eſt per
annos tres & ſeptem mēſes: antequā ad papam rediret. Fra-
ter Alexander & frater Albertus fuerunt cum eo per an-
nos tres. Frater Simon per duos annos & aliquot ſepti-
manas. Sunt autem vt dicunt: ab Achone vſq; ad exerci-
tum Tartaroꝝ in Perſide diete. lix.

§. V. Exemplum autem litere q̄

s Baiothnoi ad dn̄m papam miſſa eſt ꝯle eſt. Hoc eſt di-
ſpoſitione diuina ipſi⁹ Cha m trāſmiſſum Baiothnoi ver-
bum. Papa ita ſcias. Tui nūtij venerūt. tuas literas attu
lerunt. Tui nūtij maxima verba dixerūt: neſcim⁹ vtrū iniū
xeris eis ita loq; taus a ſemetipſis dixerūt. Et in literis ita
liter ſcripſeras. Homines multos occiditis: interimitis: & per
ditis. Preceptū dei ſtabile & ſtatutū eius q̄ totius faciē or
bis cōtinet: ſic eſt. Quicūq; ſtatutū audierint: ſuper ꝓpriā
terrā aqua & patrimoniū ſedeant: & ei qui faciē toti⁹ orbis
cōtinet: virtutē tradant. Quicūq; aūt preceptū & ſtatutū
nō audierint: ſed aliter fecerint: illi deleāt & perdant. Nūc
ſuper hoc iſtud ſtatutū & preceptū ad vos tranſmittimus.
Si vultis ſup terrā veſtrā aquā & patrimoniū ſedere: opꝫ
vt tu papa ipſe in ꝓpria ꝑſona ad nos venias & ad eū qui
faciē totius orbis cōtinet / accedas. Et ſi tu preceptum dei
ſtabile & illius q̄ faciē totius terre cōtinet nō audieris illū
nos neſcimus: deus ſcit. Oportet vt antequā venias nūtios
ꝑmittas: & nobis ſignifices ſi venies an nō: ſi velis nobiſcū
cōponere aut inimicus eſſe: & reſponſionē precepti cito ad
nos tranſmitte. Iſtud ꝑceptū p manus Aybeg & Sargys
miſimus: menſe Julij. xx. die lunationis. In territorio ſitiēs
caſtri ſcripſimus. Hoc aūt eſt exemplū literarū Cham ad
Baiothnoi quas Tartari vocāt literas dei. Hoc preceptum

dei viui Cingiſcham filius dei dulcis & venerabilis dicit.
Quia deus excelſus ſup oīa ipſe deus immortalis: & ſuper
terram Cingiſcham ſolus dn̄s. Volumus iſtud ad audien-
tiam omnium in omnē locū peruenire: ꝓuincijs nobis obe
dientibus & ꝓuincijs nobis rebellantibus. Oportet ergo
o Baiothnoi vt excites eos & notifices eis q: hoc eſt man-
datum dei viui & immortalis. Inceſſanter q; innoteſcas eis
ſuper hoc petitionem tuam & innoteſcas in omni loco hoc
meū mandatū vbicunq; nuntius poteris deuenire. Et qui-
cunq; contradixerit tibi: venabitur & terra eius vaſtabitur
& certifico te: q: oīs qui nō audierit te: erit ſurdus. Et q̄cū-
q; viderit hoc meū mandatū & nō fecerit: erit cecus. Et qui
cunq; fecerit ſm iſtud meū iudiciū cognoſcens pacē & non
facit eā: erit claudus. Hec mea ordinatio perueniat ad no-
titiam cuiuſcunq; ignorantis & ſcientis. Quicūq; ergo au-
dierit & nō obſeruauerit: deſtruetur / morietur / & perdetur.
Et quicunq; iſtud ꝓſecutus fuerit & voluerit: ſaluabitur &
honorabitur. De his Tartaris dicetur plene poſt capitulū
de ſancto Ludouico rege Francie: quando & quomodo ha-
buerunt initium & dilatauerunt regnum ſuum.

¶ De Henrico ſcđo imperatore / quante fuerit malitie con
tra eccleſiā dei: & ꝓſperitate Florentinoꝝ Capitulum. vi.

Quia de Frederico ſecun-
do imperatore multa dicta ſunt: videlicet quā-
tas ꝑſecutiōes & mala fecit eccleſie ſub pōtifi
catu Honorij & Gregorij. ix. & Innocētij quar-
ti: vt plenius innoteſcat malitia ei⁹ & ingratitudo erga ec-
cleſiam: & q̄ iuſte cōdēnatus ſit ab ea: hic eius ortum ꝓgreſ
ſum & exitum plenius notabimus. Hic ſiquidem filius fuit

Fredericus ipe rator eccleſie infeſtiſſimus.

Henrici. vi. imperatoris qui Henricus filius fuerat primi
Frederici imperatoris: q̄ etiā magnas perſecutiones eccle
ſie intulerat & Alexādro. iij. gubernatori eius. Hunc ergo
Henricū imperatorē Clemēs. iij. de Alemannia euocauit:
vt Romā veniēs bellū moueret cōtra Tancredū filiū alte
rius Tācredi: & nepotē p lineam femininā Roberti Guiſ-
chardi q̄ Tācredus tūc erat rex Appulie & Sicilie: ſed cen
ſum debitū nō reddebat eccl̄ie: & dignitates ep̄atuū & ab-
batiarū regni cōferebat cui volebat ꝯtra ius & in dedecus
eccl̄ie. Queſiuit ergo dictus Clemēs papa auferre regnū
Tancredo. vnde & ordinauit cū archiep̄o Panhormitano
vt Conſtantia ſoror regis Guillielmi & heres Sicilie q̄ mo
nialis erat in monaſterio Panhormitano: monaſterium
egrederetur: quum iam eſſet etatis. L. annoꝝ diſpenſando
ſecum vt contrahere poſſet matrimoniū. Et dictus archie
ep̄s Panhormitanus ꝓcurauit vt clam Romā ipſa Con-
ſtantia accederet: qđ & fecit: ibiq; deſponſata & coniugata
fuit Henrico imperatori: ex qua nō multo poſt filium ſuſci
pit Fredericū. ij. de quo intendimus. Reuerſa igit̄ in Sici
liā grauida quum multi dubitarēt de vero eius conceptu
quū ita eſſet antiqua ꝓpinqua partui fecit papilionē extē
dere in medio cuiuſdam platee Panhormi: & edictum po-
ſuit vt ſi qua mulier vellet accedere & intrare papilionē
quum eſſet paritura: libere itraret: vt tolleret̄ oīs ſuſpitio
de vero partu eius. Natus eſt ergo Fredericus iſte ex mo
niali iam quinquagenaria. Dum aūt Henricus deſponſan-
do illā / accepiſſet in dotē regnū Appulie & Sicilie de volū-
tate eccleſie: & ipſe dedit debitū cenſum: & intrās in regnum
totū ſibi acquiſiuit deuictis cōtrarijs. Guilielmū aūt filiū

Fredericus ſcđs imperator nat⁹ ē ex moniali q̄n quagenaria.

Tancredi q̄ regnabat in Appulia & Sicilia p patre ſuo iā
defuncto: fraudulenter decepit: nā tractans cū eo de pace
eū capi fecit: & ipſum cū tribus ſororibus ſuis miſit captos
in Alemanniam: excecās illū & eunuchizās: ne ex eo filij na
ſci poſſent. Quo facto de facili totū regnū obtinuit diſper
ſis aduerſarijs eius hincinde. Et quū eccleſia ei tanta be-
neficia contuliſſet: vt ingratiſſimus nō ſolū cenſum dene-
gabat: ſed iura eccleſie perturbabat: diſponēdo de dignita
tibus ad placitū: & prelatos ꝑſequendo: & aliquos occiden-
do. Propter qđ Innocētius. iij. excōmunicauit eū: & excōi-
catus deceſſit. Remanſitq; ex eo filius Fredericus. ij. par-
uulus cū Conſtantia matre ſua rex Sicilie & Appulie. Et
pauloPoſt ipſa regina Cōſtantia decedens dimiſit filium
ſuū puerū ſub tutela eccl̄ie & gubernatiōe regni. Inno. aūt
tutelā ſuſcipiēs: fideliter regnū ſibi ſeruauit. Quū aūt ad-
huc Henricus viueret: fecit Fredericū filiū eius paruulum
coronari in regē Alemānie. Poſtmodū Othone qui poſt
Henricū de voluntate pape Innocētij factus fuerat impe-
rator: imperio priuato ab eo: q: & ipſe eccleſiā dei perſeque
batur. Alemanie principes & electores in vnū cōuenientes
de cōſilio Philippi regis Francoꝝ vno cōſenſu Fredericū
ij. Sicilie regē filiū Henrici. vi. imperatorē elegerūt: & ſolē
nes nūtios papā Innocētiū deprecātes. vt eius electionē
cōfirmaret. Qui licet ad hoc ſatis inclinaret̄ / tn̄ q: Roma-

Fredericus deligit ipe rator.

na eccl'ia ſemꝑ cū multa deliberatione ⁊ grauitate in ſimi-
libus cōſueuit incedere:aliquāto tp̄e diſſimulauit:potiſſi-
mū q2 ꝓgeniem illā de Sueuia plurimū ſciebat Romane ec
cleſie fuiſſe odioſam:ad vltimū votis illorū aſſenſit. Poſt
confirmationē ſuā inde diſcedens Ianuam peruenit. Ubi
cū magno gaudio ⁊ honore a Ianuenſib' receptus eſt ſtu-
dio ⁊ adiutorio Bonifacij comitis montiſferrati. Habuit
in ſuo tranſitu ꝑ Longobardiā fauorē ⁊ adiutoriū oīm ciui
tatum:exceptis Mediolanēſibus:q̄ ꝓgeniē Frederici pri-
mi aut huius exoſam valde habebāt:ex eo q̧ ciuitates eo-
rum funditus deſtruxerat. Trāſienſq̧ alpes Alemāniā in-
Oppi- troiuit:venitq̧ Cōſtantiā. Cuius aduentū ſciēs Otho cum
dū3 bri ſua gēte ſequebaꝶ eū:iāq̧ ad predictā vrbē miſerat quoſdā
ſac. de familiaribus ſuis:quū ea die ipſe ad illam venire diſpo
neret. Ueniēs ergo Otho a ciuibus Frederico fauentibus
repulſus eſt. Qui recedens venit ad quoddam oppidū3/ qd̄
Briſac dr̄:ſed oībus iam partes Frederici defendentibus
ingredi nō eſt ꝑmiſſus. Uidens ergo Fredericus q̧ fauor
⁊ amicitia regis Francorū Philippi ad obtinendum impe-
rium plurimū eſſet ſibi neceſſaria:mediante Metēſi ep̄o
hoc tractante apud Uallem coloris inter Fredericum re-
gem Romanorū ⁊ Philippū regem Francorū conciliū ce-
lebratum eſt. Cui tā Philippus infirmitate grauat' nō in-
terfuit:ſed Ludouicus filius eius primogenitus cū regni
Francorū principibus. Poſt multa autē3 que ibi inter eos
tractata ſunt. demum percuſſerunt amicitie fedus ꝑpetuū:
ſicut fuerat inter preceſſores eorum.

§.I. Anno aūt dn̄i. M.ccxx. Fre

Frederi- dericus qui in imperatorē fuerat electus ab electoribus:⁊
ci geſta confirmatus ab Inno. cū magna militia principū Alemā-
preſſi' nie ⁊ Italie Romā ꝓ corona imperij venit:qui ab Hono-
enarrā- rio papa clero ⁊ populo Romano cū3 multa gloria ſuſce-
tur. ptus eſt:⁊ in eccleſia ſancti Petri inunctus et coronatus.
Qui licet in principio viſus eſt eccl'iam honorare ⁊ aliquas
conſtitutiones in fauorē fidei edere:poſt vt ingratiſſim' ec
cleſiam q̄ eū vt filiū educauerat:⁊ in regē Sicilie ⁊ impato
rem ꝓmouerat:toto tp̄e vite ſue perſecut' eſt:vt patuit ⁊
patebit infra. Hic itaq̧ Fredericus fuit magni ſenſus na-
turalis:ſatis peritus in literis ſecularibus:magnanimus:
et multū vniuerſalis in reb' mūdi:doctus in plurib' idio-
matibus. ſ. lingua latina literali ⁊ vulgari:greca gallica et
ſaracenica:liberalis ⁊ magnificus:ſed multis vitijs irreti-
tus. Superbia:a qua ſumpſit initiū oīs perditio. Auaritia
que radix eſt oīm malorū/ex qua vſurpabat bona ⁊ iura ec
cleſiarū. luxuria:que brutalē hoīem facit. Diuerſis ſpecie-
bus libidinis īmerſus/cōcubinas plures habebat:⁊ alias
turpitudines exercebat:nec aliquid preteꝛmiſit qui omni
voluptate frueref:vitā tenēs epicuream:⁊ quaſi non exiſti-
mans fore aliā vitā. Inimicus ex hoc clericorū ⁊ religioſo
rum cōtrarium predicantiū. Multas eccl'ias ⁊ monaſteria
deſtruxit in Appulie regno ⁊ Sicilie:indurat' vt Pharao
etiā in flagellis/ vt nō audiret monita pontificū. Fecit aūt
multa magnifica edificia pene per omnes ciuitates nobi-
les Appulie regni ⁊ Sicilie. Opulentū ⁊ validiſſimum ca-
ſtrum ſeu arcem:qd̄ dr̄ Capuana in Neapoli:⁊ turres mira
biles duas in flumine iuxta Capuam. Caſtrum Pratenſe:
⁊ arcem ſancti Miniatis. hic ex prima vxore habuit duos
filios legitimos. ſ. Hērricū ⁊ Conradum:quos eligi fecit in
imperatores ipſo viuēte:primo Henricū:⁊ eo mortuo Cō-
radum. Habuit ex ſc̄da vxore prima defuncta filiū nomine
Iordanū3:que vxor ſc̄da fuit filia Ioannis regis Hieroſo
lymitani. Sed nō multo tēpore Iordanus ille ſuperuixit.
Et cōcubinis aūt habuit tres multū notatos. Fredericum
primogenitū ſuū illegitimū quem fecit regem Antiochie.
Manfredū:quē fecit principem Tarenti:qui ſe fecit regē
poſtea Sicilie. Et Renzum:quē fecit regē Sardinie. Quum
aūt in principio ſui imperij oſtēdiſſet affectionē ⁊ deuotio
nem ad eccl'iam:poſtmodū eam momordit vt coluber:⁊ ſi-
cut regulus venena diffudit:vſurpans iura eccl'ie:pontifi
Gibelli ces ⁊ archiep̄os ponēs in eccleſijs modo ſuo / ⁊ inſtitutos
ni ⁊ guel a papa expellens collectas ab eccleſijs exigens:partialita
fi. tibus Italiā implens:q̄ diu ꝑmanſerunt in ciuitatibus:et
vna pars aliam conabaꝶ expellere ⁊ extinguere. Pars illa
que impatori cōtra eccl'iam adherebat dicebaꝶ Gibellino
rum q̄ vero eccl'iam ſequebaꝶ ⁊ iuuabat:dicebaꝶ Guelforū
⁊ q̄nq̧ vna q̄nq̧ alia preualebat. Admonitus aūt ab Ho-
norio papa/quū permaneret in ſua malitia:excōicatus eſt
ab eo. Sed Greg. ix. ſuccedēs Honorio:quū obſtinatus in
ſuperbia ꝑſeueraret hoſtis eccl'ie/cōfirmans ſnſam Hono
rij/iterū eū eccleſie cōione priuauit. Ad preces aūt Ioan-
nis Hieroſolymitani regis/q̄ tunc venerat de orientalib'
partibus depreſſus a Saracenis ad occidentales vt ſubſi
dium reciperet pro recuperatione terre ſancte. Greg. Fre-
ricum abſoluit ab excōicatione:⁊ ſibi ⁊ eccl'ie reconciliauit
eo ꝓmittēte reſtituere terrā ⁊ iura eccleſie:⁊ ad ſatiſfactio
nem perpetratorū malorū ꝑgere cū magnis copijs ad conq̄-
rendum terram ſanctā3. Et mortua eius vxore prima/data
eſt Frederico impatori filia ipſius regis Ioannis in vxorē
Quā de longinquis partibus Romam fecit adduci ibi nu-
ptijs celebratis:ex qua cito filiū habuit:ſed cito defunctus
eſt. Et q2 ipſe Fredericus totus erat lubricus:nō contētus
vxore/clam violauit quandā puellam que erat in ſocietate
imperatricis vxoris ſue neptis ei'. Quod quū3 percepiſſet
vxor predicta:patri ſuo Ioanni nuntiauit. Ioannes autē3
turbatus contra eū conqueſtus eſt cū dolore arguens eū3.
Sed imperator egre ferens verberauit vxorē/⁊ mitti fecit
in carcerē. Et vt dicebatur:⁊ ei cito abſtulit vitā. Et Ioannē
ipſum qui erat in partibus Appulie ꝓ eccleſia ad prepara-
das gentes ⁊ neceſſaria ꝓ expeditione cruce ſignatorū:re-
cedere iuſſit de partibus Appulie. Eorū aūt que ꝓmiſit cū3
iuramento:nil obſeruauit. Sed iter inchoās per mare cū3
chriſtianis et legato ap̄lico:ſubito retroceſſit reuertēs in
Appuliam in magnū diſpendiū fideliū3. Poſt aliquod tem
pus cum magna claſſe per ſe preparata:ſine requiſitione
pape profectus eſt in terrā ſanctā:⁊ potius in diſturbiū q̧
in adiutorium fuit chriſtianis bellatoribus inibi. Habebat
enim ſecretam intelligentiā3 ⁊ amicitiā cū Soldano:⁊ ſi-
bijnuicem munera magna mittebant. Et Soldanus promi
ſit ei dare regnū Hieroſolymitanū:ſi ſibi cōtrari' nō eſſet
in pugna cōtra chriſtianos. qd̄ ⁊ fecit. ⁊ collata ſibi Hiero-
Frede- ſolyma:Fredericus ibi ſe fecit coronari in regem Hierl'm:
ric' co vt diffuſius dictum eſt ſupra. Et quū eo manente in Syria
ronaꝶ rebellaſſent ſibi ciuitates plurime in regno ⁊ in Lōgobar-
rex Hie dia:reuerſus cito eas recuperauit. Et exinde veniēs prope
ruſolē3 Romam/queſiuit capere Gregorium papā:adiutus fauore
aliquorū Romanorū. Sed dn̄o operāte liberatus eſt ab ob-
ſidione eius. Et quū papa conciliū generale celebrare in vr
be diſpoſuiſſet:et propter hoc deſtinaſſet cardinales lega-
tos in Franciam ⁊ alios prelatos:ad inducendum clericos
ad cōcilium:Fredericus in reuerſione eos ⁊ alios clericos
cepit per mare tranſeuntes in lignis Ianuenſiū3:⁊ in car-
ceribus poſuit:vt dictū eſt:ſ. plenius ꝓpter q̄ mala Greg.
excōicauit Fredericū. Dum aūt vacauit eccl'ia per mortem
Gregorij menſibus pluribus:interea iſte peſſimus Frederi
cus perſequebaꝶ oēs ciuitates ⁊ cōitates tenētes partē ec
cleſie ⁊ infeſtabat pro poſſe. Ingreſſuſq̧ Romandiolā que
eſt de iure eccleſie:oēs ciuitates eius cepit excepta Fauen
tia que quū ei reſtitiſſet:tandē obſeſſam ꝑ ſeptē mēſes defi
cientibus victualibus in deditionē accepit. Deficiente aūt
pecunia impatori:poſt pignorationē localiū ſuorū ⁊ vaſorū
argenti et auri vt haberent milites ſtipendia ſua:fieri fecit Mone
monetam de corio inſignitam ſua imagine ⁊ ſubſcriptione ta corie
que aureū valeret: edictū ponēs in exercitu ſuo:q̧ quicū- cea.
q̧ preſentaret talem monetā theſaurario ſuo:acciperet ꝓ
ea monetā aureā:que dr̄ auguſtanus ſicut nunc ducat' vel
florenus:moneta aurea cui' ſculptura erat ex vno latere
facies imperatoris:ex alia aquila. ⁊ valor eius erat floreni
⁊ quarti. Et in illa obſidione de illa moneta ꝓuidebaꝶ ſti-
pendiarijs:certificatis q̧ pro ea preſentata reciperēt augu-
ſtanum aureū. Et ſic fuit eis obſeruatū. ¶ Eo tēpore quū3
Henricus primogenitus Frederici dolens de perſecutio-
ne quā faciebat eccl'ie:pluries patrē filialiter ⁊ humiliter
argueret de iniuſta ꝑſecutione:indignat' ille vt ſuperbiſſi
mus eū3 deſpiciens vt hoſtē nō filium exiſtimās:ꝓcurauit
falſos accuſatores cōtra eum qui eū denūtiarēt ꝓditorē:⁊
ad petitionē eccl'ie querere rebellionē ciuitatū ſibi ⁊ adhe
rentium cōtra eū. Propter qd̄ ſiue verū eſſet ſiue confictū
Fredericus fecit eū capi cū duobus filijs eius ⁊ in carcere
in Appulia poni:vbi ⁊ mortui ſunt. Et poſt mortem huius
Henrici miſit Manfredum filiū ſuū illegitimū in Alemā-
niam:mandās principibus illis vt loco Henrici regem Ro-
manorū eligerent Conradū ſc̄do genitū ſuū. Poſt hec etiā3
Fredericus ſapientiſſimū virum ⁊ eloquentiſſimum magi
ſtrum Petrū de vineis de ꝓditione ſibi delatū:qd̄ creditur
ſibi falſo crimen impoſitū ex inuidia ab emulis ſuis:q2 ma
gnum locum tenebat in curia:⁊ eū viſu priuauit ſine erutio
ne organorū:⁊ ac in carcerem retrudi fecit:vbi in breui mor-
tuus eſt. Et vt dr̄ ab aliquibus:ipſe ſibiipſi vitam extorſit.
Quod iuſto dei iudicio factū videꝶ:vt qui ad cōplacēdū ei
multa fecerat cōtra eccl'iam ei fauendo ⁊ excuſando eum:⁊ Frede-
fuit condēnatus ab illo ꝓ quo deum offenderat ⁊ eccl'iam. ric' ipe
¶ Poſt tranſitū Grego. noni ⁊ Celeſtini electus eſt in pon rio pri-
tificem Inno. iiij. Ianuenſis:quē Fredericus queſiuit ca- uatur.
pere:⁊ ſed manus eius euaſit pergēs Ianuā:et exinde Lu-
gdunum:vbi generale conciliū celebrans excōicauit ipſum
Fredericum

Fredericus: ⁊ regno Sicilie ⁊ imperio priuauit ꝓpter mul-
ta ſcelera eius vt dictum eſt ſupra. Anno autem dñi. Mil.
ccxxxviij. fuit eclipſis ſolis quaſi totius circa horam nonã
die. vj. Junij. Unde aer ita obſcuratus eſt: vt quaſi nox ap-
pareret. Unde multi cauſam ignorãtes exterriti huiuſmo
di caſu ad penitentiã redierunt. Secundũ autem iudicium
(quod tamen frequenter eſt falſum) deſignauit mortẽ Gre
go. ix. ⁊ oppreſſionem eccleſie per Fredericum.

§. II. Poſt depoſitionem Frede

rici ab imperio: auxit ipſe ſeuitiam ſuã cõtra fauẽtes eccle
ſie ꝑ ciuitates Lõgobardie ⁊ Tuſcie. Unde ꝓ ſui ſecurita-
te in ciuitatib⁹ vbi erãt ꝑtes: voluit habere ab eis obſides
⁊ de Guelfis ⁊ de Gibellinis. Quos detineri voluit in ca-
ſtro ſeu arce ſancti Miniatis Altedeſco. Qui quum audiſ-
ſent Gibellinos liberos dimiſit in domũ ſuã: Guelfos reti-
nuit qui erãt in magna calamitate. Et inter ceteros Gibel
linos q̃ ſcȝ fauebãt imꝑatori etiam ſic depoſito: erat fami-
lia Florẽtie q̃ dicebaꝛ Ubertoꝝ cũ quibuſdã alijs familijs
vt Thebaldinoꝝ: Caponſachoꝝ: Chartanorum ⁊ Brunel-
leſchorum: ⁊ alijs pluribus. Sed partis Guelfe defenſatri
cis ecclie erãt familie dicte Bagnenſes: Pulci: ⁊ Magha-
lotti: ⁊ Donati: ⁊ Biſdomini: ⁊ familia que diciꝛ de Patzis
⁊ Adimari: ⁊ plures alie familie adherebant alie Guelfis:
alie Gibellinis. Perſuaſit autẽ Fredericus Gibellinis per
ſuos ſecretos nuntios: vt eijcerent Guelfos de ciuitate: et
in ea re adiutorium ipſe ꝓſtaret. Ceperũt ergo Gebellini ꝑ
diuerſa loca ciuitatis Florentie inſurgere cõtra Guelfos: ⁊
rixas facere ⁊ ſeditiones. Et quũ per aliquot dies Guelfi
viriliter reſiſterẽt: demũ ꝑcipientes ꝙ Fredericus miſiſſet
filiũ ſuũ illegitimũ cũ mille ſexcẽtis militibus Teutonicis
in adiutoriũ Gibellinoꝝ: vidẽtes ſe tante potẽtie nõ poſſe
reſiſtere: et quũ iam illi miſſi a Frederico ciuitatẽ intraſſent:
terga verterunt. Et egreſſi de ciuitate Florentia Guelfi ce-
Guelfi a Florẽtia expelliũtur a Gibellinis. perunt caſtrũ Montiſuarchij: alij ex eis caſtrum Caprarie
⁊ alia loca. Et illic ſe collocantes ſepe mouebant bellũ Gi-
bellinis: exeuntes ⁊ appropinquantes ciuitati ad dãna in-
ferenda. Gibellini q̃ remanſerant in dñio ciuitatis: ordina-
uerunt regimẽ ꝓut eis eſt viſum. Et in vituperiũ ⁊ extermi
nium Guelfoꝝ deſtruxerũt ⁊ ad terrã deiecerunt. xxxv. pa-
latia ⁊ turres eoꝝ. Inter que exterminatũ eſt palatiũ val-
de nobile Toſingoꝝ: qđ erat in foro veteri. Altitudo eius
erat. xc. brachioꝝ. ⁊ vna turris ei cõiuncta alta brachiorum
cxxx. Et ex hoc geſto ceperũt Florentie iſtũ modũ ſeruare:
vt quũ bellaret vna pars contra aliã: illa q̃ preualebat ⁊ re
manebat in ciuitate: deſtruebat vel cõburebat habitatio-
nes expulſorũ. Et cũ eodẽ anno guelfos q̃ erant in Monte
uarchio: aggreſſi fuiſſent Teutonici miſſi a Frederico: con
ſerto duro prelio Guelfi Teutonicos debellarũt ⁊ fugarũt
eos multis occiſis ⁊ plurimis captis. ¶ Anno dñi. M. cc.
Fredericus obſidet Parmam. xlviij. Fredericus obſedit Parmam q̃ tenebat cum eccleſia.
Et erat ibi legatus pape: q̃ fabricauerat contra eũ baſtiam
quaſi alterã ciuitatẽ cũ domibus ⁊ turribus. Et quũ iã plu
ribus mẽſibus duraſſet obſidio: iurauerat Fredericus nõ
receſſurũ ſe quouſq; eã obtineret: ⁊ de ꝓpinquo ſperabat
eã capere: quũ ſciret ꝑ exploratores iam illis intus victua
lia deficere. Sed deo ſuperbis reſiſtẽte: quũ vna dierũ Fre
dericus cũ ſuis familiaribus ad recreationẽ iret cum cani-
bus venatũ: nil timẽs de Parmẽſibus: ſed exiſtimans eos
vt victos: Parmẽſes hoc ſciẽtes cũ oĩm ſuoꝝ conatu egreſ
ſi ſunt magno impetu e ciuitate: pergentes ad baſtiã illam
cõtra hoſtes: q̃ imparati ⁊ inordinati manebãt ſine capite
vt ebrij fuga ſue ſaluti ꝓuiderũt: quũ tamẽ eſſent in triplo
plures ꝙ Parmẽſes. Ceperunt ergo Parmẽſes baſtiã oc-
ciſis ⁊ captis multis ex inimicis. In qua baſtia (que Victo
ria dicebatur) nõ ſolũ victualia: ſed ⁊ magnas ibi diuitias
inuenerunt ⁊ vaſa argentea Frederici ac etiã coronã eius
imperialẽ. Que oĩa in ciuitate aſportantes: baſtiam illã di
Fredericus a Parmẽſibus profligatur. ruerũt ⁊ cõbuſſerũt. Corona autẽ illa dr reſeruata ⁊ adhuc
eſſe in ſacriſtia eccleſie Parmenſis ob memoriã triumphi.
Fredericus autẽ audita profligatione ſuoꝝ: ⁊ ipſe timens
Cremonam ſe contulit. Recedens autẽ Fredericus de ꝑti-
bus Longobardie reliquit ibi filiũ ſuũ illegitimũ Reuzũ
regem Sardinie vicariũ ſuum. Et ingreſſus Tuſciã: quia
Gibellini qui ſuã partem tenebant: dominarenꝛ tunc Flo
rentie: noluit Florentiã intrare: ex eo ꝙ deditus augurijs
perceperat ſe Florentie eſſe moriturũ. Sed nõ itellexit: q:
de alia Florentia locutus eſt diabolus: vt moris ſui eſt ho
Frederici ſmor ec ſcrupulus. mines decipere ſub locutionibus equiuocis. Et q: Guelfi
plures ex nobilioribus in caſtro Caprarie reſidentiã facie
bant expulſi de Florentia: ⁊ caſtrũ illud tenebãt: miſit Fre
dericus ex gentibus ſuis ad obſidendum dictũ caſtrum Ca
prarie. Quo eis impugnantibus fortiter: ⁊ quũ qui intra erãt
q: deficientibus victualibus nõ poterant ſe tenere: cũ pa-
ctis tractarent ſe inimicis tradere: ⁊ ipſi parati eſſent q̃ pe-
tebant concedere: vnus credo qui in pretorio fuerat in ma-
giſtratum Florentie indignatus: quia vocatus non fuerat
ad illud conciliũ ⁊ tractatũ: ſignificauit inimicis ꝙ caſtrũ
illud ſe nõ amplius poterat defendere. Quo hoſtes ſentien-
tes nullũ pactũ voluerunt cum eis facere. Et illi demũ ad
voluntatẽ Frederici ſe ſubiecerunt caſtrũ reddẽtes. Guel
fi autẽ qui ibi erãt: preſentati ſunt Frederico: q̃ in Fucechio
tunc reſidebat. Inter quos principaliores erãt comes Ro- Frederici Guelfos ipſe capit.
dulfus de Capraria: ⁊ dñs Rainerius de Buondelmontib⁹
miles Florentinus. Ipſos igitur Fredericus captiuos du-
xit in Appuliam ſecum: quibus ad inſtantiã Gibellinorum
oculos fecit erui: quũ multi eſſent ⁊ de nobilioribus fami
lijs Florentinoꝝ: ⁊ demũ in mare proijci: excepto domino
Rainerio: quẽ tamen oculis priuauit. Sed poſtea reuertẽ
tibus Guelfis Florentiã vt diceꝛ infra: recognitus cerdo
ille q̃ occaſio fuerat tanti mali lapidatus fuit ab omni po-
pulo: ⁊ per ciuitatẽ a pueris tractus hincinde per plateas ⁊
vias: ꝓiectus demũ fuit in foſſatum. ¶ Poſt hec Renzus Rẽzus Frederici fili⁹ a Bononiẽſib⁹ capitur.
filius Frederici vicarius generalis eius dimiſſus in parti
bus Longobardie: ꝑrexit cũ copijs Bononiã: vbi erat dñs
legatus cũ gentibus ecclie: ⁊ cepit bellũ mouere cõtra eã.
Bononienſes vero cũ ſuis armigeris exierunt contra ho-
ſtes: ⁊ viriliter decertantes eos debellarunt: ⁊ multis occi
ſis ac plurimis captiuatis: inter alios ceperũt ⁊ ipſum Rẽ
zum filiũ Frederici: quem miſerũt in caueam ferream: ⁊ ibi-
ꝙ miſerabiliter vitam ſuam finiuit

§. III. Interea quum potentia

Frederici paulatim minuereꝛ: ⁊ Gibellini q̃ dñabãtur Flo
rẽtie imponerẽt onera grauia ⁊ importabilia collectoꝝ po
pulo: ⁊ Guelfi de ciuitate expulſi diſperſi ꝑ comitatum mul
ta fortalitia ⁊ caſtra tenẽtes ſepe bellũ mouerent contra ci
uitatem: familia etiã Ubertorum que erat nobilior ex Gi-
bellinis: tyrannidẽ exerceret in ꝑpl'o: multi ciues bone cõ-
tatis zelatores reipublice ⁊ vite ciuilis: cõuenerunt adin-
uicem: ⁊ armati reſidebãt in domibus ꝓpe ſanctũ Lauren
tium. Et ibi cõſtituerũt. xxxvj. viros vt capita ppl'i: ⁊ abla-
ta omni ꝑtãte ei q̃ dicebaꝛ Poteſtas: ⁊ oĩbus alijs officia-
libus q̃ tunc eſſent in ciuitate: ediderũt certa ſtatuta q̃bus
ppl's regereꝛ. Et elegerunt in capitaneũ ppl'i dñm Rober-
Capitaneorum apud Florẽtinos inſtitutio. tum de Luca. Hic fuit primus Capitaneus in Florentia.
Creauerunt ⁊. xij. ciues: quos vocarũt Anzianos: duos in
quolibet ſexto ciuitatis (tũc eñi ciuitas diuidebaꝛ per ſex
ſexta) q̃ gubernabãt ppl'm: ⁊ erant in cõcilio cuȝ capitaneo
inſtituto. Hi congregabantur in domibus iuxta abbatiã
Florentinã ad ordinandũ que incũbebãt: ſed ſinguli in do
mibus ſuis dormiebant ⁊ comedebãt. Tunc etiã fieri fece-
runt. xx. vexilla cũ ceteris inſignijs: q̃ dederũt. xx. viris ha-
bitantibus in diuerſis partibus ciuitatis: vt quilibet quũ
oporteret: armat⁹ cũ ſubditis illi vexillifero cũ capitaneo
occurreret in agendis. Et hec acta ſunt anno dñi. Mil. ccl.
Sed poſtmodũ ciuitate diuiſa per quatuor quarteria: amo
tis quatuor ex dictis. xx. remãſerũt. xvj. q̃ dicunꝛ ⁊ adhuc
ſunt vexilli feri ſocietatis: quatuor in quolibet quarterio:
⁊ inſignia ſua antiqua retinent. Comitatũ etiã ordinarunt
diſtinguentes in. xcvj. plebanatus. Tunc etiã cepit edifica-
ri palatium iuxta ſanctũ Apollinarem: qđ dicitur Poteſta
tis: q: ibi habitat. Fuit etiã ordinatũ ⁊ executioni manda-
tum: vt turres oẽs q̃ plurime erant per ciuitatẽ alte ꝑ cen-
tum. ⁊. xx. brachia aliquę: oẽs reducerenꝛ ad altitudinem. L.
brachiorum: ⁊ qđ menſurã excedebat: diminutum fuit.

§. IIII. Anno autẽ predicto ſcȝ

M. ccl. quum eſſet Fredericus in quadã ciuitate in confini
bus Abrutij in Appulia: q̃ ciuitas dr Firenczuola: infirma-
tus eſt ad mortẽ iuxta auguriũ de eo ꝑlatũ: qđ ipſe non in
tellexit interpretatus Florentiã ꝑ Firenzuola. Ibi cum eo
aderat filius eius illegitimus Manfredus iniquus ſicut ⁊
pater ſuus: vt patet ex facto: cupiẽs habere theſaurũ eius
necnõ ⁊ dñium Appulie ⁊ Sicilie: q̃ timẽs ne forte euadẽs
vel cõdens teſtamentũ aliud diſponeret de regno Sicilie:
cõſiliũ ſumens cũ camerario Frederici: ac ei ꝓmittens ma
Fredericus a Manfredo filio ſuffocatur. gna munera ⁊ dñium aliquoꝝ locoꝝ: conuenit cũ eo: ⁊ ipſe
Manfredus ſuꝑ os patris poſuit ceruical: ⁊ ita ſuffocauit e⁹ a mã
cum: ⁊ miſerabiliter mortuus eſt tam potens ⁊ diues dñs
excõicatus: priuatus imperio: ⁊ omni regno ſine aliquo ſa
cramento ⁊ ſigno penitẽtie. Sicq; iudex equitatis de⁹ vin-
dicauit viduã diu clamantẽ ad ſe ſcȝ eccl'iam: ⁊ vindicaret
eã de aduerſario ſuo ſicut ⁊ in alijs ecclie ꝑſecutorib⁹ egit.
Quo mortuo: Manfredus arrepto theſauro ei⁹ ⁊ dñio
vſurpato regni Sicilie: corp⁹ Frederici deferri fecit in Si-

cillam ad eccleſiā Montiſregalis q̄ eſt ſupra Ponhormum faciendo et honorabiles exequias: etſi in eccl'ia ſepeliri nō poſſet vel loco ſacro: q2 excōicatus deceſſit. Quū aūt in ſepultura eius diuerſi diuerſa epitaphia dicerēt ſculpenda in marmoribus exprimentia magnalia eius: quidā cleric' Aretinus cōpoſuit iſtos tres verſus: quos placuit Manfredo ꝛ Baronibus in ſculpturis deſcribi: videlicet.

Si probitas: ſenſus: virtutum gratia: cenſus:
Nobilitas: horti: poſſent reſiſtere morti:
Non foret extinctus Fredericus qui iacet intus.

Et ad intuendū magis malitiā ꝛ ſeuitiam Frederici/ſciendum ꝙ paulo anteꝗ̄ infirmaretur: miſerat Fredericus in Tuſciam: mandans vt oēs obſides Guelfoꝝ ad eū perſonaliter mitterent: vt eos morti traderet. Sed quū eſſent in itinere maritimo: ſignificatū eſt ꝛ diuulgatū de morte eius. ꝓpter qd̄ cuſtodes qui eos ducebāt ſibi ꝑplis timētes liberos eos dimiſerūt. Qui in Campaniam applicuerūt ꝛ inde Florētiā ſunt reuerſi ꝛ ad alias ciuitates Tuſcie pauperes ꝛ egeni. ¶ Eadē nocte qua mortuus eſt Fredericus: defunctus eſt etiā (qui erat Poteſtas in Florētia ꝓ eo vocatus) dñs Rainerius. Dormiente enim eo in lecto ſuo/teſtudo q̄dā que erat ſuper camerā eius ruens oppreſſit eum quaſi prognoſticū ꝙ cito deberet deficere dñiū eius Florētie: et ita euenit. Nam poſt paucos dies populus Florentin' audita morte Frederici ꝛ attenta tyrannide nobilium ex Gibellinis introduxerūt in ciuitatē Guelfos ꝓſcriptos facta pace inter Guelfos ꝛ Gibellinos. Mortuo Frederico ꝛ reuertente Inno. iiij. ex Francia ad vrbē: pars Guelforū que ſcilicet erat ꝓ eccleſia: cepit exaltari. Anno autem ſequenti Florentini ꝓceſſerunt hoſtiliter cōtra Piſtorienſes ſibi rebelles: ꝛ bellū ineuntes cū eis in monte cōbolino: debellauerunt ipſos Piſtoriēſes: multis ex eis captis ꝛ nō paucis iteremptis. Et quia nobiliorib' ex Gibellinis nō erat gratū regimen ciuitatis per populū: eo ꝙ magis videbatur fauere Guelfis q̄ eis: iō principales ex Gibellinis noluerunt ſequi populum in mouendo Piſtorienſibus prelium: ꝛ quia etiā ibi notabilem partē habebant: ꝓpter qd̄ reuerſus populus cū victoria habēs ſuſpectos Gibellinos: emiſerunt de Florentia capita ſeu principales Gibellinorum. Et remanſit pars Guelfa cum populo ad regendum mutādo inſigna: quia vbi Gibellini habent pro inſignis cōmunitatis lilium album in campo rubeo: fecerūt ipſi lilium rubeum in campo albo.

Gibellini poſt habitis Florentie Guelfi habent in ꝓcio.

Guelforū ꝛ Gibellinorum inſignia.

§. V. Conradus autē filius le

gitimus Frederici vt audiuit mortē patris certioratus: ſubito cū magno apparatu de Alemānia recedens: in regnum Appulie ꝛ Sicilie iter ſuū dirigebat ad regnū poſſidendū. Mā fred' aūt ſe interea fecerat vicariū gn̄alē regni: quaſi ipſum fratri reſeruans: ꝛ oēs ciuitates eius poſſidebat/exceptis Neapoli ꝛ Capuaꝗ̄ rebellantes eccleſie ſe dederāt. Et ſimiliter multe ciuitates in Tuſcia ꝛ Lōgobardia. Conradus aūt nō per terram ſed per mare (vt tutius ꝛ expeditius perueniret in Appuliam) per Marchiam Taruiſinam: adiutus a venetis tranſiuit in regnū. Manfredus aūt q̄uis multū in re contriſtatus eſſet de aduētu fratris: quaſi magis ad eum dñium ſpectaret quod ipſe poſſidere intendebat/tamen ſimulans dolorē animi/fratrem ſuū ſuſcepit cū magno honore gaudio ꝛ ſolēnitate. Et ꝗ̄citiſſime Conradus ꝓfectus eſt in preliū contra Neapolim: ꝛ longa obſidione fatigatam in deditionē accepit: pactis initis cū eis vt perſone ꝛ ciuitas immunes eſſent a morte ꝛ deſtructiōe/que tamen nō ſeruauit/ſed muros ciuitatis diruit et fortalitia eius. Et idem Capue fecit poſtꝗ̄ eam recuperauit: ꝛ in breui totū regnū ſub dominio ſuo recepit: ſibi rebelles ꝛ eccleſie inherētes perſequēs: mores patris imitatus in inimicitia eccleſie: non ſolū laicos: ſed ꝛ religioſos exterminans non ſibi fauentes in malo: eccleſias deſtruens: ep̄atus ꝛ alias dignitates eccleſie ad libitum concedens. Infirmatus eſt autē etſi nō grauiter: ſed Mā fredus ambitione ductus ꝛ cupiditate regnandi/adauxit infirmitatem: et ad mortem vſꝗ̄ perduxit: medicis magna ꝛ multa promittens: vt in clyſtere venenum ponerent. Ex qua re ille de medio ſublatus eſt excōicatus ꝛ impenitens. Reliquit autē filium paruulum Conradinū vocatū: quē ſuſceperat ex vxore ſua filia ducis Sueuie in Alemānia. Igitur mortuo Cōrado. Inno. papa regnū intrauit: ꝛ multe ciuitates ſe rebellantes eccleſie ad ꝗ̄ ſe ſeferūt. Sed quū paulo poſt ſequeretur tranſitus Innocētij. iiij. qui Neapoli infirmatus/ibi ſepultus eſt anno dñi. Mil. cclij. Manfredus qui ſe faciebat vicarium ꝛ baiulū regni: vires reſumens ꝛ audaciā ex morte pōtificis: ꝛ multo magis ex diuina vacatione ap̄lice ſedis quaſi per biennium: pene totius ciuitates regni rebel

Conradus frederici filius.

Cōradinus Cōradi filius.

les reaſſumpſit: ꝛ per Italiam diſcurrens Gibellinos partes imperij tenentes ſibi conglutinauit in Tuſcia ꝛ Longobardia: Guelfos perſequens. Inſuper patricida et fratricida/queſiuit etiam fraudulēter nepoticida fieri ſcʒ Conradini. Qui quum a matre in Alemannia cū magna diligētia cuſtodiretur: miſit ſolēnes oratores Manfredus ad eū viſitandum. Mater autem eius cauta oſtendit eis pro Conradino filium ſuū alium coetaneum eius precioſis veſtib' indutum. Cui quum inter cetera encenia obtuliſſent cōfectiones: ſed venenatas: puer ille partem accepit ꝛ comedit qui poſtea ex veneno illo mortuus eſt. Reuerſi autem oratores exiſtimantes Conradinum mortuum ex veneno illo ſic nunciauerunt in regno. Et leuato luctu magno de morte ei': Mā fred' ſibi vſurpauit dominium regni: de quo infra plenius dicetur.

Mā fredi dol' in Conradinū.

§. VI. Preterea de geſtis ꝑ Flo

rentinos ſm̄ chronica: ſciendū ꝙ anno dñi. M.cclj. domini de Vbaldinis congregata ſecū multitudine Gibellinorum ꝛ Romandioloꝝ/profecti ſunt cōtra caſtrum Cēnicum vt caperēt illud: ſed Florentini occurrētes eis cum ſuis copijs debellauerunt dictos Vbaldinos cū detrimēto multo eorum. Eodem anno Gibellini exulantes a Florentia cum adiutorio teutonicoꝝ armigeroꝝ rebellare fecerunt caſtrum montatonis vallis Arni: qd̄ erat Florentinoꝝ: ꝛ ipſum ceperunt. Sed Florentini hoc audientes/ſubito ꝓfecti ſunt ad obſidendum dictū caſtrum: et ꝓfligati ſunt a Gibellinis. Iterum aūt Florentini cū maiori copia ꝛ auxilio etiā Lucenſium reuerſi ſunt: ꝛ caſtrū illud obſederūt mēſe Ianuarij: quum niues terrā occuparent. Sed ꝛ Senenſes ꝛ Piſani qui tenebant partē Gibellinoꝝ cū magno ꝑplo ſuperuenerūt in adiutoriū obſeſſoꝝ. Tunc dimiſſis diligētib' cuſtodibus ad continuendū obſidionē: reliqui equites ꝛ pedites Florentini viriliter ꝓceſſerunt cōtra Piſanos ꝛ Senenſes q̄ caſtrametati erant iuxta abbatiā cultus boni: vt cum eis decertarent. Qui timentes audaciā eoꝝ/terga verterunt cū confuſione ꝛ dāno rerū ſuarum. Poſtea homines caſtri ſe dediderunt Florētinis/qui captiui ducti ſunt Florentiam: ꝛ caſtrum illō dirutū. Anno autem dñi. M.cclij. Florētini ꝓfecti ſunt hoſtiliter cōtra Piſtorienſes: ꝛ deuaſtatione facta in circuitu ciuitatis: obſederunt caſtrū eoꝝ ſcʒ Tyzanum. Audito aūt ꝙ Piſani cum adiutorio Senenſium debellauerant Lucenſes iuxta montem Topozium ꝛ plurimos ex Lucenſibus captiuos ducebant cū magna preda: Florentini poſtꝗ̄ in deditionem acceperunt dictum caſtrum cū certis pactis: immediate ꝓfecti ſunt contra Piſanos ꝛ Senenſes: ꝛ inuenientes eos iuxta caſtrum Pontiſere/irruerunt ſuper eos. Et poſt conflictū durū adinuicē Florentini preualuerunt: ꝛ Lucenſes q̄ captiui ducebant liberati/ligauerunt eos q̄ ſe ceperant. Perſecutiꝗ̄ ſunt eos vſꝗ̄ ꝓpe Piſas ad tria miliaria: occiſis vel captis ex Piſanis ꝛ Senēſibus tribus milibus: inter quos etiā captiuus ductus eſt Poteſtas piſanorū: qui de vrbe erat. Eo tēpore edificatus eſt pōs ſuper Arnum fluuium qui dicit̄ ſancte trinitatis: quia eſt iuxta dictam eccleſiā ſeu monaſterium Vallisombroſe: multum ad hoc operante Loberto de Freſcobaldis: qui cū ſuis diues erat et potens. Et ante per. xv. annos fuerat edificatus pons: qui dicit̄ Rubaconte: ſic denominatus ab eo q̄ tunc erat Poteſtas in Florētia: qui dicebatur dñs Rubacōte de Mediolano. Tunc etiā vie ciuitatis lapidib' ſtrate ſunt: vnde ciuitas ornatior ꝛ ſanior reddita eſt. Eo tp̄e dum Florentini ꝓceſſerunt contra Piſanos ꝛ Senēſes: vt dictū eſt: comes Guidis Nouellus de familia comitū Guidoꝝ/cū Gibellinis igreſſi ſunt in caſtrum Fighinienſe: qd̄ erat bene munitum: et rebellare fecerunt. Unde Florentini reuerſi cū victoria/ſine dilatiōe proceſſerunt ad dictum caſtrū: ꝛ cū machinis ꝛ alijs modis obſidentes multum arctabāt eos q̄ intus erāt: ꝓpter qd̄ ſe eis ſubdiderūt: pactis initis vt ſalue ꝑſone eſſent comitis ꝛ aduenarum ꝛ ſubſtantie holm: ꝛ Gibellini qui ibi erant Florentiam accederent: vt Guelfi in dicto caſtro quietius permanerēt. Sed caſtro obtento recedēte dicto comite fides pactionis ſeruata nō eſt eis ſʒ depredatis oībus caſtrū Lucētium eſt dirutum: ꝛ poſt tempora reedificatum. Quū autē Florentini oppugnarent Fighinium: Senenſes cōgregato exercitu ꝓceſſerant cōtra caſtrū Montiſalcini obſidētes ipſum: ꝙ caſtrū erat cōmēdatum Florētinis. Sed ipſi expediti de caſtro Fighinis iam obtēto: ꝓfecti ſunt ad ſuccurrēdū Montiſalcinēſib'. Et applicantes ad locū certamē inierunt cum Senenſibus: ꝛ profligarunt eos multis occiſis ꝛ alijs raptis. Reuerſi ſunt vndiꝗ̄ cum victoria Florentiam. Tūc eīn populus zelās ꝓ bono reipu. perſonaliter ꝓficiſcebantur ad bellum: alij equites: alij pedites: ꝛ viriliter vſꝗ̄ ad mortem

Varie Florētinoꝝ de hoſtib' victorie.

ad mortē deſudabāt. Et tūnc ciuitas in ciuitate tēporali cōſtituta/cepit cudere monetā aureā. ſcilꝫ florenos ex auro: q̄ prius vtebatur argētea: ⁊ fiebat de auro perfecto .xxiiij. caratorum. Quoꝝ octo erant ponderis vnius vncie: ⁊ adhuc vſus perſeuerat. ¶ In eodē tp̄e Florētini hoſtiliter inuaſerunt Piſtorium: ⁊ ita obſidione vallarūt: vt nullus egredi vel ingredi valeret. Qui quū nō expectarent aliunde ſuccurſum: ſe illis tradiderūt cum pactoꝫ q̄ Guelfos dicte ciuitatis qui exules erāt: reducerēt libere ad habitandum. Ad inſtātiam em̄ eoꝝ bellū mouebāt cōtra eos ⁊ cū hoc etiaꝫ addito: vt Florētini facerent vnū fortalitium ad dictā portam que eſt verſus Florētiam: qđ eſſet in cuſtodiā Florētinorum. Qđ ⁊ ſeruatū eſt: licet cum diſplicētia Piſtorienſiuꝫ nō parua. Ipſum tamē fortalitiū poſtea fuit dirutum: vt dicetur infra: qn̄ Florētini fuerūt deuicti a Senēſibus iuxta montem apertum: tunc enim Gibellini reuerſi ſunt Piſtorium. Videtes autem Florētini q: tempus eos iuuerat: exinde pceſſerunt cōtra Senēſes deuaſtātes comitatum eorum: ⁊ ad Montē alcinum pgredientes eis colligatum: neceſſarijs abundanter munierunt. Et captis quibuſdam caſtris Senenſium reuerſi ſunt Florentiam.

Florēs nos cu piūt Florētini.

Florētini de va rijs hoſtib⁹ eodē anno triūphꝫ runt.

§. VII. Anno aūt dn̄i. M. ccliii.

cōtras Florētinoꝝ hoſtiliter pceſſit cōtra Senēſes. caſtrametati ⁊ obſidionem faciētes in Mōteregio. Sed Senenſes timentes illud caſtrū amittere: conſenſerūt ea que Florentini ab eis poſtulabāt. Et facta eſt pax inter eos: Senēſibus de cōcordia cōſentiētibus: vt caſtrum Montiſalcini Florētinis remaneret: qđ olim eorum fuerat. Recedētes ergo de comitatu Senenſi: obſidētes caſtrum Podibōzi Florentini ipſum cū pactis certis in deditionem acceperunt: ⁊ poſtea caſtrum Varie qđ erat familie q̄ dicit̄ Squarcia ſupi. Poſt hoc pfecti cōtra ciuitatem Volaterranā quam tenebant Gibellini intēdētes ſolū deuaſtationē facere in comitatu eius ⁊ reuerti (ciuitatē em̄ illā ſciebāt fortiſſimā ⁊ nō de facili obtinēdam) quū Florētini diſcurrerent verſus ciuitatem deuaſtādo q̄ occurrebant: Volaterrani videntes eos appropinquare portis ciuitatis: oēs eius habitatores cū magna audacia egreſſi contra hoſtes/ſed ſine ordine et capite irruerūt in eos dāna plurima inferentes. Florētini aūt viriliter reſiſtentes ⁊ certātes cum Volaterranis: quū preualerēt Volaterrani: ceperūt ad ciuitatē reuerti: ⁊ quū miſti eſſent Florētini cū Volaterranis inſequentes continuo eos: qui erant in portis videntes ſuos fugere ⁊ ipſi fugam arripuerūt: ceperūt ergo portas. Qui quum intrarēt oēs: ciues nullā facere reſiſtētiam: ſed ep̄s cum clero venit obuiam eis cū crucibus honorifice recipiētes eos. Et mulieres ciuibus ſolutis erāt clamātes ad eos pacem ⁊ miſericordiam. Propter que intrātes ciuitatem/nō permiſerūt qui principales erāt: vt in ea fieret aliqua pdatio vel maleficium: ſed emiſſis Gibellinis ordinauerūt ciuitatē put viſum eſt eis expedire. ¶ His peractis copie in Piſanos traducte ſunt. Piſani in tanto Florentinorum ſucceſſu pugne fortunam minime experiēdam rati: ſeſe menib⁹ ptinebāt. Miſſiſq̄ in caſtra oratoribus pacē popoſcerunt. Date ſunt eis cōditiones dure pro pace conficienda: vt ſcꝫ Florentini immunes eſſent a Gabellis maritimis ⁊ terreſtribus Piſanis pro mercimonijs ipſoꝝ. Et q̄ nō mouerēt bellum Piſani cōtra eos: nec auxiliū ferrēt inimicis eorum. Et alterū horum cōferrent Florentinis: videlicet caſtrum ripe facte aut Plombinū: q̄ terre erāt tunc de dn̄io Piſanorū: ac etiā obſides darēt .l. viros notabiles ex Piſanis: qui Florentie reſiderēt. In his oībus ⁊ amaro aīo cōſenſerunt. Sed non multo poſt Piſani pacis federa fregerūt. Hec per multa et egregia mirabili felicitate vna eſtate a Florētinoꝝ pplo geſta ſunt: adeo vt is annus fuerit annus victorioꝝ nūcupatus. Reuerſiq̄ ſunt Florētiam cū triūpho mirabili. Et palatium dn̄oꝝ cepit edificari: nam antea habitabāt Anziani in priuatis domibus ſuis. Itaq̄ foris ⁊ domi eodem anno maieſtas populi exaltata eſt.

¶ De Alexandro .iiij. ⁊ bello aſpero Venetorum ⁊ Genuenſium: ⁊ bellis aliorum. Capitulum .vij.

Alexander .iiij. papa.

INnocētio quarto ad dominum euocato: vacauit ſedes ap̄lica per biennium cardinalib⁹ adinuicē nō concordantibus in electione. Demū canonice ad ſummum pontificij gradū vocatus eſt Alexāder quartus natione Campanus: patria Anagninus: anno dn̄i .M. ccliiij. Ab initio aūt mūdi q̄nquies .M. ccxvij. ſm̄ aliū numerū ſexies .M. cccc liij. Fuitq̄ in numero pōtificum .clxxxiiij. ⁊ ſedit annis ſex. Huius tp̄e principes electores imperij de electione imperatoris cōtendētes bifariā ſe diuiſerunt: ⁊ aliqui vnum alij alterum imperatorē elegerūt: ppter qđ nullus eoꝝ fuit cōfirmatus. ¶ Huius tēpore āno .ſ. dn̄i .M. cclvi. in ciuitate Acra in partib⁹ Syrie facta eſt contentio nō modica inter Genuenſes ⁊ Venetos: q: quelibet harū communitatū q̄rebat eſſe maior: ⁊ cupiebat habere quandā ciuitatē ab infidelibus ereptam per chriſticolas. Indeq̄ multa mala proceſſerunt. In ea aūt altercatione Veneti Genuēſibus ſuccubuerunt. Sed poſt duos annos immediate quū Genuenſes cum claſſe ſua in qua erāt galee .L. ⁊ naues quatuor: ſe reperirent iuxta dictā ciuitatem Acram: bellum gerentes naualē cuꝫ Venetis: q̄ ⁊ ipſi ibi erant cum copijs ſuis: demū Genuēſes a Venetis ſuperati ⁊ victi ſunt: captis .xxiiij. galeis Genuēſium ⁊ īterfectis vltra mille ſeptingētos ex eis. Deſtruxerunt inſuper Veneti ſtratam quādam in dicta ciuitate Acra: que dicebatur Genuēſium: ac etiam vnā turrim eoꝝ pulchram que dicebatur Lamōgoia de quibus lapidibus Venetias vſq̄ aſportarunt. ¶ Anno aūt ſequenti ciuitas Cōſtantinopolitana que prius fuerat ablata a grecis per Gallos ⁊ Venetos: ⁊ eam poſſederant annis quinquaginta nouem: imperantibus ibi Latinis precipue Gallis: auxilio Genuenſium qui ⁊ Galeas ⁊ naues dederant Grecis in deſpectum Venetoꝝ: ad Grecos ipſos reducta eſt per Michaelem Pallalochum (rectius Paleologum) Grecum: qui imperium reaſſumpſit expulſis inde Frācis ⁊ Venetis ⁊ alijs latinis. Et exinde in poſterum Greci imperauerunt vſq̄ ad annum dn̄i .M. ccccliij. pontificante Nicolao quinto: quando a Turcis Conſtantinopolis capta eſt ⁊ poſſeſſa: decapitatis imperatore Grecorum ⁊ alijs baronibus: vt dicetur tempore ſuo. Dictus aūt Michael Pallalochus nō ingratus beneficij Genuēſibus magnū theſaurū contulit: ac etiam ciuitatē Pere ſatis ppinquā: nō confidens nec de eis nec de alijs Latinis: q̄ Cōſtātinopolim habitarent. ¶ Huius etiā Alexādri tēpore inſurrexerunt quidam doctores Pariſijs cōtra mēdicantes: magnā pſecutionem contra eos mouentes: dogmatizātes q̄ ſaluari non poſſent homines in tali ſtatu: quorum princeps fuit quidam Guilielmus de ſancto Amore doctor Pariſienſis: magne ſcientie ⁊ opinionis in vniuerſitate. Qui etiā auſi ſunt libellos edere cum multis articulis: nitentes ſuam falſam doctrinam probare rationibus varijs: ſed ſophiſticis ac authoritatibus ſanctorum ⁊ canonum male intelligētes eas. Quum igitur ad ſummum pontificem Alexandrum .iiij. delata eſſet querela a Pariſienſibus ⁊ aſſignatis rationibus peteretur reprobatio ſtatus mendicantium tanq̄ non valentium ſaluari in eo ſtatu: vocati ſunt prelati ⁊ magiſtri ordinis mendicantium vt reſponderent: ⁊ precipue beatus Thomas ⁊ Albertus magnus. Qui ad nihilum deduxerunt: vt friuolas ⁊ falſas rationes eorum: confundentes ⁊ oſtendētes de falſa doctrina ſua reprobādos ⁊ puniēdos: ⁊ quum ſtatum ab eccleſia approbatum ⁊ perutilem eccleſie dei ipſi vt preſumptuoſi condēnarent. Forte moti magis liuore inuidie: quū tunc maxime florerent ordines mēdicantium in vita/ſcientia/⁊ fama: q̄ zelo charitatis. Beatus quoq̄ Thomas ſuper his fecit libellum: qui intitulatur contra impugnantes religionem: qui ſatis vulgo reperitur: in quo deſtruit p rationes efficaces omnia argumēta aduerſariorum. Alexander igitur papa cōperta veritate: commendauit ⁊ exaltauit dictos ordines mēdicantium priuilegijs amplificādo: ⁊ inimicos eoꝝ deprimēdo: ⁊ precipue illum Guilielmum quem a magiſterio depoſuit ⁊ quacūq̄ dignitate. Tunc temporis Albertus magnus maximus philoſophus ⁊ theologus ordinis predicatoꝝ Pariſijs legēdo inſignis habebatur: ⁊ beatus Thomas qui fuit diſcipulus eius cepit celebris haberi. Et Bonauentura etiam ordinis minorum eo tempore in ſcientia ⁊ ſanctitate plurimum effulſit prius miniſter generalis ipſius ordinis: ⁊ poſtea cardinalis.

Venetorū ⁊ Genuēſiuꝫ diſſidia.

Cōſtātinopolitanū imperiū latinis adimitur.

Guilielmus de ſancto Amore mēdicātiū religioſorū emul

Albert⁹ magn⁹ Thomas de aq̄no et Bonauētura clarent.

§. I. De Manfredo Filio illegitimo Frederici videndū: q̄ tēpore Alexādri multū ſtatum

ſuū magnificauit. Hic igit̄ callidus ⁊ pfidus/attendens q̄ Conradus frater filiū ſuū ſub cuſtodia matris heredem regni reliquerat moriens: curam aūt tuendi adminiſtrandiq̄ regni conſanguineis vxoris: quos e Germania adduxerat delegauerat quouſq̄ adoleſceret. Horū in manibus arces arma/⁊ poteſtatē ſummā in regno poſuerat: intelligenſque hec oīa cōtra eū prouiſa: cōfeſtim cōuertit ingeniū ſuuꝫ ad dolos. Nā q: romanus pontifex Inno. perſecutione Frederici ⁊ poſtea Cōradi exagitatus: quū adhuc viueret excōicauerat eos ac etiā Manfredū ipſum eoꝝ ſequacē: ei recōciliatus eſt poſt mortē Conradi. Mānfredus ipſe: parteſq̄ ap̄lice ſedis preferens adeo gratam operā exhibuit: vt non ſolum in principatu Salernitano a patre collato cōfirmaretur: ⁊ verū ⁊ alijs titulis ⁊ dignitatibus augeret̄. Unde pō

tifex Mãfredi fauore ſubleuatus/fines regni intrauit:ʒ in breui deiectis Conradini tutoribus:cũcta in ſuũ nutũ poteſtatẽq; ſuſcepit. Ceterum nõ multo poſt Manfredus ob ortas aduerſus põtificẽ diſcordias (vt refert Leonardus in hiſtoria Florentina) manifeſte diſſentiẽs/ Nucerie copias parare ac bellũ contra eccleſiam mouere cõſtituit. Nec põtifex ipſe ſegnius militẽ cõtrahere ʒ conatũ oẽm adhibere ſatagebat. Sed inter hũc belli apparatũ Innoc. moritͬ vt dictum eſt. Ex cuius morte ʒ diutina vacatione ſedis vires ſuas Manfredus multũ extendit: adeo q; Alexander creatus papa diffiſus regni negotijs excederet finibꝰ ac ſe Anagniam cũ omni curialiũ turba reciperet. Miſſus aũt legatus aduerſus eũ Octauianus Romane eccleſie cardinalis q̃ q̃ preualidis copijs inſigniq; rerum oĩm apparatu: vſq; adeo tamẽ inferior bello fuit: vt magnã de ſe apud multos ſuſpitionẽ relinqueret: ne ſtudio partiũ quo ex genere infi ciebatur (erat eñ Ubaldine gẽtis q̃ imperio fauebat) Mãfredo faueret. Deniq; ſub hoc legato ſiue ſponte ſua cedente: ſiue per vim pulſo: pleraſq; regni partes occupauit Mãfredus: potenſq; inde factus ſuo iã nomine regnare cepit. Huius igitur ſucceſſum deiectionẽq; pontificis Piſani ac Senenſes ceteriq; per Hetruriã huius factionis adeo letis pcipiebãt animis: vt pre gaudio exultare triumphareq; viderenͭ: imperiũq; ſuſciperẽt rerũ nouandarũ. Ea re ſequentis anni initio: Piſani ſpreto federe cum Florentinis ſocijſq; nuper inito: in agrum Lucenſem intulerunt arma lateq; circa Aſerium (al's Anſerim) fluuium oĩa depopulauerunt: quedam etiã caſtra e xpugnare adorti ſunt. Ad huius rei nuntiũ Florẽtini ʒ Lucenſes in armis fuerunt. Cõiunctiſq; vna copijs ad hoſtem profecti ſignis colatis dimicarunt. Prelium quidẽ atrox fuit: ſed tandẽ impares viribus Piſani in fugã vertunͭ: captis ex eis ad tria milia: ceſi ſũt ꝑmulti cõplures etiã dum fugerent: vorticibus abſorpti perierũt. Uictores tranſuecto Anſeri Piſa copias admouerunt: oĩaq; circa vrbem igne ferroq; vaſtãtes: ad iniquiſſimam Piſanos cõmouerũt pacẽ. Supra illa enim que in priori federe cõuenerant: Mutronem (al's Mutronũ) oppidum cum libero maris litore aliaq; q̃plurima caſtella multaq; agri dimittere ſunt coacti ʒ immunitatem Florentinis. Illud etiã victis expreſſum: vt ponderibus ʒ mẽſuris more Florentino Piſani vterentur. Per hũc modum immaturus Piſanoꝝ impetus repreſſus eſt. Fama tamen Manfredi indies creſcebat: multaq; Senenſes moliri machinariq; ferebanͭ. Qui rumor quũ increbreſceret: timentes Florentini ne Bonitiũ a ſe deficeret: preſertim quum incole oppidi illius partes dꝰo diuerſas pre ſe ferrent: ſubitaneo pfecti milite nullo aliquid ſuſpicãte Bonitium occuparunt: ʒ parte muroꝝ deiecta in poteſtatẽ continuerũt. Per hec ipſa tẽpora Aretini ob eaſdez ſuſpitiones cõmoti arma corripuerunt. Egreſſiſq; omnibus copijs Cortonam finitimam vrbẽ que per ſucceſſum Manfredi minime quietura credebatur: expugnare adoriuntur. Urbs aũt erat ardua ſitu ʒ defenſorum plena. Sed tantus fuit impetus: tã q; audax Aretinoꝝ ceptum: vt pluribus ſimul locis intra menia penetraretur. Inde pugna per vrbẽ commiſſa: facile Cortonenſes ſuperati ſunt: abiectiſq; tandem armis ſeſe tradiderunt. Aretini arcem in ſumma vrbis parte munitã preſidijs cõfirmauerunt: Menia ab inferiori parte in quibuſdam locis diruerũt: quo rebellandi facultatẽ Cortonẽſibus adimerent.

Mãfredus eccleſie hoſtis.

Piſanos vincũt Florẽtini.

Aretini Cortonã diripiunt.

§. II. De ſeditione facta Florentie inter ciues.

Interea vt ſcribit Leonardus vbi. ſ. dũ hec ʒ Florentinis ſocijſq; aduerſus ſuſpitiones Manfredi' prouiderentur: inteſtina intra vrbẽ oritur ſeditio. Ea q̃ppe pars que ſub Frederico plurimũ potuerat: ſucceſſu Manfredi elata ſeſe in ſpem iam attollere cepit: iampridẽ infenſa populo: tum ob partium ſtudia: tum q; reductis aduerſarijs ſe a repub. excluſam dolebat. Itaq; indignatione ſaucia, in ſpe elata: cõpellare: inuicem cohortari: ʒ liberius cõmonere ne vlterius diutius ea contumelia pferat. Adſiſtere homines illius factionis: captare rumores: ac ſeſe indies magis erigere. Hec quũ ſuſpitionẽ ppl'i augerẽt: magiſtratus ex eo numero principales quoſdã ad ſe vocat: q̃ pcepta contemnẽtes ſeſe ſuis edibus ↄtinebãt: nec magiſtratui parebant vocãti. Precipui inter hos erant Uberti genus ꝑ ea longe tẽpora potentiſſimũ. Id quum maxime cõtumax appareret: populares quoꝝ in manibus reſpublica erat adiũcta ſibi nobilitatis ea parte q̃ ſuo dudũ beneficio in vrbem redierat: corripiũt arma: ac facto agmine ad expugnandas Ubertoꝝ edes ꝑgunt. Illi iampridẽ hec preuidentes ſeſe ad preliũ cõparauerãt: nõ ſolũ armatoꝝ globo verum ſaxis ex ſuperioribus ediũ locis impetũ populi arcentes. Sed aduerſus tãtã multitudinẽ populi fruſtra conati demũ franguntur: alij ceſi: alij pulſi: alij capti: de q̃bus eſt poſtea ſumptum ſuppliciũ. Ex hoc ceterarũ quoq; familiarũ hoĩes illius factionis/ pplares etiã ꝑmulti diuerſarum partiũ ſtudio infecti: oẽs deniq; qui aut ipſi aut ſui multũ ſub Frederico potuerant: vrbe tũc eiecti: Senas q; per idẽ tẽpꝰ ea ciuitas partiũ illaꝝ fautrix habebanͭ: populariter confugerũt. Necerat dubiũ q; Senẽſibus ex federe qđ triẽnio ante cũ Florẽtinis initũ fuerat: recipere exules nõ liceret. Itaq; ciuitas aliq̃diu ſuſpenſa vbi ſenas cõueniſſe audiuit: oratores mittere ſtatuit q̃ iniuriã quererenͭ. Miſſi autez ſunt duo periti iuris: vt ſi de federe diſceptanduz foret tius ciuitatis tutarentur. Ii Senas pfecti quũ magiſtratuz populumq; adijſſent: ʒ fedus recitarũt: ʒ poſtularunt: et exules ſui cõuentis pellerentur. Senẽſes vero tum gratia exuluz qui ambiendo rogandoq; multos flectebant tuz Mãfredi fiducia reperire exceptiones: ac demorari exules: trahere deniq; rem in longum pergebant. Qđ vbi a Florẽtinis compertum eſt ſatis: bellum illis indicitur. At exules quando tantã belli molẽ ſua cauſa imminere cernebant, ad mãfredum conuerſi reſpicere regẽ: atq; opẽ illius expoſcere. Qđ etſi aperte crebro per literas fecerant: tamen q2 paruz momenti in literis ſuſpicabanͭ fore: legatos mittere placuit. Princeps huius legationis fuiſſe traditur eques Florentinus ex familia Ubertorum. Farinate illi nomen erat: ʒ alij ex diuerſis familijs. Iiſque cõmuni omnium exulum pſenſu permiſſum eſt: vt que in rem putarent fore: dicẽda apud regem agendaq; curarent. Profecti igitur magnis itineribus ad loca tandem vbi rex erat peruenerunt. Qui poſtq̃ illis dicendi tempus datũ eſt: plixam ʒ ornatam ad regem fecerunt orationẽ quã ſcribit Leonardus in ſupradicto libro ſcđo: cõcludentes in ſua oratione: q; vetuſti fidiq; amici ſui: q̃ nuper in patria florẽtes patri ſcʒ Frederico domuiq; ſue per oĩa bella obſecuti fuiſſent: nũc a cõmunibus inimicis electi. ſ. Florentinis opẽ rogabãt ſibi ferri. Qui quũ dixiſſent: ad pedes regios ſupplices obuoluuntur. Rex ad ſurgere iuſſos paucis illos verbis conſolatur: ʒ ſeſe de cõſilio ſuoꝝ ad ea que poſtulabant reſponſurum pollicetur. Expectantibus legatis res in longum ptrahebatur. Cauſa huius incerta erat. Siue quia Manfredo ſuſpecta foret tanta eoꝝ affectio ad patrem ex quo viuebat Conradinus nepos legitimus Frederici: q̃ ſperabatur quũ adoleuiſſet bellum moturus ad recuperanduz regnũ ab ipſo Manfredo vſurpatum. Siue etiã q2 iam in regno longo certamine fatigatus quietem amaret. Siue quacũque alia de cauſa. Tandem inſtantibus legatis: per prefectuz reſpõdet ſe etſi multis rebus ſimul impediatur: tamen ob veterem amicitiam Alemannoꝝ equitatum illis ſub vno vexillo daturum. Quod poſtq̃ legati accepere: ſeorſum vt fit eis conſultãdi gratia in vnũ coactis: eorum pleriq; auxilij paruitatem ceu ridiculum exiſtimantes: abeũdum eueſtigio nec quicq̃ ab ingrato rege ſuſcipiendum cenſebãt. At Farinata quẽ dixi mus fuiſſe inter legatos precipuum: vir prudens ʒ alti animi: nullũ id cõſiliũ eſſe ait. Nuſq̃ enim indignationi concedẽdum: vbi vtilitas perquiratur. Det modo ſuoꝝ aliquos ʒ vexillum mittat. Nos profecto in eũ locuz deducemus: vt regi ſi modo vlla regie dignitatis tuende cura ſit: maiores mittere auxilia neceſſitas iſtigabit. Traductis celeriter oĩbus in eã ſniam: leto vultu ſibi q̃ rex offerret placere grato q; aĩo illa accipere reſpondent. Regi mox ampliſſimis verbis gratias agunt. Sicq; profecti inde cũ Hermanis eq̃tibus Senas rediere. Dũ hec ab exulibus geruntur. Florentini iam parato exercitu fines Senẽſium ingreſſi cũcta depopulantur: quedam ẽt caſtella paruz munita expugnant. Tandem peragrata regione quũ obuiam nuſq̃ pdiret hoſtis: ad ipſa ppe Senarũ menia admotis copijs caſtra non longe ab vrbe poſuerũt. Senẽſes aũt q2 militibus nõ abũdabant: ſeſe menibus cõtinebant: leuia dutaxat ꝑlia prom tiſſimis vtrinq; peditũ equitũq; pdeũtibus inter caſtra ʒ portaz crebro cõmittebanͭ. Interea quũ iã applicuiſſent Hermani cũ exulibus Florẽtinis: inuitatos benigne germanos hillariori cõuiuio largaq; vini copia cuius genꝰ illis appetẽtiſſima eſt: lõge perfundũt. Hinc dedita opera repente ad arma diſcurritur. Exules ipſi imprimis armãt: atq; magnũ aliqđ preclarumq; facinus ea die in hoſtẽ edi poſſe ꝑ ſe quiſq; iactat. Conuenerunt oẽs ad portã caſtris appoſitã. Qua mox patefacta/ repente iam olim calentes ſuo ipſi agmine nec expectatis quidẽ vllis acerrime ruunt. Delatiq; ferociter in hoſtem: nõ ſolũ primã ſtationẽ turbarũt verum etiam munimẽta caſtroꝝ tranſgreſſi: maiorẽ ꝑ numero pcellam fugamq; primo impetu edidere. Nam ex improuiſa ſuis eruptione tantam audaciam nõ ſine maiori cõſilio ſuſpicabantur eſſe. Itaq; totis caſtris trepidatũ eſt: et ſeda

Florẽtini ſuis vrbe eiecti Senas confugiunt.

Exulus Florentinorũ legati ad Mãfredum.

Obſeſſio ciuitatis Senenſis.

ſeda quibuſdam locis fuga incepta. Tandem vbi paucitas
in medio multorũ perſpicua fuit: nec alij eadem alacritate
ſequebantur: cõuerſi in Germanos alij vndiq̃ circũuenirũt:
alij Senẽſibus exulibuſq̃ oppoſiti (quot ſequebantur) ad
portas facile repellũt. Sz ex Germanis nemo euaſit: Oẽs
quum aliq̃diu reſtitiſſent: ad vnũ oppreſſi ſunt. Vexilluq̃
regis quod ſecum attulerant: a Florentinis captum ꝑ an-
tiquo gentis odio ⁊ pro exultatione victorie omni dedeco-
re afficitur: tractumq̃ per cõtumeliam ſuſpenſum eſt. Mo
rati autem aliquot dies quum iam nemo amplius obuiam
prodiret: Florentiam reuerſi ſunt.

§. III. Eodẽ anno quum adhuc

more pars eſtatis ſupereſſet: exules ⁊ Senenſes ad Man
fredum legatione iterum miſſa: caſum Germanorum ⁊ con
tumeliam hoſtium enarrando: animũ regis maxime incen
dendo: maiori iam fiducia auxilia poſtularũt. Rex aũt Jor
danum ex ſuis ducibus cũ magnis copijs in Hetruriam mi
ſit. Quoꝝ aduẽtu ſubleuati Senẽſes ⁊ exulũ animi q̃ma-
ximas literũ copias parant. Piſanos ⁊ alias ſuaꝝ partium
ciuitates auxilia rogant. Cõuenirũt oẽs copie Senis: equi
tes Germani bellaces viri ad mille quingẽtos peditum in
gentes copie. Preterea Senenſiũ: Florentinoꝝ exulũ: euo
catoꝝ magnus equitũ numerus. Hoc apparatu q̃ celerri-
me indiſcrimẽ pugne rem adducere cupiebant: veriti ne ſi
longius ꝓtraheref bellũ: auxilia regis (quibus tres dũta
xat mẽſes in Hetruria preſcriptum erat) re infecta diſcede
rent. Oppidũ eſt Alcinum trans vrbẽ Senaꝝ diuerſiſſima
regione a Florẽtino agro. Idq̃ qꝛ amicum federatũq̃ Flo
rentini erat populi: obſidere Senenſes parant atq̃ oppu-
gnare: publiceq̃ ad id oppidũ expeditio indicitur. Hec eo
cõſilio fiebant: vt Florentini procul domo exire ac in ſocio
rum periculis auxiliũ ferre cogerentur. Florẽtini iam inde
ab initio intuentes hunc apparatũ: ⁊ ipſi ſe cõparant: ⁊ ſo-
cijs amiciſq̃ vt preſto eſſent edicerant. Quid tandem agen
dum eſſet varia inter ciues diſceptatio erat. Alij exeundũ
totis copijs ⁊ opem impigre ſocijs ferendam. Alij ſubſiſten
dum in preſentia cẽſebant: ferre tam procul domo auxiliũ
periculoſiſſimũ arbitrabantur. Ea rurſus ſentẽtia quẽad-
modum tutior: ita minus ſpecioſa videbaf. Peritis tamen
rei militaris magis placebat: at contra magiſtratus ad ex-
eundũ pronior erat. Inclinabat aũt ad id cõſiliũ tñ falſa ꝓ
ditionis ſpes. Nã viri quidã ficte cõpoſiti in ipſa diſcepta-
tione rei ab exulibus ſubmiſſi q̃ occultiſſime Florentiam
ꝓfecti: quũ ſe recẽtes a Senis grandia quedã afferre dixiſ
ſent: ceterũ taciturnitate opus eſſe: tandẽ iureiurãdo ne in
plures efferant interpoſito: magiſtratibus pãdunt eſſe cõ-
plures Senẽſes ciues eoſq̃ apprime nobiles q̃bus diſpli-
cet bellũ: ac diſcordia ciuitatũ. Ceterũ oẽm eius rei culpã
penes vnũ prouincianũ Siluam eſſe: eũq̃ iam ſeſe non pro
ciue: ſed ꝓ dño gerere: fouere exulibus ac bellũ nutrire: vt
per eã occaſionẽ dñari alijs poſſit: eiuſq̃ arrogantiã into-
lerabilem amplius pati nõ velle. Itaq̃ cõiuraſſe contra il-
los egregios quoſdã: quoꝝ ſigilla ⁊ literas attuliſſent pro
fide: eaq̃ de cauſa miſſos vt edicerẽt: ſi appropinquẽt Flo-
rẽtini ⁊ opẽ ferre velint: ſe arma rapturos: ⁊ Prouincianũ
ipſum exuleſq̃ opprimere haud cũctaturos. Fore aũt tẽpus
patrande rei: q̃ ꝓ ſpeciẽ opis ſocijs ferende quibus obſidio
paratur: circa villã ſuſpitionẽ aduẽtare cũ exercitu poſſint.
Ad hec quũ pleraq̃ de ſecretiori mente hoſtium falſa veris
miſcuiſſent: ac ſigilla q̃dã oſtẽraſſent: homines plebeios ⁊ bel
licarum artium ignaros (quales plerũq̃ in magiſtratu eſſe
ſolẽt) tanta ſpe extollũt: vt nec ſaniora conſilia audire vel
lent: ſed aduocata ꝓtinus cõcione exeundum totis copijs
⁊ opitulandum ſocijs ꝓnuntiarent. Hec ppl's multitudoq̃
gratis excipiebat animis. At illuſtres viri: ⁊ rei militaris pe
riti quoꝝ tunc magna in ciuitate copia erat vt periculoſaz
⁊ inutilem ꝓfectionẽ improbabãt. Itaq̃ varie primũ inter
ſe de conſilij temeritate cõqueſti: tandẽ vna cunctoꝝ ſentẽ
tia placuit: magiſtratũ adire: aperte quid ipſi de tota re ſen
tirent exprimere. Pro cunctis oim conſenſu verba fecit Te
glarius al's Segianus Aldobrandi filius Adimar (alias
Aldimarus) vir diſcretus ⁊ magne per id tẽpus authorita
tis: qui cũ cetu nobiliũ quũ ad magiſtratum venit: in hunc
modum locutus eſt. Nec excuſare quidem liber. nec aut ve
recundia aut ignauia deterreri: ſi patrie charitate adducti
⁊ inuocati conſiliũ exhibemus. Quũ enim vel mortem pro
Zegla· illa ſubeunda leges imperent: quis leuitatem pudoris ſi ꝓ
rij orõ. deſſe videat: extimeſcat? Vobis quoq̃ fortiſſimi preſides
non ingratũ eſſe debet: quicq̃d ſincera voluntate offertur.
Quippe cõis vtilitas in medio iacet. Nemo autez vſq̃ adeo
ignar⁹ rerum vnq̃ fuit: quin eidẽ lõge plura ignota q̃ ab
eo cognita eſſent. Itaq̃ ſi edificandũ eſt aliquid fabros et
architectos: ſi nauigandũ gubernatores in cõſiliũ adhibe
mus. In bello tanto illud diligentius agẽdũ: quãto pericu
lum vertif in illo maius. Naz aliaꝝ rerũ oim leuiſſima (vt
ita dixerim) iactura eſt: q̃m maleiacta tolli emẽdariq̃ poſ-
ſunt. Belli vero errata: preter eternũ dedecus mortes ⁊ vul
nera ac euerſiones rerum ſubſequunf. Ea maloꝝ extrema
nec tolli nec emendari vnq̃ poſſunt. Quo maturius a vo-
bis cõſulendũ eſt: ⁊ huius rei qui experimentum quoddaz
habent diligentius audiẽdi. Quid ergo? dicet quiſpiaz: Tu
rei militaris peritiã ⁊ belloꝝ artẽ ꝓfiteris? Nihil loq̄: ipſe
q̃q̃ dura temporꝝ conditio et eiectio quondam familie no
ſtre: me quoq̃ diutius q̃ vellem arma tractare: ⁊ multa va
rijs in locis experiri coegerunt: Sed ſunt in hoc cetu ꝑitiſ
tiſſimi viri quos videtis (ab adoleſcentia ſua in armis ver
ſati. Hos ⁊ vſu doctos ⁊ experientia callentes patrie chari
tas impellit: ne in graui periculo cõticeſcant. Et quoniã ꝓ
lixum nimis eſſet ſingulos: me vnũ pro vniuerſis verba fa
cere iuſſerunt. Conuenere Senis hoſtium copie: ⁊ Alcinuz
oppidum obſidere parãt. Vos exire ⁊ totis virib⁹ auxiliuz
ferre cogitatis: alter nempe animus ⁊ audax ceptum. Nam
quid aliud dici poteſt. tam valido hoſte circũſtrepẽte? Sz
videndum eſt (dicam equidez audacter qđ patrie charitas
dicendum ſuadet) ne plus audacie q̃ prudentie id cõſilium
habeat. Nam ſi abſq̃ profectione illuc noſtra ſociorũ ſalus
tuta eſſe nõ poteſt: nihil noui afferimus. Cedant dignitati
⁊ fidei pericula noſtra: ⁊ pro ſociorum ſalute deuoti in pre
lium ruamus. Sin autem oppidum illud citra profectionem
noſtram ſeruari poſſe conſtat: ⁊ has vrbanas copias abſq̃
magno diſcrimine illuc duci non poſſe: tutam ſecuritatem
perículoſe ferocie cenſemus preferendã: Verum abbreuiã
do orationem quam proſequitur Leonard⁹ vbi. ſ. aſſigna
uit iſte multiplicem rationem q̃ nõ eſſet cũ copijs illuc eũ
dum: Primo quidem quia caſtrum id Alcinum erat ita be
ne munitũ ⁊ victualibus ⁊ altitudine ſitus ⁊ alijs circũſtã-
tijs: q̃ per ſe poterat ſuſtinere obſidionem ad tempus: que
longa eſſe non poterat: quia iam diuulgatum erat Germa
nos a rege miſſos nõ vltra trimeſtre manere iuſſos: cuius
temporis iam medietas tranſierat: ⁊ illis ceden tibus mul
ti alij ex hoſtibus abirent. Secũdo quia exponebant ſe pe-
riculis ⁊ cedibus ſine cauſa. Nam quum hoſtes multas cõ
moditates ibi haberent ex caſtris vicinis ⁊ refugia: ipſi ve
ro cum difficultate ⁊ victualia et alia neceſſaria habebant:
quum etiam hyems ſuperueniret. Sed ⁊ ipſi hoſtes pre cõ
fuſione prioris pugne in qua victi fuerẽt: ⁊ deſperatione vl
terioris auxilij ſi ſuccumberent: effecti erãt audaciores et
ferociores. Tertio qꝛ egreſſis ipſis copijs de ciuitate: poſ-
ſent hoſtes ad ciuitatem ſuam vacuam ſe cõuertere: ⁊ mul
ta inferre grauamina. Quarto quia quum in ciuitate Flo-
rentie exules adhuc haberent plures amicos et ſue factio
nis: ſi remanerent illi in ciuitate: poſſent aliquid mali ma-
chinari. Si ſecum ducerent: poſſent proditorie hoſtib⁹ ad-
herere: Teglarius igitur nobileſq̃ viri ita monuerunt qui
cum eo erant. Magiſtratus autem nõ equis auribus hãc
orationem audiuit: vtpote qui impudentiam eius argue-
re videbatur. At forte magiſtratum tunc temporis cũ alijs
gerebat quidam Expeditus nomine vir ferox et ꝓteruus:
quales nõnunq̃ immodica libertas ferre ſolet. Is iampri
dem recta monentem vix ſuſtinebat. At mox vt finis dicen
di ab eo eſt factus: ⁊ vultu ac geſtu maiorem in modum cõ
motus: Quid tu (inquit) Teglari queris? Nũ te metus iam
ſedauit? Etenim magiſtratus nõ pauorem tuũ ſed dignita
tem Florentini populi ītuebif. Tibi ſi pre metu torpet ani
mus vacationem militie damus. Ad hec Teglarius. nec ſe
vacationem poſtulare inquit: nec ſi vltro concedatur ea vti
velle: ſeq̃ meliora putauerit ſincera fide quẽadmodum de
buerit pro patria monuiſſe. quacũq̃ tamez populus iuerit
ſe ſecuturum impigre: quin ſe ꝓ certo habere: eum qui taz
inſolenter verba iactet: nunq̃ eo ꝓceſſurum in prelio quo
ipſe ꝓcedet. Fremẽtibus de hinc alijs ⁊ ſententiã defende-
re parantibus: magiſtratus multa ſtatuit: ſi quis amplius
ſuper ea re diſceptaret. Et iuuabat ſane magiſtratus teme
ritatem ppl's ferus: ac multis victorijs ſuperbus ne hoſtez
formidare videref. Exploſa itaq̃ meliori ſententia: ꝓfectio
ab obſtinatis paratur: amici certiores facti auxilia rogan
tur. Tutiuſq̃ viſum eſt magnã partem eorũ educere qui in
ciuitate erant alterius factiõis: ne relicti occaſionẽ reꝝ no
uandarum in ea nãciſcerenf. Poſtq̃ igif cõuenerunt ſocij
⁊ cũcta neceſſaria ad iter fuere parata: ꝓfecti ex vrbe agrũ
Senenſem ingrediunf. Ibi Aretinoruz copie magno equi
tum pedituq̃ numero ſe illis cõiunxerunt. Sed anteq̃ do
mo ꝓficiſcerenf Aretini: cunctos aduerſe factionis hoſtes e
ciuitate pepulerunt. Illud etiã ab eis ꝓuiſum eſt ne q̃diu
exercitus eoꝝ abeſſet: pluſq̃ vna porta in vrbe aperiretur.

Florentini igitur cū Aretinis.ꝛ Lucēſibus ceteriſq; ſocijs
iuxta fluuiū Arbiam quatuoꝛ fere milibus paſſuum a Se
nis ex ea parte qua ad Aretiū iter eſt cōſederunt:intentis
maxime ducibus an quiſq; ciuilis motus ſm traditā ſpem
in vꝛbe Senarum oꝛireꝛ. Senēſes pꝛime aduētu copias in
tra vꝛbē continebant. Moꝛ vero vt quidā e caſtris ſtudio
partiū ad exules trāſfugiſſētq; illoꝝ hoꝛtatu vt magis ac
celeretur pugna in concionē ductus diſcoꝛdiam ciuium tre
pidationemq; vt ab exulibus doctus erat cuncta exaugēs
nūciauit:confeſtim magno ardoꝛe ab armatis ſimulq; iner
mibus pugna depoſcitur. Quū ergo ſtatuiſſent foꝛtunam
pꝛelij experiri:Joꝛdanus quē a rege Senas miſſum ſupꝛa
oſtēdimus:q; Senēſibus rei bellice pꝛefectus fuerat clauſis
poꝛtis ne q̄d efferri poſſet:aciē intra menia ſtruxit ſilentio
ac cetera q̄ agenda erant ſine tumultu aliquo pꝛeparauit.

Joꝛdani exhoꝛtatio ad milites

Ubi vero cūcta ſatis cōpoſita videbanꝛ:nec quicq; pꝛeter
pꝛoficiſcendi ſignū expectareꝛ:volens vꝛbanā multitudinē
que pugnatura erat cohoꝛtari:cōuocatā in vnū allocutus
eſt per hūc modū. Ardoꝛ flagitate pugne o Senēſes nulla
cohoꝛtatione vobis in pꝛeliū ituris opus eſſe oſtēdit:atta
men vnūquēq; veſtrū velim reputare ſecū:quibus de reb⁹
certamē ſit hodie futurū. Sic enī ꝛ quanta vincēdi neceſſi
tas incūbat vobis intelligetis. Nō ſolū enī de fama ꝛ glia
q̄q; iſta foꝛtibus viris vel ipſa per ſe ingentiſſima ſit:ſed
de patria:de libertate:de cōiugibus ꝛ liberis veſtris:de bo
niſq; oībus:vtrū in veſtra vel hoſtiū pt̄āte futura ſint pau
lo poſt dimicaturi eſtis. Ea quippe oīa quū pugnare cepe
ritis:in medio iacere cāpo putandū eſt:eoꝝ futura q̄ foꝛti⁹
vibꝛauerint gladios. Ceterū ſpem optimā ac firmiſſimam
debetis cōcipere. Habetis hoſtes in veſtibulo pene vꝛbis:
veſtro potiuo q̄ ſuo cōſilio perductos:de quoꝝ trepidatio
ne ac diſcoꝛdia modo a trāſfugis audiſtis. Eos improuidos
imparatoſq; vobis affatim ſtructis atq; paratis inſigni ni
falloꝛ ſtrage occidendos tradā. Jte igitur mecum fauſto pe
de:ac vti dignū eſt maioꝛib⁹ veſtris:vtq; patrie huius dul
ciſſime charitas exigit pugnatote.

§.IIII. His dictis aperiri poꝛ-

tā iubet. Pꝛima acies Hermanoꝝ equitū fuit. His effuſiſſi
mo curſu in hoſtem deferri:ꝛ quātum tumultuarie poſſent
turbare preceptum erat. Poſt hos Senenſes equites cum
exulibus Floꝛētinis ſequebanꝛ. Peditū multitudo ſub ve
xillis per eminētioꝛa loca colleſq; miſta fere equitibus ſe
cunde aciei cōtendebat. Conſpecti e caſtris Hermani equi
tes dubitationē pꝛimo ꝛ tumultū excitarunt:ſegnius tū q̄
nemo fere de toto eo die:ſed leuia magis pꝛelia:vt inter ꝓ
pinquos hoſtes oꝛiri ſolet ſuſpicabatur foꝛe: At poſtq; pe
dites ſequi/aliāq; ſup aliā aciem ꝑperare cernūt cognito
hoſtium conſilio/vbiq; trepidaꝛ:pꝛecipuus tū apud duces pa
uoꝛ:qui ſecretoꝝ conſcij fraudē intelligebant. Etiā hoſtis
aderat infeſtus:neq; inſtruere aciem:neq; affari militē du
ces poterant: Ceco incertoq; tumultu cuncta miſcebātur.
Hermani ferociter in pꝛimam ſtationem aduecti:magnā
pꝛimo impetu pꝛocellam edidere. Et fuga inde fieri cepta.
Turbaſſentq; latius:niſi Floꝛētini equites obuiā ꝓgreſſi:
impetum Hermanoꝝ egregie ſuſtinuiſſent. Eoꝝ ꝓcurſum
equata pugna adiuuabant foꝛtiſſimi peditum vt in tumul
tuaria re equitibus ꝓmiſti. Stetitq; id certamē quo ad Se
nenſium exuleſq; ac moꝛ peditū ſuperuenit acies. Tunc plu
ribus ſimul locis pugnari cepit. Melioꝛi tamē ſpe Senen
ſes pugnabāt. Reſiſtebaꝛ tamē a Floꝛētinis:nec paucioꝛa
inferebanꝛ vulnera q̄ recipiebanꝛ:donec trāſfugia fieri ce
pta ſunt. Ea pꝛimū Floꝛētinos turbarūt. Nā plerīq; aduer
ſe factiōis quos ſecū adduxerāt:a ſuoꝝ acie ad hoſtes trāſ
fugerunt. Tantūq; valuit rabies ꝛ certamē partium:vt pa
trie decus dignitatēq; pꝛodere hoſtib⁹ mallēt:q̄ ſibi ciues
inulſos pꝛeeſſe. Pꝛecipue tamen in ea pugna ſcelus vnius
Bucce abbatis emicuit. Js natus ex familia nobili:aduer
ſarū in repub. partiū:pꝛope ſigniferū adſtabat q̄ erat ex fa
milia nobili Patzoꝝ. Bucca igiꝛ inſigni aliq̄ facinoꝛe exu
libus gratificari cupiēs:ſigniferꝝ aggreſſus ictu impꝛouiſo
manū qua tenebat vexillum abſcidit:vexillūq; ipm q̄d mō
ſeq̄baꝛ hoſtis e ciue fact⁹ pꝛoſtrauit. Eo caſu turbata acie
quū nec q̄b⁹ fidere:nec a q̄b⁹ cauere opoꝛteret agnoſcerēt:
fugā eq̄tes arripiūt:nec fere poſt hec alicubi pugnatū:niſi
ad ſigna. Circa curr⁹ igitur vbi vexilla ppl̄i Floꝛētini fere
bantur fit maxima pugna:diuq; reuerſi ex fuga plurimi ad
vexilla pugnabāt ne caperenꝛ:donec coꝛona circundati ab

Jnſignis Floꝛentinoꝛum ſtrages

hoſtiū copijs ad vnū oēs interfecti ſunt. Supꝛa tria milia
hoīm occiſa in illa pugna referuntur. Captiui ad quatuoꝛ
milia ex fuga retracti. Caſtris ꝛ omni apparatu Senenſes
potiti quū finem perſequēdi feciſſēt:ſpolijs hoſtiū pꝛela
tis ꝛ longo agmine captiuoꝛum in vꝛbē copias reduxere.

Hec vbi Floꝛētie audita ſunt:hoꝛroꝛ ac met⁹ ciuitatē pua
ſit:publice meſtitia:pꝛiuatim per ſingulas domos luctus
vtq; eſt ad malū ꝓcliuioꝛ ſuſpitio:viui ſimulq; moꝛtui com
ploꝛabātur. Mulieres i publicū diffuſe:filios alie:alie pa
rētes fratreſq; velut pꝛeſenti funere clamitabāt. Redeūtiū
vero fedi vultus ac triſtis oculoꝛū deiectio:nec eos qui in
acie cecidiſſent:ſed viuos ſe redeūtes lugēdos monebant.
Jllos enī functos fato pꝛeſtāti moꝛtis genere pꝛo patria in
teriſſe:ſe ludibꝛio aduerſarioꝝ ſeruatos. His querelis quū
demum finē feciſſent:circūſpicere ſeſe ac intueri reliquam
foꝛtunam cepere. Uēturoſq; exules cū victoꝛe exercitu ac
victoꝛia crudeliter vſuros nemo ambigebat. His rationi
bus relinquere vꝛbem ac demigrare tutius viſum eſt. Jn
de meroꝛ renouatur ceptus:patriam/penates/ac cetera q̄
hoīb⁹ chariſſima ſunt:vno tp̄e cūctis relinquentib⁹. Mi
grauerūt oēs q̄ ſtudio ita inſignes erant:vt aduētāte victo
re tutos ſe foꝛe deſperarent. Maxima pars eoꝝ Luce:mul
ti etiam Bononie:vtraq; in vꝛbe hoſpitaliter/amiceq; rece
pti cōſtitere. Plebs autē incerta necdū longa poſſeſſione
alterutri addicta ꝑti/ad victoꝛes ſemꝑ nutabat:nec minus
ciues ſuos exules putabat:q̄ qui intra menia tenebantur.
Ciues aūt nuper pulſos regredi in vꝛbē:vt maximū aduer
ſarijs:ſic nullū plebi periculū afferebat. Nec vꝛbs in pt̄āte
hoſtiū:ſed i man⁹ ciuiū redire videbaꝛ. Ea de cauſa plebs
multitudoq; nec obſidionē pati nec famē ceteraq; incōmo
da volebat. Exules igitur paucis dieb⁹ ad ſectionem pꝛece

Exules Floꝛētini victores hoſtiliter intrāt Floꝛētiā

intermiſſis magnis equitū peditūq; copijs Floꝛentiā ꝓfe
cti nullo penit⁹ obſiſtēte apertis poꝛtis vꝛbē intrarūt.xv.
kal. Octobꝛis. Quarta autē die Septembꝛis pugnatum eſt
apud Arbiam fluuium.anno dn̄i. Mil.cclx. Ex hoc ciuitas
ſtatū mutauit:finēq; habuit potētia populi:q̄ per.x.annos
poſt moꝛtē Frederici rēpub. glorioſe gubernauerat. Pote
ſtas intra vꝛbē Guidoni comiti data eſt:ꝛ Joꝛdan⁹ rei bel
lice pꝛeerat: Per idem tēpus oēs ciues qui in vꝛbe reman
ſerant:fidem pꝛomittere coacti in Manfredi nomen iura
uere. Bona ciuiū qui migrauerāt publicata ſunt ꝛ domos
turreſq; eoꝛum in vꝛbe euerſe ſunt:ꝛ litere ad Manfredū
legatis miſſis redite ſunt. Aretini aūt reuerſi in ciuitatem
eos qui remanſerant in ciuitate aduerſe factionis expule
runt. Et licet expulſi a Senēſibus ꝛ Floꝛētinis exulibus q̄
reuerſi erant:adiutoꝛium haberent vt intrare poſſent:ta
men qui intra erant viriliter reſtiterunt.

§.V. Quum autē Joꝛdanus ex

oꝛdinatione regis cito redire deberet in Appuliam:ante il
lius diſceſſum pꝛincipib⁹ in vnū coactis:cōi ſentētia de ſta
tu Hetrurie deq; partiū ſtudio cōſultare decreuerūt. Con
uentus ad eā rem Empoꝛij indict⁹ eſt:q̄ locus inter ciuita
tes medius habeꝛ. Eo quū legationes ſingularū ciuitatū
ac pꝛincipes eius factionis magna frequētia cōueniſſent:
pꝛopoſita eſt voluntas regis de reditu Joꝛdani. Unde quid
agendum pꝛo ſalute partium pꝛouidēdum ve ſit:tractare
ceperunt. Dicteq; varie ſentētie pꝛo cuiuſq; aīo atq; volun
tate. Una tamē vox oīū erat:nulla ex re enī ſuis ꝑtib⁹:quā
tum a Floꝛētia periculū imminere. Eam vꝛbē caput aduer
ſe factionis in Hetruria eſſe:ꝛ ciues qui pulſi ſunt nūq; q̄e
turos:plebemq; magis eis aſſentire. Quare ſi partes ſuas
ſaluas eſſe vellēt:et omni tempoꝛe ſuperioꝛes foꝛe:ſi filios
liberare periculis cuperent:Floꝛentiam tollerent atq; dele
rent:eius enī cauſa ꝛ ruina penitus obꝛui aduerſam in He
truria factionē. Hec Piſanoꝛum Senēſiumq; legati. Hec
ceteri quot aderant in conuentu fremebant. Uiciſſetq; tan
dem ea ſententia:niſi vn⁹ Farinata.ſ.contra oīm impetum
reſtitiſſet. Hoc vno ciue patria ſtetit. Hic enī adſurgēs gra
ui et indignāti vultu:quum de his rebus dicere ſe velle ſi
gnificaret:expectatione pꝛo viri dignitate facta:ſic locut⁹

Zepida Farine ꝓ Floꝛētinis oꝛo

eſt. Nūq; putaui foꝛe poſt Arbienſem pugnā ac pꝛeclaram
illam de hoſte victoꝛiam:me vt vite mee peniteret. At iam
peniteret:q̄ non in ipſa pugna oppetierim doleo. Nihil a
deo humanarum rerū ſtabile eſt:et que plerūq; leta credi
deris/meroꝛem ſubinferunt. Nec viciſſe plane vt videtur ſa
tis eſt:ſed refert pluris quibus cū viceris. Jniuriā ab ho
ſte q̄ a ſocio equioꝛi perferimus aīo. Nec quidē nūc patrie
caſum deploꝛo(illa enī vtcūq; tandē res ſint) me ſuꝑſtite
nūq; tolletur:ſed eoꝝ ſētentijs q̄ ante me dixerūt idignoꝛ:
ſcilicet ad hoc cōuocati eſtis vt tollenda an relinquēda ſit
Floꝛentia:cōſultare debereti:an nō potius quēadmodū
illa cū ceteris ſtet ac duret in partib⁹ cogitare. Non didici
rhetoꝛū artes:nec verboꝛū oꝛnamenta:vt ij q̄ ante me dixe
runt:ſed(quēadmodū habet vulgare pꝛouerbium)vt ſapeo
ita loquoꝛ. Dicā igiꝛ aperte q̄d ſentio. Ego nō vꝛbē meam
ſolum:verūetiam meipſ[illegible]meos ciues miſeros nimium
abiectoſq; putarē:ſi de[illegible] tollēda vel relinquenda ſtatue

re vobis liceret. Sed certe nō licet: nec q̄c̄q̄ tale arbitrij veſtri eſt. Nam ꝛ nos equo iure in fedus venimꝰ: ꝛ fedus ipſum non pro euerſione ciuitatū: ſed pro cōſeruatione initū eſt. Itaq̄ ſententie veſtre neſcio magis vaniſſime an acerbiſſime ſint. Vtrūq̄ certe: quū ea cenſeāt q̄ nō ſunt in veſtra poteſtate: ꝛ ad nihil vltra ꝑficiant: q̄ vt acerbitatē animi contra ſocios oſtendāt. Probabiliꝰ erat vetuſta odia ſimultateſq̄ amittere: nec ſub alio ꝓtextu alienā cladē euerſionēq̄ perquirere. Nūq̄ eīm non male cōſuluit: qui odio conſulit: nec qui nocere ſocio cupit: vtilitatē cōēz proſequitur. Sed q̄ſo q̄d iam oderitis? Vrbem ne? At q̄d mali vnq̄ menia tectaq̄ fecerunt? An hoīes? Nos q̄ intus ſumus: an electos? Si nos: noſter hic error eſt: q2 cū hoſtibꝰ ita coiuimꝰ q̄ſi cū ſocijs: veſtrū autē ſcelꝰ q2 amicitiā ſimulātes quū animꝰ ꝛ hoſtilis: fedus nobiſcū i iſtis. Si electos: quid vrbē perſequimini? Non eīm menia pro illis ſtant: ſed cōtra illos: nec eos circundant: ſed arcent. Itaq̄ quum de illa euertēda cogitatis: non aduerſus hoſtes: ſed aduerſus ſocios cogitatis. Caput (inquiunt) aduerſe factionis erat puto quum illi vrbem tenebant. At nunc tenentibus nobis: quid magis aduerſe factionis eſt: q̄ noſtrarū partiū caput? Nam muri (inquit) ꝛ turres perinde ſunt: vt ij a quibus tenent: ipſi pro ſe nihil ſentiunt. At populus multitudoq̄ vrbana cū diuerſa factione magis ſentit. Quid igitur proximo apud Arbiā prelio quū magna pars ciuiū ad nos trāſfugiens in illos arma ꝯuertit: ſatis ne oſtēdit magis nobiſcū q̄ cū aduerſarijs ſentire? Quid q̄ ipſi aduerſarij ſpōte ſua deſeruerunt vrbem? nōne ſatis indicio eſt eos multitudini vrbane diffiſos: q̄ noſtrarū partiū fautricē ſciebant: migrandi conſiliū aſſumpſiſſe? Deniq̄ ſit ſuſpecta multitudo q̄c̄q̄ eſt noſtra: ſed ſi ſuſpecta: nūq̄d ꝛ nos qui vicimꝰ ſuſpecti aut adiecti ſumꝰ. Et hoc veſtrum remediū eſt: vt vrbs (ne q̄d grauius dicam) nulli Hetruſcarum poſtrema ob hāc ſuſpitionem tollatur. Quis vnq̄ hoc modo conſuluit? Quis tantā acerbitatē etiā aīo cōcepiſſet: verbis patefacere auſus eſt? Veſtre ſcʒ ſtabūt vrbes: noſtra ruet. Et vos i vr̄o florebitis: nobis aūt q̄ vna vicimꝰ: hoc premiū erit: vt pro exilio tunc perpeſſo/nunc euerſionē patrie oī acerbiorem exilio patiamur. Per deū immortalem quiſq̄ veſtruʒ ſic me abiectum putauit: vt hec non dicam aſſenſurus vobis: ſed equo aīo fuerim auditurꝰ. Nēpe q̄ nūq̄ arma aduerſus tuli: at ego inimicos meos ꝑſecutus ſum: patriā vero ſemꝑ dilexi. An igitur quā aduerſarij ſeruabāt: ego nūc perdā? Et futura ſecula illos p̄rie ꝯſeruatores: me euerſoreʒ nolabūt? Quid hoc infamius dici aut cogitari pōt? Quid magis puſillanimū: q̄ metu hoſtiū tuta delere? Deniq̄ quid ego verbis moror. Erūpat tādē digna vox. Ego q̄diu vnꝰ e Florētino nomine ſupfuero: nūq̄ patiar neq̄ ꝑmittā patriā meaʒ tolli. Et ſi milies mori liceret: milies pro ea me morti offerrem. Ea quū dixiſſet: e cōſilio ſe ꝓripuit. Perculit oīm animos. Farinate oratio: ꝛ authoritas eiꝰ cōmouit plurimos. Conſtabat eīm inter ſtudia illarum partium: neminem vnū p̄eſtātiorē eſſe virū. Verebātur q̄ oēs ne indignatio eiꝰ aliq̄d cōmuni cauſe detrimēti afferret. Itaq̄ ſuppreſſa ſtatim huius rei mentio eſt: dataq̄ opa quibuſdā grauioribꝰ vt leniēda re mitibꝰ verbis in cōſenſum reducerēt. Fuit vir excelſi animi ꝛ altiora ſemꝑ intuentis in aduerſarios tū acerbior q̄ ciuilis modeſtia poſtulabat. In hoc aūt periculo patrie ſumme laudādus: niſi ipſe idem cauſa vt in id periculum deduceret fuiſſet. Contētione ergo: q2 partiū videbat exitio futura/omiſſa: preter domeſticū comitatum ad mille eq̄tes inſuper mercede cōductos cōi ciuitatū impēſa alere ſtatuerunt. Iiſq̄ copijs Nouellus q̄ ſupra/perficitur: Iordano ad regem remeāte. Nouellus autem cum copijs equitum ꝛ peditum Lucenſium fines ingredit/q̄ erant diuerſe factionis ꝛ in qua ciuitate Florētini exules. ſ. Guelfi recepti fuerāt ꝛ circūferēdo bello aliqua eorum caſtella ceperunt. Fugechium obſederūt/ſed imbribꝰ ſuperueniētibꝰ obſidio diſſoluta eſt: Quū autē Coradini oratores iam miſſi eſſent ad pontificem Alexandrū/ꝛ iā communctio q̄dā inita aduerſus Manfredū. Lucēſes exuleſq̄ Florētini miſerunt oratores ad Coradinum filium Coradi. ſ. Simonem Donatum ꝛ Bonacurſum Adimarē equites. Qui quū applicuiſſent in Alemanniā/videntes adhuc eū in puerili etate: vnde nondum ad talia aptū/reuerſi ſunt pleni ingenti ſpe: ſed rebꝰ vacui. Sequēti anno Florētini exules q̄ erat Luce/cū copijs ſuis nocturno ꝛ improuiſo impetu occuparunt Signiam. Sed quum exercitus eorū qui in Florentia erant illuc potenter fuiſſet profectus/cōterriti illi que occupauerant ſua ſpōte reliquerunt. Nouellus aūt cum Piſanorū ꝛ Germanorum mercede conductoꝝ ꝛ alioꝝ copijs/quum iam ſegetes maturēſcerēt/Lucēſiumq̄ fines ingreſſi forent/ꝛ agros deuaſtarēt/egreſſi Lucē. cū exulibꝰ Florentinis ꝓliū ꝯmiſerūt. ſʒ ſuperati ſunt a Nouello cum ſuis/multis occiſis ꝛ alijs captis: in quibꝰ feda et crudelia exercuerūt. Poſt q̄ oīa fere Lucēſium caſtella in deditionē hoſtis accepit. Lucēſes ergo nimis debilitati/ceperunt cum hoſtibus de pace tractare. Que ꝛ demum ſecuta eſt hoc federe: vt Florentinos exules expellerēt: ꝛ in ſocietatem equo iure cum alijs ciuitatibꝰ intrarēt: ꝛ iſq̄ captiui redderent Lucēſes: ac etiā caſtella eoꝝ ablata. Et q2 res ſecrete tractata erat: mox iſperato abire iuſſi exules: per ꝓximū Apenniū iugū cum cōiugibus ꝛ liberis Bonoſiam migrauerūt. Per idem tempus Aretini longo ꝛ duro bello fatigatis ab exulibus ſuis cuʒ adiutorio Florentinoꝝ ꝛ Senēſium inito cōſilio qui intra erant ſpōte egreſſis: quū reſiſtere nō poſſent: alij intrauerunt diuerſe factionis ꝛ in ea recepti vt alias Hetrurie ciuitates ſub nutu Manfredi tenuerūt. Magno igitur numero exules Bononie cōuenerūt. Interea ciuitas Mutina prima inteſtinis ſeditiōibꝰ iactabat. Due partes vtraq̄ armata alterā pellere nitebat. ſ. Guelfoꝝ ꝛ Gibellinorum. Exules igitur Florentini ab ea factione q̄ ideʒ ſentiebat. ſ. Guelfoꝝ accerſiti/quū impigre auxiliū attuliſſent: aduerſam factionē vrbe pepulerūt. Pulſoꝝ preda a Mutinēſibꝰ illis cōceſſa eſt vnde qui pauperes erant ditati ſunt. Permouit eadē ſeditio ꝛ Regiū finitimā vrbē. Erat in his procera corpore nec minus audacia manuque precellens Caſcham vulgo appellatus: q̄ erat factionis Gibellinoꝝ. Hic ſepe in aduerſarios delatus: admirāda fortitudinis facinora edebat. multis ab eo occiſis cōtritiſq̄ ceteros formido agitabat. Vocati igit a Reginis Hetruſci exules: vt nuꝑ Mutinenſibus/ita ꝛ reginis ſuarū partiū hoībꝰ auxiliū attulere et pugna in foro atroci cōmiſſa: vnus Caſchā plurimū reſiſtabat. Eodeʒ vno ſtabat aduerſa factio: nec foro cedebat. Deniq̄ Hetruſci delectos ex ſuis fortiſſimos iuuenes i eū mittūt. Quūq̄ alios qui eū ſeq̄bant ſubmouiſſent: ac ipſe viribꝰ ferox lōge a ſuis pugnaret: ꝯglobati in eū iuuenes latera mucronibus exaugēt: ꝛ cōfectū vulneribꝰ ꝓſternūt. Illoq̄ occiſo: ſtatim aduerſa factio Regio pellit. Florentinos autem vt Mutinenſiū: ita ꝛ nunc Reginorū ꝑda ditauit. Dux Hetruſcorum ad reginum fuit Foreſius Adimar (aliis Aldimarius) q̄ etiā dr̄ ꝑncipalis fuiſſe i ꝓſtratiōe Caſcham. In Hetruriaq̄ oīa ferme loca Māfredo parebāt. Aduerſa pōtifici factio Gibellinoꝝ vbiq̄ dn̄abat.

Gibellini Mutina pelluntur.

Regini ſua vrbe Gibellinos eiciūt.

ſ. VI. Anno autē dn̄i. M. cclx.

(vt de partibus remotioribꝰ aliq̄d tāgamus) quum longa ꝛ magna cōtrouerſia eſſet inter regē Vngarie ꝛ regē Bohemie propter quaſdā terras q̄ erant in confinibꝰ vtriuſq̄ regni quas quilibet eoꝝ dicebat ad ſe ꝑtinere: rex Vngarie igreſſus eſt in regnū Bohemie in bellum contra regeʒ eius cū. lxxx. milibus hoīm equitū de diuerſis nationibꝰ. Vngaris/Cumanis: Grecis Alemānis ꝑ maiori parte infidelibꝰ. Rex aūt Bohemie nō timēs occurrit cum centum milibus hominum equitum. Qualiſcunq̄ eſſet equus: qui in eo reſidēs dicebat eq̄ſter. Sed inter eos erāt ſeptē milia cooꝑta malleis ferreis. Bello aūt inito i finibꝰ regni Bohemie/ex multitudine et diſcurſu equoꝝ impetu currentiū tm̄ puluis ē ex terra eleuatꝰ in ſublime: vt aer fieret obſcurꝰ quaſi nox eſſet nec alter alteruʒ cognoſcere poſſet. tandē rege Vngarie vulnerato grauiter Vngari fugā arripuerunt. Et in fuga trāſeuntibꝰ eis q̄ddā fluuiū. xiiij. milia (ꝛ vltra) Vngarorū ſubmerſa ſunt. Poſt quā victoriā reqſitꝰ Rex Bohemie ab Vngarijs de pace: annuit certis modis: et vt federa pacis ſolidiꝰ manerēt: adinuicē cōtraxerūt m̄rimonia. ¶ Eodem etiā t̄pe q̄dā Azolinꝰ noīe ex q̄dam caſtro Taruiſino dicto Rumano oriūdus ex infima cōditione: per tyrānidē et violentiā acq̄ſiuit ſibi magnū dominiū. ſ. totaʒ Marchiam Taruiſinā ꝛ Paduā ꝛ magnam partem Lōgobardie: ꝛ infeſtus fuit multū Hetruſcis alios occidendo/alios oculis priuādo aliq̄s vſq̄ ad mēdicitatē bonis ſpoliando. Quū ergo iſte cū mille q̄ngētis militibus proficiſcerent verſꝰ Mediolanū vt ipſum caperet: Mediolanēſes cū eo preliātes ꝓfligauerūt eū: ꝛ vulnerantes capienteſq̄ in carcerē poſuerūt: vbi et mortuus eſt. Huic fuerat ex diuinatiōe pronūciatuʒ quod mori debebat apud caſtrū Padue q̄d dicitur Baſtianū: vnde ſibi cauebat illuc ingredi. Quū aūt vulneratꝰ deferret ad dictū caſtruʒ: interrogauit de noīe caſtri: ꝛ cū quū diceretur quod vocaretur Caſtiano: tunc ille mortuum ſe iudicans inquit Caſtiano ꝛ Baſtiano idē ſunt: et mortuus. Fuerat hic peſſimus hō ꝛ crudeliſſimus tyrannus ſup oēs alios. Hic cōburi fecit. xij. milia Paduanoꝝ i diuerſis locis ciuitatis. fecit et alia multa mala: datus in flagelliū dei ꝓpter p̄cā illiꝰ regiōis. Qui tādē a paucioribꝰ copijs q̄ eſſet ſue deuictus ē: et exercitu eiꝰ diſperſo hincinde defecit dominiū tyrannicū eiꝰ cū tota progenie.

Vngari grauiter in Bohemia profligati.

Azolinus Italie tyrānꝰ.

¶ De geſtis Tartarorum ⁊ eorum bellis: ⁊ quō tandem ad fidem noſtram conuerſi ſunt. Capitulum.viij.

Tartarorū geſta.

Uia dictum eſt ſupra ꝙ

Inno.iiij. miſit fratres predicatores ⁊ minores aliquos ad Tartaros ad exhortādum eos ad fidē chriſti: ⁊ ne ita graſſarētur in homines: ideo ꝓ pleniori declaratiōe huius generis ad ſuperiora tempora reuertendo: de ipſis Tartaris ⁊ moribꝰ eorum/ et de Armenis/ Georgianis/ ⁊ Turcis/ quomodo eos ſibi ſubdiderunt videndum eſt. Anno domini. Mil. cc. ij. ſm quoſdam Tartari poſt occiſionem domini ſui exierunt in populorum deſtructionem. Ii enim prius adhuc in terra ſua videlicet Tartaria que affinis eſt Indie: reſidētes ꝯtra regem Dauid dominum ſuum videlicet preſbyteri Ioannis

Preſbyter Iohānes.

quandam dominatoris ⁊ imperatoris Indie filium conſpirauerunt: eumq̄ doloſe machinando interfecerunt. Antea ſiquidem ab antiqua Tartaria Indie regi fuerat ſubiecta: eiq̄ pacifice ⁊ quiete debita vſque ad tempus illud exoluetant tributa. Quumq̄ predictꝰ rex ab eis tributum ſolitū expeteret: ꝑcipiēs inſuper vt in armis vl' in angaria aliqua deſeruirēt: illi ſup aggrauatione nimia dn̄i ſui cōquerētes inierūt plurieſ ꝯſiliū: vtrū ei ſimpliciter obedirēt: an ei put poſſent obuiarēt. Tādē vnus eoꝝ noīe Cingiſchā' rectius Can Guiſcā q̄ ſagacior ⁊ antiq̄or videbaſ: dedit ꝯſilium vt mēdatos regis ꝯtradicerēt ⁊ oēs vnanimiter in eū exurgerēt: eūq̄ ac ſuos quos inuenire poſſent occiderēt. Ad executionē (inquit) tanti facti oportet vt oēs in vnū vnanimiter cōgregemur: ⁊ vnus de q̄nq̄ ſup alios q̄tuor ex oībus quinarijs eligaſ: qui q̄ternio nūcupeſ: eiuſq̄ ꝑcepta in omnibꝰ obediaſ ab illis ⁊ q̄ nō obedierit occidaſ. Silr etiam ſup nouē ſit decimus: ⁊ ſup. xix. vigeſimus: ⁊ ſic vſq̄ ad mille: ⁊ etiā vſq̄ ad milies milia: deniq̄ vſq̄ ad infinitum aſcendendo. Tandē vnus oēs ſup excellens tāq̄ deus ⁊ Chaam (al's Can). i. impator vel rex habeaſ: cui oēs vſq̄ ad mortē per oīa obedire teneātur. Oēs autē cōſiliū hoc concorditer approbātes eūm in dn̄m ſibi cū ſucceſſoribꝰ ſuis elegerūt: eiq̄ predictā obedientiā in perpetuū ſe ſeruaturos ꝓmiſerunt: ⁊ vſq̄ hodie ſeruauerūt. Hic igiſ electꝰ altera die conuocatis oībus in montē altū aſcendit: eoſq̄ exhortans ait Scitis ꝙ vſq̄ nūc tria in vobis peccata ſemper inundauerunt: videlicet mendaciū: furtū: ⁊ adulterium. Nunc ergo ne vindicante deo in executione huius facti vel alijs in poſterum impediamur: de cetero nos oēs a predictis abſtinere ipſi promittamus: ita ꝙ ſi quis in aliqō eoꝝ prolapſus fuerit: ſine vlla mīa occidatur. Qō quum oēs ſe obſeruaturos in perpetuum ꝓmiſiſſent: licet iam iniquitas mentita ſit ſibi: ꝑcepit oēs illos in armis paratos congregari: eoſq̄ in duas acies diuiſos vna die a duabꝰ partibus equaliter a medio terre diſtātibus terram dn̄i ſui Dauid ingredi ac velociter eā percurrētes nulli parcere ſexui vel etati. Illi ergo cauſa ſeruitutis excutiende/ triūphiq̄ obtinēdi q̄ plurimū aſati: de terra ſua exeūtes arcubꝰ ⁊ ſagittis clauiſq̄ ſiue fuſtibus tanq̄ armis ſuis potioribus ꝓmuniti quoꝝ maxima pars erant pedites: minor in bobꝰ equitantes: minima vero in aſinis ⁊ iumentis ac pullis equorum confidētes: dn̄i ſui terraꝝ a duabus partibus ſimul inuaſerūt: eāq̄ totaliter effuſione ſanguinis intinxerunt. Rex autem Dauid aduentum eoꝝ audiens improuiſe: nec vllatenꝰ valēs reſiſtere: quum ab vna parte exercitꝰ effugere vellet: ab altera preuentus eſt ⁊ oppreſſus: tandēq̄ cū tota familia ſua preter vnicam ſuam filiam mēbratim detrūcatus. quam videlicet filiam ſuperſtitē predictꝰ Cingiſchā ſibi vxorē accepit: ⁊ de ea vt dicitur filios genuit. Rabbanata vero monachus chriſtianus: ſed tū Neſtorianus: qui viuēte Dauid rege fuerat ei familiaris: quandoq̄ fortaſſe conſiliarius: poſt mortē ipſius Dauid a filia eiꝰ vxore Cingiſchā tandem eſt vocatꝰ. Et idē occaſione antique patris ſui amicitie/ ⁊ quia chriſtianus erat: cōſiliarius ac penitētiariꝰ eius factus eſt Tartaris q̄ familiaris eſt effectꝰ: ipſa dūtaxat viuēte Cingiſcham permittēte. Ut aūt illa mortua eſt: factus eſt idem monachus Tartaris extraneus ab eis elongatꝰ. Iſte aūt Rabbanata: tum mediāte regia Dauid filia: tum etiā mediante curie frequētia: multa de conſilijs ⁊ factis Tartarorū nouerat: multaq̄ diuinādo eis reuelabat: ꝓpter q̄ nimirum ab ipſis eſt magnus reputatꝰ ⁊ ſanctꝰ vocitatus. Poſtea vero in Armeniam maiorem tranſijt: ibiq̄ in Tauris ciuitate aliquod tēpus latuit. Sed ſicut poſtea diligenti inquiſitione per fratres predicatores (q̄ de mādato pape ad Tartaros ibāt: ⁊ ad ipm Rabbanatā literas deportabant) facta inuentꝰ eſt: mercator erat ⁊ vſurariꝰ atq̄ hereticus fideiq̄ catholice ⁊ orthodoxe inimicus. Licet eā cōfiteretur ore tenus: latebras tū libēter querebat: nec vnq̄ comedēs

Tartari ſe vindicāt in libertatem.

ab aliquo de fratribus ſe videri ꝑmittebat: talis ſemper vixit: ⁊ aliſq̄ moriens ſicut vixerat ad infernum deſcendit.

§.I. Sunt autē Tartari homines

turpiſſimi. q̄ū vt plurimū parui. Oculos habent groſſos ⁊ prominentes multū coopertos palpebris: ita ꝙ valde parua eſt aptura in eis. Latas habēt facies: latoſq̄ frontes: naſoſq̄ latos. Sunt aūt imberbes: excepto ꝙ in ſuperiori labio ⁊ in mento raros habent pilos ⁊ quaſi volatiles. Graciles ſunt in cingulo generaliter oēs: exceptis paucis. Oēſq̄ fere ſunt ſtāture mediocris. Raſurā faciūt ꝓpe verticis ſummitatē: q̄ deſcēdit inferiꝰ ꝑ tēpora ab aure vſq̄ ad aurē. Sedetq̄ raſura illa ſuper caput eoꝝ ad ſerti equini modū. Radūtur iterū a parte poſteriori: ⁊ longos habent capillos ac tricas retro iuxta aures. Talē etiā raſurā habēt oēs illi q̄ cū eis ſunt: vt Armeni/ Saraceni ⁊ alij: ſed facies eoꝝ diſſimiles ſūt faciebꝰ Tartaroꝝ. Ipſi porro tartari leues ⁊ agiles ſunt q̄plurimū: ac bene equitātes: A pueritia q̄ppe diſcūt equitare: currēdo poſt armēta equoꝝ ⁊ aliorū animaliū. Quūq̄ maiores effecti ſunt: cū partibꝰ ſuis in bellis quaſi ꝯtinue equitāt: nulluſq̄ illoꝝ pedes vadit ſed oēs etiā minimi garciones equis aut bobꝰ inſidēt: quia breuiſſimas tibias habent. Incōpoſito itaq̄ gradu incedunt: ⁊ pedites ire diu nequeunt. Mulieres eorum turpiſſime ſunt: ⁊ equitant ſicut ⁊ viri. Equos autem habent qui non ferranſ: nec hordeo vtunſ: multūq̄ ſunt diſciplinabiles ac magni laboris: ⁊ caſtrati ſunt: ⁊ nares fiſſas habent. Preterea Tartari modo interrogatiuo clamoſo loquūtur in gutture rabido ⁊ horribili. Cantantes mugiunt vt tauri: vel vlulant vt lupi. Uoces inarticulatas in cantando proferunt. ⁊ hanc cantilenam/ alai/ alai: cōmuniter ac frequētiſſime canunt. Turpiſſime bibentes caput quatiunt: ⁊ quod bibunt velut equi in guttura traijciunt. In tentorijs ſemper habitant/ ⁊ non in villis vel vrbibus. Paſtores enim pecorū rurales ſunt: ac gregibus ouium ⁊ caprarum armentiſq̄ boū ⁊ camelorum ⁊ equorum ſuperabundant. In hyeme manere conſueuerunt in planitie: in eſtate vero paſcuarum vbertatem ſequūtur in montibus. In luctationibus delectantur ⁊ in ſagittationibus: tanq̄ in ſuis potiſſimis gaudimonijs ⁊ exercitationibus. Chriſtianis autem debiliores ſunt in corporibus. Uenatores quidē mirabiles ſunt: ⁊ ordinati ac ferrati ad venandum pergunt: ita ꝙ animalia venatitia fugando coram ſe ducunt. Deniq̄ concludendo ea quaſi de ſeipſis choream vnā faciunt: ⁊ tunc ſagittādo vndiq̄ interficiunt ⁊ capiunt. Uiliſſime comedunt: panem non habent nec curāt: mēſalibꝰ nō vtunſ nec manitergijs: edūtq̄ manibus illotis. Unum quidem deum Tartari credunt: ipſumq̄ oīm eſſe tam viſibilium q̄ inuiſibiliū factorem: ⁊ tam bonorum in hoc mundo q̄ penarum eſſe datorem: nec tamē orationibꝰ vel laudibꝰ vel aliquo ritu ipſuꝫ colūt. Nihilominus etiam habent idola quedam de filtro ad imaginem hoīs facta: q̄ ponūt ex vtraq̄ oſtij tentorij parte: ⁊ qōdam de filtro in modū vberum femine ſubter illa: eaq̄ credunt pecorum ſuoꝝ cuſtodes eſſe: ac beneficium pullorum ⁊ lactis eis ꝑſtare. Alij vero de pānis ſericis faciunt: illaq̄ multū honorāt. Quidā ea ponunt in pulchro curru coopertο ante oſtium tentorij: ⁊ quicūq̄ in curru illo aliquid furatur ſine vlla miſeratione occidiſ. Quū autē idola hmōi facere volunt: oēs maiores dn̄e que ſunt in ſtatione veniunt: ⁊ eaq̄ cū reuerētia faciunt. Deinde ouem interficiunt/ eamq̄ manducāt: ⁊ oſſa eius igne cōburūt. Quum etiam aliquis puer infirmaſ/ ꝑdicto modo faciūt idolū ⁊ ligant ſup eius lectum. Duces quoq̄ millenarij ac centenarij ſemꝑ habent hircū in medio ſue ſtationis. Idolis ꝑdictis offerūt primum lac oīs iumēti ac pecoris. Sed ⁊ qū primo bibere vl' comedere incipiunt/ primitꝰ eis de cibarijs ſuis vel de potu offerunt. Quūq̄ beſtiam aliquam interficiūt/ offerunt cor eius idolo quod eſt in curru in aliquo ſcypho/ ⁊ vſq̄ in mane dimittunt: tunc quoq̄ de ꝑſentia idoli auferūt illud ac decoquūt ⁊ ipſum manducant. Primo etiā impatori factum idolū ante ſtationē honorifice ponunt/ cui multa munera offerunt. Sed ⁊ equos ei ſolēt offerre: quos nullus audet vſque ad mortem aſcendere. Alia quoq̄ animalia eidē offerunt/ q̄ occidunt ad manducandum/ ⁊ nullum ex oſſibꝰ eorum confringūt/ ſed igne cōburūt. Huic etiā idolo ad meridiē tanq̄ deo inclināt/ ⁊ aliquos nobiles inclinare faciūt: qui ſeipſis reddiderūt. Unde. Michaelem magnū ducē Ruſcie occiderunt/ quum nollet ſe imagini Cingiſcham inclinare. Solē etiam ac lunam ⁊ ignem ⁊ aquam ⁊ terram venerantur et adorant primitias eis potus ac ciborum offerentes/ mane ſcilicet potiſſimum anteq̄ comedant vel bibant.

Tartarorū ſtatura effigies et ritus.

§.II. Statutum eſt autem inter

tartaros

Statu- Tartaros ⁊ a Cingiſchā primo eorum dn̄o confirmatū: vt qui
ta Tar- cunqꝫ in ſuperbiā erectus auctoritate propria ſine principū
taroꝝ. electiōe voluerit imꝑator eſſe: occidat̃ ſine vlla miſeratiōe.
Propter hoc ⁊ vnus de pricipibus nōīe Cuiūgam nepos ipſi⁹
Cingiſchā occiſus eſt ante electionē ipſius: q̄r regnare vole-
bat nō electus. Aliud quoqꝫ ſtatutū habēt: ꝙ oēm terrā ſibi
debeant ſubiugare: nec cū alia qua gente pacem haberet niſi
ſubdatur eis: quouſqꝫ veniat tēpus interfectionis ipſorum.
Annis. lxxx. debent pugnare: ⁊. xviij. tantūmō regnare. Poſt
hec vt ipſi dicunt / ab alia natione debent vinci (vt vaticina-
tum eſt eis: neſciūt tn̄ que illa ſit) ⁊ q̄ euadere poterūt: legē
illam tenere debent quā tenent illi qui bello eos deuincent.
Ipſi namqꝫ Tartari diuinationib⁹ / auguriis / aruſpiciis / ve-
neficiis / ⁊ incātationibus multū intendūt: ⁊ quū illis a demo
nibus reſpondeat̃: deū ſibi loqui credunt. Eſt etiā ſtatu-
tum Cingiſchā illius primi: ꝙ per millenarios cētenarios ac
decanos eorū exercitus debeat ordinari. Porro edictū gene
rale Chaam eſt: vt vbicunqꝫ capiātur a Tartaris vel a ſeruis
eorūdem mulieres: quātecunqꝫ ſint ab eis teneant̃: ⁊ eiſqꝫ pro
ſua volūtate abutantur: eaſdem in ſeruitutē perpetuā ſi vo-
luerint reſeruātes. De equis quoqꝫ tale eſt edictū Chaam ge
nerale. Quicūqꝫ Tartarus equū rapere potuerit vndecunqꝫ
⁊ vbicunqꝫ inuenerit: ⁊ cuiuſuis ſit ipſe ver⁹ poſſeſſor illius
habeatur: dum tamen Tartari non ſit. Porro de viatoribus
tale eſt edictū generale ipſius. Quicunqꝫ inq̄t Tartarus ſeu
Tartari ſeruus aliquē in via inuenerit: dum tn̄ non ſit mer-
cator habens bullam Tartaricā: ille inuentoris vel excipiē-
tis cum ſit ſeruus ꝑpetuus ⁊ habeatur: etiam ſi ſit Tartari
ſeruus: donec a dn̄o ſuo repetatur. Sunt autem duo genera
Tartarorum diuerſa quidem habentia idiomata: ſed vnicā
legem ⁊ ritum: ſicut Franci ⁊ Teutonici.

§.III. Tante vero impietatis ⁊

arrogantie ſunt: vt dn̄m ſuum Chaam filium dei appellent:
⁊ ipſum loco dei ſuper terrā venerentur ⁊ adorent: dicentes
factoqꝫ oſtendētes illud in eis eſſe impletū. Celum celi dn̄o:
terram aūt dedit filiis hominum. Nam ⁊ ipſe Chaam ſe filiū
dei appellat: ⁊ in literis ſuis ſub hoc nomine mandat omni-
bus. Eiuſqꝫ ſubditi videlicet Tartari de mādato ipſius prin-
cipes ſuos Baiothnoi ⁊ Batho violēter ab omnibus nuntiis
ad ipſos venientibus faciunt adorari cum triplici genufle-
xione: triplici quoqꝫ capitum ſuorū in terram alliſione. De-
niqꝫ ſupra modum gloriantes ⁊ ad totius mundi dominium
in breui ſe venturos preſumētes adeo decipiunt: vt maiorē
domino ſuo Chaam neminem in mūdo eſſe credant: vel etiā
nominari papam vel alium maiorē ſuſtineat. Omnes homi-
nes qui in mundo ſunt veluti pecudes reputant: ſeqꝫ ſolos
omnibus preferentes papā ⁊ omnes Chriſtianos canes appel-
lant. Ipſos etiam idololatras eſſe affirmant quia ligna ⁊ la-
pides id eſt quia ſignū crucis in lignis ⁊ lapidibus impreſ-
ſum vel inſculptū adorant. Somnia vero obſeruant ⁊ male-
ficis artibus intendunt. Habentqꝫ magos ſecū vel diuinos:
per quos a demonibus in idolis habitantibus ſibi reſponſa
dari petunt. Deumqꝫ ſibi (vt dictum eſt) loqui credunt: quē
ſcꝫ deum Itogo nominant: ⁊ ipſum Comāchaam appellāt:
quē mirabiliter reuerētur ac timent: eiqꝫ multas oblatiōes
atqꝫ primitias ciborū ⁊ potuum offerunt: ac ſm̄ eius reſpon-
ſum vniuerſa faciunt. Solem eſſe patrē lune eo ꝙ lumen a
ſole recipiat: dicūt. Omnia ꝑ ignem purificari credunt. Dies
ac menſes maximeqꝫ lunationes et annos ⁊ tempora obſer-
uant. Nullius diei vel temporis abſtinētia inter illos obſer-
uatur: nullaqꝫ dies ceteris dignior vel celebrior reputat̃. Ad
ceterorū hominū ſocietatem incōmunicabiles ⁊ inamicabi-
les ſunt: vt etiā cum eis colloquiū habere dedignent̃: ⁊ in lu
dis ⁊ vbiqꝫ preferri volunt. Unde quū in eorū exercitu duo
chriſtiani Georgiani ab ipſis inuitati cum duobus Tartaris
luctarentur cauſa ludi: duo Tartari abſqꝫ vlla leſione cor-
porum a Georgianis ad terram eſſent ſubmiſſi. Alii Tartari
de eorum proſtratione ſupra modum indignati fremētes in
Georgianos illos irruerunt: ita ꝙ eorū vnicuiqꝫ brachium
vnum extorquendo confregerunt. Tanta vero cupiditas in
Tartari eis exardeſcit: vt ſi aliquid quod ſibi placeat videant: ſtatim
exercēt aut nimia importunitate extorqueant: aut violenter aufe-
vſuras. rant ab illo cuius eſt: velit nolit. Pecunias ſuas cōmittunt
ad vſuram ita ꝙ accipiūt de. x. denariis vnum ad vſurā per
menſem: poſt primū inde iterū decennarium de quolibet de-
cennario. decimato per vſurā accipiūt vnum denariū. Itaqꝫ
miles quidam in Georgia de quingentis hyperperis a Tar-
taris acceptis ꝑ annos quinqꝫ retentis: coactus fuit eis red
dere. vii. milia pro vſuris. Quedam etiam dn̄a Tartarica pro
l. Ouibus quas cuidā cōmiſerat: ⁊ ille per. vii. annos tenue-
rat: petiit ab illo ꝓ vſuris illarū ouiū hyperpera. vii. milia:
que omnia ille coactus eſt ſoluere pro vſura. Preterea ſuper

tributarios ſuos aggrauant onus exactionis: vt in terra Tarta-
Anagh magni videlicet cuiuſdam terre barones primo ſi ri gra-
quidem Chaam ſuum habet tributū ad min⁹. xv. drachmas uis ſuis
ſeu aſperos: q̄ bene valent. xxx. ſterlingos. ſecūdo de⁹ ſpiri- impo-
tualis. tertio de⁹ prouincialis. quarto nuntii ſolennes. quin nunt tri
to frequentes que fiunt ab eis exeniorum preſentationes. buta.
poſt hec etiam nuntii ſuperuenientes cū equorum angariis
quibus ꝓuidetur in expenſis. Preterea de quolibet ruſtico
laborante accipiunt aſperos tres: ⁊ de ſex pecoribus tres: et
munera quidem bene accipiūt ⁊ non ſequuntur retributio
nes: q̄ pro nullo dato aliq̄d gratis reddūt: quin potius que-
cunqꝫ illis dant̃: ea ſibi deberi tanq̄ dn̄is arbitrantur.
Itaqꝫ manus eorū ſemꝑ ad accipiendum eſt porrecta: ſed ad
dandū collecta. Qui quū infinitis abundēt gregibus pecorū
⁊ armentorū: multumqꝫ in eis nutriendis ⁊ multiplicandis
delectent̃: quia gaudium onagrorum paſcua gregum: pre ni
mia tenacitate auaritie vix aut nunq̄ comedunt animal ſa-
num aut viuum: ſed quādo mortuū eſt: ſtatimve moriturum
vel mutilatum: aut aliqua moleſtia cōſimili afflictum. De-
niqꝫ quum abundent tabernacula ipſorum manum egeno et
pauperi non porrigunt. Hoc tamen ſolum laudabile quo ad
quid habent: ꝙ vbicunqꝫ in prandio vel cena aliq̄s eis ſuperue
nerit: nō excludūt. Sic autem in malitia ſua effrenati ſunt:
vt nullatenus ſe debere vel poſſe refrenari putent a deſtru-
ctione quam ceperunt. Exemplumqꝫ tale de ſeipſis non ve-
rentur ponere. Nos inquiunt) ſumus quaſi ſagitta de ma-
nu ſagittantis emiſſa: que nunq̄ deſiſtit: donec obſtaculum
eam repellens ⁊ confringens inueniat. Super multitudine
quoqꝫ gentis ſue gloriātur: ⁊ nullam gentem eis poſſe reſiſte
re aſſerunt: per hoc exemplum quod in medio proponunt.
Nos ſumus aūt vt fluuius magn⁹ aquarum multarū: qui ꝓ
ſua ꝓfunditate nimia trāſuadari nequit cuius impetus inū
dans abſorbet quecūqꝫ inuenit: licet a paruo fonte oriatur: ⁊
a plurib⁹ riuulis deriuet̃. Ceterū etiā garciones eorum ac-
cipiunt ⁊ rapiunt mulieres per ciuitates eis ſubiectas: ſcꝫ
Georgie: Turcie: Perſidis: Armenie maioris ⁊ minoris: exce
ptis etiā illis q̄ prouidētur a cōitatibus ipſis. Iſdem quoqꝫ
garciones eorū ac nuntii quoſcūqꝫ equitātes ibi inuenerint:
ſi equitaturis indigēt: faciunt illos de equis deſcēdere: ⁊ du
cūt eos quo voluerint. Oculos incōtinētes penitus habent
Tartari: plenos inceſſabilis delicti. Oib⁹ pecudib⁹ ſe indiffe
renter cōmiſcēt: ſicut ⁊ Saraceni. nā in illis ſemꝑ viguit ſo-
domie peccatū: et in Tartaris etiā eſt diffuſum. Preterea vxo- Tarta-
res ſibi Tartari accipiūt quotquot volunt ⁊ ſuſtentare poſ- rorū cō-
ſunt: nulliuſqꝫ cōſanguinitatis vel affinitatis gradus in eis iugia.
obſeruat̃. Nā vxori Tartari quū mortua fuerit: ille oēs eius
ſorores vel filias ſi ſibi placeāt: ſigillatim vel ſimul in vxo-
res accipit. Perſone tres tn̄ ab eorum excludunt̃ matrimo-
nio ſcꝫ mater / filia ſoror. et oēs alias perſonas ſibi vel vxori
bus ſuis habēt vel habuerūt aliter attinētes / libere accipiūt
vxores. Quiſqꝫ Tartarus vxorē accepit: nō reputat eā vxorē
donec ab ipſo ꝯceperit ac pepererit. vn̄ ſi ſterilis ſit: ipſe ſi vult
eā dimittit. Itē marit⁹ dotē pro vxore non recipit: donec illa
ei puerū pepererit: ſilr̄ nec mulier a pr̄e vel a mr̄e donec pepe
rit. Crudeles adeo ſunt: vt nec ſenes reuereantur: nec pue-
rorum miſereatur. Effuſio ſanguinis apud eos tanq̄ effu-
ſio aque reputat̃: humanorū quoqꝫ corporū ꝓſtratio tanq̄ ſter Tarta-
corū coaceruatio cōputat̃. Non ſolū in vnā gentē. ſ. chriſtia- rorū ſe-
norū: ſꝫ ⁊ oīm aliorū hoīm exardeſcūt extinctionem. Carnes uitia.
humanas deuorant vt leones: tam aſſas igni ꝙ elixas: ⁊ hoc
quandoqꝫ cauſa neceſſitatis: ⁊ quandoqꝫ cauſa delectatiōis: ⁊
quādoqꝫ cauſa terroris ⁊ horroris incutiēdi ꝓplis hoc audi-
turis. Itaqꝫ in occiſione hoīm exultantes gloriantur: ⁊ et in
multitudine occiſorū aīs eorum mirabiliter delectatur. Iſ
etiā in Perſide quū cepiſſent vrbē quandā ſitā in pede mon
tis Caſpiorū: q̄ Drialbaldin vocabat̃: oībus ei⁹ habitatoribus
decapitatis: aures rebelliū ſibi iam mortuorū abſciderunt:
duoſqꝫ ſummarios eiſdē aurib⁹ in aceto poſitis oneratos ad
Chaā trāſmiſerūt. Itaqꝫ de rupib⁹ hoīes precipitāt: alioſqꝫ
colla ponēdo ſup lapides excerebrāt: alioſqꝫ lapidib⁹ ipſum
terendo collū occidunt. Intrantes domos hoīes etiā timore
mortis abſconditos ſubito cultello in corde occidunt: et ſan-
guinē eorū adhuc de vulneribus effluentē comedūt ⁊ bibūt
dicentes iterū percutientes. Ecce modo iacetis hic vos inimici
noſtri. Multa q̄ꝫ in eis eſt doloſitas / fallaciaqꝫ / ac mendaci-
tas. qn̄ enī ante munitionē aliquā obſidētes lōgo tp̄e ſtant:
blāde loquuntur obſeſſis: multaqꝫ illis ꝓmittūt: vt ſe in ma
nus eorū tradant: ⁊ ſi quidē illi tradiderint eis: dicunt illis.
Exite ad nos: vt ſm̄ morē noſtrum numerem⁹ vos. Quumqꝫ
ad eos exeūt: quos comperiūt eſſe artifices / ſibi reſeruant:
alios vero oēs preter illos quos ſibi pro ſeruis retinere vo-
lunt: lapidibus ſuper lapides excerebrant. In bellis etiam
quoſcūqꝫ capiunt occidunt: niſi forte aliquos reſeruare ve-

lint vt illos in ſeruitute ſemper teneant. Occidēdos autem per centenarios diuidūt: vt bipenni ab eis interficiant. Ipſi vero diuidunt hos captiuos: et vnicuiq; ſuo dant. x. vel plures vel pauciores ſm qḋ maioribus placet. Deniq; ſi aliquid promiſerint illis qui ſe reddiderūt nihil obſeruāt: ſed quaſcunq; poſſunt occaſiones cōtra eos querūt ⁊ opponūt. Hoc itaq; in eis ſemper oportet attendere: ꝙ ſepius fraudulētia doloq; magis pugnant ꝙ fortitudine.

Tartarorum cibi.

§. IIII. Porro in victu ſunt homines immūdiſſimi atq; ſpurciſſimi.

Nec eñ menſalibus ⁊ manitergijs vtunt: nec panē habēt vel curant: ſʒ quidā etiā ipſuʒ comedere dedignant. Olera ꝙ vel legumina nō habēt nec aliquid aliud ꝙ carnes vt comedāt. De quibus etiā tam paucas māducant: ꝙ alie nationes vix inde viuere poſſent. Porro omne carniū genus preter ꝙ mule (q: non gignit) comedūt: ⁊ hoc turpiſſime. Turpiter nāq; tangētes pinguia / digitos ſuos lābunt: ⁊ ocreis ſuis tergūt. Solēt tamē maiores habere aliquos pāniculos quib⁹ ad vltimū tergunt. Man⁹ comeſturi nō lauāt: nec poſtea ſcutellas: ⁊ ſi aliqñ eas mundant: brodio carniū abluunt: ⁊ iterū loturā cum carnibus in ollā reponūt. Aliter etiā non lauāt ollas vel cochlearia vel alia hmōi vaſa. In carnibus aūt equinis plus delectātur ꝙ in alijs. Glires ſeu mures edunt: ⁊ catos libentiſſime comedunt. Vinū ardētiſſime bibunt qñ habere poſſunt. Lacte iumentino (qḋ ipſi ramous vocant) quotidie ſicut homines ceteri vino ſe inebriant. Quū kalēdas celebrāt aut feſtiuitates faciunt ventriū ſuoꝝ: cantui: vel potius vlulatui atq; potationibus vacant: ⁊ ꝙdiu potatiōes hmōi durant: nulli negotio intendūt: nullumq; nuntiū expediūt. Carnes etiā humanas vt dictum eſt / deuorāt vt leones: aſſas igni ⁊ lixas comedentes. Quū q; capiunt aliquē ſibi cōtrariū ⁊ inimicū valde: cōueniunt in vnū locum comeſturi eum in vltionē rebellionis ſibi facte: ſanguinē eius auide ſuggentes: velud ſanguiſuge infernales. Deniq; quū eis victualia deficerēt in obſidiōe. ſ. cuiuſdam vrbis Rimoꝝ: de decē hoibus accipiebat vnus ad manducandū. Pediculos etiam comedunt: vxor viri et amicus amici: a capite vel aliūde extrahentes illos atq; dicētes / Utinā ſic poſſimus facere de inimicis dñi mei. Apud ipſos aūt eſt pctm̄ magnum: ſi aliquid de cibo vel potu perire permittunt: ideoq; oſſa niſi prius extrahat medulla: dari canibus non permittūt.

Tartaroꝝ habitus.

Habitus aūt eorum cōis ⁊ ſolēnis eſt talis. Capellos habēt oēs cuiuſcunq; coloris ſint: qui nō ſunt ꝓfundi in ſe: ſed quaſi laicoꝝ mitre: ſeu ꝑ capita iacēt plane. In poſteriori vero parte extentā habent caudam ad vnius palme longitudinē / ⁊ latitudinē tantūdem. Et etiā in cauda dilatātur aliquātulum. Ore capellorū ipſoꝝ in anteriori parte ⁊ in laterib⁹ habēt quandā extra reflexionē ad groſſitudinem digiti: ſed nō in parte poſteriori. Due quoq; ligature in eiſdem oris ſupra aures inſute ſunt: quib⁹ ſub mēto colligatis / capellum inherere capiti faciunt: ac ne vento vel aliquo alio euellatur infigūt vel imprimunt: ſup has quoq; ligaturas due ſunt ligule paruule volatiles ad decorē. Hōmi ergo forma capellorum eſt Tartaris ⁊ alijs quotquot ſunt cum eis. Habitus aūt Tartaricus quo totū corpus eorū ſuperinduitur exceptis brachijs: in pluribus eſt nigri coloris. In latere ſiniſtro anteꝙ induat: diuiſus eſt ⁊ apertus: ab vmbilico ⁊ ſupra in anteriori parte equaliter a latere ad latus ſe extendēs: ⁊ inferius vltra genua non deſcendēs. In parte poſteriori deſcēdit plus aliquātulum ꝙ in anteriori non extenſus vltra coſtas vel dilatatus: ⁊ vſq; ad humeros retro ſuper extenſus. Duabus linguis latitudinis triū digitorū inſutis ſup humeros poſteriori parti ⁊ inferius recte deſcēdentib⁹: ⁊ pariterq; anteriori ꝑ vinculū a latere in latus ſe equaliter extendētes inſuītur. Ab ipſo aūt indumēto nec brachia nec latera pectus nec aliqua anterior pars ab vmbilico et ſupra exceptis duabus ligulis ſunt cooperta. Quidā etiam ipſorū ſupra diſpoſitionē predictā in duobus lateribus habēt fiſſuram. Hec eſt forma ſpecialis indumēti quo a ceteris hoibus diſcernūtur Tartari. Armati ſunt aūt corijs ſuppoſitis laminis ferreis ꝯiunctis: laminiſq; vel chorio brachia cooperiūt ſuperius ſed nō inferius. Quū aūt ſagittas arcus traijciunt: dextrū brachiū tota armata exuūt: factoq; tractu reinduūt. Gladios paruos habēt vt Saraceni: lōgitudinis vnius brachij: vnius inciſionis ſeu raſure. Cultellis neſciūt pugnare: nec portant illos aperte. Non vtunt ſcutis: pauciſſimi quoq; vtuntur lanceis: quū aūt vtuntur eis: a latere percutiūt. Ex ipſis quidā vinculo in ſummitate lancee ligato ⁊ in brachio ipſam portant. Quidam aūt habēt vncos in fine lancearum. Sup omnia vero vtuntur arcubus ⁊ ſagittis.

§. V. In bellis autem aſtutiſſimi ſunt.

Quia iam ꝑ. lxxx. annos ⁊ amplius cum ceteris gētibus (vt dr̄) dimicauerūt. Licet eñ ſuperius dictum ſit ꝙ anno dñi. M. ccij. iuxta quoſdā de terra ſua egreſſi ſunt: quidā tñ dicūt ꝙ citius exierūt / ⁊ fortaſſis ante exitū vltimū multis iā annis pugnauerāt: in quibus dñi ſui terrā ⁊ alias ꝓpinquas regiones vaſtauerant: ita ꝙ a terra ſua nō ex toto receſſerant. Quū aūt ad bellū ire volūt: cui ſoreo premittunt: ꝗ ſecū nihil ꝑter filtra ſua deferūt. ⁊ hi quidē nihil rapiunt: domos vero comburūt: beſtias occidūt: ⁊ hoies vulnerant aut ꝑimunt ſi poſſunt: vel ſaltē in fugam mittūt. nihilominus tñ ꝑncipes exercitus ex oī parte mittūt predones: ⁊ poſt hec ad inueniendum hoies ⁊ iumenta mittunt alios: qui valde ſunt ad querendum ſagaces. Quū aūt vidēt hoſtes: vadūt ad eos ⁊ vnuſquiſq; iacit tres ſagittas vel quatuor contra ſibi oppoſitos: ⁊ ſi ſuperare non poſſunt eos: regrediuntur ad ſuos. Hoc aūt in fraudem faciunt: vt aduerſarij ſequātur illos ad loca in quibus inſidias poſuerunt. Tunc enim illos circūdāt ⁊ vulnerāt / ⁊ occidunt. Porro ſi magnū contra ſe exercitum vidēt: aliqñ per vnā dietā vel per duas ab eo diuertūt: aliāq; terre partē inuadunt: ⁊ hoies interficiunt: terrāq; vaſtantes deſtruunt. ⁊ ſi nec hoc quidē facere poſſunt ad. x. vel. xij. dietas retrocedunt. Aliqñ etiā in loco tuto morātur: donec aduerſarioꝝ exercitus ſeparet: ⁊ tūc furtim veniunt: ſubitoq; tota terrā depopulantes irruunt. Deniq; ſicut dictum eſt ſupra non tam viribus pugnant ꝙ dolo ⁊ fallacia. Quum itaq; volunt ad pugnam accedere: acies ordināt: duceſq; vel principes bellum nō intrant: ſed a lōge cōtra ſtant: iuxta ſe vero pueros ⁊ mulieres in equis habent. Et aliquando etiaʒ ſup equos ponunt imagines hominum: vt credatur eſſe multitudo magna bellantiū. Contra faciem hoſtiū vnā aciem captiuorum ſuoꝝ tranſmittunt: ⁊ alias fortiorum hoim acies ad dextrā ⁊ ad ſiniſtram mittunt: vt illas aduerſarij nō videāt. Sicq; illos circundant ⁊ in mediū colligunt: ⁊ ex omni parte pugnare incipiunt. Si forte aduerſarij fortiter pugnant: et faciunt eis viaʒ: fugiunt. Moxq; vbi fugientes abinuicem ſe parati ſunt: inſequuntur illos pluresq; tunc in fuga ꝙ in bello poſſent / occidunt. Itaq; nunꝙ libenter congrediuntur ſi aliud poſſunt: ſʒ hoies equoſq; ſagittantes vulnerāt et occidunt. Quumq; tam homines ꝙ equi debilitati ſunt ſagittis: tunc facile cōgrediunt cū eis: ⁊ ſic de facili poſſunt eos ſuperare. Quum aūt inuadere pergūt aliquam regionem: in vnū ordinem procedētes ante faciē ſuam occupāt terre latitudinem. et ſitū in quo poſitus eſt vnus qſq; tenet: nec ad dextrā vel ad ſiniſtrā diuertere partē audet. Itaq; regionē illam ingreſſuri ⁊ accepturi oēs de nocte ad montes circūiacentes aſcendunt: ⁊ mane facto curſarios ad planitiem (de quibus ſupra dictuʒ eſt) premittunt. Illi vero de planitie curſarios euitare volentes fugiunt. ⁊ ad montes circumiacentes aſcendunt: ⁊ ibi ſe ſaluare poſſe credētes / ſtatim occidunt a Tartaris ibidē latentibus ⁊ ad ipſos deſcendētibus. Itaq; qui volunt regiones ſuas ab illorum inuaſione ſeruare: debent contra illos hoies ad pugnam priuſꝙ ipſi per terram incipiant diffundi / mittere. Poſt eñ ſpargi per aliquam terram incipiunt: nullus iam congrue de terra illa poteſt alteri auxiliū prebere: quū ipſi cateruatim hoies querunt ⁊ occidunt. Et ſi quidē ſe in caſtris includunt: Tartari tria vel quatuor milia hoim aut plures contra munitionem qui eā obſideant ponunt. Ibiq; nihilominus per terram ad hoim occiſionem ſe diffūdūt. Tales etiā qui ſe munitionibus includūt: porcos ſuos incarceratos eſſe dicunt: magiſq; de talibus ꝙ de alijs ſecuri ſunt ⁊ gaudent: quia iam illos eſſe ſuos aſſerūt. Quuʒ aūt inimicis ad pugnā occurrunt: primis currentibus terminos vltra quos nō gradiatur imponunt: ſimiliter faciunt ſecundis ac tertijs oībuſq; alijs. Iterumq; qñ refugiunt: termini ſunt eis poſiti vltra quos nullatenus fugiant. Quū eñ aduerſariorum fortitudini ſe preualere poſſe non credunt: ante illos fugiunt: ⁊ quaſi ſe ab illis fugari faciūt. Quumq; illi armati Tartaros inermes diu inſecuti fuerint: ac pre grauitate armorum ⁊ vie longitudine laſſati / iam non amplius ſequi potuerint: tunc Tartari ſup recētes equos aſcendētes ſe ſuper illos conuertunt: ⁊ in eos capiendo ⁊ occidendo inſiliunt. Aliqñ etiam fugiendo cedunt eis: vt eis locum inter ipſos intrātibus faciāt. Ipſiq; ſe diſpergunt ⁊ dilatāt / vt ita diſperſi ad ſibilum ⁊ clamorē vnius eorū in vnum cōgregati hoſtes vndiq; circūcingant ⁊ conterant. In oībus aūtē terris quas deſtruunt Tartari: ſemper ſequitur fames.

Tartari cus bellādi modus.

§. VI. Porro quum aliquā munitionem obſident:

vndiq; illam ne quis ingredi vel egredi poſſit / circūdāt: fortiſſimeq; machinis ⁊ ſagittis impugnant nec die vel nocte a prelio ceſſant: vt illi ꝗ ſunt in munitione non quieſcant. Ipſi tamen Tartari viciſſim quieſcūt: quoniā ni mis fatigent / acies diuidūt: ita ꝙ vna ſuccedit alteri in pugna. Proijciunt etiam ignē grecū: ⁊ pinguedineʒ hoim quos

occidunt

Ignis grecus. occidunt liquefactam ſup domos proĳciũt: et vbicunq̃ ſuper illam pinguedinem venit ignis: ardet velut inextinguibilis: extingui tamẽ poteſt vini aut ceruiſie infuſione. Quũ autẽ hoc modo preualere non poſſunt: introitum munitionis vel fontes aut etiã flumina obſtruũt: vel fluuiũ deriuando ſubmergunt: aliquãdo munitionẽ ſuffodiũt: et armati ſub terra ingrediunt. Una pars cũ hoibus vltra munitionẽ pugnat: altera vero pars ignẽ apponit vt cõburantur. Si vero nec ſic preualent ante munitionẽ ſedent: ſuamq̃ munitionẽ contra illam faciũt: ne grauẽtur ab illis fortaſſis iaculis aut ſagittis: et aliquãdo ſtant ante munitionem per multa tẽpora ſcʒ per .xĳ. annos et amplius ſicut vidit frater Jo. de plano Carpi in Alanis. Porro quandoq̃ quũ obſidentes caſtrum vel vrbem habitãtibus in ea ſe preualere non poſſe vident: non longe ab illa fugiunt: et aliquãtulum latitant. Quumq̃ obſeſſi eos lõge receſſiſſe vel etiã omnino a finibus illis abſceſſiſſe credũt tunc quaſi ſecuri munitionẽ aperiunt: ac illi ſtatim in eos irruũt: vrbemq̃ vel caſtrũ accipiũt. Ciuitatem eciã c.portarũ in Perſide: que vocatur Spahan: non ſua virtute ſed aquarũ inundatione quas illuc deriuari fecerant: ceperunt. Sic quoq̃ multas terras plus fraudulẽtia vel ingenio q̃ viribus ceperunt: quas aliquãdo deſtruũt. Ut aũt ſuperius iam dictũ eſt: blande loquunt obſeſſis: multaq̃ fallaciter vt in eoꝝ manus ſe tradant/ promittũt eis. Quũ illi ſe reddiderint vel capti fuerint: oẽs occidunt exceptis artificibus quos ad opera ſua reſeruãt: vel ſiquos filios retinent: pro ſeruis acceptãt. Nobilibus et honeſtis hominibus nunq̃ parcunt. Et ſi forte aliquos caſu reſeruant ex illis nec prece nec precio vlterius de captiuitate exire permittunt: occidẽdos enim vt ſupra dictũ eſt per centenarios diuidũt. Quũq̃ hoies ſe obſeſſo caſtro tanq̃ ſe impugnantes occiderint: in ſignum victorie ac glorie certitudinis occiſorũ neq̃ ad terrorem ceteris hoibus incutiendum: vnum ex illis quaſi millenariũ in aliquẽ locum excelſum et eminentem erigunt capite ſubuerſo pedibus erectis aliĳs hoibus occiſis iacentibus in terra proſtratis. Itaq̃ quum cepiſſent vt dictũ eſt Drubaldi ciuitatem in Perſide: ad ſue crudelitatis oſtenſionẽ et nudiſtaris incutiendum timorem: omnibus habitatoribus illius decapitatis: aures rebelliũ ſibi iam mortuorũ abſciderunt: duoſq̃ ſũmarios oneratos aurib⁹ in aceto poſitis ad Cham tranſmiſerunt. Deniq̃ cum nullis hominibus pacem faciũt niſi eis ſubĳciantur: ſicut antiquum Cingiſcham apud eos preceptum habetur. Hec ſunt que ab illis petunt: qui eis ſe ſubĳciunt: videlicet vt cum eis cõtra oẽm hominem in exercitum vadãt: et vt de omnibus tam de hoibus q̃ de aliĳs rebus decimã illis reddãt. Uidit etiam frater Joãnes de plano Carpi ſupradictus ſcʒ de ordine fratrum minorũ: quẽdã in Ruſſia Saracenũ ex parte Cham miſſum: qui de decem pueris vnum petebat: ſecumq̃ ducebat. Similiter et ducebat viros qui vxoribus carebãt: et mulieres q̃ viros nõ habebant. Precipiebat nihilominus vt vnuſquiſq̃ quantũcunq̃ etiã paruus puer dies vnius: vel quãtũcũq̃ pauper ſiue mendicus: pro tributo ſolueret vnã pellẽ vrſi albi vel nigri. Principes aũt eis ſubiecti quũ ad illos veniũt: habentur: vt alie viles pſone: nec vllum ab eis honorẽ recipiunt. Oportet etiam vt eis munera magna preſentent: precipue ducibus et vxoribus eorum et officialibus millenariĳs et centenariĳs. qui etiã non ſolum ipſi ſed eorum quoq̃ ſerui valde importune petũt ab eis et a nuntĳs quãdo mittũtur ab ipſis. Aliquibus inueniunt occaſiones vt eos occidant: et aliquos veneno vel potionibus periunt: vt ipſi ſoli in terra dñium habeant. Itaq̃ quos ſub tyrannide ſua redigunt conſtringunt et atterunt: terribilibus oculis intuẽtẽs ac dentibus frementes in eos quos ſubiugare non poſſunt.

§. VII. Turcos et Balmanos

idest Saracenos et Comanos et etiam Tartaros ſeruos ſuos et Chriſtianos ad ſe de diuerſis locis adductos quos i bellis mediante gladio acquiſierunt: ſclauos ſuos faciunt: quos et nudos et in penuria victus extrema pene ſpiritus exhalãtes verberant et affligunt prout volunt: eoſq̃ etiam ſine cauſa ſi eis placet occidunt. Ritus autem Chriſtianos et quaſlibet ſectas et quorumlibet hominum cultus ſecure ac libere obſeruari permittunt inter ſe et vbicumq̃ etiam dominantur nec curant de quorumlibet hominũ cõſuetudinibus: dummodo ſicut ipſi precipiũt in oibus eiſdem ſeruiãt. Itaq̃ Machometi lex in eorũ exercitu a Saracenis quotidie quinquien palã oibus audiẽtibus pclamat: et etiã per oẽs ciuitates i quib⁹ ipſi Saraceni habitãt ſub dñio eorum. Sunt etiã mulieres plurime inter eos captiue. Nam preter artifices operũ quos ſibi vtiles exiſtimant: et ideo de ciuitatibus captis illos in ppetuã ſeruitutẽ ſibi reſeruãt: mulieres quoq̃ iuuenculas virgines aut cõiugatas captas ſibi focarias faciunt: eaſq̃ in nuditate et extrema famis penuria ſeruire cogunt. Hominum quoq̃ decimas vt dictum eſt accipiũt: et ipſos in ſeruitutem redigũt. Decẽ enim pueros computãt et vnu accipiunt: et de puellis idem faciũt: quos oẽs ducunt in terram ſuã: et in ſeruitutẽ tenent perpetuã. Quidã etiam iuuenes vnum de ſclauis ſuis eligunt: vt in tumulo ipſorũ ponat cum eis: qñ in morte ſepeliendi ſunt. Deniq̃ ſubiectis ſuis adeo odioſi ſunt: vt etiã multi q̃ cũ eis i exercitu ſunt: ſi haberẽt fiduciã ſunt: vt etiã q̃ noſtri nõ eos occiderent: ex omni parte ꝯ illos pugnarent: ſicut ipſimet fratri Joãni dixerunt. Tartarorum aũt mulieres turpiſſime ſunt. Uxorate quidẽ oẽs ſup capita ſua deferunt caniſtrũ longitudinis vel unius pedis ac fere dimidĳ vndiq̃ rotundum: et in parte ſuperiori latiorẽ: coopertum ornatumq̃ vndiq̃ ſerico vel ſamite: atq̃ margaritis et monilibus circundatum: oculis pauonum infixis deſuper ad decorem. Habent etiã frena phalerata et inargẽtata et inaurata: atq̃ in pectoralibus cãpanulas infixas magnum emittentes ſonitũ ad gloriã earum et decorem: palafredos equitant magnos et pingues. Habent cambucas de corio diuerſis coloribus depicto cũ auro multo inſerto ex vtroq̃ equi latere dependentes. Uirgines autem et non vxorate de facili diſcerni non poſſunt a viris: quoniam in oibus maxime in habitu ac geſtu vniformes ſunt illis. Uxores autem magnorum baronũ oẽs indute ſunt ſamitis vel purpureis deauratis: ſicut et mariti earum. Cõiter aũt alie mulieres bachorano ſtricto ſub cingulo multiplicis ſumptuoſis operato et inſuto omnes veſtiuntur: quod ante in ſe totum vnum continuũ eſt: poſtq̃ indutum eſt in ſiniſtro latere cum quatuor vel quinq̃ nodulis clauditur vel firmatur. Habent etiam alia indumenta de pãno lineo albo communiter omnes Tartari: quo ſe induũt deſuper in tempore pluuiali vel etiam hyemali. Et viri quidem earum acceptis ſagittis diuo nihil operãtur: ſed exercẽtes ſe ad ſagittandum/ venantur et inter ſe luctantur. De gregibus etiam aliquantulũ habent curam equos valde cuſtodiunt: immo etiã rerũ omnium maximi cõſeruatores. Porro mulieres opera diuerſa faciunt: operantes ſcʒ pellices/ veſtes/ calceos/ ocreas/ et oĩa que de corio ſiunt. Currus etiam ducunt et reparant: camelos onerant: et alique ſicut viri ſagittant: femoralibus etiam vtuntur ſicut et viri. Sunt etiam velociſſime: et in oibus operibus ſunt ſtrenue. Uirgines et oẽs mulieres quum equitant: pharetras et arcus portant. in equis q̃ʒ ſicut et viri agiliter currũt: et vtreq̃ i equitãdo multũ laborare poſſunt. Quũ aliq̃s eoꝝ ad mortem infirmantur: haſta vna in eius ſtatione erigitur: et circa illam filtrum nigrũ circũuoluũt: et extũc nullus audet intrare terminos ſtationis illius. Quumq̃ fuerit mortuus: ſi de minorib⁹ eſt: occulte in campo ſepelitur cum vno tentorio ſuo ſedendo in medio eius. Ponuntq̃ menſas ante illum et alueolum carnibus plenũ: et lactis iumentini ſcyphũ. ſepelitur etiã cum eo iumentum vnum cũ pullo et equus cũ ſella et freno. Aliũ autem comedũt: et ſtramine corium eius implentes ſuper duo ligna vel quatuor in alto ponunt. que oĩa faciunt pro mortuo vt habeat tentoriũ et iumentũ in alio mundo. de quo ſcʒ iumento lac habere poſſit: et equos ſibi multiplicare: in q̃b⁹ etiã valeat equitare. Oſſaq̃ illius equi quẽ comedũt: p aĩa eius cõburũt. vñ ſepe cõueniũt mulieres ad oſſa comburenda p aĩabus ipſorũ mortuorũ. Si vero diues et magnus homo fuit Tartarus qui moꝛit: cũ habitu precioſiſſimo ſepelit: ac remotius ab oibus in abſcondito loco: ne habitu ſpolietur amici quoq̃ ipſius equũ ei⁹ a capite incipientes vſq̃ ad caudã excoriãt: et extẽdũt et palea implent coriũ vt dictũ eſt: et carnes equi p aĩa illi⁹ comedũt: et planctũ ſup mortuo quidã p xxx. dies: qdã plus: q̃dã minus faciunt. Magni quoq̃ barones: vt dictũ eſt/ añq̃ moriant: vnũ ſibi de ſclauis ſuis eligũt quẽ ſigno quodã ſuo ſignãtes qñ moriuntur/ viuum poni ſecũ in tumulo ſuo faciunt. Sunt enim Tartari quidam inter alios chriſtiani q̃dẽ ſed peſſimi: quorũ filĳ quum pr̃es ſeneſcere vident: ne tedio ſenectutis aggrauarentur: dãt eis comedere pinguia quedã: vt caudas arietũ et hmõi: quibus oppreſſi de facili valeant ſuffocari. Quumq̃ ſic mortui fuerint: corpora eorum cõburunt: ac puluerem eorum colligentes quaſi precioſum quiddam cuſtodiunt: indeq̃ quotidie quando comedunt cibaria ſua de hoc puluere aſpergunt.

Tartarorum mulierum ornatus.

Tartarorum funebris pompa.

§. VIII. Rege Dauid cum oĩbus ſuis necato

vt predictũ eſt/ a Tartaris/ Cingiſcham ceteriq̃ Tartari de perpetratis ſupra modum glorantes flagitĳs/ in tantam amentie exarſerũt ſuperbiã: vt inſtigante diabolo conciperent animo ſicut dñi ſui terram: ita totum paulatim mundum ſubiugare dñio ſuo. Animati namq̃ ſup obtenta victoria de Indis: deo permittẽte regiſq̃ Dauid et populi ſui exigentibus peccatis: iuuenib⁹ fortib⁹ ac bellatoribus viris ſecũ retentis et in ſeruitutem ſuam redactis: cir-

cum adiacētes regiones ceperunt paulatim inuadere ⁊ ex-
pugnare: tandēq; ſuo dñio penitus ſubiugare. Sicq; qui a
principio pauperes ⁊ abiecti ſclaui ⁊ tributarij erāt terram
regis Judie inuaſerunt ſuperordinante dei iudicio ⁊ multoꝝ
populorum peccatis exigentibus: in auro ⁊ argento ⁊ poſſeſ-
ſionibus animalium ac multitudine ſeruientiū diuites facti
ac fere ſuper omnia colla orientalium nationum dñi effecti
ſunt: ita vt fere vſq; ad ortū ſolis ⁊ ab ortu ſolis vſq; ad ma-
re mediterraneum dilatati ſint: ⁊ innumerabilia regna ſuo
dominio ſubiecerint. In omnibus aūt terris q̄ ab eis deſtru
untur: ſtatim fames valida ſequitur: ſicut poſtea per exēpla
manifeſtabitur. Plurimis itaq; terris in ſeruitutem eorum
redactis: quedā viriliter reſtiterūt eis. Uidelicet India ma-
gna: ⁊ quedā magna pars Alanorū: ⁊ quedā pars Scitorū: ⁊
gens Saxonū. Quandā enī ciuitatē eorum Tartari obſede-
runt: ſed ei preualere non potuerūt. Et reuera Tartari non
parū timidi ſunt erga illos qui eis fortiter reſiſtūt: nec vnq̄
inſiliunt in hoīes conſtantes ſeq; viriliter defendentes atq;
repugnātes: ſed virtus eorū eſt cōtra fugiētes: itaq; ſup oēs
populos timēt Francos. Sic enim oēs tranſmarinos largo
vocabulo nomināt oēs Chriſtianos. Unde fratres predica-
tores miſſi a papa ad eos / quū veniſſent in exercitum eorum
Francorum nomen terrori eſt Tartaris.
timuerūt ipſi Tartari valde: dicebantq; p exercitū q̄ Fran-
ci veniebāt: qui ſequentes fratres in media Turcia erāt. De
niq; vbi poteſtatē habent: Frācos in ſolidis ſcʒ ſtipendijs re
cipi prohibēt. Quantū vero oderint Tartaros Saraceni et
Georgiani ⁊ Armeni ceteriq; populi q̄ eis tributarij ſeruiūt:
nulli dubium eſt. Fratribusq; predictis ipſimet eorum affli-
ctione ⁊ miſeris cōſtricti retulerūt / q̄ vt dictū eſt: ſunt inhu
maniſſimi. Itaq; poſt victoriā vt predictū eſt: ſuperbe ceruicē
erigentes: ac de totius mundi ſubiectione preſumentes: ad
Coraſminos tranſmiſerūt primos nuntios tanq̄ ad ſibi pro
pinquiores: arrogāter eis mandātes quatenus Cingiſcā
⁊ eius exercitui humiliter obedirēt: eiq; ſeruitiū perpetuū
cum tributo impenderēt. At vero Coraſmini ſuper manda-
tione ſibi facta q̄ plurimū indignati: predictos nuntios oēs
fecerunt interfici. Tartari ergo ſup illorum occiſione ſupra
modum indignati ⁊ cōturbati: congregata multitudine ma-
gna Tartarorū: eorumq; qui eis voluntarij vel inuiti ſe con
iunxerant: terrā Coraſminorū inuaſerunt: quotquot inueni
re potuerunt ex eis gladio proſternētes: oēſq; alios tanq̄
exules ⁊ profugos de finibus illis penitus effugātes. Itaq;
Coraſmini perſecutionē eorū declinantes fugerūt: ⁊ in fines
Perſidis maximeq; in ciuitatem Georgie Tripolim effuge-
rūt. Ubi etiā .vij. milia hominū occiderūt. Poſtmodū vero
quum in fines illos Tartari ſuperuenerunt: iterū Coraſmini
fugientes ad tempus in terra Soldani Turcie latitarunt.
Poſtea vero a ſoldano Babylonie dño Egypti inuitati atq;
cōducti in regnū Hieroſolymitanū venientes ⁊ Chriſtianos
debellantes: ante Gazam ciuitatē magnā Francorum mul-
titudinē dño permittēte proſtrauerūt: ⁊ glorioſum dñi noſtri
ſepulchrū deſtruxerunt: atq; intra ſacrā ciuitatem Chriſtia-
nos q̄ plurimos occiderūt qđ factū eſt anno dñi .M.ccxliiij.
ſicut infra dicetur in loco ſuo. Qui ſcʒ Coraſmini poſtq̄ deo
permittente tantum facinus ⁊ impietatē cōmiſerunt: tandē
ipſo dño diſponente iam fere omnes ad nihilū redacti ſunt.
Quia vero de montibus Caſpijs hic facta eſt mentio: hoc
vnum qđ in dubiū mihi venit inſerere volo. Quum enim di-
quid de Judeis inter mōtes Caſpios ab Alexandro incluſis ſentiendum ſit.
cant hiſtorie noſtre ſcholaſtice q̄ Alexāder magn9 rex Ma-
cedonum oratione impetrauit a dño incluſionē Judeorū in-
ter montes Caſpios: ipſoſq; circa finem mundi predicēt exi-
turos fratres noſtri ſcʒ ordinis predicatoꝝ in Georgie ciui-
te Tripoli: que prope montes Caſpios eſt: vbi per .vij. annos
cōmorati ſunt: diligēter a Georgianis ⁊ a Perſis ⁊ etiā a Ju
deis de incluſione illa inquiſierunt: ⁊ dicunt oēs etiam oēs
ipſi Judei q̄ nihil penitus inde ſciunt: nec vnq̄ iſtud in ſuis
hiſtorijs inuenerunt. Hoc aūt ſcriptum habēt tantūmodo: q̄
Alexander ille quoſdam hoīes immūdos ⁊ horribiles prope
mōtes Caſpios habitantes: qui alios hoīes ⁊ etiam ſeinuicē
comedebant: intra montes illos habitare coegit: ⁊ etiam ibi
portas extrui fecit: que ſcʒ adhuc porte Alexādri dicte ſunt.
Unamq; illarum Tartari congregarunt: ⁊ nihil aliud veri-
tatis reperitur in locis illis.

§.IX. De Georgianis.

Quum fama exiſſet in vniuerſam terram Damiatam fuiſſe acqui-
ſitam a Chriſtianis: vt ſupra dixim9: licet eam parum tenue
rint: q2 quum Chriſtiani poſtea fuiſſent ſuperati a Turcis: ⁊
multi ⁊ principaliores fuiſſent capti: pro redēptiōe oportuit
eos reſtituere Damiatam: audiētes hoc Georgiani literas
miſerunt ad catholicos q̄ erāt in terra ſancta: dicētes q̄ ex-
citatus erat gens illa Georgianoꝝ rubore. Unde ⁊ rex eoꝝ cōuo-
cās principes ſuos decreuerat ⁊ iurauerat ſe obſeſſurū ali-
quā ciuitatem famoſam Saracenorū: allegans ſibi verecun
dum eſſe q̄ Franci de tranſmarinis partibus ⁊ vltimis ter-
re finibus venientes per mare ſpatioſum periculis plenū / tam
munitam ciuitatem obſidione longa obtinuiſſent: niſi ⁊ ipſi
q̄bus erat facilius per fidem impugnare: Damaſcū vel aliū
locū notatū virtute caperēt armorū. Sunt aūt iſti Georgia-
ni cultores chriſti ritum habētes Grecoꝝ: Perſidis vicini: lō
go terraꝝ tractu a terra promiſſiōis diſtantes / quoꝝ dñiū ex-
tendit vſq; ad Caſpios mōtes. Bellicoſi ſunt hoīes habētes
raſuram in capite: clerici rotūdam: laici quadratam. Mulie
res eorū equeſtris ordinis docte ſunt ad prelium. Hoīes iſti
qñ ordinatis aciebus ſunt aggreſſuri: pugillarē cucurbitā
vino plenam puro velociter ebibunt: et ſtatim aduerſarios
ſuos viriliter inuadunt. Cōputandū aūt eſſe nō dubitamus
inter beneficia tutoria noſtri Jeſu chriſtiq; a ſiccarijs perſe
cutorum maiores noſtros defendit in obſidione Damiate.
Uſitatū ſiquidē habebāt Aſſiſini ⁊ eorum p̄ceptor vetul9 de
montanis / cultellos mittere contra chriſtianos: ad interci-
piēdum vitā eorū q̄ negotiū chriſtianitatis propenſius procura
bāt. Nā in treugarum tpe filiū Tripolitani comitis adoleſcē
tem ſpectabilē in eccleſia btē Marie virginis apud Torto-
ſam ante altare procūbētē nequiter occiderunt. Unde militia
tēpli non ceſſauit eos perſequi pro tā violēta ⁊ irreligioſa occi
ſione: donec humiliarent eos vſq; ad ſeruitutē. Etiā nunc
byzantiorum milia annuatim Templarijs p̄ſoluunt. Eiuſdē
obſidionis tpe Leuo rex Armenie defunct9 eſt in terra ſua.
mortuus quoq; eſt Soldanus Iconij: q̄ creditur baptizat9
fuiſſe. q̄ tante benignitatis erat in chriſtianos: vt guerrā ha Soldanus Iconij.
bens cū Saracenis / ſolui iuberet chriſtianos quos inueniſ
vinculatos l munitiōib9 quas expugnauit: ⁊ in optiōe eorū
poneret verū vellēt in patriā ſuā redire: an acceptis ab eo
ſolidis ſub ipſo potius eligerent militare. Idē xpianos adeo
familiares habebat: vt cuſtodes corporis ſui cōſtitueret eos li
cet pater eius a quodā Greco fuerit interfectus. Manute-
nuit etiā Miralim filium Saladini exheredatū a patruis filios
Saphadini quantum Caliphus permittebat de Baldach pa-
pa ſuegentis. ¶ Anno autē ab incarnatione dñi .M.ccxxi.
vt refert Uincē. ſpe. hiſto. li. xxxi. Tartari Georgiā intraue-
runt: eāq; vaſtare ceperūt. Quidā vero magnus baro Geor-
gie cū vxore ſua ⁊ filio ad mōtes Caſpios cauſa ſolutionis
acceſſit. At in via illa tres magni Tartari latebant: capien-
dorum cauſa inuicē ſpoliorum cōfederati. Quūq; p illa p̄ſi-
nia vagarentur: explorātes an poſſent aliquid inuenire: vnus
eoꝝ veſtigia militis ac ſuorum in via deprehēdit. Inſecutus
ergo veſtigia baronē illū cū vxore ⁊ filio rebuſq; viuū app̄-
hēdit: ⁊ oēs cū rebus ſuis ad ſocios ſicut cōdixerāt inter ſe
introduxit. Quūq; de cōcordatiōe rerum ⁊ perſonarum ita
cōcordaſſent: vt vnus haberet baronem: alius filiū: alius au
rum: ⁊ vxorē pro cōi venderent: ille q̄ pro parte ſua puerum
habere debuit / recuſauit dicēs. Nūquid iſte puer qui quaſi
vnus caniculus eſt: pars mea erit: quē me etiā nutrire opor
tebit? Abſit. Tandē aliter in hoc cōcordauerunt: q̄ pater et
filius occiderentur: ⁊ aurum in cōi partirentur: ⁊ mulier vendere
tur: quod ⁊ factū eſt. Illaq; mulier que corā ſe maritum ⁊ fi
lium occidi pariter vidit: poſtea in Georgia monialis effecta
monaſticam geſſit vitam. ¶ Quia vero Tartari in ſignum
victorie ⁊ glīe ⁊ numeri occiſoꝝ certitudinis habende: vnum
de mille occiſis quaſi millenarium capite ſubuerſo ac pedi-
bus erectis in locū eminentem erigere cōſueuerāt: in vaſta-
tione Tripolis Georgie ciuitatis p habenda certitudine de
ſuis occiſis .vij. hoīes ibi pedib9 erectis capitib9 ſuppoſitis
in .vij. eminentibus locis diuerſis infixerunt. Sed et parum
ante Tartarorū aduentū in eadem ciuitate occiſi fuerant a
Coraſminis (vt dictum eſt. ſ.) vij. milia hoīm. ⁊ poſtq̄ ibi fa-
cta eſt occiſio ſecuta eſt fames inaudita. Hec autē terra vi-
delicet Georgia ab antiq̄s tēporibus Antiocheno patriar-
chatui erat ſubiecta cū Armenis ⁊ Cappadocia ſiue Turcia.
Accidit aūt in Turcia tantā fuiſſe guerrā: q̄ Georgiani non
potuerunt tranſire per Turciam in Antiochiam cā viſita-
tionis ⁊ confirmationis aliorum que immediate pertinent
ad patriarchā. Habito igitur inter ſe conſilio / miſerunt nun
tios ſuos per mare Conſtantinopolim ⁊ inde Antiochiā po
ſtulantes a patriarcha vt eis vnū catholicum. ſ. vniuerſalē
epiſcopum cōcederet: q̄ eis in loco patriarche exiſteret. Tūc
patriarcha miſit eis ampullam chriſmatis: dicens vt de illo
de .vij. anno in .vij. annum catholicus chriſma paululū. Lini-
miſcēdo de ipſo cum oleo nouo cōficeret: ⁊ ad hoc oēs epi cō
uenirent: qđ ⁊ fecerunt vſq; nunc. Et illud chriſma miſſum
ab Antiochia in Georgiam (vt dr) reſeruat adhuc. Cū eodē
chriſmate miſit patriarcha literas cuidam archiepō: cōtinē
tes vt ille quē ipſi eligerēt cōiter et canonice: poteſtatē habe
ret confirmare catholicos: ⁊ ita factum eſt. Quoniā ergo ſic
eis fecit patriarcha: dederunt ei Georgiani centum caſalia

Poſt

Poſt hoc accidit ꝙ patriarcha Hieroſolymitanus depaupe ratus venit ad patriarchā Antiochenū: ⁊ conquerens ⁊ oſtē dens ei ſuam paupertatem. Tunc Antiochenus patriarcha eccleſie dedit Hieroſolymitane ⁊ fratribus de ſepulchro cen tum illa caſalia que ſibi Georgiani dederāt antea. Itaq; illa caſalia modo tenet archidiachonꝰ ſepluchri dñi ex pte Hie roſolymitani patriarche ⁊ capituli de ſepulchro in Georgiā miſſus. Illaq; poſſidēs a Tartaris ſicut alij ꝙplurimum eſt impetitus. Sunt autē in Georgia tam ep̄atus ꝙ archiepiſ catus. xviij. Sed catholicus. i. vniuerſalis ep̄s chriſmales co ep̄os facit: ⁊ illis mediantibus chriſma ceteraq; ſacramenta vēdit. Mulierē ſterilem q: ſterilis eſt a marito mediante pe cunia ſeparat. Monachi quoq; ⁊ abbates Georgiani aperte ſunt ſimoniachi ⁊ vſurarij. Itaq; cancellaria Georgie a mo nachis emitur ⁊ publice poſſidetur.

§. X. Poſt Georgiam intraue

runt Tartari maiorem Armeniam: ⁊ eam vaſtauerunt ſibiq; ſubiecerūt. In Armenia eſt ciuitas nobiliſſima q̄ Ani voca tur: vbi ſunt mille eccleſie: ⁊ ac centies mille familie ſeu do mus inhabitate: q̄uā Tartari ceperūt in. xij. diebus. Eſt etiā ibi prope Ani mons Arath: vbi requieuit arca Noe: ⁊ in pede mōtis eſt prima ciuitas quā edificauit idem Noe: ⁊ vocatur hec ciuitas Laudume. Circa illā defluit fluuius Arathoſi: qui fluit per medium Mongani: vbi ſunt in hyeme Tartari

Arca Noe vbi requieuit.

vſq; in mare Sarmaticū. Eſt aūt mons ille Arath excelſiſſi mus: ⁊ nec vnq̄ illuc aſcendiſſe dicit homo ad cacumen eius niſi monachus vnus. Ille ſiquidē vt dicitur / quodā deuotio nis ardore cōmotus propter Arcam Noe que ibi requieuit multoties illic aſcendere conatibus quibus potuit attenta uit. Quamq; aliquā montis partē aſcenderet: membra cor poris fatigata quieti daret: ſemper poſt quietem euigilans ad pedem mōtis ſe inueniebat. Tandē deus eius affectui cō deſcendens ⁊ votum eius ⁊ orationem exaudiens: per ange lum ſuū eum monuit vt ſemel aſcenderet: ita tñ ꝙ de cetero aſcēdere amplius non attētaret. Tunc ergo ſecurus aſcēdit ⁊ poſtea deſcendens inde ſecū ex arca vnū aſſerem adduxit. Tunc in montis pede monaſteriū edificauit: in quo eundem aſſerē quaſi pro reliquijs collocauit. ¶ Armeni ſiquidem in

Armeno rū ritꝰ.

ſabbato paſche comedūt oua ⁊ caſeum in veſpere dicunt eñi ꝙ Chriſtus reſurrexit in veſpere ſabbati. Item poſt paſcha comedunt carnes p oēs ſextas feriasq̄ ſunt. vij. vſq; ad Pe tecoſten. Diem natalis dñi neſciūt: nullasq; feſta vel vigilias cuſtodiūt: nec quatuor tpa nouerūt. Per totam quadrageſi mam non celebrāt niſi die ſabbati vel dñica: q: dicūt hoīem ieiuniū frāgere quoties celebrat. Propter hanc etiā cauſam in ſextis ferijs non celebrāt ne ſcꝫ ieiuniū frangant. Diebus aūt quibus carnes comedūt / celebrant: q: tunc non ieiunāt. Multa vero ieiunia faciūt. In ſeptimana ante. lxx. q: dicit ieiuniū ſancti Sargij: a ſcḋa feria vſq; ad ſabbatum ieiuna re incipiūt. Et in ſabbato ⁊ in dñica carnes comedūt. Idem in hebḋ. ſequenti faciūt. In. iiij. ⁊. vj. ferijs oleum ⁊ piſces nō comedunt: nec vinū bibunt: nec etiā per totā. xl. Pluſq; pec care qui in. xl. comedit piſces vel oleū aut vinū bibit aſſerūt ꝙ illū qui ad lupanar vadit. Porro in ſeptimana ante qua drageſimā ita ſtricte ieiunāt: ꝙ in ſcḋa feria penitꝰ abſtinēt in die martis aliquid ſine tñ oleo et vino manducāt. Et in die mercurij oino nihil. Et in ſabbato comedunt carnes. Et hoc quidē ieiuniū faciūt maiores. Infantes aūt duorum mā ſium ſacramento cōicant ⁊ quoſlibet indifferenter. In ſa crificio aquā non apponunt. In lepore ⁊ vrſo et corniculis ⁊ hmōi ſicut Greci iudaizant. Et in calicibus vitreis ⁊ ligneis celebrant. Quidā etiā celebrant ſine paramēto: ſine veſtibus ſacerdotalibus omnino. Quidā aūt cum infula. Quidā cum diacono ⁊ ſubdiacono. Si aliquod feſtum in ſabbato vel do minica eueniat: cōmemorationē faciunt tātum: ſed nullum (vt dictum eſt) celebrāt feſtum. De purgatorio nihil credūt: ſed ſi vxor alicuius hoīs adulteraurit: ſtatim et ep̄s dat licen tiam accipiendi alterā: quod ⁊ facit. Monachi quoq; ⁊ abba tes ⁊ ep̄i potationibus vacant etiā plus ꝙ laici. Sunt etiā monachi ac preſbyteri publici vſurarij et ſimoniaci: multi quoq; illorum ſacerdotes diuinationibus vacāt ⁊ inſpectio ni granorū ⁊ hmōi. Dicūtq; ꝙ vxor ſacerdotis eo mortuo nō poteſt de cetero maritari. Preterea nullo modo cōcedere vo lunt ꝙ Chriſtus duas naturas habuit ſcꝫ diuinam ⁊ huma nam: quod eſt hereſis dānata. Dicunt etiam Georgiani ꝙ in articulis. xxx. diſcordant Armeni ipſi a fide catholica. Tan tum odium inter Georgianos ⁊ Armenos exiſtit: ꝙ Georgia nꝰ dicit. Si quis veſtrum habeat ſpinam in pede fixam trā ſiens ante Armenorum ecclīā: debet ſpinam ſuſtinere: nec ſe ad pedem ſuum euellendi cauſa inclinare: ne per hoc vi deatur ante Armenorum eccleſiam ab omnibus Chriſtia nis vilipendendam ſe inclinare.

§. XI. De tyrannide papa Roiſ

ſole ⁊ de bachatione eius in Turcos. Ut refert Vincen. ſpe. hiſt. libr. xxxi. anno dñi. M. ccxl. videlicet anno ſcḋo anteꝙ Turciam Tartari deſtruxerūt: quidā Turcomannꝰ in regno Turcie contra Soldanū ſe extulit: ⁊ ac per duos fere menſes ⁊ dimidium debachationē ſuam exercuit. Hic papa Roiſſo le vocabat: ⁊ baliuationem habebat ſuper quatuor caſalia. Qui quū quodam die equitaret per campos ſuper iumentū ſuum pulchriſſ: quidā ruſticus ei pedeſter occurrit eiulans ⁊ clamans: q: lupus rapuerat ⁊ in ſyluam detulerat filium eius. O inquit Ruſticus: audi me homo ⁊ adiuua miſerum faciem te diuitem hoīem: vel ſi malueris Soldanum. Cuius papa Roiſſole audita cauſa ⁊ accepto de promiſſione iura mento: lupum inſecutus ei abſtulit puerum: ⁊ ad patrem re portauit. Ruſticus ergo puerum ſuum letanter recipiens: Pape Roiſſole dixit: elige tibi qḋ vis de duobꝰ pmiſſis. Ille reſpondit. Quis es qui mihi ſic incunctanter promittis hec? Et ille. Ego ſum (inquit) qui de nocte vado cum dominabus que Nymphe vocantur: ⁊ ſum nuntius dei: et quicquid tibi dixero eueniet. Tunc ille. Satis (inquit) diues ſum: ſed fac me Soldanum. Et ruſticus ait. Uade ſtatim ad parentes tuos quia magne es parētele: ⁊ congregatis oībus in vnū / die ꝙ nuntius dei apparuerit tibi dicēs velle te eſſe Solda num. Quod quum feciſſet: cepit multa circa ſe caſalia inua dere atq; deſtruere: oībusq; cum quibus preliabat̄ ꝑualere. Quūq; domū quandam Armenoꝝ quaſi caſtellatam obſide ret: oēs ſuos p poſſe animauit vt viriliter pugnarēt: nihilq; mali timerent: quia nullus ſibi moreretur neq; vulneraret. Hac igit̄ cōfidentia caſtrū aſſilierūt. Et illi de caſtro octo de ſe expugnantibus occiderunt: ⁊ cōplures alios vulnerave runt: ⁊ alij vero pugnantes. ſ. occiſorum fratres atq; parentes de morte eorū dolētes: dixerūt pape Roiſſole. Quare ſic nos decepiſti ⁊ noſtros? Tūc ille ſubterfugium amentie ſue que rens ⁊ non inueniens: dicebat. O deus quid facis? an dor mis? Loquar (inquit) oībus adſtantibus vobis deo craſtina die ⁊ dicam ei cur mihi ⁊ vobis tale quid permiſit accidere. Craſtina vero die cōtra Armenos predictos aſſultum fecit: ⁊ per medias ſcapulas perforatus ad mortē ſe abſcōdi ꝑce pit: ita ꝙ videri nō poſſet quū mortuus eſſet nihilominꝰ quo q; cōſolatus eſt ſuos: dicēs ꝙ non ꝑpter ipſm a propoſito qḋ ceperant deſiſterent: ſed viriliter inſiſterent: q: victoriā ⁊ do miniū ſicut deus ei mandauerat de oībus obtinerent. Dixit etiam ꝙ quū foret mortuus: iret loqui cū deo ſup his q̄ acci derant rationē queſiturus. Quēdā etiā pre ceteris ſibi de ge nere ſuo priuſq; moreret̄: conſtituit vt preeſſet loco ſui: eiq; obedirent vt ſibi: q: Turcie dñiū obtinerent: ſi in ꝑpoſito ac opere incepto permanerent. Ille igit̄ inſtitutus in opere ce pto perſiſtebat: ⁊ congregata ſecum trium milium hominū multitudine / oēs ſibi reſiſtentes occidebat ⁊ deſtruebat. De niq; in terra vaſtatione tantam ſibi multitudinē pugnatorū congregauit: ⁊ ita in breui reueritus eſt: ꝙ ei libere Bazariū dum tamen pax eſſet de cetero firma inter eos: dare voluit Soldanus. Tunc trecenti Latini ſeu Franci audientes Tur cie deſtructionem fieri per iſtos: conuenerunt in vnū ad lo cum vbi erant iſti congregati / atq; in illos exilientes eos de ſtruxerūt. Oībus eñi Turcis a bello fugientibus: nec bellū intrare audientibus / vnicus tantum Latinus mortuus fuit ibi: plures autē vulnerati. Sic igitur habita de papa Roiſ ſole victoria per Latinos: precepit Soldanus. ccc. milia ſol danorum eis dari: ⁊ q̄ oīa retinuerūt ipſi Turci. Siquidē etiā Admiraldi ſiue Baliui Turcie participant furtis que in ea fieri conſueuerūt: pactū quoq; de habenda ſecuritate cū furi bus faciunt. Tunc Latini queſierūt ſtipēdia a Baliuis Sol dani. Quibuſdam vero ſoluere recuſantibus dixit vnus. Iu ſtum eſt vt vobis ſtipendia ſoluamus: quia nos ⁊ capita no ſtra per vos habemus. Siquidem altera die quū papa Roiſ ſole veniret ad caſtrum noſtrum: omneſq; recepti eſſemus in tutiori loco: ⁊ cū. xl. millibus pugnatorum ille videntibus oculis noſtris venit ad burgum: ⁊ ibi accepit victualia quā tum voluit: nec ſaltē vnus qui cōtra illos exiret ex nr̄is fuit. Quoniā ergo vos Franci deuiciſtis eos ante quos cōparere nō audebamus: iuſtum eſt vt vobis ſtipendia perſoluamus. Itaq; non exercuit papa Roiſſole tyrannidem ſuam plus ꝙ per duos menſes ⁊ dimidiū: et tamen Turci p vices. xij. fue runt vaſtati per eum: ⁊ erantq;. xij. milia lancearum.

§. XII. Porro Tartari pluries

terram Turcie inuaſerunt anteꝙ illam cōtererent atq; de ſtruerent. Nam Soldanus per. xx. annos cū eis verſus fines Qualat habuit guerras: ita tñ ꝙ non oēs barones Tartaro rum: ſed vnus tantum vel duo inſurgebant. Tandē audien tes ꝙ a papa Roiſſole tali modo ⁊ cum tam paucis quaſi co

piſſent victoriã de Turcis tanimati obtinere q̃plurimum ex
debilitate Turcoꝝ in anno ſequẽti Turciã integre inuaſere.
Contigit aũt in antecedenti anno deſtructionis ei⁹ duo mi-
lia mulierum de Aſſeron iuiſſe ad Balneas: que p tres leucas
a ciuitate eadem ſunt remota. Quũ igitur in balneis eſſent:
τ exercitum Tartaroꝝ ſibi ſuperuenire viderẽt: nec effuge
re poſſent: cogitauerũt vt ſe Baiothnoi totiq; ſuo exercitui
ſeruituras offerrẽt perpetuo. Venientes igitur obuiam cum
tympanis τ lyris τ diuerſis muſicis inſtrumẽtis: que mulie
ſiliarum ſecũ habebãt: cantantes corã Baiothnoi ſe illi ſuoq;
exercitui obtulerũt. Nec ſic tamen ferocitatẽ animi eius mi
tigare potuerũt: ſed oẽs ibi ſtatim precepit occidi. ¶ Accidit
autem parum ante deſtructionẽ Turcoꝝ ſiq; prope Sennſer
quidã pauper Chriſtianus peregrinus Teutonicus a latro-
nibus vulneratus debilis τ infirmus mendicãs a Turcianis
querebat ſuſtẽtationẽ: tandẽ in extremã infirmitatẽ cadẽs
ſpm̃ dño commẽdauit in quodam caſali expirans. Illi vero
Turciani in quodam fimario ſepelierunt eum. At in ſubſe-
quenti nocte τ pluribus alijs noctibus luminaria viſa ſunt
ſuper eum magna: pluraq; ibi miracula a dño ſunt oſtenſa.
Multiſq; admirãtibus ac ſtupentibus. Cadrus quidã ho-
mo diabolicus nitebat admirantes cõpeſcere dicens adſtã-
tibus. Nõ credatis q̃ ille fuiſſet Chriſtianus. Erat enĩ natio
ne Saracenus: ſed forte a Saracenis declinauerat: τ amodo
vt Saracen⁹ viuere ꝓponebat. Ideoq; pro illo tanq̃ p Sa-
raceno deus p eum talia operat. Erat quidẽ illud Turcie re
gnũ nobiliſſimũ τ opulẽtiſſimũ: ibiq; ciuitates fere centum
erãt exceptis caſtris/villis/τ caſalibus. Ibiq; Melodeme: q̃
fuit vt dr̃/patria ſancti Georgij olbus abundans bonis. Ibi

Fredericus primus.

Zabigarme: vbi Fredericus prim⁹ quõdam imperator periuit
plus q̃.cc.milia Turcoꝝ τ tunc acquiſiuit Iconiũ. Sed quũ
inde Hierlm̃ pergeret: in flumine Delſaleph ſubmerſus eſt.
Quo audito Turci nocte quadã in Frãcos inſurrexerunt: τ
illos occiderũt. Saluaſtia comitatus eſt magn⁹ ſiue regnũ:
τ poſſidet multitudinẽ caſtroꝝ circũiacentiũ. Ibi eſt ciuitas

Ciuitas Sebaſte.

Sebaſte: vbi beatus Blaſius eiuſdẽ vrbis ep̃s eſt martyrio
coronatus: τ alij.xl.ſimul martyres. Ibi quoq; Finemigle re
gio eſt: vbi caſalia valẽt ciuitates. Ibi etiã eſt fluuius ſiue
ſtagnum ſpacij triũ dietarũ. Ibiq; plures regales ſedes: qua-
rũ vna eſt Sebaſte: de qua dictũ eſt. Alia Setellia: vbi eſt
finis maris. Item Zãcadalour: vbi eſt theſaurus Soldani.

Rages.

Roais q̃ que quõdã dicebat Rages ciuitas Medoꝝ: ex ha
etiã eſt Iconiũ τ alie multe vſq; ad numerũ.cxxv.e quib⁹ eſt
vna Vixaria noĩe: de qua dicunt tres illi magi de quibus dr̃
in euãge. Mat. ad Xp̃m adorandũ veniſſe. Eſt etiã ibi locus
qui dicit ſcrũs Biaſianmus: vbi eſt monaſteriũ.ccc.viroꝝ.
Cuius munitio ſi q̃n impugnat ab hoſtibus: fert ſeipſam mo
uere: monachiſq; iactas in eoſdẽ retorq̃re. Ibiq; tanta eſt
copia diuitiarũ: q̃ Admirald⁹ quidã in quadã hyeme pone
bat ad preſepe ſuũ hordeacei.x.milia arietuꝝ: exceptis alijs
qui erãt in paſcuis. Idẽ q̃.x.milia equoꝝ ad p̃ſepe ſuũ hor
deaceũ: p̃ter illos qui erãt in paſcuis τ aratris. Soldan⁹ q̃
habebat in terra ſua ſex vel ſm̃ alios decẽ argentarias: qua
rum vnica valebat.x.milia ſoldanorũ. Itẽ terra Soldani va
lebat ei quotidie.xl.milia hyperperoꝝ.i.lvij. milia marcaꝝ
argẽti. Eris aũt minere ſunt ibi tres. Minere aũt ferri plu-
res. Aluminis minera: q̃ eſt iuxta Seuaſticũ: q̃ valet vnã ar
gentarã τ venã argenti. Forum equoꝝ/vnguẽti/τ ſaponis/
reddit ei annuatim ſoldanos.cxx.milia vinũ.cc.milia. aqua
vero quotidie ſoldanos mille. Sunt etiã ibi ad min⁹.viij. ſa
linarie. Color etiã indus verſus Baudath: τ copioſi⁹ in Tur
cia. In terra Iconij inuẽta fuit lazuris minera: ſed ſuperue
niẽte terra eſt coopta. Ibi etiã preter lanas ouiũ habẽt lanã
caprinã optimã: de qua fiunt capelli de boneth: q̃ mittunt ve
nales in Franciã τ in Angliã. Itaq; Soldanus Turcie bene
põt.l.milia militũ ſtipẽdiare: dando vnicuiq; mille Byzan-
tios annuatim in reditu. In aduentu Baliui Armenie ad
ipſm in Sazariã proiecta ſunt hyperpera multa: eiq; dimiſit
ad valorẽ quingẽtarũ marcaꝝ argẽti vaſa ſua aurea τ argẽ-
tea. Idẽq; notario fecit quũ ad ipſm venit. Dixit etiã quidã
qui erat Soldani theſaurarius: q̃ in caſalia erant tres do-
mus: quaꝝ vna plena erat hypperis: due aũt drachmis. De-
niq; in anno quo fuit pcrit⁹ Soldan⁹ a tartaris: ante pugnã
dedit.xvi.milia paria veſtimentoꝝ de ſamito τ de thabith.

§.XIII. De magnatibus ſubie-

ctis Soldano Turcie. Porro rex Armenie minoris Solda-
no Turcie in.ccc. lanceis p quatuor mẽſes tenebat ſeruire.
Inſup facere ꝓclamari legem Machometi ſemel in anno in
ſua maiori ciuitate. Monetam q̃ in terra ſua fieri faciebat:
cuius medietas Soldani erat. Similiter dñs de Lãbro tene
bat ei deſeruire in.xxix.lanceis eodẽ modo ſcz quocunq; ille
vellet mittere. Bachatius q̃ in.cccc. lanceis eidẽ ſeruiebat
quoties volebat. Itẽ dñs de Trapeſondes dabat ei.cc.lan-
ceas. τ Soldan⁹ Alapie quoties volebat ei ſeruiebat in mil
le lanceis. Dñs de Melerdin: τ dominus de Tãrapheioniſq;
de Meredin: τ Soldanus de Mameta: et ille de Camela: et
Soldanus Damaſci: τ ille de Mõteferraquin: τ ille de Ma
mauth tenebantur ei facto homagio τ iuramento mediante
ipſum adiuuare ſm̃ omne poſſe ſuum cõtra quoſcũq;. Itaq;
Soldanus iſte faciebat ſe ꝓclamari dñm totius mundi. Et
qñ filius eius fuit natus: clamari fecit q̃ natus erat fili⁹ ſo-
lis. Nũq̃ ibãt cũ minori ſocietate q̃ decẽ miliũ hoim̃. Quũq;
adhuc eſſet in maiori poſſe ſuo: dixit dño de Zambro q̃ ipſe
in perſona propria volebat ire ad papã: eiq; reddere totam
terrã ſuam: dũmodo quiete poſſideret arcẽ vnã: τ hoc quidẽ
ſtatim fieri voluiſſet: niſi vel dñm de Zambro ab Admiral-
dis interficiendũ timuiſſet. Itaq; dñs de Zambro conſoluit
ne iret: ſed potius mitteret. Poſtea vero eius ꝓpoſitũ impedi
tũ nec ad effectũ perductũ eſt. Eſt aũt in eius regno fortiſſi-
mũ caſtrũ qđ Canderaria dr̃: vbi eſt theſaurus eius. Et dicit
q̃ ibi ſunt.xvi. pitharie plene auro depurato in ipſis liqua-
tore: exceptis lapidibus precioſis: τ pecunia multa nimis. Hec
aũt oĩa p Francos acquiſiuit etiam tpe Gothifredi de Biliõ
τ ep̃i Delphin. Sed poſtq̃ a Francis ſe Soldanus retrahe-
re cepit: nunq̃ vt prius verſus fuit. Siquidẽ [illegible]aiſadinus
qui tpe deſtructionis regni erat Soldan⁹: per Frãcos in re
gnum fuerat exaltatus. Quũ enĩ Haaladinus Soldan⁹ mo
riturus eſſet: dedit eidẽ filio ſuo Gaiaſadino gladium ſuum
tanq̃ vero heredi: quum tñ illegitimus eſſet: τ Haaladinus
ipſe duos filios ex ſorore Soldani Babylonie legitimos ha-
beret. Habuerat autem ipſe Haaladinus vnũ admiraldum
nomine Sadadrinum: qui dib⁹ Admiraldis preerat: oĩmq;
capita abſciderat. Mortuo ergo Haaladino venit iſte Sa-
dadrinus: τ dixit Gaiaſadino. Veni mecũ: τ ego te modo fa-
ciam Soldanum. Tunc apud domum quandam Soldani
Conquebach dictã iuxta Sazariam venerunt: vbi.xvj.milia
Coraſminorũ in ſolidis Soldani conſiſtebant: τ ex ſe quen-
dam Soldanum facere volebant. Sed Francos mirabiliter
timebãt: q̃ vſq; ad mille ibi tũc erant. Venit ergo Sadadri-
nus: τ Gaiaſadinũ accepit: τ eumq; in Sazariam adduxit. In
BEatus Ludouicus Rex Francie erectus fuit ſeu inunctus τ coronatus anno.xiij.etatis ſue:defuncto patre eius Ludouico rege:regina blancha ſuperuiuēte:que fuit deuota mulier:τ in annis puerilibus docebat filium timere deum τ abſtinere ab omni peccato:adeo q aliqñ ei iam adoleſcenti cordialiter diceret:q potius vellet eum mori corporaliter q̄ deum ... offendere aliquo peccato mortali. Et vt plenius eum in c. ſapientia diuinorū τ honorū morū inſtrueret:voluit ſpecialiter in magiſtros τ doctores eius hr̄e religioſos viros predicatorum τ minorū ordinū:qui tunc maxime florebāt in eccleſia ſctitate vite τ al ſciētia. Cepit aūt regnare circa annos dn̄i.M.ccxxviij. In principio autē regni eius aliqui ex regno principes illi fidelitatem iurare noluerunt:vt debitum erat. Sed mater eius dn̄a Blancha mulier prudentiſſima ad tempus diſſimulauit. Sed τ Ferrandum Flandrie comitē:q̄ fere.xij.annis in carcere dn̄i regis detētus fuerat:circa Epiphaniam dn̄i multa redēptum pecunia liberauit. Eodē anno grauis cōtra eū vt nouū regē Frācoꝝ facta cōiuratio eſt. Nam Theobaldus comes Cāpanie cum Hugone comite Marchie τ cum illis Petrus mauclericus Britannie comes adinuicem cōtra regē colligati ſunt. Rex vero diſſimulare decetero periculoſum ratus:collecto exercitu vna cū patruo ſuo Philippo Bolonie comite:ac domino Romano ſedis aplīce legato:erga comitē Campanie:qui caput τ author huius coniurationis videbat̄:iter arripuit. Cōiuratio ı Ludouicū. Sed anteq̄ terras eius intraret:comes Campanie meliori vſus conſilio/a prauo propoſito reſiliuit:ac ſupplex ad regē tanq̄ ad dn̄m ſuū venit:τ illi homagium fecit:et fidelitatē iurauit. Rex aūt comites/Marchie atq Britannie citatos ad parlamentum ſuum venire precepit. Qui videntes ſe regi non poſſe reſiſtere:τ infidelitatem comitis Campanie deteſtātes iuxta regia mādatū venerūt:atq ſe ſimpliciter in manibus eius ponentes homagium debitum preſtiterunt. Attamen non poſt multum tempus ſcientes q Cāpanie comes qui regi totaliter adheſerat:praua eorū conſilia cōtra regē inita denudauerat:ipſum non in occulto ſed in apto impugnare ceperūt. Et quibuſdā illis nobilibus adherentib⁹ magna collecta armatorū copia/eius terras hoſtiliter intrauerunt:atq oīs incendio τ prede exponentes/quoddam munitiſſimū eius caſtrum noīe Cahorſam obſederunt. Qđ poſtq̄ regi innotuit:mandauit illis per lr̄as:vt ſtatim ab obſidiōe recedētes terram comitis exirent. Sed quum mandatis regis nō obtēperaſſent:rex ſtatim collecto exercitu ad ſoluendam obſidionem properat. Cui⁹ audito aduentu timētes receſſerunt. At comes Britannie cōſilio τ auxilio quorundam baronum Francie ſuperbus/patenter contra dn̄m ſuum regem inſurgit:atq regem Angloꝝ Francis ſemper infeſtum cum multitudine ſuorum infinita ad ſuum auxiliū euocās contra Ludouicū in Franciam venire fecit. Rex aūt ipſū preueniens/terras eius hoſtiliter intrauit. Atq aliquibus caſtris violenter expugnatis:regē Anglorum in inſulā ſuā Anglie redire coegit. Poſt cuius receſſum comes omni auxilio deſtitutus/regia mandata iurauit tenere. Sed τ in principio regni ſui rex Ludouicus magnam militiam ꝯ Albigenſes hereticos miſit:qui contra iuramentum ſuum factū illā hereſim abiurando ad vomitum redierant:τ diu bellatū eſt inter fideles τ hereticos. Sed τ poſt abſceſſum Henrici regis Anglorū qui in Britanniā tranſfretauerat:dominus rex Ludouicus vt redderet comiti Britannie Petro ꝓ hijs q̄ attētauerat:vrbē Andegauenſiū et caſtrū Brēne qđ ſibi ad vitā conceſſerat:eidem abſtulit/τ in ſuam ditionē reduxit. Qualiter autem rex Ludouicus audiuit Balduinū regem Conſtātinopolitanū obſeſſum a barbaris Conſtātinopoli:τ gentib⁹ armorum τ magna quātitate pecunie:τ propter hoc Balduinus ſibi τ matri eius largitus eſt coronam ſpineam quā in ſua capella regia habet:dictum eſt ſupra.

§.I. Rex Frãcie Ludouicus anno dñi. M.cclxviij. aſſumpta cruce ex quadam grauiſſima infirmitate liberatus/ꝓ recuperatione terre ſcẽ cum multis baronibus iter tranſmarinũ arripuit. Et cũ eo ex ciuitate pariſiſ exierunt venerabilis Addo Tuſculanus epũs cardinalis legatus apoſtolice ſedis: et duo fratres germani eiuſdẽ regis ſcilicet dñs Robertus Attrebateñ. ⁊ dominꝰ Carolus Andegaueñ. comes: et multi alij regni barones. Venientes ad aquas mortuas: vbi claſſem ſuã parari fecerat: in feſto beati Bartholomei intrauit mare. Recedẽſq a portu nauigijs duce deo miſo paulo ante feſtum beati Matthei in Cyprũ apud Jmmotium applicuit. Sʒ qꝛ galee ſue ac cetera claſſis cum baliſtarijs ac peditibus ſuis nondũ aduenerant: propter hyemis inſtãtiam in Cypro vſq ad paſchale tempꝰ expectauit. Quo medio tempore rex et oẽs nobiles illius regni contra Saracenos crucis ſignaculum acceperũt. Eodem tꝑe Soldanus Babylonie: qui ad inuadendas chriſtianorũ terras magnum exercitum ꝯgregauerat: audito de aduentu regis Francoꝝ: cõſiliũ reuocauit: ⁊ in Egyptũ rediẽs Alexandriã ⁊ Damiatam vrbes victualibus ⁊ bellatoribꝰ muniri precepit. Eadẽ autem hyeme multi de exercitu Frãcoꝝ graſſante epidimia defuncti ſunt. ſ. epiſcopus Bellouaceñ. ⁊ comes Montiſfortis. ⁊ comes Vindocenenſis. Guilielmus de melletore Guilielmus de barris: ⁊ alij comites ⁊ populares: quorum eſtimatus numerus vſq ad mille.xl. Et eo tꝑe quum rex eſſet in Cypro recepit literas a principe magno Tartarorum Ercaltay de conuerſione ad fidẽ imperatoris Tartaroꝝ: vt dictum eſt ſupra in vltimo. §. capituli ꝓcedentis. Dum etiã eſſet rex in Cypro: rex Armenie audito eius aduentu: ſolennes nuntios cum regalibus exenijs ad eum miſit: ſe offerens eius voluntati. Quum autẽ rex audiſſet inter dictũ regem ⁊ Antiochenum principẽ eſſe diſcordiã: que plurimũ chriſtianitati eſſet dãnoſa: ad vtrũq ipſorum miſit nũtios: egitq cũ eis vt inter ſe treugam per duos annos facerẽt. Miſitq ꝓncipi Antiochie ſexcentos baliſtarios: ꝓpter Turcomannos qui eius fines grauiter infeſtabant. Jſs diebus capti ſunt quidã qui confeſſi ſunt ſe ⁊ alios plures miſſos a Soldano Babylonie: vt quocũq modo poſſent regẽ et eius principes veneni maleficio enecarent. Audierat enĩ Soldanus Babylonie eius aduentum in Cyprũ. vnde ſibi et ſuo regno vehemẽter timebat. Et ob hanc cauſam niſus eſt omnibus modis Alapie Soldanum (qui ſibi inimicabatur) recõciliare. qui eius agnoſcens verſutias: ipſius ꝓmiſſiones cõtẽnebat. Ob quorum etiã concordiã Caliphas Baldacenſis/⁊ Senes de monte nuntios ſuos ad vtroſq deſtinauerãt: ſed minime potuerunt qđ petebãt obtinere. Quare indignatus Soldanꝰ Babylonie: vrbem Chamele que Soldani erat Alapie: pergentes ſuos fecit obſideri: et ipſe Damaſcum ſe contulit. Soldanus autem Alapie audiens vrbẽ obſeſſam: collecto exercitu properabat vt obſidionẽ ſolueret. Sed Caliphe nuntij inſtabant vt inter ſe pacem componerent: proponẽtes eis pericula que inſtabant genti Saracenorum ex eorum diſcordia ꝓpter exercitum chriſtianorum qui per regem Francorum potentiſſimum congregabatur in Cypro Sed ille verbũ pacis nullatenus admittere voluit quandiu in eius terra Babylonicus moraretur exercitus: ſed aſſerebat proculdubio die ſequenti ſe cum eis pugnaturum. Unde dicti nuntij conſiderantes quantum eſſet periculum: ſi duo potentiſſimi exercitus inter ſe cõmitterent bellũ: tantũ apud duces exercitꝰ inſtiterunt/ꝙ Babylonicus exercitus obſidione ſoluta ad propria remearet. Inter hec autẽ magiſter militie tẽpli et Mareſcallus hoſpitalis ſcripſerũt regi Francorum ꝙ Soldanꝰ Babylonie cũ magno exercitu erat in Damaſco: vnde timebant ne Joppen vł Ceſaream vellet obſidere. Poſt hoc non multis diebus elapſis: notificauit iterum magiſter dicto regi per literas: ꝙ Soldanus Babylonie per quendam ſuum Admiratum fecerat eum requiri: vt de intentiõe domini regis eum certificaret: qꝛ libẽter Soldanꝰ cum eo pacem habere vellet. Qđ rex valde moleſte tulit: ex eo ꝙ publice dicebatur ꝙ Soldanus dictũ Admiratum ad dicti magiſtri petitionem ad eum miſerat. Quare mãdauit eidẽ magiſtro ne tales nuntios decetero abſq ſuo mandato ſpecialiter reciperet aut colloquium decetero cũ eis habere preſumeret. preſertim qꝛ Turci ex hoc ipſo poterant preſumere ꝙ ideo apud chriſtianos talia tractarent: quia Francoꝝ regem viribus inferiorẽ exiſtimarẽt. Interea miſit dominꝰ rex patriarchã Hieroſolymitanum ⁊ epm̃ Sueſſioneñ. ⁊ Coneſtabularium ſuum in Achonẽ pro vaſis ⁊ marinarijs conducendis: ⁊ ſedanda diſcordia que inter Balinũ regem Cypri ⁊ Venetos erat exorta. Sed ⁊ inter Piſanos ⁊ Genuenſes etiam valde periculoſa interuenit diſſentio. Igitur qui venerãt: dño adiuuãte ad tẽpus his ſopitis diſſentionibus: conduxerunt nauigia ſufficientia ad ꝑplm̃ adducendũ: q̃ proſpera vſi tempeſtate ad portum Jmmotij venerũt in Cyprũ. Superuenerũt etiã galee ⁊ naues de inſulis: q̃ per diuerſa hyemauerãt loca: in quibus erat populꝰ cruce ſignatorũ valde magnus: qui ex diuerſis regionibus regem fuerat ſecutus. Itaque die ſabbati poſt aſcẽſionẽ dñi: poſtq̃ dñs rex cũ omni exercitu nauẽ aſcẽderat: publicatũ eſt ꝙ verſus Egyptũ dirigerẽt greſſum ſuum ad Damiatam vrbẽ dei adiutorio obſidendã. Dantes igitur vela vẽtis: verſus Egyptũ curſũ dirigebãt: ſʒ ventis agitati cõtrarijs iactati ſunt ꝓpe Paphũ Cypri vrbẽ: ⁊ ſʒ quum nõ potuiſſent ibi applicare: redire Jmmotiũ vnde receſſerãt ſunt coacti: vbi aliquot ſteterũt diebꝰ. Quo tꝑe applicuerũt illuc dux Burgũdie ⁊ princeps Achaie: q̃ in ptes Romanie remeauerant. Poſtremo aptatis omnibꝰ: ⁊ iterum ſe mari exponentes/proſpero vſi ſunt vẽto: dieq ſequenti apparuit illis terra Egypti ⁊ poſt paululum ciuitas Damiata Anchorantes igitur vaſa aliquãdiu ſteterũt i mari. Videbãt enĩ littora tã equitũ q̃ peditũ ſaracenorũ plena. Inſuper ⁊ Nili oſtium nauibꝰ refertũ ad noſtroꝝ tranſitũ impediendum. Sequẽti igiť mane Chriſtianis intrãtibꝰ vaſa parua q̃ in inſula Cypri fabricata fuerant: armati appropinquauerunt ad terrã: ac ꝓtecti clypeis quidã in aquã deſcẽderunt atq hoſtes viriliter inuadẽtes repulerũt a ripa: adeo vt reliq̃ naues ſine difficultate applicantes ad terrã: ⁊ hoſtes q̃ defendere littora conabãtur: multis occiſis ⁊ vulneratis fugauerint. In hoc quidã cõflictu aliqui de maioribꝰ eorũ ceciderunt: videlꝫ Damiate capitaneus: et duo alij Admirati. Soldanus aũt Egypti ibi pſens nõ extitit: qꝛ in quodam loco q̃ a Damiata per vnã dietã diſtabat: graui languebat infirmitate. Chriſtiani aũt tota die illa in loco in quo pugnauerant: ſteterunt. Sequenti vero die arma ⁊ bellicos apparatus deponentes: ciuitati appropinquauerũt. Cumq rex cũ ceteris principibꝰ de mõ obſidendi vrbẽ tractarẽt. Saraceni qui erant in vrbe: diuina virtute perterriti: tam equites q̃ pedites deſperantes ciuitatem illã cõtra noſtros poſſe defendere: eadẽ illa nocte relicta ciuitate fugerũt: atq ignem in multis locis vrbis ponentes/ vt vrbem Chriſtianis inutilem relinquerẽt: dimiſerunt. Quo percepto: noſtri primo mirati ſunt hoſtium fugã: ⁊ ꝙ ſine aſſultu ciuitatem relinquerent. Quare dolum in fuga exiſtimantes: noluerunt ſtatim fugiẽtes ſequi: nec vrbem introire: ſed motis caſtris tranſierunt pontem: quẽ de nauibus fabricauerant Saraceni. Quo facto: dñs rex electis quibuſdã de exercitu expeditiſſimis mãdauit: vt vrbem ingrederentur. Ipſe vero armari fecit exercitum: vt ſi intra vrbem locate eſſent inſidie: noſtris citiꝰ poſſet his quos premiſerat exercitus maior ſubuenire. Intrantes igitur noſtri in vrbem eã totaliter vacuã inuenientes regi ⁊ legato nuntiauerant: q̃ letati ac dño gratias referentes vrbem ingreſſi ſunt. In qua preter illa que ab igne conſumpta fuerãt: multa victualia inuenerũt: multo ꝓter eã q̃ ad ceteros vſus exercitui ꝓderãt. Itaq extincto igne atq emũdata vrbe: dñs legatus cum patriarcha Hieroſolymitano Machomeriã recõciliauit: atq redditis ibi de conceſſis beneficijs dño deo gratiarũ actionibus: ibi pſente rege in honorem beatiſſime virginis miſſa celebrata eſt. Capta eſt ciuitas Damiata ſcdõ a Chriſtianis duce ⁊ rectore rege illuſtriſſimo Ludouico/anno dñi. M.ccxlix. die octaua poſt feſtum trinitatis. Manſitq ibi dñs rex cum toto exercitu per totã illã eſtatẽ. Non enim ei conſulebatur ꝙ ad vlteriora ꝓcederet contra hoſtes: ꝓpter fluuiũ qui illo tempore debebat inundare: qꝛ alias Chriſtianus exercitus in illis ꝑtibus irreparabile damnum ab aquis inundantibus fuerat paſſus. Eodẽ anno circa feſtũ Joã. bap. dñs Alphonſus comes Pictauenſis frater dñi regis Ludouici iter trãſmarinũ aggreſſus cũ multitudine bellatorũ applicuit Damiatã.

Ludouicus trãſmarinũ iter aggredit.

Peſtis in chriſtianorũ exercitu.

Soldanus Alapie.

Chriſtiani Damiatam ingrediuntur.

§.II. Trãſcurſa eſtate dominus rex illuſtris Ludouicus de conſilio eoꝝ preparato tam nauali q̃ terreſtri exercitu.xx. die Nouẽbris contra hoſtes crucis Damiata egreſſus eſt: atq non longe a villa quadam q̃ Maſſera dicitur: contra Saracenorũ caſtra et ipſe caſtra locauit: ⁊ qualiter bellũ diſponeret cum ſuis magna vtilitate tractabat. Fiebant interim inter noſtros ⁊ hoſtes quotidie quaſi leuia prelia: ex quibꝰ ſemper noſtri fugatis hoſtibus ſuperiores reddebantur. Quibus diebus Soldanus miſerrimam finiuit vitam. Sed in infirmitate poſitus ſcripſerat filio qui tunc temporis ad conducenda auxilia ad oriẽtẽ profectus fuerat: vt omni mora poſtpoſita rediret in Egyptum. Moriens ergo totius exercitus curã necnõ ⁊ Egypti dominium cõmiſerat cuidam de Admiratis viro ſtrenuo ⁊ fideliſſimo noĩe Farcadino. Rex igitur cũ ſuis quum confligere contra hoſtes deliberaſſet dñio: non tamen ad eos patebat acceſſus ꝓpter quoddã brachiũ fluminis Nili: quod inter

vtrumq

vt rūq; erat exercitū: qui ꝓpter aquarū ꝓfunditatē in loco illo nō erat vadabilis. Quūq; aliquandiu ibi ſtetiſſent exercitus: ac multis modis tranſitū tentaſſent: nec illis ꝓtūc ad eos pateret acceſſus: per quendā captiuū noſtris capitaneis notificatū eſt: q̄ quidā locus erat nō longe a noſtris caſtris: in quo ſine periculo fluuius poterat trāſuadari. Igit̄ die carniſpriuij ſequentes conductorē venerūt ad locū: atq; ordinatis ſm̄ rei militaris diſciplinā aciebus in dei nomine flumen tranſire ceperunt: non tamē ſine difficultate nam in aliquo equos natare oportebat. Sic tamē ſine dāno totus trāſiuit exercitus. Poſtq̄ noſtri trāſito fluuio iam ſine difficultate manus cum hoſtibus cōſerere poterant, verſus caſtra eorum iter arripiunt: oīa igne ⁊ ferro cōſumentes. Nā effractis quibuſdā caſalibus que ſupra Nilū fluuiū ſita erāt: nec etati nec ſexui pepercerūt. Progredien ſq; vltra cum parte exercit⁹: cum Saracenis qui noſtris viriliter occurrerūt conflictū habuerunt. Quibus in fugā verſis: multos ex illis occiderunt: inter quos ⁊ illoꝝ capitaneus occubuit. Quum aūt de hoſtibus iam plenam habere ſe victoriam crederent: acies noſtroꝝ ſe inconſulte diuidentes / vniuerſam illam regionem luſtrare ceperūt. Saraceni autem perpēdētes de illorum inconſulto ꝓceſſu: videntes noſtrorū acies hincinde diſperſas: reſumptis viribus irruerunt in noſtros tanta inſtantia: vt pene in fugā vertere ētur. Reſiſtebāt tamē vt poterant: quum vndiq; ab hoſtib⁹ premerent̄: ⁊ de eis fieret ſtrages horribilis: maxime nobiliū ⁊ baronū qui vexillū regius ſequebant̄. Inter quos dn̄s Attrebatenſis comes dn̄i regis frater ibidem vt credit̄ occiſus eſt. Nā ab illa die nunq̄ cōparuit vlterius. Durauitq; vſq; ad horā. ix. conflictus ⁊ chriſtianorū ſtrages. Circa veſperam noſtri qui poterant ſimul coeuntes ac receptui canētes ſe ad quendam locū etiā inuitis hoſtibus reducentes caſtra locauerunt. Quieſcentes autem aliquot diebus inuenerunt ſe maxima receptiſſe dāna in hominib⁹ ⁊ in equis: qui ex magna parte perierant. Nihilominus tū quū ſe ad reſiſtendū hoſtibus pararēt: ſubito hoſtes fidei qui ex victoria animoſiores effecti erāt: tāto impetu noſtroꝝ caſtra aggreſſi ſunt: vt pene ab eis caſtra expugnarētur. Tū noſtri quū ſic ab hoſtib⁹ ꝓmerent̄ vndiq; eruptione facta hoſtes aggreſſi repulerūt magna illoꝝ multitudine interfecta. Quū aūt deo ſic permittente noſtroꝝ ita attenuatus eſſet exercitus: ⁊ illis balliſtarū ſubſidiū optimum armoꝝ genus contra Saracenos / totaliter defeciſſet: nō videbatur vltra procedendum: ſed erat quorūdam conſiliū q̄ anteqū Soldani filius rediret: qui cum infinita illius gētis multitudine in proximo aduentare dicebatur: Damiatam noſtroꝝ copie que ſupererant remearent. Sed Gallicana militia indignum ducēs dare hoſtibus terga: vltra ꝓcedendum cenſebat. Quūq; ſuper hoc diſceptaret̄: nec q̄d eligendum eſſet deliberarent: ſubito cū illa multitudine Soldani fili⁹ ſuperuenit. Qui audiens noſtros ſupiori bello attenuatos: habito ſuoꝝ cōſilio noſtros aggredi ſtatuit. Noſtroꝝ autem de die in diem deteriorabat̄ cōditio: atq; illis irata diuinitate oīa in contrariū ſuccedebant. Nam peſtis caſtra illorum inuaſit tam in hominibus q̄ in equis: ita vt nō ſolū diminutus: ſed cōſumptus videret̄ exercitus. Accedebat aūt ad miſeriarum cumulum: q̄ tanta erat in caſtris fames: vt homines inferiores manus non poſſent ſuſtentare. Nā paulo ante hoſtes qui cū galeis eorum ⁊ vaſis alijs flumen occupauerant: duas cauernas ſucceſſiue ceperant: noſtris omnibus qui eas cōducebant interfectis. His igitur incōmodis arctatos intolerabilis neceſſitas coegit illos (ſi de⁹ ꝑmiſiſſet) Damiatam afflictū exercitū reducere. Quinta igitur die Aprilis quum eſſent in itinere redeundi: Soldanus cū omni illa ſua multitudine noſtros aggredit̄. Qui infirmitatibus / fame / laſſitudine / diminuti minime valent ei reſiſtere: oēs permiſſione diuina in manus hoſtium inciderunt. Adeo plaga illa generalis extitit: vt de illa priori multitudine vix pauci euaderent: qui nō occiderent̄ gladijs aut impioꝝ vinculis alligarent̄. Sed ⁊ pius ille ⁊ illuſtris rex Ludouicus Francorum cum duobus fratribus ſuis Carolo et Alphonſo captus in manus hoſtium deuenit. Itaq; per terrā nemo penitus euaſit: ſed omnes capti ſunt ⁊ carceribus mancipati nō ſine ſtrage noſtrorū infinita. Sz ⁊ qui per fluuiū verſus Damiatam reuertebantur: quorū maxima pars egrotantium ⁊ debilium erat: aut capti aut occiſi / aut ignib⁹ cōbuſti ſunt. Nam Saraceni in primo aggreſſu ignem in galeis noſtris poſuerunt. Poſtea vero die quum domin⁹ rex in carcere teneretur: ⁊ ab infidelibus ſatis humane tractaret̄. Soldan⁹ illum de treugis requiri fecit: petens vt ſtatim Damiatam vrbem redderet. Quod ſi non fieret: tam eum q̄ ſuos omnes quos tenebat captiuos: gladio interimeret. Ad vltimum inter eos pactis interuenientibus ita concluſum eſt: vt dominus rex Damiatā Soldano reſtitueret cū omnibus rebus ſibi inuentis. Inſuper et octo milia byzantiorū Saracenoꝝ pro damnis ⁊ impenſis quas Soldanus fecerat. Ipſe vero Soldanus pro parte ſua debebat dictum regem cum omnibus chriſtianis quos ceperant Saraceni a tēpore quo exercitus chriſtianorum intrauerat Egyptum: relaxare. Inſuper et omnes alios captiuos chriſtianos vndecunq; eſſent ſub poteſtate Saracenorum: a tempore quo Imperator Fredericus ſecundus cum illis fecit treugam. Ad ſeruandum igitur ea hincinde preſtitis iuramentis: quum Soldanus cū ſuis iam ad ſuam recipiendam vrbem Damiatam veniret idem Soldanus coniurantibus contra eum ſuis / in via occiſus eſt: atq; cum eo multitudo magna ſuorum qui illum defendere auſi fuerant: cum eo pariter interierunt. Interfecto igitur Soldano: ij qui in ea coniuratione principales fuerant: armati ad regis tentorium venerunt: cum auſteritate verborū petētes: vt iuxta pacta que cum Soldano firmauerat ſine mora Damiata illis redderetur. Rex igitur quum de retinenda Damiata omnino deſperaret: ⁊ maxime quum ſi non redderet: ſibi et tot probis viris certus inſtaret interitus: habito ſuorum conſilio: pacta que viuo Soldano firmauerat de reddenda ciuitate cum dictis Admiratis firmauit. Itaq; ſtatuta die ciuitatem Admirati receperunt. Qua recepta ſtatim dominum regem ac fratres ſuos deinde omnes alios barones regni Francie ⁊ Cypri: ⁊ Hieruſalem liberauerunt. ¶ Et hic notandum quod cum Soldanus a rege exegiſſet iuramentum pro pactis obſeruandis ſub tali forma quod in caſu quo illa non ſeruaret: intelligeretur fidem chriſti abnegaſſe: nunq̄ rex acquieſcere tali forme iuramēti voluit etiam et ſi Soldanus minaretur ei interitum. Et quum religioſi et periti viri qui erant in conſilio ſuo ei conſulerēt ac ſuaderent quod licite poterat eo modo iurare ſicut ſine peccato aliquo: reſpondit eis quod ita horrebat verbum abnegationis fidei: quod nullo modo pateretur mens eius talia dicere. Per alium demum modum ab eo recepit Soldanus iuramentum: in quo oſtenditur deuotio regis et conſtantia ad fidem chriſti.

Victoria chriſtianoꝝ ꝯ Saracenos.

Attrebatēſis comes ceditur.

Rex Ludouic⁹ capitur ab hoſtibus.

Soldanus a ſuis interficitur.

§. III. His igitur rite peractis:

dum rex cum reſiduo exercitu de Egypto receſſit: dimiſit tamen quoſdam q̄ ceteros captiuos qui per Egyptum tenebātur reciperent: ⁊ ad rerū cuſtodiā quas in Egypto dimiſerant. Nam deficientibus nauibus, multa ſunt coacti chriſtiani dimittere ſcilicet machinas: arma: ⁊ equos: ⁊ aliquos bellicos apparatus. Sed infidelis populus ⁊ ꝓfanus contra id venientes quod promiſerant: ⁊ ſm̄ ꝓfeſſionis ſue ſuperſtitionem iuramento firmauerant: de captiuis reddendis nullatenus ſeruauerunt. Nam de captiuis chriſtianis q̄ pluſq̄ xv. milia erant: non reſtituerunt nuncijs regis niſi quadringentos de ceteris rebus nihil penitus reſtituere voluerunt quinimmo eis quod deteſtabilis fuit quoſdā electos iuuenes chriſtianos reducentibus ad victimam: et eis proponētibus vt aut fidem negarent aut eorum gladijs interirent, multi imbecilles ⁊ fragiles legem illaꝫ abominabilem Machometi profitendo / fidem negarunt. Ceteri vt athlete fortiſſimi in cōfeſſione vere fidei perſiſtentes: coronā martyrij ꝑcipere meruerunt. Rex autem Francorum poſt initas ⁊ firmatas treugas cum Saracenis: cum ſperaret Chriſtianos in ijs ciuitatibus quas tenebant in Syria ſecure remanſuros: de reditu ſuo in occidentem ordinare cepit. Sed maior pars militie templi / hoſpitalis / ⁊ baronum / qui conditiones temporum ⁊ patrie illius magis nouerant: aſſerebant poſt receſſum eius Saracenos nullo modo pacta de treugis ſeruaturos: cum in eius preſentia contra iuramenta ſua venientes / dictas treugas iam fregiſſent: nec ſm̄ pacta liberaſſent captiuos: nec res in Egypto dimiſſas reſtituere voluiſſent. Quare concludebant rege recedente terras illas ac ciuitates ⁊ munitiones quas in regno Hieruſalez adhuc Chriſtiani tenebant: cum euidenti periculo remanere: maxime cū in ſtatu tam debili poſt acceptum in Egypto incommodum Chriſtianorum conditio remaneret. Aſſerebant enim regi iā iterum dari occaſionem accepta damna reparandi: quū inter paganos diſcordia magna vigeret. Nā poſt receſſuꝫ Chriſtianorum de Egypto: Soldanus de Alapia cōtra Egyptios bella inſtaurans: Damaſcum ciuitatem nobilem iam ceperat: ac in Egyptum cum ſuis iam parabat deſcendere ⁊ vt regionem illā que ſine rectore tunc eſſe videbat̄: ſue ſubijceret ditioni. His igitur rex auditis: contra ſuorum conſilium deliberauit ſuum retardare reditum ⁊ in Syria per ſpacium aliquod remanere. Sed duos germanos ſuos ſcilicet Carolum: ⁊ Alphonſum remiſit in Franciam ad cuſtodiam regni. Acta ſunt hec anno domini Milleſimo ducēteſimo quinquageſimo regni ꝟo ei⁹ anno. xxiiij. Remāſit itaq; rex ꝑ tūc i Syria, nec otioſus. Nā munitiōes ⁊ caſtra multa i Sy

ria inſtaurauit muris: ⁊ victualibꝰ muniuit. Timebatur em̄ ne Turci in Syriam deſcenderent. Volēs autem pater miſericordiarum deus in ſancto ſuo mirabilē oſtendere pugilem fidei: ipſum regē tradidit in manibꝰ impiorum: vt mirabilior appareret patientia/fides/⁊ charitas eius. Quum em̄ per nauim propinquam facile euadere potuiſſet: ſpontanee tamen ſe reddidit: vt occaſione ſui ſuum populum liberaret. Dum autē liberatus a carcere in Syria manſit: multos Saracenos ad fidem chriſti cōuertit ⁊ chriſtianos redimi fecit. Et quū circa Sidonem multa corpora chriſtianorum cōciſorum inueniſſet iam fetida ⁊ partim a beſtijs lacerata: hec proprijs manibus cum aliquorū de ſuis adiutoribus qui vix illorū fetorē ſuſtinere poterant: recollegit/et tradidit eccleſiaſtice ſepulture humiliter et deuote. Demū audita morte matris: de cōſilio ſuorum redire in Frāciam diſpoſuit. Et dum eſſet in mari iterum nocte prope diluculū ad rupem ſeu terre linguam nauis deferens regem bina impulſione tā fortiter eſt colliſa: ꝙ a nautis ⁊ alijs ſubmergenda penitus crederetur. Tanta igitur concuſſione perterriti et excitati ſacerdotes ⁊ alij ſanctum regem inuenerunt coram ſancto corpore chriſti orantem: Et fuit omnium firma fides: ꝙ eius meritis ⁊ precibus omnipotens deus eos a periculo mortis liberaſſet.

§. IIII. Sed vt de ſancta conuer

ſatione eius aliqua referamus propter quod merito ſedes apoſtolica per Bonifacium. viij. ſanctorum catalogo eū adſcripſit ſeu canonizauit: ſciendum ꝙ vt dicitur in eius hiſtoria: hic diuina ſe protegente gratia nunꝗ̄ ſenſiſſe letalis criminis contagiū perhibetur. vt apte valeat id de eo dici. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi in tāta dignitate honore/⁊ opulentia. Prouidentia vero matris ⁊ procerum ne tam nobile regnum ſucceſſione careret: vxorē duxit. De qua ſuſceptam ſobolē generoſam vir ſanctus ſtuduit educare ad amorem dei ⁊ cōtemptum mundi ⁊ cognitionem ſui ſalutaribus monitis ⁊ exemplis. Et quādo ſibi ſecreto vocare poterat: eos pſonaliter viſitans ⁊ de eorum profectu requirens/velut alter Tobias dabat eis monita ſalutia: docens eos ſuper omnia deum diligere ⁊ a vitijs iugiter abſtinere. Serta quoqꝫ de roſis aut alios capellos eos portare in ſextis ferijs prohibebat: ob reuerentiam corone ſpinee domini ſaluatoris capiti eius impoſite. Et quia ſciebat ꝙ in delicijs caſtitas: in diuitijs pietas: ⁊ in honoribꝰ ſolet humilitas periclitari: ideo ſobrietati animum dedit miſericordie/ ⁊ humilitati. Ab iſidijs mūdi/carnis/⁊ diaboli/ſe cuſtodiēs: ⁊ exemplo apoſtoli corpus ſuum caſtigans multipliciter ſpiritui ſeruire cogebat. Multo enim tempore cilicio vtebatur ad carnem: ⁊ quandoqꝫ propter debilitatem corporis nimiā hoc dimittebat ad inſtantiam proprij confeſſoris: ⁊ tūc volebat ꝙ idem cōfeſſor in recōpenſationem huius pro qualibet die. xl. ſolidos pariſieñ. ſecreto pauperibꝰ erogaret. Jeiunabat itaqꝫ omni tempore ſextis ferijs ⁊ maxime in aduentu ⁊ xl. ⁊ ijs diebus a fructibus ⁊ piſcibus abſtinebat: laboribus/ vigilijs/⁊ orationibus/⁊ alijs ſecretis abſtinētijs ſe affligēs. Omnium virtutum decor humilitas adeo reſulgebat in eo: vt quanto maior erat: velut alter Dauid tanto humiliꝰ ſe gerebat: ⁊ coram deo in oculis ſuis vilior apparebat. Quolibet ſabbato conſueuerat in loco ſecretiſſimo quorūdam pauperum abluere pedes proprijs manibus: ⁊ deinde extergere: ac proprio ore oſculari: ſimiliter in manibus ſingulorum certā pecuniam tribuendo. Pluries etiam. cxx. pauperes in curia ſua omni die reficiebantur abunde: ⁊ in vigilijs ſolennibus ac quibuſdam certis diebus per annum. cc. pauperibus anteꝗ̄ ipſe comederet: manu propria fercula miniſtrabat. Ipſe enim in prādio ſemper ⁊ in cena prope ſe tres ſenes de cibis oppoſitis charitatiue nutriebat. Et aliquando ſcutellas et cibos ſuos quos chriſti pauperes manibus contrectauerāt: precipue offas quas libenter comedebat: vt iterum inde guſtaret/ante ſe eas portari precepit: chriſtū pauperem in ſuis pauperibus venerando: de quorum reliquijs ſic comedere non horrebat. Scarleto ſeu bruneto vel viridi vel alia veſte pompoſa vti nolebat: nec pellibus precio nimium ſumptuoſis: maxime poſtꝗ̄ de partibus tranſmarinis redijt prima vice. Dilationes fidei ardenti deſiderio cupiebat. vnde tanꝗ̄ zelator fidei quum concilium fuit celebratum Lugduni p Innocen. iiij. contra Fredericum ſecundum imperatorem: viſitās papam obtulit ſe ⁊ regnum in adiutorium eccleſie ⁊ ſui contra ipſum imperatorē ⁊ omnes aduerſarios eccleſie. Hic etiā fieri fecit edictum contra blaſphemātes nomen domini vl̄ virginis glorioſe: adijciēs penam ignis: ⁊ cauterij in fronte huius tranſgreſſoris imprimēdi. Et quum ſemel quidā ſecūdum ſeculū generoſus/in hoc virium lapſus: fuiſſet dem̄ātia tua in iudicio: multiqꝫ pro eo apud regē intercederēt vt pena illa in altera commutaretur attenta nobilitate eius: me

[Margin: Vite diui ludouici frācorū regis ſuccīcta narratio.]

[Margin: Edictū in blaſphemos.]

quaquā acqͥeuit dicēs: Ego p gratia reputarē mihi: vt tale ſignū in frōte mea poneret: dūmodo tantū ſcelus de regno meo extirparetur. Duella nunꝗ̄ permiſit: quū hoc ſit prohibitum lege diuina: ⁊ non ſit aliud ꝙ deū tentare. Viſitās hoſpitale quoddam leproſum quendam horribiliter facie deturpatum vidit: ⁊ cui ſeruiuit porrigens ei cibum manibus ſuis. Reuerſus autem de Syria in Franciam ineffabili gaudio eſt receptus. Et ex tunc feruentius proficiens de virtute in virtutem/ad omnimodam vite perfectionem peruenit. Et quum ab infantia ſecum creuerit miſeratio: ex tunc eui dentius ſuper afflictos pauperes pia geſtans viſcera: neceſſitatibus omnium prout commode poterat ſuccurrit. Tunc enim cepit fundare hoſpitales domos pauperum religioſorum edificare monaſteria: ⁊ in diuerſis regni partibus indigentibus annuatim pecunias erogare. Multos conuentus predicatorum et minorum fundauit ex toto. Poſt certum tēpus illuſtris rex Ludouicus zelo fidei accenſus reuerſus eſt in Syriam contra inimicos crucis chriſti cum maximo apparatu. Sed pauloſt infirmatus ad mortem omnibus ſacramentis eccleſie deuote aſſumptis: ſuum ſuo domino ſpiritum commendauit. Relatum eſt autem corpus eius Pariſios atqꝫ cum ſummo honore ſepultum miraculis coruſcans.

§. V. Nec omittēda eſt mira de-

ceptio diaboli: poſtꝗ̄ fideles fuerunt p Saracenos in Egypto debellati: vt dictum eſt. Nā anno ſeqūenti neſcitur quo ludibrio decepti: boēs fere paſtores de Francia ad inuicē cōgregantur: ac duce quodā quē magiſtrū eorum vocabāt: dicebant per angelū illis eſſe reuelatum: ꝙ pmiſſionis terra de paganorum manibꝰ debebat liberari in proximo. Qui in magnam multitudinem coeſites ſub ſpecie feruoris ⁊ zeli iuſtitie: maxime clericos perſequebātur ⁊ religioſos: qui eorum facinoribus ⁊ peruerſis actibus contradicebant. Nam matrimonia cōiūgebāt ⁊ diſiungebāt ad libitū. Peccata cōmiſſa et etiam committenda dimittebant. Et quidam eorū ad modū epiſcopoꝝ annulos portabāt: qui benedictionē populo dabāt. Pro cōfictis autē miraculis aperiebāt eccleſias campanas pulſabāt: dicentes ſe angelicas habere viſiones: ⁊ ſupernorū ciuiū colloquijs frui. Unde cum illis a clero cōtradiceretur: in eos tanꝗ̄ in malefactores deſeuiebant: illos vſqꝫ ad ſanguinem perſequebantur. Nam Aureliani Carnoti ⁊ per alia loca qua habebant tranſitum plures clericos ⁊ laicos occiderūt contradicentes eis. Magiſter aūt eorū cum ad Bituriges veniſſet cū ſua multitudine paſtorū: primo Judeos perſequi fecit: eos bonis omnibus ſpoliādo: libros illorū comburendo. Quūqꝫ ibi plura enormia perpetraſſet receſſit. Quo recedente/perſecuti ſunt eum ciues: atqꝫ inter villam nouam ⁊ Mortemar illum inuenientes cum multis ex ſuis occiderunt. Quo mortuo/ceteri huc illucqꝫ diſperſi ſunt: multis etiam ex eis occiſis. Aliqui etiam eorū propter maleficia que perpetrauerant ſunt ſuſpenſi: ⁊ ſic eorum conuenticula euanuerunt.

[Margin: Memorabilis opinionū francie temeritas.]

¶ De ſancto Edimundo archiepiſcopo Cantuarienſi.

Capitulum decimum.

SAnctus Edimundus cātuarienſis archiepūs anno dñi. M. ccxlvij. fuit ab Inno. iiij. canonizatus: qui non multo ante ad dñm migrauerat: vir vtiqꝫ mire ſanctitatis ⁊ magne ſapientie. Hic vt refert Vinc. ſpe. hiſto. lib. xxxij. ex geſtis eius: ex Albendonia Anglie villa originē duxit. In cuiꝰ carne florida virginitatis florē illibatum perpetuo deus pmanſurū edocuit: qui eū ſupra morē cōiter naſcentiū felicibꝰ auſpicijs ex ſue matris vtero ſegregauit. Egreſſus eſt em̄ de cella ſue natiuitatis ita mūdus ⁊ immunis a cōi corruptionis humane contagio/velut ſi mox in ſindone mūdiſſima nullā contraxiſſet maculā cōtinens de contento. Hunc igitur mater in baptiſmo Edimundū tanquam a mundicia nūcupandū cenſuit. Mater ipſa Mabilia vocabatur: ⁊ pater aūt Eduardus: qui de cōſenſu cōiugis ſeculo valefecit poſt tres filios ex ea ſuſceptos: ⁊ in quodā mōaſterio ſub habitu regulari vitā feliciter cōſummauit. Mater vero Edimūdi virtute nō inferior/cogitationi feminee maſculinū animum inſeruit: ⁊ in ſeculo non ſeculariter viuens carnis illecebras a ſe viriliter penitus amputauit. Vigilias monachorum Albendonie fere ſingulis noctibus frequentare conſueuerat ⁊ armis militie/continentie congruis ſe induit cilicio videlicet aſpero ad carnem contecta loricam ferream ſuperpoſuit: vt indumentum piloſum permeate ferro plus pungeret carnē ipſam. Intra loricam vero due lamine ferree erant ad maius ſuppliciū: quarum mater moriens duos filios fecit heredes Edimundum videlꝫ ac Robertuꝫ.

Ab his ergo pueritie primordijs Edimundus tam religioſe nutriebatur materna ſolicitudine: vt extunc ab ea informaretur ieiunijs ⁊ orationib⁹ adultus inſiſtere. Huic mater vt ſextas vltro ferias in pane ⁊ aqua ieiunaret: dedit ⁊ promiſit munuſcula: vt parſimonie ſalutaris obſeruātias in eius animi horto ſancta plantaret. Quum autem mitteret eum ⁊ fratrē ſuum pariſios: vt liberalibus imbuerentur ſtudijs: modicā pecunie ſummā dedit eis dicens. Si maternā vt bonos decet filios iuſſionem ſeruaueritis: cōfidite in domino ꝙ in omnibus ipſe ꝓuiſor munificus vobis erit. Duo quoq; dedit eis cilicia: precipiens eis vt ſuper nudo ſe eis veſtirent bis in hebdomada aut ter. Timebat eñ ne poſtꝙ annos diſcretionis attingerēt: per deuexa vitiorum ad abrupta voluptatis: incederēt. Ideoq; rudes in arte bellandi familiariter erudiuit. Ipſa etiam Edimūdo quē velut ſanctitatis ei⁹ preſcia ceteris pl⁹ dilexit: dū ſtuderet Pariſijs cū pānis ſuis lineis ciliciū etiā mittere conſueuit. Itaq; tam deo ꝙ matri ſue placere ſtuduit: qui oēm a ſe leuitatē reſecans: omnino choreis alijſq; ludicris atq; ſpectaculis ſe ſubtraxit. Dieb⁹ quoq; dominicis ⁊ feſtis iuxta monita matris anteꝙ comederet vnū pſalterium ex integro pſallere ꝯſueuit/ Et quoniā amantiſſimus dñi totis viſcerib⁹ autho: ē vite dirigere ſtuduit: ipſe i forma puerili puero ſe voluit demonſtrare. Quum enim pratū quoddam ſpatiandi cauſa ceteris coetaneis intuſtantib⁹ ꝯſenſiſſet ingredi: ab ipſorum tamē comitatu ſe celerius ſeparauit: ne cōſcientie ſue puritatē vel nugis puerilibus vel otioſis ſermonibus cōtingeret maculari. Dum incederet ſolitarius ſacris meditationibus intentus: apparuit illi puer candore niueo nitidus ⁊ colore roſeo rubicūdus: qui velut a ſummo celi cardine delapſus ſubito ſic eū pri⁹ allocutus eſt officioſiſſime ſalutando. Salue dilecte mi: qui quū audiſſet: vt puer in ſermone ignoti pueri miratus eſt. Quem quū ille pauefactum ⁊ geſtiantē conſpiceret: ipſum alloquens queſiuit an ei vel tenuiter notus eſſet. Ille ſimplicitatis columbine ſimplici ſermone reſpondens. Nullā inquit teneo notitiā cui/ neq; vt puto tu mei. Adiecit puer. Quō ſum tibi ita incognitus: preſertim quū in ſcholis ad latus tuū ſedeam: ⁊ vbicunq; fueris ſociatus tibi fuerim? Deinde addidit. In faciem meā aſpice: ⁊ quid in mea fronte ſcriptū ſit aduerte ſedulus toto corde. Quod quū feciſſet: ſcriptum legit in ea litteris celeſtib⁹/ Jeſus Nazarenus. Qui ſtatim qḋ viderat ei retulit: ⁊ ab ipſo ꝓtinus audiuit. Hoc eſt nomen meum: qḋ memoriale ſit tibi in deſiderio die. His dictis puer ille (in quez deſiderāt angeli ꝓſpicere) diſparuit. Matre aūt eius morti ex infirmitate appropinquanti: vocat⁹ eſt ab ea benedictionem vltimā percepturus. Que ſup eum edita: ⁊ quū ad memoriam reduxiſſet abſentes fratres: exorauit matrē humiliter vt ipſos quoq; benediceret. Ad quem illa. In te (ait) o fili noueris omnes fratres tuos benedici. Nec enim latuit matrez quis quātuſve in poſterum eſſet futurus.

Scō edimundo adhuc puero apparuit chriſtus.

§. I. Quadam die quum verſus

Abbendoniā cū quodaz ſocio iter ageret: vidit cāpū auibus fuligine grauioribus plenū. Qui cum ſocio mirat⁹ eſt de tanta ⁊ tali auium multitudine: ⁊ ait ſocio: Sta in via ſemotus ⁊ ſigno crucis muni te: ⁊ ne timeas: videbimus quid pretendat viſio iſta tanta auium. Viderūt ergo poſtea ꝙ aues ille corpus quoddam nigerrimū nec hominis nec vllius animalis effigie diſtinctum in aera ſubuexerunt: nec vltra comparuit talis auium multitudo. Et Edimūdus ſocio dixit: Aues ille demones erāt: qui deferebant animam vnius qui defunctus eſt mō in villa iſta cui appropinquamus ad loca tartarea: que apparuit in forma tam turpi: q: imaginem ad quaz facta erat deformauit peccatis dum viueret. ¶ Vbi autem ſanctus Edimundus annos adoleſcētie attigit: carnis delicias non mō fugit: ſed etiā exhorruit. Unde carnē ſuam nulla vnꝗ polluit immunditia: ſ; in eo ꝑmanſit vſq; ad obitum virginitas incorrupta. Nam de cōſilio cuiuſdam ſacerdotis perpetuā virginitatē coram beate virginis vouens imagine eidem virgini velut domine cōmendauit ⁊ compilauit perēniter velut ſponſe: atq; in ſignū irrefragabilis federis eā annulo ſuo ſubarrauit nouo more. Annulo inquam quē ad hoc fecit: digitum ipſius imaginis inſigniuit. Et vt eidē domine chariſſime iugiter impenderet ſalutationis obſequiū: in eodem annulo ſculptū eſt illud aue angelicum. Vt autez in ea ſponſa ſua federis inter eos initi recordaret: ⁊ ſpōſum digna retur agnoſcere qui eā in ſua deſpōſauerat imagine: in annulo cū quo poſt mortē more pontificali ſepult⁹ extitit: inuētū fuit ſculptū cunctis vidētib⁹ atq; mirātib⁹ illud aue: ac per hoc ⁊ in manu pōtificis ⁊ in digito imaginis precipuū ꝓlucet teſtimonium rei veraciter geſte. Quo aūt hoſtis antiqu⁹ eū videbat quotidie magis ꝓficere: eo magis ex inuidia ſtudebat pectoris eius pacem ꝑturbare. Unde quandā puellā hoſpite ſue filiā in ei⁹ excitauit excidiū. Nā impudicos in eum oculos iaciēs: animū cōmouere tētauit eius ſignis nutibus ac ſuſpirijs. Sed quū ꝑ talia nihil ꝓficeret: apertiꝰ cū eo verbis cepit agere: ⁊ multis modis ad amplexus illicitos ꝓuocare. Quā ille vt peſtē fugiens ſepe corripuit. Sed nec illa a virulēto ꝓpoſito ſe retraxit. Illa velut altera Egyptia pro illicitis inſtabat: ⁊ ille velut alter Joſeph ſtuprū recuſabat Tandē importunitatis ꝓteſus ſecū habito conſilio meli⁹ cogitauit: ⁊ vt ſeruans continentiā illius incōtinentie ſalubrius prouideret. Puelle ergo ſolicitanti tps aſſignat veniēdi ad locum in quo ſtudio ſolus vacare cōſueuit. Illa ſperās ſe voti cōpotē fieri: ⁊ aſſignato tpe audacter aduenit quā ingreſſaz ⁊ quibuſdā ſupiorib⁹ veſtib⁹ ſpoliatā ad mādatu z ei⁹ corripuit: virgiſq; flexibilib⁹ quas ad hoc adaptauerat/ in dorſo optime flagellauit: vt ſic cui colligata erat in corde ſtultitiā ipſam diſcipline ſolueret virga. Fugit illū quē diu fuerat inſequuta: ⁊ vexatio dedit intellectū: ⁊ grām appoſuit: ita ꝙ poſtea puella vt aſſeruit: nūꝗ tentationē talez tolerauit ſ; hoc exemplum admirandū nō imitandum: ne quis inducat in tentationē. ¶ Quedā alia matrona de eo tentata mittebat ei munuſcula ſub ſpecie deuotionis. Sed ille vt cautus ⁊ pudicus interrogauit an hoc ageret de conſenſu ꝯiugis et illa quū negatiue rñderet: dixit ſctūs vir hoc ei nullo mō licere: ⁊ ſic euaſit manus ei⁹. ¶ Decurſis adoleſcentie annis: non contentus iā cilicijs: ⁊ ti cōibus a pueritia aſſuetis: nouo iā genere cilicij carnē ſuā non tā domare ꝙ torquere ſtuduit nouo mō: quē modū ⁊ antiquiorib⁹ ſanctis incognitū ⁊ modernis credim⁹ inexpertū. Habebat ſiqdē ciliciū nec filis ꝗdē ſubtilib⁹ textoris arte cōpoſitū: ſed ex chordulis artificio ſe cōnexis pariter ⁊ cōiunctis inſtar retis dēſiſſimi intrincatū: qḋ in conexione ſua dēſo ordine ꝯtinebat nodulos tā intolerabiles: ꝙ (vt ita loquar) ſine numero numeroſos. Que cōmodatio cilicij nodos addire carni impreſſit arctius ⁊ cruciauit ſui corporis artus. Et ſic domeſtico tormēto corpore ſuperato: martyr in pace fact⁹/ de ſe triūphū nobilem reportauit. Vt aūt idē ciliciū ſtringeretur forti⁹: ⁊ cōtinuata cōpūctione caro maius ſuſtineret ſupplicium/ fune groſſiori de pilis equinis triplicato cōſtrinxit id deſup in hunc modum. Funis ille a ſcapulis ꝑ corpus circūductus vſq; ad renes deſcendebat: multis inuolucris mediātibus: ⁊ tam ſtricte ligabatur inferius: ꝙ corpus ⁊ precipue ſpinaz dorſi curuare vix potuit vel ſemetipm erigere incuruatus. manuū vero et colli nuda: ꝗ videlz ꝓpter hoīes oīeb⁹ cruciare non poterat: noctibus coronā deo cilicio cōtegebat. Addidit ⁊ cilicina femoralia ⁊ caligas cilicinas: ꝗbus vtebatur aſſidue cum lorica quam ſibi mater reliquerat. In aduentu quoq; et quadrageſima indumētum quoddam portauit plumbeū: coriuz quoddam nihilominus durum induens ⁊ nodoſum.

Edimūdus ſaudito cilicio corpus ſuū macerabat.

§. II. Factus autez magiſter ar-

tiuz ꝓter morē tūc legētiū/ miſſaz ⁊ horas canōicas quotidie priuſꝙ legeret: audire conſueuit. Que. ſ. religioſa conſuetudo etiā ſuis ſcolaribus profuit: vt ſecū miſſas audire cōſueſcerent. Pius aūt humiliſq; magiſter quū vnum de ſuis auditoribus egrū et egentē decūbere didiciſſet: in domū ſuam cū portari: fecit: ⁊ qualibet nocte ꝑ. v. fere pebdomadas aū ipm iacuit/ eiq; in vrinali et ceteris infirmis neceſſarijs miniſtrauit. Et quāuis hoc fraterne cōpaſſionis grauaret onere: legebat tñ ⁊ diſputabat quotidie. Frequenter autez vrinale de manu decūbentis excidens integrū remanebat meritis procul dubio obſequētis. Alter ex ſcolaribus ſuis morbum patiens in brachio/ oſtendendū ei cenſuit et ſctō viro: cui dicēte: Sanet te deus gratia ſua: ſanitatem recepit. Quem tamē morbum magiſter ipſe in brachio ſuo excipiens a forte q: petierat eum in ſe transferri: paulo poſt ⁊ ipſe curatus eſt. Trāſactis aūt. vi. annis quibus egregie rexerat in artib⁹: ⁊ adhuc ſocijs ſuis legens arithmeticā ſeu geometriā: apparantē ſibi in ſomnis agnouit matrē ſuā ei dicētem. Fili quid legis? Et que ſunt ille figure quibus vacas iam ſtudioſe? Quo reſpōdente: Talia lego: oſtenſis videlicet protractionibus que fiunt in arte illa. Mox dexteram manum eius illa arripuit: et in ea tres circulos pinxit his nominibus. Pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: ꝑ ordinē ſingulos ſingulis inſigniuit et ait. Fili chariſſime talibus figuris et nō alijs decetero intēde. Qui voce matris edoct⁹/ ſeſe ad theologie ſtudium tranſtulit: intelligēs nimirum ꝙ ſctē trinitatis cognitio theologice conſummatio facultatis ⁊ origo exiſtit. Et qui prius quum in artibus legeret: mane miſſas audire cōſueuerat: nunc ad religionis augmentum media nocte matutinas in eccleſia ſctī Mederici Pariſijs audiebat. Poſt matutinas vero in orationibus cum lachrymis coram altari btē virginis vſq; ad diē conſueuit ꝑſiſtere: ⁊ ita deinde nulla corporis quiete interueniēte ad ſcholas cū ceteris cōuenire. Hora ſimiliter veſp-

Edimūdo mr̄ ſua ī ſōnis apparuit.

ſtina ob ſimilē cauſam ad eccleſiā ꝓcedebat. In qua.ſ.eccle-
ſia rariſſime vel nunq̄ ſedere viſus eſt. Quē quū boni uoīs
ep̄s Eboraceñ. theologie ſtudio ꝑcepiſſet inſiſtere: cogitauit
ꝛ voluit ei ꝓprijs ſumptibus ꝓuidere. Quod ille audiens re
nuit: nec voluit ſibi ea fieri: verens ne monaſterium ex eius
ꝓuiſione contingeret onerari. Siquidē ꝛ ipſe pſalteriū gloſ
ſatū ꝛ.xij. ꝓphetas ꝛ decretales ep̄las habebat: que omnia
vendidit: preciūq̄ ſcholaribus pauperibus erogauit. Et mi
rātibus ſocijs q̄ cōtra morē olim ſtudētiū codices ſibi neceſ
ſarios diſtraheret: vni eoꝝ de hoc ipſo percunctanti ſerio ſic
dicebat. Stulte oīa ꝓ chriſto ſtudentes ꝑfectioni debemus
vendere: ac pro eius amore pauperibus erogare. ¶ Tāta ve
ro auiditate ſacras amplectebat literas: vt noctes pene du-
cebat inſomnes: ꝛ in breui ſpatio temporis ita profecit: q̄ ca
thedram magiſtralem aſcendit licet inuit⁹. Erat autē predi-
cator egregius: diſputator acutiſſimus: lector pius. Frequē
ter multi ꝛ magni viri qui ad eum audiendū in ſcholis con-
fluebāt: inter legendū a lachrymis ſe cōtinere nō valētes: li
bros claudebāt. Mel ſiquidē ꝛ lac ſub lingua habebat mul-
tiq̄ exierūt de ſcholis ei⁹ doctores eximij: ſanctitatis etiam
eius veſtigia ſecuti: multi etiā beneficijs ſe exonerātes reli-
gioni ſe dederūt. ¶ Quadā die diſputaturus de trinitate ca
thedrā aſcendit: ꝛ dū diſcipulos expectans queſtionē in ani
mo volueret: in ſomnū reſolut⁹ / huiuſmōi viſionem cernere me-
ruit. Colūba de ſupernis volauit ad ſe deferens celeriter mi
rificū corpus chriſti: q̄d quaſi ſacram cōmunionem tribuēs
poſuit in ore ſuo: ꝛ ſic ad ſuperiora celerius reuolauit. Exper-
gefactus ergo ſupra humanum ingenium excellentiſſime di
ſputauit: ꝛ perſpicaciſſime de beata trinitate diſſeruit. In ꝑ
dicatione quoq̄ mira ei gratia inerat: ꝛ ignitū eius eloquiū
quantūcunq̄ frigidos efficaciter accēdebat. Unde ꝛ comes
Sareſberie: q̄ longo tp̄e ſine confeſſione ꝛ communione ſte-
terat de his non curās: ad premonita eius ꝯuerſus eſt. Quū
aūt populo predicaret: crucem dñicam manu propria tene-
bat aſſidue: quā frequenter intuens ſolebat nūc amariſſime
flere nunc honeſtiſſime ſubridere. Flebat autē vt dicere cō-
ſueuerat: q̄ quū plures eſſent verbi auditores: pauci tamen
factores exiſterent: quum tamen chriſti paſſionem haberēt
pre oculis: ꝛ exempla ſanctorū eius non deeſſent innumera.
Ridebat vero: quum crucē pio aſpiceret oculo: recolens be-
neficia que per eam venerat toti mūdo. Habebat aūt pro cō
ſuetudine quolibet die vel nocte dominice paſſiōis inſignia
meditando recolere: ꝛ in eis ſuauiſſime delectando illis me-
dullitus inherere. ¶ Quadā igitur feſta die multis occupa
tionibus ꝛ curis fatigatus / quū ꝓuidere non poſſet lectionē
craſtinam ſequentē: noctem in vigilijs expendit fere totam:
vnde circa aurorā irrūpente ſomno eius occurrit memorie:
q̄ nulla die illius hora meditat⁹ fuerat ſicut ei de more erat
dominicam paſſionē. Timens vero ne grauē capitis dolorē

Sanctū ē dñicā paſſio-nem ad memo-riā reuo care,

incurreret: ſi anteq̄ ad eccleſiam iret ꝛ ad ſcholas: nō dormi
ret: elegit poti⁹ aliquantulum quieſcere ac ſolitam cōtēpla-
tionem in ſpe gratie dei tunc interrūpere. Quum ergo ſe in-
clinaſſet ad lectulū: apparuit ei hoſtis antiquus multū ter-
ribilem habens ꝛ tetrū vultū. vnde territus dexteram ſuam
manū leuauit: vt ſibi faceret ſignū crucis: quā demon appre
henſam impediuit ne faceret. Ipſe vero confiſus in domino
quaſi ambidexter ſiniſtram erexit: vt ſibi crucis ſignaculū
imprimeret: ſed diabolus ea etiam apprehenſa quaſi ſaccus
grauiſſimus cecidit ſuper eum. Tunc deficientibus ſibi viri-
bus corporis: orauit in ſpū ad dñm: vt ſua virtute ſeuientem
contereret hoſtē. Sicq̄ demon ab eo auulſus ſubito cecidit
inter lectum ꝛ parietē primō in momēto. Surgens igitur
celeriter ꝛ ſic ꝓſtratum cernens demonē confortatus in fide
ip̄e cepit aggredi demonē velut hoſtē eiuſq̄ ꝑ horribile gutē
eius arripuit: ꝛ illud ſtringendo fortiter / ei dixit. Adiuro te
per aſperſionē chriſti ſanguinis vt dicere mihi non omittas
quid ſit illud per q̄d valeam tibi plus nocere: ꝛ te a meis ve-
xationibus coercere. Et diabolus ad eū: per eum quē nunc
nominaſti. Et ſic diabolus victus diſparuit: ſe victum do-
lens ab eo quem ſuis vincendum viribus exiſtimauit.

§.III. Hic ſanctus abſtinētiam

illibatam ab infantia ſeruauit: vt.ſ.verbo / cibo / potu / ſomno
ceteriſq̄ mundanis inquantum virtus patitur humana. So-
lo pane cōtentus ꝛ aqua ſextis ferijs per totum annū abſti-
nuit ꝛ aliqū panem tantū ſumēs nullū penitus liquorem gu
ſtauit. Uñ nōnūq̄ fiſſa eius labia videbant: velut humoris
indigentia hians terra. Pilis quoq̄ capitis fluētibus ꝛ bar-
be: dicebant hoc phyſici ex humoris penuria ꝓuenire. Groſ-
ſis vtens cibarijs: quo cibus vel pot⁹ ꝓcioſior aut delicatior
erat: eo minus de eo ſumebat. Nolebat vt ſibi quiſq̄ diceret
q̄d ſibi in prandio eſſet apponendum: imo ſi cibū corā eo po-
ſitum q̄s multum laudaret: comedere nolebat: eo q̄ lautum

nouerat. Omni ſecunda feria ꝛ quarta ꝛ in.lxx.a carnib⁹ ab-
ſtinebat: nec tñ ꝓpter hec diſputare vel legere dimiſit: niſi
alia impedit⁹ neceſſaria ratione. ¶ Poſtq̄ vero ad ſacer-
dotij gradū aſcendit: ad quē inuitus venit ſicut ꝛ ad ordines
precedentes: tūc duras leges quas in carnis ſue preiudiciū
ſtatuerat: efficere ſtuduit duriores. Rariſſime bis in die co-
medere conſueuerat: ꝛ id quū ad hoc eū aliorum iucunda ſo
cietas inuitabat. Deniq̄ tm̄ ſibi rigorem indixerat abſtinen
tie: q̄ nonnulli ſuorū credebāt eū capitis inſaniam vel mor-
tē incurſurū. Orationi ſedulus incumbebat: ꝛ nuda ſolo ge
nua infigebat. Unde nonnunq̄ vi colliſionis erumpens ſan
guis genu reſperſit alterū. Aliud vero ſuper gibboſū ꝛ cal-
loſum erat. Singulis diebus a capite vſq̄ ad pedes mēbra
crucifixi ſingula adorabat. Per dies ſingulos tria cantabat
paria horarum.ſ.canonicas / de ſpūſctō / ꝛ de beata virgine /
cum officio defunctorum. Raro poſt matutinas dormiuit nō
minus id obſeruās hyeme q̄ eſtate. Lectulum habuit ſatis
honeſte ſtratum: nec in lecto iacuit: ſed in ſcabello ſuppeda-
neo: nōnunq̄ in terra ipſa: aliqū ad lectū caput pendulum
inclinauit. Linteamina / coopertorium / vel culcitrā non ha-
buit: ſed capa ſua vel ſcapulari ſeu certe pallio ſe contexit.
Ueſtimentis habebat griſea nec abiecta plurimum nec mul
tum precioſa. Detractores perſequebatur detractionis vitiū
abhorrens: nec eis vnq̄ vel ad modicum cōmodauit auditū
vnico tm̄ beneficio contentus eccleſiaſtico: q̄uis plura forent
ſibi oblata: nec tenere voluit: niſi onere reſidentie: q̄d quum
lectionibus vacare diſponit: ſolebat nullius ex pectato con
ſilio reſignare. Suſcepit deniq̄ in nobili eccleſia Sareſbe-
rie cum canonica dignitatē theſaurarij: ad quam eum inui-
tauit ep̄s. Uentilationibus cauſarum ſeu placitis intereſſe
noluit: ꝛ vt a cauſarū vexationibus eximiret: literas apoſto
licas impetrauit. Pecuniam nō dico tangere: ſed nec videre
dignum cenſuit: niſi eam quam ꝓprijs manibus pauperib⁹
erogauit. Cellaria ꝛ alias officinas dedignabatur ingredi
incōueniens hoc eſſe iudicās ſui nolis honeſtati. Rerum ſua
rum audire computum ſibi credidit inhoneſtum. Plus ex-
pendebat quā habebat in reditibus: vnde ere alieno ſemper
erat obligatus. A ſeruientibus ſuis carnis exigebat mun-
ditiam. Nunq̄ familie ſue in ira moleſtus fuit etiam quū de
linqueret: nec vllis omnino alijs: quoniam ſatagebat ſolicitus
iugiter ſeruare pacē cordis. Quod ſibi fuit in facultatibus
proprijs: commune facere ſtuduit pro vſib⁹ egenorū: nullus
ab eius ianuis receſſit vacuus. De libris ꝓcedebat lector et
ad iconem btē virginis quā ante ſe habebat / referebat ora-
tio. Tantā reuerentie ſacre ſcripture detulit: q̄ quoties bi-
bliā ſuā apiret: prius eā oſculando honorauit. Appetitū ina-
nis glorie q̄ viris virtutū importunam ſe multipliciter inge
rit: ſub quadam ſimplicitatis cautela ꝛ modo mirabili elide
re cōſueuit. Et q̄ ſūmꝰ eū crucis amatorē apl̄icus nouerat: lega
tionē crucis ei cū grandi priuilegio cōmiſit. Qui q̄uis pote
ſtatē accepiſſet ꝓcurationes ab eccleſijs recipiēdi: hac pote
ſtate nō vtens gratis euangelium predicabat: ꝓpter quod ꝛ
deus dignatus eſt in ipſo itinere ꝑ cruce numeroſis miracu
lis honorare eum ꝛ decorare. Itaq̄ dū verbū crucis apud vil
lam Lemeſtre populo proponeret: acceſſit iuuenis quidam
iuuenilibus oblectamentis irretitus: vt ſibi vir ſctūs mani
bus ſuis crucē daret erorās. Quē mulier quedā volens a ꝓ-
poſito retrahere ꝑ palliū arripuit: ſed nō impune. Mox enī
manus eius contracta / dedit ei intelligere nō eſſe licitū a tā
pio ꝓpoſito aliquē reuocare. Que vindictā in ſe ſentiēs quū
clamorem emitteret pre dolore: hoc audiens vir dei queſiuit
ab ea an de manu ſua vellet crucē aſſumere: qua reſponden
te ſe vtiq̄ velle: dum ſanctus vir ei crucem humeris impo-
ſuit: illa ſanitati omnino reſtituta eſt. Similiter in alia villa
quū ad predicationē eius quidē iuuenis crucē poſtulaſſet:
ꝛ amaſia eius teneret eū vt a propoſito abſtraheret: lumen
oculorū amiſit. Sed ſancto viro orāte pro ea penitēte / illumi
nata eſt. Quū etiā apud ciuitatē Uigornie ad predicationē
ſuam conueniſſet maxima multitudo: cepit inter ꝑdicationis
primordia ſubito nubes horrida diffundi: ꝛ pluuiam cū tur-
bine comminari. Uidens vir ſanctus auditorum animos cō
cuſſos: extenta manu oppoſuit impetui turbinis ſignaculū
viuifice crucis dicens. Precipio tibi maligne ſpiritus cū hac
cōmotione longe abſcedere: nec adſtantem populum ab au-
ditu predicationis impedire. Quo dicto ſtatim diſceſſit ſpiri
tus procellarum: ꝛ nubes lucida obūbrans eis adfuit: in cir
cuitu vero pluuia cum tempeſtate valida diſtillauit. Pre-
terea quū eiuſdē legationis officio fungeretur in multa gra
tia quadam nocte in ſua biblia ſtudebat cū candela Et quū
fatigatus vigilijs irruenti ſomno nequiret obſiſtere: conti-
git ipſo dormiente candelam ſuper ibi literam cadere: et
ſic diutius ardere. Qui euigilans ſtupuit: et pro biblia quā
maxime diligebat pro predicatione / ſuſpirauit: et eleuans
candelam

candelam extinxit fauilla que ſuper librum remanſerat:
nulla tamen ignis leſio ſuper biblia apparebat. Quum etiā
in pede eum contigiſſet apoſtemate grauari: quam medici
anthracem vocant: facto ſigno crucis ſuper ipſum multo-
ties / ſanitatem ilico recepit ⁊ liberum greſſum. Sed ⁊ cili-
cium ejus vetuſtate conſuptum pene ſuper ignem poſitū
remanſit illeſum ⁊ incombuſtum.

§. IIII. Uacante autē ſede archi-

epiſcopali Cantuarie: in archiepm̄ canonice dicte eccl'ie eſt ele-
ctus. Ad quē ſolēnes nuntij quū ad ipm̄ fuiſſent deſtinati:
ipſam electionē nō acceptauit: clamitās ſe indignum: ac di-
cēs. Ego ſum vermis ⁊ nō hō. Nec tātī meriti: nec tāte lite-
rature ſum vt creditis: ⁊ mundꝰ in hoc deceptus eſt: ⁊ vos
erratis. Epūs Saliſberie eiꝰ dioceſanus audito hoc / ei man-
dat in virtute obediētie vt aſſentiat. nec cito acquieuit. Aſſe-
rūt illū plurimi mortaliter peccare niſi obediat: ꝓ cauendū
ꝙ eſſe ne deū offendat. Talis (inquiūt) poſſet poni loco tui
per quē eccl'ia Cantuarieñ. leſionē nō modicā poſſet pati.
Uictus tandē ꝓcibus ⁊ nō minꝰ rōne cōuictꝰ aſſenſum pre-
buit: dicēs / Nouit ille qui nihil ignorat: ꝙ niſi crederē me
peccaturū mortaliter: electioni de me facte nullatenꝰ aſſen-
tirē. Paſtor igiť in dei eccl'ia factꝰ / in oībꝰ magis ac magis
enituit virtutibꝰ. Superioribꝰ reuerentiā exhibebat ⁊ obe-
diētiam: paribꝰ cōcordiā ⁊ pacē: inferioribꝰ diſciplinā. Hu-
militas in eo primatū tenuit. Quū clerici ſui mane miſſam
nō audiſſent aliquo ꝓpediti negotio qđ eo oportuit agi tē-
pore: ipſemet ꝓcedente die miſſam cōſueuit eis ꝑſonaliter
celebrare. Iter vero agēs ſi quis pctā ſua vellet ei cōfiteri
quis pauperrimus: deſcēdens ilico cōfitenti audiētiā pre-
buit: cōfeſſo exiſtēs affabilis ⁊ deuotus. Nec repellebat eū
ꝓpter iniquitatē tpis ſeu etiā ꝓpter vicinitatē ſui hoſpitij.
Uerū vt frons ſua ceteris cōueniret: ſuꝑiores veſtes hone-
ſtas habuit: ſz nō ſtudio vanitatis. Semꝑ ſibi durus ⁊ rigi-
dus: alijs vero cōpatiēs ⁊ benignꝰ. In altaris officio totus
erat in lachrymis: ita ſe gerēs ac ſi exutꝰ eſſet hoīe: ⁊ ac ve-
lut in carne dn̄icam geri cerneret paſſionē. Reuerēdiſſime
tractauit oīa eccl'iaſtica ſacramēta: ita vt mētes intuentiū
ꝓuocaret ad deuotionē. Sexū feminеū ob honorem beate
virginis ⁊ ſuā ad eā deuotionē ſemꝑ honorauit: ac deuote
coluit. Per hoc aūt nec in cogitatione nec aliter ſemetipm̄
tenuiter maculauit. Puellas ita pauperculas de ſuis facul-
tatibus adiuuabat: vt traderenť ad nuptias: ⁊ in his pijs
operibꝰ expēdebat pecuniarias penas ꝓ delictis īpoſitas
legitime. Manꝰ excutiebat ab oī munere ⁊ acceptores mu-
nerū deteſtās in ꝑtāte poſitos: ⁊ vnū ⁊ dicebat ꝙ prēdere ⁊ pē-
dere nō differrēt niſi in vna litera. Ex quo innuiť ꝙ primꝰ
eſt ſuſpēdio: qui munera libēter accipit: niſi accipiat bono
modo. Per dona ſiquidem q̄ nec data nec accepta ſunt ſm̄
deū: corrupta eſt chriſtianitas. ¶ Et qm̄ acceptꝰ erat deo:
neceſſe fuit vt eū fornax tētationis decoq̄ret igne ſuo. Uo-
lens eī athleta ſe totū ꝓ ſalute aīaꝝ ⁊ libertatibꝰ eccleſie
ſuoꝝ more ꝓceſſoꝝ exponere: ꝯdictiones multas patiebať
a regni maioribꝰ ⁊ a rege. Ipm̄ etiā Cantuariēſe collegium
qđ eū ad apicē tāte dignitatis vocauerat: eidem in ꝓpoſito
ſuo / pro hdolor / obuiabat. Quumq; familiares eiꝰ aduerſi-
tates ſuas plāgerent: ac de ſuis dolerēt iniurijs: voces eo-
rū querulas cōpeſcuit ac redarguit dicēs. Sicut quū egro-
tanti filio poculū ꝓpinať amarū: dicit mater / ad ſanitatem
hoc bibe: ita hec oīa q̄ nobis offerunť aduerſa: ad ſalutē cu-
pimus aptare. In ipſos aūt q̄ eū acrius inſequebanť ⁊ in
eū atrociores fuerāt: ſummā exercebat miſericordiā quum
veniā poſtulabant. Eos quoq; quos aperte ſuos ſciuit eſſe
ꝑſecutores: ad pacē paſſim recepit / oſculū / ⁊ familiaritates
alias. Quis vero redarguētibꝰ eū ſuꝑ hmōi: dicētibꝰ. Dn̄e
hec remiſſa māſuetudo animi vr̄i exēplū ꝓbet alijs in vos
ſurgēdi: quibꝰ reſpondit. Sinite. An neſcitis qꝛ dn̄s noſter
mortē ſibi inferētibꝰ nō ſolū non reſtitit: ſed etiā ꝓ eis ſup-
pliciter interceſſit? Certe ſi oculos capitis mihi eruerent:
vel vtrūq; trūcarent brachiū: eos nullatenus minus dilige-
rem: nec minus hilarem exhiberē animū ſiue vultū. Quis
vero debitū paſtoris officiū q̄ꝙ ad eccleſie liberationem
manus eius extenſa eſſet: exercere nō potuit / tactꝰ dolore
cordis intrinſecus / ⁊ quaſi ꝓ alioꝝ reatibus a ſe penas exi-
gens: ſemetipſum extra regnū Anglie relegauit. Hac autē
in hoc cōſideratione ducebať: ꝙ ſi totā ſeueritatē eccleſia-
ſticam expenderet in rebelles: eā forſitan legatus in irritū
duceret: ⁊ nihilominus regē alioſq; ſibi in ira moleſtos ad
deteriora ⁊ magis grauia ꝓuocaret. Si vero ꝑſens exiſtēs
eoꝝ errata nō conaretur corrigere: videretur ea quaſi per
quādam diſſimulationis copiā approbare. Et hic tpis autem
quoſdā infirmos miraculoſe ſanauit: duos febricitātes / et
aliū in genibus infirmū. Beatus etiam Thomas martyr q̄

fuerat ibi archiepūs: anteq̄ Edimundus exiret Angliam
apparuit ei: ⁊ ad agendum viriliter monitis eū familiaribꝰ — Sāctꝰ
animauit. Quo viſo btūs vir pedē martyris nitebatur ad — Tho-
os ducere: ſz beatus Thomas ne oſcularetť ꝓhibuit ei ſub- — mas ap
trahens pedē ſuū ꝓpter qđ ille fleuit ⁊ ingemuit. Cui ſan- — paruit
ctus Thomas: Cur fles inquit? Pro eo reſpondit / ꝙ indi- — beatō Edi
gnitas mea nō patiť ꝙ os meū oſculeť pedes tuos ſanctiſ- — mundo
ſimos. Ad quam martyr. Pro hac repulſa nolo te flere: qm̄
tēpus appropinquat quo me oſculaberis in ore. In procin-
ctu quoq; itineris poſitus vt egrederetur de terra: cū reli-
gioſis ſecreto cōtulit: eiſq; cauſaꝫ reuelauit ſui receſſus ab
Anglia. Claꝫ igiť ⁊ quaſi fugiens ſanctꝰ vir egrediť ab An-
glia: ⁊ mari trāſito ad Pontigniacū monaſteriū peruenit
ducente dn̄o via recta. Nouerat ibi eſſe cōmune refugium
omniū de regno Anglie exulantiū pro iuſtitia prelatorum.
Preſcius quoq; futuroꝝ locuꝫ preceſſorum ſuorū aſylū in-
greditur: ⁊ ipſorū veſtigia ſequens: ſuper hoc ꝙ deus illuc
euꝫ adduxerat: nō modice gratulatur. Ante oculos ſiquidē
cernebat qualiter beatus Thomas ibidem ante tempꝰ ſui
martyrij cum patientia per ſex annos expectauit brauiū ſui
curſus. Et qñō famoſus ille Stephanus de Tanguetons
cum pluribꝰ ſuis ſuffraganeis ſimiliter per annos pluri-
mos ſui palmā certaminis preſtolatus eſt ibi. Pontifex
ergo Edimūdus Pōtigniacū ingreſſus cū honore ſuſcipiť
lectionibus ⁊ orationibꝰ vacās: et populis ꝓpinquis q̄nq;
ꝓdicās. Eo aūt infirmato ⁊ ſole ibidē ſatis ferueſcente inde
recedēs: quēdā priorarū cui Solciacū nomē erat: adijt. Do-
lentibus autē Pōtigniacenſibus ꝙ ſubtraheret eis ipſius
ꝑſentia: conſolatus eſt eos dicēs. Reuertar huc in ſequen-
ti feſto beati Edimundi regis martyris. Qđ vtiq; ſine pro-
phetico ſpū nō ꝓtulit: ſicut euētꝰ ſubſequens cōprobauit.
Ea quidē die ad Pōtigniacū corpꝰ eius eſt delatū. Sic im-
pleuit mortuꝰ qđ ꝓmiſerat viuus paruo poſt tpe moritu-
rus. Quū ergo cerneret ſibi imminere nouiſſimū diē: affer-
ri ſibi iuſſit dn̄icū corpus. Extendēſq; dexterā ad ipm̄ ſacra-
mentum quū fuiſſet allatū: ait cū fiducia. Tu es domine in
quē credidi: ⁊ quē predicaui: ⁊ quē docui veraciter. Tu mihi te-
ſtis es ꝙ aliud in terra poſitꝰ q̄ te nō queſiui: ſicut tu ſcis
ꝙ nihil volo niſi qđ tu vis dn̄e. Itaq; fiat voluntas tua: qꝛ
oīa poſita ſunt in tua voluntate. Poſt ꝑceptionē euchari-
ſtie tota die illa ita erat iucundus et hilaris: ac ſi eſſet ab — Mors
omni egritudine liber ⁊ immunis. Tandem extrema vn- — ſcti Edi
ctione recepta: nullū certum mortis indiciū ꝓtulit: non ge- — mundi.
mitus edidit vel ſuſpiria aliqua: nec lecto decubuit: ſed ſe-
dit vel caput ſuū ſuꝑ manū ſuā reclinauit. Demum ꝓcioſaꝫ
reſolutus eſt in mortē. xvi. kal. Decemb. Corpꝰ igiť ſerui
dei in feretro poniť: vt ad Pōtigniacū vbi ſe ſepeliendum
cum ſumma deuotione deuouerat: referať. Euiſceratur vt
talibus fieri ſolet / interior pars corporis: ꝙ̄ in quadā eccle-
ſia beati Jacobi tumulata fulget miraculis ⁊ virtutibꝰ glo-
rioſis. Corpus reſiduū pro more lotū veſtibꝰ ſacris induiť
⁊ cum honore maximo ⁊ reuerentia ad Pōtigniacum defer-
tur. Sicq; in die beati Edimundi martyris corpus ſacrum
ibi eſt collocatum. Paratoq; ei ſepulchro decē infra. vij.
dies nihil corruptionis apparuit vel mali odoris in illo ſpa-
tio: ſed iacebat corpus in medio eccleſie quaſi roſeo colore
perfuſum facie reuelata. Monachus autē quidam dicti mo-
naſterij q̄ ſacriſta erat: ⁊ cuſtodie corporis tunc inſiſtebat
in feretro poſiti deſiderans ſummopere aliquid de ſanctis
reliquijs eius obtinere: appropiās q̄ſiuit anulum de ma-
nu defuncti accipere ⁊ aliū ſubrogare: ⁊ omni conatu attre-
ctās extrahere de digito eius minime valuit. Demū acclina-
tus aurībꝰ iacentis corporis demiſſa voce quaſi viuēte al-
loqui cepit dicens. Pater ſctē peccaui: qꝛ a te licentiā nō pe-
tij: ⁊ rē qđ tuū eſt temere mihi vendicare queſiui. Sed quia
ad honorem tuū facere diſpono ⁊ ad ſalutē fideliū ignoſce
confitenti: ⁊ petēti munus concede poſtulatū. His dictis ad
manū pōtificis defuncti acceſſit: ⁊ vbi annuliū cōtigit: cum
ſumma felicitate nō extractū ſed ꝓlapſum potius cum ingē-
ti letitia ſecum tulit. Qui inter alia ſacra illius eccleſie re-
poſitus / multis ad ſanitatē ꝓfecit infirmis. Sequenti die
quō iactata eſſet terra ſuꝑ corpꝰ ⁊ opertū: fere ꝑ octo dies
ceſſauerūt miracula fieri q̄ ceperāt. Suꝑ quo plurimū con-
triſtati fratres conferebāt adinuicē q̄ cā eſſet ceſſationis mi-
raculorū. Et ecce quidā Germanus noīe ait adueniens ſe
viſionē clarā vidiſſe: videlicet ſanctū patrē Edmūdum plu-
ries quaſi iratū. Et quū interrogaſſet cur qđ ceperat in mi-
raculis opus nō ꝑficeret: rn̄dit ſctūs. Quum defoſſus ſim:
depreſſas manus erigere non valeo / nec manꝰ attollere ad
deū ſic grauatꝰ / nec pro egrotis aduenientibꝰ exorare. Quo
ergo hac viſiōe ꝑmoti dederūt gl'iam deo: ⁊ ilico totā terrā
quam iecerāt ſuper corpus ſcti remouerūt. Et tunc virtutes
⁊ miracula redierunt. Poſt tres menſes ab eiꝰ ſepultura cō

uenerūt fratres: vt corpus ſctī ī eminētiori loco collocarēt
⁊ inuenerūt corpꝰ totū integrū ac etiā mēbra eiꝰ cōtractā
ceu flexibilia: ꝙ ſolēt rigeſcere in defunctis. Et ad maiorem
ſui meriti declarationē ceci vidēt: claudi ambulāt: detume
ſcunt hydropici: ſurdi audiunt: muti loquunt: paralytici in
mēbris cōſolidāt: a demonibus obſeſſi liberant: aperiunt
carceres: vincula ſoluunt: febricitātes ſanāt: alij laborā-
tes inſania capitis / alij morbo fiſtule liberant: alij hernioſi
alij gibboſi: nonnulli calculoſi ſeu puſtulis tabefacti: alij a
ſerpentibus vulnerati: alij deſperati: alij ſuffocationi pxi-
mi. Sicqȝ deus mirificauit ſanctum ſuum ex omni pene ge
nere languorum: colendumqȝ prebuit vniuerſis.

¶ De ſancta Eliſabeth regis Vngarie filia /
Lantgrauia Haſſie. Capitulum. xj.

Circa annos domini. M.
ccxxx. ſancta Eliſabeth: vt refert Vincen. ſpe.
hiſt. lib. xxxj. in Alemānia claruit: quam papa
Grego. ix. canonizauit ꝓpter vite ſanctitatē et
miraculorꝫ coruſcationē. Hec filia regis Vnga
rie / vxor Lantgrauij Thuringie. Ab adoleſcentia ſua ſtu-
duit religioni: votū ſuū ⁊ actiones in deū dirigēs tā in rebꝰ
ludicris ꝙ in ſerioſis. Hec vitiorꝫ extirpatrix virtutū plan
tatrix fuit: ſchola morum: exemplū patientie: ſpeculū inno
centie. Facta vero nubilis multas ꝑſecutiones eſt paſſa a
ſponſi cōſiliarijs ⁊ a proximis ſuis: ab eis vtriſqȝ contem-
pta. Sed quum oīm exoraſſet: cōtra ſpem oīm ipſum ſpon
ſum ſuum in oībus habuit triſtitie conſolatorē occultum.
Qui etiā quū circa tēpalia neceſſitate ſuorꝫ principatuū in
tēderet: in ſecreto tamē timorē dei habēs / beate Eliſabeth
ad oīa exercenda que ad opus dei ſpectant: liberā conceſſit
facultatē: eam ad ſalutem aīe ꝓmouendo. Deniqȝ de manu
magiſtri Cōradi de Marburg griſeam tunicam induit: ⁊ ha
bitus ſuſceptione caſtitatis votū ſolēnizauit. Vixitqȝ in pe
nuria / in abſtinētia: ⁊ humilitate: multa quoqȝ ab hoībus
patiēter tolerādo incōmoda: diuine contēplationi oratio-
ni ⁊ operibus miſericordie intenta. Ipſe quoqȝ dulcis para
cletus Jeſus facie ad faciē ei apparens eā cōfortabat mul-
titudine ſctōrꝫ comitatus: ſicut ſereniſſimus eius vultꝰ in-
gens gaudiū ſepe quum iaceret in extaſi rapta / repreſenta-
bat ⁊ ipſa etiā quibuſdā religioſis poſtea referebat. vnde ⁊
aliqū dulciter in eius preſentia ridebat: ⁊ in eius abſceſſu
flebat: videntibus ancillis eius: ſicut ab eis poſtmodū reqͥ
ſita et precibꝰ earū ꝯuicta ferebat. ¶ Quadā die dū more
ſolito oculis manibꝰ ⁊ corde in celū ſuſpenſis / cōtemplatio-
ni intēderet: tā abſorta erat in ſpū: vt flamma vel ſcintilla
veſtiunculas eius attingens lederet enormiter ac deforma
ret ea nō aduertēte: donec aliqua ex ancillis rediens odo-
rē ignis ſentiēs olfactu extinguē ſuffocaret. At illa cla-
more puelle correpta ad ſe rediēs / pāniculos viles ⁊ abie-
ctos manibus ꝓprijs aſſuēs iacturā ꝓut potuit inſtaura-
uit. Ab ancillis paupertbꝰ ⁊ ignobilibꝰ dn̄a vocari nolebat
ſed eas ad latus ſuū ſederet ⁊ de ſcutella ſua comedere fa-
ciebat: fila trahebat / vaſa coquinaria mundabat: hoſpita-
le pauperū conſtruxit. Et ſi quid bonū vel delectabile quā
doqȝ habuit ori ꝓprio ſubtrahens / paupertbꝰ in eius hoſpi
cio manentibus miniſtrabat / eoſqȝ balneabat: et lectos eo-
rum ſternebat / eoſqȝ tegebat. Monoculū cecum: ⁊ ſcabio-
ſum puerulum ſecum habebat: quē etiā ad requiſita natu-
re ſepius deportabat. Inter innumera miracula ꝙ deus ꝑ
eā oſtēdit. xvj. mortuos potenter ſuſcitauit: cecum natū il-
luminauit. xiiij. kal. Decembris ad dn̄m migrauit. In die
autē tranſlationis ſacri corporis eius / poſtqȝ in capſa plum
bea fuit repoſitū de terra ſublatū: primo die aperto locu-
lo ꝓ oſtenſione reliquiarū repertū eſt oleū mirifici odoris
de corpore eiꝰ emanaſſe: qđ hodie etiā inſpicientibꝰ patet.
Nam gutte tanqȝ roris ſuper gramen ſtant, et diſtillāt: eiſqȝ
decidentibus vel abſterſis alie paulatim renaſcunt. ¶ Ha
buit ſancta iſta multas a deo reuelationes. Et inter cetera
legitur quod cum ipſa Eliſabeth quadam vice in ſpiritu
eſſet rapta / vidit in loco valde remoto quoddam ſepulchrū
multo lumine circumfuſum: ⁊ quaſi ſpeciē mulieris in eo:
quam circunſtabat multitudo maxima angelorꝫ. Et poſt
puſillum de ſepulchro erepta eſt: ⁊ in ſublime cum illis mul
Reuela titudine aſtātium eleuata. Et ecce in occurſum eius vir ꝗ-
cio de aſ dam de celis admirabilis ⁊ glorioſus aduenit: portans in
ſūptio dextera crucis vexillum: ⁊ cum eo infinita milia angelorū.
ne bea- Sicqȝ alacriter ſuſcipientes cum magno concentu eos in
te Ma celū deduxerūt. Poſt modicū temporis Eliſabeth angelū
rie facta cū quo loquebat: de ꝑdicta viſione interrogauit. Ait. Oſten-
ſctē Eli ſum eſt tibi in hac viſione qđo dn̄a virgo Maria aſſumpta
ſabeth. eſt in celū in aīa ⁊ corpore. Dicit autē in eiſdē reuelationi-
bus: vt refert Jacobus de vora. ꝙ reuelatū eſt ei ꝙ poſt. xl.
dies trāſitus ſui a corpore / corpus reſuſcitatū aīa redeūte
ad ipſum: aſſumptū eſt in celū. Ac etiā ipſa btā Maria ma
ter dn̄i ſibi ſup hoc interroganti reuelauit ſe de hoc ſeculo
emigraſſe poſt annū ab aſcen. filij ſui in celū ⁊ tanto plus
quantū tēpis eſt inter aſcēſionem: ꝙ fuit illo anno. xij. Maij.
vel circa / ⁊ aſſumptionē ipſius btē Marie: ꝙ eſt. xv. Augu.
Et ꝙ oēs apl̄i ſe inuenerunt ꝑſentes in morte eius: ⁊ hono
rifice ſepulture tradiderunt / ⁊ poſtea. xl. die a morte reſuſci
tata in celum aſcendit. Et quum interrogaſſet ſancta vtrū
hoc deberet manifeſtare aliis: reſponſum fuit nec carnali-
bus ⁊ infidelibus manifeſtandum / nec ſpiritualibus ⁊ de-
uotis occultandū. Qđ aſſumpta ſit beata Maria in aīa et
corpore / ſatis cōiter creditur ⁊ dicit a doctoribus. Qđ aūt
poſt annum ⁊ menſes tres migrauerit / opinio cōmunis eſt
in contrariū. ſ. ꝙ. xij. annis ſuperuixerit poſt aſcēſ. An etiā
xl. die corpus eius viuificatum fuerit / ⁊ aſſumptum in celū
an ante / omnino eſt ignotum / ⁊ a doctoribus nō inſinuatū.
Vnde in huiōi licet vnicuiqȝ in ſuo ſenſu abundare ⁊ opi-
nari qđ ſibi magis videt conſonū rationi in ijs que eccl̄ia
nō determinauit. Nec ꝑ hec detrahit ſanctitati Eliſabeth
ſi non credat / qꝛ ⁊ ſancti viri ꝓphete aliquando credunt a
deo ſibi aliqua reuelari ſpū ꝓphetie / ꝙ ex phātaſia ſua tra-
hunt in viſionibus ſuis / vt patet in Nathan propheta.

¶ De quibuſdam ſanctis mulieribus / ⁊ precipue
de Maria de Oegnies. Capitulum. xij.

Anno domini milleſimo
ccxiij. vt refert Vincē. ſpe. hiſt. li. xxxj. ex dictis Jacobꝰ
Magiſtri Jacobi de Vitriaco / floruerunt in de Vi-
epātu Leodienſi in Francia quedam ſanctiſſime triaco.
mulieres magnarū virtutū ⁊ multi feruoris ad deum ⁊ ſup
oēs quedā dicta Maria de Oegnies: cuius vitā diffuſe ſcri
pſit ꝑfatus magiſter Jacobꝰ. Hic aūt Jacobus priꝰ in villa
que eſt ꝓpe Pariſios ⁊ dr̄ Argentoliū / fuit preſbyter paro
chialis / poſtmodū ſecularē vitam relinquens / in monaſte-
rio de Oegnies factus eſt canonicus regularis. Cuius itidē
parochie cura quū ei cōmiſſa eſſet / eidem Marie in eadem
parochia cōuerſanti propter vite ipſius ſanctitatem valde
familiaris effectus eſt. Cui etiam illa (vt refert) ſpecialem
gratiam orōnibus ſuis impetrauit. Vnde ⁊ ipſe crucem cō
tra Albigēſes in Francia predicās / eloquij ſuauitate mul-
tos atqȝ innumerabiles ad ſignū crucis accipiendum ꝓuo
cauit. Poſtea vero factꝰ eſt epūs Achoneū / ⁊ inde trāſlatus
authoritate apl̄ica factus eſt epūs Tuſculanus ſedis apl̄ice
cardinalis. Tandē ex vita ꝑſenti migrās fecit corpus ſuum
apud Oegnies deferri / ⁊ in eadē eccl̄ia in quodā ſepulchro
in quo filia eius ſpūalis ſancta mulier cōdita fuerat / ſepeli
ri. ¶ Hic etiā magiſter Jacobus vnū aliud volumē confe-
cit / in quo multa de naturis rerū ⁊ ꝑcipue de mirabilibus
q̄ in trāſmarinis partibus reperiunt / inſeruit. Sed cū vita
ꝑdicte btē Marie / de ſanctis mulieribus ꝙ tpe ſuo in par-
tibus Leodiēſiū abundabant / multa bona deſcripſit / ⁊ earꝫ
detractores acriter reprehēdit / ⁊ venerabili epō Toloſano
Fulconi loquens ita dicēs. Pater ſancte paſtor Toloſane /
noſti qꝛ quū veniſſes ad ptes te narrante audiuiqȝ reliquē-
ras Egyptum in partibꝰ tuis: ⁊ tranſiens per deſertū ter-
rā ꝓmiſſionis in ptibꝰ Leodij inueniſti. Quū eīm in ptibus
tuis mltos de noſtris cruce ſignatos cōtra hereticos fide
feruētes in tribulatiōe mirā patientiā habētes: in operibꝰ
miſericordie abundantes cognouiſſes: immo ſicut mihi dī
xiſti quaſdam mulieres magis pro vno veniali peccato lu-
gētes ꝙ hoīes i ptibꝰ tuis ꝓ mille mortalibꝰ mirareris: ve
niēs ad ptes nr̄as ſicut audiſti: ſic vidiſti: imo ⁊ pluſqȝ audi
ſti. Vidiſti eīm ⁊ gauiſus es in hortis lilioꝝ dn̄i multarꝫ
ſāctarū virginū cateruas in diuerſis locis: ꝗ ſpretis carna
libus illecebris / ⁊ contēptis ꝓ amore chriſti mūdi diuitijs /
in paupertatis humilitate ſpōſo celeſti adherētes: labore
manuū tenuē victū q̄rebāt / licet parētes eaꝝ diuitijs mul-
tis abundarēt: ipſe tū obliuiſcentes ꝓplm ſuū ⁊ domū pꝛis
ſui malebant anguſtias paupertatis ſuſtinere / ꝙ male acq̄-
ſitis diuitijs abūdare: vel inter pōpoſos ſeculares cū ꝑicu
lo remanere. Vidiſti ⁊ gauiſus es ſctās a deo ſeruiētes ma
tronas: quāto zelo pudicitiā iuuēcularū cōſeruarēt: ⁊ eas i
honeſto ꝓpoſito vt ſolū celeſte ſponſum deſiderarent ꝙ ſa
lutaribus monitis inſtruerent ipſe vidue in ieiunijs orōni
bus ⁊ vigilijs ⁊ laboribus manuū dn̄o ſeruiētes. Vidiſti ⁊
gauiſus es ſanctas mulieres in matrimonio deo ſeruiētes
filios ſuos in timore dn̄i erudientes / honeſtas nuptiarꝫ ⁊
thorum immaculatū cuſtodiētes / ad tps orationi vacātes /
⁊ poſt in idipm cū timore dn̄i reuertētes ne tentarent a ſa-
thana / multas etiā de conſenſu maritoꝝ a licitis amplexi-
bus abſtinentes. Vidiſti ⁊ miratus es immo ⁊ valde con-
triſtatus / quoſdā impudicos ⁊ totius religionis inimicos
homines

hoĩes predictarũ mulierũ religionẽ malitioſe infamantes ⁊ canina rabie cõtra mores ſibi cõtrarios oblatrantes. Et quũ nõ haberẽt amplius q̃d facerẽt: noĩa cõtra eas fingebãt: ſicut Judei chriſtũ Samaritanũ/chriſtianos Galileos appellabãt. Nec mirũ. Egyptij eñi abominant̃ oues: ⁊ homines tenebroſi ⁊ malitioſi innocẽtiã: ſimplicitatẽ deridẽt inter epulas ⁊ potus inter ebrietates ⁊ crapulas vitã abſtinentium lacerãtes. Ipſe aũt mirabili patientia opprobria ſuſtinuerũt ⁊ ꝑſecutiones: frequenter ad memoriã reducẽtes id euangelicũ. Si me ꝑſecuti ſunt: ⁊ vos ꝑſequent̃. Sʒ quĩ ſcriptũ eſt: A fructib⁹ eorũ cognoſcetis eos. q̃ vere deo adheſerint: in deuaſtatione ciuitatis Leodieñ. ſatis cõpertum eſt. Que eñi ad eccleſiã ꝓfugere nõ poterãt: in flumen ſe precerunt: magis ſic eligentes mori: q̃ dãnum caſtitatis vel virginitatis incurrere. Quedã etiam in ſtercorarias ſentinas ꝓſilientes: malebãt extingui fetore q̃ ſpoliari virginitate. Itaq̃ clemẽs ſponſus ſponſis ſuis: dignatus eſt prouidere: q̃ in tanta multitudine nõ eſt inuenta aliqua que mortẽ corporis vel detrimentũ incurreret caſtitatis. Quũ aũt vna illarũ ſanctarũ mulierũ ꝑiculoſe laboraret in flumine: duo ex hoſtib⁹ cũ nauicula ad eã veniẽtes eã in nauim traxerũt: vt ei turpiter cõmiſcerent̃. Sed q̃d eſſet actura caſta inter lenones: agna inter lupos: columba inter accipitres cogitabat. Maluit iterũ fluuio ſubmergi: q̃ corrumpi. A nauiq̃ ꝓſiliit inter vndas. Dumq̃ nauis ex impetu ſalientis mergeretur: ſimul illi duo merſi perierunt. Illa vero per dei gratiam ſine dãno corporis ⁊ anime obſequente fluuio ad ripam peruenit. Mirãdiſq̃ plus miranda ſucceſſerunt: quum diuturna ⁊ intolerabilis fames per triennium in regno Frãcie ⁊ in magna imperij parte adeo inualuiſſet: vt homines paſſim per villas ⁊ agros fame morerẽtur: illi etiam qui prius diuites fuerant: publice mendicare ⁊ fame perire cogerentur: non eſt inuenta in tãta multitudine ſanctarum mulierum in toto Leodienſi epiſcopatu (licet oĩa pro chriſto reliquiſſent) aliqua: que vel fame moreretur vel publice mendicare cogeretur.

Memorabile caſtitatis ſeruande ſtudiũ.

§. I. Sed iam ad ꝑſonas ſingulares

⁊ ſingularia miracula deſcẽdamus. Teſtẽ eñi inuoco ſanctitatẽ tuã. Oculis eñi vidiſti mirabilẽ dei operationẽ et in diuerſis ꝑſonis diuiſiones gratiarũ. Aliqua eñi a dño te certiſſime ꝓbante tantam gratiã accepit: vt peccata hoĩm que per verã cõfeſſionem detecta nõ erant: in multis perſonis perciperet: ⁊ dum multis peccata oblita nũciaret: multos ad cõfeſſionem inuitans: cauſa ſalutis eorũ poſt deũ extitit. Aliquas etiã vidiſti mulieres tam ſpeciali ⁊ mirabili amoris in deũ affectione reſolutas/ vt pre deſiderio lãguerẽt: nec a lecto per multos annos niſi raro ſurgere poſſent: nullam aliã cauſam infirmitatis habẽtes: niſi illam cuius deſiderio aĩe earũ liquefacte cũ dño ſuauiter quieſcentes: quãto magis ſpũ cõfortabant̃: tanto corpore infirmabant̃. Clamãtes corde: lʒ pre verecũdia ore diſſimularent: Fulcite me floribus: ſtipate me malis: q: amore langueo. Alicui⁹ etiã mirabiliter ⁊ ſenſibiliter dũ aĩa pre amoris magnitudine liquefieret: gene corporales attenuate reſoluebãtur. Multis etiã ex fauo ſpũalis dulcedinis ⁊ corde redundabat mellis ſapor ſenſibiliter ĩ ore dulces lachrymas eliciẽs ⁊ mentẽ in deuotione cõſeruans. Quedã etiã tantã gratiã lachrymarũ perceperãt: vt quoties deus erat in corde per cogitationẽ: lachrymarũ riuulus fluebat ab oculis ꝑ deuotionem: ita vt lachrymarũ veſtigia in genis ex cõſuetudine fluẽdi appareret: ẽtiq̃ tñ caput nõ euacuabãt: ſed quadã plenitudine mentẽ refouebãt: ſpũi ſuaui vnctione decorabãt ⁊ dulcorabãt: corpus etiã mirabiliter recreabãt: ⁊ tãto fluminis impetu totã dei ciuitatẽ letificabãt. Alie vero extra ſe tãta ſpũs ebrietate rapiebant̃: q̃ in ipſo btõ ſilentio fere ꝑ totũ diẽ quieſcẽtes: dũ erat rex in accubitu ſuo: non erat eis vox neq̃ ſenſus ad aliqua exteriora. Pax enim dei ita exuperabat ⁊ ſepeliebat ſenſus carũ: q̃ ad nullũ clamorem euigilare poterant: nullã penitus corporalẽ leſionẽ etiã ſi vehemẽter impugnarentur/ ſentirẽt. Aliquã eñi vidi q̃ fere. xxx. annis tãto zelo ſponſo ſuo in clauſtro cuſtodiebat̃: q̃ extra clauſtrũ nullus ei poſſet eſſe egreſſus: etiam ſi mille hoĩes eam per manus trahere niterent̃: multoties enim exire conabatur quibuſdã etiã eam trahẽtibus: ſed fruſtra quis citius rumperetur. Vidi aliã que extra ſe frequẽter q̃ñq̃. xx. vicib⁹ in die raperet̃: q̃ etiã me ꝑñte pluſq̃ ſepties vt credo rapta eſt. In quocũq̃ vero inueniebat̃ ſtatu: in eo donec reuerteret̃ immobilis ꝑmanebat: nec tñ quãtũcũq̃ inclinaret̃: familiari eã ſpũ ſuſtẽtare cadebat. Man⁹ eius q̃ñq̃ in aere dependebant immobiles ſm diſpoſitionem in qua inuẽta fuerat. Que dum ad ſe reuerteretur: tanto gaudio replebatur: q̃ reliquis cogitationis diẽ feſtum agentibus gaudium interius plauſu corporali cogebatur oſtẽdere: ſicut Dauid coram arca ſaltando: iuxta illud. Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in deũ viuũ. Quedã vero in perceptione illius panis q̃ de celo deſcẽdit: nõ ſolũ refectionẽ in corde: ſed dulcem ſuper mel ⁊ fauum ſenſibilemq̃ conſolationẽ percipiebat in ore/ dum carnes veri agni a faucibus cordis quas replebãt: ad fauces corporis mirabili ſapore redundabant. Quedã autẽ tanto deſiderio poſt odorẽ tanti ſacramenti currebant: q̃ nullo modo diu carere eo ſuſtinebant nullam cõſolationẽ vel requiem ſuſcipientes: ſʒ penitus languore deficiẽtes niſi de ſuauitate cibi illius anime earum frequẽter vegetarent̃. Erubeſcãt heretici infideles qui cibi hui⁹ ſuauitatẽ nec fide nec corde percipiũt. Noui autẽ quandã inter ſanctas mulieres: que dum vehemẽter veri agni carnibus refici deſideraret: verus ipſe agnus nõ diutius eã languere ſuſtinens: ſeipſm illi obtulit: ⁊ ſic refecta cõualuit. Vidi etiã aliã circa quã tã mirabiliter opat⁹ eſt de⁹: q̃ quũ diu mortua iacuiſſet: ãteq̃ corp⁹ ei⁹ in terra ſepeliretur: anima ad corp⁹ reuertẽte reuixit: ⁊ a dño obtinuit vt in hoc ſeculo viuens in corpore purgatoriũ ſuſtineret. vñ lõgo tp̃e ita miſerabiliter a dño afflicta eſt: vt q̃ñq̃ ſe volueret in igne: q̃ñq̃ in hyeme in aqua glaciali diu moraret̃: q̃ñq̃ ĩ ſepulcra mortuorũ ĩtrare cogebat̃. Tandẽ ĩ tãta pace peracta penitẽtia vixit: ⁊ tãtã a dño grãʒ ꝓmeruit: vt multoties rapta in ſpiritu aĩas defunctorũ vſq̃ ad purgatoriũ vel ꝑ purgatoriũ ſine aliq̃ ſui leſione vſq̃ ad ſuꝑna regna aſcendere cõſpiceret.

§. II. Inter ceteras ſanctas mulieres

illius tp̃is ⁊ loci fuit quedã iuuencula oĩs excellens vocata Maria: vita ⁊ noĩe gratioſa: in epatu ⁊ villa que dr̃ Leodij. Que mediocribus orta parẽtib⁹ licet diuitijs ⁊ multis bonis tp̃alibus abũdaret: nũq̃ tñ animũ ei⁹ bona trãſitoria ab annis puerilib⁹ illexerunt. Ita eniʒ ex vtero fere proiecta eſt in dñoꝝ: q̃ nũq̃ vel raro ſicut mos eſt puellarũ ludis cũ ludẽtibus ſe miſcuit. Frequẽter vero adhuc ĩ pueritia ante lectuʒ nocte genua flectebat: ⁊ quaſdam orationes quaſi primitias vite dño offerebat. Adeo ĩ ea ab infantia cũ ea creuit miſeratio ⁊ pietas: ⁊ quaſi naturali affectione religionem diligebat: q̃ quuʒ Ciſtertiẽ. ordinis fratres aliq̃ñ ante domum patris ſui pertranſirẽt: ipſa ſuſpiciẽs ⁊ admirans religiõis habitũ/ furtiue eos ſequebat̃. Et quuʒ nõ haberet q̃d faceret amplius: pedes ſuos cõuerſorũ vel monachorũ paſſibus ꝓ deſiderio infigebat. Quũ aũt parẽtes eius more ſecularium veſtibus eã delicatis ⁊ cultis ornare voluiſſent: ipſa cõtriſtata reſpuebat. Felicibus eius actibus inuidentes parẽtes ipſi quũ eſſet ãno ꝑ. xiij. cuidã iuueni Joãni noĩe matrimonio cõiunxerũt. Tũc vero a parentib⁹ remota in tm̃ feruores exceſſuʒ accẽſa eſt: ⁊ tãtaq̃ pugna corpus ſuũ caſtigabat: q̃ frequẽter quũ magna pte noctis proprijs manib⁹ laboraſſet: poſt laborẽ diutiſſime orabat. Reſiduũ vero noctis quoties ei licebat: ſuꝑ furtiuos aſſeres quos ĩ extremitate lectuli abſcõderat: cũ modico ſomno tranſibat. Et q: poteſtatẽ corpis ꝓprij nõ habebat aperte cordam aſperrimam qua vehementer ſtringebat̃. ſub camiſia clam portabat. Nec hoc dixerim vt exceſſum commẽdem: ſed vt feruorẽ oſtendam. In his autẽ ⁊ multis alijs q̃ priuilegio grẽ operata eſt: diſcretus lector attendat q̃ paucorum priuilegia legem cõmunem non faciunt. Que ergo quoſdam ſanctos ex familiari cõſilio ſpiritusſancti feciſſe legimus: admiremur potius quã imitemur. Quum autem multo tẽpore cum marito ſuo in cõiugio vixiſſet/ reſpexit dominus humilitatẽ ancille ſue: exaudiuit lachrymas ſupplicãtis. Nã quã prius habuit vxorem: inſpiratus eſt Joannes vt haberet commendatam Mariam. Caſto caſtam dominus commendauit ancillam: vt in ſolatio haberet cuſtodem: ⁊ vt liberius deo ſeruiret: fidelẽ reliquit ei prouiſorem. In ignẽ ergo non ardentem ſeſe pro dño abijcientes: leproſis quibuſdam iuxta Niuellaʒ in loco qui dr̃ Villembroth pro dño aliquo tẽpore ſeruierunt. Videbant hoc demones ⁊ inuidebant. Videbant ſeculares ⁊ conſanguinei ⁊ dentibus ꝯtra eos fremebant: ⁊ quos prius venerabant̃ diuites poſtea ꝯtẽnebant ⁊ irridebãt pauperes. Dũ aũt quadã die preuenta ⁊ viſitata a dño bñficia q̃ in carne humana aſſumpta humano generi exhibuit cõſideraret: tãtam cõpunctionis gratiam tãtãq̃ lachrymarũ copiaʒ torculari crucis expreſſam in paſſione ipſa inuenit: q̃ veſtigia eius per eccl̃iã lachryme eius deſuꝑ pauimentũ copioſe defluentes oſtendebant. Unde lõgo tp̃e poſt hanc viſitationem nec crucis imaginẽ intueri: nec alios loquẽtes audire poterat de paſſione chriſti: quin ex defectu cordis in extaſim laberet̃. Vñ vt dolorẽ aliqualiter tẽperaret: fluuiũ lachrymarũ cohiberet relicta humanitate ad chriſti diuinitatem ⁊ maieſtatẽ

Maria cognomẽto oegnies.

animũ attollebat: vt in eius impaſſibilitate reperiret conſolationem. Sed vnde fluminis impetum reſtringere conabatur: inde mirabiliter maior lachrymarũ impetus oriebatur. Nam quum attẽderet quãtus fuit qui tam villa ꝛ abiecta nobis ſuſtinuit: rurſus dolor renouabatur: nouis cor eius lachrymis ꝛ eius anima dulci cõpunctione liquebatur. Quadam die ante paraſceuẽ: quum iam imminente chriſti paſſione maiori lachrymarũ imbre cum ſuſpirijs ꝛ ſingultib⁹ ſe cum dño mactare inchoaſſet: quidã de ſacerdotibus eccleſie vt oraret cũ ſilẽtio ꝛ lachrymas cohiberet: quaſi blande increpando hortabatur. Illa vero ſicut verecũda ſemper erat: ꝛ omnibus columbina ſimplicitate obedire ſatagebat: impoſſibilitatis ſue cõſcia egreſſa ab eccleſia in loco ſecreto ab omnibus remoto ſe totaliter abſcondit. Impetrauitq́ȝ a dño cũ lachrymis vt predicto ſacerdoti oſtenderet: ꝙ nõ eſt in homine lachrymarum impetum retinere: quia flante ſpiritu vehementi fluunt aque. Quum igitur ſacerdos ille eodẽ die miſſam celebraret: aperuit deus ꝛ nõ fuit ꝗ clauderet emiſit aquas ꝛ ſubuerterunt terram. Tanto enĩ lachrymarum diluuio ſubmerſus eſt ſpũs ei⁹: ꝙ pene ſuffocat⁹ eſt. Quantoq́ȝ magis impetũ reprimere conabatur: tanto magis lachrymarum imbre nõ ſolũ ipſe: ſed liber ꝛ linteamina altaris rigabantur. Quid ergo ageret ille improuidus ancille chriſti increpator ꝑ experientiã dicit cum rubore qđ prius per humilitatẽ ꝛ cõpaſſionẽ cognoſcere noluit. Et poſt multos ſingultus ꝛ multa inordinate ꝛ cũ interruptione pronũtiata a naufragio vix euaſit: ꝛ qui vidit ꝛ cognouit teſtimonium perhibuit. Tunc non longo poſt tpe ancilla chriſti reuertens: miro modo ac ſi preſens fuiſſet: que cũcta acciderãt ſacerdoti improperando retulit. Nunc inquit per experiẽtiam didiciſti: quia nõ eſt in põtate hoĩs cohibere ſpm. Dum vero compaſſionis affectu poſt longa ieiunia: poſt multas vigilias: poſt tãtarum lachrymarum inundationes quererẽ vtrũ exinanito (vt fieri ſolet) capite aliquã ſentiret leſionem vel dolorẽ. Hec (inquit) lachryme ſunt refectio mea: he ſunt panes mihi die ac nocte: que caput non affligunt: ſed paſcunt: mentem nullo dolore torquent: ſed animam quadam ſerenitate exhilarant: dum ſcilicet non per violentiã extorquentur: ſed ſponte a deo propinantur.

§. III. De confeſſione eius deuz

teſtem inuoco: nunꝙ in tota eius vita ꝛ conuerſatione vel vnũ potui ꝑcipere mortale pctm. Et a modicis ꝛ venialib⁹ ita ſibi cauebat: ꝙ plerũq́ȝ ꝑ. xv. dies nec vna cogitatio inordinata potuiſſet reperiri in corde ſuo. Et quĩ bonarum mentiũ eſt ibi culpã agnoſcere vbi culpa nõ eſt: ſacerdotuȝ pedibus aduoluta: quedã cũ lachrymis ſe accuſando confitebatur: in quib⁹ a riſu vix abſtinere valebamus: veluti quedam puerilia ꝗ in pueritia ſua ſe otioſe dixiſſe recolẽdo dolebat. Et quũ in quadã grauiſſima infirmitate ſua viſa fuiſſet viſo ꝛ carnibus ex neceſſitate ad reſtaurationem nature reſonata quieſcere nõ valuit mẽs ei⁹ donec delicias illas corporis ad tps exhibitas magna poſtea ꝛ vltra ſolitũ abſtinẽtia recõpenſaret. Tanta vero ieiunãdi grã xpi ancilla precellebat: ꝙ diebus illis quibus ad recreationẽ corpuſculi eam ad cenam tanq́ȝ ad medicinam accedere oportebat: ſemel ꝛ modicum in die in eſtate ad veſperã: in hyeme prima hora noctis panem nigrum ꝛ aſperrimuȝ de quo vix canes comedere poterãt: longo tpe comedit: ita ꝙ pre nimia aſperitate ꝛ duritia fauces eius lacerabantur interius: ꝛ ex vulneribus ſanguis eliciebatur: quẽ ſanguinis chriſti memoria dulcem reddebat. ¶ Quadaȝ die dum corpus reficeret comedẽdo vidit hoſtẽ antiquũ inuidia tabeſcentẽ. Et quũ nõ haberet amplius ꝗd faceret: inſultabat ei dicẽs. Ecce o guloſa nimis reples te. Ipſa vero inimici fraudes cognoſcẽs/ꝗ libẽter quã timoratã ſciebat ꝑturbare nitebatur vt in nimia abſtinẽtia deficeret: tanto magis eum deridẽdo manducare conabatur: quanto ſerpens venenoſus inuidia magis torquebatur. Ieiunauit aũt trib⁹ annis cõtinuis in pane ꝛ aqua a feſto crucis vſq́ȝ ad paſcha: nullũ tñ inde valetudinis vel operis manuũ detrimentũ ſuſtinebat. Quum aũtẽ in cellula ſua intra eccleſias in veſpere vel in nocte corpuſculũ pane ꝛ aqua reficeret: a principio bñdictionis vſq́ȝ ad grãs quoſdã ex angelis ſobrie cene adſiſtẽtes corã ea ꝑ lucidã ſcalã aſcendẽtes ꝛ deſcendẽtes vidit: ex quorũ viſione tantã habuit cõſolationẽ: ꝙ oẽm saporis ſuauitatem ſpiritualis refectio ſuperabat. ¶ Sanctus autẽ euãgeliſta Ioannes quẽ miro diligebat affectu: duȝ ipſa cibũ caperet ad menſam ei⁹ aliqñ veniebat: in cuius preſentia ex affectu deuotionis appetitus ſenſibilis ita euacuabatur: ꝙ modicuȝ cibi vix capere poterat: ꝛ in fortitudine cibi illi⁹ quãq́ȝ. viij. diebus aliqñ. ix. ab aſcenſione dñi vſq́ȝ ad aduentũ ſpũſſancti nihil mãducãs ieiunabat: nec minus potẽs erat laboris in vltimo die ꝙ in primo. Nec ſi vellet hijs dieb⁹ comedere potuiſſet donec ſenſualitas: que a ſpiritu abſorpta erat: ad ſe ipſam rediret. Aliquãdo in ſuaui ꝛ beato ſilentio. xxxv. diebus cũ dño ſuauiter requieſcens/nullo corꝑali eſt vſa cibo nulluũq́ȝ verbuȝ per dies aliquot proferre poterat niſi iſtud ſolummodo. Volo corpus dñi noſtri Ieſu chriſti. Quo recepto: in ſilẽtio ſuo ſingulis diebus cum dño permanebat. Tandem poſt ꝗnq́ȝ hebdomadas ad ſe reuertẽs aperuit os ſuũ: ꝛ mirãtibus circunſtantibus locuta eſt: cibumq́ȝ corporalẽ recepit. Quanto autẽ magis corpus eius ieiunijs macerabatur: tãto ſpũs liberior pingueſcebat orationib⁹. Et dũ operaretur manib⁹: ꝛ digiti eius apprehenderẽt fuſum: pſalteriũ ante ſe poſitum ex quo pſalmos dño ſuauiter eructabat: ne cor ſuum diuagaretur: dño copulabat. ¶ Quum autẽ quadã die eſſet in eccleſia ſua iuxta eccleſiam de Oegnies vidit multitudinẽ manuũ ante ſe ſupplicantiũ. Tũc illa ad eccleſiã quaſi ad tabernaculũ vt deum cõſuleret recurrens rogauit dñm vt eam qui ſibi vellent manus ille ſignificare certificaret. Cui reſponſum eſt a dño: ꝙ defunctoruȝ anime erãt ꝗ torquebantur in purgatorio: ꝛ orationũ ſuarũ poſtulabant ſuffragia: quibus quaſi precioſo vnguento dolores eorum mulcebantur. Ipſa enĩ aliqñ pre dulcedine contemplationis ſolitas oratiões mittebat: quãdoq́ȝ etiã nec os aperire valebat: nec de alio ꝙ de deo cogitare. Per diem ꝛ noctem milies ꝛ centies flectendo genua beatam virgineȝ ſalutabat. Et hoc mirabile ꝛ inauditum deuotionis officium per dies. xl. continuabat. Primo ſine intermiſſione in ſpiritu vehementi ſexcentis vicibus genua flectebat. Secundo totum pſalterium ſuper pedes ſtando legens: per ſingulos pſalmos flexis genibus ſalutationem angelicam offerebat. Tertio hauſtro flante vehementius/trecentis vicibus per ſingulas flectiones virga diſciplinali ſe percutiẽdo deo ꝛ beate virgini prolixo martyrio ſeipſam immolabat: ꝛ tribus autẽ vltimis percuſſionibus ad cõdimentũ aliarũ ſanguinem copioſum eliciebat. Tandem vero quinquageſies flexis ſimpliciter genibus ſacrificiũ cõſummabat. Hoc autem non humana virtute: ſed angelico preſidio eam ſuſtentante ꝛ ſubleuante peragebat. Virtus aũt orationum eius quanta eſſet: experti ſunt nõ ſolum homines ad ſuccurſum ſed ꝛ demones ad cruciatuȝ: quos adeo perurgebat: ꝙ ad eam precum ſuarũ coacti incendio venire compellebãtur. Quãdoq́ȝ vero quum poſt vigilias multas ꝛ orationes in lectulo ſuper requieſceret: ſub varijs ſpeciebus apparebat ei diabolus ſuper eam frendens ꝛ maledicens. Malo tuo (aiebat impius) requieſcas: nobiſcum in inferno quietem habeas. Nõ minus enim quiete tua torqueor ꝙ labore tuo ꝛ orationibus. Illa vero ſubridens facto ſigno crucis eum recedere compellebat. Aliquando pro defuncti cuiuſdam anima preces domino offerebat: ꝛ dictum eſt ei. Ne effundas pro eo orationem: quia reprobatus eſt a deo. Vulnere enim letali tranſfixus miſerabiliter mortu⁹ eſt in torneamento: ꝛ eternis incendijs deputatus. ¶ Que chriſtum intrinſecus induerat: de ornatu exteriori nõ curabat. Veſtibus mediocribus vtebatur: non linea camiſia iuxta carnẽ ſed ſacco cilicino aſpero: qui lingua publica dicitur ſtamigna. Tunicam lineam albam cum eiuſdem coloris ſimplici pallio abſq́ȝ pellium coniunctione vel aliqua foderatura ꝓ indumento habebat. Harum veſtium ſimplicitate contenta: que intrinſecus ardebat: nullum frigus exterius ſentiebat. Nec igne materiali quo frig⁹ in hyeme arcetur: repellere idigebat: ſed miro modo quum hyems aſperior glaciali frigore aquas cõſtringeret: ſicut ipſa ſpiritu feruebat: ſic exterius in corpore maxime duȝ oraret calefcebat: adeo ꝙ ſudore eius aromatico aliquando veſtimenta eius redolerẽt. Quietum ſilentium diligebat: adeo ꝙ aliquo tempore a feſto ſancte crucis vſq́ȝ ad paſcha nullum fere verbum ꝓferendo ſilentiũ tenuit. Cuiuſmodi ſilentiũ ita dñs acceptauit: ꝙ ſpũſancto reuelante ꝓpter hoc abſq́ȝ purgatorio euolaret ad celum a dño obtinuit. Cordis eius gaudium vultus ſerenitas latere nõ ſinebat. Miro autem moderamine cordis grauitatẽ: vultus hilaritatẽ mentiſq́ȝ iocunditatẽ/verecũda faciei ſimplicitate aliquaten⁹ tẽperabat. Vultuq́ȝ in terraȝ demiſſo: tardo maturoq́ȝ greſſu humiliter in oĩbus incedebat. Adeo ex plenitudine cordis eius in facie illius ſpũſſancti gratia reſultabat: ꝙ mlti ex ei⁹ aſpectu ſolo ſpũaliter refecti: ad deuotionẽ ꝛ lacrimas ꝓuocabantur. ¶ Accidit vt quadã die vir benign⁹ quidã ꝛ ꝑſonarũ religioſarũ amicus/Guido cameraceñ. eccl'ie cãtor: cauſa viſitãdi eã a via ſua diuerteret: quidã vero ex ſocijs eius ꝗ nõdũ cognouerat experiẽtia quãtũ ꝓſit mentib⁹ bonorũ viſitatio ꝛ familiaritas cõferat: ſcti deuotiq́ȝ viri laborẽ quaſi deridẽs/ait. Pro deo dñe cãtor ꝗd queritis? Quare viã vrãȝ fruſtra deſeritis? Nunquid muſcas volatiles ꝛ papiliones

cū pueris ſequi ⁊ apprehendere vultis? Ille autē vt mitis corde ⁊ patiēs ꝓpoſitū iter ꝓpter hoc nō dimiſit: ſed chriſti ācillā ex cuius preſentia nō modicā acceperat cōſolationē adijt. Quū aūt ille loqueref: ſocius eius tedio affect⁹ in expectādo venit ad ipm cātorē admoniturus eū vt feſtinaret. Quūq; forte in vultum ācille chriſti oculos figeret: ſubito ⁊ mirabiliter immutatus in tantā lachrymarū copiā reſolutus eſt: q; vix longo tpe poſt a loco ⁊ ei⁹ preſentia potuit amoueri. Tūc cātor licet ille pre verecūdia latere vellet: attendens ⁊ cognoſcens euentū rei gaudens ⁊ ſociū ſuū verſa vice irridens ait. Eamus: quid hic ſtamus? forte papiliones fugare vultis. Ille vero poſt multa ſuſpiria et lachrymas vix tandem inde auelli potuit: dicens. Ignoſce mihi: quia quid prius dicerem penitus ignorabā. Nunc autē in hac muliere virtutem dei expert⁹ ſū. Quū quodā tempore corpuſculum ſuū feruore ſpūs iā amplius ſuſtinere nō poſſet: decidit in egritudinē magnā. Adeo enī pius pater filiā ſuā quā diligebat: flagello diſcipline ſubdidit: q; membra corpus eius mirabiliter torquebātur. Nā quaſi in circulū brachia pre dolore agitabantur: ⁊ manibus pectus tūdere cogebaf. Et quum ad tps paululū deſceret vis īfirmitatis tunc reuerſa ad ſe gratias agebat dño. Reuerſaq; ē ad ieiunia ⁊ alias auſteritates ſolitas: ⁊ fortitudinē a dño obtinuit tātā vt tertiā partem laborū ei⁹ etiā fortes hoīes vix ſuſtinere valerent.

§. IIII. Oi ſeptiformi dono ſpi

rit⁹ almi iſta ſancta mulier plena erat. Erat qdē ei timor caſtus in corde tanq̄ faſcia pectoralis: que cogitationes conſtringeret in corde. In ore tanq̄ frenū: qꝺ linguā reprimeret. In ope ſtimulus: ne pigritia torperet. Timor iſte tanq̄ ſcopa purgabat cor a duplicitate: os a falſitate: opa ab oī vanitate. Nunquam verbum ſeculare ab eius ore memini me audiſſe. Vix vnam clauſulam loquēdo diceret: quin chriſtum quaſi condimentum frequenter interſereret. Adeo timor dñi ſanct⁹ mētem eius occupauerat: q; quū eſſet apud Villembroth: tm̄ herbas que nō ſeminātur: ⁊ alia etiā ſponte naſcentia frequenter colligi faciebat: vt inde ſibi pulmētum faceret: ⁊ hoc ideo timēs ne forte captū a beſtia id eſt eleemoſynas quas domibus leproſoꝝ raptores ⁊ feneratores dare ſolent: māducaret. Tantū ex ſpiritu timoris amorem conceperat paupertatis: q; etiam neceſſaria vix retinere volebat. Unde quadam die fugere voluit: vt inter extraneos et ignotos ignota ⁊ deſpecta oſtiatim mendicaret: et vix ab hoc retineri potuit. Ex abundanti humilitate quantū in ſe fuit latere voluit. Vñ quū ſe occultare non poſſet: dño eā manifeſtāte: fugiebat aliqñ ad vicina rura vel dumeta. Aliqñ quū quererem⁹ vtrū ex laudib⁹ humanis vel diuinis reuelationib⁹ aliquā ſaltē titillationē inanis glie ſentiret: Reſpectu (inquit) vere glie quā deſidero: nil eſt vel reputari pōt oīs humana gliatio. Omnē itaq; mūdanā gliā oēmq; hūmane laudis vanitatē ꝑ dulcedine eternoꝝ bonoꝝ nō ſolū nō admittebat: ſꝫ cum quadā cordis abhominatione reſpuebat.

§. V. Nō ſolum aūt per ſpiritū

timoris ab omni ſpecie mali abſtinebat: ſed ⁊ ſpiritu pietatis ad oē bonū ꝓna erat. Pietas enī ad oīa valet. Promiſſionem vite q̄ nūc eſt hꝫ et future. Satagebat igit̃ ꝑ poſſe ſuo oīa mie opa ex abundanti pietate adimplere: ⁊ ſup oīa infirmis adſiſtere: ⁊ defunctoꝝ obitui ⁊ ſepulture intereſſe cōſueuerat: vbi multa de celeſtibus dño reuelāte ſunt ei intimata. ¶ Quadā die quū quedā ſoror de Oegnies in extremis laboraret: illa quū eſſet in cellula ſua: ꝑcepit multitudinē demonū rugientiū circa lectū ſororis infirme. Quūq; iam ꝑ ea fieret cōmendatio aīe: quā credebant iā mortuā: tūc illa māſuete grauitatis ⁊ mature verecūdie quaſi oblita ad lectū cucurrit: ⁊ immūdis ſpiritibus ſe opponēs non ſolū precibus eos oppugnabat: ſed etiā pallio ſuo tāq̄ muſcas eos abigebat. Quū vero impij illi terribiliter reſiſtere ⁊ tanq̄ ſuā aīas ſororis vendicare vellent: tunc illa āpli⁹ ferre nō ſuſtinens clamabat ad xp̄m ſuū ſanguinē xp̄i quē ꝑ aīabus noſtris effudit: mortēq; crucifixi inceſſanter inuocabat. Quū aūt rugiētes illi ꝑparati ab eſcā multis calūnijs illā impeterēt: ipſa tandē fiduciā a ſpū ſctō cōcipiēs reſpondit. Dñe ꝑ hac aīa ego fide iubeo: licet enī peccauerit: tū peccatā cōfeſſa eſt. Qꝺ ſi forte aliqꝺ ꝑ negligentiā vel ignorantiā in ea remāſit: ⁊ iꝫ loqui nō poſſit: adhuc tū correctionis tp̄s ei reliquiſti. Tandē victis ⁊ cōfuſis demonibus et ſanctis angelis aduenientibus: illa deo laudem reddēs ad ſe reuerſa quieuit. Reſumptoq; pallio quod in pugna proiecerat: ad cellā ſuam cum verecundia fugiens / oſtio clauſo latuit. Non multo poſt tpe in feſto apl̄orum Petri ⁊ pauli quum pro aīa deuote ſupplicaret: ⁊ de ſtatu eīs pro qua fideiuſſerat / ſolicita eſſet: oſtendit ei beatus Petrus eam in purgatorio grauiter afflictā. Reuelauit autē ei beatus Petrus ⁊ penas ⁊ cauſas penaꝝ. Uehemēti enī calore torquebaf: eo q; mūdū ⁊ voluptates ſeculi nimis ardēter amaſſet. Aliqñ vero frigore maximo cruciabatur: eo quod pigra ad bonū fuiſſet: ⁊ maxime q2 filios ſuos ꝓpriāq; familiā nimis negligēter correxiſſet. Et anxiebaf: eo q; in vita ſua nimis vacaſſet potationib⁹. Nuditatis etiā eo q; ſuperflua fuiſſet in veſtibus: maximū ſuſtinebat incōmodū. Tunc pia chriſti ancilla ſicut tota pietatis viſceribus affluebat: maxime circa illos qui ī purgatorio cruciabanf: nō ſolū ſuis orōnib⁹ ꝓcēta: multa etiā ab alijs ſuffragia orationū ⁊ miſſarū procurabat. ¶ Alia vice quum religioſa quedam vidua q̄ diu in ſancta viduitate dño ſeruierat: ⁊ filias ſuas in ſancto ꝓpoſito virginitatis ſponſo celeſti integras cuſtodiebat: ⁊ in extremis apud Villembroth laboraret: vidit beatam virginem vidue adſiſtentem: que quaſi quodam flabello euentādo eam feruorem caloris quo torquebatur miſericorditer temperabat. Quū autē eius aīa iam de corpore egredi vellet: nulla turba demonū inſidiantiū orationū inſtantia diſcedere voluit: donec clauiger ethereus cū vexillo crucifixi confuſos illos eiecit. Quumq; vidua illa iam defuncta eſſet: vidit ancilla chriſti beatā virginem cum multitudine celeſtium puellarū pſallentiū deumq; laudantium quaſi in duos choros diuiſarum. Quum autem ſacerdos more debito exequias defuncte perſolueret: tunc ſummus ſacerdos cum ſanctoꝝ multitudine officiū vt ei videbatur complebat: ⁊ mirabiliter eccleſie militanti eccleſia triumphans reſpondebat. Quum autem ſepulture corpus eius traditum eſſet: vidit ancilla chriſti animā eius: eo q; in ſeculo iſto nō erat bene purgata ad plenum: in purgatorio quod ei dixerat cōſummare. Nam maritus eius mercator fuerat: ⁊ quedam more mercatorum per fraudem acquiſierat. Quoſdā etiam famulos ducis Louanij hoſpitio receperat: qui de iniuſte acquiſitis multa in domo ſua expendebant. Et quia de huiuſmodi non perfecte reſtitutionē fecerat: dicebat ſe adhuc in purgatorio detineri. Quod quum nuntiatum fuiſſet virgini ſue filie deuote: multas orationes pro ea fieri fecit: ⁊ pro poſſe reſtituit: vnde non multo poſt anima dicte vidue vitro purior / niue cādidior / ſole ſplēdidior / apparuit ancille chriſti / quum iam ad eternas epulas inuitata aſcenderet: ⁊ quaſi librum vite vt videbaf / in manibus tenens ſummi magiſtri facta ſcholaris legebat. ¶ Sed quū primū ſit corpoꝝ morbis ſubuenire: lōge tū etiā incōparabilr̄ maius eſt aīarum ſanitati curā impendere. Hec vtiq; ſemper leta ſemꝑ hilaris: ſemꝑ in cordis iubilo ꝑmanebat: niſi qñ periculū vel lapſus aīarum mentē eius perturbauit in hoc ſclo. Tunc enī vt ei⁹ pace loquar modū non habebat: dolebat deſolata: lugebat anxia: cibū nō capiebat ſomnū ab oculis ſuis abigebat: more parturiētis plerūq; clamabat. Accidit aliqñ q; qdā monachus Ciſterciēſ. tm̄ zelū innocētie ⁊ puritatis: iꝫ nō ſm̄ ſciam hēret: q; quaſi ad ſtatū primi parētis ex feruore ſpūs venire nitebaf. Quūq; diu labore plurimo ſed caſſo ſeſe affligēdo in abſtinētia ⁊ vigilijs ⁊ oratiōibus ⁊ lachrymis primū ſtatū recuperare nō valeret innocentie: primo quidē decidit in tediū ⁊ acediā. Volebat enī cibaria ſumere: ſed nullā ſenſibilē delectationē dum manducaret / habere poterat. Studebat primos ſenſualitatis motus nō ſolū reprimere: ſed etiā extinguere. Studebat ſine veniali pctō vitā ſuā in perfecta puritate cuſtodire. Quū autē demonio meridiano inſtigante aſpiraret ad impoſſibile: nec ad id quo tēdebat / poſſet aliquo modo ꝑuenire: tādē in foueā deſperatiōis lapſus eſt: adeo q; in ſtatu corruptiōis in quo erat / ſe nullo mō ſalutē ꝯſequi ſperaret: ⁊ vt pote q2 ſine venialibus eſſe nō poterat q̄ mortalia exiſtimabat: vñ nec corpus xp̄i in dieb⁹ in quib⁹ ſtatutū eſt in ordine illo ſumere: volebat accipere. Quū autē pius ⁊ bonoꝝ oīm amator abbas id cognouiſſet: ad ancillā chriſti monachū illū fecit adduci. Illa dum pro monacho lachrymoſis ſuſpirijs dño ſupplicaret: mirū immodū ante miſſe introitū quū diceret monachus / Cōfiteor: ⁊ ꝑ eo ipſa inſtantius oraret: quaſi nigri lapilli ad ſingula verba cōfeſſionis ex ore monachi cadere videbanf. Tūc illa ꝑcipiēs in hoc q; obſtinatio deſperationis ⁊ nigredo triſtitie ⁊ doloris monachū reliquiſſent gratias deo retulit. Monachus autē poſt miſſam quaſi de longinqua regione ad ſe reuerſus / corpus chriſti recepit: ⁊ ſumpta ſalutari medicina perfecte conualuit.

§. VI. Quoniā autem fugiendo

mala per donū timoris: ⁊ faciēdo bona ꝑ ſpm̄ pietatis: neceſſaria eſt cautela ⁊ circunſpectio diſcretionis: pater luminis cui⁹ vnctio docet de oībus: ipā ſciētie filiā ſuā illuminā

555 iij

Margin note beside § V: Mirabilia ſūt que ſequuntur.

dem exēplo/ ſed admodū neceſſario: gubernationē Hetru
rie quaſi ab imperio reſciſſam ſibi ac Romane ſedi pōtifex
reſeruauit. Id autē eo tolerabilius fuit ꝗ nemo per id tꝑa
preſidebat impio/ ꝛ ex authoritate Romane ſedis factū nō
ambitioſe cōſtabat/ ſed rebus ipſis vehementer flagitan
tibus. Reſeruata Hetruria eiuſq; gubernatione pontifici
Carolus tanꝗ vicarius illi preficitur/ atq; ob has cauſas
ꝓmotus rex quaſi iuſto quodā imperij titulo/ equitatū primo
in Hetruriā miſit. Aduentātibus itaq; regijs copijs/ ciues
qui nuper ſub rege militauerāt/ ducē ipm atq; Gallos mili
tie cognitos/ vna cū tota factione ꝗ ob victoriā regis i pa
triā ac rēpub. redierat/ gratulabundi recipere parāt. E con
trario vero aduerſarij cōterriti pridie ꝗ he copie Florētiā
intrarēt/ ſponte ſua egreſſi abiere/ tertio fere poſtꝗ exules
redierant mēſe. Hoc itaq; diſſidio quū partium ſtudia reno
uata eſſent/ rurſumq; certamē futurū appareret/ ciues qui
in vrbe remanſerant/ eximia in regem beneuolentia accenſi
quem authorem reditus ſui ꝛ protectorē ſalutis haud falſo
predicabant/ plenū ciuitatis arbitriū illi permiſerūt. Ma
lateſtā Uerruthianū ꝓncipē ei⁹ familie ꝗ poſtea plurimū
floruit a rege prefectū Florētie ꝑ ea tꝑa cōperio. Sūme eū
hic ꝑerat rei publi. ac regio noie dominatū exercebat. Nā
iuri quidē dicendo iudicandiſq; delictis minores preerāt
magiſtratus. Bellū mox a ciuib⁹ ꝗ exierāt/ aduerſus vrbem
inferri ceptū ꝛ quidē plurib⁹ locis. Tumultuoſius quidem
ab Hilaro circumq; ea loca hoſtis imminebat. Nec latroci
nia modo clandeſtina/ ſed prede quoq; palam abacte. Au
gebaturq; concurſu multitudo: vt iam pene iuſti exercit⁹
inſtar haberetur. Aduerſus hanc creſcentem indies manū
etiam vſq; ad menia vrbis infeſtantem: populus Florenti
nus egreſſus: quū hoſtes intra munimēta vi ꝛ armis com
pulſiſſet: caſtellū ſubinde ipſum expugnare aggreditur. Qḋ
etſi erat munitiſſimum: tamen annuentibus ciuib⁹ qui mi
litie gloriam ſibi vendicabant: ac virtutem oſtentantibus:
ſumma vi capitur. Ingens exulū manus in eo caſtello op
preſſa eſt: maxima vero eorum pars in ipſo expugnationis
ardore per iram ceſa: ſed preſertim in nobilitatem ſeuitum
Alia inſuper caſtella priuſꝗ Florentiam rediretur extorta: Voloña
ꝛ captiui quidam ducti: e quibus Gentius Uoloman⁹ cū nus car
quibuſdam agnatorum in parte publicarum edium truſus cer Flo
diuturna captiuitate maceratus eſt. Inde carceri nomen in rētin⁹.
ditum: nō a conditore vt Tulliano Rome carceri ſed ab eo
qui captiuus aſſeruatus eſt Uolomana dicto.

§. VI. Reuerſo in vrbem exer-

citu ac diuerſe factionis hominib⁹ qui nuper ante copiarū
regis aduentum demigrauerant/ hoſtibus iudicatis: exor
ta eſt inter ciues haud parua contentio. Ii enim qui dudum
poſt Arbienſem pugnam exulauerant: aduerſariorum ſibi
bona poſtulabant. Fuerant em̄ tunc eorum domus in vrbe
ſimul agroq; dirute prediaq; vaſtata: in quorū cōpenſatio
nem nunc eorum ipſorum bona qui tunc vaſtandi ꝛ diru
endi authores fuerāt/ depoſcebant. Qua in re/ quum nulla
modeſtia eſſet: ſed qui plus poterat plus habere niteret:
placuit ad regis arbitrium rem deferri. Cauſa cognita ſta
tuiſſe regem perhibent: e bonis eorum qui hoſtes iudicati
eſſent: ciuibus quorū olim domos villaſq; euertiſſent: pro
cuiuſq; eſtimatione damnorum ſatiſfactio eſſet. Eade cau
ſa duodecim viri ad eam rem creati cuncta examinarunt: ꝛ
in libellos redegerunt. Ita reſtitutio perita eſt. Qḋ reli
quum erat bonorum exulum: partim in rempublicā verſum:
partim collegio Guelſarum partium attributum eſt. Ui
dent autem ꝛ pontifex ꝛ rex non ſine cauſa augende extol
lēdeq; huiuſce factionis ſtudioſi fuiſſe. Quippe Romanus Exulus
pontifex a Manfredo ſuiſq; multifarie iniurias olim per fortune
peſſus: et tunc maxime Conradini formidans aduentum: diripi
hos homines quorum fidele obſequium ꝛ conſtantē erga untur⁹
ſe Romanamq; eccleſiam animum experimento cognoue
rat: cunctis tempori⁹ preualere cupiebat: et rex fortitu
dinē fidemq; eorū militie expertus: pro veteri amicitia di
uerſam factionem in Hetruria obrutā volebat. ob idq; cū
ctos immodico ꝯplectebatur fauore. Itaq; illud primo per
hec ipſa tempora conſtitutum quidam putant: vt ea ciuitā
pars collegium gubernatoreſq; publice delectos haberet.
vt eſſent quibus cōmodorum eius precipua ſemꝑ cura di
ligentiaq; incumberet. Ego vero et diu ante hoc tempus
fuiſſe duces partium in ciuitate comperio. Idq; publicis
annalibus multis extat locis. Et quidem aliquādiu obſer
uatum eſt: vt nō ciues ſed peregrini duces eligerētur viri
nobiles domi: ꝛ qui eaſdem in ſuis ciuitatibus ſectarētur
partes. Itaq; Lucam/ Sabellum/ Bertuldum/ Urſinum/
Thomam/ Seuerianum/ ſuo quemq; anno duces Guelfa
rum partium Florentie fuiſſe legimus. Hi ciues a factio
ne delecti in cōcilium dabantur. Sed poſtea ad ciues nego
tiū rediit: ꝛ plures ſimul duces creati cepti ſunt: quū antea
vnus dumtaxat dux ſingulis annis eſſe cōſueuiſſet. Id col
legium maximam in vrbe habebat authoritatē: ꝛ velut cē
ſura quadam in ciues excita qui notatus fuerit: talis⁹ ab
omni honore publico habeatur. Sed hec ſuis temporibus
narrabuntur: nunc hactenus dixiſſe abunde ſit.

§. VII. Eodem anno bellū ad-

uerſus Senenſes renouatum eſt: properantibus Florenti
nis Arbienſem cladem vlciſci. Itaq; prefectum regis ſecu
ti cuncti circa Senas infeſtius populārunt. Quūq; maxi
mus pugnādi ardor eſſet: hoſtem ne populationib⁹ quidē
ꝛ incendijs ꝗ paſſim ante oculos oſtētabant: ad pugnā pel
licere valuerūt. Sed quū hꝭ eſſet locis exercitus: nūtiatum
eſt exules magna manu ad Bonitium conueniſſe. Itaq; eo
ꝓſtim verſa eſt totius belli moles. Nā prefectus regis et
Florētini retro ad Bonitiū mouerūt caſtra: ꝛ Piſani Se
nēſeſq; ita demū a ſe peſtē aduerſuros exiſtimātes: ſi alibi
hoſtis deſtinarēt: defendere Bonitiū tota vi ac exules qui
intus erant omni ratione ſtatuerant cōfouere. Ita iuxta
pertinaciter ꝛ impigre vtrinq; incumbentib⁹: ꝛ vt in eo appa
reret totius belli diſcrimen verſari: prefect⁹ quidē ꝛ Flo
rētinis ꝓmo ac ſubitaneo impetu expugnare Bonitiū ador Bonitij
tiq; quūq; ꝛ natura loci egregie muniti ꝛ ſtructura hoſtiū faci obſidio
le repulſi eſſent: ſtatuiſſe ante oppidū poſitis obſidere per
rexerūt. Exules aūt ꝛ ſuo ipſi robore ꝛ magnis Piſanorū et
Senenſiū adhortationibus cōfirmati/ nō min⁹ alacriter re
ſiſtebāt: preſertim quū ꝑ crebros internūtios certiores fie

renti a Senenſib⁹ Piſaniſq̃ opis ferēde gratia copias ingētes parari. Is rumor per caſtra q̃ diffuſus effecit vt ex ciuitatib⁹ que erāt in tutela regis (iam eñ frequētes ſeſe illi cōiūxerant) auxilia vocarent̄. Rex quoq̃ ipſe tract⁹ eo certamine in Hetruriam venit. Iter eius ex Viterbio Aretiū primo: inde Florentiam fuit. In vtraq̃ ciuitate ſummo applauſu ciuiū / nec vllo genere honoris non impenſo receptus in caſtro ſe contulit. Primo regis aduentu legatione ad eum miſſa lenire mentem regis nitebantur. Poſtq̃ vero alieniorē ſenſerunt: atrem penitus ad vim ſpectare: machinas adduci: preſidia circa oppidū communiri: ex formula ſic egerunt. Iniuriaris o rex. Siue enim nomine tuo vim affers: imperium Romanorum cuius poſſeſſio ſumus / indigne offendis. Siue imperij: cuius te vicea gerere in Hetruria aſſeris: fidos ⁊ benemeritos iniuria laceſſis. Reſpōſuȝ. Poſtq̃ ex formula diſceptare placet: imperij nomīe iſta gerimus. Proinde ſi imperij poſſeſſio eſtis: nos exercitumq̃ noſtrū intra menia ſuſcipite: ſin pactionibus tergiuerſamini: vt rebelles iure vlciſcimur. Ita diremptа colloquia ſunt ⁊ oppugnatio incepta. Regi itaq̃ apprime rei militaris perito ⁊ vel eximijs ducibus comparando nullum oppugnandarum vrbium genus fuiſſe ignotum crediderim. Collis autem qui vel de induſtria ad omnem vim arcendam fact⁹ videbatur: ſublimi atq̃ preciſo vndiq̃ fere aditu oppidum muniebat. Quo vero collis ad oppidum iungebatur: quuȝ eum locum non turres modo: verumetiam ſtationes armatorum oppoſite omnē vim hoſtium de facili dimouebant. Irrito igitur conatu quū oppugnatio lāgueſceret: rex diuturna incubatione domitare hoſtē ꝯſtituit: nec prius abſcedere q̃ Bonitiū caperet̄. Quare obſidione vehemēti⁹ intentata: ex amicis ciuitatib⁹ magna multitudine cōfluēte oppidū vndiq̃ cinxit: ⁊ preſidia pluribus locis ꝯmuniuit. Tandē quū oīs ſpes obſeſſis adempta eſſet: ac iaȝ neceſſaria deficerēt: Bonitiū regi dedit̄ quarto poſtq̃ rex aduenerat menſe: his qui intus erāt incolumib⁹ abire pactis. Inde per mediā hyemē mouens rex cū Florētinis ac ceteris amicis: Piſanos ingreditur fines. Capta in aliquibus locis ab eo aliqua caſtra. Port⁹ expugnat⁹: ⁊ turres q̃ portui imminebāt euerſe. Populato inde circa Piſas agro: Lucaȝ que tūc regis amiciſſima erat: ſe recepit. Refecto paucis dieb⁹ exercitu poſtulantibus Lucenſibus Mutronem obſedit. Idq̃ caſtellum non vi: ſed aſtutia captus eſt a rege. Simulatis enim cuniculis quaſi menia euerſuris: nocte magna vis ruderum importata ante occulos obſeſſorum per dies egerebatur. Quare illi conterriti quum iam nutare menia falſo decepti metu exiſtimarent: arbitrio regis ſe permiſerunt. Per hunc modum rex munitiſſimum caſtrum accepit receptum autem Lucenſibus tradidit.

Bonitium deditur.

§. VIII. Anno ſequēti turbulēti ſecuti ſunt motus.

Quū eñ i Hetruria eſſet rex Carolus ac oēs ciuitates que prius Frederici / mox ⁊ Manfredi ſocietate fuerāt ptes: preter Senēſes ⁊ Piſanos in ſuā fidē voluntatēq̃ traduxiſſet: et hos ipſos domitare pararet: duo per idem fere tēps afferunt̄ nuntij. Altero Conradinū Italiam Tridentūq̃ iaȝ perueniſſe. Altero in vrbe Roma atq̃ Sicilia motus rerū haud quaq̃ contēnendi: ⁊ ciuitatum pleruq̃ defectus nūtiabātur. Rerū nouarū hec cauſa fuerat. Hiſpani erāt duo regij generis: Arriphus .ſ. ⁊ Fredericus. Hi aduerſus fratrem regnum in Hiſpania obtinentem infenſi / tandem extores patria exularunt: collectaq̃ virorum manu qū ſe aduerſus fratrē nil proficere exiſtimabāt poſſe: in Aphricā trāſgreſſi Tunetem qð Tunetum quoq̃ et Tunitium ſeu Tuniſium dicitur: apud regem lōgo tēpore meruerūt. Ibi preda ſimul ſtipendijſq̃ ditati: quū de communibus tandem fortunis ꝯſultarent: placuit vt Arriph⁹ qui maior natu erat: cum omni pecunia ⁊ cetera gaza Italiam traheceret. Sardinie regnum a pontifice maximo petiturus. Delatus igitur e Carthaginis portu: quum ſm conſilium Italiam pontificemq̃ adijſſet: fautore vtitur Carolo: qui nuper victo Manfredo fragrantiſſima apud pontificem gratia preualebat. Et erant ſane Arriphus fratreſq̃ arctiſſimo conſanguinitatis gradu materno Carolo ſtirpe coniuncti. Quāobrem ⁊ neceſſitudinis iure ⁊ procurationis beneficio indut⁹ petenti Carolo magnā pecunie vim Arriphus mutuat. Sed dū pōtifex de regno deliberat: ⁊ regis gratia cōcedere parat: ortis in vrbe Roma ſeditionibus: ciuibuſq̃ ad arma ruētib⁹: ad ſedādas eas tēpeſtates a Romanis Arriphus expoſcitur: ac ex Viterbio vbi tunc pōtifex degebat: Romam vocatur. Senatuſq̃ poteſtas volente pplo illi tribuit̄. Pacata itaq̃ vrbe: quū veluti dñatū iure patrū nullo pōtificis reſpectu exerceret: ac maiora quedam moliri videretur: pontifici ſimul ac regi in ſuſpitionē venit: ob idq̃ intermiſſum Sardinie negotium eſt a pontifice. Et Carolus repente mox pecunias: ne maiores ad nocendum facultates illi adeſſent: bono conſilio haud quaq̃ reddebat. Ceperat Arriphus iam inde ab initio contrariā pontifici Caroloq̃ factionem magis fouere: vtramq̃ tamē intra vrbem equitatis ſimulationem cōtinebat. Vt vero ſuſpitionem pontificis aduertit: alienus extemplo factus Piſanos ac Senenſes ceteroſq̃ eius factionis homines ſollicitare occulte cepit. Ad Conradinum item mittere: ⁊ fauorē ſuum fratriſq̃ ac Romanam vrbem ſi aduenerit polliceri. Magnum hoſtes momentum in vtroq̃ reponebant. Itaq̃ ad Fredericuȝ Conradus Capitius Neapolitanus tunc exul regni cum vna Piſanoruȝ naui miſſus eſt literas ferēs ab Arripho fratre: ⁊ cunctis poſthabitis ex Aphrica in Siciliā ad res innouādas traijceret. A Conradino etiā frequentes ad Sicilie populos ⁊ patronos amicos literas regio nomine ſcriptas detulit. Maturata igitur re: Fredericus ⁊ Capitius in Siciliam tranſeunt: ducentos milites Hiſpani generis: totidem Germanos / Tuſcos vero quadringentos ſecum traducentes. Ibi ſpargendis Conradini literis ⁊ maiorib⁹ q̃ atulerant profitendis / breui admodum tempore Siciliā fere totā preter Syracuſas: Meſſanam ⁊ Panhormum ad defectionem cōpulerunt. Et ſimul Rome duȝ de Sicilie motu auditū eſt: Arriphus nō vltra cunctandum ratus: viros ampliſſimos principes ciuitatis (Guelforū partiū erant) ad ſe in Capitoliū euocatos corona armatorū circundat. Ex his Napolionē ⁊ Mattheum Vrſinos gratia hoīes ſummaq̃ nobilitate ꝓſertim ne quis motus in vrbe ſuſcitet̄: extra vrbeȝ captiuos delegat. Ioannem vero ⁊ Lucam Sabellos in capitolij carcere aſſeruat. Diuerſe autem factionis hominibus licentiam impunitatemq̃ promittit. Ita repente mutatis rebus: eodem pene tempore de Conradini aduentu ac de Romane vrbis motu Sicilieq̃ defenſione rex certior fact⁹: ancipitiq̃ percuſſus malo / Senēſium Piſanorumq̃ curam omittere: ac vel ſuā ad domeſticū extinguendū incendiū properare coact⁹ eſt. Relicta igit̄ parte equitatus in Hetruria: ne Conradino veniente ciuitates que in fide eius erant preſidio vacue forēt: ⁊ relique oēs copie a rege contrahunt̄ ⁊ per Bruttios atq̃ Lucanos itēq̃ per Siciliā ad inhibēdas defectiones preſidia ſubmittūtur. Per idem fere tēpus Piſani .xxiij. naues longas ad populandū maritimam oram ſolicitādaſq̃ ciuitates aduerſus Carolum demiſere. Edictumq̃ erat vt quum littus Italie ſatis luſtraſſent. Exuleſq̃ magna (illorum vis ea in claſſe vehebat̄) ſuis locis expoſuiſſent: in Siciliam ad Fredericū ⁊ Capitiū peruaderēt: auxiliuȝ partiū ſi quid expediret future. Conradinum in Italiam veniēteȝ ſupra decē Germanorū milia vſq̃ Tridentū ꝓſecuta ſunt. Inde ſeu pecuniaruȝ ſopia: ſeu q̃ ſatis virium ſibi adfore Italia propter ſtudia partiū exiſtimabat: ad tria milia delectoruȝ equitū retentis: ceterā multitudinē domū remiſit. Ipſe Tridētum profectus ſecus Athéſim fluuium Veronā peruenit. Inde ad dexteraȝ flectens in Ligures duxit. Naȝ recto quidē itinere haud quaq̃ petere Hetruriam tam exiguis copijs auſus eſt: Bononiēſibus Reginis ⁊ Mutinenſibus / ⁊ alijs quibuſdam ciuitatibus cum pontifice a Carolo ſentientibus: populiſq̃ Hetrurie Appēnini fuga obſidere paratis: ⁊ tranſitu Germanos arcere. Quare Ligures petens / quum ad litus inferi maris deſcendiſſet: ipſe quidem cum paucis mari delatus: copie vero per Lunēſem agrum pedeſtri itinere Piſas venere. Paucis hinc diebus ad quietem aſſumptis: cum Piſanis ac ceteris ſue factiōis qui ad euȝ ex omni hetruria quantū ad neminē vnq̃ gratulabūdi conuenerāt: Lucenſiū ingreditur fines. Erant Luce regij equites quos in Hetruria ob hoc ipm ſupra oſtendimus a rege dimiſſos. Et preterea Florētinorū ceterarūq̃ ciuitatū ingentes equitū peditumq̃ copie. Hi oēs obuiam hoſtibus egreſſi ad duo fere paſſuum milia quaſi pugnaturi cōſtiterunt. At Germani ⁊ ceteri qui cū Conradino erant: aduerſam aciem intuentes: ſe ad pugnam compararunt. Flumē e proxima fluens palude acies dirimebat. Hic dum vtriq̃ vt alteri prius tranſeant expectant ſpacio diei fruſtra conſumpto: quū nihil aliud q̃ ſeſe inuicem cōſpexiſſent: irrita mora demū abſceſſere. Cōradinus haud multo poſt Piſis mouēs per Florentinū agrū Bonitiū peruenit: paucisq̃ diebus circa ea loca moratus cū oībus copijs Senas contendit. At regijs equitibus quos preſidij cauſa relictos in Hetruria diximus: hoc propoſitū erat: vt equis fere itinerib⁹ cum hoſte per amica vadentes oppida / ſuis facerent aſos ⁊ hoſtes a populationib⁹ cohiberent. Itaq̃ vt Senas perueniſſe Conradinū intellexerent: ex Florentino agro Aretium (nam ea tūc ciuitas i regijs partibus vel fideliſſima erat) tranſire pergūt. Quūq̃ Varicū perueniſſet Florētinorum equitatu

Arriph⁹ ⁊ Frederic⁹ Hiſpani magno pretio multū cauſe.

Cōradin⁹ intrat Italiaȝ

equitatu cōmitāte p̄fect⁹ regia: quaſi i ſe ſatis viriū eſſet dimiſſis Florētinis equitib⁹: ⁊ offerētium vltra proſeq̄ repudiata opera: cū ſuis Aretiū verſus ire perrexit. At hoſtes ad futurū ſuſpicati/ducibus Florentinis exulib⁹ decē fere paſſuū milib⁹ ab Aretio inſidias locāt. Iter eſt per anguſtum inter ſiniſtros montes atq̄ Arni ripas: ⁊ vtriuſq̄ cōnexu valliū aptiſſima inſidiis loca. Et quū regij equites neq̄ explorato neq̄ ſatis compoſito agmine deſcēdiſſent hoſtes repente ſigno dato a fronte ⁊ a tergo ſimul inuadūt Occupatur pons a Germanis: ⁊ quod facile erat tranſitu

Equitatus Caroli opprimitur ab exercitu Couradini.

arcetur. Alij ſimul terga premunt. Alij deſuper tela conuoluūt. Ita in medio circūuenti quū nuſq̄ proſpicere valerent: nec vllus ad oſtentandum virtutē locus adeſſet breui opprimunt. Toto ex eq̄tatu regio parua admodum pars q̄ ante detectas inſidias pōtē tranſierat euaſit. Reliqui oēs aut in eo loco ceſi ſunt aut captiui Senas adducti. Hanc victoriā hoſtis magnificenti⁹ extollendo quū id late fama literiſq̄ vulgaſſet: multos mortales q̄ſi quodā futuri euentus preſagio a regis fauore ad hoſtes deflexit. In regno tū magis q̄ in Hetruria rebelliones ſecute: ſiue q̄ ij cōſtātiores ſunt populi: ſiue q̄ p̄ſentes victorie nō pluris eā putabant q̄ eſſet. Ceterū nec imminēs Cōradini terror: nec oppreſſio copiarū regiarū/ aliquas Hetrurie ciuitates a fide regis auertit: quinetiā Aretini ipſi quorum in oculis pene facta eſt cedes ⁊ p̄fligatio: in partibus regis cōſtantiſſime perſeuerauerunt. Inter hec Piſanorū .xxxiiij. naues: quas dimiſſas ſupra oſtendimus: tota circa Caietā ⁊ aliquā maritimam orā populate. quū multis in locis exules vt cōmodum erat: expoſuiſſent: multaq̄ ad rebellationē cōcitaſſent: tandem in Siciliam nauigarunt.

§. IX. Cōradinus aliquot dies

Senis commorat⁹ deinde exercitū mouens per Roſellanū Viterbienſem ⁊ Sutrinū agrum ante facieꝫ pontificis Clementis qui per id tēpus Viterbij erat: Romā peruenit At qui premiſerat ad eū pōtifex: monēs ac ſub graui cēſurarū cōminatione edicens: ne regnū Sicilie qđ ad Romanam ſpectaret ſedē: neue Carolū ad eādē ſedē appellatum regē impeteret: ſatis ſuperq̄ eſſe qđ pōtifices Romani pro ſua beneficētia dudū a maioribus eius ingratiſſime ꝑpeſſi eſſent. In ipm tandē pōtificis mādata ſpernentē late erāt cenſure: quas adoleſcens ſublimi animo viq̄ adeo cōtempſit: vt ante pōtificis oculos exercitū ducere ⁊ oſtilia cuncta oſtentare nō dubitarit. Et quū multi trepidarent tenētium partē eccleſie ꝓpter magnā multitudinē eum ſequentium: ipſe papa vir ſanctus orationib⁹ ⁊ ieiunijs deditꝰ cōſtans ⁊ intrepidus ait. Non oportet timere: q2 ois conat⁹ eius vt fumus euaneſcet: qđ ⁊ ſecutuꝫ eſt vt dicetur. Rome apropinquantē populus Romanus armatus obuiam progreſſus oim ordinū gratulatione: imperatoria trāſuectum pompa in Capitoliuꝫ perduxit. Ibi quum nō modo principes verūetiā oēs cuiuſq̄ generis ſtudijs partiuꝫ incenſi ex

Cōradini ingreditur regnū apulie.

Hetruria ⁊ Umbria ⁊ reliqua Italia conueniſſent: paratis oibus q̄ ad bellū neceſſaria erant: cū per Caſſinū aditus ſuregnū Caroli preſidio teneri nūciabat: ꝑ Tiburtinū Albanumq̄ agrū fines regni ingreſſus eſt. In his autē locis Carolum ſuis copiis longe diſparibus obuiā habuit. Nā Conradinū quidē preter tria Germanorū milia delecta: inſuper magna procerū manus ex Liguribus/Tuſcis preterea ex Umbris: Picentibus/⁊ Sabinis/nō principes modo eius factionis: verūetiam multitudo ingens ſtudio partiū incēſa: item Romani ciues earūdem partiū ſequebant. His accedebat Arriphus Hiſpanus cū haud contemnenda manu magnoq̄ militū numero mercede conductoruꝫ. Carol⁹ vero ⁊ apud Meſſanā q̄ per id tēpus mari terraq̄ oppugnabatur: ⁊ ꝑ maritimā regni orā multis locis copias neceſſario diſpſerat. In Hetruriaq̄ partē equitatus dimiſerat. Magna tū animi fiducia his q̄s habebat copijs ad hoſtem ductis/nō ꝓcul ab eo cōſtrametat⁹ eſt. Ibi vt multitudinē ac robur hoſtium vireſq̄ examinaret ſuas: artis et ingenij opus fore ſtatuit. Nam aperto quidē certamine nō ſuperare ſed nec hoſti quidem ſe reſiſtere poſſe cōfidebat. Cōſilio maxime ad eam rem vſus dicit Alardi cuiuſdā ſenis nobilis viri domi/ac in re militari apprime docti: cuius hortatu rex ex omni ſuoruꝫ exercitu octingentos equites delectos

Caroli in hoſte vicēdo aſtutia.

inſidijs hoſtibus proximo ſub colle cōtinuit: reliquam vero multitudinem in planitiem dimiſit: prefecto eis quodaꝫ ex ſuis regio ornatu: ſic vt rex ille crederetur. Ipſe non longe ab his quos poſt colleꝫ reſeruauerat: paulo ſuperiori de loco pugnam ſpectaturus conſtitit. Conradini duces quum acies inſtruerent: Ligures et Turcos ⁊ Hiſpanos in fronte collocarūt. Germanos circa ſigna in ſubſidijs poſuerūt: Ut ergo pugnari ceptum eſt. Tuſci Hiſpani ⁊ Ligures ingenti ardore regias turmas aggreſſi magnā ſtragem ediderunt. Nec longo tempore impetus eoruꝫ ſuſtineri potuit. Sed poſtq̄ anteſignanis reiectis ventum eſt ad intima regis agminis/⁊ prefectus regijs ornat⁹ inſignibus ad terraꝫ proſtratus eſt: clamantibus cunctis regem eſſe captuꝫ Germani quoq̄ ⁊ hi qui in ſubſidio erant: ne expertes victorie forent: ſeſe pugne admiſcuerunt. Ita profligatis hoſtibus quum paſſim fuga effuſiſſima fieret: victor quoq̄ inſequendo propellendoque diſſipatur. Nullū iam in cāpis denſum agmen: nullum in ſubſidijs robur manſerat. Uagus miles ⁊ prede intētus quaſi certiſſimus victor exultabat. Maxima pars fugientes inſecuta ſeſe longe a conſpectu abſtulerat Tunc rex circunducta repente delectorum acie in campum deſcendit. Stricto ipſe ac denſo agmine ſparſos inuadit. Multis ſubita vi oppreſſis aut in fugam verſis: in ipſa ſigna ac Conradini fertur: ac vno momento diſſipat. Conradinus ceu miraculo attonitus: quum e victore victus inopinato fact⁹ eſſet: cuꝫ paucis inde comitibus fugit. Rex ſuos ab inſequendo continuit: ſed denſum conglobatuꝫq̄ tenēs agmen: redeuntes ab inſectatione ſuorum hoſtes integer feſſos et ſtructus incompoſitos excipiebat. Per hunc modum oppreſſis hoſtibus plena victoria potitus eſt Carolus Conradinus Romam peruenit: ⁊ a Guidone Feretano quē proficiſcens ad bellum Rome i preſidio reliquerat except⁹ eſt. Populus quoque Romanus nō inuitus illum recepit: inſcia adhuc plebe gladium receptarum. Sed mox aduentantibus Romanis ciuibus diuerſe factionis: qui ab Arripho dudum pulſi cum rege in pugna fuerāt ducibus Urſinis et Sabellis ciuibus confeſtim in armis fuit: quamobrem metuens Conradinus relicta vrbe Hauſturam incognitus petijt: eo cōſilio vt inde Piſas nauigaret. Circuꝫ ea captus loca regi deditur. Nec multo poſt Neapolim ductus ex ſententia ciuitatuꝫ quarum ſyndicos ad iudicium de captiuo ſtatuendū Carolus toto ex regno contraxerat ſecuri percuſſus eſt: primo adhuc etatis flore: ⁊ adoleſcens potius q̄ vir. Percuſſi ſunt item cum eo dux Auſtrie eiuſdem fere etatis: et Gerardus Piſanus: qui Tuſcorum dux in ꝓlio fuerat. Arriphus vero Hiſpan⁹ quū eo prelio aufugiſſet: in agro reatino capt⁹ ac regi tradit⁹/iure q̄dā ꝯſanguinitatis ⁊ pactiōe ei⁹ q̄ tradiderat vitā redemit: ꝑpetua tū captiuitate damnatū. Poſt hec i Sicilia ceteriſq̄ regni locis oia in poteſtatem Caroli rediere.

§. X. Dum hec gerebātur apud

regem Hetruria quieuit: magna preſidiorum parte abſente: ⁊ animis in euentū prelij oim verſis. Uerum vt peracta res eſt: ⁊ Conradinus oppreſſus: ad bellum domeſticū verſe mentes: copias parare ac redintegrare certamina perrexerunt. Itaq̄ poſt prelium Senenſes exuleſq̄ Florentini qui Senis erant oibus copijs profecti Colle oppidum iuxta Elſe fluuium obſederunt. Id quum Florentie nuntiatuꝫ eſſet: confeſtiꝫ equites pediteſq̄ eo properare ac ſocijs opem ferre iuſſi ſunt. Quum aliquanto ante ſolis occaſum ad ea loca equites perueniſſent: diuerſa ab hoſtibus regione oppidi intra menia recepti: peditum agmen qđ tardius incedēs nō prius q̄ altera die ad futurū erat expectare cōſtituerant. At hoſtes ob hoc ipſum cōterriti prima luce mouerunt caſtra. Id vero quū trepidantius agerent: ſpem rei bene gerende prebuerunt equitibus. Itaq̄ capta repente ſunt arma: nec vltra peditem expectare placuit: ſed egreſſi magno ardore hoſtem trepidū cedentēq̄ inuadunt. Oppidani quoq̄ proſecuti ⁊ ſpe multitudinis ⁊ clamore inuaſerūt Ab his verſi in fugam Senenſes profligantur. Nec dubitatur ſi pedes adfuiſſet: quin acerbiſſimum illa clades Senēſium minaretur. Equites tamē ipſi quāta potuerunt maxima edita cede: nemine fere captiuū ſeruauere. Uicarius

Senenſes a Florētinis inſigni victoria ꝓfligati

regis Caroli qui erat capitaneus principalis Guelforum: vocabatur dn̄s Ganbertaldus: qui tunc Florentie erat: et cū ſuis Gallicis ⁊ Florentinis Guelfis ſubito profeti ſunt ad defendendum Collenſes. Capitaneus vero Gibellinorū et precipue Senenſium vocabatur Prouenzanus Syluani Senenenſis: ⁊ cum eo Nouellus capitaneus exulū Florentinorum Gibellinorum: qui erant in duplo plures quaꝫ Guelfi. Et deo operāte debellati ſunt Gibellini a Guelfis. Nouellus fugit: Prouenzanus captus decapitatus fuit: et caput eius per totū campū Florentinorū in lancea delatuꝫ Hic deceptus fuit a diabolo quem interrogauit de euētu futuri prelij. Reſpondit eū. Ibis: bellabis: vinces non morieris in bello: ⁊ caput tuū alti⁹ erit quolibet alio. Ille male punctuans locutioneꝫ ⁊ male intelligens: exiſtimauit ſe habiturū victoriā eo q̄ dictū erat caput ſuū altius futurū ſup oīa qđ impletum fuit q2 in lancea portatū. Et non ſeparabat a morieris: ⁊ coniūgebatur ad vinces. i. non vinces

Plures ibi occiſi ſunt ex ſenenſibus ꝙ in bello iuxta Arbiã ex Florẽtinis: ꝛ facta eſt pax inter Florentinos ꝛ Senẽſes. Eodẽ anno Oſtina a Florẽtinis obſeſſa (occupauerãt enim illud caſtellum exules quie prelio aufugerant) mox quũ arcti⁹ a Florẽtinis ꝓmeretur: noctu deſerto loco euadere tentãtes: quũ incaute id facerent: nõ fefellerũt cuſtodes. Itaq̃ inſurgẽte clamore: magna ex parte aut capti: aut interfecti ſunt. Haud multo poſt reductas ab Oſtina copias Lucenſibus poſtulantibus: quũ aduerſus Piſanos ducere parabant equites pediteſq̃ in auxiliũ miſſi / vſq̃ ad Piſarũ menia cuncta depopularunt ꝛ caſtella quedam circa Anſerim fluuium ceperũt. Pax deinde cum Senenſibus ex diutino bello recepta. Illi enĩ tum ſpes nulla iam amplius ſupereſſet: ad Caroli gratiã cõuerſi prefectũ eius intra vrbẽ receperunt: paceq̃ fecerũt cũ florẽtino populo. Inter cetera conditio pacis illa fuit: vti Senenſes Florẽtinorũ exulum neminẽ Senis Senẽſi ve in agro eſſe: morari ve paterẽtur. Eadẽ de cã quidã exulũ Senis abeuntes: Caſentinatem in agrum quũ ſe cõferrẽt: capti ꝑ media loca Florẽtiã adducti ſunt. Moxq̃ de illis ſupplicium ſumptum. Inter hos fuit Acciolin⁹ Farinate filius eques Florentin⁹ patris genereq̃ illuſtris. Eodẽ anno circiter kal. Octobris duab⁹ noctibus ꝛ luce media cõtinuatis imbrib⁹: flumina mirandũ in modum ſupra ſolitam magnitudinẽ excreuerũt: pleraq̃ ſuos alueos egreſſa circumiacẽtia inundarũt loca. Fluui⁹ Arnus fact⁹ auctior quum magnam vim materie trabeſq̃ erectas ꝛ arbores euulſas radicit⁹ turbulento vortice deferret ad põtem q̃ eſt ad trinitatis edem: tranſuerſas impe-

Florentie duo pontes ſubuerſi. gie. Tumẽtibus mox aquis ꝛ que eo tenebantur obice per vrbem redundantibus: inſtar diluuij fuſiſq̃ oĩa cõpleuit. Tandem maiori aquarũ vi diſiecto põte: impet⁹ in alterũ pontẽ delatus: ſimili ruina illũ ſubuertit. Ita e quatuor põtibus qui ripas Arni intra vrbẽ iungebant duobus euerſis: purgato demũ alueo aque ceſſarunt.

§. XI. Annum inſignẽ multis

Clemẽtis q̃rti pape interitus. reb⁹ inſigniorẽ fecit põtificis mors: ꝛ cõtentio mox inter patres ſecuta. Sepultus eſt aũt glorioſus pontifex Viterbij: vbi tunc curia reſidebat: in eccleſia fratrũ predicatorũ: vbi ipſemet ſibi elegerat ſepulturã. Sed de facto tranſlatũ ad eccl'iaz cathedralẽ ad voluntatẽ quorundã. Poſtmoduz dictante iuſtitia ꝑ ſucceſſorẽ põtificẽ reſtitutũ eſt corpus fratribus ipſis: ꝛ ante capellã maiorẽ in latere honorifice vt pater collocatũ. Dicitũ etiam in laudẽ tanti viri: ꝙ quum duas filias nubiles haberet: ꝛ nuptui tradere q̃reret: non tñ de patrimonio crucifixi: ſed tñ de proprio ꝙ nõ maximũ erat: eas dotare vellet: attẽdentes ad diuitias põtificales ſeu eccleſie: quũ de illis nil expectare valerent: illas innuptas dimiſerunt: vnde ꝛ meliori ſpõſo dño Jeſu chriſto traditè ſunt in virginitate deo obſequẽtes. Uacauit ãt ſedes annis quaſi duob⁹: nõ cõcordantib⁹ adinuicẽ electorib⁹ ſed in ſui ſenſus pertinacia q̃ ſua erãt: nõ q̃ Jeſu chriſti q̃rẽtibus. Ob eas patrũ diſcordias aduerſa factio rurſus i ſpẽ erecta multa per Hetruriã moliri dicebatũ. Piſiſq̃ et apud Bonitium magnam vim hoĩm diuerſa ſententiã conueniſſe: nec apud Senẽſes quidẽ equatas eſſe res. Multos enĩ ſpe nouarũ rerũ aperte iã fremere. Accedebat ad hunc metũ abſentia regis neceſſario futura: quũ Ludouic⁹ Francorum rex Caroli frater magna parata claſſe quo in Aphricã traiiceret Carolum rogauerat: ne cõi Chriſtianoruz cauſe deeſſet. Harũ itaq̃ ſuſpitio rerũ ad turũ Hetrurie regẽ ꝑtraxit: conantẽ priuſq̃ ꝓficiſceretũ impendẽtes rerũ mot⁹ preuenire. Quare Romã petens: authoritatẽ ſenatus iã ſibi pridẽ dc̃ nãdatã: ſed quodã tẽpore intermiſſam reſumẽs Gibellinos in ipſa vrbe primum afflixit. Mox in Piſanos conuerſus quibus infenſiſſimus credebatur eo ꝙ per ſuperiora tẽpora inimiciſſimo fuerant ad regem animo: ꝙ naues ad procurandas defectiones ciuitatum miſerantq̃ pecunias militibus dederant. Conradinum fouerant: ob eas res quũ putarẽt oẽs ne euerſiõe quidem Piſarum ſatiari regium aĩm poſſe. Florẽtiniq̃ ꝛ Lucẽſes perpetui Piſanorum hoſtes quaſi ad certiſſimum illorũ exitum ſecuti regẽ ſe alacriter compararent: cõtra ſpez ac vota oĩm facile eſt a rege pax conceſſa. Nam ſubito vt tetigit Hetruriam rex legati Piſanorum preſto adfuerũt mãdatis ſeſe obtẽperaturos afferentes. Mari etiã quo per id tẽpus preualebant benigne operam polliciti: ſic obuiã eundo ꝛ prompte offerendo regis flexere mẽtem vt non ſolũ non perſequeretur eos in preſentia verũ etiam in futurum fedus coiret. Id regis factũ multorum animos offendit. Neq̃ latuit regẽ ab omnibus fere amicis improbatã eius lenitatem erga tam ſeuos quõdam hoſtes fuiſſe. ¶ Proximo anno vere primo pax inter Florẽtinos ꝛ Piſanos facta eſt: preſidẽtibus ac ſubẽtib⁹ regis legatis. Fuerat enĩ bellũ cũ his poſt Conradini aduentũ. nec ſane cõditiones multe dicte. ne libentibus animis pax recepta: ſed ne regia authoritati refragari viderentur. Quare properans aliquo contrario facinore querelas tollere amicorũ: Bonitiũ precipuã aduerſariorũ

Bonitiũ euertitur. ſedem: ꝙ in id oppidum tota ex Hetruria hoĩes diuerſe factionis vel ciuitatibus eiecti vel regi aduentũ formidãtes ſe recipere cõſueuerãt: ꝓ Guidonẽ prefectũ ſuũ obſidendũ euertẽdũq̃ curauit: nec tñ ita gratuito: vt nõ pecunias ob eã rem prefectus exigeret. Promiſerũt Florentini populi noĩe Rogeri⁹ maleſpina: ꝛ cleric⁹ Pacti⁹ equites Florẽtini. Ea poſt euerſum opidũ prefecto flagitãte pecunia perſoluta eſt. Incolis autẽ (magna enĩ pars illorũ voluntaria remanſerat) ſub ipſo monte locus ad habitãduz cõceſſus. Ex illo iam tempore mutatã rerũ cõditionẽ reperio apud Senenſes: ꝛ diuerſa factione ſuccũbente in ſocietatem amicitiamq̃ Florentini populi non diſſimili partium ſtudio deueniſſe. Pacatis igitur ciuitatib⁹: ꝙ diu ſedes Romana vacauit quieta omnia per Hetruriam fuerunt.

§. XII. Ludouicus ſanctus rex

Tuniſium obſidẽt chriſtiani. Francie profectus fuerat in Aphricã cũ infinita multitudine vt caperet Tuniſiũ / ꝛ illo obtento aptius Egyptũ ꝛ terrã ſanctam capere poſſet. Sed ſuperueniẽte peſte maxima in exercitu criſtianorũ: mortui ibi ſunt filius regis Ludouici dictus Giancas: ꝛ cardinalis legat⁹ apoſtolicus: ꝛ poſt eos rex ipſe Ludouicus. Sed frater eius ſcz Carolus: qui iã interfecto Conradino regnum Sicilie pacifice poſſidebat cum magna claſſe proceſſit in Aphricam. Et obſeſſo Tuniſio creditur ꝙ oĩno obtinuiſſet ſi cõtinuaſſet prelium. Sed q: multi intendebant recedere de principibus chriſtianoꝝ ꝓpter peſtẽ pacẽ fecit cũ rege Tuniſij ꝛ Saracenis cum certis pactis: vt oẽs chriſtianos captiuos redderent Saraceni: ꝛ ꝙ ibi poſſent eccleſie edificari ꝛ monaſteria: celebrari diuina: ꝛ predicari euangeliũ chriſti: ꝛ ꝙ rex Tuniſij pro tributo annuatim daret Carolo regi. xx. milia duplas auri. Et ita oĩbus concordantibus receſſit Carolus cum claſſe ſua. Applicãtes autẽ ad portũ Trapalis in Sicilia tantam procellam perpeſſi ſunt: vt naues alique contra alias inſurgentes ꝛ percutientes multe perierũt: ſubmerſis pluribus hoĩbus ꝛ maximis diuitijs ibi deperditis. Reuerſus inde in Italiã venit: ꝛ quidẽ cũ omni procerũ manu. Nã ꝛ Philippus Ludouici fili⁹: q̃ poſt obitũ patris regium nomẽ ſuſceperat: ꝛ alia procerũ multitudo Carolũ ſecuta ꝑ Italiã

Hẽric⁹ anglus in tẽplo necatur tranſijt. Ii etiã diſcordes patrum animos. ſ. cardinalium ꝛ ſedem vacuam offenderũt. Tãta quidẽ erat pertinacia: vt eos neq̃ dei metus: neq̃ hoĩm preces: neq̃ chriſtianorũ q̃rele ab obſtinatione ꝛ certamine dimouerẽt. Ad extremum poſt longas expectationes: q: inter ſe cõuenire non poterant: ꝛ extra collegium reſpicientes: Theobaldum nomine epiſcopum Placentinum per id tẽpus in Syria cõmorantem elegerunt Romanum pontificem: de quo in capitulo ſequenti. Quum autem eſſent predicti reges Viterbij magnum ſacrilegium commiſſum eſt. Nam quum Henricus filius regis Anglie in eccleſia audiret miſſam: Guido comes Montiſfortis vicarius pro rege Carolo in Tuſcia / manu propria enſe occidit dictum Henricum in eccleſia: in vindictam patris: ſcilicet Simonis comitis Montiſfortis: quia dicebatur quod rex Anglie pater Henrici predicti fuerit cauſa mortis eius. Et poſtea per capillos dictus Guido extraxit de eccleſia cadauer extinctum: ꝛ receſſit ſubito Guido in terras ſoceri ſui. Eduardus vero frater occiſi valde turbatus etiam contra Carolum: quia viſus eſt non curare tantum ſcelus: receſſit in Angliam cũ corde fratris: Et nunq̃ poſtea fuit eius amicus. Tranſeuntes per Florentiam honorati ſunt valde.

¶ De Gregorio decimo papa ꝛ ſublimatiõe eius ſatis miraculoſa. Capitulũ. ij.

Anno igitur domini. M. cclxx. A initio vero mundi anno quinquies M. ccxxiij. ſm minorẽ numerũ. Secundũ vero maiorẽ ſeries. M. cccclxix. Theobaldus epũs Placẽtin⁹ poſt vacationẽ apoſtolice ſedis per annos duos: creatus eſt papa: quũ eſſet in Syria: ꝛ vocat⁹ Grego. x. Sedit aũt in ſede Petri annis. iij. Euocat⁹ ergo e Syria vbi erat legatus ipſe in terra ſctã: eſt inunctus ſeu coronatus Viterbij. Erat autẽ vir zelator fidei ꝛ diuini cultus: ac deteſtator partialitatum: ꝛ pacis amator. Vñ ſubito aĩm direxit ad reductionem Grecorum ad veritatem fi-

Grego. x. papa. dei ꝛ obedientiam Romane ſedis: ac etiam ad recuperationem terre ſancte: propter que conciliũ generale celebrauit Lugduni illuc ꝑſonaliter accedẽs. Ad qḋ cõcilium ſpeciali man-

Cõciliũ lugdũ.

li mãdato vocatus fuit beatus Thomas de Aquino ꝓpter eius emanentẽ ſcientiã ad Grecorũ errores confutandos. Et quũ de Neapoli (vbi cõuentualiter reſidebat) iter aſſumeret: cõtigit eũ in via infirmari in Campania: vnde declinans ꝓpter infirmitatẽ ad monaſteriũ Foſſe noue ordinis Ciſtercieñ. prope caſtrum Piperni ad duo miliaria ibi vitã finiuit: glorioſe tunc ibi ſepultus. Sed poſtea inde ad multos annos tranſlatũ eſt corpus ſacrũ Toloſam: vt dictũ eſt ſupra. In ꝓdicto autẽ cõcilio hoc determinatum ⁊ declaratum eſt cõtra errorẽ Grecorũ / quod habetur de ſumma trin. ⁊ fi. ca. lib. vi. Fideli ac deuota profeſſione fatemur: ꝙ ſpiritusſanctus eternaliter ex patre ⁊ filio: ⁊ nõ tanꝙ ex duob⁹ principijs: ſed tanꝙ ex vno principio: non duab⁹ ſpiratiõibus ſed vnica ſpiratione procedit. Hec profeſſa eſt hacten⁹ predicauit ⁊ docuit: hoc firmiter tenet ⁊ predicat ⁊ profitetur ⁊ docet ſacroſancta Romana eccleſia mater omnium fidelium ⁊ magiſtra. Hoc habet orthodoxorum patrum atq; doctorũ Latinorũ pariter ⁊ Grecorũ incõmutabilis ⁊ vera ſententia. Sed qr nonnulli propter irrefragibilis premiſſe veritatis ignorantiam in errores varios ſunt prolapſi: nos hmõi erroribus viã ꝓcludere cupiẽtes: hoc ſacro approbãte cõcilio dãnamus ⁊ reprobamus oẽs qui negare preſumpſerint eternaliter ſpm̃ ſctm̃ ex patre ⁊ filio procedere: ſiue etiam temerario auſu aſſerere: ꝙ ſpiritusſanct⁹ ex patre ⁊ filio tanꝙ ex duobus principijs: ⁊ non tanꝙ ex vno procedat. ¶ Idem Grego. x. in concilio eodem prouidere volens nimis ꝓlixe vacatiõi ſedis apoſtolice: ſicut acciderat: quã fuit ipſe creatus: ſtatuit modũ ſeruandũ in electione faciẽda quã vacat ſedes Romana extra de elec. vbi periculum lib. vi. Debent enĩ cardinales preſentes: vt ibi dicitur: expectare abſentes poſt mortẽ pape per. x. dies. Exinde intrare conclaue ſimul: vbi celebranda eſt electio: qui locus debet vndiq; eſſe clauſus: vt nullus ad eos poſſit accedere: ſʒ nec literas mittere. vel loqui: ⁊ vno tantum ſocio vel ratione neceſſitatis ad plus duobus / debet quilibet eorum eſſe cõcentus. Quibus victus miniſtratur. ſ. cibus ⁊ potus per feneſtrã aliquã per quã illa mittunt̃ per eos qui fideles ad hoc deputant̃. Et per tres dies primos ola genera ciborũ prout volunt poſſunt eis miniſtrari. Poſtmodũ per alios quinq; ſequẽtes / ſi intra illud triduũ nõ celebrẽt electionẽ validã miniſtrat̃ eis cib⁹ ⁊ potus / cũ vno ferculo tñ in prãdio ⁊ cena. Poſt illos autẽ quinq; nondũ facta electiõe canonica ⁊ valida tñ panis ⁊ vinum ⁊ aqua debent adminiſtrari eis: ⁊ nihil aliud quouſq; ꝓuiderint eccleſie de paſtore. Prohibent̃ ibi etiã oẽs ꝓmiſſiões ⁊ irritant̃ vt nõ facte ſup aliquo eligendo. Quomodo etiã debeat ſeruari ⁊ celebrari cõclaue. i. in quo loco / ⁊ ꝑ quos ⁊ cũ qb⁹ penis ibi habet̃. Cũ additione etiã ꝙ oẽs eccl'ie audita morte pape debent celebrare exequias pro a'ia eius: ⁊ epĩ ⁊ predicatores imponere oratiões ⁊ ieiunia exhortatorie: vt dñs ꝓuideat per eos ꝗcitiſſime de bono idoneo ⁊ vtili paſtore. Idẽ Grego. x. in dicto cõcilio multa cõſtituit circa materiam electionis ⁊ ꝓuiſionis eccleſiarũ: ꝗ habẽtur de elec. in multis ca. lib. vi. Et inter cetera vbi frequẽter offenditur in ca. quod incipit. licet canon. ſic dicit̃. Licet canon a felicis recordationis Alexandro. iij. preceſſore noſtro editus inter cetera ſtatuerit: vt nullus regimẽ parochialis eccleſie ſuſcipiat: niſi. xxv. etatis annum attigerit: ac ſcientia ⁊ moribus cõmendãdus exiſtat ⁊c. Iſte canon habetur extra de elec. cũ in cũctis. Et infra. Decernẽtes (ait Grego. in cõcilio) collationes de parochialibus eccleſijs hꝭ qui nõ attingũt. xxv. annũ: de cetero faciẽdas virib⁹ oĩno carere. Is etiam ꝗ ad huiuſmodi regimẽ aſſumetur: vt gregis ſibi crediti diligẽtius gerere curã poſſit: in parochiali eccl'ia cui⁹ rector extiterit: reſidere perſonaliter teneat̃: ⁊ intra annũ a ſibi ꝓmiſſi regiminis tempore numerandũ ſe faciat ad ſacerdotiũ promoueri. Qđ ſi intra dictũ tẽpus ꝓmot⁹ nõ fuerit: dicta eccleſia nulla etiã monitione premiſſa ſit preſentis ꝯditiõis autoritate priuat⁹. Sup reſidentia vero faciẽda põt ordinari⁹ gratiã diſpenſationis ad tẽp⁹ facere: prout cauſa rationabilis hoc expoſcit. In cañ. ſequenti: qđ icipit nemo. eo. ti. ſtatuit Grego. in cõcilio ꝙ nullo mõ dari poſſit eccleſia parochialis in cõmendã / niſi cõſtituto in etate legitima. ſ. xxv. annorum: ⁊ in ſacerdotio cõſtituto. Nec niſi vna tñ duratura ꝑ ſex mẽſes: ⁊ nõ vltra: ⁊ ex cauſa rationabili. Secus factum eſt irritũ ⁊ inane. Et dicitur Archi. ꝙ ſol⁹ papa vel legatus poteſt in hoc diſpẽſare. In ca. auaritie. eo. ti. dr ꝙ dum cõfirmationẽ petit electus ad aliquã eccleſiã vel dignitatẽ: nõ debet per ſe vel ꝑ aliũ ſub economat⁹ vel ꝓcurationis vel alio de nouo queſito colore In tẽporalib⁹ vel ſpiritualibus in totũ vel pro parte adminiſtrationẽ ei⁹ recipere: vel ſe in huiuſmodi admininiſtratiõe immiſcere. Alias ſecus faciendo amittit ius ſibi acquiſitũ in electiõe talis eccleſie vel dignitatis. Idẽ Grego. in cõſilio eodẽ ſic ait de immunitate eccleſiarũ lib. vi. decet. Decet domũ dñi ſanctitudo: decet vt cuius in pace fact⁹ eſt locus: eius cult⁹ ſit debita veneratione pacific⁹. Sit itaq; ad eccleſias humilis et deuotus ingreſſus. Sit in eis quieta conuerſatio: deo grata: inſpicientib⁹ placida: ꝗ cõſiderantes non ſolũ inſtruat: ſed et reficiat. Cõuenientes ibidẽ nomen illud qđ eſt ſuper omne nomẽ: a quo aliud ſub celo non eſt datũ hominibus in quo ſaluos credentes fieri oporteat: nomẽ videlicet Ieſu Chriſti: ꝗ ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eorum: exhibitione reuerẽtie ſpũalis attollant. Et quod generaliter ſcribitur: vt in noĩe Ieſu omne genu flectatur: ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes: precipue dum agunt̃ miſſarum ſacra myſteria: glorioſum illud nomẽ qñcũq; recolit̃: flectant genua cordis ſui: qđ vel capitis inclinatione teſtent̃. Attẽdant̃ in locis eiſdẽ intentis ꝯcordijs ſacra ſolẽnia. Deuotis orationib⁹ inſiſtatur. Nullus in locis eiſdẽ in quib⁹ cum pace ⁊ quiete vota conuenit celebrari: ſeditionẽ excitet: conclamationẽ moueat impetũ ve cõmittat. Ceſſent in illis vniuerſitatum et ſocietatum quarumlibet cõcilia: conciſationes ⁊ publica parlamenta. Ceſſent vana ⁊ multo fortius feda ⁊ profana colloquia. Ceſſent cõfabulatiões quelibet. Sint poſtremo quecũq; alia que diuinum poſſint turbare officium: aut oculos diuine maieſtatis offendere: ab his prorſus extranea: ne vbi peccatorum eſt venia poſtulãda: ibi peccandi detur occaſio: aut deprehendant̃ peccata committi. Ceſſent in eccleſijs earumq; cimiterijs negotiationes et precipue nũdinarũ: fori cuiuſlibet tumultus: oĩs in eis ſecularium iudiciorũ ſtrepitus cõquieſcat: nulla inibi cauſa per laicos criminalis maxime agitetur. Sint loca eadem a cognitionib⁹ laicorũ aliena. Ordinarij locorũ hec faciant̃ obſeruari: ſuadendo ſuadeant: interdicta huius canonis authoritate compeſcãt. Ad hoc alios etiam magis aſſiduos in ipſis eccleſijs ad premiſſa idoneos deputando et nihilominus ꝓceſſus iudiciũ ſecularium ac ſpiritualiter prolate ſententie in eiſdem locis omni careant robore firmitatis. Idem cõtra publicos vſurarios. extra de vſu. vſurarũ. lib. vi. ſtatuit ꝙ manifeſtis vſurarijs alienigenis ⁊ nõ indẽ oriundis non poſſint locari vẽdi vel alienari dom⁹ ad fen⁹ exercendũ: neq; de nouo tales poſſunt conduci in ciuitate caſtro: vel alio loco ad exercendũ fenus. Et in contrarium facientes pouit penas ſpeciales excõicationis vel interdicti laicorũ in hoc excedẽtiũ dimittit punitionẽ ordinarijs. Idem in. c. ſequẽ. quãq; vſurarij: ſtatuit ꝙ manifeſti vſurarij licet mandẽt vſuras reſtitui: tñ negabitur ſepultura eccleſiaſtica eis: niſi primo ſatiſfaciant: vel ſm formã ibi datam idonee caueat̃ de reſtitutiõe faciẽda. Sepeliẽtes eos cõtra hãc cõſtitutionẽ incurrũt penã excõicatiõis: nec valent abſolui nec ad cõfeſſionẽ admitti vel alia ſacramenta: niſi faciant qđ ibi dicitur. Et teſtamẽta eorũ etiã ſunt inualida nec debent intereſſe aliqui teſtamentis eorum.

Obitus dñi Thome de aquino.

In ſummi põtificis electione ſunt obſeruãda

§. I. Hic Grego. x. poſtꝙ Viterbij fuit coronatus:

(Viterbio mouens comitante rege Carolo ac magna procerũ manu: Florẽtiã venit. Suſceptus ſumma leticia nec minori veneratione: cum amenitate vrbis delectatus in illa receſiſſet: cogitare cepit ſi quomodo fieri poſſet: ſtudia partium ac diſcordias ciuium ſedare: ⁊ eiectoſq; dudũ cum bona venia illorum qui vrbem tenebãt reducere. In ſuopte ingenio a pontifice optatum incenderant inſuper exulum preces: qui ſe in põtificis authoritate reponentes: illius in pacem reuocabant clementiã. Suſcepto igitur negocio põtifex ante oĩa de hoc ipſo cum Carolo egit: ac vbi regem non repugnaturũ intellexit: magiſtratus principeſq; ciuitatis magno numero ad ſe vocatos in hunc modum traditur allocutus. Quum ad curãdas hominum infirmitates ſuos diſcipulos magiſter ille ſuprem⁹ dimitteret: ⁊ in quancũq; domũ intrarẽt: pacẽ ei domui dicere precepit. Et nos igitur ꝗꝗ immeriti ad hmõi muneris ſucceſſionẽ vocati. Sic in mandatis ambulaſſe credemur: ⁊ ꝓceptũ dñi (cui nõ parere nefas eſt) adimpleſſe: ſi hanc veſtram vrbẽ ingreſſi pacẽ illi edicamus. Nã quid agat quis vel ad obedientiã maius vel ad vtilitatẽ hoĩm condecẽti⁹? Conſtat enĩ nec domũ: nec ciuitatẽ ſaluam eſſe vllam poſſe ſi pax exulet: ⁊ diſcordia inſit. Vñ ex eodem ſacrario illa quoq; ſunt ꝓmpta. Omne regnũ in ſeipſum diuiſum deſolabitur: ⁊ domus ſupra domũ cadet. Equidẽ iã antea diſcordias ⁊ ſeditiones huius populi audiens mecum ipſe horrebã: ⁊ nũc quum hanc vrbẽ veſtrã inſpexi: ac ꝓpius morbo admoui manũ: vehemẽti⁹ horreo: miſereorq; vos prudentes quondã homines in tantam amentiam eſſe prolapſos. Etenĩ per immortalẽ ⁊ ineffabilẽ deũ quid ſibi volunt hec partiũ ſtudia: quid cõtẽtiones iſte ciuiles: ꝗd inextinguĩ

Gregorij. x. ad Florẽtinos ſer.

bile odium: ac pene veſanus maleuolentie ardor in proxi-
mos/in ciues/in conſanguineos veſtros? Eſt hoīm quidem
puerilis ſtultitie annos ſupergreſſorum conſilij ſui: preſer
tim in re maiori ꝛ ſeria rationem aliquam probabilem red
dere. Uos queſo vltra tandē ratione factumveſtrum defen
dere poteſtis: diuina ne an humana? Atqui ſi diuina reſpi-
citis precepta: nihil eſt fere quod magis diligere debeatis
ꝙ proximos: vos capitaliter eos odiſtis: ſi humana: nihil
magis ꝙ patriā: vos impie illam euertitis. Neq̄ eñ patria
quicꝙ eſt aliud ꝙ ciuitas: neq̄ ciuitas aliud ꝙ ciues ipſi:
quos qui pellit: ꝙ necat: qui perſequitur: ꝓpīquos odit: pa
triam vaſtat. At vñ iſta veſania vñ hic tātus manat furor?
Cauſam profecto nō leuē/nō contēnendā/ſed grauiſſimam
vrgentiſſimāq̄ ſubeſſe oportet: que ad tam nefaria mentes
voluntatēq̄ perpellat. Quenā eſt igitur hec tam prepotēs
tamq̄ perurgens cauſa? Juuat eñ audire: immo doleo au
diuiſſe. Qđ Guelfus es (inquit) aut Gebellinus? Nomina ne
ipſis quidem qui illa proferunt nota. In his nō nobilitas
modo: verū etiā fatua plebs: cuius nec intereſſe quicꝙ pōt
inſanit: ac prout huius vel illius factionis eſt: ita alterius
nomē in opprobriuꝫ iactat ꝛ capitali perſequitur odio. Ea
nimirū cauſa eſt qua ciues necantur: domus incenduntur:
euertitur patria: ſititur ꝓximi ſanguis. O puerilē ſtultitiā.
O amētiā non ferendaꝫ. Gibellinus eſt: at chriſtianus: at
ciuis: at proximus/at conſanguineus? Ergo hec tot: ꝛ tam
valida cōiunctionis noīa Gibellino ſuccūbent. Et id vnuꝫ
atq̄ inane nomen (quod quid ſignificet nemo intelligit)
plus valebit ad odiū: ꝙ iſta omnia taꝫ preclara ac taꝫ ſoli
da ꝛ expreſſa ad charitatem? Neq̄ vero magis ego vos ꝙ
illos reprehēdo: nā vtriſq̄ idē eſt error ꝛ querele ratio par.
Utraq̄ eñ factio vbi potuit: ciues pepulit: domos incendit
proximorū ſanguinē concupiuit. Altera alterā ſepiꝰ victa
eſt: ꝛ ab irato deo quaſi flagelluꝫ quoddam ad affligendum
alterutrum viciſſim traditum. Quum igitur in his que ſu-
periori tēpore a vobis factitata ſunt: inſignis ſtultitia veſa
nus error/euerſio patrie/ac diuine ſimul humaneq̄ legis
contēptus/non cernatur modo/verū etiā palpet: quid iam
tandē hominū nō ad extremum perditorū: nōne contraria
facere velle ꝙ adhuc feciſtis? Reſipiſcite ergo aliqñ et hec
partiū ſtudia peſtifera quidē ac deteſtanda obliuione ſem
piterna delete. Sit pro odio charitas: pro maleuolētia di
lectio: pro euerſione ſtatus: pro pernicie ſalus. Ecce eñ illi
ipſi quos vrbe eieciſtis: preuenientes pacē petūt: ac depoſi-
to inani partiū furore: memoriaq̄ olim preteritorū deleta: cō
cordibus vobiſcum animis viuere cupiūt. Id illi nunciant
id illi ſuppliciter expoſcūt. Quomodo igit̄ pax etiā ad mū
di huius inanem faſtū glorioſior ꝛ honorificentior eſſe po
teſt ꝙ vobis rēpublicā obtinentibus pacē ab illis peti ac
veſtro benefio in vrbē reduci? Nempe in alterutris iniu-
rijs extrema queq̄ acerbiſſima eſt. Si itaq̄ illi accepti recē
tis vulneris memoriam deponere parati ſunt: quid vos qui
id vulnus intuliſtis: facere decet? Nonne multo prociliꝰ
memoriā olim iniuriarum obrutam velle? Deniq̄ qñ hec
veſtra partiuꝫ ſtudia pro Romanis pontificibus cōtra eo-
rum inimicos ſuſcepiſſe aſſeueratis: ego Romanus ponti
fex hos veſtros ciues etſi hactenus offenderint: redeūtes
tamen ad gremium recepi: ac remiſſis iniurijs pro filijs ha
beo. Et vos ergo in noſtra cauſa nō plus ꝙ noſipſos velle
par eſt. Quare ſi bellū pro nobis ſuſcepiſtis: pro nobis etiā
pacē ſuſcipiatis. Hec pontificis oratio etſi multitudini gra
ta: preſtantibus tamē viris quibus tunc reſpublica niteba
tur: onerosa fuit. Itaq̄ placuit qꝛ perardua videbatur res
non protinus ad eam e veſtigio reſpondere: ſed dictis ſentē
tijs et in cōcilio re diſcuſſa. Igitur mature ex placito ciuiuꝫ
ad hec ſe reſponſuros affirmātes ex auditorio abierūt. Co
acto q̄ poſtridie cōcilio: in quo optimus quiſq̄ ex nobilita
te plebeq̄ haud cunctāter adfuit: de hoc ipſo refertur.

§.II. Dura ſane oībꝰ et minime

tuta videbatur exulum reductio: ꝛ indignabantur pleriq̄
conturbata pene natura rerum in contrarium verſa: id pa
trocinium pro inimicis aduerſus amicos a pontifice ſuſce
ptum. Deniq̄ ꝛ negare poſtulata ꝛ cōqueri aperte placuit.
Reuerſi ergo ad pontificem magna ciuium frequētia: quū
ante illius faciem meſti procubuiſſent: vnus ex his cui man
Florētini nomine ad ſummū pōtificē rñſum. datum fuerat in hunc modum locutus eſt. Poſtulatio tua
glorioſiſſime pōtifex: eo nobis oneroſior fuit: quo tibi ma
gis obtēperare optamus. Quicquid a nobis refrigerabitur
in eo vis reuerentiā ſuperabit: magnitudo periculi volun-
tatem. Optamus vero vt eadem equitate nos fideles deuo-
toſq̄ aures audiant tue: qua aduerſarios ꝑſecutoreſq̄ au-
dierunt. Porro etſi magna laus eſt parcere hoſti: nunq̄ tā
equum fuerit eos qui aduerſum te arma tulerūt infeſta ꝛ
eos qui pro te pugnātes propriū effuderint ſanguinem: in
eodem gradu meriti tolerare. Deniq̄ nihil indignius aut
peruerſius eſſet: ꝙ ſic inimicos protegere/vt amicos impu
gnes. Multa igitur in oratione tua admirati/eo vel maxi
me ſtupore commoti ſumus/qđ (quaſi tibi ignotum eſſet)
quid tibi vellēt hec partium ſtudia flagitaſti/ꝛ quaſi dam-
natā rem ac noīa ne ipſis quidē qui illa proferūt nota inſe
ctatus es. Nempe ſi pugnare pro romana eccleſia/ſi defen
dere pontifices aduerſum perſecutores/furor ac dementia
vocitanda ſit/nihil eſt qđ dicamus: ſin autē piuꝫ ꝛ glorio-
ſum omnibus ac precipue tibi videri debet/quo ore queſu
mus pater/ſtudia partiū noſtrarum/q̄ ſemper hoc egerūt
peſtifera deteſtandaq̄ appellas? Uerū partes noſtras pro
Romana eccleſia cōtra imperij aſſertores ſtetiſſe dices vel
fauoreꝫ eccleſie impendiſſe ſtultum ſibi ac dānarū eſſe? At
qui ſtetiſſe nos ꝓ ecclīa/preter ꝙ facta/litere quoq̄ pōtifi
cū quarū infinitꝰ in publicis ſeruatur archiuis numerus
cohortationum commendationumq̄ plene teſtantur. Nec
ſane tam exigua fuerunt merita noſtrorum/vt que acerbiſ
ſimis illis temporibus contra Fredericum ꝛ Manfredum
ſtrage Gallicorum p Siculos Panhormitani cũ alijs Sicu
lis anteꝙ rex Aragonũ veniſſet eis in adiutorium: miſerunt
oratores ſuos viros religioſos ad ſummũ pontificem pro pe
tenda venia timentes iram Caroli. Et eorũ oratio fuit hec. Pontificia ad Meſſanenſium oronem riſum.
Agnus dei qui tollis pctã mundi: miſerere nobis terꝙ: id re
plicarunt. Quibus in publico conſiſtorio papa reſpondit hec
ſolum. Aue rex Judeorum: dixerunt Judei chriſto: ⁊ dabant
ei alapas: ⁊ ter ⁊ ipſe hoc ipſum dicendo. Aliud reſponſum nõ
habentes abierunt contriſtati valde. Quum autem rex Ca

rolus primo applicuiſſet Meſſanam cum magnis copijs: et expugnare cepiſſet: Meſſanenſes qui ſibi non prouiderant aliter de gentibus: et expectatio regis Aragonum pro quo miſerant nondum adueniebat: quaſi deſperati petebant ab eo veniam de perpetratis ⁊ miſericordiam: offerẽtes ei reddere ciuitatem. Carolus ſuperbia viſus noluit eos cum aliqua pactione: ſed diffidauit eos ad mortem ⁊ vt proditores ſancte eccleſie ⁊ ſue regie dignitatis. Et ſi poſſent ſe defenderent. In hoc non ſibi vtiliter conſulens: et ignorans quia periculoſa eſt deſperatio. Quum igitur pugna eorum foret pro vita omnium die noctuq; indefeſſi reſiſtebant. Interea comes de Brenna ⁊ de Montefortiſuperuenientes ⁊ vaſtantes omnes circa regionẽ: ne caperẽt quoddam caſtellum notabile qđ dicebatur Mellaſium: aliqui ex Meſſanis illuc profecti ſunt ſuccurſum: ſed a copijs illis que aduenerãt in adiutoriũ regis profligati ſunt occiſis mille vel circa. Meſſanenſes magis ac magis afflicti miſerunt ad legatũ cardinalem: rogantes vt ciuitatem ingrederetur ad colloquiũ ⁊ tractatum: vt poneret pacem ⁊ reconciliationẽ cum rege. Papa etiam eos per literas ſuas redarguẽs de tanto ſcelere mandauit vt ciuitatem Carolo vt legitimo domino reſtituerent ⁊ obedirent: alias ipſo facto excõmunicationem incurrerent ⁊ interdictum. Electi autem ſunt ex Meſſanenſibus triginta ſex viri aptiores ad negotium: qui pacta cõponerent cum rege Carolo pro ciuitate reddenda. Tria autem pro hoc petebant. Primo vt eis remitteret omnem offenſam occiſionis perpetrate ⁊ rebellionis. Secundo vt non plus ei dare tenerentur pro annuo tributo q̄ antiqui eorũ dediſſent regi Guilielmo. Tertio q̄ non poneret ibi rectores ⁊ officiales Frãcigenas: ſed prouinciales. Deſtinauit dñs cardinalis camerarium ſuum ad regem Carolum cum his conuentionibus: ſuadens ei q̄ acceptaret: et quanto magis differret: tanto conditio eius peior efficiebatur. Sed audiens hec rex turbatus eſt: vt nec acquieſcere conſilijs legati voluit: ſed duriora querebat. Conſiderare neſciuit quia varius eſt euentus belli: ⁊ victus aliquãdo vincit. Ira ſiquidem impediuit animum ne valuerit diſcernere verum. Quum autem Meſſanẽſes audiſſent grauia que rex exigebat ab eis: nullo modo parere voluerunt ⁊ aſſentire poſtulatis. Sed vt deſperati dixerunt legato ſe potius velle comedere fame proprios liberos: vel in ciuitate propria cum familijs mori: q̄ per carceres ⁊ longa exilia vexari et in ſeruitutem redigi. Receſſit itaq; legatus ex ciuitate ſubijciens eam interdicto: ac ciues excõmunicãs mãdauit vt intra quadraginta dies ſe apoſtolico preſentarent. Diſplicuit autem non modicum principalioribus exercitus: q̄ Carolus non audiſſet petitionem eorum ad veniam eos ſuſcipiens: ſed nullus eorum auſus eſt contradicere regi. Cum magna igitur virtute obſidẽt ciuitatem: ſed ciues viriliter reſiſtebant. Iuuenes ⁊ mulieres ſenes cum pueris: omnes ſe exercebãt ad prelium: murum vrbis ex bombardis in parte deiectum q̄citiſſime reficientes. Interea poſt menſes duos dicte obſidionis: Petrus rex Aragonum perſonaliter ex Cathalonia cum quinquaginta galeis ⁊ octingentis militibus ſtrenuis nauigãs Panhormum applicuit. Anno dñi. M.cclxxxij. Capitaneus autem claſſis fuerat dñs Rogerius de Calabria rebellis Caroli. Receptus ergo fuit Panhormi Petrus rex Aragonum cum maximo honore: acclamantibus omnibus eum regem Sicilie. Et coronam dicti regni accepit a quodam epiſcopo Acephalenſi. Et licet rex Aragonũ audita multitudine exercitus equeſtris ⁊ pedeſtris regis Caroli qua obſidebat Meſſanam: et iam dubitabatur ne deficiente eis victu ciuitatem Meſſanam regi reddidiſſent: ſatis primo timuiſſet. ⁊ fere penitens de acceſſu ſuo diſponeret ad receſſum: habito nihilominus maturo conſilio ſuorum: et interea per quandam ſagittam recepta literis a Meſſanatis: q̄ non poterant vltra ſe defendere deficientibus eis victualibus: ſed intra octo dies oportebat eos tradere ciuitatem: quapropter inſtanter rogabant pro ſuccurſu. Inter ceteros quidam Baro eius nomine Galterus/ ſuadebat regi q̄ omnino ſuccurreret Meſſane ſine mora: quia ea amiſſa/ tota Sicilia ⁊ ipſi omnes cum eo erãt in magno periculo. Sed dñs Ioan. de Procida: qui illuc conduxerat regem vt dictum eſt: conſuluit q̄ anteq̄ ipſe rex illuc pergeret: deſtinaret duos ex ſuis Baronibus cum galeis ſubtilibus: que caperet lignamina ſibi obuiantia ⁊ deferentia victualia ad caſtra Caroli. Oratores autem ipſi Carolo ex parte regis Aragonum dicerent: q̄ ſibi placeret recedere a regno ſuo ſcilicet Sicilie: quod ſibi debebatur iure hereditario ratione vxoris ſue filie Manfredi regis Sicilie: ⁊ confirmatũ ei fuerat a papa Nicolao tertio: quod ſi non faceret: eum diffidaret cum ſuis. Placuit regi conſiliũ ſuum ⁊ ita fuit impletum. Applicarũt itaq; oratores regis Aragonum ad caſtra Caroli. Et expoſita oratione ſua poſt literas preſentatas indignati ſunt Carolus cum ſuis de tanta audacia regis Aragonũ: ⁊ collatione facta cum principalioribus/ huiuſmodi dedit eis reſcripta. Carolus dei gratia rex Sicilie ⁊ Hieruſalem: dux Andegauie: princeps Folcalcherij: ⁊ comes prouincie: Petro regi Aragonum ⁊ Valentie comiti. Miramur valde in tantam audaciam te prorupiſſe: q̄ ingreſſus fueris hoſtiliter in regnum Sicilie nobis collatũ auctoritate Romane eccleſie. Vnde tibi precipimus ⁊ mandamus: vt viſis preſentibus debeas abſcedere a regno noſtro. Quod ſi implere neglexeris: ate vt peſſimum proditorem dei ⁊ eccleſie ſancte diffidamus: ⁊ inimicum capitalem: ⁊ contra tuos proficiſcemur ad exterminiũ gentis tue. Reuerſis oratoribus cum literis Petrus habito tractatu cũ ſuis de conſilio domini Ioan. de Procida premiſit galeas ad oſtium Phari: vt caperent nauigia deferentia victualia ad caſtra Caroli: ⁊ nec permitterent aliquid eis deferri. Quo facto: ſi Carolus non recedat ſed in obſidione remaneat: ipſe cum copijs peribunt. Fecit rex Aragonum quod ſibi conſultum fuit: ⁊ armatis .lx. ſubtilibus galeis fecit in eis ducem ⁊ directorem dominum Rogerium de Loria: hominem magni valoris ⁊ multum fortunatum in prelio nauali ⁊ terreſtri. Hec autem ſentiens quidam explorator domini Aringini de Genua Admiraldi regis Caroli: ſubito cum ſagitta armata peruenit Meſſanam: ⁊ nuntiauit dicto Admiraldo ſcilicet Aringino claſſem regis Aragonum illuc cito venturam: propter quod conſuluit ⁊ perſuaſit dominus Aringinus regi ⁊ conſilio eius: q̄ ſine mora obſidionem relaxarent: ⁊ reuerterentur in Calabriam: quum non haberet Carolus galeas armatas aptas ad bellum. Vnde ſi non cito recederent: comburerent hoſtes aduenientes claſſem Caroli: ⁊ deficientibus eis victualibus ipſi omnes vna perirent. Quod ⁊ fecerunt: ⁊ vt dictum eſt ſupra. Et applicuerunt Calabriam dimiſſa Sicilia. Rex autem Aragonum Petrus poſtq̄ audiuit receſſum Caroli a Meſſana: q̄ Admiraldus eius Rogerius ceperat aliquas ex galeis Caroli: ac etiam combuſſerat circa .lxxx. lignamina iuxta Rhegium in Calabria vidente Carolo: nec obuiare valente ipſe cum baronibus ſuis mouens ſe ex Panhormo applicuit Meſſanam. Quem receperunt omnes cũ ſummo honore: gratias magnificas et agentes de redemptione ſua de manibus inimicorum ſuorum: ſuum dñm vocitantes. ¶ Pro aliquali notitia pleniori regni Aragonie ſciendũ ſecundum chron. Floren. q̄ illi de domo ⁊ familia Aragonũ antiquitus non fuerunt regali ex progenie exorti: ſed magni comites ſcilicet Barchinone ⁊ Valẽtie. Talis fuit comes Alphonſus: qui in bello circa Carcaſſonam: qđ ipſe gerebat in adiutorium comitis Toloſani defenſorio hereticorum Albigenſium cum Gallicis tẽpore Philippi regis Francie occiſus fuit ⁊ occiſus a Francia. Et dicitur q̄ iſti comites Aragonenſes erant de eadẽ ſtirpe progeniti cum comite Toloſano ⁊ Raimundo comite Prouincie. Sed poſtmodum comes Giamo (quẽ Iacobum alij vocant) filius Alphonſi prefati et pater predicti Petri regis qui cepit Siciliam/ profectus eſt vir magnanimus et in armis ſtrenuus contra Saracenos Hiſpanie: ⁊ congreſſus cum Aragonenſibus occidit regem eorum: ⁊ coronari ſe fecit in regem Aragonũ. Et fecit ex Aragonia ⁊ Cathalonia vnum regnum: ⁊ ipſe cum ſuis heredibus confirmatus fuit in regem Aragonum. Exinde profectus contra Saracenos conquiſiuit regnum ⁊ inſulas Maioricã ⁊ Minoricam. Et ad habendam pacem cum Gallicis dedit ipſe Giamo rex Aragonum filiam ſuam Iſabellam in vxorẽ Philippo filio Ludouici regis Francie ſancti: ⁊ et in dotem conceſſit partem dominij Perpignani et Montiſpeſſulani. Et ad extrema veniens Giamo: Petrum predictum infantẽ primogenitum reliquit regem Aragonum. Alium filium dictum Giamo inſtituit regem Maioricarum. Ex his proceſſerunt nobiles ⁊ magni reges et domini. Huius arma ſunt aurum et flamma in modum virgarum in longum productarum.

Margin: Meſſane obſidio.

Margin: Petrus rex Aragonum applicat Panhormum.

Margin: Soluit obſidio Meſſane.

Margin: Aragonenſium regñ familia.

Margin: Maiorica et Minorica inſule.

Margin: Perpignanum ⁊ monſpeſſulanus.

§.IIII. Anno dñi. M. cclxxxi.

Rodulphus rex Romanorũ a pluribus annis electus: et tñ nõ coronatus in Alemãnia moram trahens: ad requiſitionem Gibellinorum Tuſcie deſtinauit ex Alemãnia quẽdã comitẽ cũ trecentis militibus in Hetruriã: vt Tuſci iurarent fidelitatem imperatori ⁊ ſibi obedirẽt: ſz nulla ciuitas ei obediuit aut ſe ſubiecit: exceptis Piſanis ⁊ caſtro ſancti Miniatis: qđ vulgariter di. Altedeſco. Et reſidentiaz dictus comes faciens in ſancto Miniate: cum copijs ſuis et adiutorio Piſanorum bellare cepit cõtra Florentinos ⁊ Lucenſes ⁊ alias ciuitates adherentes parti Guelfe. demũ cõpoſitione facta ⁊ pace cũ Florẽtinis reuerſus eſt in regionẽ ſuam. ¶ Eodẽ anno Lucẽſes profecti cõtra Piſcie caſtrum notabile deſtruxerunt ⁊ cõbuſſerunt totũ illud caſtrũ: q2 Gibellinis adherebant

Margin: Rodulphus romanorũ rex.

bant pertinaciter: nec acquieſcebant ſubijci Lucenſibus et obedire mandatis eorũ. Fuerunt ibi Florẽtini cum magnis copijs in adiutoriũ Lucenſium. Et quia Florẽtini dum Piſcia obſidebatur: queſierũt pacem ponere inter Lucenſes ⁊ Piſciuos: reuerſi Lucani cum triũpho/ proper id contumelias Florentinis irrogarũt. ❡ Per idem tempus vt dotat Leonardus in hiſto. Florẽtina. lib. iij. deficiente tota Sicilia a rege Carolo: quum iam plane ſtudia partiũ renouari cernerẽtur: cunctaq; ſuſpitionibus redundarẽt. Florentini cõſortium diuerſe factionis hominum: qui pro adminiſtranda repu. recepti fuerant: amouendũ cenſuerũt. Quare. xiiij. virorũ officio qui miſti ex vtroq; genere ſcʒ octo ex Guelfis ⁊ ſex ex Gibellinis ciuitatem regebãt/ antiquato Priores artium creauere. Tres ab initio creatos conſtat: poſtea. vi. inde. xij. mox octo qđ ſuis temporibus apparebit. Nec tamen huius magiſtratus nomen tunc primũ in repu. repertuʒ eſt. Conſtat eñi annalibus octoginta ferme annis ante id tempus Priores artiuʒ in repu. fuiſſe ſed poſtea omiſſum ac pene obliteratum: tandẽ hoc tẽpore amplificata ptãte reſumptum eſt. Populare aũt maxime id genus adminiſtrãdi eſſe/ vel ex nomine ipſo intueri licet. Qđ enim potentes quidẽ plus nimio perturbatiões optare videbãtur ad pacatũ trãquilliq; genus hominũ non tam bellis ⁊ contentionibus ꝙ negotijs in pace gerendis intentũ ciuitatis tranſlata eſt gubernatio: atq; ob id Priores artiũ dicti q: non ex rapacibus atq; ſeditioſis: ſed ex frugali pacatoq; hoim genere: vt cuiuſq; exercitia erãt: ſuffragijs populi ante ferebãtur. Naʒ qui inertes ſunt: ex aliorũ bonis vt nutriãtur oportet. Nunc magiſtratũ nomenq; hodie ꝙ in ciuitate durare triceſimo atq; octauo ſupra centeſimũ anno: ſignuʒ fuerit non abſq; optima ratiõe excogitatũ fuiſſe. Nam que damnoſa ſunt: etſi nõ homines: at tempus experiẽtiaq; rerum magiſtra redarguit: nec diuturna eſſe permittit. Primi tunc omniũ Priores artiũ creati ſunt Bartholus bardias Jacobi equitis filius ex familia nobili ⁊ in primis locuplete: Roſſus bacarolli ſaluius clari hieronimi. Jſ publicis edib⁹ incluſi: nec aliud quicq̃ ꝙ de repub. cogitare iuſſi ſunt: ⁊ ſumptus eis ex publico preberi: quum ceteri omnes ante id tempus magiſtratus domũ ſuã redire poſt negotia cõſueſſent. Duodecim apparitores ſunt illis a populo dati. Sex viatores ad conuocãdos ciues: totidem ad cetera obeunda miniſteria. Tempus aũt huius magiſtratus Bimeſtre conſtitutũ eſt: quod hodie quoq; ſeruatur. Poſt hos duplicatus eſt numerus: ⁊ ſex pro trib⁹ ſuffragio ciuiũ ſuffecti. Jn ſex eñi diuiſa ciuitate tunc regiões ſingulos ex ſingulis aſſumi placuit. Eodẽ anno imbres aſſidui circiter idus Decembris cõplures dies noctesq; continuati omnia pene vrbis loca inundauerunt. Ab hỹs quum ſemẽtes dilute ac ſolo abraſe interiſſent confeſtim adempta ſpe futurarum meſſium annone cariſtia eſt ſecuta.

Priores artium Florentie creati.

§. V. Anno dñi. M. cclxxxij. ſecundũ chroñ. Florẽ.

comes Guido de Monteferetro cũ auxilio Gibellinoꝝ ingreſſus Romãdiolã cum copijs ſuis magnã partẽ ciuitatis Romãdiole rebellare fecit ⁊ a dñio eccleſie diſcedere. Erat eñi ille comes Guido vir in militia valde ſtrenuus ſagax ⁊ experiẽtiſſim⁹. Propter hoc papa Martinus reuocauit ſeu remouit dñm Robertũ de Urſinis: qui rector ⁊ gubernator deputatus fuerat ibi a Nicolao papa: et pro eo illuc deſtinauit dñm Joannẽ Gallicum virum magni valoris ⁊ bellicoſiſſimum. Qui ingreſſus Romandiolã cum magno exercitu diuerſarũ gentium Gallicorũ ⁊ Jtalicoꝝ: ⁊ precipue Peruſinorũ recepit ciuitatem Fauentiam: ꝑ proditionem tamen ⁊ pecuniã factã a quodã ex ciuibus eius. Exinde cum ſuis copijs additis etiam plurimis ex Bononia/ Florentia/ Arimino/ ⁊ Rauẽna/ in adiutoriũ eccleſie: profectus eſt Forliuium ⁊ ipſum obſedit. Queſiuit aũt ꝑ proditionem oppidum obtinere: ſed detecto tractatu comes Guido prefatus qui ibi dñabatur: aſtute ꝓuidit in exterminiũ hoſtiũ. Nam kal. Maij dñs Joã. qui eccleſie fauebat cũ gẽtib⁹ ſuis appropinquãs Forliuio partẽ exercitus ſui extra dimiſit in certo loco vt eſſent in ſubſidiũ: ⁊ cum ceteris ciuitatẽ ingreſſus eſt per portã ſibi proditorie oblatã. Comes autem Guido totum diſſimulauit. Et egreſſus ciuitatẽ cum copijs ſuis aggreſſus eſt eos quos reſeruatos reliquerat extra dñs Joannes: ⁊ eos diſſipauit ⁊ vicit. Exinde reuerſus in ciuitatem: quum Galli capta ciuitate intenderent ad predandum domos quas intrauerant: ⁊ ciues Forliuienſes vt edocti fuerant a dño ſuo: abſtulerant ſellas ⁊ frena equoꝝ: ⁊ quib⁹ deſcenderant Gallici: vt in equis fugere non valerent: ⁊ ipſe comes Guido diſcurrit per ciuitatẽ: alios ex Gallicis ⁊ eoꝝ ſocijs occidens: alios vulnerans: alios capiens. Qui aũt euadere potuerunt pedeſtres vel equites exuntes ibant ad locum vbi ſocios dimiſerant: exiſtimantes ſe ex illoꝝ auxilio contutari. Sed comes poſtꝙ illos ꝓfligauerat: ex ſuis non paucos dimiſit a quibus ipſi fugiẽtes captiuati ſunt: ⁊ euaſit tñ ille dñs Joãnes cũ paucis. Papa aũt Martinus audita ſtrage eorũ qui ꝓ eccleſia militabãt: nõ defecit aio: ſed reparatis exercitibus miſit ad occupandum Forliuium. Et aduenientes ceperunt ciuitatẽ Ceruie ꝑditione facta a ciuib⁹ ꝓ quãtitate. xij. miliũ florẽ. Poſtmodũ etiã Forliuiũ. in deditionem accepit capitaneus eccleſie cũ pactione: vt ſalue forent perſone ⁊ eorũ ſubſtãtie. Et comes Guido ſic ſaluus exiuit: ⁊ quaſi tota Romãdiola reducta eſt ad eccleſie obedientiam. Et quum comes Guido cũ ſuis in caſtelluʒ Meldone confugiſſet: ⁊ inde moleſtias continuas inferret diſcurrẽdo ꝑ ciuitates vicinas: dñs Joãnes ꝓfectus eſt ad aliud caſtellũ capiendũ: qđ tñ obtinere nõ potuit. Jbi quũ vna dierum inermis cũ aliquibus circuiret caſtelluʒ: Guido proponens in aio ſuo illũ occidere: tot⁹ armatus cũ galea ⁊ lãcea equũ fortem aſcẽdit: ⁊ impetu ꝓcedens cõtra dictũ comitem dñm Joannem vt interficeret. At ille perpendens intẽtũ: quum appropinquaſſet ad eum: baculo quem tenebat in manu de more ſuo declinauit lanceam vt eum non tangeret. Et quuʒ tranſiret iuxta eum dictus comes: amplexatus eſt eum. ⁊ de equo depoſuit ad terram: ⁊ eum gladio eius quo volebat occidere eum: tranſuerberauit ⁊ vita priuauit.

Guido comitis in hoſte fallendo aſtutia.

§. VI. Eodem anno ſcʒ. M. cclxxxij.

rex Armenie ꝓfectus eſt ad regẽ Tartaroꝝ: ſcilicet q̃ dr vulgariter El gran chane: ꝓ adiutorio ab eo obtinendo contra Saracenos eorũ hoſtes. Qui cõceſſit ei ſubſidium. Nã deſtinauit quendã ſuũ nepotẽ vocatum Mangodamer cum. xxx. milibus equitum. Et venientes in Syriã inuenerũt Soldanum Egypti cum ſuis copijs obſidentem ciuitatẽ Camelam dictam. Et congreſſi in bello Tartari ⁊ Chriſtiani. ſ. Armeni cũ Saracenis/ poſt durũ certamẽ quũ Chriſtiani ꝓualerent cõtra Saracenos: ⁊ in ꝓcinctu forent victorie: ꝓfatus Mangodamer principalis dux exercitus Chriſtianorum Tartarorum pecunia corruptus ꝓditione hac vſus eſt: quia videns Saracenos iam profligari a chriſtianis: de equo deſcendit: quem de more ſuo imitati ſunt oẽs Tartari. Quod attendẽs Soldanus Babylonis Saracenos iam ex fuga diſperſos recollegit: ⁊ ad caſtra redeuntes Saraceni reſumpta audacia chriſtianos debellarunt: ⁊ ciuitates amiſſas in Syria recuperauerunt Saraceni. Reuerſis aũt Tartaris ad regem eorũ: intellectis geſtis eorũ: oẽs capitaneos illius exercitus occidi fecit. Alios aũt ad hoc condemnauit: vt in omni vita ſua incederent induti vt mulieres. Anno vero domini. M. cclxxxiiij. Tangodar germanus Bagecanis regis Tartaroꝝ Alrozigh ⁊ Perſarum: qui in iuuentute ſua fuerat baptizatus vt chriſtianus: vocatus Nicolaus: quum habuit dominium: negata fide tranſiuit ad perfidiam Saracenoꝝ: ⁊ vocari ſe fecit Maumeth: inimicus peſſimus ⁊ perſecutor chriſtianoꝝ in duobus annis quibus regnauit. Demum Argon nepos ſuus rebellionem fecit cõtra eum: auferens ſibi vitã ⁊ regnũ. Jſte Argon fuit filius Bagecanis regis Tartarorum magnus amicus chriſtianoꝝ: ⁊ inimicus Saracenoꝝ. Et ordinauit refici oẽs eccleſias chriſtianoꝝ: quas auunculus ſuus Maumeth deſtrui fecerat in regno ſuo: ⁊ repoſuit chriſticolas in pacifico ſtatu mandans etiã deſtrui omnia templa Saracenoꝝ: ⁊ (qđ plus eſt) expulit oẽs Saracenos de regno ſuo. Fuit aũt ſapiens vir ⁊ in armis ſtrenuus. Poſtea anno domini. M. cclxxxv. menſe Maij Soldanus Egypti cum copijs ſuis plurimis profectus eſt hoſtiliter contra ciuitatem Margoth in Syria: que ciuitas erat ſub dominio hoſpitalis ſancti Joannis: que etiam fortiſſima erat ⁊ bene munita. Sed cum foueis ⁊ concauitatibus ſub terraneis factis poſuerunt eam ſuper ſuſtentacula quaſi ſuſpenſam. Et data ſecuritate hỹs qui intus erant capitaneis: vt exirent et viderent periculum ſuum ex eo quod fecerant: ⁊ eam quuʒ vidiſſent ſe non poſſe tueri: ⁊ ſe eis tradiderunt ſaluis eorũ perſonis pacto emiſſo. Sicq; Saraceni in deditionem acceperũt. Anno dñi. M. cclxxxix. Soldanus Babylonie Egypti cum maximo exercitu equitum ⁊ peditum venit in Syriam: ⁊ obſedit ciuitatem Tripolim que erat chriſtianorum: et machinis ⁊ foueis ſubterraneis ex violentia cepit eã: ⁊ occiſis plurimis chriſtianis. Alios iuuenes mares et feminas turpiter a Saracenis violatos in captiuitatem duxerunt: ⁊ redegerũt in ſeruos et ancillas. Pauci euaſerũt aſcendentes nauigia que erant in portu ⁊ fugientes. Ciuitatem autem illam expoliatam omni ſubſtãtia: ꝗ plena erat iocalibus mercimonijs ⁊ alijs rebus diruerunt vſq; ad fundamenta: excepto quodã fortalicio in quo poſuerunt Saracenos ad cuſtodiam: ne Chriſtiani poſſent ciuitatem illam reedificare.

Armeni chriſtianos prodũt tartari.

Argon Tartarus chriſtianoꝝ amicus

Tripoleos euerſio

§. VII. Jn illo tẽpore ſecunduʒ

chro. Floriaceñ. ciuitas Piſarum ſtatum magnificum tenebat: ⁊ in ea erant ciues potētes ⁊ magni cenſus ⁊ valoris: ſicut in aliqua ciuitate Italie: ſatiſq vniti erant: ⁊ inter ceteros erant ibi plures comites ciues: vt comes Fatius: comes Nerius comes Anſelmus: comes Ugolin⁹: iudex de galina: ⁊ iudex Delbore: quorum quilibet tenebat ſtatum magnificum: ⁊ cum magna comitiua incedebat. Dñimꝗ habebant in Sardinia: in Corſica: in Delbora. Unde magnas diuitias poſſidebant: ⁊ in particulari ⁊ in repub. Domini quaſi erant maris: cum eorum nauigijs ⁊ mercantijs: ⁊ in tranſmarinis partibus in ciuitate Acra magni habebantur: ⁊ parentelas ⁊ amicitias multas cōtraxerant cum ciuibus illis. Emulationem aūt habebant cum vicinis Genuēſibus propter inſulam Sardinie: quam Piſani acquiſierant. Et conflictū habentes pluries ſimul in mari: Genuenſes ſuperabātur a Piſanis: atq in Acra (vbi etiā Genuenſes habebant vnā ſtratam pro ſua habitatione) ſimul rixantes Piſani eiecerunt eos de ciuitate illa: adiuti ab amicis ⁊ conſanguineis eorū: ſuccenderūtq totam illam ſtratam Genuenſiū. Propter hec Genuenſes armantes plures galeas venerunt vſq ad portū Piſanum contra eos: ſed in nullo territi Piſani ad bellum progreſſi ſunt. Et aſpicientes Genuenſes illos eſſe in maiori numero ⁊ non imparium virium: non ſunt auſi bellum ſuſcipere: ſed reuerſi ſunt Genuam. At Piſani erecti quaſi de victoria/cum ſuis galeis profecti ſūt in portū Genue: emittētes vt ſagittas quadrellos argenteos in eorum deriſionem. Poſtea nauigantes ad portum veterem vaſtauerūt loca circumiacentia. Qūum aūt reuerterentur: in via orta eſt tēpeſtas valida in mari flantibus ventis: adeo vt circa. xxiij ex galeis eorum fracte ſint ad terram vel ſaxa collidētes: pauci tamen ſubmerſi ſunt euadentes natando. Quaſi nudi tamen reuerſi ſunt Piſas. Unde planctus magnus factus eſt in ciuitate dubitantibus omnibus de morte ſuorum amicorum ⁊ attinentium in bello. Quod eſtimatū fuit quaſi preſagium malorū eis in futurum contingentium.

Piſani Genuēſibus infeſti.

Piſano⁊ naufragiū.

§. VIII. Ad Siciliam reflectē-

do ſtilum: Ablato Sicilie regno vt dictum eſt a Carolo per Petrum regem Aragonū. Anno dñi. M.cclxxxij. Carolus. ij. princeps Salernitanus et primogenitus Caroli auunculi Philippi regis Francorum: cui collatū fuerat regnum Sicilie ab eccleſia: vocatus ex prouincia a patre/tranſiens per Florentiam cum multis militibus ⁊ baronibus/⁊ cū comite Alencōnij fratre eiam Philippi regis Francie: quem cum multis copijs rex Francie miſit in adiutorium ad recuperādam Siciliam: multū honorifice receptus eſt: ⁊ ibi tres milites fecit de Buondelmontibus. Et poſt paucos dies profectus eſt ad vrbem: vbi pater Carolus erat cum ſuis gentibus. Ibiq in publico cōſiſtorio querelam poſuit corā papa Martino quarto ⁊ cardinalibus de proditione ⁊ vſurpatione Sicilie ſibi facta per regem Aragonum Petrum: petens ſibi iuſtitiam adminiſtrari: paratus hoc probare ſcilicet iuſtitiam per duellum cum ipſo rege Aragonum. Rex autem Aragonum per ſuos oratores excuſationem ſuā fecit coram papa de proditione: ſe iuſto titulo Siciliam dicēs recepiſſe: paratumq ſe ad duellum ſuſcipiendum pro ſuo iure oſtendendo. Et in hoc conuenerunt ſub iureiurandoq: in loco cōmuni videlicet Burdegale: que ciuitas eſt in Uaſconia ſub cuſtodia Seneſcali regis Anglorum: rex Carolus ⁊ rex Petrus certa die ſtatuta ibi adeſſent: quilibet cum centum militibus fortioribus duellum peracturi: cum hac videlꝫ conditiōe et pactis: vt qui victor exiſteret: illi regnum Sicilie quiete ⁊ pacifice traderetur cuꝫ conſeſu eccleſie: victus vero proditor haberetur ab omnibus: atq omni nuncupatione regij nominis et dignitate priuaretur. Et vtraq parte multi affecti ad reges ſuos / confidentes de viribus eorum / ſe obtulerunt ad bellum ſeu duellum illud ex Francigenis / Prouincialibus / Florentinis / et alijs Italicis pro Carolo: ⁊ econtrario plurimi pro rege Aragonum: ex Cathalania / Hiſpanis / Alemannis / et Italicis Gibellinis. His peractis ad exequendum quod decretum fuerat et conuentum: rex Aragonum dimiſit filium ſuum ſecundo genitum dominum Jacobum dictum in Sicilia vt regem: ⁊ ipſe profectus eſt in Cathaloniam vt tempore ſtatuto Burdegalam paratus adueniret. Sed et rex Carolus dimiſſo loco ſui filio ſuo Carolo: principe Salerni ad gubernationem regni: de curia recedens /et Florentia tranſiens / et milites ibi octo faciens: deinde per Lucam apud Mutronem in xvj. Galeis armatis recollegit copias ſuas: et nauigauit Marſiliam: poſtea in Franciam: demum applicuit Burdegalam. Dictum autem fuit et a multis opinatum ꝙ rex Aragonum ex magna aſtutia et ſagacitate duello illi acquieuit hac de cauſa: vt Carolus inde recedens non proficiſceretur hoſtiliter cum exercitibus ſuis contra Siculos quum pecunijs non abundans non poſſet reſiſtere multitudini ⁊ viribus Caroli: timens etiam reuolutionem Siculorum a ſe propter nouitatem dominij ⁊ vexationem eorum. Egreſſus ergo Carolus de ciuitate Pariſieñ. aſſociatus a Philippo rege Francie cum tribus milibus militū vſq ad vnam dietam prope Burdegalam: ibi requieuit cum copijs ſuis. Et Carolus cum centum militibus optime armatis die determinata ſe preſentauerunt in equis parati ad bellum menſe Junij. Anno domini. M.cclxxxiij. Et tota die expectauit cum ſuis in campo vſq ſero aduentum regis Aragonuꝫ. Qui non comparuit. Bene dictum fuit ꝙ rex Aragonum ſero illo ſe preſentauit coram Mareſcalo in habitu tranſformato: vt non agnoſceretur ab alijs: vt dicere poſſet ob reuerentiam ſacramenti ſe comparuiſſe: et paratum fuiſſe ad preliandum contra eum. Et prima die in qua receſſit rex Aragonum dicitꝰ equitaſſe. xc. miliaria timēs detineri a quoq. Rex autē Carolus inuenit ſe illuſum ab illo ꝑpter qđ ⁊ Philippus turbatus eſt valde ꝯ ipſum regem Aragonum. Martinus autē papa hec audiēs: vt ꝯ periuriū / ꝓditorē: ⁊ vſurpatorē bonorū eccleſie, de cōſilio cardinaliū fulminauit ſententiam excōicationis contra regem Aragonum: deponens eū ⁊ priuans etiam regno Aragonum ⁊ omni honore ⁊ dignitate: et ac etiam anathematizans oēs qui ei obedirent: aut euꝫ regem nuncuparent. Ille autem vt illuſor cenſure ſe nominari fecit Petrum militem de Rabona: patrem duorum regnorum: ⁊ dominum maris. Martinus quoq papa priuilegium dedit regni Aragonie Carolo comiti de Ualeſ ſecūdo genito Philippi regis Francie. Et deſtinauit vnum cardinalem in Franciam ad confirmandam dictā electionem ſeu collationem regni Aragonie prefato Carolo: ⁊ ad predicandum crucem ⁊ indulgentiam plenariā cōcedendam euntibus in bellum contra regem Aragonum ⁊ terras eius. Et Carolus rex diſpenſante Martino papa dedit Carolo filio Philippi regis Francie comiti de Ualeſ neptem ſuam: ſcꝫ filiam filij ſui Caroli et nominati principis Salernitani: ⁊ in dotem dedit ei comitatum Andegauie: ad hoc vt ipſe Carolus cuꝫ patre ſuo Philippo rege Francie efficacius et feruentius ageret contra regem Aragonum.

Petrus Aragonū rex a Martino papa vinculo anathematis implicatur.

Andegauēſis comitatꝰ.

§. IX. Anno autem ſequenti ſcꝫ

M.cclxxxiiij. menſe Junij dñs Rogerius de Loria Admiraldus regis Aragonum venit de Sicilia in principatum regni cum. xlv. in parte galeis: in parte alijs lignis armatis: inferendo non modica damna gentibus regis Caroli: ⁊ ſagittas emittendo in ciuitatem: ⁊ inuitando illos ad bellum. Et totum hoc faciebat vt traheret eos ad belliū nō cautos ⁊ improuiſos: antequ Carolus rex cum ſuis copijs applicaret ad regnum. Erat enim dictus dñs Rogerius Admiraldus peritiſſimus ⁊ experientiſſimus in bello nauali ſupra omnes qui eſſent tempore ſuo. Accidit autem dei permiſſu ꝙ Carolus princeps Neapoli tunc reſidens/cernens tantam iniuriam: vt iuuenis ira accenſus ad vindicandam ſeu propulſandā iniuriam/cum Francis Prouincialibus/⁊ regnicolis galeas ſuas aſcendit ſine debita prouiſione ⁊ ordine: ⁊ in hoc etiam tranſgrediens paternum preceptum. Mandauerat enī ei Carolus rex: vt cum nullo bellum ſuſciperet ante ſui reuerſionē. Ja igitur cū. xxxvj. galeis ⁊ alijs lignis proceſſit in belliū contra dñm Rogeriū ⁊ ſuos ſupra Neapolim. Cautos autēꝫ fecerat ⁊ mandauerat dictus Rogerius: vt ſolum intenderent ad bellandum cōtra galeas vbi princeps Carolus erat: ⁊ ibi omnem vim facerent: nec fugientes alios inſequerent. Facto igitur congreſſu ⁊ inito conflictu ad inuicem galee ſubitine aufugerunt: ⁊ in parte illa de principatu. Remanēte igitur principe cum medietate ſuarum gentium: ⁊ totum belli pondus incubuit ſuper eum. Et qūum barones ⁊ milites qui erant cum eo parum eſſent experti in prelijs maritimis: demum ſuperati fuerunt/captis. ix. ex galeis eorum: ac etiam principe cum multis baronibus ſuis. Qui omnes captiui ducti ſunt in Siciliam: ⁊ carceribus mancipati in ciuitate Meſſana ❡ Die ſequenti poſt dictam capturam rex Carolus Caietam applicuit cum. lv. galeis armatis ⁊ nauibus bus tribus magnis oneratis baronibus/militibus/equis/ et armis. Et audita debellatione ſuorum ⁊ captura filij valde doluit. Conſiderans autem modicam fidelitatem hominum regni: intelligens inſuper Neapolitanos declinare velle dominium eius: ⁊ aliquos iam clamare per ciuitatem moriatur rex Carolus: ⁊ viuat Rogerius de Loria: ſubito profectus eſt Neapolim. Et illuc applicans noluit in portu deſcendere: ſed ſuper conuentum Carmelitarum deſcendit: intendens igni totam exponere ciuitatem propter rumores illos in ciuitate factos cōtra ipſum Carolum. Sꝫ domin⁹ cardinalis legat⁹ occurrit cū quibuſdā honeſtis ciuibus. Neapolitanis

Carolū iuniorē capiunt Aragonēs.

politanis/cum rogantes vt parceret ciuitati: quũ multi ibi eſſent innocẽtes in tali exceſſu. Ad p̄ces igit̃ legati rex ciuitati ſuccẽdẽde pepercit: ſuſpẽſis tñ ex illis .cl. q̃ forte magis deliquerant. Paccata ãt ciuitate rex fecit cõponi et armari alias galeas: ita q̄ cum prioribus erãt numero .lxxv. ⁊ miſit illas cõtra Meſſanã. Ipſe autem rex per terram perrexit Brundiſium vbi ordinari fecerat ⁊ alias plures galeas. Simulq̄ adunate cum alijs p̃ioribus Cotone in Calabria reperte ſunt .cxx. galee vel alia lignamina armata cum alijs etiam lignis. Interea miſerat papa Martin⁹ Conradũ cardinalem p̄fatũ ⁊ aliũ etiã cardinalẽ in Siciliã: ad ponendũ ↄcordiam inter Carolũ regẽ et regẽ Aragonũ: et procurandum liberationem principis filij Caroli. Rex autem Aragonũ aſtute cardinales tenebat in verbis: nihilq̄ de pace procurare valuerũt. Carolus autem q2 nõ ſufficiẽter erat p̄uiſum de victualibus ⁊ alijs tante multitudini: ⁊ ſuperueniebat autũnus tp̃s contrariũ ad ſuſtinendum in mari tantas copias: de cõſilio ſuorũ reuerſus eſt Brũduſiũ: ⁊ reduci fecit oĩa ligna ⁊ dearmari: ac protunc quieſcere vſq̄ ad tp̃s veris. Reuerſuſq̄ eſt Carolus Neapolim ad prouidendũ ſibi interea de pecunijs ⁊ alijs opportunis. Exinde perrexit Brunduſiũ ad ſollicitandum negotium. Sed adueniens in Appuliã apud Foggiam infirmat⁹ eſt grauiter: vt creditur p̄ dolore preſſus valde tanti ſui infortunij. Demũ ad extrema deduct⁹ cum magna deuotione ſumptis eccleſiaſticis ſacramẽtis .vij. Januarij deo reddidit ſp̄m. Cuius corpus delatum Neapolim honorifice ſepultum eſt in eccleſia archiep̄ali. Ualde ſtrenuus fuit hic Carolus in armis ⁊ egregius longe tamen belli artibus q̄ pacis inſignior. Res quidẽ a ſe preclaras armis geſtas impunita ſuorum licentia i pace fedauit: itaq̄ nimio deſpectu ad rebellionem coegit. Duabus precipue in Italia victorijs auctus ſcilicet contra Manfredũ ⁊ Cõradinũ: Sed vtraſq̄ ſecute rebelliones minus eſſe letas permiſerunt. ¶ Eodem anno dicti cardinales quum nõ potuiſſent regem Aragonũ ad aliquid pacis inducere: receſſerunt de Sicilia: aggrauãtes cenſuras eccleſie ẜ ipm et Siculos. Propterq̃ irati: ⁊ quum audiſſẽt de morte Caroli regis: Meſſanãte furore repleti acceſſerunt ad carcerem vbi erant Francigene detenti ad interficiendum eos. Illis aũt viriliter ſe defendentibus/ poſuerunt ignẽ ad carcerem: ⁊ crudeliter combuſſerunt eos. Poſt hec omnes ciuitates Sicilie fecerunt ſyndicos ſuos: ⁊ conuenientes in vnũ tractabant quid agendũ foret de Carolo p̃cipe filio Caroli quẽ captiuũ tenebant: et cõcordi ſnĩa decernebant eũ decapitandũ: ſicut et pater ſuus decapitauerat Conradinũ. Sed vt placuit deo: quum regina Cõſtantia vxor Petri regis Aragonum tũc eſſet in Sicilia: vt prudẽs femina aiaduertens quantũ periculi immineret marito ſuo et filijs ex tali morte: dixit ſyndicis illis et cõſiliarijs q̄ non erat decens vt ad eoꝝ iudicium ⁊ ſnĩam ſine aſſenſu ⁊ volũtate dñi eoꝝ regis Aragonũ occideretur ille. Sed expediens magis erat vt dictus princeps mitteretur ad dictum Petrum regem Aragonum in Cathaloniã: ⁊ ipſe de hoc diſponeret ad placitum ſuũ. ⁊ ita ſeruatum fuit. Preterea venit de Frãcia in regnum Robertus comes Artenſis: vt cuſtos ⁊ defenſor regni conſobrinus dicti Caroli mortui: cum multis militibus Francie: et cum principiſſa vxore ſcilicet Caroli captiui: et cum filio eius nomine Carolo martello etatis annorum .xij. vel circa. Ex Carolo autem primo rege non remãſerat alius heres niſi princeps Salernitanus dictus Carolus .ij. qui tũc captus detinebatur. Hic erat pulcher corpe ⁊ hominibus gratioſus. Et viuente p̄re ⁊ etiam poſt mortem habuit plures filios ex vxore ſua p̃ncipiſſa filia et herede regis Ungarie. Prim⁹ ergo filius eius eſt Carolus martellus: qui poſtea fuit rex Ungarie. Scd̃s dictus eſt Aloiſius ſeu Ludouicus: q̃ habitũ ſuſcipiens ordinis minoꝝ: poſtea factus eſt ep̄s Toloſanus ⁊ canonizatus poſt mortẽ. Tertius fuit Robertus dux Calabrie. Quart⁹ Philippus p̃nceps Tarẽtin⁹. Quintus Raimundus Berengarij: qui comes debebat fieri Prouincie. Sext⁹ dñs Joãnes p̃nceps Amorhee. Septim⁹ dñs Petr⁹ comes. Prefatus aũt Carolus p̃nceps qui capt⁹ detinebatur a rege Aragonum poſt quatuor annos ſue captiuitatis: anno .ſ. domini. M.cclxxxviij. liberatus fuit a dicta captiuitate: ⁊ ad hoc operãte et p̄curãte Eduardo rege Anglie: cum hoc pacto q̄ p̃miſit regi Aragonum nauis iuxta poſſe ſuum dare operã q̄ dñs Carolus de Valeſ germanus regis Francie renunctiaret cum aſſenſu ⁊ voluntate pape p̃uilegio ⁊ iuri regni Aragonie: qđ ei cõceſſerat eccleſia tempore Martini pape. Quod ſi non obtineret: promiſit ⁊ iurauit ſe rediturum in carcerem regis Aragonum: niſi intra tres annos a die liberationis ſue computandos hoc non fieret. Et ad confirmationem predictorum dimiſit dictus Carolus rex tres ex ſuis filijs .ſ. Robertum: Raimundũ ⁊ Joannem obſides: et quinquaginta milites ſuos ſtrenuos prouinciales. Et pro redemptione inſuper dedit triginta milia marcarum in carlenis. Sicq̄ dimiſſus liber Carolus ſecũdus perrexit in Franciam ad dandum operam efficacẽ vt dictus Carolus de Vales germanus regis Francie renunciaret regno Aragonum ſibi dato ab eccl'ia: ſed nequiuit illud obtinere.

Morit Carol⁹ rex Sicilie.

Triſte ſpectaculum.

Caroli ſecundi ſoboles

Rex Carolus liberatur

Rex Carolus a carcere regis Aragonum.

§. X. Anno dñi. M.cclxxxv. in

principio quaſi anni Philippus rex Francie filius ſancti Ludouici regis valde animo accenſus contra Petrũ regẽ Aragonum: propter ea que egerat erga auunculum ſuum Carolum regem: et ad requiſitionem Martini pape ⁊ Romane eccleſie/ congregato maximo exercitu Tholoſe .ſ. xx. miliũ militum equitum ⁊ .lxxx. milium peditum cruce ſignatorum de diuerſis nationibus Francigenis/ Prouincialibus Alemannis ⁊ alijs ⁊ cũ magno theſauro preparato ex Francia profectus eſt cum duobus filijs ſuis ſcilicet Philippo ⁊ Carolo ⁊ cum domino Geruaſio cardinali legato pape in Narbonã: vt inde tranſiret in Cathaloniam ad accipiendum regnum illud. Et Carolus ſecundogenitus Philippi predicti cui iam collatum fuerat per priuilegium ab eccleſia regnum Aragonie: interea procurauerat armari .cxx. partim galeas ⁊ ex parte alia ligna. Et ſe coniunxerat cum Jacobo Maioricarum germano: ſed inimico Petri regis Aragonum. Ideo inimico q2 ſibi fecerat auferri dictam inſulam Maiorice Alfonſus primogenitus ipſius Petri Aragonenſis regis ⁊ ſe in eo regno coronari. Menſe ergo Maij dicti anni dictus exercitus regis Philippi applicuit Perpignanum: et in comitatu Roſiglonis quandam ciuitatẽ que ſe rebellauerat regi Maiorice ⁊ ſe ſubmiſerat dominio regis Aragonũ que vocabat Janne obſedit rex Francie cum copijs ſuis ⁊ per vim captam deſtruxerũt: ⁊ in ore gladij omnes habitatores ei⁹ cuiuſcũq̄ etatis ⁊ ſexus interemerunt. Nec euaſit ex ea niſi quidam illegitimus filius Roſiglonis cum paucis: qui ſe cõfutantes in quodam ſolario dennum ⁊ ipſi ſe tradiderunt regi. ¶ Inde progreſſus exercitus peruenit ad radices montium altiſſimorum qui ſunt in confinibus Cathalonie. Rex autẽ Aragonum Petrus intelligens tam validum exercitum contra ſe venientem: nec ſe poſſe reſiſtere: nunquam voluit exire ad bellum cum exercitu Philippi: ſed ſolum intendebat defenſioni ſue ad cuſtodiendum paſſus arctos ⁊ difficiles ad impediendum tranſitum hoſtium. Munierat autem ⁊ fortificauerat locum per quem eſt communis tranſitus ⁊ vſitatus p montes illos. Et ipſe perſonaliter aderat ad cuſtodiam dicti tranſitus: pluribuſque diebus ibi bellando cum hoſtibus: aditum inde habere non poterant. Sed de conſilio predicti illegitimi filij Roſignoli de quo ſupra rex Philippus fecit quaſi totam gentem ſuam armari: tanquam vi vellet expugnare dictum locum ⁊ tranſitum liberũ habere. Ipſe aũt rex cũ pluribus alijs conducente ⁊ dirigente dicto illegitimo/ p aliã viã inſolitã ⁊ valde aſperam montem aſcendit: ⁊ quia eſt talis via plena ſpinis ⁊ lapidibus: adeo rex Aragonum ibi cuſtodiam nõ poſuerat. Cum multo aũt labore ⁊ deſtructione equorum peruenit rex cum ſuis ad cacumen mõtis. Qđ quũ perpẽdiſſet rex Aragonum: dimiſit tranſitum illũ liberũ: per quo iam rex aſcenderat: ⁊ recedens cũ ſuis ibi dimiſit tentoria ſua ⁊ que ibi habebat. Quo facto omnes Gallici tranſierunt libere per dictum locum ſine difficultate: ⁊ cõiũxerunt ſe cũ copijs alijs regis Philippi. Deſcẽdẽtes aũt oẽs in cãpeſtria Cathalonie ceperuntq̄ citiſſime plures ciuitates comitatus Ampur. Claſſem ſuã oneratã hoĩbus belligeris et victualibus ⁊ alijs opportunis paratã in Aquiſmortuis in prouincia conduci fecit ad portum Roſes. Ipſe autem rex cũ ſuis obſedit ciuitatem Girone optime munitam ⁊ bene prouiſam armigeris: vbi ⁊ capitaneus et cuſtos erat dominus Raimundus de Cardona cum electis ſocijs: Incẽderunt aũt ſuburbia ciuitatis. Obſeſſi autem viriliter dimicantes multa onera inferebant exercitui hoſtium. Rex autem Philippus iurauit ſe inde non receſſurum quouſq̄ ciuitatem illam obtineret. Uerum ex diuturnitate obſidionis cepit exercit⁹ tedio multo affici: ⁊ aliqui recedere: tum ex fetore multorum cadauerum ibi exiſtentium: tum ex nimio calore: p̄pter que ſibi ſunt orte muſce ⁊ tabani innumerabiles punctiones inferentes quaſi venenoſas: homines ⁊ equos vſq̄ ad mortẽ affligentes: et ex hoc aere corrupto peſtis inchoata eſt plurimos inficiens et nonnullos interimens. Quum autem permanerent in obſidione ⁊ ſic cum multo grauamine Gironẽ: victualia rex Francie deferri faciebat in caſtra ſua a nauib⁹ ſuis que erant in portu Roſes diſtantes ab ipſis caſtris per quatuor miliaria. Rex autem Aragonie Petrus conabatur impedire quantum poterat delationem dictorum victualium. Unde ⁊ vectores cum magna ſcorta aſſociabantur. In vigilia aũt aſſumptionis virginis gl'oſe rex Aragonum poſuit ſe in inſidijs cum quingentis militibus expertiſſimis in bello

Philippus rex Francie mot⁹ in Petrum Aragonie regẽ.

Ciuitas Girona

et cū duobus milibꝰ peditū:vt caperent victualia q̄ deferre bantur vna ſcorta ſua:quum etiā intellexiſſet φ multa pecu nia per eos portabatur ꝓ ſolutione ſtipendiȷ facienda armi geris. Relatum fuit hoc per quendam exploratorem domino Raul de Raſi/et domino Joāni ſeneſcallo regis Frācie. Ini erunt ergo ꝯſilium cum ſuis de modo congrediendi cū eis ad ſuperandum eos. Et q̄ cōſiderabāt φ ſi in magna multi tudine egrederent ad eos:rex Aragonū perpēdēs illos ſupe riores viribꝰ declinaret certamē ſicut alias fecerat i ſimili ca ſu/dixit dn̄s Raul prefatus vt bene expertꝰ. Si volumꝰ euʒ trahere ad bellū:opꝫ φ eamus cū paucis ſʒ robuſtiſſimis:t quū ipſe viderit nos paucos numero:exiſtimās contra nos ꝓualere ꝓpter maiorē multitudinē ſuoꝝ:egredietur in bellū. Et ſic fuit impletū. Electis ergo trecētis ex fortiſſimis exer citꝰ ꝓfecti ſunt ad locū inſidiarū. Rex vero Aragonum aſpi ciens multo plures ſuos eſſe:dimiſſis peditibus ſubito pro ceſſit ad pugnā. Et q̄ ex vtraq̄ ꝑte erāt ſtrenui viri i armis durum fuit preliū ꝛ aſperum. Demum dn̄o concedēte Galli ci cū paucis ꝓualētes debellauerūt Aragonenſes:ꝛ rex vul neratus eſt grauiter in facie lancea hoſtis. Sed ꝛ detine batur ab alio per frenum equi ſui. Ille vero enſe ſuo incidit habenas calcaribus vigēs equū aufugit cū ſuis:ibiq̄ occi ſi ſunt ex Aragonenſibus circa centū. Rex autem ſic vul neratus reuerſus eſt ad Villā francam. Et q̄ diligētē curā nō adhibuit ad ſanandum vulnus:mortuus eſt ex eo. Alȷȷ tamē referētibꝰ φ q̄ cognouit carnaliter mulierē ante vul nus ſanatum:hinc mortē incurrit. Tranſlatū eſt aūt corpus eius Barchinonē:vbi honorifice ſepultus. Ante mortem eū ſuū condidit teſtamentum:mandans φ inſula Maioricē re ſtitueretur fratri ſuo. Regnum autē Aragonie legauit ꝓmo genito ſuo Namfus. Et Jacobum ſecundo genitum ſuum in ſtituit regem Sicilie. Et q̄ non multo poſt Namfus primo genitꝰ diem clauſit extremum:ſucceſſit in regno Aragonie frater ſcʒ Jacobus prefatus.

Moritur rex Aragonum. Petrus ex vulnere.

§. XI. Rex autem Frācie Phi

lippus audita victoria ſuorū ꝯtra Aragonenſes ꝛ regis gra ui vulnere:magis animatus durius inſiſtebat impugnatiōi Gironē. Sed ciues ipſius ꝛ belligeri quum deficerent eis vi ctualia/nec ſpem haberent ſuccurſus:infirmato rege graui ter ex vulnere:ſe regi Francie ſubmiſerunt cū pacto:vt ꝑ ſone eorum ſalue forent:et quicquid poſſent inde ſecum fer re tranſportarent. Capta igitur Girona:rex de victualibꝰ ꝓ uidit et muniuit de gentibus ſuis. Poſt hec rex Philippus inito conſilio cum ſuis decreuit redire ad hyemandum in partibus Toloſanis. Pars autem claſſis ſue de portu Ro ſes in Cathalonia recedens reuerſa erat in Prouinciam. ¶ Accidit autem φ diebꝰ illis dominꝰ Rogerius Admiral dus regis Aragonum de Sicilia venerat in Cathaloniā cū xlv. galeis in adiutorium regis ſui. Qui ꝑcipiens φ magna ꝑs claſſis Francorum adhuc erat in portu Roſes:nō tamen tota:quum vt dictum eſt:alia pars iam receſſiſſet:ꝛ prefatus Rogerꝰ de Loria cum galeis ſuis aggreſſus eſt expugnare contra claſſem regis Francie. Et cum adiutorio hominū de Roſes qui a dominio Francorum recedētes Siculis adhe rētes:ipſos Francigenas ſuꝑauerunt:et partem nauiū ſuarū cōbuſſerūt:multos etiā ex his captiuos fecerūt:ꝛ cum ipſis Admiraldū regis Frācie dominū Jnghiranū (alias Enguer ranum) Et quū ad bellū portus Roſes accederet Seneſcal lus regis Frācie cū multis copȷȷs equitū ꝛ peditū:parum tū vel nihil valuerūt iuuare bello nauali qḋ erat in mari:ſʒ vi dētes capta nauigia:ignē miſerunt in ciuitatē et portū Ro ſes reuertētes ad ſuos. Rex Philippus cernēs claſſem ſuam incenſam ex qua deferebantur ſibi victualia:triſtitia abſorptꝰ infirmitatē incurrit grauē ꝓpter qḋ et ꝓpter defectū victua liū decreuerūt barones ꝛ cōſiliarȷȷ regis redire Toloſam. Et iter aſſumentes ac ſecum deferētes regem infirmum in fere tro ſatis inordinate incedentes:quum perueniſſent ad locū illum difficilem trāſitu vbi eſt clauſura montium Aragonē ſes et Cathalani qui ibi erant ad cuſtodiā:voluerunt impe dire tranſitum eorū q̄ regē deferebant. Sed Gallici nimis ſuꝑ hoc turbati:bellum cōtra eos q̄ capere tentabāt feretrū cum rege:inierūt vt deſperati. Et deinde ſuꝑauerunt eos ꝛ ex pulerūt de loco illo:interfectis tū prius multis ex illis Gal licis ꝛ alȷȷs captis ex peditibꝰ:multa etiā ſubſtantia eoꝝ ibi ablata. Poſt receſſum aūt eorum de Cathalonia:ciuitatem Gironam rex Aragonū in deditionē accepit. Et quum appli cuiſſent Gallici cum rege ſuo Perpignanum:inualeſcēte in firmitate rex Philippus de hac luce migrauit. Maria autē vxor eius cum filȷȷs ſuis Philippo ꝛ Carolo ꝛ reliqua fami lia ſua poſt ingentē luctum deferri fecerūt corpus regis Pa riſios:ꝛ honorifice ſepeliri in eccleſia ſcti Dionyſiȷ cū patri bus ſuis. Dicitur aūt φ in bello iſto ꝯ Aragonenſes rex Frā cie plus amiſit hoīm/equoꝝ/ꝛ theſauroꝝ ſuoꝝ:q̄ in alȷȷs prelȷȷs lōge retroactis tēporibus:adeo φ in magnis debitis ipſe cum principibus ſuis poſt multum tp̄is remanſerunt. Poſt hec Philippus primogenitus regis Philippi defuncti coronatus eſt rex Frācie Remis in die Epiphanie cū vxore ſua Joanna filia regis Nauarre. Vbi aduertendum quod intra vnum annum ſupra. M.cclxxxv. ex hoc ſeculo tranſierunt quatuor magni dn̄i. ſ. dn̄s Martinꝰ papa quartus. Dn̄s Ca rolus primus rex Sicilie ꝛ Appulie:Rex Aragonum Petrꝰ ꝛ Philippus rex Francie. Et ſic tranſit gloria mundi:vt ap paret:quia omnis gloria eiꝰ quaſi flos feni. Fuit aūt Philip pus iſte magni animi:ꝛ plura ardua aggreſſus eſt. Primo cō tra regem Hiſpanie in prelium pergens. Secundo cōtra co mitem de foes. Tertio cōtra regeʒ Aragonum cum maxima potentia. Sed iaʒ reuertamur ad geſta Italie poſtea que ſu pra retulimus de Florentinis/Lucenſibus/Genuenſibus/et Piſanis in anno dn̄i. M.cclxxxiȷ.

Girone dedit se.

Vincit classis Francorum.

§. XII. Ad annum domini. M.

cclxxxiiȷ. redeūdo:vt proſequamur de Florētinis ꝛ alȷȷs Ita lie ciuitatibus:quū ciuitas Florentina pace ꝛ quiete gaude ret cum magnis lucris mercatorū ꝛ artificum eius Guelfis dominantibus in ciuitate:prodȷt ex adipe iniquitas eorum vanitatis ꝛ prodigalitatis. Nam feſtum mundiale:in ſolēni tate Joannis baptiſte fecerunt menſe Junȷ in vicinia ſan cti Felicis vltra Arnum:incipientibus illis de familia Ru beorum. Societas autem in hoc coniuncta erat mille homi num:qui omnes induti albis fecerunt ſibi vnum tanquam dn̄m inſiſtentes ludis tripudȷȷs ꝛ varȷȷs ſolatȷȷs:cum mulie ribus ꝛ militibus ꝛ popularibus diſcurrentibus ꝑ vrbē cū tubis ꝛ vniuerſo genere muſicorū:potuis peragētes magni fica in prandȷȷs ꝛ cenis. Et volante fama huius feſti ꝛ gaudȷȷ mundialis:qḋ durauit per duos menſes aut prope concurre runt multi nobiles ꝛ de diuerſis curȷȷs ꝛ ioculatores:quibꝰ omnibus abundantes prouidebatur. In magna felicitate tē porali tunc ciuitas exultabat. Erantq̄ in ea plurimi milites ꝛ multi diuites preparantes menſas plenas diuitȷȷs aduen tantibus. Sed proſperitas ſtultorum interficiet eos. Nam anno ſequenti facta eſt diuiſio inter magnates ꝛ populares: ꝛ ſecute ſunt partialitates inter Albos ꝛ Nigros. Nec impu nitus tranſiuit tantus luxus:ſed menſe Aprilis anno. M. cclxxxiiȷ. quaſi aperte eſſent cataracte celi:deſcenderunt pluuie de celo tam copioſe ꝛ continue:quod fluuius Arnus excreſcens nimis exuberans per latera ſua in ciuitatem dif fuſus eſt:ꝛ collis qui dicebatur de magnolis ꝛ erat ſub eccle ſia ſancti Gregorȷ:commotus ex inundantis aquarum ruit vſq̄ ad fluuium Arnum deſcendens vnde. l. domus que erāt in dicto colle dirute ſunt:ꝛ multi homines perierunt.

Albi et Nigri factiones Florentinorum.

Detrimētoſus q̄ cataclyſmꝰ.

§. XIII. Genuēſibus ꝛ Piſanis

adinuicem ſibi aduerſantibus:anno domini. M.cclxxxiiȷ. menſe Junȷ. Quum ex inſula Sardinie quinque naues ma gne plene et onerate mercantȷȷs et argento Sardinico/et quinq̄ Galee Piſanorum deducerentur ad portum Piſanū: Genuenſes hoc preſentientes armauerunt. xxv. galeas:qua rum Admiraldus et director erat dominus Genuenſium. Et obuiuerunt eis belluʒ mouentes contra eos. Et poſt gra uem conflictum Genuenſes ſuperauerunt Piſanos ꝛ capi entes naues duxerunt Genuaʒ cum mille quingentis ex Pi ſanis ꝛ alȷȷs captiuatis. Valor autem mercantiarum ꝛ ar genti quod erat in illis nauibus:dicitur fuiſſe centum ꝛ vi ginti milia aureorum. Multum inde Piſani damnum paſſi ſunt. Non ſatiatis adhuc Genuenſibus damnis Piſanoruʒ: cecidit ſuper eos aliud iudicium dei. Nam quuʒ menſe Apri lis ſequenti mitterent in inſulam Sardinie comitem Fa tium eorum ciuem cum triginta galeis et vna naui magna: Genuenſes obuiantes eis cum. xxxv. galeis prelium inie runt contra eos naualem:poſt durum certamen vnde occiſi ſunt plurimi ex vtraq̄ parte:demum Genuenſes victoria po titi ſunt capto comite Fatio et alȷȷs nobiliſſimis Piſanis: ac etiam parte dimidia galearum:quas omnes Genuam con duxerunt. Piſani vt animoſi non ferentes tantas iniu rias et damna eis illata:omnino decreuerunt vindictam de his ſumere. Et adhibito omni conatu ſuo armarunt de ſuis et Tuſcis ſtipendiarȷȷs mercede conductis ducentas galeas:ꝛ er proceſſerunt menſe Julȷ vſque in portum Genu enſium vbi ſe firmantes/ſagittas emittebant intra ciuita tē in vilipendium eorum et ceperunt barcas et alia ligna que inuenerunt:ꝛ et predam fecerunt per littus Genue ꝛ dā na que valuerunt intulerunt cum magna pompa ſe haben tes et inuitantes ad bellum Genuenſes. Qui vt prudentes quum non eſſent prouiſi et ordinati:quia galeas eorum dear mauerant:non acceptauerūt:ſed reſponſione audaci ꝛ viri

Piſanos grauiſſimis incommodis ſemel et iterum Genuēſes affecerunt.

li excuſationem fecerunt ſuã: dicentes q: bellando cum eis
qui erant improuiſi: erit ſi vincerent non eſſet eis ad hono-
rem talis victoria: nec ſatis ſe vindicaſſent: ſed reuerterẽtur
ad portum proprium: et ipſi ſine dilatiõe ſe prepararẽt: et po
ſtea ad eos videndos accederent: et domini forent belli ⁊ vi-
ctores: Qđ factum eſt. Reuertentibus namq; Piſanis ad pro
pria cum multis clamoribus ⁊ deriſionib⁹ cõtra Genuẽſes:
Genuenſes ocitiſſime armarunt centũ. xxx. galeas et alia ſi
gnamina marina: ibi ponentes populum ſuum ⁊ alios in lit-
tore eorũ habitãtes: vbi Admiraldus fuit et directoꝛ omniũ
dominus Robertus doris. ⁊ menſe Auguſti proceſſerunt in
trantes mare Piſanum. At Piſani hoc ſentientes ſubito cũ
magnis clamorib⁹ aſcenderũt galeas ſuas iam armatas. Et
Poteſtas qui tũc erat Piſis ⁊ eorum Admiraldus et omnes
viri robuſti intrauerunt galeas inter duos pontes qui ſunt
Piſis ſuper Arnum leuantes vexillum ſuum cum magno fe
ſto ⁊ clamore: Archiepiſcopus autem Piſanus cũ omni cle-
ro ſuo paratus ſtabat ſuper pontem ad dandam benedictio-
nem ſuam bellatoribus. Exierunt ergo de faucibus Arni cũ
cum galeis ſuis que erant in portu ſe cõiungẽtes: pceſſerũt
in altitudinẽ maris congreſſuri cum Genuenſibus qui eos
expectabãt. Juxta ergo quandam paruam inſulam ſeu ſco-
pulum qui eſt ſupra portum Piſanum: qui locus dicitur la
Maloria: bellum adinuicem inierunt. Terribiliter ibi certa-
tũ eſt et acriter: multiq; mortui alij in mari ſubmerſi ſunt ex
vtraq; parte etiam robuſtorum virorũ. Tandem iudicio dei

Inſignis Genuẽſium de Piſanis victoria

diſponente Genuenſes victores fuerũt: maxima damna Pi-
ſanis recipientibus. Nam ex gentibus Piſanorum ſedecim
millia hominum dicuntur partim capta: partim occiſa. Et. xl.
galee Piſanorum capte ſunt: plurib⁹ etiam fractis vel ſub-
merſis ex alijs. Omnes igitur illos cum galeis captos duxe
runt Genuam: et ſine pompa vel illuſione aliqua fecerunt
fieri proceſſiones ⁊ miſſas ſolẽnes: gratias agẽtes deo de vi
ctoria eis collata: in qua remiſſiũ cõmendati ſunt. Piſis aũt
vox audita eſt in excelſis ploratus ⁊ vlulat⁹ multus. nec erat
domus ſeu familia fuit: que mortuum ſuum non haberet ad
lugendũ. Tantũq; fuit eoꝝ exterminium: vt nunq̃ poſtea va-
luerint recuperare dignitatem: potentiam/ et diuitias priſti
nas. Ubi eſt diligẽter attendendũ q̃ iuſta ſint iudicia dei:
q: per q̃ peccat quis: per hec et torquetur: vt dr in lib. ſapien
tie. Et ſi lento gradu diuina pcedat ira: ſupplicij tarditatem
grauitate compenſat. Precipue contra perſecutiones eccle
ſie. Nam in eodẽ loco vbi ipſi Piſani temporibus retroactis
ceperunt: expoliauerũt/ et multos occiderunt clericos et p̄-
latos eccleſie venientes in nauibus Genuenſium ad cõciliũ
generale Rome aſſignatum a Gregorio nono in fauorẽ Fre-
derici ſcđi perſecutoris eccleſie: ibidem ipſi Piſani fuerunt
a Genuẽſium galeis deuicti: alijs occiſis: alijs ſubmerſis in
mari: reliquis captiuis ductis.

§. XIIII. Poſt annos duos ſcili

cet anno domini. M. cclxxxiij. menſe Septembri: Florẽtini
fecerunt colligationem et ſocietatẽ iuramento firmatã cum

In piſa-rũ euerſionẽ cõiuratio.

Lucenſibus: Senenſib⁹/ Piſtorienſibus/ Uolaterranis: ac
cum Genuenſib⁹. Omnes hi cõfederati ſunt ad exterminiũ
ciuitatis Piſane. Genuenſes per mare: ⁊ ciuitates Hetrurie
nominate per terram impugnantes. Unde Florentini q̃ erãt
Piſtorie ea receſſerunt: et procedentes contra Piſas copie
Tuſcorum per vallem ere/ fecerunt vaſtationes: ⁊ plura ca-
ſtra Piſanorum ceperunt: et ipſi prope Piſarũ menia caſtra
poſuerunt. Sed Genuenſes mari aderant quadraginta lon
gis nauibus. He terreſtres maritimeq; copie cuncta igne
ferroq; populate ſunt. Sed poſt multiplices illatas clades
diſceſſerunt. Et ſuperueniente hyeme reuerſi ſunt ad pro-
pria: firmiter ſtatuentes in vere ciuitatem Piſarum obſide
re. Hi quidem per terram: Genuenſes per mare. Cumq; ſal⁹
nulla Piſanis ſupereſſe videretur: Ugolinus comes qui Flo
rentina ex parte nuper redierat Piſas: locum aduerſarios
criminandi nactus: q̃ obſtinata quadam peruerſitate Flo-
rentinos Lucenſeſq; ſibi inimicos infeſtoſq; reddidiſſent:
cum quibus amice erat viuẽdum. Quid inquit) profuit hec

Ugolini oratio.

pertinacia: vt p̄pe omniũ finitimoꝝ diuerſas tam cupide ar
riperemus partes? Ego quidem vt mari propagandum po-
puli Piſani imperium: ſic terra vicinas ciuitates beneuolen
tia ⁊ charitate putabam continendas. Jn profectu maioꝝ
bus noſtris ſapientiſſimis viris placuiſſe video: qui Corſi-
cam ⁊ Sardiniam: qui Baleares inſulas procul ſitas impe-
rio ſubijcientes ſuo: Lucam pene in veſtibulo noſtre vrbis
poſitam intactam reliquerunt. Hi vero preclari gubernato
res noſtri moleſtiſſimas ſimultates domi parantes ⁊ nulla
probabili ratione perpetuos nobis hoſtes a terra immine-
re procurarunt. Et nunc quoque mea ſententia hec eſt Flo-
rentinos eſſe pacandos, ne ſane id videtur difficile: ſi eius

rei naturam penitus diſcernamus. Etenim q̃bus de rebus no
bis: ⁊ illis contentio eſt? De Sardinie dominatu: an de aliaꝝ
inſularum poſſeſſione? At id nec in cogitationem eorũ vnq̃
venit. An q: agro noſtro indigent: quem colant ex quo ve alã
tur? Satis ipſi quidem ſuperq; habent agri: nec noſtrum re
quirunt neq; expoſcunt. Quid eſt ergo q̃ nos cum illis in cõ
tentionem deduxerit: preter quoddam Genue partium ſtu-
dium leniter corrigendum: ſi paucorum rabiem qui hac ini-
micitia nos ſuperflue onerauerunt: comprimamus? Hec ab
illo haud falſo intacta metus imminens comprobabat. Se-
ptuaginta quippe naues longas Genuenſes parare ferebã-
tur. A terra vero magnum delectum equitum peditũq; ha-
beri ad piſas obſidendũ. Jd ergo formidantes Piſani: quiũ
vna ſalus videretur: ſi Florentini a ſocietate Genuenſium
auerterentur. Ugolino comiti/ quod is Florentinoꝝ ſocio
rumq; amicus ⁊ ſtudio partium ſimilis habebatur: adheſe-
runt. Jlle dum mentes ciuium ad ſe traductas vidit: diuer-
ſe factionis capita deturbat: ac ſuo iam nomine gubernat.
Ad hoc ipſum auxilia populi Florentini implorat. Ea muta-
tio rerũ Florentinorũ animos deflexit. Munera quoq; (que
homines placant plerumq; deoſq;) cooperata ſunt. Nam di-
cebatur flaſcones vernatij necnon ⁊ alios aureis plenos fuiſ
ſe tranſmiſſos principalioribus militantium ⁊ ciuium. Con
cordia itaq; facta eſt inter Florentinos ⁊ alios Tuſcos cum
piſanis ſine requiſitione Genuenſium. Unde ipſi Genuen-
ſes non parum amaricati ſunt de fide mentita Florentinorũ
⁊ aliorum. Soli Lucenſes perſeuerauerunt in federe inito
cum Genuenſibus. Omnes alij ſe ſubtraxerunt ab impugna
tione Piſarum: nec dubitabatur ſi Florentini in federe per-
manſiſſent: extremam pernitiem illoꝝ Piſanis futurã. Soli
ergo Genuenſes cum ſeptuaginta longis nauibus ⁊ cuꝫ Lu
canis bellum Piſanis intulerunt: nec tñ preualuerunt: licet
deſtruxerint portum Piſanum: et multa caſtra a Lucẽſibus
in terra fuerint eis ablata. Quam aũt remunerationem po-
ſtea Piſani Florentinis conceſſerint ingrati ⁊ omnis coꝝ
inſiſtentes: infra patebit. ¶ Eodẽ anno producto vrbis Flo
rentine pomeria ſunt: et noua ſubinde menia lõge maiori am
bitu deſignata: vt ſcribit Leonardus. Celeberrimiſq; vijs Ca

Florẽtini ſuburbem faciũt ampliorem

ſentinati/ Bononienſi/ Pratenſi/ Piſtorienſi/ opera portarũ
egregie inſtituta. Ea vero ſecunda an tertia productio fuerit
haud equidem certiſſimum dixerim. Plurimi tamen exiſti-
mant ſecundam fuiſſe: ⁊ quum prima de templo Martis ad
thermas publicas ⁊ theatrum vetus complecterẽtur menia
inde productum conſtat pomerium hinc ad ripas fluminis: et
illinc ad, Laurentij vltra ſacras edes. Tertio lõge proceſſuꝫ
eſt: quibus in locis nunc menia conſiſtunt porteque. Trans
Arnum vero prima edificatio fuit circa vetuſtum põtẽ ſub-
urbana edificia ⁊ ville hortis permiſte. Jnde mox vici tres fa
cti: duo ſecus Arnum ſupra infraq; pontem: tertius recta a
ponte via. Hi vici diu abſq; munimento publico fuerunt: ac
propterea in his locis turres priuatim facte: quo tute habita
ri in illis poſſet. Tandem ⁊ hi menibus cincti: colleſq; ſuper-
ne munimentis apprehenſi. His quoq; in locis mox creſcen-
tibus incolis edificijſq; adiunctis: pomeriuꝫ productum eſt
longe maiori ambitu q̃ prius: porteq; magnifici operis tres
facte celeberrimis trans Arnum vijs/ Piſane/ Senenſi/ Are
tine.

¶ De Honorio. iiij. papa: et diuerſis bellis Aragonum con-
tra regem Appulie. Capitulum. v.

Honorius quartus papa.

Poſtquam Martin⁹ quar-
tus appoſit⁹ eſt ad patres ſuos Peruſij. xxiiij. die
Martij: ibique honorifice ſepultus anno domini.
M. cclxxxvi. menſe Aprili domini cardinales canonice ele-
gerunt in ſummũ pontificem Honorium quartum de fami-
lia. Sabellorum nobilibus Romanis/ Jacobuꝫ ante voca-
tum. A principio autem mundi quinquies milleſimo. ccxlij.
ſecũdum maiorẽ computationẽ ſexies milleſimo. cccclxxxv.
Sedit autem annis duobus. Js parum iuuit heredes Caro
li in facto regni Sicilie. ⁊ magis iudicatus eſt fauere Gibel-
linis q̃ Guelfis. Rex aũt Aragonum proſperatus eſt ⁊ coro-
nari ſe fecit: filius ſcꝫ Petri iam defuncti: in regem Sicilie.
Anno autem precedenti menſe Nouembri Piſani ceperunt
quinq; nauigia magna Genuenſium ⁊ alias naues Cathala
norum et Siculorum. Cum hi omnes ex Romania ⁊ Sici
lia nauigarent ad diuerſas partes vi ventorum tempeſtate
in mari exorta pulſi ſunt ad portum Piſanum: et aliqua
etiam ex lignis illis facta ſunt. Piſani ergo hoc aduer-
tentes omnes ciuitatem exeuntes: aliqui pedeſtres alij

Genuẽſiuꝫ naues a piſanis capte.

equeſtres proceſſerunt contra eos vt ipſorum hoſtes. Cepe-
runtq; nauigia illa cum hominibus: vbi Genuenſes damni
ficati ſunt in valore. l. milium florenorum. Cathalanos autẽ
⁊ Siculos Piſani liberos dimiſerunt. ¶ Eo tempore quum Pie.

comes Guido de Monte feltro occupaſſet terras Romandiole in magna parte: et tyrannice poſſideret adiutorio Gibellinorum: et in prelijs ibi peractis mult⁹ ſanguis effuſus fuiſſet: et ſpolia facta et iam per Florentinos Bononienſes lucantes partem eccleſie reddite forent ciuitates Fauentie et Ceruie ſubmiſſe obedientie eccleſie: demum et ipſe comes Montefeltran⁹ data ſibi ſecuritate acceſſit ad ſummum pontificem Honorium veniam petens et accipiens. Hoc tamen ſeruato vt dictus comes ad confinia pergeret in Pedemontium: et duos filios ſuos obſides daret: ſicque tota Romandiola pacifice reſtituta eſt eccleſie: et illuc miſit ad regimen papa dominum Guilielmum ducatē de prouincia. ¶ Eo tempore quū fratres ordinis Carmelitarum deferrent habitum qui min⁹ conuenire videbatur viris religioſis. ſ. cappā circulatā largis virgis albis et griſeis: quem habitum aſſerebant fuiſſe Helie prophete habitantis in monte Carmelo in Syria: qd tamen neque in ſacra ſcriptura: neque in authentica ſcriptura reperitur: papa Honorius quartus propter maiorē honeſtatem mandauit habitū illū dimittere: et deſup capas ex toto albas et tunicas ſubtus griſeas, cū ſcapularibus aſſumere. Hi habuerunt initium ſub quodam patriarcha Hieroſolymitano quum in Syria habitabant chriſtiani Hieroſolymis et in alijs multis ciuitatibus. Degebant autem in monte Carmelo vt eremite et ſub regula beati Baſilij. Sed Honorius tertius ꝯfirmauit ordinē illum. Et poſtmodū papa commiſit Hugoni cardinali ordinis Predicatorū: vt adderet dicte religioni quaſdam cōſtitutiões quas in poſterum obſeruarent. Sꝫ in proceſſu tpis occupantib⁹ Saracenis ex toto partes Syrie: recedentes Carmelite de locis illis: diſperſi p orbem in terris chriſtianorum edificauerunt plurimos cōuentus ex eleemoſynis fidelium collatis propter eoꝝ deuotā cōuerſationem exemplarē. Aliqui tñ referunt ꝙ Soldan⁹ Saracenorum: q̄ prius eos habebat in reuerentia ꝓpter Heliā prophetam: mutato habitu eis dato a papa: in cōtēptum pape et fideliū fecit eos expelli de mōte Carmelo: vnde Carmelite dicuntur: non ꝙ ab Helia habuerint initium.

Carmelitarum habitus mutatio / et ordinis eorum initia.

¶ Eodem tpe dñs Guilielmus de Vbertinis ep̄s Aretin⁹ magis deditus armis ꝙ officijs clericalibus vt decebat: congregatis multis ex Gibellinis Florentinorum / Aretinoꝝ / et Senēſium habitantiū per comitatum vallis arni: ꝓcurauit et operam dedit vt qddā caſtrum Senenſium: qd dicebat Podius ſancte Cecilie ſe rebellaret: prout et fecit. Inde vero orta eſt multa turbatio parti Guelfe in Tuſcia: q2 dabat inde occaſio mouendi bellū Guelfis ꝓcipue Senenſibus: Sed ꝯcitiſſime Senēſes cū adiutorio addito Florētinoꝝ / ꝓceſſerūt hoſtiliter ꝯ dictū caſtrum: et obſidentes terribiliter oppugnabant. Ep̄s aūt Aretinus ꝑfatus cuꝫ ſuis copijs quas vndique colligere potuit ex Gibellinis Tuſcie: q̄ſierunt omni ſuo conatu remouere illos ab obſidione que per ſex menſes durauerat: ſed nō profecerunt. Ea propter qui in caſtro erāt nullam ſpem habentes amodo ſuccurſus: nec vltra valentes ſe tenere: nocturno tpe ex caſtro exeuntes occulte fugam inierunt. Sed multi ex illis ab hoſtibus inuenti: alij occiſi ſunt alij capti et Senas ducti ſuſpēſi ſunt vel decapitati: et caſtrū illud vſque ad fundamenta dirutum. Quo etiā tpe cariſtia victualium fuit per Italiam: adeo vt ſextarius frumenti venderetur vltra ſolidos quadraginta.

§. I. Anno domini milleſimo

cclxxxvi. Honorius papa ordinauit vt dominus Prinziualis de Fliſco de comitib⁹ de Lauargna Genuēſis fieret vicarius generalis imperij: qui in Alemāniā ſtatī profectus ad Rodulphum imperatorem electū: qui tamen coronam imperij nō ſuſceperit: et fecit ſibi confirmari dictū vicariatū. Poſt q̄ venit dictus. Prinziuallis in Tuſciam vt vicari⁹ imperatoris: et vt iura recuperaret imperij. Et Florētiam ingreſſus in domibus Mozanis vltra Arnum prope eccleſiam Gregorianam reſidentiā fecit. vocatiſque Florentinis / Lucanis / Piſtorienſibus / Senenſibus / et aliarum ciuitatum Tuſcie ciuib⁹ partis Guelfe: exigebat ab eis iuramentū fidelitatis et obedientie imperio Romano. Quod nullo pacto facere voluerunt. vnde iratus contra eos vicarius predictus receſſit in diſcordia ab eis. Et in penam inobedientie condēnauit Florētinos in. xl. milia marcarum argēti. et ſic̄r alias cōitates Tuſcie que noluerūt obedire: proportionabiliter mulctauit. Inde ꝑgens Aretiū: ordinauit vt Florētini in exilium mitterētur amiſſis ſubſtantijs eoꝝ. Moram autem fecit Aretij quū paucos ſequaces haberet / vnde et paruam potētiam ex eo ꝙ Guelfi nolebant obedire ne exalteret imperium contrarium Guelfis. Gibellini quoque eum ſuſpectū habebāt: q2 ex progenie erat eorum qui fuerāt Guelfi. Ea propter reuerſus eſt ad imperatorē Rodulphum in Alemāniā ſine honore. ¶ Circa id tempus quum Poteſtas Florētie eſſet dñs Mattheus de Figlano de regno: et quēdā captū ꝓpter homicidium perpetratū cōdēnaſſet ad penā capitis: q̄ erat homo bellicoſus terribilis et quorūdā ſtipendiariorum conductor: et duceret ad locum decapitationis: quidam miles. ſ. dñs curſus de Donatis cuꝫ comitiua ſua armatus voluit illū malefactorē auferre familie dñi Poteſtatis. Sꝫ ſubito dñs Poteſtas fecit pulſare cāpanā ad martellū. Ad hmōi ſonitū oēs ſe armauerūt et concurrerunt ad palatium dñi Poteſtatis: alij equites: alij pedites clamātes: iuſtitiā: iuſtitiā. Poteſtas vō oſtēdit publice ſuum proceſſum iuſte et iuridice factum. Et ppl's quietatus eſt. At ille qui totus dicebatur: deteriorauit conditionē ſuam: nam fuit primo tractus p ciuitatem poſtea ſuſpenſus vt perturbator ciuitatis. Qui autem cauſa fuerunt illorum tumorum condemnati ſunt certa pecunie ſumma.

§. II. Anno autē domini milleſi

mo. cclxxxvij. Honorius papa migrauit ad dñm ſepultus in eccleſia ſancti petri in vrbe. Et vacante ſede per menſes aliquot: interea in ciuitate Aretina fuerunt varie mutationes nam primo populus creauit vnum rectorem principalē quē vocarunt Priorem populi. Hic ꝑſequebatur magnates et potētes ciuitatis. Propter qd dñs Rainaldus de Boſcolis cuꝫ alijs Guelfis colligarunt ſe vna cum dño Tarlato et alijs Gibellinis nobilibus: vt deponerent illum Priorem a regimine ſuo: qd et fecerūt. Nam illuꝫ Priorem populi capientes ei oculos eruerunt. Et inde magnates ex Guelfis et Gibellinis effecti ſunt domini ciuitatis. Sed Gibellini ſecundum morē ſuum proditionem cito fecerunt cōtra Guelfos: et deceperūt eos: vt ſoli remanerēt ipſi ſoli: nec enim ꝯſueuit regnū duos capere. Unde ordinauerūt componentes ſe cū ep̄o Aretinorum ꝙ congregaret quos poſſet ex Gibellinis extra ciuitatem: et cum Pazzijs et Vbertinis et exulibus Florentinis vna nocte venirent Aretium. Et quū Guelfi ſup hoc non cogitarēt ipſi Gibellini aduenientes in manu forti vt ordinatuꝫ fuerat proditorie vna porta eis aperta: ingreſſi ſunt Aretium: et expulſis Guelfis ipſi dominium aſſumpſerunt. Guelfi autē ex Aretio ſic expulſi: ceperunt caſtellum Rondinis et montem ſancti Sauini: et colligationē facientes cū Florentinis et alijs Guelfis Tuſcie confederatis: qui dederūt eis quingētos ſtipendiarios ex cōi: qui bellum mouerent Aretinis. Tunc etiā reuerſus dñs Prinziualis ſupra nominatus vicarius imperij. cū aliquātis belligeris ex Alemannia in Tuſciā: vocatus a Gibellinis peruenit Aretium: et factus capitaneus Gibellinorū Tuſcie bellum iniji cū Florētinis et Senenſibus et alijs Guelfis. Et profecti ad montem Uarchium cum ſuis predati ſunt multa circa regionē: nec tñ valuerunt Guelfos ejicere de monte Uarchio aut de mōte Sauino vñ reuerſi ſunt Aretium. ¶ Pauloſpoſt procedentes ipſi Gibellini de Aretio cōtra ciuitatem Cluſinam: et ex ea pepulerunt Guelfos propter hoc Cluſini ligam fecerunt cum eis ad bellandum cōtra Senenſes et montem Politianum. ¶ Eodem anno accēſus eſt ignis Florentie a palatio Cerretanorum vſque ad portā ꝯpat⁹ domos plures cōburēs in circuitu: vñ ſecutū eſt damnū nō modicum illis. Nec tamen mortuus eſt aliquis ex igne: niſi quedam nutrix: q̄ quū euaſiſſet periculū ignis: et recolēs pecunie ſue quam in capſa dimiſerat: vt eā recuparet reuerſa eſt. Eam vero ignē cupiditatis deuictā ignis materialis cōſumpſit. ¶ Non multo poſt menſe Februarij nocte carniſpciuij iterum Florentie ignis exuſſit domos et palatia familie Cireulorū: et a porta que dicitur ſancti Petri ſeu teſtudine vbi antiquitus porta erat: vſque ad domos ex oppoſito ſitas ſancte Marie in campo exarſit. Ubi multa ſubſtantia combuſta eſt: et ſi nullus hominum ibi perierit. Quia tamen familia illa tunc temporis potens erat et opulenta valde: domos nouas et palatia nobiliora edificari fecerunt.

Guelfi Aretio pelluntur

Ignis accēſus Florētie

§. III. Eodem tēpore ad regnuꝫ

Sicilie ſtilum reſumendo. Comes Artenſis (al's Arteſienſis) qui erat inſtitut⁹ vt cuſtos et gubernator Caroli martelli filij Caroli ſecundi captiuitate detenti: et totius regni defenſor: congregatis et paratis quinquaginta inter galeas et alia minora lignamina quingentis militibus bellicoſis: Admiraldū in eis inſtituit dominum Rainaldum de auellis: et eos deſtinauit in Siciliam. Ubi obſidione facta ciuitati Auguſte / vi eam cepit quum improuiſi forent. Et ſubito remiſit nauigia ipſa Brunduſium in Appuliam: vt inde aſportarent victualia et alia oportuna ad munitionem dicte ciuitatis capte. At vbi rex Aragonum Janſus ſeu Jacobus dominus Sicilie hoc percepit: ſubito cum copijs ſuis profectus eſt ad obſidionem dicte ciuitatis rebellis. Fecit ubi lominus ſuum Admiraldum. xlv. galearum quas habebat in mari dominum Rogerium ſupra ſepe nominatum de Loria; vt oras cuſtodiret maritimas: ne permitteret victualia

Auguſta Sicilie capitur

ctualia deferri ad Auguſtam: τ ne ſiqua claſſis Neapoli fie ret: poſſet vniri cum ea que erat Brunduſij: Comes autē Ar tenſis audita captura ciuitatis Brunduſij: fecit ꝓuidere de victualibus mittendis: τ Neapoli armari galeas .lx. ad ſuc currendum Auguſte et trāſeundum in Siciliam cū magnis copijs τ baronibus Prouincialium/ Francorum/ τ Italicoꝝ quibus Admiraldum fecit dominū Arrighinū Genuenſem. Dominus vero Rogerius Admiraldus regis Aragonum re latiōe ſibi facta fideli de armata que Neapoli fiebat: vt ſe cō iungeret cum ea que erat Brunduſij: ad incitādum eos τ ꝓ uocādum ad bellum: vt ſagax et magnus magiſter in arte il la decreuit pergere cōtra armatam illā Neapoleos. Et quod cogitauit: opere impleuit. Applicuit ergo domin⁹ Rogert⁹ in feſto beati Joannis baptiſte menſe Junij cum ſuis galeis vſq; in portum Neapolitanum faciens ſuas ſagittas in ciui tatem Neapolitanam emitti: clamari in portu contra illos: cōtumelijs τ irriſionum verbis multipliciter eos affici. At illi vt imprudentes τ indignatis animis non ferentes contu melias illas ſubito galeas ſuas aſcenderunt: τ cum furore τ ſine debito ordine comes Montiſfortis: τ comes Brenne τ do minus Philippus filius comitis Flandrie/ et multi alij baro nes τ milites Frācigene proceſſerunt cum ſuis .lx. galeis cō tra Aragonenſes τ Siculos exeuntes portum: quum autem elōgati eſſent a portu Neapolitano quaſi ſex miliaribus in ſequentes hoſtes quaſi fugientes: prefatus admiraldus Ro gerius Francorum claſſem conſiderans diſperſam hincinde τ non ordinate procedere: Quis multo plures ſuis eſſent: vt peritiſſimus prelij mandauit ſuis galeis redire τ bellum ſu bire cum hoſtibus: admonens vt precipue inſiſterent impu gnando galeas vbi erāt barones τ milites Francorum: ſciēs eos parum expertos in prelijs marinis etſi ſtrenuos in armis. Demū inito bello derelicti ab Admiraldo ſuo domino Arri ghino: quum ei nō placuiſſet prelū illud ſubire: et cum ſuis galeis Genuenſibus in mari fortiſſimis noluiſſet contra ad uerſarios agere deuicte τ capte ſunt galee in magna parte Frācorum: et captiui ducti cum omnibus in Siciliam: poſt

Frici I ſicilia vi cti.

modum pecunia redēpti: excepto comite Montiſfortis: q̄ in carcere vitā finiuit. Hec autem victoria Aragonenſium fuit ad magnā exaltationē regis Aragonū: et depreſſionem et hu miliationem Caroli martelli τ ſui gubernatoris comitis Ar tenſis. Et propter hoc ciuitas Auguſta obſeſſa ſe tradidit re gi Aragonum cū pactis ſalutis perſonarum ibi exiſtētium. Facteq; inde ſunt treuge inter partes per vnū annum et mē ſes duos vel circa. Et ſic (vt ait ſapiens) vir impatiens ſuſti nebit dannum.

De Nicolao .iiij. et diuerſis bellis Guelforū et Gibellinorum. Capitulum .vi.

D Efuncto igitur Hono rio vt dictum eſt: poſt vacationem ſedis: anno domini .M.cclxxxvij. i feſto cathedre beati Pe tri canoniceſ fuit electus in pontificem ſummū

Nicola⁹ quartuſ papa.

Nicolaus .iiij. de Aſculo oriūdus: qui prius vo cabatur Hieronym⁹. Hic ordinis minorum fuit: qui ꝓpter ſuam eminentem ſcientiam et morum probitatem prius ge neralis miniſter ordinis: exinde i cardinalē aſſumpt⁹: poſt modū creatus eſt ſummus antiſtes. qui in ſede Petri māſit annis .iiij. et mēſe vno. et dieb⁹ .vij. Anno āt ſequenti ſci licet .M.cclxxxviij. Florētini cum alijs cōmunitatibus par tis Guelfe in Tuſcia attēdentes q̄ epiſcopus Aretinus cum Gibellinis ex Tuſcia τ cū alijs ſequacibus ex Romandiola/ Marchia: ducatu/ conuenerāt Aretij: τ congregātes magnā multitudinē equitum et peditum: de predictis locis in com mitatum Florētinorum et Senēſium hoſtiliter diſcurrebāt dāna plurima eis inferentes: decreuerunt Florētini eis oc

Guelfi i Areti nos co pias du cunt.

currere quinimmo ad ciuitatē Aretinā proficiſci: et eā forti ter impugnare. Et collectis ſimul copijs ſuis cum ſuis cōfe deratis. ſ. ex Luca: Piſtorio: Volaterris/ Prato/ ſancto Ge miniano: Collenſi caſtro: et cū multis alijs comitibus/ mar chionibus/ baronibus τ dñis vicinis: Guelfe partis ſectato res/ numerati ſunt ad duo milia equites/ τ ſexcētos τ .xij. mi lia pedites: quorum octingenti ex equitibus ſeu militib⁹ fue runt ex ipſis Florētinis: τ octingenti ſtipēdio ꝯducti ex alijs gentib⁹: reliq̄ ex dictis ciuitatibus proportionaliter miſſi in adiutoriū. Ji omnes egreſſi cum capitaneo ſuo domino An tonio Laudenſi: caſtra poſuerunt in comitatu Aretino: ibi moram trahentes .xxij. diebus. Jn quo ſpatio non fuerunt occiſi: ſed ceperunt circa .xl. caſtella vel fortalitia Aretino rum vel aliorum. Et caſtilionem quod erat Vbertinorum obſidentes: etiam caſtellum Laterine intra octo dies in de ditionem acceperunt cum certis pactionibus: vbi capitane⁹ erat quidam Lupus vocatus de Vbertinis: τ qui Gibellini erant. Et quū ibi morarentur: ſupuenerūt Senēſes cū .cccc.

militibus τ duobus milibus peditū. Qui cū alijs vineas de ſtruxerunt τ viridaria iuxta muros Aretij. Quū aūt caſtra metarentur prope Aretium in vigilia Joannis baptiſte in Junio tantus fuit impetus ventorum et imbrium deſcen dentium: q̄ confregit τ dilacerauit tentoria τ tentas eorum maxime Senenſium: τ per aera ferebantur fruſta earum: quaſi prognoſticum future debellationis ſue. Nec tamen ex hoc compuncti ſunt. Sed ſequenti die ſcilicet natiuitatis beati Joannis: cum agminibus ſuis ordinati τ bene armati venerunt iuxta portas Aretij: τ in vilipendium eorum ibi fe cerunt currere ad brauium: vt fit Florentie. Et .xij. milites ibi effecti ſunt. Et facta ſufficienti prouiſione de opportunis in Laterina: et ibi relictis .c. militibus qui non ſolum cu ſtodirent caſtrum: ſed continuis inſultibus infeſtarent Aretinos: Demum reuerſi ſunt Florentiam liberi τ expediti ſine reſiſtentia aliqua hoſtium. Redeuntes autem ſuadebāt Senenſibus vt cum eis ſimul incederent pro ipſorum Se nenſium ſecuritate vſque ad montem Varchium: qui confi dentes nimis de proprijs viribus/ dedignati ſunt habere eorum ſocietatem: quaſi per ſe ſufficerent ad reſiſtendum ſi qui contra eos venirent. Sumpſerunt ergo aliam viam intē dentes deſtruere caſtrum Lucignani τ vallis Lucanorum. Et cum eis profectus eſt comes Alexander de Romana ca pitaneus. Sed quum capitaneus boſ . comes vocatus de Monteferetro: τ dominus Guilielmus Fatius cognouiſſent viam quam tenebant Senenſes ſeparati ab alijs Guelfis: aſſumptis ſecum .ccc. militibus τ duobus milibus peditum in certo loco per quem debebant tranſire: inſidias parauerunt. Et percipientes eos incedere ſine ordine improuidos τ vt ſecuros agreſſi ſunt eos: τ eis ſuperatis τ profligatis vl tra .ccc. ex illis partim occiderunt: partim captiuos duxe runt. Jndeq; Florentini ſatis territi ſunt: τ Senenſes mul ta damna paſſi ſunt. Et verum eſſe quod ait ſcriptura/ ex perti ſunt: quia de ſe τ de ſua virtute preſumentes deus hu miliat.

§. I. Eodē anno menſe Julij ex

ambitione dominij ciuitatis Piſis orte ſunt ſecte τ diuiſio nes: τ ciuitas in tres partialitates eſt diuiſa. Vnius caput erat iudex de Gallura vocat⁹ Ninus (al's Nerius de viſco mitibus (al's vice comitib⁹.) Alterius princeps erat comes Vgolinus de Gerardeſchis cum multis ex Guelfis. Tertiā ſectam nutriebat dominus Rogerius de Vbaldinis archi epiſcopus Piſanus cum Lanfrancis Gualandis al's Gua landis τ Siſmondis τ alijs familijs Gibellinis. Comes aūt Vgolinus aſtutus ambiens dominium ciuitatis/ colligauit ſecum archiepiſcopo τ ſecta ſua: vt aptius expellere poſſet de ciuitate Ninum (ſeu Nerium) iudicem de Gallura: quā uis ipſe Ninus eſſet nepos ſuus: filius ſcilicet ſororis ſue. Et quum ordinem dediſſet vt dictus Ninus cum ſecta ſuā ex pelleretur vel caperetur: hoc ille perpendens cernens ſe il lius potentie nō poſſe obſiſtere: et ex ſeipſo receſſit τ egreſſus Piſis/ acceſſit ad caſtrum ſuum quod dicitur Calcinaria. Quod quum factum fuiſſet: comes Vgolinus dominium ſi bi vſurpauit ciuitatis cum magna ſolennitate. Sed nullum violentū perpetuum: quinimmo omnis potētatus precipue vſurpatus vita breuis. Quū aūt in die natalis ſui dictus co mes Vgolinus feciſſet magnum conuiuium cum magnifico apparatu amicis ſuis: cuidam familiari ſuo viro multum ſa piēti dicto Marco lombardo: comes ipſe Vgolin⁹ factus do minus oſtendit felicitatem ſuam: narrādo diuitias ſuas po tentiam/ parentelam/ ornatum veſtium/ τ alia hmōi: τ inter rogauit eum dicens. Quid tibi videt Marce de ſtatu meo? Cui reſpondit: quod poſtea ei accidit: dicēs. Non tibi deficit niſi ira dei τ bene. Nihil eīm infelicius felicitate peccantiū. ait Auguſtinus. Jn breui igitur proditor proditus fuit. Nam archiepūs ciuitatis populo expoſuit τ perſuaſit q̄ hic Vgoli nus prodiderat Piſas: τ caſtella eorum tradiderat Florenti nis τ Piſanis. Sicq; cōmouit totum populum contra illum qui furore plenus acceſſit ad palatiū eius ad capiendum eū. Demum quum aliquantulum reſtitiſſet: in quo conflictu in terfecti ſunt vnus filius eius illegitimus: τ alter ſuus nepos defendentes eum: captus eſt ipſe comes Vgolinus τ duo filij eius τ tres nepotes orti ſcilicet ex filio: qui omnes carceri du ro fuere mancipati: et expulſi de ciuitate eius ſequaces et Guelfi. Fame autem in carcere Vgolinus cum filijs τ nepo tibus conſumpti ſunt. Juſte ei domino retribuente propter proditionem eius et ambitionem ac crudelitatem. Nam et comitem Anſelmum de caprario nepotem ſuum ex ſoro re iuuenem valde gratioſum et populo gratum dicitur ve neno interemiſſe inuidia inſtigatus: τ ne ei ſtatum auferret formidans. Ex his autem victorijs τ regis Aragonum: ex re bellione Piſarum exaltata eſt pars Gibellinorum et de

Vgoli nus co mes Pi ſanū do minium inuadit.

Vgolin⁹ cū ſuis carcer fame ne catur.

preſſa pars Guelfa. Has tamen ſectas ⁊ partialitates apoſtolus ponit inter opera carnis: que qui agunt regnum dei non conſequentur. ¶ Eo tempore menſe Auguſti Lucenſes cum iudice de Gallura Nino ⁊ Guelfis de Piſis eiectis ⁊ cū Florentinis cum copijs ſuis hoſtiliter proceſſerunt contra Piſanos: ⁊ obſidentes caſtellum prope Piſas ad tria miliaria vocatum Arcianum in deditionem acceperunt ſaluis habitatoribus eius. Et reuerſi ſunt incolumes ad propria nulla reſiſtentia eis facta a Piſanis. ¶ Sequēti menſe Septēbri quum Piſani conduxiſſent .cc. milites de partibꝰ Romanis in ſubſidium ſui: quorum dux erat comes Dulcis: iudex de Gallura Ninus audito per quem locum tranſire debebāt in adeundo Piſas: ipſe iudex de Gallura cum adiutorio Florentinorum .ccc. militibus eis obuiā pergēs eis: ⁊ cōflictū habens profligauit eos multis ex eis occiſis: alijs captis ita vt pauci euaderent.

§. II. De Aretinis cū Florentinis bellātibꝰ.

Florētini ī Aretinos.

Anno domini. M.cclxxxviij. xv. Septembris: Aretini quum vnum eorum caſtellum p Guelfos fuiſſet rebellatum ab eis: ipſi Aretini proceſſerunt illuc ad ipſum recuperandum. vocabatur id Cortianum. At Florentini profecti ſunt verſus Aretinum cum mille equitibꝰ ⁊ quatuor milibus peditum. Et in vexillo eorum fuerunt poſita arma regia Caroli: quod datum fuit domino Berto d Freſcobaldis. Et quum Aretini percepiſſent magnas copias Florentinoꝝ venire: timentes ſibi de aliqua nouitate facienda in ciuitate: nocte fugientes vnus poſt alium: vt deuicti reuerſi ſunt Aretium. et nihilominꝰ ex Aretio deſtinarūt aliquos ad copias Florentinorum: dicentes ſe velle et paratos eſſe ad preliandum cum eis. At Florentini grat anter ſe obtulerunt ad ad conflictum ſuſcipiendum. Et apud caſtrum Laterine cōuenerūt vtraq pars parate ad prelium: Aretini cum ſeptingentis equitibus ⁊ octo milibus peditum ex vna parte fluminis Arni: et Florētini in ſupradicto numero ex alia parte verſus Laterinam ordinati per acies ſuas. Arnus autē tūc ita minoratus erat aquis: vt facile poſſet tranſuadari etiam per pedeſtres. Inuitarunt ergo Florentini ad prelium Aretinos: ſed non auſi ſunt ſarcinam ſubire illam. Et ita aſpiciētes alter alterum Aretini declinantes bellum: reuerſi ſunt Aretiū ſine honore. Florentini autem a Laterina reuertētes Florentiam: in via deſtruxerunt caſtella tria. ſ. montē Martinianum / ⁊ Podium tazzi / et montem Fortinum: caſtrum ſcilicet familie Patzorum. Sed illis reuerſis: Aretini cum Gibellinis ⁊ exulibus vallis ſeue diſcurrentes vſq ad pontem dicte vallis prope Florentiam ad decem miliaria: predā magnam tulerunt: deſtruxerunt et cōbuſſerunt que inuenerunt: nemine contradicente facto. Et poſt hec reuerſi ad caſtrum Bibiēne: ibi quieuerunt. ¶ Menſe ſequenti Octobris: fuit quaſi inundans diluuium aquarum in Florentia et comitatu eius: vnde Arnus fluuius egrediens alueum ſuū cum magno impetu a mane vſq ſero ad terram deiecit palatium et domus de Spinis ⁊ de Ganfiliazzis que ſunt iuxta pontem ſancte trinitatis: ⁊ multa damna fecit in comitatu Florentino ⁊ Piſano. ¶ Menſe Martij ſequentis Aretini cum trecentis equitibus ⁊ quatuor milibus peditum diſcurrentes: hoſtiliter peruenerūt vſq ad montem Uarchium deuaſtando ⁊ comburendo que poterant. Et ignem ſuppoſuerunt burgo dicti caſtelli: ⁊ caſtrum tota die impugnātes nil profecerunt. Exinde aliqui ex exulibus Florentinus aſſociati equitibus et peditibus Aretinorum proceſſerunt vſq ad ſanctum Donatum in Collina: deuaſtantes ⁊ predantes ⁊ incidentes que eis occurrebant. Et quis ex Florentia videretur fumus combuſtorum: non tamen ex hoc aliquis de ciuitate egreſſus eſt ad obſidendum: ex eo q dubitabatur ne aliquis tractatus proditionis eſſet in ciuitate: ⁊ ratione cuius factus fuiſſet ille diſcurſus. Erant in ea tūc multi ex Gibellinis ⁊ magnates ⁊ populares: quibus tunc deſtinatis ad confinia: ⁊ ceſſauit omnis ſuſpitio: ⁊ quieuit communitas.

Aquaꝝ clades.

¶ Eodem anno recaleſcētibus diſcordijs ⁊ prelijs inter Florentinos ⁊ Senēſes ex vna parte ⁊ Aretinos ex altera: ⁊ Florentinos cum Lucenſibus contra Piſanos ⁊ conſequenter inter Gibellinos ⁊ Guelfos. Piſani elegerunt ſibi in capitaneum comitem Guidum de Monteſeltro: dando ei magnā iuriſdictionem et authoritatem in ciuitate: qui ob eis vocatus non curans obediētiam eccleſie fregit conſilia ⁊ mandata ſibi ab eccleſia facta: ⁊ Piſas acceſſit. propter qd excōmunicatus fuit ipſe cum vxore ⁊ filijs ⁊ Piſanis vt rebelles eccleſie. Poſtquā autem aſſumpſit officium comes Guido capitaneus Piſani qui in carcere poſuerant in quadam turri que erat in platea Anzianorum comitem Ugolinum cū duobus filijs ⁊ duobus nepotibus filijs filij ſui comitis Guelfi clauſerunt portam dicte turris clauibus: et eas proiecerunt in Arnum: ⁊ fame eos perire fecerunt negantes omnia cibaria. Petebat ille comes mirabilis cum magnis clamoribus miſericordiam ⁊ ſaltem penitentiā ſibi concedi. Sed nec hoc ei conceſſum eſt vt religioſus vel ſecularis ſacerdos ei ſacramenta miniſtraret. Et poſt paucos dies fame deficiētes eductī de turri ignominioſe ſepulti ſunt. Turriſq illa ab euētu poſtea nominata eſt turris famis. Hoc opus vt maxime crudelitate plenum / valde deteſtatum eſt in Piſanis vbiq terrarum. Nam ⁊ ſi pater propter ſuas proditiōes ⁊ ſcelera merebatur mortem: filij ⁊ nepotes adoleſcentuli quid mali egerāt? precipue mandante iure diuino pariter ⁊ humano: Innocentem nō interficies. Et iterū: Filius nō portabit iniquitatem patris quo ſaltem ad mortem corporis ſicut nec ⁊ ale. Sed nec tanta ſeuitia tranſiuit impunita: vt patebit infra.

ꝑire ꝑiſanoꝝ ī Ugolinum ſeuiſſia.

§. III. Anno dn̄i. M.cclxxxix.

Carolꝰ ſecūdus Appulie rex.

Carolus ſecundus princeps liberatus a carceribus Aragonie: veniens de Francia quo abierat egreſſus de captiuitate vt dictum eſt trāſiuit per Florentiam pergens ad vrbem: et ibi receptus eſt cum magno honore ⁊ exultatione. Et poſt triduum quum iter ſuum proſequeretur: audito q Aretini cum Gibellinis armati ſe preparabant ad eundū verſus Senas ad impediendum iter Caroli: Florentini etiam non requiſiti ex maxima affectione ad eum miſerunt octingentos equites ⁊ tria milia peditum ex ſuis ciuibus ⁊ ſtipendiarijs: qui aſſociauerunt dictum Carolum in via: quia ipſe cum modica comitiua erat: vſq ad Bricolam poſt confinia Senarum verſus vrbem veterem. Propter quod Aretini deſtiterunt a concepto propoſito. Carolus autem hoc obſequiū valde gratum habuit: ⁊ ad eorum requiſitionem dedit eis capitaneum ⁊ ducem bellorum dominum Americum Narbonenſem virum nobilem ⁊ in armis ſtrenuum: ⁊ et inſignia ſua in vexillo gerenda eis confirmauit. Dictus autem dominus Americus ſuſcepto officio venit Florentiam cum ſua comitiua centum ſcilicet equitum. Carolus vero proſecutus iter ad vrbem applicuit: ⁊ et cum magno honore receptus eſt a papa Nicolao quarto ⁊ cardinalibus ⁊ die. xxviij. Maij in feſto pentecoſtes coronam accepit regni Sicilie ⁊ Appulie magna cū ſolennitate et gaudio. Et collatis ſibi multis iocalibus muneribus ⁊ gratijs ab eccleſia: ac etiam ſubſidijs decimarum in adiutorium ad recuperandam Siciliam: poſtmodum inde recedens regnum Appulie ingreſſus eſt.

§. IIII. Deinde eodem anno no

tabile prelium actum fuit inter Aretinos ⁊ Florentinos cū ſequacibus eoꝝ. Florentini quidem habebant mille equites de. ex ſuis. cccc. ex ſtipendio conductis: cum capitaneo ſuo domino Americo Narbonenſi: ⁊ decem milia peditū. Multi quoq alij equites et pedites deſtinati ex Senenſibus: Lucenſibus: Piſtorienſibus: Pratenſibus: Uolaterranis: Collēſibus: ⁊ ſancto Geminiano. Aretini autem ⁊ ipſi magnas copias ſibi parauerunt ex ſuis ⁊ Romandiola: Marchia: ⁊ ducatu: ⁊ alijs Gibellinis Tuſcie / et ſi non tantas numero: tamen fortes viribus ⁊ in armis expertas: quarū capitaneus erat Guido Nouellus. Et non minus dominus Guilielmus epiſcopus Aretinus: et ſi contra decentiam ſue dignitatis hoc ageret. A Florentinis igitur in Aretinos expeditio indicitur. Signa vero militaria quo maturius cōueniret miles: extra vrbem deprompta apud Ripolim via Aretina aliquot dies continuere. Quum vero iam conueniſſent copie (vt ſcribit Leonardus in hiſto. Floren. lib. iiij. circa principium) et cuncta ad iter parata forent: conſilio duces habito contra omnium expectationem tranſire Arnum et Caſentinati via ad hoſtem ducere ſuos ſtatuerant. Preerat eis vt dictum eſt / Americus et cum eo ſex ciues egregij ad hoc delecti. Superato monte quum iam circa Puppium deſcendiſſent quoniam id erat oppidum Nouelli comitis: quem in hoſtium ſemper fuiſſe numero conſtabat: et tunc etiam apud Aretinos eodem ſtudio partium verſabatur: ſub ipſo oppido caſtris poſitis: longe lateque vt maxime poſſunt regionem populantur. Aretini primum recta via copiarum aduentum expectabant. Sed poſtquam ex fuga trepidationeq hominum pecorumq in Caſentinati agro hoſtes adeſſe cognouerent circa Puppium cuncta igne ferroq vaſtari / confeſtim cum omnibus equitum peditumq copijs Aretio profecti Bibienam venerunt. Fuiſſe autem Aretinorum octo milia peditum et. dccc. equites traditur: quos ducebat Guilielmus epiſcopus Aretinus ⁊ dominus Feretanus ⁊ alij in armis periti ſſimi. Quum autē iam in conſpectu veniſſent: nec niſi mille quingentis paſſibus diſtarent inter ſe caſtra: Aretini et ſi pauciores numero / cōfiſi tamen virtute ſuorū / primi flagitarunt pugnam. Nec Florentini certamen detractauerunt

ſed

ſed prelio ſe impigre obtulerũt. Quum ergo pugna decernere ſtatuiſſent in proxima planitie (Camaldului incole locum vocant) ieſe ex oppoſito cõpararũt: et acies vtrinqꝫ ſtruxerunt. Florentini prima fronte equitatum omnem/quo ad modum preualebãt: poſt hunc peditũ robur collocarunt extenſo longius vtroqꝫ cornu: vti ſi opus foret equitatum complecterent. Scutatos ꝟo ⁊ ſagittarios ꝑ cornua ipſa ab vtraqꝫ parte diſpoſuere. Preter has duas ſubſidiariã aciẽ extra ordinẽ vnã ex Piſtorienſibꝰ ⁊ alijs ſocijs: quibus Curſius Donatus eques Florentinus preerat. Aretini vero eodẽ modo tres ⁊ ipſi acies fecerunt. Primã equites: mox aliquo interuallo pedites: inſuꝑ extraordinariam aciẽ: cui Nouellus ꝓerat comes. Erat inter duces exercitus ꝑplĩ Florentini Uerius circulus, e familia nobili: ⁊ ipſe ſummis diuitijs magna prudentia virtutiſqꝫ fama. Is quum ſue tribus ante ſignatos equites qui ꝓmi hoſtẽ peruaſuri eſſent: legere ex officio cogeretur: ſeſe primum legit: etſi tunc ex crure egrotantem: ⁊ inſuper filium ⁊ nepotem. Ceteroꝝ dixit neminẽ ſe lecturum eſſe vixit: verum qui patriã amarent: eos ſponte ſua ꝓfiteri deberet. Eius viri eximiã preſtantẽqꝫ in rẽpublicã animum admirati ciues: pleriqꝫ verecũdia ducti id ſibi munus depoſcerũt: quum priꝰ multi vt graue ꝑiculoſumqꝫ detractare niterent. ita ad cẽtum quinquaginta anteſignati equites facti. et in hijs viginti ad equeſtris ordinis dignitatem, tunc primum aſſumpti ſunt. Ut igitur ſonuere tube: ⁊ clamor ad celum tolli ceptus eſt: anteſignati equites qui ab vtraqꝫ parte aciem precedebãt: concitis infeſtius equis velut ꝓcella quadã ſeſe mutuo pulſere. Atqꝫ primo ſtatim congreſſu turbata fuit hoſtium vis ſtatuſqꝫ ordo: vt magna pars Florẽtinoꝝ equitum proſterneref. Reliqui in fugam verſi recipere ſe ad maiorem aciem coacti ſunt. Hoc igitur proſperum anteſignatorũ certamẽ magno clamore proſecutus reliquus Aretinoꝝ equitatus/in ipſam maiorem aciem delatus eſt: tãto quidẽ ardore: vt imperꝰ eius ſuſtineri nequiuerit pulſuſqꝫ campo Florẽtinus equitatus compelleretur ad peditem refugere. Ea res primo metum: mox victoriam peperit Florẽtinis. Dũ enim cedentes perſequitur Aretinorum equitatus: pedites ſuum longe dimiſit. Itaqꝫ euenit poſt hec: vt Aretinus nullo loco integer pugnaret: ſed alibi eques: alibi pedes cũ integro hoſte congrederetur. Suſtinuit enim Florentinum equitatum acies peditum: que dextro ſiniſtroqꝫ cornu (vt dictum eſt) refugientem equitem complexa ſagittis ⁊ haſtis et omnifariam telorum genere apertis lateribus inceſſebat hoſtes. Acerrimum itaqꝫ certamen eo in loco concitatũ eſt. Aretini enim primo impetu victoriam repoſuerunt. Quare ſummo vi adnixi diſſipare Florentinorum agmen nitebantur. Sed tutabatur pedes ad quem ſeſe equitatus receperat. Eratqꝫ fluctuatio quedam ⁊ motus incertꝰ prementium ſimul ⁊ renitentium. Et iam pedeſtris Aretinorum ſuperueniebat acies: que relicta ab equitibus ſuis: quum illi cedentes perſequerentur: nondum ſeſe pugne miſcuerat. ea ſi equitibus ſuis coniungeret: inclinari ad Aretinos victoria haud dubie videbatur. Inter hec Curſius Donatꝰ qui extra ordinarie preerat aciei: intellecto ſuorum periculo: etſi ꝓceptũ erat ſub pena capitis ne prelium introiret: ſꝫ firmus maneret: qui et ipſe cum Piſtorienſibus ⁊ Lucenſibꝰ erat: tamẽ pernicioſum ratus vltra differre: Adoriamur (inquit cõmilitones) hoſtium equitatum priuſqꝫ pedes eorum ſe immiſceat pugne. Neqꝫ vero me in tanto diſcrimine ciuium meorum aut preceptũ ducis aut pena deterret. Si enĩ vincimur in acie illa: morituro nõ vltra formidanda eſt pena. ſi vt ſpero vicerimus: tunc Piſtorium veniet qui de nobis ſupplicium ſumere volet. His dictis/quũ aciem ꝓcitaſſet: ex tranſuerſo hoſtem inuadit. Ab hac maxime acie parta creditur Florẽtinis victoria. Nam hoſtes a tergo violentius percuſſi: retro iam reſpicere coacti ſunt. Et qui primo egregie reſiſtebant: remiſſo hoſtium impetu in illos incubuere: ⁊ interclufus a ſuo peditatu equitatꝰ hoſtium perfacile opprimebatur. Nouellus comes aciem cui preerat nõ in auxiliũ ſuorum adduxit. Sꝫ vbi implicatũ vidit equitũ agmen: preceps fugã arripuit. At Guilielmus preſul quum ante peditũ ſtaret aciem: multiſqꝫ ſuaderẽt vt profligatis iam equitibꝰ: ac victoria ad hoſtes inclinãte: ipſe Bibiennam ſe reciperet: vitamqꝫ a periculo tutaretur: interrogaſſe dr/num ⁊ peditem reducere tute poſſet. Et quum negaretur peditẽ ſeruari poſſe: Mors (inquit) cõis ⁊ mihi ⁊ pediti ſit. Ego quos in periculum duxi nũqꝫ deſtituam. Ita redintegrata pugna hoſtes acriter inuadit: nec multo poſt prelians occiditur. Poſſet iſte cõmendari de fortitudine pugnãdo pro patria vſqꝫ ad mortem: niſi obſtaret dignitas ſua pontificalis: que deo militare debet non ſeculo: pro populo bellante orando/vt Moyſes non gladio materiali vtendo. Pedites autem nudati equitum preſidio tandem ſuperantur; ac multa cede opprimuntur. Ceciderunt in ea pugna Aretinorum ſupra tria milia: ⁊ in hijs Guilielmus preſul/⁊ Bonus Feretanus/⁊ alij cõplures inſignes diuerſarum partium viri capti inſuper ad duo milia. Equitibus Florentiam ligati ducti ſunt ſeptingenti quadraginta. Alij vero amicitia dimiſſi: vel per alios redempti. Dantes aligherij (alʼo Alepherius vel alengerius ſiue Aligerius) poeta in quadam epiſtola ſcribit ſe in hoc prelio iuuenem fuiſſe in armis: ⁊ ab initio quidem pugne hoſtem longe ſuperiorẽ fuiſſe: adeo vt a Florentinis multum admodum timeretur: ad extremum victoriam partam eſſe: tantamqꝫ ſtragem inimicorum factam eſſe in eo prelio: vt pene eorum nomen ad internitionem deleretur. Conſtat aũt tertio idus Iunij .i. in feſto beati Bernabe pugnatum eſſe ad Camaldinũ: ⁊ eadẽqꝫ die eadẽqꝫ hora Florentie nunciatã eſſe victoriam. Quũ enĩ Priores curis ac vigilijs anxij per meridiem ſomno indulgerent: fores maiori vi pulſate crepuerunt: ⁊ vox feſtinãtis audita. Surgite: nam hoſtibus ſuperatis victoriam habuiſtis. ad eam vocem quum ſe leti extuliſſent: apertis foribus gratulabantur. It fama confeſtim per vrbem: ⁊ concurſus fit ciuium gratulantium: turbe atria publica compleuerunt. Sꝫ querebatur author: ⁊ nullus extabat. Quare is rumor quaſi vanus nulloque probatus authore/tunc quidẽ ꝯcidit. Nocte vero ſequenti: quum ab exercitu veri tandem nũtij aduueniſſent: modumqꝫ ⁊ tempus commiſſi prelij enarrarent: compertum eſt victoriam eſſe partam eadem illa hora: qua Prioribus quieſcentibus fuerat nunciata. quod ⁊ ſi mirabile videtur: alias tamen contigiſſe legimus. Nec ſane alienũ eſt credere diuinum numen: quod benignitate preſtat: eã ꝑ famam ocyſſimam fauore propitio illis ipſis quibus intereſſet nunciaſſe. Nam ⁊ Macedonico quidem bello Perſa rege ſuperato: pari miraculo victoriam Rome nunciatam legimus. Et per Domitiani tẽpora in grandi ſuſpitione ciuitatis ꝑtã victoriã apꝺ Germanos: eo ipſo die Rome fama certiſſima diuulgauit. Multa ſunt preterea huiuſcemõi tradita.

Acerrimũ florentine militie cũ Aretina preliũ.

Pontifex in bello ceſꝰ.

Cruẽta Florẽtio

norũ de aretinis victoria

Dantes poeta.

Miraculoſũ victorie nũtiuz.

§. V. Florentini poſt victoriam

profligatos confugientes perſequuti/Bibiennam hoſtiũ oppidũ eodẽ impetu ceperunt. Finitimis inde caſtellis partim vi/partim voluntate in poteſtatem redactis: euerſiſqꝫ Bibiẽne menibus: octauo die poſt victoriã copias Aretiũ verſus duxere. Ea tarditas cauſa fuit ne ciuitate potirentur. Nam ſi protinus victoria parta eo copias direxiſſent: capi Aretiũ potuit: nullis firmis preſidijs: ⁊ magna trepidatione vrbem premente. Sed mora interpoſita confirmauit animos: pauoremqꝫ ademit. Et ſimul delapſi prelio milites varijs itineribus domum redierant: vt iam vrbem tutari valerent qui eam ſerant: adiuti etiam ab hijs qui in comitatu extra manebant. Timentes enim hoſtium aduentum: intra ciuitatem ſe contutarunt cum rebus ſuis. Quum ergo Florentini cum auxilijs ſuis Aretinum perueniſſent: caſtris apud veterem domum poſitis: oppugnare vrbem aggrediuntur ab ea pte qua nondum menibus cincta: ſed vallo tantum ⁊ foſſis munita erat. Eius gratia quum turres ligneas pluribus in locis cõfeciſſent: magnum terrorem hoſtibus intulerunt. Tantaque fuit potiundi ſpes: vt duo ex Prioribus nouo quidem exemplo ad vrgendam oppugnationem in caſtra proficiſcerentur. Ab hijs adhortati milites ac plane incenſi per ſingulos ferme dies impetu facto: foſſas complere: vallum reſcindere conabantur. Inſuper mangonellis proiecerunt in ciuitatem aſellos mitratos in contemptum epiſcopi eorum iam mortui: et in feſto beati Ioannis mẽſe Iunij fecerũt ad brauiũ curri. Tãdẽ viriliter ꝗ intus erãt quũ reſiſterẽt: augeſceretqꝫ ꝑiculũ egreqꝫ iam reſiſteref. Aretini noctẽ obſcurã atqꝫ vẽtoſam nacti: eruptionẽ ſubito fecerũt: facibuſqꝫ in turres ac machinas cõlectis dolẽs cremauerũt. Quapropter deſꝑata oppugnatiõe: cuncta prius circa vrbem populati: caſtelliſqꝫ eiꝰ aliquibus que ceperãt ꝓſidio militũ cõmunitis Florentiã copias reduxere. Sicqꝫ nocuit differre parata vt Aretiũ nõ caperẽt: ſiue propter virilẽ reſiſtẽtiã ex mora reſumptis aliquãtulum viribus ſiue ſꝫ opinionẽ aliquorũ: qꝛ capitanei ꝓcipales pecunia corrupti tepide impugnabãt. Uel potiꝰ deo ſic diſponẽte: qꝛ nondũ cõplete erãt iniquitates eoꝝ diuiſiõis: vt ſubijci deberent extunc Florẽtinis. Redeunti aũt exercitui Florentiam obuiã effuſa ciuitas nullũ genus honoris pretermiſit ducibus militibuſqꝫ tribuere. Deniqꝫ triumphali põpa per vrbẽ trãſmiſſi: parmã ⁊ galeã Guilielmi ꝓſidis ſpectaculo ciuiũ ꝓlatas in antiquo Martis tẽplo quaſi opima ſpolia ſuſpẽderũt. In publicis aũt victorie monumẽtis ita ſcriptum eſt: qꝫ Gibellinos apud Camaldinũ profligaſſent. ¶ Nõ multo poſt reductas ex Aretio copias: Lucẽſibꝰ exulibuſqꝫ Piſanis auxilia rogãtibꝰ: miſſa peditũ duo milia: equites quadringenti. Lucẽſes ⁊ alij ſociorũ auxilijs fines Piſanorũ ingreſſi cuncta igne ferroqꝫ popularũt. Caſtella inſuper, quedam

Bibiennam capiũt florentini.

Aretiuz oppugnãt florentini.

vi capte ad ſolum euerterunt. Inſup vicum Piſanum expugnare adorti: quum magno impetus ad menia ſe⁹ feciſſent oppidanis egregie repugnantibus/ab incepto deſtiterunt. ¶ Eodem anno extremū fere per autumnū rurſus in agrū Aretinum copie reducte ſunt ex hmōi cauſa. Poſt afflictas opes vaſtatoſq; agros Tarlatus qdam Aretinus vir genere ⁊ diuitijs clarus gubernationē ſuſceperat ciuitatis. Eiuſq; potentiam peroxoſi quidam (vt fit) in illum coniurauerunt: ⁊ per occulta reducere in vrbem exules ac Florẽtinorum auxilis recipere intra menia ꝯſtituerāt. His arcane ſolideq; ꝑpoſitis ⁊ cōpoſitis: quum dies ꝯſtituta ad hoc iā adeſſet: ſubita ꝓfectio a magiſtratu Florentie indicitur: ⁊ candela ante portam accenſa: ante illius conſumptionē equites graui ſub mulcta iubentur exire. Igitur propere exeuntib⁹ copijs: quum inclinante iam ſole ꝓficiſcerentur: Varchium prima vigilia ꝑuenerunt. Poſtera die Ciuitatellā quā tenebāt exules applicuerūt: vt proxima nocte prout conſtitutū erat: ciuitatem Aretiū itrarent. Sed impeditus eſt tractatus ⁊ detectus: ex eo qȝ quidā ex ruina corpore confractus: qui vnus erat ex cōiuratis: in extremo vite cōſtitutus/totā rem ⁊ ordinē ſacerdoti reuelauit. Sacerdos vero periculoſuȝ ſibi ratus rem tam atrocem ſilere: patefecit principibus ciuitatis. Et ita cōiuratione oppreſſa res ad irritum recidit: ⁊ vrbs cognito Florẽtinorum equitū aduẽtu diligẽtius eſt cuſtodita. Unde illi irrito labore domum redire.

Florẽtini dauo mouent in aretinos.

§. VI. Proximo inde anno videlicet.

M.ccxc. ante maturationem ſegetum: Florentini ſuas ſuorūq; contractas copias rurſum in Aretinos duxere: ſperantes longis bellis/calamitatibus/ac terna iam amiſſione frumenti fatigatos: manus tandem eſſe daturos. Hac igitur intentione profecti Aretio copias admouerūt: ſub ipſas vrbis portas crebris prelijs cōmiſſis. Nihil quum ad extremū profeciſſent: nec vllus motus intra vrbem ad innouādas res ſuſcitaretur: ad vaſtationem agrorū cōuerſi omnia circa vrbem populati ſunt. Nec ſegetes modo: ſȝ vites ⁊ arbores. Demum vaſtatis ⁊ annihilatis olbus ⁊ incẽſis: Caſentinati via remeātes: caſtella qdā comitis nouelli expugnare adorti pleraq; euerterūt. Inde Florentiā exercit⁹ reduct⁹ eſt. ¶ Eodē anno Florentini et Lucenſes ⁊ alie ſocie ciuitates reuocato Genuenſi federe: cōtra Piſanos copias duxere. Genuenſes mari aderāt claſſem habentes nauium longarum. xl. Ab his inumere pene clades terra mariq; ſunt illate Piſanis. Quū enim hi mari: illi terra conueniſſent: nihil reſiſtere poterāt. Itaq; Liburnum proximum portui oppiduȝ ingreſſi: turres eius euerterunt. Onerarias inſuper naues lapidibus grauatas in ipſis faucibus portus dimiſere: quo illius vſus receptuſq; impediretur. Inde in ſua quum quiq; diſceſſiſſent: Florentini ſecus Heram fluuium remeantes: caſtella quedam per ea loca Piſanis ademerunt: ⁊ preſidio militum munierunt. His peractis rebus quum Florentiam exercit⁹ rediſſet: Guido Feretanus qui pro eo tempore duxerat Piſanorū: caſtella ipſa improuiſo impetu adortus: facilitate pari qua amiſſa fuerant pleraq; recuperauit. Quod poſtq̃ Florentie auditū eſt: equites pediteſq; rurſum egreſſi Volaterras vſq; recto agmine contenderūt: ibi cognita amiſſione caſtellorum ⁊ hoſtiuȝ receſſu: nō vltra profecti rediere. Altero mox anno Piſani Guidone Feretano duce pontem ad Heram fluuium quem Florentini per ſuperiora bella occupatū egregio munierant opere: arcemq; ſuperimpoſuerant: turribus foſſiſq; inexpugnabilem: nocturna ceperūt fraude. Quū enim profecti caſtello (ciues duo hi erant) partim auaritia partim ignauia vix tertiam partem militum ſub vexillis haberent: ⁊ hi ipſi qui aderant: munitionibus confiſi negligenter obirent munera vigiliarum; ea res per hoſtem cognita ad tentandum fraude inuitauit. Itaq; Guido Feretanus ea ſpe tractus per ſilentium eo copias duxit ad. viij. kalen. Ianuarij. nactus induſtria ventoſam ac gelidam noctem: quo minus vigiles intente cuſtodirent. Ubi vero ad foſſas quibus arx circundabatur latas quidem ⁊ aquarum plenas deuenit: lintre quam ea de cauſa iumentis adduxerat/in aquā dimiſſa: milites ad vlteriorem aggerem traiecit. Inde ſcalis in proximam euadentes turrim: nemine penitus ſentiente quum ſatis magnus numerus introiſſet: cuſtodes ſomno graues perfectoſq; ipſos nihil tale ſuſpicantes inuaſerunt: magna eorum parte interfecta: reliquis vero captis: ponte ⁊ caſtello munitiſſimo potiūtur. Huius amiſſionis loci: tum ob eximiā opportunitatem ad bellum: tum ad verecundiam ſociorum Florentinus ꝑplus grauiſſime tulit. Itaq; ira ⁊ indignatione accenſus/bellū contra Piſanos vt ꝓpriū ſuſcepit: quū ante Lucenſiū magis id bellū auſpicijs gereret: Florẽtin⁹ tāta ſubmittere auxilia ſolitus erat. Sȝ nūc quaſi ad ſuā vindictā ſpectaret: Florẽtini ipſi ꝑ ſe immaturo adhuc anno fines Piſanorūȝ cū exercitu ingrediunt. Ibi vaſtādo pertram agros: expugnādiſq; infeſtius caſtellis dum minabundi contēdunt: tanti ſubinde imbres ꝑ multos dies continuarunt: vt ſuperātibus aquis vi ipſa ducibus militibuſq; abeundi retro exprimeretur neceſſitas. Reductis igitur copijs expectare placuit maturitatem ſegetum: ac tūc demū in hoſtes reuerti. Itaq; omnibus edictū eſt vt armis diſcederent: kalen. vero Iunij rurſus adeſſent. Interea apparatus inſignes facti: atq; dux ad id bellū delectus gentis Urſinus vir egregius bello atq; ſtudio partiū eximius. Is Florentiā cuȝ aliqua manu equitum Romanorum ⁊ Campaniarum adueniens copias omnes Florentinorū duxit in Piſanos: ſocieq; ciuitates ob ſtudium partiū Florẽtinis auxilia miſere. Ingreſſi igitur Piſanorum fines/quum hoſtis nunq̃ ꝓdiretiq; ꝓxime Piſis admouerunt copias: nec vſq̃ tanta pugnandi auiditas Florentinis fuit. Quippe ſic ardebant animi ob fedam amiſſionem loci munitiſſimi: vt etiā in ipſis hoſtiū portis diſcrimē pugne ſubire vl̄ cupientiſſime depoſcerēt. Erat intra vrbeȝ Guido Feretanus: vir vt calliditate quidē ⁊ aſtutia profundiſſimus artifex: ita ad aperta certamina parū audax. Is q̃q̃ equitatu peditatuq; abundaret (nam preter vrbanos ad octingentos equites mercede conducti intra menia erant: populi vero multitudo ingens) tamen nedum in aciem prodire: ſed nec eruptionē vllam facere tētauit. Quare aliquot dies circa Piſas commorati quando etiam confeſſione hoſtium apparebat eos detractare pugnam: nec dimicandi poteſtatem facere velle: omnia circa vrbem igne ferroq; populati retro mouerunt caſtra. Poſt hec peruagati licentius agros: cunctiſq; hoſtiliter vaſtatis ⁊ incenſis tandē copias reduxere: prelio quidem nullo contra Piſanos commiſſo: ceterum ea opinione ⁊ alacritate hominum: vt hoſtes pro victis haberentur: ob apertam detractationem pugne ac patientiam fediſſime vaſtitatis.

Piſani p̄rimus a florẽtinis infeſtantur.

§. VII. Extra Italiaȝ anno dn̄i

M.cclxxxix. orta eſt diſcordia magna inter duces Brabātie ⁊ comitem Luczimburgi: ⁊ hoc rōne ducatus Lamburgi q̄ tunc vacauit: ⁊ quilibet predictorum ducuȝ pretendebat ad ius ſuum pertinere. Nam comes Luczimburgi aſſerebat ad ſe pertinere: quia vltimi eius poſſeſſores ducatus fuerant de ſtirpe ⁊ genere ſuo. Dux vero Brabātie ex eo q̄ iure hereditario ex parte mulierū ad eū pertinebat. Et propter hanc diſſenſionem per bellū facta eſt deciſio queſtionis. Naȝ quilibet eorum congregauit copias ſuas: viros ſtrenuos ⁊ eximios bellatores. Dux quidem Brabantie mille quingentos milites ex Flandria. Comes Luczimburgi. M.ccc. ex Alemānia ⁊ circa Rhenum: omnes hi equeſtres ⁊ nullus ibi pedeſter in bello: conuenientes iuxta Rhenū: ⁊ congreſſis adinuicem preliantibus bellum durum fuit ⁊ aſperum de mane vſq; ſero ad occaſum ſolis perſeuerans: ⁊ ad modum torneamenti pluries ſe coniunxerunt et ſuperauerunt: demum profligatus fuit ⁊ deuictus comes Luczimburgi a duce Brabantie. Is enim magnum ſubſidium habuerat in eo prelio ex regno Francie. Nam dominus Gothifredus frater dicti ducis Brabantie ex Francia ſecum duxerat Coneſtabularium magnum ⁊ Seneſcallum Francie: ad inſtantiam regine Marie vxoris olim Philippi regis Frācie: ⁊ ſororis dicti ducis Brabantie. Mortui autem ſunt in eo prelio ex vtraq; parte ſimul quingenti milites valde ſtrenui ⁊ famoſi in armis: plures tamen ex parte ducis. Et inter ceteros ipſe comes cum fratribus ſuis ibi occiſi ſunt: nulla in eo prelio fuga. Et victoria habita dux Brabantie in deditionem accepit dictum ducatum vacantem. Exinde creuit fama ⁊ potentia eius. Demum facta pace adinuicem: Henricus filius relictus ex comite Luczimburgi ne ex toto comitatus ⁊ dominiuȝ patris ſui auferretur: de conſilio conſanguineorum et amicorum nouum contraxit matrimonium. Nam dictus Henricus in vxorem duxit filiam dicti ducis Brabantie. Et tandem ipſe Henricus ſuis virtutibus ad imperium Romanum fuit aſſumptus: vt infra patebit. Sic dat varias fortuna vices.

Henricus comitis Luczimburgi in filio ceſſi filius.

¶ In Appulie vero regno eo anno fuit aliud prelium. Nam quum comes Artenſis (ſiue Arteſienſis) Mareſcallus Caroli ſecundi regis Appulie profectus eſſet ad obſidendum caſtellum Catenſanum in Calabria: quod recedens a ſubiectione Caroli ſecundi ſe tradiderat Dongiano regi Aragonie: qui ſe vocabat etiam regem Sicilie: dictus Dongianus venerat de Sicilia cum Admiraldo ſuo domino Rogerio de Loria cum. l. galeis ⁊ alijs lignis minoribus cum quingentis militibus Cathalanis: quorum capitaneus erat dictus dominus Rogerius: ad remouendum dictam obſidionem a dicto caſtro illo. Sed nihil profecerunt: quinimmo comes victor fuit: ⁊ profligauit Aragonenſes interfectis ducentis ex eis. Unde dominus Rogerius ſuperatus ad galeas ſuas re-

currit

currit. Ita autẽ ſtrenuus prudens ⁊ felix fuit ille Rogeri⁹ in prelijs terre et mariſ: ꝙ nunꝙ amplius victus referat niſi iſta vice. Rex itaq; Aragodum Dongianus videns ſe fruſtra niti ad remouendã dictam obſidionem: ⁊ recedens inde per mare ad Caietam ſe direxit ad capiendum ſi poſſet. vel ſaltem vt gentes Caroli amoti faceret ab obſidione Catenſani. ſed neutrum effecit. Applicans enim Caietam deſcendens in terram cum ſexcentis militibus et balliſtarijs: caſtra poſuit in monte Caiete proximo et obſedit. Caietani autem viriliter reſtiterũt. Et legatione miſſa ad Carolum ſubito ipſe cum multis copijs equitibus et pedeſtribus perſonaliter venit: necnon etiam comes Artenſis de Calabria recedens: dimittens ſufficientem gentem ad continuandam obſidionem Catenſani. In adiutorium etiam Caroli superuenerunt multi ex vrbe et Campania ab eccleſia Romana deſtinati. Ꝙpropter Dõgianus cernens multiplicari hoſtes: dubitans etiã ne ex infortunio maris deficerent ſuis victualia: poſtulauit treugas fieri vt ipſe recederet de Caieta. At Carolus acceptauit per duos annos et menſes aliquot excepta regione Calabrie. Que tamẽ treuge non placuerunt comiti Artenſi et alijs Francigenis: ex eo ꝙ videbatur eis ſe debere eſſe victores et capi poſſe Dõgianum regem Aragonũ. Sed Carolus conſiderans ꝙ non poterat obſidio a Caieta remoueri ſine pꝛiculo: ⁊ q2 armatam ipſe non habebat in mari: exiſtimauit vtilius treugas accipere. Propter qđ comes indignatus Artẽſis reuerſus eſt in Franciam cum multis baronibus alijs. Factis igitur treugis receſſit rex Aragonum cũ ſuis copijs a Caieta ⁊ reuerſus eſt in Siciliã. Carolus aũt rex vt gratus quia Caietani viriliter et fideliter ſe habuerant in ea re: francos et liberos fecit ab omni onere per decẽ annos. Rex aũt Carolus reuerſus eſt Neapolim. Dicte etiam treuge fuerũt pluri mum vtiles toti Appulie vt aliquantulum quieſceret patria ⁊ vires reſumeret: que multũ grauata ⁊ vexata fuerat expenſis. In Neapoli aũt rex fecit magnam ſolẽnitatẽ: militem creans filiũ ſuum primogenitũ vocatũ Carolũ martellũ: ac etiaꝫ per legatũ pape fecit eũ coronari in regẽ Ungarie: q2 eo anno migrauerat rex Ungarie: nec reliquerat filiũ maſculum qui in eo regno ſuccedere poſſet. Nec alius erat heres niſi regina Maria vxor Caroli regis Cilie ⁊ mater Caroli huius martelli: cui iure hereditario ſuccedebat deinde regnũ Ungarie. Quidã tñ Andreaſſus nomine de progenie genitus regũ Ungarie: ingreſſus dictum regnum maiorẽ partẽ ſibi acquiſiuit vt vel voluntate ſe ſubijciẽtiũ eis fecit ſe fieri ⁊ vocari regem Ungarie.

Caietani obſidiõe vallantur.

Carol⁹ martellus rex Ungarie coronatur.

§. VIII. Ad Hetruriaꝫ reuertẽdo.

Anno dñi. M. cc. xc. Florentini egreſſi iterum cuꝫ copijs ſuis: caſtrametati ſunt cũ adiutorio aliarũ ciuitatũ ſectatricũ partis Guelferũ in comitatu Aretino cum mille quingentis militibus ſeu equeſtribus ⁊ ſex milibus peditũ prima die Junij: ⁊ morã ibi fecerũt per dies. xlviij. vaſtantes ⁊ populantes oĩa: iuxta Aretium ad ſex militaria: necnon et vineas ⁊ arbores ⁊ blada inciderũt: ⁊ ad brauiũ in feſto btĩ Joannis baptiſte iuxta portas Aretij curri fecerunt. Erat tunc Poteſtas Florentie dominus Roſſus de gabrielis Eugubinꝫ: q̃ primus fuit tenẽs officiũ per ſex mẽſes: quod in poſterũ obſeruatũ eſt: q̃uã prius per annũ duraret officiũ Poteſtatis. Reuertentibus verſus Florentiam copijs: iter fecerũt per Caſentinatẽ: deſtruendo terras comitis Guidi Nouelli ⁊ palatia ⁊ fortalitia caſtri Pupiẽ. et caſtrũ ſctĩ angeli: ⁊ plura alia loca. Menſe vero Septẽbri eodẽ anno egreſſi ſunt Florentini cũ copijs ſuis contra Piſanã ciuitatem: muniendo tñ et bene prouidẽdo regionẽ vallis Arni ſuperioris gentib⁹ armorũ equeſtribus et peditib⁹: ne forte Aretini inuaderẽt ⁊ vaſtarẽt illas partes. Sed ⁊ genuenſes per mare cum. xl. galeis armatis contra Piſanos ipſos pceſſerũt: ⁊ Lucenſes cũ omni conatu ſuo armigerorũ. Et ceperũt vi ſua ⁊ deſtruxerũt portũ Piſanũ totũ: ⁊ ad ruinã traxerũt quatuor turres que erãt in mari pro cuſtodia portus Piſani. Et Genuenſes introitũ ad portũ prepedierunt pluribus lignis oneratis lapidibus: vt dicto portu vti non poſſẽt. Poſt hec reuertentibus alijs ad pꝛia: Florentini in reuerſione ſua per vallẽ ere ceperũt ⁊ deſtruxerunt plura caſtella Piſanorũ: ⁊ capitaneũ dimittẽtes ſuũ in dicta valle ere/ipſi Florentiam remearunt. Sed comes Guidus de Mõtefeltro poſtea egreſſus e Piſis cum ſuis diſcurrens p vallem ere: cepit caſtellũ Montiſfuſcoli ⁊ Montercbij. Quibus auditis Florentini profecti ſunt ad Uolaterras vt cõgrederentur in bello cũ Piſanis: ſed illi immediate Piſas redierunt. Eodẽ anno in fine Maij ignis accẽſus eſt ex incuria in domibus familie de Pegolottis: ⁊ cõbuſſit omnes domos eorũ ⁊ etiã vicinorũ. Ex quo incendio mortui ſunt domin⁹ de Nerius de Pegolottis: ⁊ filius ſuus: ⁊ vna mulier cum tribus filijs ſuis: ⁊ ſerua vna. Inde maximũ detrimẽtum familia illa recepit: vt poſtea quaſi extincta ſit. ¶ Eodem anno inſigne miraculũ accidit Pariſijs circa eucharĩſtiã. Nã quũ quidam Judeus mutuaſſet ſuo vſuris cuidaꝫ mulieri certã quantitatẽ pecunie ſuper pign⁹ cuiuſdã veſtimenti ſui/vt ea poſſet veſtiri in paſchate de propinquo aduenienti/acceſſit ad Judeum ad cõcedendã tunicã ſuã. Sꝫ pfidus Judeus auſus eſt dicere mulieri: Si tu portas mihi corpus chriſti qđ dicitis eſſe in hoſtia conſecrata: ego tibi reſtituã veſtẽ ſine aliqua pecunia. At mulier cupiditate deuicta: plus amans pecuniã ꝙ animã/hoc ei promiſit. Vñ die paſchatis accedẽs ad communionem in ore retinuit ſacramentũ: nõ glutiens nec purificationẽ ſumẽs: ⁊ ſꝫ recedẽs ab eccleſia Judeo detulit. Qui vt perfidiſſimus ⁊ ſacrileg⁹ poſuit ſacramentũ in patella ſup ignẽ cum aqua bullienti: ⁊ quũ ſacramentũ illeſum pmaneret: ille gladiũ accipiens pluries percuſſit hoſtiam: indeꝙ ſanguis exiuit: quo aqua tincta effecta eſt rubea tota. Extrahens aũt de patella miſit hoſtiã illã in aquã frigidã: q̃ etiã tota effecta eſt rubea. Chriſtiani aũt ſupuenientes vt acciperent ab eo ſub vſuris ⁊ domũ intrantes eius/perpenderũt ſacrilegiuꝫ maximum Judei/hoſtia nẽpe per ſeipſam euolauit ſup quandã tabulam. Captus ergo Judeus cõfeſſo ſcelere cõbuſtus eſt: ⁊ ſacramentũ reuerenter acceptũ a ſacerdotibus cũ multa deuotione fideliũ ⁊ honore deportatũ eſt ad eccleſiã: ⁊ ex domo Judei fabricata eſt eccleſia: ⁊ vocaꝫ eccleſia ſaluatoris delboglẽte. ¶ Eodẽ anno ciues Rauẽnates ceperunt dñm Stephanũ de Gianazano de familia Colũnẽſiũ: qui erat comes et Rector Romãdiole pro ecclĩa factus a papa. Et eo interfecto cũ omĩ familia ſua: ciuitates Romandiole ſe rebellauerũt: ⁊ more ſunt ad preliãdũ: excepta ciuitate Foꝛliuienſi. Et Mainardus de Guſinada ſibi vſurpãdo cepit ciuitatẽ Fauẽtiã: ptra quẽ pfecti ſunt Bononiẽſes. Demũ papa Nicolaus quartus deſtinauit in Romãdiolã dominũ Balduinũ de comitib⁹ Guidis de Romana epm Aretinum in gubernatorẽ ei⁹. Qui in paruo tpe oẽs terras q̃ ſe rebellauerãt/reduxit ad pacẽ ⁊ obedientiã ſancte eccleſie.

Miraculũ eucharĩſtie apđ Pariſios.

Romãdiole defectio.

§. IX. Inter bella ⁊ geſta i Italia

hic interponemus de bello Saracenorum contra fideles in partibus Syrie. Anno dñi. M. cc. xci. mẽſe Aprilis ſm chroñ. Florẽ. Soldanus Babylonie Egypti facta magna preparatione copiarum: adeo vt exercitus eius per. xij. miliaria extenderet equitũ et peditũ: pfectus eſt in Syriam et obſedit ciuitatẽ notabilẽ Acram/dictã antiq̃tus Ptolemaida: de qua fit mentio in libro Machabeorũ: nunc vero vocaꝫ Acron. Cauſa huius belli et obſidionis facte a Soldano fuit iſta: prout relatũ eſt a mercatoribus Florentinis fide dignis: qui tũc ſe inuenerũt preſentes in dicta ciuitate Acra. Quia chriſtianis illis tẽporibus abſtulerant Saraceni ciuitates aliquas. vt Antiochiam: Tripolim: Surim: et alias ciuitates poſſeſſas a chriſticolis. Hinc eſt ꝙ ciuitas Acra ſeu Ptolemaida multũ creuerat: ad eã inhabitandum refugientibus expulſis ab alijs ciuitatibus: q̃uũ aliã ciuitatẽ fideles in Syria tũc nõ haberẽt. Unde rex Hieruſalẽ/et rex Cypri/et principes Antiochie/Tripolis/⁊ Mãſiõis Hoſpitalis/et tẽpli Hieroſolymitani/et legati pape/ et ſtipendiarij qui erant in partibus illis p rege Frãcie et p rege Anglie: ⁊ oẽs i dicta ciuitate Acra ⁊ ẽ negocijs ſuis diſponebant. Ibiq; erãt dominia exercẽtia vindictã ſanguinis. xvij. ſm varias nationes ꝯcurrẽtiũ. Inde oriebaꝫ ſepe magna cõfuſio in dictandis ſentẽtijs. Et quũ tẽpore illo facte fuiſſent treuge inter chriſticolas ⁊ Saracenos: ⁊ ibi eſſent circa. xviij. milia hominũ peregrinorum cruce ſignatorum eiſꝙ deficerent ſtipẽdia debita a dñis et cõitatibus pro q̃bus cõducti fuerãt: expoſuerunt ſe ad predandũ et occidendum Saracenos venientes ad dictã ciuitatem Acraꝫ. Sicꝙ violate ſunt treuge per chriſtianos cõtra Saracenos deferentes mercimonia ⁊ victualia ſub imunitate treuge: ipſis predatis et occiſis et alijs caſalibus vicinis dicte ciuitati. Ꝙpropter Soldanus miſit oratores ſuos ad dños illos q̃ erant in Acra: querelam faciens de treugis violatis ⁊ damnis illatis: petẽs emendã iniuriarũ: ⁊ ꝙ mitterenꝫ aliqui ex illis qui primi fuerãt ad frangendũ treugam: vt de illis ſupplicium pereret. Quod illi denegarunt. Et propter hec ad vindicandũ iniurias venit ad obſidendum Acram. Et innumerus erat pene eoꝝ exercitus: ita vt cito multitudo eoꝝ completa foſſa profunda q̃ erat ex facie ciuitatis/q̃ eſt verſus terrã: et aliã partẽ murorum ciuitatis concauitatibus ſub terra factis et alijs modis ruere fecerunt: capiẽtes turrim magnam ⁊ fortiſſimã que dicebaꝫ maledicta. Cum his oĩbus ciuitas illa non eſt capta: ſed viriliter reſiſtebat.

Et qđ Saraceni deſtruebant in muris de die: illi de nocte reparabāt diuerſis rebus ⁊ modis. Et virilis iſta ī pugna reſiſtentia principaliter procedebat per virtutē magnanimitatis ⁊ ſolertiā ac prudentiā viri dicti Belgni magiſtri templi: q̄ erat capitaneus principalis ciuitatis ⁊ cuſtodie. Accidit autē vna dierum ꝙ dictus capitaneus ⁊ magiſter quum brachiū ſuū eleuaret ī pugna: a quodā ex hoſtib⁹ ſagitta venenata emiſſa fuit vulneratus in brachio: ex quo vulnere mortuus eſt. Ex eius morte tota ciuitas commota eſt et cōtrita. Et q: vbi multitudo ibi cōfuſio: quum ſcꝫ nō ineſt ordo: ideo quum multorum eſſent ibi dominia ⁊ ſine ordine: orta inter eos diſcordia: de cuſtodia: quū oē regnū in ſeipſum diuiſum deſolet̄ ſm doctrinā chriſti: ideo deſerta defenſiōe ciuitatis: quilibet conat⁹ eſt euadere manus Saracenoꝝ ne caperet̄. Et aſcendētes naues paruas vel magnas q̄ erāt in mari de ꝓpe: fugā inierūt. Saraceni vero nō habētes repugnantiā / demū intrarunt ciuitatē ꝑdentes oīa: et q̄ eis obuiabāt trucidātes: ⁊ plurimos mares ⁊ feminas diuerſe etatis ⁊ cōditiōis ſeruos ſibi fecerunt. In quo excidio .lx. milia chriſtianorū referunt̄ a Saracenis in ore gladij ꝑcuſſa. Et eductis de vrbe hominibus ⁊ diuitijs maximis: muros ciuitatis ad terrā ꝓſtrauerūt: reliquum igni expoſuerūt. Inde tota chriſtianitas magnū detrimētū incurrit: q: ciuitas illa Acra erat in frōte noſtri maris ⁊ in

Ptolemaidas Syrie ꝑ riunt ſaracē.

medio Syrie: ⁊ quū diſtaret a terra ſancta Hieruſalē p .lx. tm̄ miliaria: erat quaſi ī medio terre habitabilis: vnū fons ⁊ port⁹ oīm mercimoniorū q̄ p mare vehebātur de oriēte in occidentē et ecōtrario: ac de omni natione q̄ ſub celo eſt illuc cōcurrebāt ad negotiēdū. Ibiq3 erant Turcomāni ſeu interpretes oīm idiomatū: vt putaret̄ eē q̄ cōmunis alimonia mūdi: Neq3 hoc accidit ſine magno ⁊ iuſto iudicio dei. Nam habitatores eius etſi nole chriſtiani: re autem infidelibus erāt deteriores repleti oī iniquitate ⁊ laſciuia. Ideo in preſenti deus ſupplicia reddidit: ne in eternū puniret: q̄ in tam ſeua morte ad deū ſunt reuerſi: et ne impenitentes ex eis diutius viuētes maiores ſibi acquirerēt cruciatus. Quum aūt hec nota fierēt in occidētis partib⁹ precipue in Romana curia: contriſtati ſunt valde. Et ſummus pōtifex Nicolaus quartus publicari fecit magnam indulgentiam crucē aſſumentibus vel mittētib⁹ in auxiliū terre ſancte: ac reges ⁊ principes exhortatus chriſticolas: vt ſubſidia illuc deſtinarent. Fecitq3 proceſſus ſolennes cum ſnia excōicationis ⁊ alijs penis contra oēs chriſticolas mercatores ⁊ alios q̄ non ſolū arma ⁊ lignamina: qđ iamdiu prius fuerat ꝓhibitū: ſed q̄ deferrēt in Alexandriā vel alias terras Egypti Soldano ſubiectas quecūq3 mercimonia. Et hoc habet̄ per quādam extreuagātem ipſius Nicolai. Et ſimiliter cōtra mittētes talia ⁊ ꝯtra dātes auxiliū / cōſiliū / vel fauorēt exercētes aliquod officiū in dictis nauibus / ⁊ contra permittentes extrahi talia de portubus ſuis.

§.X. De geſtis in varijs dominijs orbis.

In illo tempore .ſ. āno dñi. M.ccxci. de hac luce trāſiuit rex Rodulphus imperator Romanorū: per plures

Rodulph⁹ imperator morit̄.

annos prius electus ⁊ cōfirmatus: ſed benedictionem ⁊ coronationes imperialem nō ſuſcepit: q: ſemper conatus eſt dominiū ſuum ⁊ potentiā augere in Alemannia: nec viſus eſt curare de ſtatu Italie. vnde nō ingreſſus eſt eā: ſed ſtudij ſui fuit procurare filijs terras ⁊ diuitias: vnde ⁊ acquiſiuit ſibi ducatum Auſtrie ⁊ magnā partē ducatus Sueuie. ℂ In regno Frācie Philippus rex Francie qui dictus eſt pulcher: de cōſilio quorūdā in nocte kalendarū Maiarum capi fecit omnes Italicos qui erant ſub dominio ſuo: ſub ꝑtextu ꝙ ſolū feneratores intēdebat detineri ad ſe redimēdū ſeu cōponēdū. Sed q: capti ſunt ⁊ taleati ita recti mercatores ſicut ⁊ feneratores: ideo apparuit dolus illi⁹ ſuper qua re a cūctis argutus fuit ⁊ deteſtat⁹ de hmōi extorſione ⁊ exīde regnū Frācie cepit a ſua magnificētia minui. ℂ Ex iſta autē captura ⁊ emiſſione de Acra capta a Saracenis mercatores magna dāna ſubſtātiaꝝ īcurrerūt. Nec immerito: q: vt ait Sapiēs: per q̄ peccat q̄s: p hec ⁊ torquet̄. Cōgregāt enī vt plurimū p fas ⁊ nefas. ℂ Eodē anno quū3 tota Romādiola eſſet ſub obedientia ecclie ⁊ gubernatione epī Aretini a papa deſtinati ⁊ Mainardus d Suſinana cū q̄buſdā nobilib⁹ de Romādiola ceperūt Forliuiū: ⁊ ī eo Aghinolſum de Romana cū filijs germanum prefati epī Aretini. Et hinc orta ſunt bella in Romandiola. Hic vero Mainardus fuit ſagax: tyrannus: bellicoſus hō: ⁊ prudēs in generatiōe illa: felix in belligerando: Gibellin⁹ ex gñe ⁊ opere: ſemꝑ tamē vt Guelfus cū Florētinis et cōtra inimicos eoꝝ ad reqſitionē eoꝝ ſemꝑ paratus ad iuuandū. Hui⁹ amicitie ⁊ fidelitatis cauſa fuit: q: pater eius noie Petrus nobilis vir ad extrema deduct⁹ / quū multos haberet inimicos: vt comites Guidos ⁊ Vbaldinos: ipſum Mainardū tunc puerū moriens reliquit ſub tutela ⁊ cuſtodia Florētinorum cū caſtellis ſuis. Cuius tutelā cōitas Florentina ſuſcipiens benigne eum enutriuit: et bona ſua defendit et cuſtodiuit. Et ideo vt gratus / vir factus: et amicitiam et fidelitatem cum Florentinis cōſeruauit. ℂ In Mucello quū3 quoddā caſtrū bene munitū vocatum Ampinana ſe rebellaſſet per comitē Manfredū filium comitis Guidonis obſeſſum Florentini demū per pactionē in deditionē acceperunt ⁊ ipſum funditus deſtruxerūt. Paulopoſt in Francia in ciuitate Nouiomēſi ignis vt credit̄ ex incuria in aliqua domo accenſus: ita impetuoſe exarſit: vt vix remaneret in ea dom⁹ vel eccleſia quam non deuoraret vſq3 ad eccleſia3

Nouiomi dña gratio.

principalē beate Marie: vbi q̄eſcebat corpus beati Ludouici. Dāna inde ſecuta cū mortibus hoīm q̄s enarrare valeat: Erat aūt in amplitudine ciuitas illa vt Pratenſe caſtrū. Circa idem tēpus comes Guidus de Mōtefeltro capitaneus ⁊ vt dñs Piſanorum ſentiens caſtellum Pontiſſe re quod tenebāt Florētini in cuſtodia / eſſe neglectum: accepit nocte vt dictum eſt ſupra.

ℂ De mutatione ſtatus Florentinorum / ⁊ pace facta cū Piſanis. Capitulum .vij.

Anno domini milleſimo

ccxcij. Nicolaus papa quartus appoſitus eſt ad patres ſuos: reputatus rect⁹ homo ⁊ ſancte conuerſationis. Poſt cuius mortem vacauit annis duobus ⁊ mēſibus trib⁹ ſedes Petri / ex diſcordia cardinalium Nam vna pars eorū: quorū caput erat domin⁹ Mattheus de Vrſinis: petebat fieri aliquem ad complacētiam regis Caroli Alia pars cuius caput erat dñs de Columnē ſib⁹: aliū fieri cupiebat. Et ꝓpter hoc querentibus illis q̄ ſua ⁊ nō que Ieſu chriſti: tantum dilata eſt electio. Interea per principes Alemānie ad quos ſpectabat: electus fuit imperator Romanorū Litulphus (al's vocatus Adolphus ſiue Ataulphus) comes Naſſi de Alemānia. Nō tamen ipſam

adolph⁹ imperator.

dignitatem imperialē adept⁹ eſt: ſed ab Alberto duce Auſtrie et ſilio Rodulphi olim imperatoris in bello occiſus fuit. ℂ Eodem anno menſe Iulij patrata ſunt quedam miracula Florētie ex quadā figura ṽginis gl'ioſe q̄ erat in pariete picta atrij horti ſancti Michaelis: vbi tunc forū erat frumenti ⁊ aliorū bladorū. Nā concepta deuotione ab hominibus ad figurā illā: infirmis deuote orātibus ad imaginem illam: plures ſanati ſunt ex varijs languoribus: claudi erecti / contracti ſanati: ⁊ obſeſſi a demonibus liberati

Beate Marie apđ Florētiā miracula.

Fratres autē predicatores ⁊ minores q: parū fidei dabant dictis miraculis: populus (qui leuiter mouetur eis detrahebat: ⁊ obloquebatur ꝯtra eos: adſcribēs inuidie qđ erat vere pietatis. Ex deuotiōe igitur ad illā imaginē / ab artibus fuit prouiſum vt ibi cātarentur laudes diuine in vulgari / ⁊ ita aucta eſt deuotio populi ad illā imaginem ex miraculis patratis ⁊ enarratis ꝙ de tota Tuſcia in feſtis btē Marie fiebat ibi concurſus populorum. Et in proceſſu temporis repletus eſt locus imaginibus cereis ibi poſitis et gratias ⁊ beneficia ſanitatū recipientibus ex votis ibi factis inde creata eſt ibi quedā ſocietas multorum ciuiū etiā notabiliū: ⁊ in tantū eleemoſyne multiplicate ⁊ legata dicte ſocietati facta: vt ad ſex milia librarū aſcenderent redditus pauperib⁹ diſpenſandi: non habendo adhuc aliquas poſſeſſiones. Sed poſtea creatum eſt officium eorū q̄ dicūt̄ Capitanei miſericordie: ⁊ legate ſunt loco multe poſſeſſiones. Et poſtmodum edificatū eſt ibi oratoriū pulcherrimū circa illā imaginē: ſculpturis ſanctorū marmoreis magnifice exoneratū. In quo oratorio celebrātur quotidie .x. miſſe vel circa per conductitios pſbyteros. Ab extra in quatuor faciebus eius ſunt ſculpture marmoree pulcherrime ſanctorum: qui ſunt patroni artium diuerſorum. Supra teſtudinē ipſius oratorij valde eminentis ſunt duo ſolaria ⁊ vbi ſeruantur munitiones victualium communitatis.

§.I. Ante p̄fatum tempus per

duos annos vel circa vexilliferi iuſtitie nouiter dignitas creata eſt. Huius cauſa fuit vt notat Leonardus in hiſto. Florē. quia quū inferioris potētie hoīes magnitudini nobiliū et magnatum pares eſſe non poſſent: ac ſepe iniurie contumelieq3 imbecillioribus inferrentur: vnica proſpecta eſt reſiſtendi via: ſi populus vna ſentiret: ⁊ nemini iniuriam fieri pateretur: ſed priuatim inflictas publice cōtumelias vindicaret. Studia reipu. capeſſende hinc nimirū ſunt populo cohortata: hinc nobilitatis depreſſio. Ita demū popul⁹ ſe ſaluū3 eſſe poſſe exiſtimauit: ſi ipſe rempublicam gubernaret / ne nobilitas ſupra potentiam propriam / reipubli. q̄ abuteretur potentia; vel ad inferendas clades: vel ad ſli-

eras quo minus vlciſcerẽt prohibendus. Hoc certamẽ diu incerto exitu conflictauit ciuitatem. vtq; eſt humanarum rerũ viciſſitudo: hi modo: illi quãdoq; preualebant. Nonnunq; vero miſti ex nobilitate et plebe magiſtratus preſumebatur vſq; ad priores artium. Priores gubernandi genꝰ maxime populare fuit: neq; tamẽ ab initio merũ. Lex eni; tantu; inertes repellebat. Nobilem ṽo nõ inertẽ eſſe non vetabat. Una fere ſimul cũ Prioribꝰ ad tutandũ reipu. ſtatũ/artiũ ſigna conuẽtuſq; ſunt reſtituta: quo armati ciues quum opus forent cõcurrerẽt: ac preſentẽ ciuitatis ſtatum ſi res exigeret tuerentur. Iuri aũt dicẽdo duo preerant in ciuitate magiſtratus. Alter cum poteſtate legitima ad cauſas ⁊ iudicia: alter populi defenſor. Quia vero cõtingebat maleficia per nobilitatẽ cõmitti: ad quorũ punitionẽ magiſtratus accedere non audebat: quoniam iſti pati caterуis ſuorũ nobiliũ ab ipſoq; magiſtratꝰ formidabantur: et vexati pulſatiq; apparitores frequẽter redibãt: ſicq; iuſtitia impediebatur: ad eã rem tollendam corrigendãq; vexilliferum iuſtitie creare placuit. Creatus eſt igitur ſeptẽ annos poſtq; Priores artium fuerunt cõſtituti. Eius electio

Vexillifer iuſtitie creatur Florentie.

Prioribus commiſſa: tempuſq; vexillifero iuſtitie definitũ eſt menſium duorum. Additumq; eſt ei lege: vt de plebe dũtaxat eum legere liceret. Utq; conſiliarios hẽret q̃tuor ꝓfectos duos: pedites armatos mille e tota plebe viciſſim deſcriptos: ex tribu videlicet Stradiana ducentos: totidẽ ex Tranſarnina. Ex reliquis aũt tribubus ex ſingulis centum quinquaginta. Horum deſcriptio annua erat: et quoties vocarentur: armati adeſſe ad vexillũ iuſtitie ſequi iubebantur. Additum quoq; eſt in lege preterea: ne quis ex nobilitate inter mille pedites legeretur: ne impediret: ne verbis minacibus vterẽt: aduerſus trãſgredientẽ pena grauiter cõſtituta erat. Vexillifer promere vexillũ non poterat per legem niſi iuſſu magiſtratus. Nec vna cum Prioribus tũc habitabat: nec q̃cq; fere aliud authoritatẽ habebat niſi q; ꝑnceps mille armatoꝝ erat: ad iuſtitiã i potẽtiores ſi illi parere magiſtratui recuſarent: exequendam. Eodem quoq; anno primũ cõſtitutum eſt in ciuitate: ne quiſq; qui Prior fuiſſet: intra trienniu; ab eo tempore quo magiſtratum obierit: ſumi ad Prioratum rurſus poſſet: quũ ante quidem nulla lex hoc vetaret: ſed pudor tãtum a petitiõe homines compeſceret. Cauſa huius legis fuit: vt pluribꝰ ad honores pateret via: neq; ob gratiam aut potentiam continuarentur. Ea tamẽ lex magis neceſſaria fuit fortioribus magiſtratuum petitionibus.

§. II. Anno autẽ dñi. ccxcii. quũ

ciuitas Florentina ceſſaret a bellis exterioribus: ⁊ in proſpero ⁊ felici ſtatu maneret: ac diuitijs abundaret/ex ſuperbia ⁊ emulatione ceperunt diuiſiones inter nobiles. nam frequenter rixe erant ⁊ contentiones inter familias principales: vt inter Caualcantes ⁊ Buondelmontes: iter Adimareos ⁊ Thoſinghos: inter Rubeos ⁊ Cornaquintios: inter Bardos ⁊ Mozenos: inter Buondelmontes ⁊ Bandonatos/inter Biſtodominos ⁊ Falconerios: iter Boſtichos ⁊ Foraboſcos/inter Donatos et Freſcobaldos: et alias familias. He ſibi inuicem inimicabantur habentes magnas ſequelas. Sed nobilitas iſta etſi diuiſa inter ſe vſq; ad eã diem qua princeps in ciuitate eius nec ſatis equam ſocietatem cum populo exercebat. Prepotens ſiquidem opibꝰ ⁊ animis plus q̃ conueniret ciuitati erat elata: nec ſe facile temperabat ab iniurijs inferendis. Homines longis ſtipati clientelis ⁊ multis propinquitatibus ſubniſi imbecilles inhoneſta ſeruitute primebant. Frequẽter ab his pulſos mediocris fortune homines: frequenter bonis ſpoliatos: predijs eiectos fuiſſe conſtabat. Que ⁊ ſi interdũ vindicare pergebat ciuitas/tamen ⁊ fauore propinquorum in modico ſuſtentabantur: et horrebant homines eorum iniurias deferrre: veriti potentiam familiarum et cedes ac vulnera plus q̃ iacturam patrimonij formidantes. Nec ſane ad plenam ſeruitutem plebis quicq; aliud obſtare videbatur: q̃ q; nobilitas ipſa inter ſeſe varie diuiſa/inuidia ⁊ emulatione concertabat. Hanc igitur deformitatẽ et labẽ reipu. tollere aggreſſus eſt vir vnus per eã tẽpeſtatem magni animi ⁊ conſilio pollẽs/Janꝰ labella. alias Dolobella) claris quidẽ maioribus/peritꝰ: ſed ipſe modicus: ciuis apprime popularis. Is ſeorſu; primo cũ ſingulis queſtus de potentia nobilitatis: ſegnitiẽ patientiãq; populi increpabat q; ſingulorum iniurias tollerando nõ intelligeret vniuerſis ſimul turpiſſimã ſeruitutem impendere. Perſtultu; quidem putare ad ſe quoq; vim non eſſe peruẽturam: quũ domitis quibuſq; primis/ad alteros ſubinde vis tãq; incẽdium tranſeat. At enim occurrendum eſſe iam/nec vti plꝰ creſcat patiendum. Adoleuiſſe id certe malum/nondum tamen ita roboratum vt medicari non poſſit. Quod ſi vltra negligant: et alios alteri reſpiciant: fruſtra tandem auxilium cõtra inueteratam peſtem optaturos. Hec ⁊ iſtiuſmodi iactando atq; iterando: ſtudia hominu; incẽdit: mẽteſq; erexit ad rempu. capeſſendã. Adſurgentibus quoq; popularibus ⁊ eius cepto fauentibus: rem ad magiſtratum detulere. Tandẽ multitudine plebis aduocata/quum de hoc cõſultaretur: ac varie ſententie pro cuiuſq; ingenio dicerentur adſurgens ipſe in hunc maxime modũ propoſita de re coram diſſeruit. Semp eiuſdẽ mentis ſum o ciues: et quanto magis de repub. mecũ ipſe cogito: tanto magis in hac firmor ſentẽtia. Neceſſariũ fere cenſeo: aut ſuperbiã ꝓpotentum familiarũ retũdere/aut libertatẽ amittere. Eo quidẽ rem deductas cerno/vt patientia veſtra ⁊ libertas ſimul ſtare non poſſint. Utrũ vero ex his retinere debeatis: nemĩnẽ ſane mẽtis dubitaturũ crediderim. Neq; porro me preterit quanto cũ periculo meo ſim iſta dicturus. Verum boni ciuis eſſe nequaq; arbitror/dum patris cõſiliũ poſcit in propriam vtilitatẽ retorquere: ac ex ſuo priuato cõmodo publicis cõſilijs moderari.

Jano de lobelle Florentini pro libertate aduerſus nobilitatẽ oratio.

Dicã igitur libere qđ ſentio. Mihi quidem videtur libertas populi duabus rebus contineri legibus ve; ac iudicijs. Quoties illa duo plus poſſunt in ciuitate q̃ ſinguli ciues: libertas ſeruat. Quoties aũt reperiunt quibꝰ leges ⁊ iudicia contẽnere liceat impune: actũ quidem eſſe putandũ eſt de libertate. Quid enĩ tibi liberꝝ fuit ab his q̃ ſi modo libeat/poſſunt abſq; iudicioꝝ metu in te atq; in tua violẽtas manus inijcere? Conſiderate nunc demũ conditionẽ veſtrã: ac nobilitatis facinora vobiſcum percurrite. Tũc dicat mihi aliquis/ciuitas an libera ſit an iampridẽ oppreſſa. Id vero facilius reſpõdebit: ſi vel ĩ vrbem vel in agro viciniũ aliquẽ ex illo potẽtiũ globo habuerit. Quid enĩ vſq; adeo noſtrũ eſt: quod illi non concupinerint? aut q̃d concupierunt: qđ mox non proſequantur? aut quid proſequuntur/quod non per fas et nefas ſe nõ debere conſequi putent? Nec corpora quidem nobis (ſi verũ fateri volumus) iam libera ſunt. Pulſatos ciues/poſſeſſionibus eiectos: incendia: rapinas: vulnera deniq; ⁊ cedes complurium per hoſce annos cõmiſſa a potẽtioribꝰ meminiſtis. Horũ vero facinoꝝ authores ⁊ patratores partim ſic aperti ſunt/vt inficiari non curent. partim ſic manifeſti/vt nequeant inficiari. ante oculos verſant noſtros: et quos carcer atq; ſuppliciũ coercuiſſe debuerat/hos cateruis armatorũ ſtipatos magnifice per vrbẽ incedere videmus/et nobis iã ⁊ magiſtratui longe formidãdos. Hanc igit mihi libertatẽ quis vocabit? Et qua alia cõditione tyrãni vtunt q̃ vt occidãt: vt pellãt/vt auferant que libitum eſt ſine iudicioꝝ metu? Qđ ſi vnus eiuſcemodi in ſingulis ciuitatibus libertatẽ perimit/q̃d in noſtra tot ſimul euenire exiſtimãdũ eſt? Oppreſſi (credite mihi) iãpridẽ ſumus: et libertatem ſpecioſam iam verbo ſeruitutẽ reuera turpiſſimã ſuſtinemus. Sed ita eſſe dicet q̃ſpiã) nemo ambigit: at remediũ ⁊ non deplorationem flagitamus. Huius ergo tã fede ſeruitutis depulſio vnde ſumẽda ſit nõ admodu; cognitu difficile reor. Ut enĩ ex legum iudicioruq; lapſu interiſſe libertatẽ videmus: ſic ex eorũ ipſorũ erectione nobis illa reuiuiſcet. Quare ſi libertatẽ cupitis (cupere autem eque ac vitã pariter oẽs debemus) illa duo vobis in authoritatem reſtituenda ſunt: ⁊ omni nixu diligẽtiaq; firmanda. Et leges quidẽ vobis multe ſunt de vi et cede: de latrocinijs et iniurijs/de ceteriſq; maleficijs coercẽdis. Has igitur leges ſingulis notas contra potentiores innouandas cenſeo/ et alias ſuper adiungẽdas. Quũ enĩ malignitas hoĩm dietim creſcat: noua inſuper proſpicientia opus eſſe q̃s ignorat? Sed illud in primis neceſſariũ puto: vt delictorũ pene cõtra potentiores augeãtur. Ut enĩ ſi quis gigantem ligare velit ac puſilliũ hominẽ ſimiliter/non eodẽ vinculo credo vteretur/ſed gigantem quidem nõ niſi cathenis aut rudentibus/alterũ vero chordis vel loro putaret compeſcendu;. Sic pene que legũ vincula ſunt: lõge contra grandes iſtos et potentiores conſtituende ſunt fortiores. Unde preter ea his adiungo/vt proximi atq; familia eiſdem penis obligẽtur. Semper enim participes maleficij gentiles agnatoſq; fuiſſe putandum eſt/quorum fiducia quis elatus commiſerit maleficia. Iudicioꝝ autem vim duo impedire ſolent: probationũ difficultas/⁊ exequẽdi defectus. Nam et teſtes formidant contra potentiores deponere/quo vno metu cũcta pene iudicia ſubuertuntur. Et ſi quãdo probatur: magiſtratus exequi horret. His niſi prouideritis: ſcitote vos nullam rempublicã habituros. Nam quid prodeſt leges optimas in ciuitate eſſe: ſi iudicia irridentur? Primũ igit teſtium difficultatem reſecandã cenſeo: ac famã ipſam cõtra potentiores admittendam. Quũ enim maleficiũ patratum eſſe conſtet, ⁊ publica vox ⁊ omniũ finitimorũ/agri deniq;

ipſi ⁊ ſaltus a potentiori aliquo factum clament: non mihi anxias probationes querat iudex: quas metu potentie nō mit deterreritſed fama ipſa illis ſat is eſt. Ad exequendi vero difficultatem queſo animos aduertite. Quippe maius quiddā eſſe cerno ꝙ homines opinentur: nec tam a magiſtratu ꝙ a populi robore dependere. Si enī populus quēadmodū decet: preſtantiā in republica retinere volet: executio iudiciorū etiam contra potentiſſimos facilima erit. Sin alios admirabitur ⁊ ſupra ſe putabit: magiſtratus ſimul roſtraq̧ tepeſcent. Ea nimirum res animaduerſa dudum deprehenſaq̧ effecit vt vexillifer iuſtitie crearetur: cuius ego vim tam breui antiquatā eſſe admiror. Sed ſtultū eſt vt arbitror: quū populus iſte remiſſus ac negligēs fuit: vicarios eius conqueri non acres fuiſſe. Et ſic tam multa tunc omiſſa fuerunt: vt inchoata potius res viſa fuerit ꝙ perfecta. Ego igitur vexilliferi authoritatem cenſeo maiorem in modum eſſe roborandā. Itaq̧ hoc primum decerno: vt non mille armati vt ante: ſed quater mille toto viciſſim e populo deſcripti vexillifero tribuantur. Deinde vexilliferum ipſum vna cum Prioribus publicis edibus collocandum eſſe dico: vt preſens querelas ciuium intueatur et ſentiat preſtoq̧ ſit reipublice neceſſitatib⁹: ne ſi domi ſedeat: aut mature intelligat: aut priuatorum interceſſoribus (quod hactenus factum ſcimus) illius opera retardetur. Tertium ⁊ hoc ipſum tunc pretermiſſum adiungo: ne quiſquam e potentioribus etiam ſi ſacrificio ſe contexerit: ad Prioratum ſumi poſſit: ne fauendi reis impediendiq̧ iuſtitiam habeat facultatem. Satis enim ſuperq̧ illorum potentia per ſeipſam oneroſa eſt: niſi inſuper publica poteſtate armetur. Ita legibus q̄ paſſim iacebant erectis: peniſq̧ acrioribus aduerſus potentes conſtitutis: iudicijſq̧ roboratis: ceſſare illos a tyrannide compelletis: vel certe ſi effrenes eſſe pergent: tamq̧ peſtiferam corporis partem ac ſanitatem minime recepturam / ferro igneq̧ exterminabitis: depoſita hac nimia ſuperfluaq̧ patientia que videntes ſentienteſq̧ vos in ſeruitutem redigit. Dixi fere que ſalutaria reipublice et ſimul nobis neceſſaria puto ad libertatem. Que ſi difficillima eſſent: ac magno labore magniſq̧ ſumptibus comparanda: tamen propter vtilitatem ſuaderem capeſſenda. nunc autem quum ſint facilia et in manibus repoſita veſtris: quis vſq̧ adeo diſſolutus erit: vt malit per iniuriam turpiter ſeruire: quā per ius ⁊ honeſtatem par ceteris foret. Maiores noſtri ne imperatorib⁹ quidem Romanis ſeruire ſuſtinuerunt: ꝗ ꝗ ⁊ titulum pretentibus ⁊ dignitate hominum ſeruitutem honeſtante: vos viliſſimis hominibus ſeruire ſuſtinebitis? Illi ſedes et vulnera et patrimoniorum iacturas ac infinitas pene cōtētiones pro dignitate et preſtantia ſubierunt: vos pre metu et ignauia quos vobis ſubeſſe decet: eos ſponte veſtra tyrannos vobis ſuperponitis? Nec pudet populum vnum .i. multitudinem tantam fortium virorum: que omnes finitimos virtute bellica ſuperauit: que mille hoſtiū perfregit cuneos eam domi reuerſam huius vel illius familie potentiā pertimeſcere ac deſpectum ſuperbiāq̧ illorum qui veluti iam mācipia premimini tam ignare perferre. Dicendi finem faciam: ne me longius abripiat impet⁹. Nā et obiurgare populū reuerētia prepedior: et hanc degenerem patientiā veſtram reminiſcens / equo animo preterire non valeo. Vos tantum queſo iam vt libertati veſtre ſalutiq̧ conſulatis.

§.III. Magno cum aſſenſu audi

ta eſt oratio: ⁊ laudauerunt omnes celſam viri preſtantiā. Ita inflāmatis cunctorum animis lex profertur cōtra potiores familias: q̄ ordinamēta iuſtitie vocitarūt propterea ꝙ vt quēadmodū ille ſubderent iuſtitie certa via et ordine conſtitutū eſt. Que vero forent potentiores familie aduerſus quas ferebatur lex: ſubinde exprimunt. Fuerunt intra vrbē duedequadraginta familie per eā legē adnotate: extra vrbē cōplures: que predijs ſuis cōſiſtētes: haud equa in ciuitatē cū imbecillioribus exercebāt. Poteſtas etiam Prioribus tradita alios ꝙ ſi videretur adnotādi. Ita perculſa nobilitate poteſtas ⁊ arbitriū reipublice ad populum rediḣt. Proximis deinde diebus comitijs Ianus ipſe legis Vexilli- authoriubēte populo ad prioratū aſſumitur. Is vna cum fer iuſti- collegijs vexilliferū iuſticie creauit: et in cōceſſum recepit. tie crea- Primus olim poſt hanc legē vexilifer iuſtitie fuit Baldus tur. ruffulus vir nequaꝗ ſegnis: ſed qualē illa prima tpa flagitabant ad reprimendos potentiores: authoritatēq̧ populi afferēdā. Hic nuntiata cede plebeij hoīs a ꝗbuſdā ex his familijs q̄ notate fuerant ꝑpetrata: confeſtim prodiens cū vexillo populares in arma excitauit: ſecutaq̧ multitudine edes Gallorum (ex ea nāq̧ familia erat que cedem fecerat) circumſtetit gentes et agnatos perſecutus homicide / exſ

torres patris egit: edes diruit: predia vaſtauit. Ex eo tātus terror iniectus eſt nobilitati: vt non iam minus formidarent populares: ꝙ ipſi fuerant quondam a popularib⁹ formidati. ¶ Conſtituta per hunc modum republica domi ad extremam quietam verſe mentes de pace cum Piſanis agere ceperunt. Fuerant enim Piſani iam longo tempore bello plus ꝙ dici poteſt afflicti: atq̧ ita vires eorum contrite vt diutius reſiſtere poſſe nequaꝗ viderentur. Sed ne nobilitas que bello clareſcere ſolebat: per occaſionem militie aliquid moliretur: ⁊ plebs nuſꝗ a reipu. cuſtodia abſcederet: pacem potius viſum eſt ꝙ bellum expedire: teneris adhuc legibus ⁊ ſtatu reipublice nondum ſolide ſtabilito. Legati duo ea de cauſa miſſi cum Piſanorum legatis Piſtorij conuenerunt. Difficilior eius pacis conuentio fuit: q2 ſocij omnes in primiſq̧ Lucenſes ⁊ Vgolinus Gallure iudex inde pacem longe improbabant: victoriam in manibus eſſe putantes: Sed peruicit Florentinorum voluntas: paxq̧ proximo dehinc anno perfecta eſt ſocijs omnibus eam pacem recipientibus: ne ſine Florentinis cogerentur bellum ſupra vires proprias ſufferre. Conditiones huius dicte receptēq̧ pacis fuere: vt Piſani Vgolinum Gallure iudicem ceteroſq̧ Piſanos ciues diuerſe factionis. qui tunc exulantes Florentinis Lucenſibuſq̧ ſe coniunxerant: in vrbem atq̧ in omnia ſua reciperent. Captiuos quotquot haberēt eius factionis ex ciuibus aut clientibus libere dimitterēt ac eſſe in vrbe morari ve paterentur equo iure cū alijs ciuibus. Menia ⁊ arcem pontis ad hiceram fluuium que nuper Florentinis abſtulerant: funditus euerterent. Guidonē Feretranum eiuſq̧ commilitones ⁊ ſocios Piſis dimitterent. Magiſtratū qui vrbi iuſtitieq̧ preeſſet biennio Piſani deligerent: non ex alijs ciuitatibus oppidiſue ꝙ que in ſocietate Florentinoꝝ Lucenſiūq̧ fuiſſent ad bellum Piſis inferendum. Additūq̧ eſt: ne exulem dānatumue eiectū ex his locis quēꝗ diligerent. Florentinis perpetua apud Piſanos importandis aſportandiſq̧ rebus mari terraq̧ immunitas eſſet. Si Guelfus et Lotthus Vgolini comitis filij quē fame necauerant / in federe adſcribi vellent: licere illis intra ſextum menſem id ſi facerent: eandem illis conditionē fore quam et Vgolino Gallure iudici: ceteriſq̧ eius factionis in reſtitutione vrbis ⁊ ſuarum rerum ſupra expreſſū eſt. Florentini vero reddere Piſanis caſtellum Petiole promiſerūt his ſeruatis. Pax certe fuit honorificentiſſima omniū et tanꝗ victis impoſite leges. Sed euenit Piſanis qđ in ancipiti malo plerūq̧ euenire ſolet. Ante fedus enim pericula belli proſpicientes: eaq̧ pericula formidantes pacem facere properarunt. Poſt fedus autem ictum ceſſantib⁹ iam belli periculis: pacis pericula ſolum intuebantur. Ex reuerſione enim exulū timebant ne noua ſeditio oriretur: et propter hoc Piſani differebant implere ꝓmiſſa. Quibus auditis Florentini miſerunt oratores ad Piſas ad ſollicitandū expeditionem eorum que conuenta erant inter eos: et totū eſt impletum.

Pacta pacis inter Florentinos et Piſanos.

§.IIII. Per idē fere tēpus ba

ſilica ſctē crucis in ea forma q̄ nūc eſt: edificari cepta eſt. Et notandum / ſecundum chron. Floren. ꝙ vſq̧ ad hoc tempus in preteritum / non claudebātur porte ciuitatis: nec gabelle exigebantur. Et communitas ipſa accepit iuriſdictiones in multis caſtellis ⁊ locis: que prius per ſe habebant iuriſditionem: vt ſunt Certaldum: Gambaſſium: Catignonum: Ferrarium: Guanguerecū. Mōcionum: Barberiſcum. Et in Mucello recepit multas poſſeſſiones: quas occupauerunt Vbaldini. Eo tpe accenſus ignis Florētie inter eccleſiam ſancti Petri ⁊ eccleſiā ſancti Simonis combuſſit triginta domos cum magno dāno inhabitantiū: nullo tamen moriēte ex eo. Et oratoriū ſancti Ioānis baptiſte cinctū eſt marmoribus vt nūc eſt per artē charismalem: quod prius circundatum erat lapidibus machinis. Et monumenta ac ſepulchra que circa ipſum erāt: remota ſunt ad maiorē ei⁹ decorem. ¶ Anno dñi milleſimo. cc. xcij. factū fuit prelium magnū in mari inter Guaſcones qui erant de iuriſdictione regis Anglie: et Northmannos qui ſunt de dñio regis Frācie. In quo Northmanni ſuperati ſunt. Northmanni itaq̧ ipſi querelam ſuper eo expoſuerunt regi Francie. Rex aūt Francie legationem miſit ad Eduardū regem Anglie vt ſatiſfacere mādaret Guaſconib⁹ de dānis illatis ſuis Northmannis: aut perſonaliter ad eum accederet ad preſtandum homagium ſibi de dicta prouincia Guaſconie. Quod ſi non obediret intra certum terminum ei ſtatutum: ipſe rex cum conſilio ſuo priuaret eum dicto ducatu. Eduardus autem vt magni animi dedignatus eſt perſonaliter ipſe accederet ſed loco ſui miſit germanum ſuum dñm Amundum: qui faceret dictum homagium: ⁊ vt ſatiſfaceret leſis de dānis receptis.

ceptis. Rex autē Francie noluit hoc acceptare/vt occaſionem ſumeret ſibi vſurpandi Guaſconiā diu ab eo peroptatam. Et propter hoc ſecuta ſunt multa ⁊ dura prelia inter eos: plurimis ibi occiſis ex vtraq̃ parte et multa ſubſtantia conſumpta. Miſit autem rex Francie Carolū fratrem ſuum in Guaſconiā cum copijs ſuis: qui in deditionem accepit Burdegalā ⁊ alias ciuitates ⁊ caſtra in Guaſconia: et in mari etiam parauit magnam claſſem.

De celeſtino quinto papa/⁊ Bonifacio ſucceſſore ſuo viro ſapientiſſimo ⁊ magnanimo/et diuerſis bellis Flādreſ. contra F[illegible]ncigenas/⁊ econuerſo. Caplm. viij.

Poſt longam vacationem

Romane ſedis. ſ. per duos annos et tres menſes vt dictū eſt: demū anno domini. M. ccxciij. Ab initio mundi quinquies. M. cclviij. ſecundum aliam computationē ſexies. M. cccccxciij. menſe Iulij exiſtentibus cardinalibus in conclaui Peruſij: ⁊ arctatis ſecundū ordinationes eccleſie ad prouidendum eccleſie de paſtore: in hoc conuenerunt nō eligere aliquē ex collegio cardinalium ſed elegerunt canonice quēdam ſanctū virū religioſum vocatum fratrem Petrum de morone de Abrucio: qui eremiticam vitam tenens vitā valde auſterā agebat. Qui ob maiorem mūdi contemptū quum plura monaſteria inſtituiſſet religioſorum: ſolitudinem diligens habitationē ſibi elegit in montibus Moronis ſupra Sulmonē. Hic ergo electus acceptata electione: vt eccleſie in tanta neceſſitate non deeſſet: Peruſium adueniens ibi coronatus eſt: ⁊ vocatus Celeſtinus q̇ntus. Hic in menſe Septēbri ſequenti intendens ad reformationem eccleſie/duodecim cardina

Celeſtinus q̇ntus papa. les creauit: pro maiori parte vltramontanos ad inſtātiam (vt dicitur) Caroli regis Appulie et Sicilie. Profect⁹ aūt cum curia ſua Neapolim cum magno honore receptus eſt a Carolo rege. Sed quū hic nō eſſet perit⁹ licet ſctitate ornatus pōpe mundialis inimicus: iā ſibi perſuadebatur a cardinalibus ⁊ a rege: vt ex quo nō poſſet proficere eccleſie in reformatione eius propter malitiā tēporis: vt nō dicaȝ hoīm: q̇d fuerat intentū in ſua promotione: papat⁹ cederet. Ipſe etiā vt humilis cernēs ſe nō ſufficientē ad tantū on⁹: appetebat ſarcinā illā grauiſſimam deponere: vt ſibi ſoli et deo vacaret. Inter ceteros aūt cardinales vnus erat vocitatus dñs Benedictus Caietanus: qui erat multum literatus: in agibilibus mundi ſagax ⁊ expertus: qui multū videbatur anhelare ad illius ſummi preſulatus honorē: ⁊ iā cū Carolo rege ⁊ cardinalibus hoc tractabatur. Sciens igit̃ deſiderium pōtificis de renūtiatione: ſuaſit ei vt anteq̃ ad hoc procederet: ⁊ ad tollenda ſcādala q̃ poſſent contingere: prius faceret conſtitutionē qua declararetur ꝙ Romanus pontifex poſſet quū vellet pro ſalute ſua cedere papatui et renuntiare: exēpluȝ inducens Clemētis pape: qui creatus pōtifex a beato Petro renūtiauit papatui: ne illud in conſequentiā ⁊ exemplū duceretur: vt per voluntatē ⁊ electionem preceſſoris ſucceſſor in dignitatib⁹ eccleſiaſticis inſtitueretur. Unde Linus poſt petrū ſedit: ⁊ poſt Linum Cletus: poſt quē electus Clemens tunc ſedē accepit. Placuit

Papam ſummo pontificatui poſſe renūtiare decernitur. hoc Celeſtino: ⁊ decretū ſuper hoc edidit: q̇d habetur extra de renū. libro. vj. vbi dicitur Bonifacius. Quoniā aliqui curioſi diſceptantes de hijs que non multū expedit: ⁊ plura ſapere ꝙ oportet cōtra doctrinā apoſtoli temere appetentes: in dubitationē ſolicitā: an Romanus pontifex maxime quū ſe inſufficientē agnoſcit ad regendā vniuerſaleȝ eccleſiam ⁊ ſummi pōtificatus onera ſupportāda renūtiare valeat papatui eiuſq̃ oneri ⁊ honori: deducere min⁹ prouide videbantur. Celeſtinus papa q̇ntus preceſſor noſter dū eiuſdem eccleſie regimini preſidebat: volēs ſuper hoc heſitationis cuiuſlibet materiam amputare: deliberatiōe habita cum ſuis fratribus eccleſie Romane cardinalibus (de quorū numero tunc eramus) de noſtro ⁊ ipſorū omniū cōcordi cōſilio et aſſenſu: authoritate apoſtolica ſtatuit ⁊ decreuit: Romanū pontificem poſſe libere reſignare. Nos igitur ne ſtatutū hmōi per temporis curſuȝ obliuioni dari aut dubitationem eandē in diſceptationē recidiuam deduci contingat: ⁊ inter conſtitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrū noſtrorum conſilio ducimus redigendam. Facta igitur predicta coſtitutione in feſto beate Lu

tinuos: alienigene vero vndecunqȝ venientes per quinde-
nam: contriti et confeſſi plenariam indulgentiam obtine-
rent ꝛ remiſſionem peccatoꝝ. Et ad conſolationẽ peregri-
norum ꝛ maiorem deuotionem in eis excitãdã: omni ſexta
feria ꝛ die ſolẽni oſtendebatur publice omni populo vero-
nica ſeu ſudarium ſaluatoris in eccleſia ſancti Petri. Ex
omni aũt natione que ſub celo eſt fideliũ ꝛ mares et femi-
ne ad eam indulgentiã profecti ſunt: adeo vt cõiter dicat̃: ꝛ
ꝙ ſine Romanis ſolũ ex peregrinis ducenta milia holȝ eſ-
ſent per totum illũ annuȝ in vrbe: ſine his qui erant in via.
Et ſatis copioſe prouiſum eſt de victualibus ꝓ hoĩbus et
iumentis vnde magnus theſaur⁹ obuenit eccleſie ex obla-
tionibus ꝛ alijs modis. ꝛ Romani ipſi locupletati ſunt ni-
mis ex fructibus ſuis venditis.

§. XII. Eo tẽpore circa. M. ccc.

dñi annum: quum ciuitas Tuſcie Piſtorienſis eſſet in feli-
ci ſtatu tẽporali: ꝛ magnis diuitijs ſm ꝓportionem ſuã in-
craſſata ꝛ impinguata dilatata eſt tantum per ambitionẽ
ꝙ ſciſſura ei⁹ ſecuta eſt. Erat eniȝ in ea q̃dam familia ꝛ pro
genies que dicebatur Cancellariorum: que adhuc ꝑmanet
non tamen tunc multum antiqua: que originem habuit a
quodam ciue eiuſdem municipij vocato Ser cancellarie
mercatore quidẽ: q̃ multas coacernauit ſibi diuitias: et
forte ex fenore: cui olim dedita fuit ciuitas Piſtorienſis.
Hic quidem ex duabus vxoribus quas ſucceſſiue habuit:
multos filios ſuſcepit: qui abundantes diuitijs ꝛ ſapientia
mũdi diuites effecti ſunt. Ex his filijs filiorũ ita multipli-
cati ſunt: vt centenariũ impleret numerũ generatio illa.
Diuites ĝ potentes: ꝛ in armis exercitati/ ꝛ magni valoris
ſicut quilibet familia Tuſcie. ſed proſperitas ſtultorum ꝑ-
ſtauit illos. Quia enim inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia
ꝛ lites: ſuggerente diabolo qui eſt rex ſuper omnes filios ſu
perbie: orta eſt indignatio ꝛ cõtentio inter filios prie vxo-
ris Ser cancellarij: ꝛ filios natos ex altera: adeo ꝙ rixan-
tibus eis adinuicem vnus vulneratus eſt: etſi non grauj-
ter. Nati autem ex vna matre ſe nuncupauerunt Cancella
Cãcella rios albos: orti ex altera vocati ſunt Cãcellarij nigri. Quũ
rioꝝ Al autem qui vulneratus fuerat / eſſet ex parte illa que dicebã
boruȝ ꝛ tur Cãcellarioꝝ alborum: altera pars ſcilicet nigrorum/ vt
Nigroꝝ pacem cum alijs haberẽt ꝛ concordiã: miſerũt eum qui vul-
factio. nerauerat ad Cancellarios albos: vt ex eo vindictam et ſa-
tiſfactionem acciperent: veniam poſtulãtes. At albi vt ſuper-
bi ꝛ ſceleſti ſine miſericordia hanc exercuerunt vindictam
vt manum abſcinderent vulnerantis. Ex qua re ita egre tule
runt nigri tantã crudelitatẽ ꝙ ira tranſiuit modum: ꝛ cauſa-
uit inimicitiam capitalem. Multaqȝ homicidia inde ſecuta
ſunt in vtriſqȝ partibus. Denique tota ciuitas diuiſa eſt

Piſtorienſis: aliquibus adherētibus Cancellarijs albis: aliquis vero nigris fauētibus. Nec ſolū Piſtoriū: ſed pene
totam Italiā infecit diuiſio iſta: vt patebit. Florētini timē-
tes ne ex hac mutua ptiū impugnatione in Piſtorio pars
Guelfa que tunc regnabat/in detrimentum abiret: conati
ſunt vt mediatores/componere pacē inter illos. Et de volū
tate Piſtorienſium ſumpſerunt iuriſdictionē ſuper eos t ar
bitrium iudicandi. Ij ergo et Florētinis quibus fuit datū
iudiciū: auditis partibus: decreuerūt ad ſanandū morbum
illū vtrāq3 partē e ciuitate mittere: t in Florētia collocare
ad tēpus. Et pars illa Cācellarioꝝ nigroꝝ habitationē aſ-
ſumpſit vltra Arnū fluuiū apud Freſcobaldos: albi vero
in corbocio Arnū iuxta familia Circuloꝝ cū quibus habe-
bant affinitates. Sed ſicut morbida facta pecus totū cor-
Alboꝝ rumpit ouile: t modicū fermentū totā maſſam corrumpit:
t nigro ita zizania iſta Piſtorienſis ſata Florētie in modico tpe imple
rum fa- uit totā vrbē: vt familia vix inueniret nobiliū: in qua ortū
ctiōib9 nō eſſet ſemen illud peſſimum. Et in vna t eadem progenie
inficiū- pars vna ſectabat albos: alia nigros. Et ppl's etiā in eandē
tur Flo diuiſionem concidit. In eo igit languore nō ſolū medicina
rentini. appoſita infirmitatē illā peſtiferā curare nō valuit: ſed me
dicantes Florentinos vt morbus contagioſus omnes infe-
cit: vnde multa t grauia mala proceſſerunt.

§. XIII. De diuiſiōibus rixis t

ſeditionibus ortis Florētie. Quū eo tēpore ciuitas illa flo
reret potentia t diuitijs t nobilitate ſtirpium: adeo vt ciui
tas ipſa Florentina triginta milia hominū in ſe cōtineret
aptos ad arma: t diſtrictus eius. lxx. milia: tanta proſperi-
tate abuſi: humiliati ſunt in laboribus ſuis t emulatione
t ſimultate orta inter eos. Ex diuiſione Alboꝝ et Nigroꝝ
Floren- Piſtorienſium ſumpſerunt initiū. vij. inter familias ciuiles
tini. diſcordie. Inter quas principalior inter Circulos t Dona-
tos: vt notabiliores tūc familias. t Circuloꝝ familie caput
erat dn̄s Uerius eiuſdē ſtirpis: alterius dn̄s Curſius de fa
milia Donatoꝝ. Hi ergo Circuli t Donati traxerunt poſt ſe
quaſi totā ciuitatē. Et Circuli quidē caput fuerunt Alboꝝ
Florentie: quibus adheſerunt familia quaſi tota Adimaꝝ/
exceptis Cauicaulis/domus tota Abbatum familia tūc ma
gna t potens: t pars eius Guelfa erat: pars Gibellina. Si-
militer t tota progenies Moꝛoꝝ tūc potentium. Oēs etiā
de Maleſpinis t de Cauelcātibus t de Falconerijs: que fa
milie tunc erant t copioſe t potentes. Sed et de alijs ſtirpi
bus notabilibus. ſ. de Toſingis/de Bardis/de Boſſis: d̄ Fre
ſcobaldis: de Nerlis: Manellis/de Scallis et Gerardinis:
de Boſtichis: Giandonatis t Pillis: Uechiectis t Atrighu
tijs. Altera vero pars predictarum familiarū ſectata eſt Ni
gros: quorum caput erat dominus Curſius de Donatis:
quorum Donatorum ſequaces fuerunt ex toto familie de
Pazzis cum Donatis/de Biſtominis/Manerijs/Bagnenſi
bus: Tornaquincijs: Spinis: Buondelmontibus Ganfilia
zijs: Alleis t Brunelleſchijs: t omnes alij partium Guelfa-
rum. Multe etiam domus popularium t artificum et Gi-
bellinoꝝ Albis fauebant magis: t ſequelam magnam ha-
bebant circuli Albi magis q̄ Nigri Donati. Ideo regimen
t gubernatio ciuitatis erat quaſi in manibus eorum. His
partialitatibus que pceſſerunt ex Albis t Nigris Piſtoriē
ſium: infecta eſt nō ſolū Florentia/ſed t Tuſcia t fere Ita-
lia: t ſeinuicem mordentes ſeinuicē conſumpſerunt/ſꝫ ver
ba ſaluatoris dicentis. Omne regnū in ſeipſum diuiſum de
ſolabitur: t domus ſupra domum cadet. ¶ Interea in ciui
tate Eugubina pars que ibi erat Gibellinorum: cum adiu
torio Aretinorum Gibellinorum Marchie ordito in tractu
ſtatu per proditionem expulerunt Guelfos de ciuitate mē-
ſe Maij multis occiſis. Sed ſequēti mēſe Guelfi ipſi eiecti
cum copijs Peruſinorum vice verſa ingreſſi: viriliter extra
Piſtoriē ciuitatē Gibellinos propulerunt cū damnis t interitu plu
ſes. rimoꝝ. ¶ Ea tēpeſtate in Piſtorio qui de parte Alba erāt
fauore Florentinorū qui Florentiā tunc gubernabant prin
cipaliter: expulerūt de ciuitate Piſtorij eos qui de parte Ni
gra erant: deſtruentes domos et poſſeſſiones eorum.
Lucen- ¶ In ciuitate vero Lucenſi ex dictis mutationibus pris
ſes. Albe t Nigre familia q̄ dicebatur de Terminellis cū ſuis
ſequacibus adherentes parti Albe t habentes adiutorium
a Gibellinis t Piſanis: exiſtimantes ſe poſſe Nigros expel
lere de Luca: ſicut fecerant Albi Nigros de Piſtorio occi-
derunt dn̄m Obizum de Obizis. propter qd̄ populus ad ar
ma cucurrit: t pars Nigra cum Guelfis potentiorem ſe vi-
dens Albis: facta ſeditiōe t bello ciuili expulit de luca Ter
minellos: poſſeſſiones eorum deſtruendo: t igne combururen
do domos eorum. ¶ Circa id tempus Genuenſes pacem fe
cerunt cum Grimaldis t eorū exulibus Guelfis t rege Ca-
rolo: qui exules ipſos iuuabat: occupātes caſtellum qd̄ di-
citur Monachūt: ex hoc mouebāt bella eis. Reuocati er-
go ſunt exules in ciuitatē ex pactis pacis: t reditū eſt Ge-
nuenſibus caſtrum id. ¶ Inter Ueronēſes etiā t lp̄m de-
tento tunc fuit durū belliū: in quo prelio Ueronēſes fuerūt Uoronē
profligati t deuicti. Et pauló poſt obijt dn̄s Albertus de ſes.
ſcala magnus tyrānus in Lōgobardia. Cui ſucceſſit in do-
minio ſeu tyrānide Uerone ciuitatis/dn̄s Canis. Sꝫ ante-
q̄ moreret: fecit milites filios ſuos: licet paruulos. In pro
ceſſu poſtea tēporis inter ſe rixantes/vt mus t rana: milit9
dominij Uenetoꝝ eos accepit dominans ipſis.

§. XIIII. Poſt aliqua incidētia

relata proſequendo. Diuiſione orta inter Circulos t Do-
natos ex partialitatibus Alboꝝ t Nigrorum: vt ſcribit leo
nardus in hiſto. Floreñ. Circulorū quidem familia erat ad
pacem aptior. trāquilli hoies maximis preditis diuitijs: ci
uili moderatione t innocentia. Donatis aūt vetuſtior no-
bilitas: t mediocris opulentia: belli aptior natura q̄ pacis
artib9. His cōtinētibus quū tota ciuitas diuiſa eſſet t cla-
deſq3 inde prouentura haud dubie timeretur: veriti duces
Guelfarū partium ne ob hanc diuiſionem inter ſuos hoies
coortam Gibellinorū factio in ciuitate reſurgeret: ad Boni
facium pontificē cōfugerunt: mōſtratoq3 periculo flagita-
runt vt huic naſcenti malo auctoritate apoſtolica occurre
ret. Pōtifex intellecta re: Uerium circulum principē ei9 fa
milie ad ſe vocatū multis verbis cohortatus eſt: vt depoſi-
ta cōtentione in gratiā rediret cū Curſio Donato principe
familie Donatorū. Neq3 eū dubitare ſe reconciliata inter
eos gratia/exteros quoq3 fore ſecutores. Ad hec multa li-
cet pollicitus flectere hoiem nequiuit: aſſerentem ſe aduer
ſus neminē prorſus inimicitias exercere. Ita per Uerium
ſtetit quominus res interuentu pontificis cōponerent: qd̄
ad magnū ſibi erratū plerīq3 imputarūt. Mentē certe pō-
tificis nō mediocriter offendit: preſertim quum aduerſari9
eius Curſius paulo ante hoc ip̄m a pōtifice rogatus ſe to-
tū in poteſtate ſua reſpondiſſet futurū. Simultatibus igit
indies creſcētib9: forte fortuna primis kal. Maij iuuenes
vtriuſq3 familie per vrbem de more equitabant: comitatū
habētes equalium t amicoꝝ equitū circiter tricenos. Quū
in area que eſt ad trinitatis edē: mulierū choreā feſtū diem
celebrantiū inſpecturi vtriq3 cōſtitiſſent: t torue ſe conſpiciē
tes primo: mox qr mixtis erāt equis alteri alteros vrgētes
rixa tandē exoritur: t gladijs aperte geritur res: t quedam
vtrinq3 inferuntur vulnera: vni etiam Circuloꝝ Recoue-
rino illi nomen fuit/in ea rixa naſus abſcinditur. Fit ſubito
cōcurſus hoim alterutris fauentiū nō ſine tumultu t trepi
datione ciuitatis: egre q3 tandē pugna dirimit. Natis hinc Circulo
iam grauioribus odijs: armata pars vtraq3 lōgis agmini- rū Albo
bus p vrbē incedebat: t tota ciuitas erecta ac ſolicita gra- rū/t Do
uiſſimo in metu verſabat. His de cauſis pontifex nō vltra natorū
cunctandum ratus: legatū ſuū Florentiā miſit Mattheum Nigroꝝ
Oſtiēſem. Is quū vrbē intraſſet: liberū ſibi arbitriū tradi cōflict9.
poſtulauit: quo rēpublicā ſtabilire: ſimultateſq3 tollere cō-
modius poſſet. Circuli t factio eoꝝ per illa tēpora multum
in republica preualebāt. Itaq3 veriti ne volūtas legati ad
uerſarios inclinaret: operam eius in cōſtituenda republi-
ca aſpernati ſunt. Itaq3 decedens vrbe legatus interdicto
illam ſubiecit. Secute deinde grauiores cōtentiones. Nā
haud multo poſt quū pars vtraq3 armata funeri mulieris
nobilis adeſſet: t ex contraria regione ſe minabundi aſpiciē-
tes: gladios ſtringere ac inuadere alterutros voluerunt. Ob
eam rem animaduerſam trepidatio exorta eſt multitudini
que ad funus cōuenerat: t fuga paſſim per vrbē facta. Ipſi
tamē illo loco nō depugnarunt: ſed interuētu ſeparati di-
uerſis vijs domos ſuas rediere. Circuli ea die concurſu fa-
ctionis ſue adiuti donatos inuadere ſtatuerūt. Et aderāt
ceterarū familiarū hoies: qui nuper vna cū illis ad trinita
tis edē aut vulnerati fuerāt aut grauiter offenſi. Ij non clā
neq3 per inſidias: ſed quaſi iuſtā ad pugnā pfecturi equis
cataphratis inſidentes: peditū multitudine circūfuſa Do-
natoꝝ edes adierūt. Illi vero audita vi/que cōtra ſe para-
bat: apud Curſij edes cōuenerant t acciuerāt amicoꝝ ma-
nū. Factoq3 armatoꝝ globo: venientes aduerſarios nō inui
ti expectabāt: cōſiſi precipua Curſij virtute: cui9 tanta erat
cōſtantia t magnitudo animi: vt eo preſente aduerſariorū
alios oēs facile ſe arcere poſſe arbitrabātur. qd̄ t plane ac-
cidit. Nā vbi eo peruenerūt aduerſarij: ac magno clamore
faces t arma inferre ceperunt: ruens nō minori impetu in
eos Curſius/aciē peruementiū perfregit: multiſq3 vulneri-
bus reiectos terga vertere ad extrema coegit. His ergo et
huiuſmōi crebro emergentibus ciuitas tota erecta: ſuſpitioni-
bus rumoribuſq3 obnoxia erat. Crimina vero t delicta in-
terdum vindicabat interdū etiā multitudine delinquentiū

ſubſiſtebat. Circuli tū eaq; pars qui Albi vocabant᷑: longe plus poterāt in republica. Priores eñi ⁊ magiſtratus pluri mum ex illorū numero legebātur: idq; aduerſarij grauiter ferētes ac ſepius inter ſe queſti: demū cōſultandi gratia in ede triuitatis cōuenerūt. Interfuerūt ei cōcilio quidam e ducibus partiū optimarum. Ibi multis dictis agitatiſq; ſumma cōſilij tādē fuit pōtificē adire: poſtulareq; vt principē aliquē regij generis Florentiā mittere curaret ad ſtatū ciuitatis cōponendū. Id conſiliū qꝫ priuatim erat habitum de republica cōfeſtim eſt reſcitū. Diuerſe factionis homines carpēdo atq; indignādo ad magiſtratū quaſi conſpirationem aduerſus rēpublicā libertatēq; populi initā detulere. Ipſi vero per ſpēciē imminētis periculi ex agro cliētelliſq; armatoꝝ ingentē numerū cōtraxerūt. E cōtrario vero alia factio ſeſe muniera᷑: ⁊ collecta armatoꝝ manu q̄s e predijs agroq; reuocarat: magiſtratus prioreſq; adiēs minabunda reclamabat. Quū igit᷑ illi cōſpirationē initā contra rēpublicā: hi aūt vim ⁊ arma publice cōtra leges ſumpta clamitarēt: ⁊ vtraq; armata magiſtratib⁹ minaret᷑: confuſio erat ⁊ dedec⁹ in republica: neq; leges/neq; pudor aliquid valebāt: Erat per id tēpus in numero Prioꝝ Dantes poeta: qui offenſus cōſilio illo qꝺ de euocādo principe aliquo in vrbē habuerāt: quū id plane ad euerſionem libertatis exiſtimabat pertinere: in diuerſam partē inclinare ferebat᷑. Qꝺ aūt ingenio ⁊ eloquētia inter collegas eminebat: volūtatē eius vniuerſi nutūq; oēs maxime ſpectabant. Is igitur hanc deformitatē labemq; reipublice abominatus: cōmotus etiā minis que cōtra Priores iactabant᷑: collegis ſuadet vti animos capeſſant: populūq; ꝓ libertate ac tutela reipublice in arma excitēt. Eo facto quū ꝑncipes vtriuſq; factionis ponere arma cōpuliſſent: tumult⁹ authores deijciendos vrbe amouendoſq; cenſuerūt: quaſi eoꝝ preſentia tranquillitas reipublice turbaret᷑. Ergo Curſius Donatus quem principē cōſilij fuiſſe: ⁊ poſtea ſtipatū armatorum caterua ꝑ vrbē inceſſiſſe: Prioribuſq; cōminatū fuiſſe conſtabat: publicatis bonis in exiliū agit᷑. Ceteri vero eius factionis pecunijs mulctari ad tēpus releganr᷑: Fuerunt aūt hi Simbaldus Donati Curſij frater: Rubeus Toſar: Bacchinotthus Patzius: Serius Spina. Hi oēs equites per eam tempeſtatē inſignes: ac de numero eorū qui Nigri dicebantur: in agrū Peruſinū relegati ſunt: conſiſtere illic iuſſit donec a pp̄lo vocarent᷑. Ex altera vero factione mulctati pecunijs relegati fuerūt: Gētilis ⁊ Torrigian⁹ Circuli equites ⁊ cognati quidē eius familie. Baſcherius toſa: Baldinaccius Adimar ⁊ quidam alij. Hi Serezanā eodē modo ire iuſſi: ⁊ reuocationē populi expectare. Ceterū hec pars cito reuocata eſt: ſub pretextu grauioris zeli. Ex quibus Guido Caualcantes vnus ex eis morbo grauatus interijt haud multo poſtq; reuerſus eſt: vir philoſophus: ⁊ imp̄rimis bonarum artium ſtudijs per ea tēpora eruditus. Curſius autē poſtq; vrbe aufugit: nullū intermiſit tēpus: quin ad pontificem ſe cōferret: vt ea q̄ cōſultata fuerūt ſedulo adimplere᷑t. Ubi vero ad pōtificē ꝑuenit Bonifaciū: inſtādo atq; rogando illius mentē incēdere nō ceſſabat. Et erat facundus vir: lete ⁊ hilari fronte: ⁊ in tractādis agēdiſq; rebus admodum ſagax: His artibus tandē effecit: vt pōtifex ad rem Florentinam emendandā mentē animūq; cōuerteret. Quū itaq; Siciliam: q̄ cōtra Romane ſedis voluntatē ab Aragonenſib⁹ occupabat᷑: recipere pōtifex ſtatuiſſet: ⁊ in Hetruria quoq; multa forent emendāda: Carolū Valeſianū regis Francie fratrem euocare in Italiam perrexit/multa ꝓmittēs atq; oſtētans quo ille venire nō cūctaretur. Hec eo anno foris domiq; geſta ſunt. Proximo dehinc anno. M.ccci. videlicet Piſtorienſes adiuti ab ea parte que Florētie preualebat: Nigros expulerūt vrbe: domoſq; eoꝝ diruerūt. Author nouarum rerū Piſtorienſibus fuit Andreas Gerardinus eques Florentinus Albarū partiū. Eamq; Piſtorij factionē quide cōplexus arma corripere iuſſit. Mox vocatis aduerſarijs quum illi metu armoꝝ deterriti non parerent: domos ſuccendit ⁊ diruit: bona diripuit: atq; hoſtes iudicauit.

Dantes poeta.

Circulorū ⁊ Donatorū primores exilio mulctātur.

Carol⁹ Valeſi⁹ in italiā accerſitur a pōtifice.

§. XV. Anno vero dñi eodem

ſcꝫ. M.ccci. circa kal᷑. Septēbris: fulgor quē cometē dicūt in celo apparuit. Nec multo poſt aduētus Caroli Valeſiani in Italiā ſecutus eſt. Qui quū ad Bonifaciū pōtificē tunc Anagnie cū curia reſidentē: magno procerum comitatu veniſſet: receptus ab eo ſplendide ac titulis honeſtatus: magnam ſpem attulerat rerū preclare gerendarū. Ad Siciliā igitur inuadendā apparatus fieri placuit: quo ꝓ primo vere in eam traijcerent. Interea vero dū hyems obſtat: ad pacādam Florentiā a pontifice miſſus eſt. Is ergo quū Romam peteret: ac inde Florentiā venturus nuntiaret᷑: varie conſultationes ab ijs qui reipublice gubernacula tenebāt habite ſunt. Uarie inſuper cure vt magis ac magis appropinquabat ſuſcepte. Erat omnino huius aduētus toti factioni eorū qui Albi dicebant᷑ moleſtiſſimus. Nā pulſis aduerſarijs eoꝝ authoritate reſpublica nitebatur: ⁊ nihil innouari cōducebat. Sed cōtra impellebat pontificis ſimul ac regie domus authoritas: quib⁹ obuiare ac reſiſtere: ꝑſertim eos qui Guelfos ſe haberi vellent inter nefaria putabatur. Et accedebat perhumana Caroli pollicitatio: qui nō niſi commodum ⁊ pacē eoꝝ ipſorū hoc aduētu ſuo querere affirmātis. Quibus tandē adducti qui rēpublicā tenebāt: recipiēdum in vrbē conſuluerūt. Ingredienti deniq; honores magnificos ſolēneſq; impenderūt: magiſtratibus obuiā eūtibus: ⁊ iuuētute ludicra equoꝝ haſtiliūq; exhibēte. Ingreſſus eſt aūt Florentiā die ipſo kal᷑. Nouembris. Nec multo poſt cōcionē petēs adſtātibus magiſtratib⁹ ⁊ populi multitudine: ſe pacis cauſa veniſſe confirmauit: id quo perficere poſſet liberam ad hoc poteſtatē ſibi per populum concedi oportere. Poſtq; id quoq; ꝓmiſſum eſt: iureiurando edixit ſe recte pacate ſine cuiuſq; iniuria poteſtatē illā habiturū. Sed illo mox e concione abeūte publica poteſtate ſuſcepta: milites eius armati prodierūt: quū in ipſo vrbis ingreſſu alijſq; ſuperioribus diebus inermes circa ſe habere conſueſſet. Ea res preſertim repentina ⁊ inſueta ſpeciē tyrānimagis prebuit q̄ principis. Itaq; ſuſpitionibus cohortiſtur cōfeſtim ad arma: maxima pars populi ad nobilitatem ⁊ plebem. Magna erat diſſenſio ⁊ mirifica quedam voluntatum ⁊ opinionum confuſio: alijs mutationē reipublice optantibus: alijs formidantibus. His curis anxij/neq; ducem neq; propoſitū certū vllum habebāt. Quum in hoc tumultu ciuitas eſſet: Curſius Donatus cum aliqua manu ad vrbem acceſſit. Ingreſſus noua menia quū veterū muroꝝ portas clauſas obſerataſq; offendiſſet: circundata vrbe ad Feſulanam portulam venit edibus ſuis vicinam. Quum fores perfringeret: amici eius re cognita cōcurrerūt: portaq; intus refracta gratulabundi ſuſceperunt. Ille poſtq; igreſſus eſt: cumulata ſuorū manu ad Priorū edes profectus: diuerſe factiōis qui erāt cōfeſtim magiſtratu publico deturbat: exutoſq; poteſtate in priuatā redigit formam. Carolus vero dū hec agerētur: milites ſuos apud ſe continuit: neq; ob ea que nuntiabantur vnq; commotus eſt. Non quū portas effringi: nō quū Priores pelli: nō poſtea quum totam vrbē incēdijs rapiniſq; miſceri ſentiret. Nā poſt Priores eiectos: eadē illa manus que Curſiū ſecuta fuerat: per ſe iam ipſa ſuo motu per vrbē diffuſa: cedes ⁊ incendia pluribus locis perpetrauit. que patiendo Carolus totam rem cōpoſuiſſe creditus eſt: nō ſine graui querela eoꝝ quibus paulo ante pacem quietēq; iurauerat. Eadē quoq; clades ꝑ agrū vagata latius: a nullo genere maleficij temperauit. Crematę locupletum hominū ville: homicidia plurib⁹ locis facta rapinis ⁊ vulneribus oīa fedata. Poſt aliquot dies poſita ſunt arma: ⁊ noui Priores ſubinde creati: qui reliquū temporis adimplerent. ¶ Per hoc idē tēpus legat⁹ de quo. ſ. diximus Florentiā rediit. Eo authore ⁊ adiutore pax facta eſt inter Circulos ⁊ Donatos aliaſq; familias vtriuſq; factionis. Conati deinde legato gubernationē reipublice cōmunem vtriq; facere. Curſius ⁊ ij qui cū illo ſentiebant: et ob recentē reditū plus poterāt: parere legato in ea re noluerunt. Itaq; vti prius Alboꝝ: ſic poſtea Nigroꝝ facto offenſus vrbem interdixit atq; abiuit. qua legati aſperitate etiā prius inter familias cōpoſita viſa ſunt irritari. Itaq; nec priuata quidem pax inter publica durauit odia. Nā haud multo poſt Simon adoleſcens Curſij filius Nicolaum Circulum equitē rus iter facientē ſecutus: nō lōge a porta Caſentinati via inuaſit. Erant vtrinq; comites aliqui: et pugnatum eſt egregie ab vtriſq;. Tandem pugne hic exitus fuit: vt Nicolaus interficeret᷑: Simon vero accepto letali vulnere proxima nocte expiraret. Ob hec facta quū rurſus odia grauiſſima ſuſcitata eſſent: ⁊ in peius quotidie laberentur res: ſtante adhuc in vrbe Carolo: ſumma tandē calamitas in apertū prorupit. Quidā enim principes diuerſe factionis contra ſtatū reipublice cōiuraſſe dicebant᷑: ⁊ Petrū quēdam Ferrantis vnū ex proceribus Caroli ad res nouādas magnis pollicitationibus pellexiſſe. Horū ſigilla proferebantur: pacta cōuenta legebantur. Rem tamen plerīq; cōpoſitam fictāq; putauerunt. Alij inuitatores deceptoſq; Gallo exiſtimabant fuiſſe. Ob eam cōiurationem ſeu fictā ſeu veram tres nobiliſſimi ⁊ potentiſſimi ciues in periculū vocabantur: Baldinaccius Adimar: Nicolaus Gerardin⁹: ⁊ Baſcerius Toſa. Tangebat quoq; ea ſuſpitio Uerium Circulū ac ceteros eius familie hoīes: quoꝝ opere et conſilio id factum ꝓmiſſumq; fuiſſe inimici iactabant. Ii oēs ad magiſtratum vocati: quū aduerſarioꝝ metu parere non auſi profugiſſent ex vrbe: abſentes damnati ſunt. Nec poſt hoc

Carol⁹ rerū cōponēdarū gr̄a florētiā ſe ꝯtulit.

Curſius Donat⁹ florētiā hoſtiliter igreditur.

Albi ſuſ[illegible] exiguntur.

[illegible]

modus aliquis fuit in dānandis pellendiſq; ciuibus diuer
ſe factionis boniſq; eoꝝ vaſtādis. Per hec ipſa tēpora Dā-
tes poeta in exilium actus eſt ob eam quam ſuo Prioratu
Dantes poeta.
contraxerat inuidiam: cuius ſupra mentionē fecimus. Erat
autem per id tēpus ad pontificem orator concordie gratia
miſſus. Sed mox nouis exortis rebus: pulſiſq; ex vrbe ciui
bus eiuſdem factionis: quū ipſe reus poſtularetur: abſens
dānatus eſt. Demumq; eius direpta predis ⁊ vaſtata. Qui
Albas ſecuti erant partes per hunc motum pulſi exularūt
Carolus quinq; menſibus Florentie cōmoratus tandē ab-
ſceſſit in Siciliam tranſiturus. ¶ Proxima dehinc eſtate
Florentini ⁊ Lucenſes coniunctis in vnū copijs. Piſtorium
obſederunt: q; nuper pulſis vt docuimus aduerſarijs / Albi
dūtaxat vrbem tenebant: ac eo Lucēſium Florētinorumq;
exules magno ſe numero contulerant. Dum circa Piſtoriū
eſſent Florentinorū copie: manus quedam exulum ſupio-
re Autūno bellū tumultuoſius commouit: quo non vicina
modo: verū etiā remotiora infeſtabantur loca. Ob eum tu-
multum due partes earū copiarū que Piſtorium miſſe fue
rant: confeſtim in ſuperiorē Arnū traducte nō depulerunt
modo hoſtem eius locis: verū etiam caſtellum quod occu
patum fuerat ab exulibus recuperarunt: nō ſine ingenti de-
trimento eorū qui ſe illo incluſerant. Inde contra Ubaldi
nos exercitus ductus: q; hi receptis exulibus quibuſdā ex
caſtellis bellū haud ſegniter inferre ceperāt. His quoq; in
locis res proſpere geſta eſt: ac fugatis deiectiſq; hoſtibus:
oīa circa Apēninum loca ⁊ Mugellanum agrum quē ho-
ſtis tenebat vaſtauerunt. Inde mox circa Grauem fluuium
traducte copie / Aliarium ⁊ Acutum caſtella que ⁊ ipſa defe
cerant: in poteſtatē redacta euerterunt. Copie victrices eo
anno oībus ex locis bene ac feliciter geſtis rebus Floren-
tiam rediere. ¶ Circa finē huius anni ob eaſdē ſeditiones
Florentini quidā ciues ex precipuis familijs intra vrbem
capti: quaſi cōtra rēpublicā coniuraſſent: ſupplicio afficiū
tur. quo metu ⁊ alij cōplures in ſuſpitionem vocati ſponte
ſua abierūt: abſenteſq; damnati ſunt. Quū eſſet hic ſtatus
rerum vrbanarū: ac omnia ſuſpitionibus intra menia re-
dūdarent: exules per eam occaſionem coactis vndiq; ſuis ⁊
amicorum viribus / ⁊ a Bononienſibus (que ciuitas ⁊ ipſa
iam hauſerat ſtudia factionū adiuti magnas copias equi-
tum peditumq; confecerunt. Cum his copijs in agrum Mu
gellanum deſcendēres / regionem occuparūt: ſperantes ſe
alia ex alijs appetendo loca / vrbem tandē inuitis aduerſa-
rijs intraturos. Et vulgo iactabant eos qui in vrbe erant:
ob nouitates domi exortas nūq; auſuros obuiā exire. Hec
ſeu crudelitas ſeu iactantia multū ad modum illis obfuit:
Nam ſimul atq; Florentiā ipſorū aduentus nuntiatus eſt:
ciuitas cōfeſtim in armis fuit: ⁊ Lucenſium ceterorūq; ſo-
ciorum auxilia euocarunt: que quū ꝓpere aduenirent: pre
ſidio ſatis valido ne qs motus ſuſcitaret domi relicto: reli
quas oēs copias ad hoſtes duxere. Exules per id tempus
ad Poliſiaū caſtra habebāt: qui aduētu Florentinorum ⁊
Lucenſium ceterorūq; ſocioꝝ cognito: quū preter opinionē
vrbem in qua metu nouarū rerū eos detineri putabant re
liquiſſe auſos in ſe valentius ruere audirent: tāta repēte
in caſtris trepidatio eſt coorta: vt magna pars auxiliario
rū e veſtigio dilaberetur: ac exules ipſi deſperatis reb⁹ ac-
ciperent fugam: impedimentis oībus amiſſis: nōnulli etiā
abiectis armis. In hac fuga quidam exulum capti Floren-
tiam ducuntur. In his fuit Donatus Alberti filius: vir quō
dam magne in republica authoritatis: ⁊ Janus Ruſſolus
eius frater: qui pri⁹ vexillifer iuſtitie fuit: ⁊ alij precipuaꝝ
familiarū / de quibus pleriſq; ciuitas ſupplicium ſumpſit.
¶ Proximo dehinc anno Florentini ⁊ Lucenſes coniun-
ctis inter ſe copijs rurſus Piſtorium obſederunt. Quū me
nia dūtaxat tutaretur hoſtis: nec fortunam prelij tentare
vellet: nihil aliud perfectum eſt: q; vt agri hoſtiliter vaſta-
rentur. Cariſtia eo anno ingens annone fuit: ⁊ ſuſtentata
multitudo eſt importato externoꝝ frumento: curam adhi-
bente ciuitate: vt e Sicilia atq; Calabria ſupra .xxvij. milia
modiorum Florētiam adueherentur: pecunijs ad hoc ipm
largiter attributis. ¶ Quū ⁊ bello ⁊ fame ciuitas preme-
Curſi⁹ Donat⁹ noue apud Florētinos ſeditionis author.
retur: inteſtina inſuper oritur ſeditio: haud minor ſane pe
ſtis q; duo ſuperiora incōmoda. Curſius enim Donat⁹ poſt
reditum in vrbem ac pulſos diuerſe factionis homines:
nō ſatis gratie ſibi exiſtimabat a ciuibus ſue factionis re-
ferri multoſq; inferiori virtute honoribus accumulari: ſe
aūt preteriri ac nomē ſuū velut antiquari pergrauiter fere
bat. Hac igit indignatione permotus: quo res nouas ſuſci
taret: author erat vt pecuniarū publicarū quas magni q̄-
dam in re publica viri nō abſq; adminiſtratione tractaue-
rant: ratio poſceretur. Hoc ipſum ⁊ diuerſe factionis homi
nes quot aut occulti aut ſuſtentati in vrbe remanſerant: ⁊
alij quicunq; preſentē ciuitatis ſtatū vel inuidia potentio-
rum: vel iniuria oderant: maleuolentia potius q; bono
aliquo publico flagitabant. Itaq; nullis opinantibus repē
te cōuentio facta eſt inter eos homines ⁊ Curſium Dona-
tum ad rationem depoſcēdam. Ea poſtulatio aperte erat
contra illos qui per id tempus rempublicam gubernabāt.
Et addixerat ſe poſtulationi Lotharius preſul vir magne
profecto authoritatis ceterum nō ſatis ſinceri in rē publi
cam animi. Poſtulatio quedam honeſtam ſpeciem preten-
debat: ſed vexatio deiectioq; gubernatorū reipublice ⁊ no-
uarum rerū ſemina querebātur. Ea res intellecta (neq; eñ
erat obſcura ad reſiſtēdum poſtulationi ciues animauit.
Contentio tādē ad arma prorupit. Hinc populares ei⁹ fa-
ctionis qui poſt aduētum Caroli Valeſiani rempublicam
gubernabāt. Inde Curſius Donatus alienior factus: quū
ante princeps eius factionis eſſet. Hunc qui preſentē rei-
publice ſtatum vel occulte / vel palam grauiter ferebant / ſe
crebantur: crebra ab his prelia intra vrbem cōmiſſa. Prio-
res enim ac populares eius factionis arcem tenebant: ar-
matorum multitudine aditus tutabantur. In hos crebri
impet⁹ ab aduerſarijs ſunt facti: cedeſq; ⁊ vulnera plurib⁹
locis commiſſa. Confluxerant namq; in vrbem ruſticorum
turbe: reorumq; ⁊ damnatorū ac preterea latronum et ſica
riorū multitudo ingens: homicidijſq; ac rapinis omnia fe-
dabantur. Multos dies quum illa peſtis viguiſſet: nec mo-
dus nec finis vllus turbationibus cerneretur: ⁊ vtraq; pars
obſtinate perſtaret in armis: tandem vnicum per id tēpus
remedium ſuperuenit multitudo Lucenſium ciuium. Hi ve
ro vtrum ſuopte ingenio commoti pro ſociorum ſalute: an
rogati poſtulatiq; aduenerant: non ſatis exploratum eſt
mihi. Verum magno illos numero Florentiam veniſſe con
ſtat: magnaſq; peditum equitumq; copias adduxiſſe / vt cu
ius parti adhererent: ad illam haud dubie victoria inclina-
ret. Intra menia recepti partim rogando partim minitan-
do quum prelium diremiſſent: per preconem ſuo nomie edi
xerunt: vt damnati ac facinoroſi vrbem purgarent. Nemo
rapinam / nemo cedem aliudve maleficium patraret. Inde
ad pacandos ciuium animos conuerſi: nouos magiſtratus
per populos creari perſuaſerunt: ac reipublice conſtitue-
runt ſtatum. Quum autem ciuitas Florētie tot eſſet diſcor
dijs ⁊ rixis laceſſita: anno dñi. M.ccciij. menſe Julij Areti
ni cum Ubertinis ⁊ Pazzijs vallis Arni cum magnis co-
pijs equitum ⁊ peditū profecti ſunt ad obſidendum caſtel
lum Laterinum: quod iamdiu poſſederant Florentini ab
Aretinis ablatum. Et non erat ſufficienter munitū ⁊ pro-
uiſum: vnde in deditionem acceperunt cū arce: ſiue per pro
ditionem factam per aliquos / ſiue ſponte non valentibus
preſidiarijs repugnare. ¶ Eodem anno quum captus foret
quidam notabilis vir Zolanus noīe dñi Bochacij de Adi-
maribus filius / ob maleficium perpetratum: ⁊ condemna-
ri deberet detentus in palatio communitatis: cōſortes ſui
reuertente Poteſtate cū ſua familia de domo Priorum: ag-
greſſi ſunt eum cum armis: ⁊ rixantes ſimul vulnerauerūt
Uis poteſtati Florētino illata.
Poteſtatem ⁊ plures de familia eius. Poſt que familia Adi
marum intrarunt in palatium: et extraxerunt dictum Za-
lanum condemnandum: ⁊ liberum dimiſerūt: ⁊ nec fuit qui
obuiaret tante iniuſtitie: ita erat ciuitas facta ſpelunca la
tronum. At Poteſtas indignatus tanto ſcelere impunito:
dimiſſo officio rediit in domū ſuam cū rubore. Sed maior
erubeſcentia ⁊ cōfuſio Florentini populi tunc ſine lege: Ne
autem ſine rectoris nomine remanerent: placuit eis loco ⁊
vice Poteſtatis inſtituere duodecim ciues: ⁊ pro quolibet
ſex: duos quorum vnus eſſet popularis: alter maioris cōdi
tionis: qui gererent officium Poteſtatis quouſq; de alio
Poteſtate peregrino foret prouiſum. Et dicti ſunt .xij. po-
Poteſtates duodecim Florētie creati.
teſtates. ¶ Eodē anno per dictos duodecim ⁊ alios regen-
tes rempu. decretū fuit vt fieret profectio hoſtilis cōtra Al
bos ⁊ Gibellinos: qui predari fuerant plura caſtella ⁊ forta
litia Florentinoꝝ. Et inter alia rebellare fecerunt caſtellū
quod dicebatur ⁊ dicitur Stinche l valle Grauis fluuij ad
petitionem familie Caualcantium. Et cum copijs ſuis per-
gētes ⁊ impugnantes oppidū illud: demum in deditionē ac
ceperunt: habitatoribus eius vt captiuis ſe eis reddenti-
bus: q2 euadere nō poterāt. Quod oppidum quū obtinuiſ-
ſent: diruttū fuit: licet poſtea reedificatū. Captiui aūt ducti
Florentiā in carcerē de nouo factū qd etiā hodie Stinche
Florētinus carcer.
di) retruſi ſunt. Illud nomen carcer ille aſſumpſit: q2 primi
captiui ibi detēti fuerūt de oppido Stinchaꝝ. Inde profe
cti in vallē Peſe obſederunt caſtellū montis Scaliā: quod
ſe rebellauerat procurantibus Caualcātibus. Tradiderūt
autem ibi exiſtentes caſtrum cū ſubſtātijs: ſaluis tñ perſo
nis eorum. Egredientibus autem illis: vnus filius domini
Banchi de Caualcantibus occiſus fuit ab vno ex filijs ſu-

mille Coſe. Quod fuit valde deteſtatum vt proditionis ſpe
cies: q; fides etiam hoſti quū promittitur ſeruanda eſt ſm
Augu. Quo tamen interfecto impunitꝰ euaſit: quia plebs
illa ſine diſciplina erat: ⁊ ideo abuſiua.

§. XVI. anno domini. M.cccii.

menſe Aprilis dñs Carolus Valeſianus poſtꝗ̄ ex Floren
tia ſub tractatu pacis expelli fecerat partē Albam: inde re
ceſſit proficiſcens ad curiā pape: ⁊ ex ea Neapolim. Ibiq;
inuenit claſſem notabilem paratā a Carolo ſcđo rege Ap
pulie: centum galeas ⁊ alia diuerſi generis nauigia: vt in
Siciliam nauigaret ad eā recuperādam. Ingreſſus igitur
mare ſecū duxit in ſocietatē Robertum duce Calabrie ⁊ fi
lium regis Appulie cū mille quingētis militibus ⁊ multis
proceribus. Nauigātes igitur in Siciliā deſcēderunt illuc
applicātes in terrā. Cōſyderās autē Fredericus frater re
gis Aragonū: qui ſibi vſurpauerat Siciliā ⁊ eam poſſide
bat de facto: ſe bellum ſubeundo cum dicto Carolo potētie
eius non valere reſiſtere neq; in mari neq; in terra: caute
ſe habuit fugiendo ab ipſius Caroli copias de loco in locū
⁊ aliquā poſt eū: ⁊ conatū exercens ad impediendū victua
lium delationem ad exercitū Caroli: nūꝗ̄ aūt cū eo in bello
congrediens. Ceperunt aūt ſic diſcurrētes aliquas ciuitatu
las vel oppida modice conditionis. Demum fatigati ⁊ feſſi:
tum ex infirmitatibus plurimorū ⁊ equorū eorū: tū ex defe
ctu inchoato victualium ſui exercitus: coactꝰ fuit Carolꝰ
cum ſuis recedere inde ſine honore. Ut tū minus erubeſcē
tie ex receſſu ſine profectu aliquo ſuſtineret: ordinauit cū
predicto Frederico ſimulatam pacem ſine ſcitu Caroli re
gis Appulie cū certis pactis: videlz ꝙ Fredericus accipe
ret in vxorem filiā regis Caroli vocatam Aleonoram: et ꝙ
rex Carolus ⁊ eccleſia iuuaret Fredericum in acquiſitione
alicuius alterius regni: et ſic ⁊ eo caſu traderet Siciliā inſu
lam in manibus Caroli. Ubi autem alium regnum minime
obtinere valeret: tunc acciperet ſeu teneret Fredericꝰ Si
ciliā noīe dotis vxoris ſue. Et poſt mortē ſuā ⁊ filiorū Fre
dericus teneretur eam Siciliā dimittere Carolo regi ⁊ he
redibus eius: dando ei centum milia vnciarū auri. Quibꝰ
conuentionibus initis inter partes ⁊ iuramento firmatis
reuerſus eſt Carolus Valeſianꝰ cū claſſe ſua Neapolim: ⁊
filia Caroli ſine cōuentione deſponſata fuit Frederico: ſed
talia promiſſa impleta minime extiterunt / vnde tractū eſt
prouerbium. Carolus Valeſianus intrauit Tuſciā vt eam
pacificaret: ⁊ non pacatam / ſed belligerātem dimiſit. Tranſi
uit Siciliam vt bello vaſtaret: ⁊ pacem deſpectuoſam inde
retulit. ℭ Demū in Nouembri ſequēti reuerſus eſt in Gal
liam diminutis ⁊ pene conſumptis copijs ſuis: vnde ⁊ ho
nore vacuus. ℭ Eodē anno poſt receſſum Caroli de Sici
lia: ⁊ ea q; in pace dimiſſa multitudo magna Armigerorum /
Cathalanorum / Genuenſium / ⁊ aliorū Italicorū: que cōdu
cta fuerat in prelio prefato Sicilie: de vtraq; parte conue
nientes ſimul cū viginti Galeis ⁊ alijs lignis: de Sicilia na
uigantes ⁊ capitaneū ſuū cōſtituentes quēdam fratrē Ro
gerium, ordinis Tēplariorū virū vtiq; diſſolutū ⁊ crudelē
tranſierunt in Romaniam ad capiēdum ſibi ciuitates: ⁊ ca
ſtrametati ſunt in regno Salone: ⁊ illud deſtruxerūt: ⁊ Gre
ciam vaſtauerunt vſq; ad Conſtantinopolitanā vrbem. Et
quū creſceret quotidie potentia gens illa collecta de diuer
ſis nationibus Latinis fugitiuis diſſolutis ⁊ Paterenis: ⁊
de diuerſis expulſis ſectis nulla lege vtentibus: niſi pro li
bito voluntatis: Pirate effecti ſunt: ad predendū omnes per
mare diſcurrentes: ⁊ que rapiebant in cōmuni diuidentes.
Et quum contingeret aliquam ciuitatem vel caſtrum capi
nō ea ſibi retinebant ad habitandū: ſed ipſis ſpoliatis igni
exponebant. Et durauit iſta ſocietas diſſolutorū ⁊ celeſtiſſi
morum annis duodecim: aliquū duces ⁊ gubernatores ſuos
occidēdo ⁊ alios inſtituēdo. Deinde trāſierūt ad terrā diſpo
ſiti. ſ. ad regnū Macedonicū: ⁊ illud diſcurrendo per ipſum
deſtruxerunt. Ex eo loco deuenerunt ad ducatum Athena
rum: ⁊ ſe rebellarūt a comite Branne qui erat dux Athena
rum ⁊ eorum capitaneus ⁊ dñs. Et inter eos exortis litigijs
⁊ rixis. ſ. inter ducem ⁊ multitudinē illam: preualuerūt illi
contra ducē Athenarum: ⁊ captū capitis obtruncatione ei
vitam abſtulerunt. Et ciuitates eius arripiētes: de Amor
rea etiam inter ſe partiti ſunt: que regio antiquitus fuerat
Francigenarū. Et interfectis nobilioribus ex eis: vxores ⁊
filias ſibi in vxores acceperunt: ⁊ habitauerūt ibi. Nec pre
tereundum ꝙ eodem anno inſula quedam parua que dici
tur Iſcla: diſtans a Neapoli per aliquot miliaria: euomuit
copioſum ignem ex ſua ſulphuraria: adeo vt magnā partez
eius conſumpſerit vſq; ad Gironem Iſcle predicte. Ex qua
re multi homines ⁊ iumēta plurima perierunt. Aliqui etiā
hoc aduertentes: vt euaderent incendiū: nauiculas aſcen

Frederici Sicilie incubatoris cum Carolo Valeſiano fedus.

Piratarum ingentes copie.

Amorrea.

Vehemens ignium eruptio

dentes pfecti ſunt alij ad inſulā Procytam: alij ad Capriā
paruas inſulas ⁊ vicinas. Reliqui terram firmam queren
tes applicuerunt Neapolim: vel Puteolum (vel puteolos)
vel Baiam (vel Baias) Perſeuerauit autem talis vomitus
ignis intra duos menſes.

§. XVII. Per biennium autē ſcz

M.ccc. paulo plus minuſve: poſtꝗ̄ rex Frācie Philippus
obtinuit totum dominium comitatus Flandrie: ⁊ in carce
re detinens comitē Flandrie cū duobus filijs: quū plebs de
dita diuerſis artificijs precipue texture pannorum / lanificij
cerdonum / ⁊ macellariorū / rogaſſent regem ⁊ poſtea bali
uos ſeu rectores qui gubernabant terram vt alleuiarēt eis
iugum durum nimis ⁊ importabile talearum: ⁊ prouiderent
eis de mercede danda pro laboribus ſuis ꝯpetenter ab his
qui conducebant eos ad exercitia: ⁊ illi ad inſtantiam ⁊ com
placentiam Brugentium ſeu ciuiū principalium noluerūt
eos audire: ſed duos principaliores qui erant quaſi capita
minute plebis ſeu artificū: ſcz Petrū leroy pannoꝝ texto
rem: ⁊ Glambridā macellarium cum triginta alijs eiuſdem
artificij notabilioribus / carceribus manciparunt Brugis.
Prefatus aūt Petrus Flandrenſis ꝗuis eſſet paup textor
pannorum viliſſime nationis: ſtatura paruꝰ: ⁊ vultu deſpica
bilis: monoculus: ſenex. lx. annorum: qui idioma Gallicum
ignorabat ſimul ⁊ Latinum: ſed in lingua Flandrenſi oēs
alios excedebat in expeditione locutionis prompte ⁊ pro
prie: tanti cordis fuit et audacie: vt caput extiterit huiꝰ fa
ctionis et rebellionis: vnde ⁊ cognominabat Leroy in illa
lingua: quod ſonat latine rex. ſ. plebis. Surrexit ergo po
pulus infimꝰ: et diſcurrere cepit vnitꝰ hoſtiliter ꝑ ciuitatē
Brugas: et bellum inferentes caſtro vbi morabantur recto
res loci pro parte regis: occiderunt nō paucos ex Brugen
ſibus: et effractis carceribus predictū Petrū cū alijs extra
xerūt violentia vſi. His peractis cōpoſita eſt treuga inter
partes: et querela facta cōtra artifices a Brugēſibus in cu
ria regis Francie. Poſt diutinā diſcuſſionē quaſi pꝰ annum
dilatam: deinde lata ſententia fuit cōtra plebē in fauorem
Brugenſium: qui pro hoc non modicas pecunias expoſue
rant ad id obtinendū. Quū primū aūt hoc auditū eſt Bru
gis et diuulgatū: plebs vnanimiter inſurrexit: et correptis
armis timentes non poſſe preualere contra acies armatas
Brugenſiū: receſſerunt ſimul de Brugis accedentes ad op
pidum dictū Damum qđ eſt prope ad tria miliaria: ⁊ per il
lud q; diſcurrētes interfecerunt rectorē eius qui ibi erat ꝑ
pte regis: ⁊ predati ſunt magnos Brugēſes plures occiden
tes ex eis. Et inde furore ⁊ deſperatione ducti trāſierūt ad
terrā Dandiburgi: et fecerunt ſimiliter. A loco illo poſtea
profecti ſunt ad Maneriū comitis quod dicitur mala pro
pe Brugas ad tria miliaria: vbi tunc reſidebat baliuus ſeu
gubernator Brugarū / et circa. lx. milites regis: et vt locum
expugnantes et capientes oēs quos ibi inuenerunt: Fran
cigenas in ore gladij percuſſerunt ſine vlla miſeratiōe. Bru
genſes autē Brugis habitātes ex his ſibi ipſis timentes ne
talia paterentur: ⁊ cōfeſtim miſerūt ad regē auxiliū implorā
tes. Qui deſtinauit illuc dñm Iacobū de ſancto Paulo ſu
premū baliuū. i. gubernatorē totius Flandrie cū mille quin
gentis militibus et alijs multis Francigenis. Ij applican
tes ad locū / oīa fortalitia Brugarū ceperūt armigeros ibi
ponentes: armis munietes ⁊ victualibꝰ. Ciuitate igit' in ti
more et ſuſpitiōe conſtituta: ac multitudinis plebeie auda
cia augmētata ex proſpere geſtis: deo permittēte in vltio
nem auaricie magnorū Brugēſiū ⁊ ad humiliandū ſuper
biam Frācorū artifices ⁊ plebs viliſſima qui remanſerant
Brugis fecerunt ſimul coniurationē: ⁊ conſpirantes in de
ſperatione poſiti ad occidendū Brugēſes maiores ⁊ Fran
cos ſeparauerunt ⁊ vt intentum eorū haberet magis effe
ctum miſerunt pro his de plebe qui inde fugerāt ſecrete ad
loca Dami ⁊ Dandiburgi. Qui receptis nuntijs oēs tā ma
res ꝗ̄ femine cū capitaneis ſuis Petro Leroy ⁊ Glambri
da nocte ſurgentes: venerūt ad ciuitatez Brugenſem: ⁊ fa
cile introeuntes q: foſſata repleta fuerāt ⁊ porte deſtructe
ceperunt clamare in eorū idiomate: quod Francigene nō
intelligebant / viuat commune ⁊ moriantur Francigene: ⁊
trabibus vias ciuitatis occuparunt. Conuenientes ergo
plebeij qui intus erant cum his qui ab extra venerant / di
ſcurrebant per ciuitatez, nemini parcentes. Et quicunq; ex
populo in domo habebant aliquem ex Gallicis / vel ſubito
ſuos hoſpites occidebant / vel ad plateam vbi erant princi
pales eorū ducentes in fruſta minutatim cōcidebāt. Fran
cigene auditis rumoribus ſurgentes ⁊ arma corripientes /
quum accipere vellent equites equos ſuos / non poterant
inuenire ſellas vel frena: q: caſtide occultauerant tam ma
res ꝗ̄ femine illa. Et quum fugam arripere quererēt Fran
ciʒ

Memorabilis ſeditio ab infima Brugenſiū plebe in magnates ⁊ frā cos excita.

magna brugenſiū ⁊ frā corum ſtrages

ci: inuenientes vias clauſas / ⁊ lapidibus etiã cõtra eos ex
feneſtris domorũ iactatis: etiã aliquibus eorũ ex feneſtris
ad terrã proiectis: tota illa die hac crudeli perſecutione ⁊
⁊ occiſione durante: interfecti ſunt ex ipſis Gallicis mille ⁊
quadringenti ex equitibus: ⁊ duo milia ex pedeſtribus. Un
de ſtrate omnes ciuitatis replete ſunt ſanguine ⁊ cadaue-
ribus. Et per tres dies continuos habuerunt ſatis labora
re gentes ille ad deferendũ cadauera mortuorum Frãco-
rũ in curribus extra ciuitatẽ ad ſepeliendũ in agris. Dñs
autem Jacobus de ſancto Paulo ſupradictus / cernens ſe
non poſſe tante cedi obuiare aufugit: qui ideo valuit hoc
agere: qꝛ habitatio eius erat prope egreſſum ciuitatis. Cõ
tigit tam durus caſus anno domini. M.ccci.

§. XVIII. De magno cõflictu

quem fecerunt Flandrenſes cum maximis copijs Franco-
rum: quas multi principes comites ⁊ barones ſecũ duxe-
rãt iuxta oppidũ quod dicitur Coltracũ (al's Curtracũ) In
quo prelio Francigene etſi eſſent ſine comparatiõe plures
numero: equis ⁊ armis bene prouiſi: in bellis magis exper
ti ⁊ militie periti: a Flandrenſibus tñ fuerunt debellati mi
ſerabiliter: ⁊ pene oẽs occiſi. Pro quorũ declaratione ſcien
dum ꝙ poſt rebellionem factam regi Francie per Brugen
ſes ⁊ occiſionẽ Francorum: cõſiderantes populi Brugẽſes
ſe ſolos nõ fore ſufficiẽtes potẽtie regis Francie niſi aliũ
de adiutorium haberent: miſerunt in Brabãtiam pro quo-
dam iuuene dicto Guilielmo gulieri: cuius frater mortu⁹
erat in carcere captiuus comitis Artenſis. Iſte Guilielm⁹
ex nobili progenie ortus: nam ex matre filius filie comitis
Guidonis antiqui: qui fuerat dñs Flãdrie: ex patre vero fi-
lius comitis vallis Rhenitiam effect⁹ erat clericus. Ut ãr
vocatus fuit a Flandrenſibus: relicto clericatu auidius ac
ceſſit Brugas: vt vindicaret mortem patris ſui. Et quũ ap
plicaſſet ad locum: honorifice ſuſcept⁹ eſt a Brugenſibus: ⁊
conſtitut⁹ eorũ dñs. Suſcepto autem dñio: ſubito congre-
gato exercitu profectus eſt ad expugnandũ terrã Ganda-
ui quã rex Francie poſſidebat. Sed qꝛ fortis erat ſicut que
cunq ratione ſitus reſpectu murorũ eius ⁊ foſſatorũ ⁊ pa
ludũ: vidẽs ſe ibi nil poſſe proficere: inde proceſſit ad alias
terras et villagia circunſtantia: que dia ſine difficultate ce
pit. Ex quarum captura multiplicate ſunt ei copie. Hec au-
diens Guido iuuenis filius comitis Flandrie: venit ⁊ ipſe
in Flandriam: ⁊ ſe aſſociauit Guilielmo prefato ſuo nepo-
ti. Qui ⁊ ipſe cũ eo facti ſunt dñi ⁊ directores ſeu capitanei
Brugenſiũ. Et dictus dñs Guido profectus eſt cũ. xv. mili-
bus Flandrenſiũ ad obſidendũ Coltracum: qui oppidum ce
pit excepta arce ſeu caſtello eius quod erat optime muni-
tum ⁊ fultum Francis equeſtribus ⁊ peditibus. Dñs autẽ
Guilielmus cũ alia parte exercitus proceſſit ad obſidẽdũ
oppidum Caſelle. Et in illa obſidione hoies ciuitatis ſeu
villagij volũtarie ſe tradiderunt dño Guidoni prefato. Et
hinc augmentatus eſt exercitus in obſidione caſtelli Col-
traci. Uiriliter aũt reſiſtebãt Francigene qui erãt in caſtel
lo pro rege: ⁊ ſuis machinis ⁊ artificijs deſtruxerunt ⁊ com
buſſerunt magnã partẽ oppidi Coltraci. Sꝫ qꝛ ex improui
ſo Flandrẽſes fecerãt illã obſidionẽ: qꝛ nõ ſibi ad ſufficien
tiam procurauerãt Frãcigene de victualib⁹: miſerũt ad re
gẽ ꝓ adiutorio celeriter exhibẽdo. At ſubito rex deſtina-
uit illuc comitẽ Artẽſem auunculũ ſuũ cũ ſeptẽ milib⁹ eq-
tum inter quos erãt duces / comites / caſtellani / ⁊ multi no-
Nume- biles: ⁊ cũ. xl. milibus peditũ: in quorũ numero erant decẽ
roſus milia baliſtariorũ: qui ſimul congregati iter aſſumẽtes ap-
in Flan plicuerunt: ⁊ caſtrametati ſunt prope oppidũ Coltraci ad
drenſes mediũ miliare. Rex aũt Frãcie ad ſupplendũ expẽſas ma-
exercit⁹ gnas belli huius inchoati: de conſilio ſed malo dñi Bucci
⁊ Muntiati Francigenorũ: fecit alterare ⁊ falſificare mo
netã: vnde multũ lucrum ſequebatur: ⁊ de tẽpore in tẽpus
ita immutare: vt reduceret ad valorẽ tertie partis eius ꝙ
prius erat. Ex qua re abominabilis exercitus factus eſt re
gis Frãcie in cõſpectu chriſticolarũ: ⁊ multi exinde merca
tores ⁊ trapezite qui tũc erãt I Frãcia Italici depauperati
ſunt ⁊ ad nihilũ redacti in ſubſtantijs ſuis ex illa mutatiõe
qualitatis monetarũ. At ſtrenuus vir dñs Guido ex Flan-
dria etſi iuuenis etate: ſenſu tñ canus ⁊ magnanimus: cer
nens copias tãtas Francorũ cõtra ſe veniſſe: ⁊ qꝛ prelij con
greſſum vitare nõ poterat: non dimittẽdo Coltracũ ⁊ obſi
dionẽ caſtelli inchoatã: ⁊ reuertẽdo Brugas cũ populo ſuo
mortẽ euadere nõ valebat ⁊ ſummã cõfuſionẽ: decreuit bel
lũ ſubire: vñ ⁊ miſit pro dño Guilielmo ſupradicto: vt omiſ
ſa obſidione Caſelle cũ ſuis ad eum accederet. Qui ſimul
adunati cũ. xx. milib⁹ ex plebeis Brugenſibus ⁊ vicinis pe
deſtrib⁹ dñibus exceptis paucis dñis exierũt terrã Coltra-
ci: ⁊ caſtrametati ſunt in quadã planitie in via qua itur ad

Gandauũ: e regione exercitus Francorũ acies ſuas ꝑ ordi-
nem ſtatuẽtes. Erat aũt in fine illius planitiei ꝑ trãſuerſũ
quoddã foſſatũ aquarũ viuentiũ latitudinis q̃nq brachio
rũ: ⁊ in fundo triũ. Ita aũt eſt iuxta terrã ꝙ nõ apparet: ni-
ſi quũ ad ipm peruenit. Sup illud igit foſſatũ ex vno late
re ſe locauerũt in modũ lune: ſicut ⁊ ipſũ foſſatũ terrã circũ-
ibat. Et illi etiã pauci equeſtres deſcẽdentes ex equis oẽs
pedites ſteterũt: tenẽtes lãceas in manib⁹ ſuis: eo mõ quo
proceditur ꝯtra apros in venatione: ſecũ etiã habentes ba
culum nodoſum groſſum ferratũ ⁊ acutũ. Uix alia arma
habebãt: qꝛ pauperes ⁊ belli inſueti. Deſperatio eis auge-
bat vires: decernẽtes poti⁹ occidi: ꝙ fugere ⁊ deuenire ad
man⁹ hoſtiũ: ⁊ diuerſis cruciatib⁹ diu affligi. Dñs aũt bel-
li. ſ. dñs Guido ⁊ dñs Guilielmus duces ppli iuſſerũt ſacer
dotẽ accedere ad caſtra eorũ cũ ſacramẽto corpis chriſti: qđ
poſſent oẽs aſpicere: ⁊ quilibet eorũ ſumpſerũt modicũ ter-
re loco ꝯmunionis ponẽtes in ore. Duces aũt prefati ante-
cedebãt acies exhortantes diſcurrendo hincinde ad virili-
ter preliandũ: recolendo eis ſuperbiã ⁊ audaciã Francorũ /
⁊ quantam iniuſtitiam fecerãt eis ac dñis ſuis: ⁊ recogitãtes
quanta crudelitate vterẽtur ad eos i futurũ ſi victores eo
rum extiterẽt: Unde ⁊ iuſtũ erat bellũ ex parte eorũ: ꝓ ſua.
ſ. vita defendenda ⁊ filiorũ ſuorũ. Et dñs Guido in cãpo illo
fecit militẽ Petrũ leroy ſupra dictũ cũ. xl. alijs plebeijs pro
mittendo eis magna ſi victoriam obtinerent.

§. XIX. Comes autẽ Artẽſis

attendens Flandrenſes ſe paraſſe ad pugnam: quum eſſet
ipſe capitaneus ⁊ dux belli pro Francis: ⁊ ipſe cum ſuis co-
pijs deſcendit in planitiem contra hoſtes: diuidens ſuos in
decem acies ordinatas: quarum quelibet habebat circa
mille vel octingẽtas perſonas: excepta vltima acie que ha
bebat ducẽtos milites / ⁊ decem milia baliſtariorum: ⁊ poſt
eos triginta milia peditum. Harum quelibet capitaneum
habebat proprium aliquem comitem / ducem / domicellũ / vel
notabilem virum. Uix vnq fuit in Francia tam nobilis ex-
ercitus congregatus ad bellum. Quum autem eſſent acies
ordinate ex vtraq parte: tres ex capitaneis ſtipendiariorũ
prudentes ⁊ ſtrenui in armis accedentes ad Coneſtabulũ
perſuaſerunt ei declinare bellum: dicentes. Iſte populus
Flandrẽſium eſt gens deſperata: ne igitur flos militie mũ
di forte pereat (varius eſt enim euentus belli) potius cum
eis agamus paulatim aliqua bella leuia cõtinuando: ⁊ ſic
quum ex continuatione ipſi fuerint feſſi nec interim recrea
ti: quũ ſint magni ⁊ frequentes comeſtores / fatigati ex me
dia fugient: ⁊ eos inſequentes erimus victores ſine pericu
lo noſtro. Coneſtabulo concilium viſum eſt bonum: ⁊ acce
dens ad comitẽ Artenſem qui erat dux belli hoc ei retulit
Sed iuxta prouerbium. Quem deus odit aufert intellectũ
⁊ qui mentis eſt dure corruet in malum. Iuſto igitur dei iu
dicio factum eſt vt contemneret tam vtile conſilium: vt pu
niretur de ſuperbia ſua comes ille Artenſis: qui ⁊ contem-
pſerat mandata pape Bonifacij precipientia vt in huiuſmo
di ſuperſederet: ⁊ bullas in ignem proiecerat. Improperan
do igitur reſpondit comes Coneſtabulo ꝙ hoc dicebat qꝛ
non eſſet fidelis regi: quũ habere filiam dñi Guilielmi de
Flandris in vxorem. At coneſtabulus indignatus ait. Si
vultis ire ad mortẽ: ecce ego primus me offero: Qꝛ igit nõ
eſt auditus: ceptum eſt bellum: ⁊ impetũ fecit prima acies
contra hoſtes / non perpendentes de foſſato aquarum. Flã-
drenſes autem pedites ſtantes clauis ſuis ſeu baculis fer-
ratis percutientes capita equorũ / faciebant eos retrorſum
verti. Comes Artenſis videns Coneſtabulũ proceſſiſſe ad
feriendum: ipſe cum alijs aciebus equeſtres calcaribus
equos vrgentes et ſequentes eum / alios precedentes impel
lentes / vt diſſiparent acies Flandrenſium ⁊ venientes ad
foſſatum et illud ignorantes cadebant in illud alij ſuper
alios priores irruentes in foſſatum. Et quia puluis etiam
magnus erat ſubleuat⁹ in aera ex curſu equorum: ⁊ ex ru-
more percuſſionũ ⁊ clamore vocum non poterant videre /
vel audire quod eis expediebat. Sicq comes Artenſis et
Cõneſtabulus et innumeri alij cadentes in foſſatũ / vel ſuf-
focabantur: vel a Flandrenſibus occidebantur cum equis
ſuis. Deniq ſuperatus eſt exercitus Francorum a Flan- Franci
drenſibus ⁊ ita exterminatus: vt ſex milibus equitum occi grauí-
ſis ⁊ peditibus ſine numero interfectis cum multis comiti ter a flã
bus ducibus ⁊ baronibus: pauci euaſerint. Sicq humilia drẽſib⁹
ti ſunt: vt diſcerent quia non in multitudine populi victo- attriti.
ria belli / ſed a domino. Ex iſta autem contritione ⁊ exter-
minio Francorum multũ diminuta eſt fama ⁊ honor ⁊ ſta
tus nobilitatis ⁊ potentie ⁊ magnificentie regis Francie:
quum flos militie mundi in eo cõflictu fuerit ita comminu
tus a ſubditis ſuis ſcilicet Flandrenſibus ⁊ Brugenſibus

vtiliſſimis hominibus: ſcilicet textoribus pannorum macellarijs/⁊ alijs artificibus inexpertis in militia et quaſi inermibus: qui prius pre timiditate vocabātur coniliȝ. ¶ Poſt predictam victoriam habitaȝ in Coltraco per Brugēſes cōtra Francos: ꝗ̄citiſſime villagia ⁊ oppida Gandauum/Inſula Pauli/Caſella/⁊ alia ſponte ſe ſubiecerunt dn̄o Guidoni de Flandria duci exercitus. Nec remanſit villula vel oppidum in tota Flandria: quod in deditionem non acceperit dictus dn̄s Guido. Eiecerunt autē Flandrenſes Brugenſes magnos de partibus illis: q꞉ fauere credebantur Francis. Et ſimiliter fecerunt in Brabantia ⁊ in Analdo ⁊ eorū circunſtantijs in fauorē cōmunitatis Brugēſis. Quū autem nuntiatū fuiſſet hoc excidium in Francia nō fuit domus fere que nō ſumpſerit lamentū: quum quelibet haberet ad lugendū mortuum ſuū: ⁊ multe viduate remanſerint viris earum in bello interfectis. Rex autē Francie dolorē diſſimulās/preconizari fecit per totū regnū bellū contra Flādriam ſibi rebellē ⁊ inimicā: ad qđ deberent cōcurrere. ⁊ vt ei nō deficerent ſtipēdia militibus cōferenda: fecit falſificari iterū monetas ⁊ argēteas ⁊ aureas: ex qua falſificatione quolibet die ſuperlucrabatur ſex milia pariſienſiū. ⁊ adeo diminuta erat: ꝙ nō attingebat ad valorem prioris antique monete: niſi tertia parte dempta. Et congregato maximo exercitu: egreſſus rex de Pariſijs ꝓfectus eſt Atrebatū in Arteſio cū decē milibus equitū ⁊ .lx. milibus peditū. Inſuper literas deſtinauit Carolo Valeſiano qui tūc erat in Italia vt omni occaſione poſtpoſita in Franciam reuerteref. Quod ⁊ fecit. Flandrenſes vero audita maxima preparatione quam faciebat rex Frācie vt vindicaret ſe de eis: vocauerūt ⁊ ipſi ex Namurro Comitē Joannē filiū comitis Flandrie qui erat ſtrenuus ⁊ prudēs in armis. Et venientē ipm capitaneū generalē ſuum cōſtituerūt in prelio. Rex igif collectis copijs que erāt .lxx. milia hominū armatoꝝ cū rebus neceſſarijs ad bellāduȝ: egreſſus de Atrebato vt intraret Flandriā: caſtrametatus eſt in villa quadam que vocaf Uitriacuȝ: ita magna vt circūitus eius foret decē miliarioꝝ ſpaciū. Et hec villa ſatis erat prope Duacuȝ quā tenebāt tunc Flandrēſes. Qui nō pauētes multitudinem copiarū regis: ſed audaciores effecti ex victoria precedenti nō ſe cōtinuerunt in Duaco: ſȝ exeuntes ⁊ verſus hoſtes ꝓcedētes vociferabātur die noctuq̄ prouocantes eos ad bellū. Hoc autē accidit mēſe Octobris: quo tp̄e ſuperuenerunt pluuie magne. Et q꞉ patria illa plena eſt paludibus ⁊ foueis: nō pōt in ea tempore hyemali belligerari: nec victualia ⁊ alia neceſſaria illuc deferri: nec milites ſuos eđs educare. Quā obrē rex coactus fuit congreſſum belli dimittere. Et pactis treugis per annū/reuerſus eſt rex in Franciā cū exercitu ſuo ſine honore. Dicebatur etiā cauſa fuiſſe huius receſſus regis quedam fictio: videlicet q꞉ rex Anglie Eduardus qui diligebat Flandrēſes: intimauit vxori ſue ſecreto ꝗ erat ſoror regis Frācie in dolo. Ego timeo ne rex Francie in iſto prelio nō ſuſtineat dānum ⁊ cōfuſionē: nam percepi ꝙ aliqui ex ſuis baronibus facient ei proditioneȝ. Que ſubito per nuntiū ſignificauit ei. Rex autē ſuſpectos habens ſuos ex hoc ⁊ ignorās a quibus ſe cauere deberet: reuerſus ad propria dimiſit rei proſecutionē. Ex quo Flandrenſes cum magna letitia remanſerunt.

§. XX. Ex hac profligatione et

debellatione exercitus regis Francie facta in Coltraco ꝑ Flandrenſes/addaucta eſt indignatio ipſius regis contra Bonifaciū papam: que tū antea erat inchoata: ex eo videlicet q꞉ ipſe Bonifacius vocauit e Francia Carolum Valeſianum vt in Italiam deſcēderet: ⁊ ꝓmiſit ſibi eū imperatorem cōſtituere: vel ſaltē talia verba ꝓtulit vn̄ ille hoc expectaret. Qđ nō fuit executioni mandatū: ſed eius quaſi contrariū. Naȝ eodē anno Albertū filiū Rodulphi olim imperatoris etſi nō coronati/electū in regē Romanorū cōfirmauerat. Ex hoc igif rex Francie exiſtimās ſe a papa deluſum ⁊ deceptū: odium cōcepit ad eū: adeo vt inimicū eius Stephanum de Columna retinebat ⁊ honorabat in terris ſuis et alios Colūnenſes: eis ꝓ poſſe fauēs. Sȝ ⁊ quendā magnuȝ locupletē ep̄m in Francia capi fecit: opponēs ꝙ eſſet paterenus: eum priuans ep̄atu ⁊ bonis ſuis: ⁊ alij ep̄atus vacātes quā eſſent bona eoꝝ diripiebat: ⁊ inueſtituras eorū facere volebat. Quamobreȝ Bonifacius vt magnanimus et audax neminē timēs cepit cōtra eū agere tanꝗ̄ inimicū ecleſie: ⁊ ad efficacius ꝓcedendū vocauit per literas apoſtolicas ⁊ nuntios ſpeciales oēs ep̄os ⁊ prelatos Francie ad vrbē ad celebrandū conciliū. Sed rex non permiſit acceſſū. Unde magis Bonifacius turbatus eſt contra eum. Et quū aduenitſſet ex quibuſdam decretis regem Francie a ſede apoſtolica debere recognoſcere tam in temporalibus ꝙ̄ in ſpiritualibus ipſum regnū: deſtinauit legatū ad eum quēdā clericum Romanum archidiaconum Narbonenſem cum literis apoſtolicis: mandans regi vt recognitionem faceret regni ſedi apoſtolice: alias eū excōmunicationi ſubijceret ⁊ ciuitates interdicto ſuppōeret. Poſtꝗ̄ ergo ille applicuit Pariſios: rex non permiſit bullas publicari: immo familiares regis literas apoſtolicas ei abſtulerunt: ipſum de ciuitate licentiantes et de regno. Comes autem Artenſis qui tunc viuebat: quia hoc accidit ante debellationem eius et mortem in bello ſupradicto: literas eius accipiens in ignē proiecit in contēptum pontificis: propter quod iuſto dei iudicio male perijt: ſicut ⁊ Joachim rex Hieruſalem comburens dominicas literas. Exinde rex cuſtodiri fecit omnes vias per quas eſſe poſſet ingreſſus in regnum Francie: ne quis nuntius vel litere ex curia ad eum deferrentur. Propter hoc papa excōmunicauit ipſum regem Francie. Rex autem Francie congregari fecit Pariſijs omnes prelatos eccleſiarum ⁊ barones ſuos: ⁊ facto concilio pro ſui iuſtificatione appellauit ab illa ſententia: ſe excuſando: et cōtra Bonifacium inuehendo plura ſcelera: ſcȝ hereſis/ ſimonie ⁊ homicidij/⁊ alioꝝ enormium imponendo: ⁊ ideo de iure deponendum eſſe a papatu dicendo. Abbas vero Ciſtertienſis coram quo appellauerat: appellationem non acceptauit: ſed reuerſus eſt in Burgundiam. Orta igitur maxima diſſenſione ⁊ inimicitia inter regem Francie ⁊ papam Bonifacium: alter alterum fortiter impugnabat ⁊ deijcere conabatur. Bonifacius vtroq̄ gladio vtebatur: excommunicationes et alios proceſſus terribilem contra regem fulminans: Albertum confirmatū in regē Romanoꝝ ad ſumendum coronam imperij ſolicitās vt poſtea ex illa parte Alemannie que Franciam reſpicit/bellum contra regem moueret: ⁊ Flandrenſibus inimicis regis faueret. Econtrario rex Francie non dormiebat: ſed cum magna ſolertia et aſtuto cōſilio dn̄i Stephani de Colūna ⁊ alioꝝ Italicorum et Francoꝝ: miſit dn̄m Guilielmum Prouincialē prudentem virum clericū acutuȝ in factis mundi: cū dn̄o Muſiato de Franceſis in Tuſciam: cum multis pecunijs partim eis numeratis: partim recipiendis a mercatoribus ſocietatis de Peruſio prout foret expediens: cauſam dāde pecunie ignorantibus. Et quum applicuiſſent ad caſtrū Strage prope Senas: qđ caſtellū tunc erat dn̄i Muſiati: ibi per aliquod tempus ſe firmarunt: mittentes inde ad diuerſas ꝑſonas literas/nuntios/vel oratores: cōducēdo etiā gētes armoꝝ clam: ⁊ ne quis ſuſpicaref doli eoꝝ: cauſam aſſignabāt ſue in Tuſcia reſidentie: q꞉ tractabant pacē cōponere inter papam ⁊ regē Francie: ⁊ ideo multā attulerant pecunie quantitatē. Sed ſm̄ rei veritatē tractabāt papam capere. Et vt ad hoc adiutoriū haberēt: expoſuerūt multas pecunias ad faciendū ꝓditionē ⁊ traditionē pontificis in manibꝰ eorū baronibꝰ ⁊ ciuibus Anagnie: vbi papa tunc cū ſua curia reſidebat. Pontifex autē nil tale ſuſpicabatur: quū nec aliꝗđ huius rei percepiſſet: nec aliquā ſui cuſtodiā faciebat. Magni eñ cordis erat: ⁊ nec hominem verebatur.

§. XXI. Menſe igitur Septem

bris anno dn̄i. M.ccciij. cardinalis qui dicebatur Sciarra de familia Colūnenſiū cū gentibus armoꝝ equitibus .ccc. peditibꝰ plurimis ſtipēdio cōductis ex pecunia regis Frācie: ⁊ cū dn̄is de Cechano ⁊ de Supino ⁊ alijs baronibus de Cāpania: ⁊ filijs dn̄i Maffei de Anagnia: ⁊ cū notitia aliquoꝝ ex cardinalibꝰ qui in cōiuratione iſta erant vt a quibuſdā dicebatur. Una igif dierum de mane tēpeſtiue intrauit Sciarra ꝑfatꝰ ciuitatē Anagniā cū copijs ⁊ vexillis cū armis regis Frācie: clamores extollēdo per ciuitatē iſtos: Moriatur papa Bonifacius: ⁊ viuat rex Francie. Diſcurreruntq̄ ꝑ ciuitatē nemine reſiſtēte: quinimmo populus totus Anagnie ſecutus eſt rebellionē factā pape vt ingratiſſimus ⁊ vexilla regis. Peruenientes autē ad papale palatium/ipm ceperunt ſine cōtradictione: q꞉ talis inſultꝰ ⁊ rei aggreſſus fuit populo improuiſus ⁊ familiaribus pape: vn̄ nullā faciebāt cuſtodiā. Bonifaciꝰ aūt papa rumoribꝰ auditis cernens ſe derelictū ⁊ quaſi ſolitariū cardinales eñ aufugerāt timore ducti ⁊ abſcōderāt ſe: ⁊ forte aliqui huiꝰ ſeditionis cōſcij hoc affectabāt: ceteriaȝ ex ſuis familiaribus) animaduertens igitur ciuitatē captā ⁊ palatiū ſuū iudicauit ſe mortuum. Sed vt magnanimus ⁊ imperterritus ait Ex quo ꝓditorie ſicut Jeſus chriſtus captus ſum ⁊ deditus in manibus inimicoꝝ vt occidar: vt papa mori decerno. Et fecit ſe preparari veſtibꝰ ſacris: cū pallio ſeu amanto beati Petri: ⁊ corona aurea a Cōſtantino Sylueſtro papa collata: ⁊ cū clauibus ⁊ cruce in manibus reſedit in papali throno. Ad quē accedens dictus Sciarra cū alijs ſuis inimicis verbis cōtumelioſis aggreſſi ſunt pōtificē: ⁊ deriſerūt cir-

Bonifacius papa Anagnie capitur.

cunſtantes eum ⁊ familiares eius qui cū ipſo remāſerant. Inter alios cum illuſtr dñs Guillielmus de Lungueretto: q̄ pro rege Francie tractatū dederat capture pontificis: ⁊ minatus eſt ei q̄ ligatū ipſum duceret Lugdunū: vt in generali concilio ſolēniter deponeretur. Cui papa nō corde deficiēs reſpondit. Patienter feram me cōdemnari ⁊ deponi per Paterenos (cuiuſmodi ipſe erat cum progenitoribus ſuis ⁊ Paterenis igne combuſtis) Quibus verbis confuſus dñs Guillielmus cum rubore reticuit. Dño autem diſponente ob dignitatē apoſtolice Sedis nemo ex inimicis eius auſus fuit mittere in eum manus: ſed indutum ſacris veſtibus dimiſerunt ſub honeſta cuſtodia: ⁊ ipſi inſiſtebāt prede diripuētes theſaurū eius ⁊ eccleſie quem in palatio pape inuenerunt. Permāſit pōtifex ipſe cuſtoditus tribus diebus. Tertia aūt die ſurrexit a cuſtodia liber ſine precibus alicuius aut procuratione: dño illuſtrāte ⁊ velamen ſue ingratitudinis a populo Anagnie auferente. Recognoſcētes ergo errorē ſuum ciues Anagnie cum populis arma corripuerūt in fauorē antiſtitis clamantes per vrbem. Viuat papa ⁊ moriantur proditores. Et diſcurrētes per ciuitatem Anagniam eiecerunt Sciarram de Columna ſuoſq̧ complices de eis pluribus ex eis captis ⁊ alijs occiſis. Liberatus igitur pontifex Bonifacius cum familia ſua dolore nimio abſortus ex tanto dedecore cum tota curia inde diſcedens: Romā remeauit in ſancto Petro diſponens cōcilium conuocare ob iniuriam ſibi ⁊ eccleſie factā vindicandam cōtra regē Francie: ſicut ⁊ ſctūs Syluerius papa fecit contra ſuos detentores ⁊ proſcriptores. Sed creſcēte infirmitate ex dolore cōcepto carnes eius corrodente: nō poſt multos dies migrauit e ſeculo. In eccleſia ſancti Petri ad introitum eius honorifice ſepultus. Fuit vtiq̧ antiſtes iſte: vt dictū eſt ſupra ſcientia acquiſita valde peritus: naturali ingenio preditus ⁊ tenacis memorie: magni animi: crudelis inimicis ſuis: ⁊ amicis largus ⁊ liberalis: Multum exaltauit ſtatum eccleſie tēporalem iura eius tuendo viriliter et augendo. Et per venerabiles cardinales

Dinus: de Mugello doctor eximius.

dñm Guilielmū de Bergomo: et dñm Richardum de Senis doctiſſimos viros: ⁊ dñm Dinum de Mugello doctorem eximium legum cum eis cōferēdo edidit. vj. librū decretalium pulchro ſtilo ⁊ multum ſententioſo ⁊ cauſidicum. Ad cardinalatū plures promouit. Conſanguineos nimis dilexit ⁊ exaltauit: quum tamen dicat pš. Si mei non fuerint dñati: tunc immaculatus ero. Duos ſuos nepotes fecit cardinales ſatis iuuenes: ſimiliter ⁊ auunculū ſuum ex parte matris. Viginti numero ex ſuis cōſanguineis ⁊ amicis de Anagnia epiſcopos ⁊ archiepōs inſtituit in notabilibus vrbibus. Laicos nepotes vel aliter attinentes comites fecit. Magnum theſaurum eis reliquit magis pauperibus erogādum vt in celis theſaurizaret. Unde ⁊ poſt tranſitum pape quū eſſent pecunijs opulēti eius cōſanguinei: cōductis. ccc. ſtipendiarijs Cathalani/ vindictam ſumpſerunt de inimicis pape proditoribus eos qui erāt in regione Campanie atterētes. Subito autem captura pape diuulgata eſt per orbem. Sed et curſores miſſi ſunt ad regem Frācie: vt de re ei valde grata. Quum aūt per ciuitatē Morianeū. que eſt poſt tranſitū montium/ tranſiret nuntius iſta referens: ⁊ epūs ciuitatis qui erāt religioſe ⁊ ſancte conuerſationis: hec quum audiſſet: corā multis ait. Hoc nouum dabit magnū gaudiū regi Francie: ſed extrema gaudij luctus occupabit. Nam propter tantum exceſſum notabile iudiciū dei irruet ſuper eum ⁊ progenies eius: magnas luet penas: aduerſa multa patietur: ⁊ plurimi inſurgent cōtra eum et filios eius. Quod totum impletū eſt non multo poſt tēpore. Et hoc ideo ſcriptū eſt vt hoc exēplo ceteri illud obſeruent oraculū. Nolite tāgere chriſtos meos. Qui enim vos tāget (ait deus per prophetam) tangit quaſi pupillam oculi mei. ¶ Circa id tempus Eduardus rex Anglie concordatus cum Philippo rege Francie pacem fecit ⁊ ſibi conceſſit Guaſconiam: ita q̧ tamen q̄ faceret ſibi homa-

Guaſconia dat Anglis poſſidēda.

gium. Cui rei ideo acquieuit Philippus: q: timebat propter rebelliones quam ipſe fecerat eccleſie ⁊ iniuriam procuratā Bonifacio pape in captura eius: quum etiam bella haberet cum Flandrenſibus: ne ei aduerſaretur rex Anglie. Eodem anno idem rex Eduardus q uum infirmatus eſſet: Scoti hoſtiliter diſcurrerunt per Angliā. Propter hoc rex Eduardus congregatis copijs in lectica ſeu feretro fecit ſe deferri in caſtra cum ſuis: ⁊ conflictum habens cum eis eos profligauit ⁊ vicit: ⁊ dominium Scotie ſuſcepit: terras quaſi oēs capiendo: exceptis illis que dicuntur Maroſe in montibus valde aſperis ad habitandū: vbi cōfugerāt Scoti rebelles cum rege ſuo Alberto: qui homo vilis nationis erat: ⁊ ſe fecerat regem Scotorum.

§. XXII. Ad bellum nunc Frācorū cū Flandrēſibus poſt interpoſitionē factā de geſtis in

Hetruria regrediendo. Sciēdum q̄ anno dñi. M.ccciij. Flādrenſes cōgregatis copijs ſuis hoſtiliter diſcurrerunt ꝑ patriā Artēſem: deuaſtationes ⁊ dāna maxima inferēdo. Combuſſerunt inſuper ſuburbium Artenſe Mierium (rectius ſanctum Audomarum) ⁊ caſtrametati ſunt in nemore vltra fluuiū Liſcie (vel Liſe) Francigene aūt qui erant in oppido ſcti Mieri numero triū miliū equitū ⁊ multorū aliorū peditū cū Seneſcallo Frācie: poſuerūt Flandrenſibus inſidias. Nam pars exercitus Francorum vna nocte poſuit ſe in certo loco: reſidui vero Francorum equites ⁊ pedites aggreſſum aſſultū fecerunt cōtra Flandrenſes ex parte burgi Artenſis

Flādrēſes ſuperantur a Frācis.

Quibus Flandrenſes viriliter reſiſtebāt pugnantes ſimul. Quū bellū cōtinuarēt: Frāci qui erāt in inſidijs/ egreſſi de latibulis inſurrexerunt cōtra Flandrēſes ex parte poſteriori. Qui cernentes ſe in medio inimicorum conſtitutos: ⁊ añ ⁊ poſt ſe eos impugnātes: queſierunt q̄ valuerūt per fugā ſe ſaluare: interfectis tñ ex eis non paucioribus tribus milib⁹ Fugiētes aūt in podio Caſelle ſe tutati ſunt. ¶ Eodem anno dñs Guido de Flandria cum hereditario materno pretē deret ad ſe pertinere comitatū Hollandie et zelandie: quē tamen detinebat comes Analdi ſuus conſobrinus: adiutus copijs Flandrenſium ꝓfectus eſt hoſtiliter diſcurrendo per magnā partē comitatus Analdi. Poſtmodū cū claſſe tranſiuit in zelandiā: ⁊ cepit oppidū Melburgi ⁊ quaſi totā regionē illā ⁊ inſulas circunſtātes: excepta terra Saliſea (vel zerichea) que erat fortis valde ⁊ bene prouiſa. ¶ Eodem anno dñs Philipp⁹ filius comitis Guidonis de Flandria ſupradicti quum eſſet in Appulia: ⁊ ibi in dñio ſuo haberet comitatū Tietinū ⁊ Loſianū cuſtodiā in Abrutio: que habuerat in feudum a rege ꝓ dote vxoris: vt ſuccurreret pr̄i ſuo/ fratribus/ ⁊ patrie ſue Flādrenſi: dimiſit ⁊ renuntiauit regi Carolo predictū comitatū quē poſſidebat in Appulia: ꝓſēs in Flādriā: eligēs poti⁹ eſſe pauꝑ miles vt iuuaret ſuos: q̄ habere magnū dñium: patriā ⁊ ſuos derelinquēs. Subito autē quū applicuit in Flādriā: intellecta eius charitate ad patriā dēs inſtituerunt eū dñm capitaneū belli. Hic ſe reppererat in prelijs Hetrurie ⁊ Sicilie: ⁊ ſtrenue ſe habuerat ⁊ viriliter. Hic ergo cum copijs Flandrenſium hoſtilem diſcurſum fecit in in regione illa Artenſi: deſtruendo terras illius patrie vſq̧ maritimam. Poſtea obſedit oppidum nomine Vaſta terra (hec eſt Terrauana ſiue Morinum) quod etſi muros non haberet: habebat tamen foſſata in circuitu. Ibi erant ad tuitionem eius. cc. milites ⁊ mille quingenti pedites: illuc miſſi ex Tuſcia Longobardis ⁊ Romandiola qui erant armis bene prouiſi. Et licet hoſtes ſcilicet Flandrenſes numeros quinquaginta milia poſt pugnam integra die/ quum ex omni parte locum circundediſſent: excepta ea via que erat verſus fluuium Liſcie: Flādrenſes exiſtimabāt eos oēs cōprehēſuros: vt vndiq̧ incluſos. Sed dicti Tuſci ⁊ Longobardi aſtuti in

Flādrēſes a Tuſcis illuſi.

militia ſagaciter euaſerunt. Nā implentes duas domos que erāt in principio pontis per quem a ciuitate illa trāſibat fluuius Liſcie: recedentes oēs de ciuitate illa ignem illis domibus poſuerunt in tranſitu ꝑ pontes. Qui cōburēs principiū pontis quū iam illi eſſent trās fluuiū: Flādrēſes inſequētes hoſtes quū veniſſent ad locū illū inuenientes principiū pontis combuſtū: nō potuerunt tranſire. Uñ ex altera parte fluuij Tuſci ⁊ Longobardi ſtantes in acie ordinate deridebant

Morinū incēditur.

Flandrenſes: ⁊ exultabant de euaſione aſtuta de manib⁹ eorum. Propter qđ irati Flandrēſes quū nō poſſent eos inſequi cōbuſſerūt oppidū illud. Et exinde proceſſerunt deuaſtationes magnas faciendo vbiq̧ ad ciuitatem Tornacenſem quā circundantes impugnabant fortiter. Et qui intus erant pro rege Longobardi ⁊ Tuſci viriliter reſiſtebant. Et ciuitas illa in ſe fortis erat opulenta ⁊ bene munita. Interea durante obſidione: rex Francie feſſus ex impenſis/ etiam propter alia negotia treugas poſtulauit per annum duraturas. Quibus compoſitis ſublata eſt obſidio Tornaci. Et comes Guido de Flandria fuit de carcere eductus: cum cautiōe iuratoria ⁊ aliquorū obſidum: vt poſt certum tempus reuerteret ad carceres. Qui liberatus etſi ſenex profectus eſt in Flan-

Guido Flādrie comes in carcere moritur

driam cū magno gaudio: vt videret patriam ſuā liberā a dominio Francorū: ⁊ cōgratulandū cū ſuis gentibus. Qđ quū peregiſſet. ait. Iam letus moriar viſa liberatiōe patrie mee. Et reuerſus tempore determinato ad locum carceris: paulo poſt obdormiuit in dño octogenarius exiſtens: vir bonus et prudens: ⁊ amator patrie ⁊ ſubditorū ſuorū. Cuius corpus reductum eſt in Flandriam ⁊ honorifice ſepultum.

§. XXIII. Finitis treugis anno ſequenti ſcilicet. M.ccciiij. rex Francie fecit magnū apparatum multorū baronū: vt cōflictū haberet cū Flādrēſib⁹: ſecū ducens. xij. milia equitū ⁊ peditū. lx. milia. Et cum dicto exercitu bene fulto tranſiuit in Flandriā ꝑ mare. Fecit autē

Francias: que loquũtur idiomate Picardo: vbi ſunt plures ciuitates. Firmatis igitur pactis pacis liberati ſunt a carceribus domini ⁊ barones Flandrenſes: ſcilicet Robertus Guilielmus/ Guido/ ⁊ alij plures.

¶ De Bñdicto .xi. papa: ⁊ ſeditione Florentinoꝝ. Cap. ix.

Benedictus .xi. papa.

Bonifacio humanis exẽpto aſſumptus eſt ad pontificiuꝫ Romanũ Benedictus .xi. paucis diebus poſt ſepulturã predeceſſoris electiõe canonica celebrata ⁊ vere bona anno dñi. M.ccciij. menſe Octobris. Ab initio aũt mundi quinquies. M.cclxvi. ſm minorẽ numeruꝫ. Secũ vero maiorez ſexies. M.ccccciij. Is aũt prius vocatus eſt Nicolaus: qui in ſeculo fuit viliſſime cõditionis. De Taruiſio (al's Taruiſio) ⁊ inde Venetias acceſſit pueros docens in grãmaticalibus: vt paupertatẽ ſuaꝫ ſuſtentaret. Ingreſſus aũt ordinẽ Predicatoꝝ non ſegniter cõuerſatus virtutibꝰ ⁊ ſciẽtie ſe dedit vt in modico tpe doctiſſimus euaſerit: magne memorie ⁊ acris ingenij: oĩbus factus amabilis. Et in ordine p oẽs dignitates gradatim aſcendens: ex ſuperiore prior effectus ex prioratu cõuentuali ad ꝓuincialẽ aſcẽdẽs: inde in magiſtrũ ordinis generalẽ electus: a Bonifacio octauo ꝓpter ſcientiã ⁊ ꝓbitatẽ ſuam inter cardines terre ꝯſtitutus: demũ cathedrã Petri aſcẽdit. Sꝫ heu nimis modico tpe iam ſanctus vir in ea reſedit ſcꝫ mẽſibus nouẽ tm̃. Subito aũt ad pacẽ vbiqꝫ ponendã animũ ſuũ applicauit: vñ ⁊ regẽ Frãcie eccl'ie recõcilliauit ob excõicatione eũ abſoluẽs. Cenſuras etiã Columnenſes pro parte amouit. Multa ſctã opera facere diſponit: ſed morte celeri preuẽtus implere non valuit. Et in ficubus recentibus ſibi preſentatis p abbatiſſam ſancte Petronelle dicit intoxicatus: hoc p alios procurato. Qui in dño requieſcens. Peruſij vbi tunc cũ curia reſidebat: honorifice eſt ſepultus in eccleſia ſancti Dñici ordinis Predicatorũ. Dicitur etiã miraculis claruiſſe: nec incredibile quũ ſancte vite extiterit. Narratur etiã de eo: ꝙ quũ mater eius paupercula adhuc ſupereſtes acceſſiſſet Peruſiũ ad eum viſitandũ poſtꝙ applicuit/ induta fuit ſericis ab amicis vt decere videbať vtpote tanti principis mater. Quũ ergo captata hora ingredi deberet ad filiũ: interrogauit papa ipſe filius quibus veſtibus eſſet operta. Reſponſum eſt ei q: ſericis ob honorem apoſtolice ſedis. At ille: Nõ eſt (inquit) hec mater mea. Ipſa enim mater mea paupercula mulier eſt: quid ſit ſericũ ignorans: nec voluit eam dimittere ad ſe videndũ. Quamobrem hoc audiẽs pia mater: illis depoſitis veſtibus eſt humilibus induta. Quũqꝫ hoc Benedictus papa audiſſet: dixit. Hec eſt mater mea: veniat. Et ingreſſam in oſculo ſancto amplexatꝰ eſt eam. Eo aũt defuncto .xi. menſibus vacauit eccleſia Romana propter diſcordiã cardinaliũ adinuicem in electione. Vltramontani eñi querebant habere papam Gallicũ: citramontani Italicum: vnde perueniri nõ poterat ad duas partes vocum habẽdas prout exigitur. Que tunc in vita ipſius Benedicti geſta ſunt in diuerſis mundi partibus ⁊ ſede vacante: ſubſequẽter deſcribunť. Circa illud tẽpus ex hoc migrauit ſeculo Bononie dñs Dinus de Mugello qui fuit egregius ⁊ peritiſſimus doctor in iure: ſicut fuerit alius quicũqꝫ vſqꝫ ad tempus ſuum. Et gloſſam fecit.

§. I. Anno aũt dñi. M.ccciij. mẽ-

ſe Februarij Benedictus papa .xi. deſtinauit legatũ ad placãduz Hetruriam: Florentiamqꝫ delegauit auditis diſcordijs Florentinorũ. Legatus aũt fuit dñs Nicolaus Pratẽſis cardinalis aſſumptus ex ordine Predicatoꝝ: vir vtiqꝫ ſagax atqꝫ induſtrius. Qui etſi res cõpoſitas a Lucẽſibus cognouiſſet: tamẽ cõplura ſupereſſe ratus/ ⁊ preſertim reductionẽ exulũ mente cogitans/ Florentiã venit: tribus fere mẽſibus poſtꝙ Lucenſes abierãt. Ingreſſus vrbem quũ arbitrium liberũ poſtulaſſet: ſibi haud difficulter conceſſit ciuitas: ſentiens adhuc morbi reliquias nequaꝙ̃ cõtemnendas intra viſcera remanſiſſe: quibus medelam cupiebat afferri. Legatus igiť proſpecta ſagaciter natura ciuium: vt ſcribit Leonardus in hiſto. Floren. quum multifariã ciuitatem diuiſam: principalem tamen diuiſionẽ inter nobilitatẽ ⁊ plebem animaduerteret: partes animo cõplexus eſt plebis: ſentiẽs id genus hominum nimis pertinax aduerſus reductionẽ exulũ: minuſqꝫ acre ſtudijs partiũ reperiri. Cõfeſtim igiť huic factioni adherens: multa prouidere ac moliri cepit: quo nobilitatis frãgeret animos: plebiſqꝫ dñatum anthoritatẽqꝫ aſſereret. Sic enim ob noxiã ſibi futurã multitudinẽ ⁊ nutum eius ſecuturaꝫ arbitratus eſt. Cõſiderãs igiť nobilitatẽ p ſeipſam haud multũ poſſe niſi clientelis ⁊ amicitijs plebeiorũ hoim ad eos conuertere ſe ſolitorũ iuuaretur: ⁊ plebeios autẽ ipſos haud imbecilles fore: ſi iniurie ſingulis illate ad multos ptinerẽt: vnico vtriuſqꝫ rei cõſilio ꝓſpicere feſtinauit. Ea quidẽ de cauſa: ſolerti ingenio author fuit .xx. ſocietates in vrbe creandi: in quas plebẽ diſtribuit vniuerſam. Harũ ſocietatũ Tranſarnina tribus cõtinuit quatuor. Totidẽ Scheraggiana. Reliquę deinceps tribus ſingule tres. Et ita viginti ſocietates intra vrbem fecit. Singulis vero ſocietatibus ſinguli ſigniferi prefecti. Iiſqꝫ vexilla ſunt tradita varijs diſtincta inſignibus: quo quiſqꝫ ſua ⁊ internoſcere aſpiciẽs ⁊ cõſequi poſſet. Mãdatumqꝫ his eſt: vt quoties opus foret/ cũ vexillis prodirent: ⁊ armatã quiſqꝫ ſuã adduceret ſocietatem. Deſignatio aũt ſocietatum per vicos parochiaſqꝫ eſt facta. Ciues ⁊ oẽs plebei deſcripti: pena grauiſſima conſtituta: ſi vniuerſi in armis non eſſent: nec vexilla ſua quoties illa prodirent/ ſequerentur. Tẽpus ſigniferis conſtitutũ fuit menſiũ ſex. Et illud additum: ne quis ex nobilitate in ſocietatibꝰ cenſeretur: ne ſe immiſceret: neve domo abiret dũ vexilla ꝓmerent. Si quis e plebe homo a potẽtioribus vllo tpe inuaderet: ſigniferũ ſocietatis ex qua is foret auxilium ferre lex iubebat/ ac vim armis repellere. Si quis ex nobilitate plebeiũ occidiſſet vindictam proximo agnato ſocietatis attinere. Pecunia ſi opus foret ac ꝓpinquus egeret: cõi ſocietatis impenſa perſequendum vindictã ſtatuebat. Si plebeius plebeiuꝫ inuaderet aut occideret: nulle erant partes ſigniferi aut ſocietatis. Ex quo apparebat ⁊ popularium ſocietates eſſe ſolum: ⁊ contra potẽtiam nobilitatis conſtitutas ſolũ. Ferturqꝫ vox illa legati quũ ſocietates creaſſet: nõ iã poſthac recipiendã fore plebeij hoĩs vocẽ cõtra potẽtiam nobilitatis cõquerentis: quũ quiuis e plebe longe plures habeat iniuriarum vindicteqꝫ cõſortes: ꝙ villi ex familijs: modo ſocietatũ iura ſtatutaqꝫ ſeruarent. Eodem fere ordine extra vrbem quoqꝫ p Florẽtinum agrum vexillationes quedam ſunt inſtitute: magis ne quiſqꝫ ex his locis ad nobilitatem concurreret: ꝙ vt p mutuã ſeſe opem agricole tutarenť. Roborato plebis ſtatu ac multitudine in ſuũ fauorẽ traducta: legatꝰ iã tẽpus maturũ adeſſe ratus ea que cogitauerat adimplendi: reductionem exulũ aggreditur. Eius rei cauſa liberuꝫ ab exulibus arbitrium (nã ciuitas ante cõceſſerat) poſtulauit. Exulum pluribus locis conuentibus actis: ſumma tñ olim ad eos q̃ Aretij erant referebať. Ibi nãqꝫ Vertius Circulus ⁊ oĩs illa factio ingenti multitudine reſederat. Ducẽqꝫ ſuarũ partium conſtituerãt Alexandrũ Romanie comitẽ: cõſiliariosqꝫ et ꝑfectos ex ſui corporis ciuibus. Ij ergo publica deliberatione arbitriũ poteſtatẽqꝫ rerũ ſuarũ ꝓmiſerunt legato. Fuit in eo cõcilio Dantes poeta ⁊ Petrarche poſtea inclyti poete futurus pater. Qui ſimul cũ partiũ electi Florẽtia: Aretij exulabãt. Vbi ⁊ Petrarcha mox ibi natus eſt. Accepto exulum decreto: legatus ſyndicis eorũ accerſitis: ꝓpoſitũ intentat: reductiões ſimul ⁊ cõcordiã aggrediť enixe. Rem per ſe difficilẽ lõge difficiliorẽ faciebat: ꝙ ille vniuerſam rationẽ exulum reducendorũ ingrediebať. Ij aũt partim erant Albi recenter pulſi: partim Gibellini: quorũ ſane durior erat cauſa. Difficultateſqꝫ maxime oriebantur: vel reſtituẽdoꝝ bonoꝝ gratia: vel inimicitiarũ priuatarũ. Qđ ſi Albis ſolum reducendis conatũ diligentiãqꝫ legatus adhibuiſſet: haud difficulter ea res videbatur effectuꝫ quem optauerat habitura. Sed ille magnitudine animi et fauore elatus multitudinis dũ vtrũqꝫ ſimul aſſequi vult: neutrum aſſecutus eſt. Adheſerant tñ quedã familie potentioruꝫ legato: poſtꝙ propoſitum eius cognouerũt: ac eius factũ vehementer iuuabant. Populares etiã multi pacis auidi eius cepto fauebant: quoruꝫ ille fiducia ereptus nitebatur. Miſſi ergo ex exulibꝰ ſyndici quũ Florentiã veniſſent: ⁊ frequenter cõſultatione apud legatũ agerent: reſqꝫ boni profecto exitus ſpem habere videretur: noua repẽte turbatio exorta cuncta prius compoſita diſſipauit. Ciuibus eñi nihil minus ꝙ tale aliquid ſuſpicantibus: repente nuntiatum eſt maximã exules multitudinẽ iuſſu legati aduentare: quaſi ad vrbem contendentes: repugnantibuſqꝫ ciuibus intraturos. Id quũ pluribus ſimul ex locis nuntiaretur: trepida ciuitas arma ſumpſit: ac magnis in ſuſpitionibus verſabať. Legatũ vero vt parum ſincerum hoiem ac ficte cõpoſitum formidabat. Multi etiã ſubdolam eius verſutiã comminabãtur. Enimuero legatus ſe conſtantiſſime purgans: neminẽ a ſe vocatũ exulum fuiſſe aſſeuerabat. Totam rem ab aduerſarijs ⁊ maleuolis paciſqꝫ et quietis publice hoſtibus quadam arte compoſitam querebatur. Atqui conſtabat literas legati nomine ſcriptas exules accepiſſe. Sed an vere an ficte fuerint litere ambigebať: nec deerãt qui predicarẽt a principibus nobilitatis reditum aduerſarioꝝ grauiter ferentibus ad cõmouendas turbas falſo literas fuiſſe ſubmiſſas. Nos vtrum illorum verũ fuerit in medio relinquimus. Sed qui exulum nomine aduenerant: conterriti ea nouitate eueſtigio abierunt: ita negotium pacis interruptum eſt. Legatus quoqꝫ vt ſuſpitionem minue-

Societates .xx Florẽtie inſtituũtur.

Dantes poeta.

rentune relicta vrbe Pratum contendit. Oppidum ingreſſus quum eadem poſtulaſſet: nam Pratenſes quoq hiſdem ſeditionibus agitabantur: nihil ad extremum agere valuit. Quinetiam dum acrius vrgeret: inſurgente factione Prato expellitur. Quare Florentiam reuerſus expeditionē contra Pratenſes indixit. Ad eam rem quum voluntarios milites rogaret: ꝛ proficiſcerentur multi copieq iam in vrbe creſcerent: ſuſpitio iterum exorta eſt: ne ſub alio pretextu militem cogere ac res nouare aggrederetur. Itaq aduerſantibus ciuibus ꝛ arma ponere iubentibus: conatus legati in irritū ceciderunt. Et tandem indignatione motus Florentie ſimul ꝛ Prato interdixit: ipſe vero irrito labore ad pontificem Benedictum rediit. ¶ Eodem anno pons qui ad charrariam dicitur: nimio pondere multitudinis que ad ludos cōuenerat ſpectandos corruit. Erat vero per idem tempus non lapideus vt nunc: ſed ſublicius. Eius ruina multos oppreſſit: multoſq afflixit.

§.II. Poſt receſſum legati magne cōtentiones ſecute fuerunt.

Pars eñi quedam nobilitatis ſtante nuper in vrbe legato ſeſe illi coniunxerāt: ac reductionem exulum intēperanter cōcupiſſe viſa fuerat. Erat vero ex his familijs que ad Alborum partem inclinare putabatur. Ea de cauſa ceterarum familiarium in ſe cōtraxerat odia. Ut ergo abijt legatus: reliqua omnis nobilitas in illos ſurrexit preter Curſium (al's Corſum) Donatum: qui amicis infenſus cōtra naturā ſuam quieſcebat. Hos populariū due inſignes familie Nigrarum partim aſſertrices ſectabantur. Iunij ꝛ Medices. Creſcentibus cōtentionibus: pugna tandem cōſeritur. Principiū vero pugne ortum eſt apud Circulorū Sarbenſiū edes: mox a priuatis edibus in forum delata. Quū ergo nouum inter vetuſq forū ꝛ circa porticū frumētariam pugnaretur: ꝛ inuicē modo pellerētur. Nerius quidam Abbas qui ſuorū inimicus e tota abbatū familia in vrbe reſtiterat: cōtra Circulos atq alios huius factionis in pugna ſtabat. Contēplatus aūt boree vim in aduerſarios perflantē. Fax ꝛ malleoli afferātur inquit. Iam ego hos cū domib' proprijs extorres agā. Nec mora: delatū ignē in gētiliū ſuorū edes iniecit: que nō longe a porticu frumentaria ſite fuerant. Inde cum eadem face diſcurrens ad caput veteris fori: Caponſachoꝝ edes incēdit. Is ignis igit' inter miſſilia ꝛ tela diſcurrēs: ꝛ vires aſſumens flatu inſuper boree adiutus late peruagatus eſt domos: ꝛ ſingula carpēdo apprehendit. Taberne venaliū rerum magni precij in his erant locis. Eas quū ignis inuaderet: vel incēdio cremabātur: vel a latronibus diripiebātur. Urbs eodē tēpore ardebat: ꝛ vicatim oppugnabatur: nō ſecus acſi hoſtis intraſſet. Cū autē homines opem ferre nō poterāt: ea de cauſa latius vagatus ignis inter duo fora primū ꝛ circa porticū frumentariā omnia cōſumpſit. Inde rurſus vires aſſumens: vſq ad Arnum peruenit: nec prius finis cremandi eſt factus: q̄ ſupra mille et ſeptingentas edes incēdio cōflagrarint. Medicatū fuiſſe ignē vulgo creditū eſt. Nec eandē abs re ſuſceptā credulitatē exiſtimari. Cerneres etiā nunc admirabilē ac prope ſtupendā illius vim in parietes etiam ipſos ac lapides: quod reliquie monſtrāt ſeiuncte. Ob huius incēdij oīa pars illa que Circulis fauebat ſuccubuit: abſumptis Caualcātum Gerardinorūq ꝛ Pulchorum edibus: quibus ea factio plurimum nitebatur: ꝛ vicinis etiā que vna ſentiebāt euerſis. Cedentib' igitur victis ꝛ ciuitate ad aliquē modum compoſita: nouum rurſus periculum nouaq turbatio exoritur. Legato eñi de quo. ſ. diximus: ſiniſtre admodū ac peruerſa referente: tum de ſuis ipſe facinoribus tacens aliena facinora in crimē vocauit: ac pontifici qui illū miſerat quaſi eius honor ſpretus eſſet ac deriſui habitus: veluti faces quaſdā indignationis admouit. Cōmotus pontifex. xij. potētiſſimos ea tempeſtate ciues principes eius factionis qui tunc vrbē tenebant corripiendos ſtatuit. Eos igitur quū ad ſe citaſſet: varia cōſultatio fuit: ꝛ cōtemnere ſimul ꝛ parere formidabāt: q̄ in altero fame in altero ſtatus periculum verſaretur. Fame: ſi quaſi delictorū cōſcij non irent. Status: ſi per eorum abſentiā motus aliquis in vrbe ſuſcitaret'. Omnib' tamen penſatis: ꝛ ad honeſtatē ꝛ ad magnanimitatē potius viſum eſt pontificem adire. Quare profecti oēs vt vocati erāt viri ampliſſimi principes ciuitatis Curſius (al's Corſus) Donatus: Robertus toſa: Gerius (al's Uerius) ſpina: ac ceteri potentiſſimarū familiarū ſupremi: honeſtū comitatū ducētes ac decentē: Peruſiā (vbi tunc pontifex reſidebat) peruenerūt. Quū pontificem patres adijſſent: ac purgādis diluēdiſq criminib' intēdunt: Nicolaus Pratenſis cardinalis quē legatū in Hetruria fuiſſe docuimus: inter hec dolū cōmētus exulibus clam perſcripſit: vti Florētiam occulte inuaderēt. Nullū quidē tēpus ei rei patrāde aptius fore: quum principes oēs diuerſe factionis induſtria euocati abeſſent. Quib' detractis ne auſuros quidē reliquos ciues manū attollere: maxime preſertim multitudinis parte. qđ pridē experimēto viderit illorum reditū affectante. Hanc exhortationē auide cōplexi exules quū alij alijs celeriter ſignificaſſent: conſtitutis die Florentiā verſus vndequaq cōtenderūt: ita improuiſo atq ſecreto: vt nil preſentiret': ita magna multitudine. vt cuncti expaueſcerent. Fuerūt eñi peditū ſupra nouē milia: equites vero ad mille ſeptingētos. He copie maxima ex parte Bononienſiū Aretinorūq fuerunt: que ciuitates eiſdē partib' infecte Albis fauebāt. Quū igit' vergēte iā in occaſum ſole: nō procul ab vrbe via Bononienſi prime exulū copie apparuiſſent: ciuitas repente in armis fuit. Uigilieq ea nocte prope vicatim acte. Addebat terrorē debilitas vrbis: que nō abſolutis nouis menib' ꝛ antiquis ꝓpter ſpem nouorū neglectis: non ſatis valida ꝯ oppugnationē putabat'. Exules preterea Luce bifariā partitis copijs ad primū fere lapidem Bononienſes in ſubſidio reliquere. Ipſi vero cū Aretinis ad vrbem deſcendētes nullo negāte noua tranſgrediunt' menia. Inde leuia quedā ꝑlia ibi ꝯmiſſa ſunt. In quibus ſuperāte multitudine quum ciues dimouiſſent: ad leuā tenentes iter: nō lōge a ſeruorū tēplo patētiori loco aciem ſtruxerūt. Signo dato quū ad vetuſta menia diſcurriſſent: ꝯ viam glodiariā ꝛ portulā qua via illa claudebatur maxime impetū fecerūt. Eam quū repulſis defenſoribus ꝑfregiſſent: ingreſſi anteſignani vſq ad Martis tēplū preliātes ꝑuenerūt. Et vexilla quedam intra portā illata magnū terrorē prebuerūt ciuib'. Nec ambigitur quin eodem impetu ſi ſecuta fuiſſet acies: exules illo die victores fuiſſent. Sed cūctando extra portā ac exitū pugne expectando: cōcurrendi atq ſe conglobandi ciuibus facultatē prebuere. Ita concurſu poſtea ad eum locū facto quo hoſtē intraſſe clamabatur: ſeſe cohortantes ciues inuadenteſq extra portā deiecerūt. Sunt qui putant exules non ſatis vnanimes fuiſſe ad vrbē inuadēdam: ꝛ Albos Gibellinorū vires expauiſſe. Nam qua rōne a viris militarib' ꝛ bellorū expertis omiſſum fuerit vel aciē totā primo impetu irrūpere: vel quū vno in loco pugnaret': alijs ſubinde locis admouere: Iam vero Bononienſium copias que in vrbe conſpecte magnum terrorē afferre potuerunt ciuibus: quo tandē conſilio ab vrbe procul reliquerūt: Hec ꝛ hmōi errata ſuſpitionem prebebāt: quaſi mallent quidā exulū vrbe nō potiri: ſed aciem dūtaxat admouere: quo ipſi per pactionem reciperentur. Nam pulſos nuper ciues quos Albos vocabant: nō tam voluntas q̄ neceſſitas Gibellinis coniunxerat: nec ſi facultas eſſet: paſſuri ſeſe inuicē videbant'. Et relictam procul ab vrbe de induſtria Bononienſium putant aciem: qūi illa maxime cū Ubaldinis ꝛ alijs Gibelline factiōis hominibus veniſſet. Ego vero quid animi habuerit vnuſquiſq exulum: haud facile exiſtimo quenq̄ eſſe dicturū. Uerum hec ꝛ hmōi errata in re militari euenire nō alienum puto: vbi non vnus dux: ſed multi ductores preſunt. Nec miles eſt qui per ſigna ingreditur: ſed collectiua turba: nec ſtare vnius imperio cōſueta. Que etiam tunc aderant. Nam ꝛ multi equales inter ſe duces erant: ꝛ manus tumultuaria atq noua. Bononienſes ſimul atq repulſos qui vrbem intrauerant cognouere: ꝛ nutitabant quidam aciem extra portam eſſe profligatam: confeſtim ſigna mouentes abiere. Qui vero in portā in acie ſtabant: quum a prima luce vſq ad meridiem conſtitiſſent: ſiti atq fatigati calore labaſcere iampridem ceperant. Itaq poſtq̄ Bononiēſes abijſſe audiuerant: qūi deſerti a ſuis: eorum veſtigia ſecuti ſunt tanta trepidatione: vt fuga magis q̄ profectio videretur. Pauci ex ciuibus poſt eos egreſſi quoſdam poſtremo agmine interfecerunt: reliqui ea ipſa via qua venerant remearunt. Quum ſuperato colle in agrum Mugellanum deſcenderent: obuiam illis venerunt Piſtorienſium copie: quas Toloſanus Ubertus Florentinus eques et ipſe exul ex eadem cauſa adducebat. Erant autem equites trecenti: pedites vero circa octingentos. Ab his Toloſanus cognouit et quid actum eſſet: ꝛ quid ſpei ſupereſſet. Itaq conuerſo itinere Piſtorium reduxit. ¶ Per eoſdem fere dies quibus hec tentata ſunt ab exulibus: Benedictus Roman' pontifex vita functus eſt: magneq fuerunt patrum diſcordie in eligendo ſeſe cum. Itaq ciues nuper a pontifice euocati cognita legati fraude et apud patres conqueſti Florentiā ilico redierunt. Uerſi dehinc ad rempublicam ꝛ ſtatum ciuitatis roborandum: quoniam apparebat magna ſupereſſe certamina: ſocietatem renouarūt cum alijs Hetrurie populis qui eaſdem per id tempus ſectabantur partes. Ii fuerūt Lucenſes ꝛ Uolaterrani: Senenſes. Pratenſes: Geminianēſes: Collenſes: Typhernates: quos Caſtellanos vulgo dicūt. Omnes hi ſimul vno federe colligati ꝛ ducem ſibi preficere aliquē maioris authoritatis ſtatuerūt: cuius auſpicijs bellū inferrent. Robertus erat per id tēpus filiorū Caroli regis in

Italia

Calamitoſum Florētie incendiū.

Exules Florētini Florētiā inuadunt.

Italie maximus inſigni tunc indole ac magne ſpei iuuenis. Hanc deligere ducem placuit. Eius rei gratia miſſi Neapolim oratores duo: Raynerius Foreſij: ⁊ Borgius Rainaldi: ⁊ a Lucenſibus Senenſibuſq oratores alij: qui regem primo mox iuuenē allocuti/ tandē illius aduentū in Hetruriā impetrarūt hmōi conditionibus dictis receptiſq vt Robertus in Hetruriā veniret: exercitū Florētinorum ſociorū ductaret: nullam in vrbibus oppidiſue poteſtatē haberet. In exercitu vero animaduertendi in eos qui non parerent: ſibi ius eſſet. Si pecunia damnaret aliquē erario ciuitatis oppidiue cuius damnatus ciuis oppidanuſve foret applicaretur. Annum integrū in Hetruria bello gerendo perſtaret: nec inde abiret: niſi aut euidēs regni periculū paternitati pōtificis iuſſus morā eius impediret. Contra vero Florentini ſocijq ſtipendia equitibus quos adduxiſſet p ſingulos menſes darent: ſibiq ⁊ familie diurnā penſionem. Harum pecuniarū maximam partem Florentini ex federe conferebant: proximā Lucenſes: pauciorem Senenſes et alij proportionaliter.

Robertus dux in Hetruriam venit.

¶ His ergo ita cōpoſitis: proximi anni vere primo Robertus in Hetruriam venit ducens ſecum equites non amplo quidem numero ſed viros nobiles ⁊ ſtrenuos ad bellum delectos. Ciuitates autē conſilio habito Piſtorium obſidere conſtituerunt: que ea vrbs per id tēpus ab aduerſarijs tenebatur: Florētiniſq ⁊ Lucenſib⁹ bellū continuū inferebat. Igitur poſtq̄ Florentiam venit Robertus: coactū paulopoſt exercitum in Piſtorienſes duxit. Venerunt alia ex parte Lucenſes magna multitudine: ac ſe Florentinis ceteriſq ſocijs cōiunxerūt.

Piſtoriū obſidetur.

Caſtris non longe poſitis quum Piſtorium cinxiſſent: expugnare vrbem aggrediuntur: ſed reſiſtebatur acerrime ab his qui erant in ciuitate Piſtorienſibus. Et aderant Florentinorū exulū non contēnenda manus: ⁊ cōducti equites mercede circiter .ccc. Ii quū vrbem egregie defenderēt ⁊ ob eam rem longior interceſſura videretur mora: Florentini ⁊ ſocij obſtinatis animis vallo et foſſa vrbem circundederunt: caſtelliſq ⁊ turribus opportunis locis munierunt: vt nemo ingredi egrediue poſſet. Crebra vero quotidie prelia inter menia vrbis foſſaſq committebantur. Dum ea geruntur apud Piſtoriū: interea Clemens quintus poſt Benedictum creatus eſt pontifex: de qua electiōe infra dicetur. Is cū in Francia eſſet: hortatu Nicolai Pratenſis cardinalis duos ſimul legatos in Hetruriā miſit. Ii quarto fere menſe poſtq̄ obſidio facta fuerat: quum in caſtra veniſſent Roberto duci exercituiq ex authoritate pōtificis edixerūt: vt ab armis diſcederent: obſidionemq diſſoluerent. Ii niſi parerent: cenſuras grauiſſimas protulerunt. Robertus dicto pontifici obediens fuit. Id enim ad initio dominatum exceperat: ceteri quoq populi longiorem militiam veriti deſtiterunt. Florentini ſolum ⁊ Lucenſes obſtinatis animis obſidionem proſecuti ſunt: conſcij non tam ex animo pōtificis q̄ ex procuratione aduerſariorum precepta illa comminatio neſq prodire: ac paulo ante in principibus experti ciuium nihil neq firmi neq ſinceri curiam habere. Ea indignatione legatorum precepta contēnere: nec tantis laboribus ceptā protractamq obſidionem diſſoluere ſtatuerunt. Legati quoniam dicto non parebatur: in Florentinorum Lucenſiumq preſides ſentētiam tulerunt. Vrbibus autem eorum interdixerunt ſacra. Robertus igitur relicta apud Piſtoriū maxima parte equitatus quam veniēs in Hetruriam duxerat: ipſe tenuit comitatu in Prouinciam primo: mox in Galliam tranſijt pōtifici pro aſſumptione gratulandū. Florētini vero ⁊ Lucenſes in obſidione perſeuerātes vrbem arctius indies preſſerunt. Milites ne longiori officerētur militia viciſſim mutabantur: vt noui veteribus ⁊ integri ſuccederent feſſis. Ad vndecimum vſq menſem protracta obſidio eſt. Tandem quum neceſſaria deficerēt: qui obſidebantur turbam mulierum ⁊ inutilium bello hoim eijcere ceperunt. Sed hi quum ad munitiones peruenerant: non minus acerbe a militibus qui ſtabāt pro vallo: in vrbem reijciebātur. Ita longitudine belli domiti Piſtorienſes in poteſtatē venerūt exulib⁹ qui intus erāt incolumibus abire pactis: ciuibus autē impunitate conceſſa.

Piſtoriū deditur Florentinis.

Poſtq̄ vrbe potiti ſunt Florentini ⁊ Lucenſes menia vndiquaq diruerunt. Agrum ⁊ regionem inter ſe partiti ſunt: vrbi vero afflicte ⁊ ſeruitute imperitauerunt. Captum eſt autē Piſtorium .v. idus April. anno chriſtiane ſalutis .M.cccvi. Florentini in agrum Mugellanum profecti Acciaticū (al's Arcianum) obſederunt. Id erat caſtrū Vbaldine gentis ſitu loci ⁊ ſtructura murorū longe munitiſſimum. Cauſa obſidendi illa fuit: q̄ maxima vis exulū eo in caſtello cōſederat: a quibus non terrores modo verū damna quoq finitimis inferebantur. Tribus menſibus omni conatu Florētinus circa illud cōmoratus: tormentis maximeq cuniculis oppugnationē tentauit. Verum conatus oēs in irritum caſuri erāt aſperitate munitiſſimo loco: niſi ſuſpitio inter principes eius familie coorta certatim compuliſſet ad deditionē faciendā. Quare pecunia expromiſſa caſtellū receptū eſt: ⁊ ad ſolū euerſum. Incolarū aūt pars in ſubiectā planitiē redacta: ⁊ oppidum ibi conditū: qd poſtea Scarpariā vocitarunt. Eodē anno magiſtratus nouiter creari in vrbe ceptus eſt cōtra nobilitatē: quē executorē iuſtitie dixerunt. In huc magiſtratū magna pars cure que prius ad officiū vexilliferi iuſtitie pertinebat: tranſlata eſt. Et quo gratie metuiq abeſſet ſuſpitio: peregrinū ſumere placuit: ⁊ quidē extra Hetruriam oriundum. Ex ſocietatibus vna detracta Stradiana eo factum eſt: vt pro .xx. ſocietatibus .xix. inſtituerentur.

Arcianū caſtruʒ vbi ędic Scarparia.

Executor iuſtitie magiſtrat⁹ Florentinus.

In titulo .XXI. tractatur de

pōtificibus ſummis qui fuerunt a Clemente .v. vſq ad Gregoriū .xi. excluſiue: qui fuerunt numero .vi. ſ. Clemēs .v. Ioānes .xxii. Benedictus .xii. Clemens .vi. Inno. vi. Vrbanus .v. poſt quem Grego. xi. Et hi oēs cum curia reſidentiam fecerunt vltra montes in Gallia: ⁊ ſʒ q̄ tpe vltimi horum ſcilicet Gregorij .xi. ciuitates exiſtētes de iuriſdictione eccleſie que ſunt in Italia: pene oēs ſe rebellarunt: ideo Greg. xi. reuerſus eſt cum curia ad vrbem. De imperatoribus etiā qui fuerunt his tpibus agef. Et de varijs mutationibus que acciderunt in ciuitatib⁹ Italie ⁊ prelijs: precipue Florentie: ⁊ quibuſdā alijs in diuerſis nationibus geſtis. Hic etiam narraf de prolixa vacatione ſedis aplice: ⁊ quō Clemēs .v. modo inſueto fuit electus. Et de concilio vniuerſali habito Viēne. Et de Clementinis editis per eum: ſed per Ioannem .xxii. promulgatis. Hic etiam agitur de Ludouico imperatore electo Bauaro. Sʒ quia inimicus erat eccleſie priuatus eo fuit. Qui Ludouicus procurauit ſchiſma: faciens antipapam Petrum de corbaria. Sub eo inſurrexit hereſis Fraticellorum reprobata cum illis per Ioannem .xxii.

¶ De Clemente .v. papa/ quanta induſtria ſit electus: ⁊ maleficijs regis Francigenarum Philippi. Cap. i.

Poſt mortem Benedicti .xi. aſcendit cathedram Petri Clemens .v. qui prius vocabatur Raimundus: archieps Burdegalenſ. non cardinalis nec preſens: ſed in ciuitate Burdegalenſi tunc reſidens. Quod accidit cidit per hunc modum. Ingreſſi dñi cardinales in conclaue Peruſij pro electione facienda. concordari non poterāt: querētes magis ſua q̄ que Ieſu chriſti. Erant eñi diuiſi in duas partes quaſi equales. Vna pars erat ciſmontana: cuius capita erat dominus Mattheus de Vrſinis: ⁊ dominus Frāciſcus de Guatanis qui fuerat nepos pape Bonifacij. Altera pars erat vltramontana: vel adherentium ei: quorum principaliores erant dñs Neapuleon (alias Neapulio) de Vrſinis ⁊ dñs Nicolaus Pratenſis. Primi voto ſuo dirigebant ad aliquem Italicum ⁊ fauentem amicis ⁊ conſanguineis Bonifacij pape: alij tentabant eligere aliquem Gallicum vel amicum regis Francie: qui manifeſtam inimicitiam oſtenderat ad Bonifaciū papam: ⁊ excōicatus fuerat ab eo. Sicq̄ p plures menſes qualibet partium fixa in propoſito ſuo. ad numerum duarū partium ex eis prout exigitur non poterat perueniri. Vna igitur dictarum cardinalis Pratenſis dñs Nicolaus vir valde ſagax ⁊ experientiſſimus ait ſecreto dño cardinali de Guatanis domino Franciſco. Nos magnum malum facimus ⁊ eccleſie detrimentū: vñ populi ſcandalizentur: nō prouidēdo de paſtore. At ille. Per me non ſtat inquit. Tūc Pratenſis. Si bonū medium inuenirem ad hanc rem efficiēdaʒ placeret ne tibi? Reſpondit. Placebit vtiq̄. Ego (ait Pratēſis) cogitaui hūc modū tenendum: vt videlʒ vna pars collegij cardinaliū eligeret tres ex vltra montanis idoneis ad papatū prelatis prout eis videref: ⁊ altera pars teneretur infra .xl. dies vnū ex illis tribus ppoſitis eligere prout eis placeret: ⁊ ille papa intelligeretur canonice electus ⁊ eſſet. Placuit dño Frāciſco forma predicta: ⁊ pſuaſitq̄ ſequacibus ſuis hunc modū acceptare: ita tñ q̄ ipſi haberent proponere ſeu noīare illos tres: intēdētes tales aſſumere qui fuiſſent amici olim Bonifacij ⁊ regi Francie parum affecti. Et Pratēſis partē ſuā induxit ad id efficiendum: intendens ⁊ ipſe taliter prouidere/ q̄ haberent ſibi propitium et beneuolum et regi amicum. Facta igitur hac conuentione ⁊ ſolēni ſtipulatiōe per ſcripturā firmata: pars illa que dñm Franciſcum ſequebatur: noīauit tres archieþos Gallicos eis familiares ⁊ regi infenſos Francie. Inter quos fuit Raimundus Burdegalenſis archieps: qui creatus fuerat archiepiſcopus a Bonifacio papa: nec regis amicus ppter offenſas factas ſuis conſanguineis in Guaſconia p dñm Carolum Valeſiū. Illis igitur tribus noīatis: alia parte ſecreto adinuicē cōferente perſuaſit Pratenſis ſagax ⁊ induſtrius: vt Raimundū Burdegalenſem decernerent preeligendum: nulli hoc inſinuādo

Clemēs quātus q̄ fuerit arte ad ſummū pontifi. euectus

Et ante electionē velociſſime regi Francie p literas intimarent negotiū ꝛ qꝛ illū Burdegalēn. quē procuraret recōciliādum ſibi amicum fieri ſi ſibi placeret papam facerēt: quem quum noſſet auidum honoris ꝛ glorie vt Guaſconē: ꝛ ad oīa flexibilem vt illa conſequeretur: ſperabat facile inducendū ad oēm pacem ꝛ amicitiā contrahendam cum rege Francie ꝛ illum optata exauditurum: ſicut rei poſtmodum probauit euentus. Iſta igitur cōcluſione firmata ſecreto ꝛ iuramēto vallata quū dies .xl. haberent ad eligendū vnum e tribus: deſtinarūt ſecretos nuntios ꝛ fideles cum literis cōtinentibus ſeriem facti ad regē Francie: vt reſponſales ſubito redderet: eiſi in illo ſibi recōciliato Burdegalenſi complaceret ipſum eligerent perſuadendo ei vt hoc faceret: vt recuperaret ſtatum ſuum ꝛ honorē in ſancta eccleſia a qua fuerat alienatꝰ vt eius inimicus. Mittūtur nuntij ſeu curſores ita veloces vt intra .xi. dies a Peruſio vnde mittebantur: vſq; Pariſios peruenirent. Redditis regi literis gauiſus eſt gaudio magno: ꝛ perſuaſionibus cardinalium acquieſcens: deſtinauit amicabiles literas archiepō Burdegalenſi: inſinuās ꝙ pro bona ꝛ ardua cauſa oportebat habere cum eo ſecretum colloquiū: vnde intra ſex dies in certo loco ſibi occurreret. Qđ quum factū fuiſſet: rex cum modica ſocietate acceſſit ad locum deputatū cuiuſdā abbatie: quo ꝛ archiepūs acceſſerat. Conuenientes igitur rex ꝛ archiepūs Burdegalenſis poſt auditionem miſſe ſimul iurarūt ſibīuicem ſecretum haberi eorum colloquium. Poſt hoc rex verbis placabilibus archiepūm induxit reconciliatū habere Carolū Valeſianū nō obſtantibus oīmnia illatis. Addēſq; inquit rex. Dñe archiepē ſcias in manibus meis eſſe poſitū te facere poſſe pontificem ſummū: oſtendēs ei literas ſup hoc deſtinatas. Si igitur vis faciā te fieri ſummū antiſtitē: volo promittas mihi cōcedere certas gratias quas poſtulabo. Quibus perlectis archiepūs ait ſtupefactus ex re ipſa. Dñe mi rex: video ꝙ magis me diligis ꝙ alius quēcunq; in mundo ꝛ bona mihi retribuis pro malis. Demū noueris tuum eſſe precipere: ꝛ meum obedire: ſum enī ad oīa exequenda paratus. Tunc rex oſculatus eſt eum. Iſte ſunt (ait) gratie quas a te requiro. Prima eſt: vt me pfecte reconcilies eccleſie ſacroſancte: remittendo ꝛ veniā dando de adiutorio dato in captura Bonifacij pape. Secundū eſt: vt cenſuras excōicationis amoueas cōtra me ꝛ meos ſequaces prolatas. Tertiū eſt ꝙ mihi concedas oēs decimas regni per quinquennium in reparationem expenſarū multarum in bello inito ɔtra Flandrēſes. Quartum: ꝙ promittas mihi caſſare ꝛ ad nihilum reducere memoriā Bonifacij pape. Quintum: vt reſtituas honorē ꝛ dignitatem cardinalatus dño Iacobo ꝛ dño Petro Columnenſibus ablatam eis per Bonifaciū ꝛ reponas eos in ſtatū priſtinū: cum eis etiā creādo aliquos cardinales amicos meos. Sextum mihi reſeruo exprimendum loco ꝛ tempore ſuo arduum ꝛ magnum. ¶ At archiepūs oīa ſeruare promiſit cum iureiurādo ſuper venerabile eucharīſtie sacrm̄. Et ad confirmationē predictorum archiepūs dedit regi obſides germanū ſuū ꝛ duos nepotes. Rex aūt cōtra iurauit ſe operā daturū vt papa eligeret. Sicq; diſceſſerunt abinuicē amici facti cum magno gaudio re occulta alijs: ꝛ ſolum manifeſtata recōciliatione facta et pace inter Carolum et archiepūm. Reuerſus ergo Pariſios rex ſubito reſcripſit Pratenſi cardinali ꝛ socijs quod geſtum erat. Quapropter libere eligerent Raimundum Burdegalenſem archiepiſcopum. Et intra .xxxv. dies reuerſi curſores Peruſium/regis literas reddiderunt Pratenſi ꝛ socijs. Quibus oībus alteri parti ignotis: dixit Pratenſis ceteris cardinalibus alterius partis: ꝙ parati erant procedere ad electionē vnius illorū trium: ꝛ iterum pacta cōuētiones ſuper his fuerūt reuocata ꝛ firmata. Congregatis igitur omnibꝰ cardinalibus: Pratēſis primo ꝓpoſita authoritate ſacre ſcripture ad materiā ſcōgruēte: poſt orationē ſuā vice omnium elegit in papam dñm Raimundum Burdegalēn. archiepūm Sicq; cum gaudio acceptatus fuit ab oībus ꝛ populo pronunciatus: deo gratias ꝛ laudes referendo. Ignorabat adhuc pars altera quod geſtū fuiſſet occulte circa Burdegalenſem factum amicum regis: quē adhuc inimicum exiſtimabant. Diuulgatione igitur facta ab extra per ciuitatē: contendebant familie cardinaliū ꝛ aliorū magnatum: aſſerētes quilibet electum ſibi amicum ꝛ beneuolum. Exeuntes igitur conclaue miſerunt domini cardinales oratores ſolēnes vſq; Burdegalam cum literis: preſentantes archiepiſcopo Raimundo electionem de eo factam de concordia omnium Qui ſubito acceptauit electionem ipſam: vocari ſe faciens Clementem .v. Mandauitq; cardinalibus omnibus per literas. Ut ſine mora accederēt Lugdunū Gallie: vt intereſſent coronationi ſue. Similiter etiā vocari fecit regem Francie: ꝛ regem Anglie: ꝛ regē Aragonie: ꝛ alios principes vltramontanos. Ex hac autem vocatione maior pars Cardinalium grauamen ſumpſerunt: precipue Italorum exiſtimantes ſe deceptos: quum crederent ipſum Romam profecturum pro ſui coronatiōe. Unde ꝛ dñs Mattheus de Urſinis qui prior erat cardinalium ꝛ antiquior: ꝛ quaſi inuitus vrbem dimittebat percipiēs de dolo ſue parti illato: dixit Cardinali Pratenſi. Aſſecutus es voluntatem tuam in ducendo curiā vltra montes: ſed tarde reuertetur curia in Italiam. Agnoſco enim conditionem Guaſconum. Electio autem facta fuit eius .v. Iunij. Conſecratio vero eius .xi. Nouembris preſentibus cardinalibus qui aduenerant: preſente etiam Philippo rege Francie ꝛ domino Carolo Valeſiano. Papa igitur Clemens qđ regi ꝓmiſerat obſeruauit. Nā eum eccleſie reconciliauit ac reſtituit omni honore et dignitate priſtina. Largitus quoq; eſt ſibi decimas cleri p quinquenniū. Et in ſequēti menſe tpe ordinationū ad requiſitionē regis creauit .xij. cardinales Guaſcones ꝛ Francigenas amicos et ſeruitores regis. Inter quos fuerunt dominus Iacobus de Colūna et dñs Petrus: reſtituens eos ad omnē gratiā eis ablatā a Bonifacio papa. Regi Gaimo Aragonum: confirmauit priuilegium ſibi collatum a Bonifacio de regno Sardinie. Quibus peractis papa cum ſuis cardinalibus ꝛ omni curia ꝓfectus eſt reuertens Burdegalam: vbi omnes Italici cardinales et alij fuerūt male viſi a Guaſconibus ꝛ minus digne tractati. Et totam curiam gubernabāt Guaſcones et Gallici. In illa autē hyeme fuit intenſum frigus: ſed maxime vltra montes adeo vt flumen Rhodani ſolidaretur in glacie: ita ꝙ libere ꝛ tute hoīes tranſirent pedites ꝛ equites ſuper aquas cōgelatas. Similiter fluuius Rheni: ꝛ Lamoſa (alias Moſa) ꝛ Sena (alias Sequana) ꝛ Lera (aľs Ligeris) ac etiā mare Flandrie congelatū eſt. Uacauerat aūt ſedes Romana ante cum Clementem menſibus vndecim paulominus. Nota magnū frigus.

§.I. Anno igitur dñi. M.cccv.

creatus fuit iſte Clemens v Ab initio vero mundi quinquies. M.cclxix. Secundum maiorem numerū ſeries. M.cccccliij. Quum autem Florentini ꝛ Lucenſes obſediſſent piſtorium: Clemens papa ad hoc ſolicitatus a cardinale Pratenſi ſibi amiciſſimo: deſtinauit duos ſolennes clericos Guaſcones legatos in Italiam: vt componerent pacem inter Albos ꝛ Nigros. Qui applicantes ad caſtra Florentinorum et Lucenſium obſidentium Piſtorium: mandauerunt eis authoritate apoſtolica: vt ſoluerent obſidionem: Et quia parere noluerunt: ꝛ recedentes legati cenſuras excommunicationis ꝛ interdicti protulerunt contra eos: vt dictum eſt ſ. ¶ Eodē anno menſe Februarij dño Azoni marchioni Eſtenſi rebellarunt hoīes ciuitatis Mutine ꝛ Regij quas ciuitates diu poſſederat per tyrannicum dominium: ꝛ erexerunt ſe in libertatem. ¶ Ipſo quoq; anno menſe Martij quum ciuitas Bononienſis regeretur per partem que dicebatur Alborum: ꝛ et ſocietatem haberet cum Albis ꝛ Gibellinis Tuſcie et Romandiole: ppľs Bononienſis: qui naturaliter eſt partis Guelfe: quum non grata ei eſſet talis gubernatio ꝛ ſocietas cum Gibellinis Tuſcie ꝛ Romandiole: quia ab antiquo fuerant ei inimici: ad exhortationē ꝛ incitamētum Florētinorū ſumptis armis ſeditionem fecit: ꝛ manu armata eiecit de ciuitate ac comitatu oēs principales partis Albe ac Gibellinos ꝛ exules Florentinorū: ꝛ rebelles illos declarans: ꝓhibēs ſub pena ſubſtantie, hōs ꝛ vite/ne qs taliū inueniret in Bononia ꝛ eius diſtrictu. Diligentēq; eoꝝ inquiſitionē fecerūt eos occidētes ſi quos illarū partiū inuenirent: ac colligationē fecerūt Bononienſes cū Florētinis ꝛ Lucēſibus Guelfis. ¶ Eodē anno in comitatu Nouarienſi prouincie Longobardie exorta eſt qđā hereſis peſſima: cuius author fuit quidā frater Dulcinus vocatus: qui nō erat religioſus alicuius regule approbate: ſed indutus ſub pelle ouina habitus religioſi. Hereſis Dulcini Hic zizaniā diſſeminās in medio tritici: peſſimorū errorum origo. ꝛ inter ceteros aſſerens ꝙ oīa debebant eſſe cōia: etiam mulieres ad cōmiſtionē: qđ quidē peccatū non erat: ſed actus charitatis: ꝛ ꝙ papa ꝛ cardinales ceteriq; prelati eccleſiarū nō erāt veri paſtores eccleſie: quū nō ſeruarent vitā euāgelicā: ſed ipſe erat verus apľs chriſti dignus papatu: cū pluribus alijs articulis falſitatis: multos ſecum popularēs vtriuſq; ſexus vilis tamē cōditionis ad illam hereſim attraxit vſq; ad numerū quattuor miliū: q̄ habitabāt in mōtibus ꝛ locis ſylueſtribus: vt alalia bruta. Quū aūt deficiebant eis victualia: predabantur vndecunq; habere potuiſſent: tanq̄ oīa forent cōia. Per duos autē annos permanſit talis congregatio hereticorum. Sed qꝛ vt ait ſaluator oīs plantatio quam non plātauit pater meus celeſtis: eradicabitur: ideo ad nihilum re Mat.xv dacta eſt. Et tedio victi paupertatis ꝛ incōmodoꝝ q̄ eū ſeqbant: multi eū dimiſerūt ad fidē reuerſi. Demū captus ipſe hereſiarcha cū qđā Margarita ſocia ſui erroris per Nouarienſes combuſti fuerunt cū multis alijs vtriuſq; ſexus perſeuerantibus

ſeuerantibus in pertinacia ſua. ¶ Eodem tpe ſcȝ. M.cccvi. Veronenſes/Brixienſes/⁊ Mantuani/colligationem ſimul fecerunt ad bellū inferendū cōtra Azonē Marchionē Eſtēſem qui tyrānice dn̄abatur etiā Ferrarie:eo φ ſuſpectū eum habebant ne ſibi vellet dn̄ium Longobardie vſurpare: q2 in vxorē duxerat filiam regis Caroli:vnde diſcurrētes hoſtiliter per terras eius plurima damna intulerūt:multa ei9 caſtella auferentes. Sed anno ſequēti dictus marchio Azo cōgregatis magnis copijs de gentibus ex Pedemontio:regis Caroli vices illis cōferentibus reddidit. Nam diſcurrēs p terras ſeu
Azo eſtēſis marchio moritur. territoria eorū:nō minora illis detrimēta vt hoſtis perfecit. Non multo poſt infirmatus dictus Azo Eſtēſis marchio grauiter viam vniuerſe carnis ingreſſus eſt in miſeria opulenta. Et quum legitimos filios non haberet:magna altercatio facta eſt inter conſanguineos eius ſcȝ germanos ⁊ nepotes: cui eorum dn̄ium traderet. Illegitimus autē ex eo filius remāſerat vocatus Franciſcus. Hunc multū iuuabāt Veneti vt familiarē ⁊ amicū eorū. Et ad ponendū illū in dn̄io patris non parū laborauerūt: ⁊ pecunias plurimas expoſuerunt.

¶ Anno dn̄i. M.cccvij. Eduardus rex Anglie ſtrenuus ⁊ famoſus in orbe tpe.belli ⁊ pacis ac bene fortunat9 in arduis/ bellū aggreſſus tam cōtra Saracenos φ ɔtra Scotos ⁊ in Guaſconia contra Francigenas dn̄ium accepit inſule lande (hanc Hyberniā ⁊ Iuuernā periti: Irlandiā autem vulgus appellat) ⁊ omniū ciuitatū egregiarū Scotie. Et paulo ante mortē ſuam primogenito ſuo dedit in vxorē filiam Philippi regis Frācie nomine Iſabellam mulierē ſpecioſiſſimā inter ceteras:quod fuit ad pfectionem cōcordie inite inter Francos ⁊ Guaſcones. Et in die paſche coronati ſunt rex pariter ⁊ regina. Demum rex ipſe Anglie Eduardus de hac luce migrauit. ¶ Anno vero precedenti ſcȝ. M.cccvi. Clemēs papa indignatus cōtra Florentinos q2 non ſoluerant obſidionem Piſtorij factam:prout per legatos ſuos mādauerat:deſtinauit legatum ⁊ procuratorem ſeu mediatorem pacis componende inter partes Italie:dn̄m Neapoleonem cardinalem de Vrſinis. Qui a Lugduno iter faciens ad Italiam:Florentinis ſignificari fecit φ Florentiam ingreſſurus erat ad concordiam peragendam inter ipſos ⁊ exules eorum ⁊ gubernatores ciuitatis. Sed ipſi ſuſpectum eum habentes:inhoneſte denegarūt ingreſſum eius in vrbē. Propter qd legatus excōmunicauit certos officiales: ⁊ ciuitatē eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto: Inde profectū Bononiā ppter eandē cauſam:q2 ſcȝ intendebat exules eorū in ciuitatē reducere ⁊ fauere videbatur nimis Albis ⁊ Gibellinis: ad inſtigationem etiā Florentinoꝝ eum inhonorauerūt:p Burgellum ſuū ſub cōminatione mortis mādantes vt ciuitatē ipſam egrederet. Quē inde recedentē vt Imolā ſe cōferret:p comitatum Bo-
Florētini ⁊ Bononienſes anathematiȥate feriūtur. nonienſem trāſeuntē depredati ſunt. Quāobrē merito iratus ɔtra eos ſentētiā protulit excōicatiōis ⁊ interdicti vniuerſitate etiā ſtudentiū priuans: ⁊ quēlibet ſcholarē illuc euntē ad ſtudiū excōicans. ¶ Anno aūt ſequēti ipſe legatus cardinalis accedēs Aretiū honorifice fuit receptus: ⁊ cōgregatis copijs ex amicis eccleſie ex Roma: Romandiola: Marchia ducatu Spoletano:⁊ exulibus Albis ⁊ Gibellinis Florentinis vſq3 ad numerum. M.occc.equitū:diſpoſuit bellum mouere cōtra Florētinos. Qd ipſi preſentientes cū amicis ſuis cōgregauerūt exercitū maiorē:ſcȝ vſq3 ad numerum triummiliū equitū ⁊.xv.miliū peditū. Et pceſſerūt ipſi primo cōtra Aretinos ⁊ gentes p legatū adunatas. Et trāſeuntes per vallem Ambrec ſinuū oīa deuaſtantes que eis occurrebant. Plura caſtella Aretinorū capiētes: ⁊ que erant Vbertinoꝝ funditus exterminantes. Et quū obſediſſent Florentini caſtellū Gargoſe:legatus cōſilio habito cum ſuis:vt hoſtes recedere faceret de illis partibus: finxit ſe velle cū copijs pgere cōtra Florentinos p Caſentinatē agrū: quaſi ibi haberet intra tractatum. Qd valde timentes Florentini: vt zelotypi ſui ſtatus: ſubito noctu oēs receſſerunt a loco remeātes Florentiam ſine damno: ſed cum erubeſcentia. Exinde legatus pgens Cluſiū ⁊ caſtrū plebis: quū multos tractat9 habuiſſet cum Florentinis de reductiōe exulū in ciuitatē ⁊ pacificatione eorū adinuicē: videns q2 nihil pficeret: ſed in ventum verba iactarētur: reuerſus eſt ad curiā dimiſſis dn̄is Prioribus excōicatis:⁊ ciuitate ⁊ comitatu interdictis. Et propter hoc Florentini de medicina ſumentes interitum:propter indiſpoſitionem eorum turbati: impoſuerunt onera grauia et importabilia clero. Et q2 ſoluere non acquieſcebāt ⁊ merito obſtantibus canonibus: plurime iniurie illate ſunt clericis ⁊ penſionarijs eorū:ac eis qui poſſeſſiones eorū ⁊ eccleſiarū ad affictū tenebāt:vis facta eſt ad ſoluendum pro eis. Et exactores cum officialibus pergētes ad abbatiā Florentinam pro hmōi non fuerūt permiſſi intrare:ſed clauſis ianuis cāpanas monachi pulſare ceperunt pro ſuccurſu. Populus autem cum dyſcolis ⁊ depredatorib9 diripuerūt bona monaſterij:ignē etiā ſupponētes:nolariū etiam quia pulſauerāt monachi:illi deſtruxerūt vſq3 ad mediū ex parte ſuperiori.

§. II. Ipſo anno ſcilȝ. M.cccvii.

menſe Iunij quum papa Clemens ad inſtantiam regis Frācie cum curia ſua ad ciuitatem Pictauenſem aduenīſſet: ipſe rex Frācie Philippus cū tribus filijs ſuis ⁊ domino Carolo Valeſiano ⁊ Loyſio (al's Ludouicis) germanis ſuis ⁊ multis baronibus ſuis: ac cum comite Flandrie cum ſuis filijs ⁊ fratribus venerunt ad illam ciuitatē: ⁊ firmata pace iam ſcita per papā inter regem Francie ⁊ comitē Flādrie cū Flādrenſibus: rex Francie ſupplicauit pape φ ſextā petitionem quā ipſe pmiſerat regi vſq3 ad illā horam nōdum expreſſam adimpleret: ſicut alias obſeruauerat. Et hoc erat vt memoriam Bonifacij.viij. deleret de catalogo pōtificum: ac cōburerer corpus eius ⁊ oſſa: aſſerēs ſe poſſe pbare ɔ illū p clericos ſuos ipm fuiſſe hereſi infectum ⁊ plurib9 alijs ſcelerib9 irretitū. Ob quā petitionē turbatus eſt papa cuȝ cardinalibus in hmōi: quum rex multū inſtaret vt impleret quod iuramēto firmauerat ſibi facto: ⁊ anguſtie erant illi vndiq3. Nā importunius ſe habebat ad offerendum pbationes contra Bonifacium: ⁊ regi iuramento ſe obligauerat: licet cuȝ promiſſionis peniteret id in genere ſe facturuȝ. Et ex alia parte conſiderabat: q2 hoc agere eſſet iniuſtum et impium in dedecus eccleſie redundans: quum papa Bonifacius in nullo de hereſi argui valeret: ſed potius ex lib. vi. quem edidit decretaliū oſtendebat ſinceritas fidei eius. Sed ⁊ ipſe ſatis eccleſiam exaltauerat in tuendis iuribus ſuis. Et ex cardinalibus plures erant ab eo creati: inter quos erat cardinalis Pratenſis. Unde ſequebatur φ ſi dānari debebat memoria Bonifacij: etiam ⁊ cardinales ab eo inſtitutos oportebat a dignitate ſua deijci. Quāobrem cōtrarij erant huic ſnīe non ſolum qui erāt ſectatores nepotis pape Bonifacij: ſed etiam alij cardinales qui fuerant in electione Clementis pro rege Francie. Quuȝ ergo pōtifex perplexus eſſet inter has anguſtias: nam irritare regē ex violatione pmiſſi duruȝ videbat ⁊ ſcādaloſum: implere firmatū iuramēto impium ⁊ prelatoruȝ perturbationi. Super huius igitur ambiguitatis deliberatiōe ſolicitus pōtifex/conſilium ſecretum queſiuit a dn̄o cardinale Pratenſi viro ſagaci ſcripturarum peritiſſimo et in agibilibus mundi experientiſſimo: qui ⁊ nouerat ſecrete tractata. Cui rūdit φ hic ſolum vnū reſtabat remedium: videlicet diſſimulatio. Et q2 regi ſignificaret rem vtiq3 arduā eſſe ⁊ difficilem: nec omnes cardinales aſſentire huic rei. Et ideo vt efficaci9 petitio ſua ſortiat effectū: opȝ celebrari generale conciliū ⁊ in ipſo cōcilio proponantur articuli cōtra ipſum Bonifaciū: qd erit ad maiorem eius vituperationē: ⁊ ſtabilius firmari poterit proceſſus ɔtra eū. Et ne impedimētum habeat negotiū: ſoluȝ vniuerſis publicetur edictum de concilio celebrando vniuerſali ad reformationem morum et quedā eccleſie proficua inſtituēdum: ⁊ tūc in eo congregato ſua petitio impleret. Ut aūt locus ſit magis cōis oībus quo ad ſitū: q3 aſſignet illud celebrandum Vienne: vbi omnes nationes fidelium ſatis apte concurrere poſſunt. His ppoſitis rex cōtradicere nō valebit. Tn aūt tū curia illuc pergēs erit extra territorium iuriſdictiōis regis in ſua libertate: nec ſibi vel curie nocere valebit: placuit pontifici cōſilium Pratēſis: ⁊ illud executus eſt. Quum autem hoc regi expoſuiſſet male cōtentus fuit φ res ipſa tā differretur. Verū etſi grauaretur in mente ſua: tn̄ videns ſe apte contraire non poſſe acquieuit placito. Sicq3 pontifex de cōcilio celebrando publice per orbē deſtinauit edictum. Pluraq3 etiā poſtulata a rege gratioſe cōceſſit: vt etiaȝ in concilio futuro quod poſtulauerat circa Bonifacium obtinere ſperaret. Poſt que rex Pariſios remeauit. Et inde filium ſuū primogenitū Aloyſiū (ſiue Ludouicū) noīe Nauarrā miſit cū multitudine procerum: eūq3 ibi in regē Nauarre coronari fecit in ciuitate Pāpolonie. Papa vero poſt determinationē cōcilij celebrandi inde ad triennium egreſſus regnum Francie Auinionē applicuit in prouinciā Prouincie ⁊ terras regis Roberti.

§. III. Ea tempeſtate quū adhuc

pontifex cum curia moram traheret in ciuitate Pictauenſi rex Francie ſeductus ab officialibus ſuis/denunciauit ipſi pontifici magiſtrum templi ⁊ manſionis ſuoſq3 fratres dicte religionis eſſe quibuſdam erroribus infectos et ſceleribus inuolutos: prout ſibi aſſertum fuerat ab ipſis Templarijs. Totum tū dicit falſo conſictum ex auaritia: vt illi religioſi Templarij (qui initiū habuerant in Hierl'm: ⁊ poſtea multiplicati ⁊ diffuſi per Franciam ⁊ alias prouincias/habebant opulenta loca ⁊ magnas diuitias et poſſeſſiones) expoliarentur bonis ſuis: prout factum eſt. Huius mali principium fuit ex hoc. Quidam prior de Montefalcone Toloſe dicti

Templariorū dolo ſublatus non nullis eorum publico crematis incēdio.

ordinis ſeu religionis Tēplariorum homo peſſime vite ⁊ hereticꝰ: propter ſuos notabiles exceſſus fuit Pariſijs detruſus in perpetuū carcerem a magiſtro ipſius ordinis. In eodem carcere detinebatur alius noſtus nomine Florētinus natiōe ſcelerībꝰ plenus. Ibi duo maligno ſpiritu pleni ⁊ calidiſſimi adinuicem cōuenerūt in malum falſe accuſationis: vt carcere egrederentur: ⁊ aliquo emolumento inde recepto in felicem vitam ſuſtentarent: qui tandē egreſſi de ergaſtulo mala morte perierunt: ſuſpenſo vno: altero violēter interfecto. Iſti ergo quum in carcere eſſent: inſinuauerunt officialibus regis illos religioſos de ordine Templariorum hereſibꝰ ⁊ flagitijs irretitos. Unde ſi procederetur in inquiſitione contra eos procurante hoc rege a pontifice: magnas diuitias ⁊ multas eorum facile obtinere poſſet. Quod quū regi nunciatum fuiſſet: ſuggeſſit pontifici vt deleret ordinē illorum: vtpote hereſibus implicatum et nefandis erroribus. Creditur tamen magis inductus ad extorquendum pecuniā ab illis ⁊ bona eorū: ⁊ ex odio cōcepto contra magiſtrū manſionis: ꝗ̄ ex zelo iuſticie. Pontifex autem vt infeſtationē regis a ſe amoueret ſolicitantis pro obſeruatione ſupradicte promiſſionis: ⁊ regi in hoc cōplaceret: abſ alia diſcuſſione materie eorum que Templarijs obijciebātur vtrum vere an calumnioſe procederetur: petitioni regis acquieuit / concedens per literas apoſtolicas vt omnes Templarij per orbē diſperſi certa die determinata caperētur: ⁊ omnia eoꝝ bona ſequeſtrarentur: qui vbi habebant magnas poſſeſſiones ⁊ bona ac loca multa. Que autem in Francia erant eorum: rex fecit per officiales ſuos omnia vſurpari pro curia ſua. Magiſtrum quo Templariorū qui tunc erat Pariſijs capi fecit ⁊ incarcerari: qui vocabatur frater Diacbi (alꝰ Jacobꝰ) natione Burgundiū genere nobilē: ac etiam alios ſecum. lx. milites eiuſdē ordinis nobiles. Opponebātur aūt his aliqui articuli hereſum ac vitia contra naturam in eis: ⁊ ꝙ ſpnebāt in crucem Chriſti. Et ꝙ in profeſſione eorū iurabant iuuare religionem eorum indifferenter iniuſte vel iuſte. Et confecrationem magiſtri eorū faciebāt occulte: ⁊ dubitabatur de modo indebito eius rei. Et ꝙ anteceſſores eorū fuerunt cauſa per proditionem ꝙ terram ſanctā fideles amitterent. Quę per his probationibus aliquibus exhibitis: rex fecit eos torqueri varijs cruciatibus: vt omnes faterētur exceſſus. Qui quum omnino negarent: ⁊ falſo cōficta eſſe dicerent: in carceribus diu detēti ſunt cum magnis incōmodis: demum vt concluſionem ſumerent dicti proceſſus: extra Pariſios eductī in magno ſolario ligneo et alto poſiti ſunt omni populo ſpectante: ⁊ fecit eos nudatos ligari ad palos: ⁊ fecit ignem ſub pedibus omnī eorum: ⁊ poſtea ad tibias: et ſic paulatim ad membra ſuperiora vnum poſt alterum cōburendo: nunciando eis aperte ꝙ ſi qui faterentur illos exceſſus ⁊ peniterent: liberarentur. Dum talia paterentur: eorū amici ⁊ conſanguinei hortabantur eos: vt confiterentur tales eorum defectus: ne paterentur ita ſe viliter tractari et ſeuere occidi. Sed illi nullo modo voluerunt aſſentire ſuaſionibus illorū: ſed lugentes ⁊ clamantes ex dolore maximo ſuorū ſupplicio rum ſe excuſabant: aſſerentes ſe innocentes ⁊ omnino liberos a criminibus illis calūnioſe impoſitis. Inuocabāt inſuper deum ⁊ virginem glorioſam ⁊ alios ſanctos in adiutoriū ſuum: ſic in his cruciatibus vitam ſuam finierunt. Fuerūt autem reſeruati ex dictis Templarijs magiſter principalis ordinis: ⁊ frater Delphinus: ⁊ frater Hugo paraldi: et vnus alter ex principalioribus manſionis qui fuerunt officiales ⁊ theſaurarij aliquādo regis Francie. Hi ducti fuerunt ad ciuitatem Pictauenſem coram papa vbi etiā erat rex Frācie. Et fuit eis promiſſum ꝙ ſi faterētur illa flagitia: de quibus accuſati fuerāt: eis vna venia concederet ⁊ vita. Dicitur aūt ꝙ aliqua ex illis exceſſibus cōfeſſi ſunt: vnde reducti fuerūt Pariſios. Et illuc deſtinatis a papa duobus cardinalibus legatis ad ferendū ſententiā contra dictū ordinē ex dicta cōfeſſione facta corā papa: ⁊ ad aliquā punitionē faciendā ꝯtra dictum magiſtrū manſionis ⁊ ſocios ſuos: poſiti ſunt predicti in alto pulpitis vt viderentur ab oībus: ⁊ perlectus proceſſus cōtra eos formatus corā omni populo. Perlecto aūt dicto proceſſu dictus magiſter tēpli ſurrexit: ⁊ cum magno clamore ſuo poſtulato ſilentio publice dixiſſe fertur: ꝙ ille hereſes ⁊ crimina de quibus fuerant inquiſiti: nunꝗ̄ perpetrarant: nec in ſe recognoſcebāt: ſed religio ſua fuerat ⁊ erat ſancte vite ⁊ cōuerſationis ⁊ catholice fidei. Sed dignum ſe fatebatur morte: ⁊ in patiētia eam ſufferre paratus erat: ex eo ꝙ timore et blandicijs pape et regis in aliqua parte confeſſus fuerat crimina illa doloſe ⁊ mendacioſe. Interrupto autem ſermone ⁊ non cōplecto: data ſententia receſſerūt cardinales et alij prelati eccleſie de loco illo. Et habito cōſilio cum rege: dictus magiſter templi et ſocius eius ante aulā regis poſiti ſunt ad ſupplicium ignis: paulatim ſcilꝫ eos comburendo. Qui eū inter ſupplicia tam crudelia expreſſe aſſerebāt religionē illorum ſemper fuiſſe ⁊ eſſe catholicam ⁊ iuſtam cōmendando ſe deo ⁊ ſanctis eius. Frater ꝗ̄ꝫ Delphinus eodem modo per ignem migrauit ad dn̄m. Frater Hugo de paraldo cum ſocio ſuo timore cruciatus ne talia paterentur: confeſſi ſunt cōtra oēs: ⁊ iterū affirmarunt q̄ dixerunt coram papa ⁊ rege: ſcꝫ de aliquibus erroribus et ſceleribus dicte religionis: ſic euaſerunt mortē. Qui tamen poſtea miſerabiliter interierunt. A multis tamen optimatibus dicebatur illos innocētes ⁊ ſine iuſta cauſa fuiſſe dānatos: vt ꝑ hoc vſurparent bona eorū: vn̄ per papas poſtea priuilegiati fuerunt: ⁊ bona eorum locorū applicata manſioni ſancti Joannis ſeu hoſpitalis. Sed quia iam occupata fuerant a rege Francie ⁊ diuerſis alijs principibus: oportuit ea redimi multa pecunia: quamobrem effecta eſt paupercula dicta religio. Multa aūt aduerſa paſſus eſt poſtea rex cum filijs ſuis: que credunt eis accidiſſe propter iniuſtam occiſiōē eoꝝ ⁊ capturam Bonifacij pape per eum ꝓcuratā. Multi ꝗ̄ꝫ exiſtimantes illos ſic iniuſte ad mortem cruciatos: vt martyres venerati ſunt: accipientes deuote corpora eorum ⁊ oſſa.

§. IIII. De nouitatibus ⁊ mutationibus que acciderunt anno dn̄i. M.cccviij. in diuerſis regionibus

Menſe Auguſti quum Guelfi obſiderent caſtra Gibertinorum: liga Gibellinorū de Romandiola ſimul cōgregati cū amicis ſuis cōtra eos profecti in bellum ꝓfligauerūt eos: ⁊ victoriā obtinentes duo milia Guelforum occiderunt inter pedites ⁊ equites. Sequenti vero menſe Aprił. populus Parmenſis factione Orlandi de rubeis ⁊ amicorū eius eiecerunt de Parma dominū Gilbertum de corrigia ibi tunc dn̄antem. Quamobrem dictus dn̄s Gibertus ſocietatē iniit cum Mātuanis ⁊ Ueronēſibus: ⁊ per matrimonium affinitate ſe coniunxit cum illis de ſcala. Sequenti vero Iunio ꝓceſſit prefatus Gibertus verſus Parmam cū adiutorio dn̄i Canis de ſcala ⁊ Mantuanorū in bellū. Parmenſes autem egreſſi ad pugnā contra eū: ſuperati ſunt ⁊ profligati. Unde dn̄s Gilbertus ingreſſus Parmam recuperauit dn̄ium eius quod amiſerat. Et eiectis rubeis de vrbe inimicis eius decollari fecit. xxix. populares qui fuerant cauſa ſue expulſionis. ¶ Anno eodem kalendis Maij: rex Albertus de Alemannia / qui electus fuerat imperator: quū per nauigiū trāſiſſet quendam fluuium ⁊ de naui in terrā deſcenderet: nepos eiꝰ interfecit eum gladio: ex eo quia occupauerat ⁊ vſurpauerat ſibi partē ducatus Auſtrie ad ſe iure hereditario pertinentem. ¶ Ipſo anno menſe Junij ignis a caſu ſucceſſus eſt in palatio papali ſancti Joannis Lateranenſis in vrbe: combuſſit oēs habitationes canonicorum eius ac totam eccleſiam ⁊ domos oēs per circuitum. Solū remāſit illeſa capella que dr̄ ſancta ſanctorum: que teſtudinata erat: ⁊ ibi capita apſtolorum Petri ⁊ Pauli cū reliquijs aliorū ſanctoꝝ quieſcebant: vnde maxima iactura ſecuta eſt ex rebus conſumptis ibi ab igne et edificijs deſtructis. Propter quod papa Clemēs hoc audito miſit magnam quantitatem pecunie ad reparandum deſtructa: pulchriorꝙ reedificata eſt eccl̄ia cum palatijs ꝙ̄ prius eſſet: ſed cū maxima pecunie impenſa: pluribuſ annis conſummatum eſt opus. ¶ In illo tēpore quum quidam dn̄s Carolus de amelia germanus primi executoris iuſtitie in Florētia officio Poteſtatis fungeretur: ⁊ multaſ iniuſtitias feciſſet corruptus pecunijs: ſatiſ notorium eſſet iam in ciuitate: timens ſibi ipſi ne in ſyndicatu ſuo poſt depoſitionem officij detineretur: ⁊ iuſtitia mediante condemnaretur: in nocte natiuitatis beati Joannis bapti. occulte cum familia ſua aufugit inſalutato hoſpite: propter quod condēnatus fuit ex fraudibus ſuis inuentis. Ipſe autē ſecum portauit ſigillum cōmunitatis: in quo erat expreſſa figura Herculis: ſperans per hoc inde poſſe recuperare ſalarium ſibi ex officio debitum: ⁊ a banno liberari. Quum ꝙ diu tenuiſſet cōmunitas nos curans aliud ſigillum ſumpſit: ſignificando alijs locis caſum: ne cum ſigillo eorum literas falſificaret. Demum germanus dicti Poteſtatis clam auferens illi dictum ſigillum remiſit Florentiam. Et exinde ſtatutum fuit: vt nec Poteſtas nec Priores ciuitatis tenerent illud ſigillum cōitatis: ſed conuerſi ordinis Ciſtertienſis ſcilꝫ de ſeptimo illud cuſtodirent ⁊ tenerent morā trahētes in palatio dominorum. ¶ Anno predicto menſe Auguſti in caſtro ſcti Miniatis Teutonici principales familie ſcilicet Malpighi et Mandagori: quia populus reſtringebat eos ne dn̄ium ſumerent ciuitatis / vt cupiebant indignati: cōuenientes in vnum cōcorditer tractarunt populū ſibi ſubiugare: vn̄ conuocatis eorū amicis armata manu inſurrexerūt contra ppl̄m: ⁊ profligauerunt populum multis ex eo interfectis: captoſ eius capitaneos decapitauerunt: ⁊ omniaſ eius ſtatuta et ordinationes cōbuſſerunt: ipſumꝙ populum ſibi ſubiectum tenuerunt

Albertꝰ imperator a nepote necatur.

runt quouſq́ inter illas duas diſſentio ⁊ altercatio orta eſt. Tunc etiam menſe Januarij populus Aretin⁹ ꝯſilio Ugultionis Fagiolani qui q̄rebat ſibi illius ciuitatis dñium vſurpare:expulit de ciuitate ipſa dños qui dicebantur de Petra mala Tarlatos nuncupatos:q2 iniurias multis de popularibus inferebãt. Et paulo poſt Guelfos prius exules p.xxi.in ciuitatem reduxerunt. Qui vero ciuitatem gubernabãt mixti Guelfi cũ Gibellinis:vocari ſe faciebant partẽ viridẽ. Ji mittentes oratores Florentiã pacẽ petierunt cũ eis put Florentinis placuit:⁊ obtinuerũt licet parũ permanſerit. Tunc etiam dñi qui dicebant Ubaldini:cõcordiã ineuntes cũ Florentinis/ciuitatem intrarũt:offerentes ſe ad oẽm obedientiã cõmunitatis:⁊ fideiuſſionẽ ſufficiẽtẽ communitati dederũt:⁊ pmittẽtes tranſitũ alpium tutũ tenere viatorib⁹. Et cõmunitas eis veniã dedit exceſſibus contra cõitatem in preteritũ perpetratis:ſuſcipiens eos in ciues ſuos ⁊ diſtrictuales ac fideles:ſubijciẽtes ſe oneribus communitatis.

§.V. De electiõe noui imperatoris

ſm chroñ. Floñ. Interfecto Alberto imperatore vt dictum eſt ſupra:⁊ quum vacaret imperiũ anno dñi. M.cccviij. electores imperij erãt inter ſe in magna altercatione in Alemãnia/de perſona quam deberent ad dictam dignitatem eligere. Rex autem Francie Philippus audita vacatione imperij:cogitauit facile poſſe imperium redire ad Francos ratione ſexte petitionis facte ſibi:ꝙ papa:ꝗ operam daret vt papa crearetur:prout factum eſt. Nam quum explicaſſet iã eã: videlz in delendo quicquid geſtũ foret per Bonifaciũ ⁊ memoriam eius:ad qd̓ papa ſe difficultabat:⁊ in poſterum hoc offerebat agẽdum:arbitratus eſt rex commutari facere qd̓ fuerat poſtulatum ab eo:⁊ ſibi vtilius ⁊ honorabilius negotium:vt videlz loco predicte petitionis hoc cõcederet:vt papa operam daret:⁊ vt dñs Carolus Valeſian⁹ frater eius eligeret in impatorẽ. Qd̓ ſatis equum ⁊ exequibile videbatur quum Bonifacius papa/hoc ei pmiſiſſet:⁊ ad hoc ipſe multa fecerat p ecclia. Sz ⁊ olim imperiũ fuerat apud Frãcos tpe Caroli magni tranſlatũ a Grecis ad eos:ſic poſſet transferri de Teutonicis ad Francos. Rex igitur ſecretum cõſiliũ habuit ſup hoc cũ dño Carolo prefato:⁊ poſtmodum cum baronibus ⁊ conſiliarijs ſuis. Qd̓ omnibus placuit. Et ſumpta determinatione:vt ꝓpter hoc exequendum nullis parceret expenſis ad cõgregandas copias:dñs Carolus cũ magna comitiua ꝓcerũ preparauit ſe ad eundũ Auiniõẽ:⁊ viſitandũ põtificẽ tũc cũ curia ſua ibi reſidentẽ ſub pretextu ſolicitandi ipm ad implendũ ꝓmiſſa circa Bonifacium papã condẽnãdũ:re aũt vera ab eo petiturus imperiũ Romanoꝝ. Ordinauerat aũt ſecũ ducere circa ſex millia armigeroꝝ: vt nullus auderet propter tantã multitudinẽ ſe opponere ei qd̓ intendebat. Sed oĩpotens deus(qui diſſipat conſilia principum:⁊ reprobat frequenter cogitationes ꝑſonarum vane ſunt)non permiſit rem ipſam ſuum ſortiri effectum:ne eccleſia regno Francie ſubijceretur. Nam etſi conſilium ſecretiſſimum habitũ fuerat de re ipſa:⁊ mandatum oĩbus omnino celandum:tñ vnus ex cõſiliarijs intimauit ſecreto pontifici qd̓ deliberatũ fuerat. Qui pontifex ſecretũ ſibi reuelatum intimauit cardinali Oſtieñ. ſcz Pratenſi quid agendũ foret conſulens. At cardinalis Pratenſis prefatus q̄ iam indignationẽ conceperat cõtra regẽ Francie propter poſtulationes eius inordinatas ⁊ graues:⁊ precipue illã ꝙ deleretur memoria Bonifacij cũ omnibus geſtis per eum:⁊ vnde ⁊ ipſe Pratenſis creat⁹ cardinalis a Bonifacio deponẽdus cum alijs plurib⁹ veniebat/qd̓ etiam papa egre ferebat. Pratenſis inquam cardinalis ait. Pater ſancte hic non eſt aliud remediũ ad obuiandũ ne ecclia ſubijciat regi Frãcie:niſi iſtud ꝙ ꝗcitiſſime ſecreto ſignificetur electoribus imperij ꝙ ꝓcedant ad electionez noui imperatoris ſine mora aliqua:alias imperiũ in procinctu deuolueretur ad Frãcos. Quod totum expediatur anteꝗ̄ rex veniat ad hoc poſtulandum. Placuit pontifici conſilium id. Et addidit. Pro quo ſcribemus vt aſſumat ad imperium: Cardinalis vero ſagax intendens ꝓuidere non ſolũ eccleſie ſancte:ſz etiam parti Gibelline cui videbatur fauere:reſpõdit. Ego percepi a pluribus ꝙ comes Lungũburgi(alś Lucẽburgi)hodie eſt notabilior homo qui ſit in Alemannia:in armis ſtrenuus ⁊ magnanim⁹:fidelis in negotijs agẽdis ac vir catholicus:vnde ſi aſſumatur ad eam dignitatem:nõ dubito quin ſit fidelis eccleſie:obediens tibi:⁊ multa acturus magnifica pro chriſtiana religione. Non diſplicuit pontifici vir nominatus:quum ⁊ ipſe laudabilia de illo audiſſet. Sz quomodo(inquit)faciemus ꝙ cardinales non aduertant:⁊ qui ſunt amici ex eis regi nõ ei inſinuent? Reſpõdit cardinalis. Literas tuas ſecretas paruulo ſigillo ſignatas deſtinato ei ⁊ electoribus. Et ego etiã per meas materiã plenius explicabo quas familiaris meus deferet:cardinalibus hoc ignorantibus. Hoc totũ impletũ eſt:⁊ miſſis literis per fidelem ſecreto:ipſiſq́ redditis poſtꝗ̄ applicuit:infra octo dies cõgregati principes ad quos ſpectabat electio in Magdeburgo:nemine diſcrepante elegerunt in regem Romanorũ Henricum comitẽ Lucẽburgi:⁊ qui fuit Hẽricus ſextus. Ideo aũt feſtinauerũt electionẽ:q2 Pratenſis cardinalis per ſuas ſignificauerat literas ꝙ cito ſe expedirent ⁊ talem eligerent: alias imperiuz deuolueretur ad Francos. Facta igitur electione dicti Henrici:diuulgatum eſt hoc in curia pape:necnon ⁊ in curia regis Francie. Quibus auditis rex Francie qui ſe prebarabat cũ maxima comitiua proficiſci ad curiaz pro negotio imperij conſequendi:videns ſe fruſtratũ ſpe ſua indignatus eſt ⁊ nunꝗ̄ fuit poſtea amicus pape.

Carol⁹ Valeſianꝰ ad romanorũ imperiũ adſpirat.

Henric⁹ vi. impator eligitur.

¶ De confirmatione Henrici impatoris electi ex induſtria:⁊ ne Franci imperium vſurparent. Capitulum.ij.

DE electione et confirmatione

imperatoris Romanorum ⁊ multis alijs nouitatibus in Italia ⁊ alijs partibus mundi contingentibus. Anno igitur dñi. M.cccviij. ab initio mundi ſecundum minorem computum quinquies. M.cclxxij. ſecundum vero maiorẽ numerũ/ſexies. M.ccccvij. ab electoribus in Alemannia electus fuit imperator ſeu rex Romanorũ Hẽricus comes Lucẽburgi:⁊ imperauit annis.iiij.⁊ mẽſib⁹.vij. a ſuſceptione corone. Et p cõfirmatione ei⁹ miſſi fuerũt ad curiam pape comes Bauarie cognat⁹ eius:⁊ dñs Guido de Namurco frater comitis Flandrie. Quib⁹ aduenientibus ⁊ honorifice a papa ⁊ cardinalibus ſuſceptis:patefacta electione confirmatus eſt in regẽ Romanorum prefat⁹ Henricus. Et per potificẽ ordinatũ fuit vt duo ex cardinalibus ſcilicet dñs de Fliſco Gennenſis:⁊ dñs Pratẽſis Nicolaus legati mitterentur in Italiã ⁊ in ſuã ſocietatem iungerentur:quoniaz citra montes impator ꝓficiſceret:qui cardinales ex pte pape ⁊ authoritate eis commiſſa mandarent vniuerſis regionibus ⁊ pſonis:vt reciperẽt dictũ Hẽricũ impatorẽ:⁊ ei in oĩbus obedirent. Cõfirmatus igit̃ immediate profectus eſt ad partes Alemãnie cũ baronib⁹ ⁊ pretoris Alemãnie. Et ibi ſolenniter coronã primã accepit ab archiepo Colonienſi in preſentia ducis Brabantie ⁊ comitis Flandrie ⁊ comitis Arnaldi ⁊ aliorum baronũ de Flãdria. ¶ Eodẽ anno quũ rex Aragonũ ſe ꝑpararet ad inuadẽdũ ⁊ capiendũ inſulã Sardiniã: ⁊ iam requiſiſſet Florentinos ⁊ Lucenſes in adiutorium ſuuz contra Piſanos qui illaz inſulã poſſidere videbantur:mꝫ ipi Piſani miſerũt oratores ſuos ad regẽ Aragonuz in tribus galeis cum multa pecunia. Qua recepta:ab exequutione talis propoſiti deſtitit ex toto. ¶ Eodẽ tempore fratres hoſpitalis ſcti Joãnis Hieroſolymitani:q̄ vulgariter dicunt̃ Fratri ꝓcuratis magnis ⁊ amplis priuilegijs indulgentiarum a Clemente papa erga porrigentes manus adiutrices in profectione vltramarina contra infideles ad inuadendum terras eorum:diſcurrẽtes per Italiã cũ predicatoribus nuntiantibus indulgentias illas:⁊ exhortãtibus ad eleemoſynas pro eo opere conferendas ⁊ multas pecunias congregarunt. Quibus fulfulti ipſi ⁊ magnus magiſter eorum cuz claſſe ex Neapoli ſe mouentes:mari tranſito:inſulam Rhodũ que in Turcia eſt:prelio obtinuerũt cũ magno damno Saracenorũ ⁊ grecorum. ¶ Eodem anno ſcz. M.cccviij. menſe Januarij Veneti bello nauali ꝓcedẽtes cõtra ciuitatem Ferrarienſem que eſt de iuriſdictiõe ecclie Romane:cã ſibi vſurparũt eiecto inde dño Frãciſco de eſti:qui ab ecclia illam vt vicarius retinebat. Et ꝓpter hoc veneti ipſi fuerunt excõicati a papa Clemente:⁊ alij graues proceſſus fuerunt contra eos fulminati. Conceſſaq́ fuit magna indulgentia per duos legatos in Lõgobardiã deſtinatos:pro recuperatione ei⁹ pergentibus in bellum in adiutorium eccleſie. Demum adiutorio Bononienſium ⁊ aliorum de Longobardia Ferrariã recuperauerunt in ſuam qui pro eccleſia erãt:excepto caſtro ſeu fortalitio:⁊ quod dr̃ Thedaldum valde munitum ⁊ forte:⁊ quod Venetis remanſit. Eodemq́ menſe Veneti per copias eccleſie fuerunt profligati ⁊ deuicti iuxta Francolinum.

Rhodũ inſulam Saracenis eripit xpiani.

Ferrariã recuperãt veneti.

§.I. Anno vero dñi. M.cccix. de

hac luce migrauit Carolus.ij. rex Appulie. Hic quidem fuit valde liberalis et gratioſus.ita vt diceretur alter Alexander etſi in munificentia:ſed non in arte bellandi ⁊ induſtria aut fortuna ſimilis. Et in ſenectute ſua effeminatus poſuit maculã in gloria ſua libidine victus. Succeſſit autem ei in regno Robertus primogenitus eius dux Calabrie. Qui cũ magna comitiua baronũ p mare trãſiuit in Prouinciam exinde ad Clementem papam pro corona:et ab eo coronam accepit regni Appulie ⁊ Sicilie. Ac etiam dimiſit ei debituz quo tenebat̃ pr̃ eius ⁊ ſuus eccleſie:⁊ in ſubſidio eis ꝓſtito in bellis ꝯ Siculos:qd̓ erat triũ miliũ vnciarum auri. ¶ Men

Robertus Calabri filius ap-

ſe quoq; Maij apparuit poſt principiū noctis i aere magna
pulie et — flāma ignis in quātitate vnius galee diſcurrēdo a pte aqni
Sicilie — lonis vſq; in meridiē. Qd viſum fuit prodigiū per totā Jta
rex — liam. Alij interpretati ſunt fuiſſe prognoſticū futuri de pri
mo aduentu īperatoris in Jtaliā. ❡ primo dehinc anno ſcȝ.
M.cccix. quies fuit ab externis bellis Domi aūt ſeditiones
inſup exorte graues: ⁊ a ciuib⁹ arma ſumpta ex hmōi cauſa.
Curſiū Donatū iampridem alieno fuiſſe aīo in ciues ſue fa
Curſi⁹ — ctiōis diximus. Videt porro id maxime periculoſum in pre
ſeu Cor — ſtantib⁹ viris: q̄ virtutis meritorūq; cōſcij arrogātes poti⁹
ſus Do — requiri ad honores q̄ ambitioſe petere ſuſtinēt. At populoꝝ
natus ſe — ea fere natura eſt: vt rogātibus ⁊ ambiētib⁹ magis cōcedāt.
ditionis — Ea ꝯtentio ad arma plerumq; ⁊ ciuile bellū prorumpere cō
apd Flo — ſueuit: quū ⁊ preſtantes viri aduerſum ingratitudinē ciuiū
rentiam — ſuorū ꝯciti impetū animi regere nequiuerīt: ⁊ ciues ſuper
cauſa. — bia ac faſtidiū ſummorū virorū cōuiciati: nō iam pro ciuibus
ſed ꝑ tyrannis regere criminātur. Qd tunc Florētie accidit.
Neq; eni prius ceſſatum eſt vl'a Curſio indignatiōe puehi:
vel a quibuſdā ciuib⁹ illius ſuperbiā inquietudinemq; accu
ſari: q̄ ad arma ⁊ ſanguinē ac ciuile diſſidiū res prorupit. Ce
perat iampridem Curſius morū oēm reipub. nō cunctanter
arripere: vt in poſtulādis rationibus pecuniarū publicaruȝ
ſupra monſtrauimus. Eo fiebat vt quicūq; magnis in repu.
viris infenſi reſiſtere vellent: oēs ad ipſum tāq̄ ad patronū
calamitoſorum prohibitorēq; iniuriarū cōcurrerēt. Jlle ve
ro palā loqui/infectari: ꝑtegere: deniq; laceſcere nō formida
bat: Per has quidē artes nomē eius viri qd quondā nobili
tatis columē eē ꝯſueuerat: populare iam ⁊ plauſibile factū
erat. Et delectabat plebē excelſa quedā ⁊ inuicta magnitu
do animi: qua ceteris oībus illa tēpeſtate precellere emine
req; videbatur. Jpſe quoq; hac ſubleuatus aura/nouas res
crebro ſuſcitare: tela promere: armatorū cateruas domi ha
bere: aduerſarios deterrere pergebat: Jo rurſus in ciuitate
ſic preualebat: vt cunctos authoritate ⁊ potentia ſuperaret.
Creſcētem indies virum multaq; molientē: tādem quaſi ty
rannidis affectatorē criminari ceperūt: ⁊ occaſione freti ille
haud multo prius defuncta vxore affinitate noua Vguitio
nem fagiolanū hoīem potentē domi ac diuerſarum partium
vel precipuū aſſertorē ſibi ſocerum adſciuiſſet. Hanc igitur
affinitatē ſtatim vbi de illa auditū eſt/carpētes aduerſarij:
perinde quaſi immineret libertatis periculū arma ꝑpere in
naſerūt. Jlle vim cōtra ſe parari ſentiens arma corripuit: ⁊ et
vicinas domos ſue partis cōmuniuit. Sȝ plebis aīos ab eo
auerterāt inimicoꝝ voces: miſſa ꝑfecto auxilia venire a ſo
cero aſſerentes: quibus rēpub. occupaturus eſſet. Jtaq; cō/
uenit apud eū non multitudo quanta ſolebat: ſȝ familiariū
duntaxat ⁊ amicoꝝ manus qua etſi exigua fretus/ſe cōtra
vim populi tutabatur: nec magiſtratui parebat vocanti: for
midās inimicoꝝ calūniam ꝯtra ſe iactatā. Magiſtrat⁹ igit
inimicorum vocibus rumoribuſq; exagitat⁹: q̄m ille haud
quaq̄ parebat: armis etiam ſe tutabat: quaſi reum dānauit
adeo iudicioꝝ ordine intermiſſo: vt eadē die accuſatum: ea
dem citatum: eadem condēnatum fuiſſet conſtet: Ad ſniam
mox exequendā ire placuit ac ppl'i manus ad eā rem ex ordi
ne iuſtitie accerſita: que poſtq̄ apud eū cōuenit: magiſtrat⁹
a pretorio mouens preeunte vexillifero iuſtitie cū multitudi
ne armatorū ⁊ ſocietatibus itē ſub vexillis ſequentibus/po
pulari impetu domos Curſij adierūt. Jlle nihil magis deter
ritus/omnem vim populi parua ipſe manu diſtinere aude
bat. Et muniuerat aditus non armata modo acie: verumetiā
impedimentis: quo facilius ruētis in ſe multitudinis impe
tū arceret. Ad ea loca poſtq̄ magiſtrat⁹ peruenit: aliquot
hozis acriter pugnatum eſt. Tandē redundante populi mul
titudine ⁊ cuncta vndiq; cōplente: effractis primarum do
morum hortorumq; parietib⁹: quum alij aliūde intra muni
tiones pene intraſſent: q̄ ꝯtra ſtabāt omiſſa defenſione aufu
gerūt. Curſius ipſe cū paucis egreſſus vrbe Caſentinati via
fugā arripuit. Verū miſſa poſt eū cōfeſtim equitū turma nō
lōge ab vrbe fugientē cōſequit: ⁊ preliando ſiſtere cōpellit:
ita circūuentus inimicorum multitudine demū occidit. Jn
terfecti ſunt ⁊ alij quidā cū eo: totaq; illius factio ꝓfligata.
Hunc finē habuit Curſius Donat⁹ vir ꝓculdubio egregius:
ceterū inquietior ciuis q̄ bone reip. conueniret. Fuiſſe vero
Curſij — ſuſpitionē vel calūniā potius qd de tyrānide dicebat: vel ex
Donati — hoc intelligi licet: q apud collegiū partiū nunq̄ eius vl' ini
cedes. — micū vel aduerſum fuerit nomē adnotatū: quum in ceteris
hmōi dānatis id fieri cōſueſſet. Quodq; agnati ⁊ familia nil
diminuta grā in ciuitate remanſerūt. Nec multo poſt illius
necē vlti ſunt tanq̄ priuatā iniuriā publica manu factā.

§. II. Per idē fere tempus Are=

tini Tarlatū genus ſic potēs opibus vt pene dn̄aretur ſedi
tione facta pepulerunt, ⁊ Guelfarū partium hoīes quī iam
diu exularant: in vrbem reuocauerunt. Quibus. rempu. ca
peſſentibus celeriter pax ⁊ ſocietas inita eſt cum Florenti — Tarlatī
no populo: ac ſuperiori contentioni finis impoſitus. Princi — Aretio
pio inſequentis anni ortis apud pratenſes ſeditionibus ⁊ al — pulſis
tera factio oppido pellitur. Eam rem in tam propinquo loco — Guelfi
minime ferendam ſenſuit Florentinus populus: ſed patroci — reuocāt
nio ſuſcepto pulſos reſtituit. Conſtabat vero eam turbatio
nem Piſtorienſes quoq; finitimos commouiſſe: qui non has
modo: ſed ⁊ quaſcunq; rerum nouaruȝ occaſione percupide
accepturi videbantur: infenſi maxime Lucenſium domina
tui: in quos ⁊ veteri odio et recenti dolore incendebantur.
Jtaq; id veriti Lucenſes (eos namq; et Florentinos vrbem
partitos diximus) eſſe delendum funditus Piſtorium cenſe
bant: et Florentinos ad eam rem prouocabant. Sed preua
luit manſuetudo apud Florentinum populum: ⁊ miſeratuſq;
antiquorū ſociorum caſum non modo nō cōſenſit Lucenſi
bus ire: verumetiaȝ Piſtorienſibus fecit animos ad ſe tutan
dum: Jtaque dempto Florentinorum metu: non viri modo/
ſed et femine ⁊ pueri ⁊ religioſi omnis deniq; ſexus atq; etas
die noctuq; operi incumbenter foſſas purgare vrbis ⁊ diru
ta nuper menia feſtino reficere conatu aggreſſi ſunt: ſumma
deniq; vigilantia ⁊ labore vrbem ad aliquem modum com
munitaȝ a Lucenſibus defenderunt. Jta Piſtorium in ſuam
rediit poteſtatem. Nec facile dixerim maiori animo Floren
tinus populus eam vrbem ceperit: an dimiſerit. Eodem an
no bellum contra Aretinos renouatum eſt Tarlati enim di — Tarlatī
uerſe factionis principes quos ſuperiori anno pulſos Are — redeunt
tio diximus: opera maxime Vguitionis Fagiolani in vrbeȝ — Aretiū
redierunt: ⁊ diuerſarum partium homines qui nuper reuer
ſi fedus cum Florentino populo renouarant: improuiſo ag
greſſi: poſt multam cedem eiecerunt. Ea de cauſa miſſe con
feſtim equitum peditumq; copie in agrum Aretinum exuli
bus coniuncte/magnas regioni intulerunt clades ⁊ incen
dijſq; ⁊ rapinis cuncta fedarunt. Jta bellum ex integro re
naſcitur. ❡ Per idem tempus legato Romane ſedis contra
Venetos bellum gerenti (quia vt dictum eſt ſupra Veneti
vſurpauerāt Ferrariā) auxilia equitū Florentini miſerunt.
Jd ſuo ne ipſi motu an rogatu illius fecerunt: quo gratiam
recōciliationemq; ꝓmererent: haud ſatis cōpertum habet
Ceterum is legatus paulo poſt Venetis magno fuſis prelio
beneficentie memor interdictum ſuſtulit: ⁊ ciuitati reſtituit
ſacra. Hoc tandem modo reconciliata vrbs in gratiam re
dijt. Nam Veneti a legato cardinale qui nepos erat pape
cum copijs ſuis inter quas etiam erant Florentini: ita ſunt
debellati ⁊ ſuperati: vt ad ſex milia exercitus Venetorum
mortui ſint in bello: partim occiſi: partim in Paduȝ ſubmer
ſi ⁊ ſic ex toto eccleſia recepit Ferrariam cū caſtro Tedalpi.
❡ Eodem anno copie in fines Volaterranoruȝ deducte gra
uiſſimas contentiones inter Geminianenſes ac Volaterra
nos pro finibus agrorum coortas de quibus iam ſimul di — Ferra
gladiabantur remouerunt ac limites agris ex arbitrio poſu — ria i po
erunt: ne amplius de his ambigeret. ❡ Extremo eius anni — teſtateȝ
equites trecenti ac pedites circiter ſexcenti Florentia pro — redit ec
fecti: per medios Aretinorum fines iter facere perrexerunt — cleſie
vt Typhernatibus ſocijs ⁊ amicis qui per id tempus ab Are
tinis bello premebantur opem ferrent. Audax ceptum ac pe
ne temerarium finem habuit proſperum. Nam quum reli
cto ad leuam Arno in viam Peruſinam deſcendiſſent: ⁊ Cor
tonam verſus iter facerent Aretini raptis poſt eos copijs q;
paucitatem ſpernebant: nullo neq; ordine neq; duce/ſed ſo
la voluntate vt quiſq; celeritatis habuit/delati ſunt. Jta ra
ri ⁊ imparati ruentes aliquot ea die detrimēta ſuſceperunt,
⁊ ceciderunt precipui nominis duo: Vannes Tarlati filius e
familia nobili et Vguitio Gerardinus exul Florentinus.
Signa militaria Aretinorum tria victores capta retule
runt.

§. III. Proxima de hic eſtate flo

rentini ex ſocijs contractis vndiq; copijs: in Aretinos duxe
re. Quum in agrum Aretinum perueniſſent: coniuncti Are
tinis exulibus apud domum veterem poſuerunt caſtra. Jn
de crebris prelijs vrbem aggreſſi/expugnare nitebātur. Duȝ
apud Aretium eſſet Florentinorum exercitus: oratores Hen
rici nuper ad imperium electi Florentiam venerunt. Ji quū
publicum auditorium ſibi poſtulaſſent. Priores ciuitatis vo
cato ampliſſimorum ciuium concilio: dicendi que afferrent
fecerunt poteſtatem. Oratores pleraq; oratione in laudan
dis tollendiſq; virtutibus noui principis abſumpta quum
verborum grandi eloquentia diuino ſimul humanoque con
ſenſu prouectum ad tante dignitatis faſtigium demonſtraſ
ſent: tria proinde propoſuerūt. Aduentū eius in Jtaliā cū va
lidiſſimo tremendoq; exercitu ex inuictiſſimis illis aſperri
miſq; rationibus primo tempore futuram. Eſſe preterea ſui
propoſiti

propoſiti Florentiū adire pacis conſtituendeq; vrbis cauſa. Itaq; parari ſibi receptū iam inde commonere. Inſuper moleſtum eſſe principi Aretinos bello premi. Quum ſi quid ab illis ſociiſq; diceretur admiſſum: fuiſſet ad ipſum potius defendendum iudicem: ⁊ ſic vindictā expoſcere cōueniat: q̄ auctoritate virum ire. Quapropter iubere vti diſcedant ab armis: Aretinoſq; vltra perſequi deſiſtant. Reſponſum eſt oratoribus datum in hūc maxime modum. Letitie cunctis eſſe debere talis principis qualem ipſi predicent aſſumptionem. Quod vero nunciet eiuſdem in Italiam trāſitus cū feroſiſſimarū gentium exercitu: id porro vix credibile videri imperatorē Romanum tantam vim barbaroꝝ in Italiam quaſi in hoſtilem terram adducere. Conuenire quidem Romano principi Italos contra barbaros: non barbaros contra Italos ſecum trahere. Sperare tamen ſi equa moderatiōe/ equa iuſtitia bene cuncta prouiſurum Florētinum populū: vt ſaluti dignitatiq; ſue expedire cenſebit. Exercitū vero aretinum miſiſſe: vt Aretinos ciues ſocios et amicos Florentini populi/ quos diuerſa factio immaniter depuliſſet: in vrbem reſtituerent: cuius tam iuſti operis cauſam neminē ſibi ſuccenſere poſſe: preſertim quum ea factio que vrbem tenet/ pacem fregerit: ⁊ vltro intulerit bellum: ⁊ ad tyrannidem euerſionēq; ciuitatis manifeſte contendat. Iuſtum principem ſi eam rem cognouerit: laudaturum eſſe potius Florentinorū factum q̄ reprehenſurum. Sed expectare quoad illi deferātur querele: in eo certiſſimam fore ſociorum perniciem: quibus poſtea etſi cupiat princeps mederi non poſſit. Accepto reſponſo oratores Aretium profecti anteq̄ vrbem intrarent in caſtra peruenerunt. Ibi quoq; ex principis authoritate cum eadem precepiſſent: tantum abfuit vt dicto pareretur: vt etiam in ipſorum oculis ſolito infeſtius cuncta hoſtilia contra vrbem intentarent. Et oratores quidem noui principis in hunc modum abiere. Florentini vero aliquandiu circa Aretium commorati: tandem quum vanam appareret expugnationem tentaſſe: preſidio apud Curritam duobus fere paſſuum milibus ab vrbe opportuniſſimo loco communito: Aretiniſq; exulibus in eo relictis vt inde bellum inferrent: ipſi vaſtato circa vrbem agro omnibuſq; vicis exuſtis: Florētiam copias reduxere.

§. IIII. Henrici fama ꝑ id tempus

indies magis creſcebat. Varijq; rumores afferebantur. Et iam ex Germania in Galliam tranſiſſe aſſeuerabant: circaq; Rhodanum Lauſanumq; lacum audiendis ciuitatum legationibus comparandiſq; copijs quas traduceret/ immorari. Legati vero frequentes ab Italis ad illum currebant. Exules Florentini quoſcunq; nō impediebat egeſtas: ad eū confluere dicebantur. In hac ſuſpitione ciuitas quid agendum foret cōſultabat. Erant quibus optimum videretur legationem mittere: ne principis maiorem in modū alienaretur animus. Inclinare quidem illius mentem haud difficile fore: preſertim pecuniarum indigentem: quas ab exulibus ſperare nequaq̄ poſſet: barbarorū animos cupiditate ⁊ auro ſingula metiri. Alijs periculoſum id cōſilium videbatur: quū nomen ipſum imperij alienum inimicūq; ſuis rationibus eſſet: neq; cōduceret pacis reconciliationiſq; authorē illum aſſumere. miſſioq; legatoꝝ hāc prebere cauſam videret. Preterea ſi receptū in vrbē petat: quod ante oratores ſui denuntiauerūt. negaturi ne ſint legati an conceſſuri. Atqui ſi negaturi ſint ad manifeſtam indignationem: ſi conceſſuri: ad manifeſtam perniciem mittere. Nam ſi vrbē introeat: quis temperaturum cōfidat. Huius deliberationis quum vtraq; pars rationem haberet probabilē: vtraq; ſuo tpe peruicit. Nā ab initio preualuit eoꝝ ſnīa q̄ mittendā legationē cenſebāt. Itaq; delecti modo oratores ad mutanduꝫ propoſitum induxerūt aliqui ex Guelfis principalioribus: ſuſpitione ducti ne imperator exules Gibellinos in ciuitatem reduceret: quinetiam ⁊ regimen vrbis eis traderet. Et quū imperator adhuc eſſet in Lauſana Sabaudie: et ad eū acceſſiſſent oratores: imperatore querente cauſam quare non ⁊ ipſi miſiſſent: fuit q̄ diceret hoc ideo egiſſe: q2 ſuſpectū eū habebāt. Ad qd ille nō bene ſibi cōſuluerūt: q2 nō noſtre intentionis erat dēs Florentinos nō partialiter: ſꝫ integraliter habere: vt viros fideles: ⁊ ipſam ciuitatē exaltare: vt camerā imperij: ⁊ meliorem alijs facere. Et ita credēdū eſt q̄ eſſet facturus non mutatur⁹ ita tū tunc regētium. Sed ſuſpitiōi (q2 intrinſecū malū eſt) mederi non poteſt. Inde impator indignatus eſt ꝯtra eos: quū audiſſet ſe preparare ad impediendum acceſſum ad vrbem. Piſani autē dederunt imperatori .lx. milia florenū in adiutorium ingreſſus eius in Italiam: ⁊ totidem ꝓmiſerūt quū Piſas aduentaſſet. ¶ Anno autem. M.cccx. Imperator applicuit ciuitatem Aſtenſem: vbi honorifice recept⁹ ſedauit diſcordias ciuiles ⁊ poſt duos meſes Mediolanū ire ꝯtendit: vbi tyrannice dñabatur dominus Guidettus de turri: vir ſagax: qui in ſua potētia vt exules tenebat extra ciuitatem vicecomites ⁊ alios Gibellinos ⁊ archiepm̄ Mediolanenſem conſortē ſuū: ⁊ in liga erat cum Florentinis Guelfis: ⁊ reſiſtere nitebat itineri impatoris: ſed nō valuit: quia cōſortes ſui operam dederūt cum conſilio cardinalis de Fliſco: ⁊ ſic cōtra voluntatem dñi Guidetti: q̄ intraret Mediolanū. Et in vigilia epiphanie coronatus fuit ab archiepō Mediolañ. corona ferrea in eccl'ia ſcti Amb. cū vxore ſua ꝑſentib⁹ oratorib⁹ pene oim communitatū Italie exceptis Florentinis cuꝫ colligatis ſuis. Qui imperator dominū mattheū de vicecomitibus cuꝫ ſuis ſequacibus ⁊ archiepiſcopum cū ſuis clientelis ⁊ alios exules reuocauit ad ciuitatē. Omnes aūt pene ciuitates ⁊ dñi earū dederūt ei obediētiam ſcꝫ de Langobardia excepta Padua ⁊ Bononia q̄ colligata erat cū Florētinis: ⁊ oſferentes magnā pecunie quantitatē quū ex ſe modicā haberet.

Henric⁹ ferrea corona Mediolani coronatur

Quū aūt eſſet impator mediolani: dominio eius priuat⁹ dñs Guidettus ſeditionē miſit in ciuitate ad expellendum imperatorem: vt dñium ei⁹ recuperaret. Sed dñs Maffeus cautus fecit: ⁊ inſinuauit imperatori ⁊ ſuo Seneſcallo. Magis tū credit ⁊ tenetur q̄ dñs Maffeus fraudulenter inſinuauit dño Guidetto q̄ male erat de dñio impatoris: magiſq; ipſum dñari cuperet: ⁊ q̄ in hoc iuuaret eum ad rebellandū. Quo facto quum ille acquieuiſſet: ipſe dominus Maffeus accuſauit Guidettū apud imperatorē. Propter qd vocatus ab ipſo: vt ad illum adiret: recuſauit recedens cū ſectatorib⁹ ſuis a Mediolano: aſſerens ſe falſo fuiſſe accuſatum ab inimicis ſuis. Interea ciuitas Cremonēſis ſe rebellauit imperatori ad ſuaſionem Florentinorum. In Brixia Gibellini eiecerunt de ciuitate Guelfos: ſed imperator per ſuum vicariū fecit eos remittere. Tandem Brixia ſe rebellauit imperatori. Et quum eſſet imperator Genue: antequam intraret Hetruriam fecerat proceſſum ſuum contra Florentinos: videlꝫ q̄ ſi intra .xl. dies non mitterent ad eum .xij. ciues cum ſyndico ⁊ pleno mandato ad preſtandum ei obedientiam: ex tūc cōdemnabat eos in ſubſtantijs et perſonis: exponendo eos morti: ⁊ bona eorum predationi vbicunq; reperirentur. Florentini autem nullum miſerunt. Quapropter omnes mercatores ⁊ Florentini qui Genue erant licentiati fuerunt. vnde ⁊ receſſerunt: ⁊ mercimonia eorum fuere confiſcata camere imperatoris. ¶ Altera vice ſcilicet poſtquam fuit coronatus: veniens prope Florentiam ad eam capiendam cū copijs ſuis: quum preualere non poſſet: deinde recedens ⁊ Piſas veniens: fecit magnos ꝓceſſus contra Florentinos: auferendo ciuitati oēm honorem ⁊ iuriſdictionem: priuādo oēs iudices ⁊ notarios officijs ſuis. Cōitatē cōdēnauit in cētum milia marcarum argenti: ⁊ principales ciues qui ciuitatem gubernabāt/ condemnauit in vita ⁊ ſubſtantia auferenda. Prohibuit etiā q̄ nō poſſent cudere mōetas aureas ⁊ argēteas ⁊ dño Ubizino de Spinellis Genuēſi/ ⁊ Marchioni mōtiſferrati ꝯceſſit q̄ in terris ſuis poſſent cudere monetas dictas ſub iconio Florentinorum: ⁊ ſic dedit occaſionem falſandi monetas. Tandem Florentini de cōſilio Roberti regis illi repugnandum pro viribus eſſe ſtatuerunt. Robertus aūt ipſe haud multo poſt Florentiam venit. Redibat aūt a pōtifice tūc in Gallia cōmorāte: a quo nuperrime defuncto patre Karolo conceſſionē regni coronāq; ſuſceperat. Igitur ꝓ ſua gratia: q̄ antea Piſtorienſi bello propenſiſſima cognit⁹ fuerat beneuolentia in Florentinos: ⁊ paterno ſimul auitoque fauore/ ſummis honoribus a ciuitate recipit. Cōfirmandis ciuiū animis contra noui principis terrorem ſimultatibuſq; tollendis/ menſe fere integro Florentie commoratus: ſocietatem fedusq; renouādi ciuitatibus author fuit aduerſus Henrici potentiā: ⁊ ſe miſſurū auxilia quum tempus expeteret pollicit⁹ eſt.

Robertū Sicilie regē honorifice recipiūt Florentini.

¶ Dū hec Florētie gerūtur: Aretini exules qui in preſidio contra vrbem munito relicti erāt: quotidianis ꝑpe incurſibus vſq; ad Aretij menia infeſtabāt. Horū aſſiduā vexationē nō vltra ferēdā hoſtes rati: ꝑſidiū expugnare adoriunt. Quū fortiter ab exulibus reſiſteret: neq; capi ꝑſidiū poſſet: fame ⁊ obſidione ꝯuincere cōſtituerūt: putantes id q̄ erat/ nō multū cōmeatus intra munitiones teneri: ſed diecim fere ex ꝓximis caſtellis que ad exules defecerant importari. Hac igit fiducia circūſiſtentes preſidiū obſidebant telisq; ⁊ machinis oppugnabant. Ob id periculum ſociorū miſſa rurſus a Florentinis auxilia equitum quuꝫ ex amicis oppidis peditem coegiſſent: liberare obſeſſos pergunt. Quum iam appropinquarent preſidio: ⁊ hi qui obſidebāt ſeſe vnum in locum conglobaſſent: exules deſertis munitionibus incolumes ad Florentinum equitatū euaſerunt. Ita liberati periculo in proxima caſtella deducunt. Hoſtes quoq; incenſo ac diruto ꝑſidio redierūt in vrbē: ⁊ bellū quidē ab Aretinis exulibus acriter inferebatur: Florētini vero auxilia ſubmittebant. Interdum quoq; maioribus copijs profectiſque ad

Aretij menia in feſto agmine populabant. Ceterum ab hoc

Dantes poeta. Aretino bello maior inſuper cura mentes hoim̄ auocabat. Hēricus ſiquidē ſuperatis alpibus in citeriorē Galliam deſcendiſſe nuntiabat: ⁊ quicquid vbiq̄ fuerat exulū Florētinorū ad illū cucurriſſe: adeo ſpe firma victorie: vt iā inde bona inimicoꝝ inter ſe partirent. Extat Dantis epiſtola amariſſimis referta cōtumelijs: quā hac iam fiducia exulās contra Florētinos (vt ipſe vocat) intrinſecos ſcripſit ⁊ q̄n ante ad tēpus honorificentiſſimis cōpellare ſolebat verbis: tunc hmōi ſpe ſupra modū elatus / acerbiſſime inſectari nō dubitat: qđ quidē nec leuitati nec malignitati preſtantis ingenio ⁊ doctrina viri tribuendū puto: ſed tempori. Eſt enim nature proximum: vt victores cū aliqua increpatione verborum vlciſcant. Ille vero in hoc deceptus: q̄ ſe iam inde putabat victorem. Exules ergo Florētini certa ſpe tenebantur. Ciuitas aūt ſuſpenſa metu cōparādis in ſocietatibus delectibuſq̄ habendis oppidiſq̄ firmandis: magnopere intendebat. Harum vero cōficiēdaꝝ rerū facultatē maximā prebuit implicatio hoſtis: annū fere totū circa Mediolanum ⁊ Cremonā ⁊ Brixiam commorantis. ¶ Principio inſequētis anni ſalutaris prouiſio facta eſt a ciuitate circa exules reducēdos. Quum eni magna ciuiū multitudo exularet: ac diuerſa multorum conditio eſſet cuncti tñ ad Henrici deſiderio reditum coheſuri viderent: ad minuendā eā manum placuit decreto publico reuocare eos quoꝝ nec inſigne odium in preſentes reipu. ſtatū: nec periculoſa reductio foret. Prioribus igitur ptās a pplo tradita: vt vnā cū. xij. viris a ſe delectis nominationes facerent eoꝝ q̄ reducēdi ab exilio viderent: pacis ⁊ concordie ciuium puiderent. Fuit tunc in numero Prioꝝ Baldus agulio iuriſperitus. Is priuato odio in quoſdā accenſus (vt eſt id genus hoim̄ ſubtile ac maleficum) deprehendit poſſe etiā in beneficio populi locum eſſe nocendi: ſi nō hi nominarentur quibus dabatur beneficium: ſed ⁊ ipſoꝝ genera quibus adimebat: vt ſic perpetua illis nota inureretur. Hac itaq̄ mēte formulam prouiſiōis ſic inſtituit: vt reditū ab exilio ⁊ cetera pacis cōcordieq̄ beneficia oibus tribueret preter eos qui reciperent. Ita in primo legis parte qua beneficium datur: neminē expreſſit. In ſecūda vero qua adimitur noīa ſinguloꝝ ⁊ familias longo ⁊ ſinuoſo ordine per tribun adnotauit. Ea res poſteris temporibus multis nocumento fuit. Exulum igitur pars beneficio populi reuocata in vrbes redijt: alia pars reiecta in exilio remāſit. In ea fuerunt oēs iam inde poſt primū aduentum Caroli ex prioribus illis ſeditionibus exules: quorum nemini lex pſpexit. Et preterea recenter pulſi: quos vocitarunt Albos: horū longe minor erat cauſa. Deniq̄ non ſtudio partium contra iſtos: ſed priuatis fere ſimultatibus certabat. Itaq̄ horum pars tūc reſtituta in vrbē redijt. Pars ṽ vero oīno reiecta: in qua circuloꝝ / Adimarum / Toſingulorū vel Gucheſſimarū quondā gentiū nil qui remanſerunt. Filij preterea Baldi Ruffoli quē primum vexilliferū iuſtitie fuiſſe oſtendimus: Fratres inſup ⁊ nepotes Iani labelle: Dantes alleghierij: Palmeri⁹ altouitar: alij q̄ multi ex nobilitate ⁊ plebe: quos nominare longum eſſet. Poſt hec renouata eſt ſocietas inter ciuitates. Fuerunt aūt he Florentini: Lucenſes / Piſtorienſes / Volaterrani: Senenſes: ⁊ ceteri qui in ſocietate nominātur. Acceſſerunt Typhernates .i. de ciuitate Caſtelli ⁊ Bononienſes. Et horum oim princeps Robertus Sicilie rex. Vt omnes vnanimiter federati bellū contra nouū principem aperte ſuſceperūt: Imperator interea obtinuit Cremonā que ſe ei rebellauerat. Inſuper ⁊ Vincentiam ⁊ Paduam Veneti etiam dederunt magnam quantitatē pecunie in adiotoriū imperatori. Poſtmodum recuperauit Brixiam: ciuibus pepercit: muros tñ ciuitatis deſtruxit: ⁊ magnam quantitatē pecunie ab eis exegit. Et quum tunc haberet magnas copias: ſcilicet decem milia equitum diuerſarum nationum: ſi tunc veniſſet in Tuſciam omiſſa obſidione Brixie: creditur q̄ obtinuiſſet Bononiam Florentiam / Lucam / Senas / Romam / ⁊ Appuliam / quia improuiſe erant ille ciuitates tunc.

§. V. Et vt ſcribit leonardus in

hiſto. Floren. in lib. v. commorante adhuc i citeriori Gallia Henrico anno domini. M. ccc. xi. Florentini ⁊ ſocij Bononiā copias miſerūt: vt aduentum eius ſi forſitan ab ea parte in Hetruriam conaret intrare: impedirēt p viribus. Ille parata circa Brixiam obſidione: quū ſingulis fere ciuitatib⁹ ſingulos preſides impoſuiſſet: circiter Octob. idus in Ligures trāſiuit. Illic omni honore ſuſceptus: tres fere menſes dum hyems deſeuiret Genue hybernauit. Inde in Tyrrhenum ingreſſus mare cum. xxx. nauibus longis: quas ei Genuēſes ⁊ Sauonēſes parauerant. circiter nonas martias Piſas deuenit. Nec Florētini ſocijq̄ interea ſegnes. Nā vbi p Liguren iter eū facere cognouerunt: auxilia ſup Bononiēſib⁹ miſſa in agrū traduxerūt Lucēſem: vt ex parte venienti obſiſterēt finēſq̄ Lucenſium tutarent. Dū Piſis morat Henricus electus imperator: crebras incurſiones in Lucenſem Miniatēſemq̄ agrū prefecti ei⁹ fecerūt. Sed neq̄ pugna vlla memoratu digna in his locis cōmiſſa eſt: nec oppida vlla grandiora capta. Ipſe paratis que paranda erant proximi anni principio. is erat ann⁹. xij. ſupra. M. ccc. Piſis profectus iuxta littus inferi maris Romaꝫ verſus ire contendit. Quocunq̄ autem incedebat: ſtudia partiū ingenteſq̄ rerū motus ſuſcitabantur. Vt enim queq̄ ciuitas diuiſa p ſectiones erat ita eius appropinquatio alios metu concitabat. Itaq̄ Viterbium ingreſſus eſt pulſa diuerſa factiōe: eoq̄ percupide intromiſſoꝝ apud Urbeuētanos diuerſa fortuna freti ei⁹ fautores: dum res nouas attentant: preualentibus aduerſarijs vrbe pelluntur. Rome quoq̄ ſeditiones ⁊ tumultus maiorē in modum augentur. Robertum enim Sicilie regeꝫ magna pars ciuium Romanorum ſectabat: precipue vero authoritatis genus Urſinuꝫ opibus ⁊ grā potētiſſimū. Et miſerat eo Robertus Ioannem fratrē cū valida equituꝫ manu: que Urſinis ceteriſq̄ factionis eius coniunctis: Capitolio ⁊ Ianiculo ⁊ Hadriani mole cunctiſq̄ trans Tyberim locis ⁊ Vaticano occupatis arcerēt Hēricū ab ingreſſu: ſuoſq̄ continerent. Altera vero factio impatori nota fautrix: ducibus columnenſib⁹ Auentinū ⁊ Celiuꝫ ⁊ Quirinalē mōtes ac totas Exquilias cū Viminali ⁊ Suburra tenebat: crebraq̄ inter eos prelia committebant. Ob has cōtentiones aliquot dies Viterbij cōmoratus: tandē Romā petens: q: recta via vrbes introire nō dabat: per Miluiū pontē traductis copijs porta Flaminia ingreſſus eſt: inde media vadens vrbe: in Auentino poſuit caſtra. Florentini auditis certaminibus que Rome parabantur: ne cōi partiuꝫ ſtudio deeſſent: equites quingētos ⁊ pedites mille inſigni apparatu Romam miſere. Miſerunt ⁊ alij ſocij Lucenſes. Senenſes: vt vires cuiq̄ animi fuere. Rome vero crebra prelia commiſſa ſunt: quippe quuꝫ intra vnius vrbis menia tante copie ſibiq̄ inuicē aduerſarie clauderent: ac pplūs ipſe Roman⁹ intra ſe diuiſus vt cuiuſq̄ factionis erat: his vel illis inhereret: eueniebat ſingulis fere diebus vt p vicos ⁊ cōpita pugnaret. Id certamē tribus fere mēſibus durauit. Tandem quom ad baſilicam Vaticani in qua mos erat coronari principes: deuenire Henricos nequiret: qm̄ hoſtis potētior longe ab his locis arcebat: cōtra decus imperij cedēs Laterani coronā aſſumpſit. Pau-

Hēricus impe rialı corona ro me inſi gnitur.

loq̄ poſt relicta vrbe indignabundus Tybor ſe cōtulit. erat imperator pro illatis ſibi impedimentis Rome quantuꝫ vix dici poteſt aduerſarijs infenſus: precipue tamen in Robertum regē ac Florentinos vt principes iniuriaruꝫ illius ardebat animus. Papa aūt Clemēs quū feciſſet regē Robertum comitem Romondiole: miſit Robertus ipſe pro ſe vicecomitem dñm Gilibertū cū copijs equitū ⁊ peditū. Qui cū adiutorio Mareſcalli regia illuc pergens: oēs capitaneos Gibellinorū / Forliuij: Fauētie / ⁊ Imole / icarcerauit: ne ciuitatem illas facerent rebellare: ⁊ oēs Gibellinos ⁊ Albos exules e Tuſcia expulit de illis. Et q: Robertū vlciſci e veſtigio non videbat poſſe defeſſo milite ſuo ac longis cōtentionibus afflicto: Henricus in Florētinos cōuerſus p Sabinos ⁊ Vmbros ducēs: Hetruriā ingredit. Inde p Peruſinū ⁊ Cortonienſem ⁊ Aretinū agrū Florentiā petere cōtendit. Dūꝫ id molitur iterū: vniuerſi exules q̄ vbiq̄ terrarū erāt / ad eum confluxerunt. Florentini ſimul vt vergere in ſe totā belli moles intellexerent: reuocatis ppere copijs nouoq̄ inſuper delectu habito contra hoſtem miſere: iubentes vt a plio quidē abſtinerent: regionem tñ ⁊ oppida tutarent. Imperator quo primum vie Florentinoruꝫ fines intrauit: nō lōge a Varico mōte caſtrametatus expugnare oppidum aggredit. Triduo cōtinuata oppugnatio eſt: ⁊ acerrime p menib⁹ foſſiſq̄ dimicatum. Tandem fatigatis oppidanis humiliatiq̄ murorum diſſipatis / oppidū deditur. Cetera ſubinde oppida eodē terrore capit. Ancīſam inde ventū eſt. In eo loco Florentinorum copie obuiam miſſe cōſtiterant. Quum igit in conſpectum veniſſet hoſtis / copiaſque adeſſe cognouiſſet: ſtruxit confeſtim aciem: dimicādiq̄ eis fecit poteſtatem. Florentini pugne fortunam minime experiendā cenſebāt: ſatiſq̄ putabant fore ſi hoſtē detinerēt. Itaq̄ intra munitiones ſe cōtinentes: iter qđ eſt inter flumē ⁊ oppidū tutabant. Quomq̄ neq̄ dimicādi ptās neq̄ trāſeūdi fieret: ppterea q̄ imminēs vie caſtellū preruptis rupibus facile tranſitū arcebat: duct⁹ ab exulib⁹ impator p proximos ad leuā mōtes difficillimis ſaltibus traducere cepit. Qđ quū vidiſſent q̄ Ancīſe erāt: veriti ne ipſi poſt terga ab hoſte relinquerent: ſigna illico mouentes citato agmine Florentiam verſus ire contendūt. Con ſuperiori de loco cōſpicati hoſtes (iā eni oppidū preteruecti erant) magno impetu inuadunt. Saltus admodum erat impeditus. Et vndiquaque ſtrepebat hoſtis: ſuperioriq̄ de loco pugnaturus

Hēricus ingredi tur Hetrurias

turus adductabat. At Florētinis nequaq̄ propoſitum fuerat pugna decernere: ſʒ rapto agmine Florentiā deuenire. Itaq̄ vbi ruere in ſe hoſtē ſenſere: cōfeſtim verſo agmine retulerunt pedem. Accelerata paulo magis eſt receptio: vt fuge ꝑtinus videri poſſet. Et fuit auxilio propinquitas oppidi: ne tantus ea die acciperet calamitas. Nec ſane magnus ceſoꝝ aut captiuorū numerus fuit: verum ita fracte mentes quaſi ad extremum victi eſſent.

§. VI. Imperator pretervectus

Anciſam oppidum: relictiſq̄ poſt ſe Florentinoꝝ copijs: non longe ab eo loco nocte illa cōſedit apud vicum Padule nuncupatum. Poſtridie vero luce prima mouēs ingentē terrorē ad vrbē Florentiam duxit: nec longe a porta Caſentinati via poſuit caſtra: doctus ab exulibus eā vrbis partē minus eſſe munitā: propterea q̄ nondū abſolutis mentibus nouis vetuſtiſq̄ neglectis vallo tantū ꝛ foſſa ea parte vrbs claudebat. Turbida quidē primo ſuo aduentu ciuitas fuit: increbreſcente rumore copias omnes nuꝑ cōtra hoſtē miſſas apud Anciſam deletas fuiſſe. Et ſane preſentia hoſtis ſuorum abſentis fidem ſiniſtro rumori videbatur afferre. Nam quo tandē pacto niſi oppreſſi tuliſſent ad vacuam ꝑſidio vrbem hoſtem venire? Itaq̄ luctus priuatim ꝛ publice metus cūctos peruaſerat. Sumpſit tamē arma ppl'us ad tutandas eas vrbis ꝑtes quas cōtra hoſtis cōſtiterat ꝛ ſub vexillis ꝯcurrit. Ibi diſtributa loca: regioneſq̄ defendēde ſingulis ſocietatib' attributę. Vallum neq̄ die neq̄ nocte intermiſſo opere inſtauratū eſt ex omni genere cōtignatiōis turres ꝛ ꝓpugnacula debilioribus locis excitate: armatiſq̄ hominib' complete. Imperator ab oppugnatione vrbis (incertū qua de cauſa) abſtinuit. Qd' ſi primum ſub aduentu trepida adhuc ciuitate ꝛ timore profugationis ſuorum cōſternata: tētaſſet: vix potuiſſe reſiſti credatur: ꝑſertim abſentibus copijs: ꝛ tutela muroꝝ ab ea ꝑte deficiēte. Ciues interea aios reſumpſere. Simulq̄ copie poſt tergū relicte biduo poſt diuerſis itinerib' redire. Quorum aduentu ſubleuatis letitia animis minas iā hoſtium longe aſpernabant. Imperatorem vero ſue ipſum ſpes retinebant. Poſt aduentū ſiquidē eius ꝛ caſtra apud vrbem poſita: infinita pene vis hoīm ex Florentino agro ad eum cōfluxerāt: Nec ſolum impatori fautores noīa: verum etiā ceteri ꝑmulti ſiue metu ſiue nouaꝝ cupiditate rerum ſeſe illi ꝯiunxerant. Nā ꝛ Anciſa qd' oppidū ꝑſens neq̄uerat obtinere: cōfeſtim poſt receſſum copiaꝝ ad impatorē defecit. ac fere oēs ppl'i q̄ Arnū ſuperiorem accolūt: ſe vltro dediderunt ꝑ Mugellanū Caſentinatēq̄ agrū multi rebellarunt. omiſſaq̄ vrbe caſtra hoſtiū frequentabāt ꝛ cōmeatū exercitui deferebāt. Intra vrbem vero ꝑmulti ciues ꝑſenti reip. ſtatu inſenſi fauere hoſtibus credebant. Inter hec ſocioꝝ auxilia opportuniſſime ſuꝑuenerūt Lucēſiū tria milia peditū: ꝛ equitum ſexcēti: Senēſiū totidē eq̄tes peditū duo milia: aliorūq̄ ſocioꝝ ꝓ cuiuſq̄ facultatibus ex q̄bus factus eſt magnus equitū peditūq̄ numerus. Caſtra vero intra vrbem ꝯtra hoſtiū caſtra: vt die noctuq̄ preſto foret defenſor: per infrequentia edificioꝝ loca poſuerunt. In his armati ciues ſocijq̄ perſtabant: cetere vero vrbis ꝑtes ſic trāquille erāt: vt nec ſentire quidē obſidionē viderent. Dies cōtinuos .xl. apud Saluianū tēpliū impator habuit caſtra ꝓcul ab vrbe nō ampli' ccc. paſſibus. Tandem quum fruſtrari ſe eo tp̄e appareret. quotidieq̄ magis creſcerent amicoꝝ auxilia pridie kal. Nouemb. tertia vigilia ferme retro caſtra mouit / ac tranſmiſſo Arno duob' paſſuum milib' ab vrbe ſuꝑ Emā fluuiū caſtra fecit. Qua nocte receſſit: quū ex more tabernacula incenſa a militibus ꝛ vaſa concremata eſſent: tota ciuitas excitata in armis fuit: vbi vero abire hoſtem cognouit: tacita reſedit luceq̄ armata expectauit. Poſtera mox luce egreſſi equites: prelium leue cū equitatu hoſtium cōmiſere hoſtis vero ſecūdis caſtris ad Caſſianū ꝑuenit via Senenſi octo milib' paſſuum ab vrbe. In his locis quū eſſet impator Piſanorū auxiliares ad eū venerūt: peditū tria milia: equites q̄ngenti: Genuenſiū quoq̄ ſagittarij expugnationibus vtiliſſimi ad mille. Ijs copijs iterū ꝯfirmatus apud Caſſianū obſtinatius cōſedit. Florētini poſthac ſuburbijs ea ex parte que ad hoſtem verſa erat (iā eñ edificia longe ſe extenderāt) communitis ſocioꝝq̄ auxiliaribus remiſſis: ipſi ꝑ ſe ceſſere bello. Hinc diſcurſiones crebre facte ab hoſtibus: leuiaq̄ prelia ſunt frequenter cōmiſſa. Signis tñ collatis nunq̄ pugnatū eſt: verum incendia ꝛ clades multipliciter attriuerant agrū: ſemēteſq̄ eo anno impedite / annone cariſtiā portēdebāt futuraꝫ. Supra duos mēſes apud Caſſianum impator habuit caſtra ꝛ q̄dem ꝑ mediā hyemē. Demum a Caſſiano profectus Bonitiū petijt. Eo quū ꝑueniſſet: pulchritudinē opportunitatēq̄ montis admirat': oppidū in eum locum reſtituit: vñ a Carolo rege fuerat añ reiectū. In eoq̄ oppido qd' reliquum erat hyemis hybernauit: nec hyberna ſane illi quieta fuerunt: quum a Senēſibus / Collēſibus / ꝛ Sangeminianēſibus finitimis Bonitio pp̄lis laceſſeret ſedulo: ꝛ ipſe vltro in eorum fines omnifariam belli cladē inferret. Per hoc tempus Florentini iampridem vaſtato circa vrbem agro frequentibus vero oppidis que nuper ad imperatorem defecerant bellum vrbi inferentibus: hoſteq̄ ipſo preualido obſtinatoq̄ incūbente: ac vt fama erat / in proximum annum valentius incubaturo: magnitudine periculorum coacti ſunt ad Robertuꝫ regem eiuſq̄ opem reſpicere.

§. VII. Quod Florētini cum ſociis dederunt dñatū ſuarū ciuitatū ad tēpus regi Roberto: vt auxilium eis ferret contra imperatorem.

Oratores igitur vt proſequit' Leonar. ea de cauſa miſſi ſunt duo: Jacob' Bardius eques Florētin' ex familia nobiliſſ: ꝛ Pardan' Accalolus (al's Acciaiolus) vir per id tempus magne in repu. authoritatis. Ii Senas primo: inde Peruſium profecti: vtraq̄ ex ciuitate legatos ſibi coniungi ſuaſerunt. Et ſuperuenerunt Lucenſium Bononienſiumq̄ legati: oēſq̄ ad regē vna profecti / quāto in periculo forēt ciuitates Hetrurie docuerunt. Rex placide commendata Tuſcorum fide: ſeſe ducē futurum ciuitatibus ac venturū in Hetruriam: ſi nō per negotia regni impediret / pollicitus eſt. Interim vero fratrē cum equitatu premiſſurum. Ea res Florentiam ſedulo nunciata erexit cūctorū animos: ꝛ afflictis in rebus lucem quandam optime ſpei viſa eſt attuliſſe. Sed turbauit paulo poſt hanc ipſam letitiā pecuniarum flagitatio. Rex enim pro his q̄ mittebat copijs: trimeſtria exhiberi ſtipēdia poſtulabat. Eorū preſtatio multas magnaſq̄ difficultates cōtinere videbat. Primo enim erarium pub. longis erat ſumptibus inanituꝫ: patrimonijs vero ſingulorū crebra ꝛ importuna tributorum pēſiōe exhauſta. His accedebat q̄ Peruſini / Bononiēſes / et Lucēſes q̄ longius aberant ab hoſte: non perinde ſeſe oneribus offerebāt: ita ad Florentinos mō tota penſio recidebat. Querebat hoc ipſum a rege mutuū: ſed negabat conſilium: apparebatq̄ in ea re ſane durior. His de cauſis dilatus eſt copiarum aduentus. Parte deniq̄ pecuniarum equitibus perſoluta: reliqua expectabat. Qd' quū in longuꝫ traheret: hoſtiſq̄ indies formido augeſceret: nihil poti' tantis in malis viſum eſt: q̄ plenū vrbis imperiū in regē trāſferre. Facto igitur populi decreto: in quo poteſtas vti e repubi. eſtimarent Prioribus dabat. Priores cōſilio prius habito dominatū gubernationēq̄ ciuitatis regi in quinquenniū authoritate pub. tradiderūt. Traditio añt his verbis facta eſt: Cernētes belli pericula prementia nūc ꝛ in poſterū imminentia vt pp̄l's Florētinus vrbſq̄ ꝛ ager in viā ſalutis dirigatur: ſolenni deliberatione habita: Robertū regem Sicilie rectorem / gubernatorem / protectorem / ꝛ dñm ciuitatis populiq̄ Florētini in quinquennium deligimus. Conditiones vero he adiecte. Rex ꝑ ſeipſum preſens vel per aliquē ex fratribus filijſve ciuitatē gubernabit: ne exulē reſtituet. Populuꝫ ſuis vti legibus permittet: Prioratus officiū vti nunc eſt / ita poſt fore in ciuitate patiet. Hec nominatim excepta: ceteroꝝ ferme oīm poteſtas ei permiſſa. Decretū hoc electionis Jacobo ꝛ Pardano oratoribus tunc Neapoli cōmorantibus offerendū regi trāſmiſerunt. Rexq̄ letus audiuit recepitq̄. Primum regis factuꝫ non magna ex re beneuolentiam ſibi ciuium ingētem parauit: Quū eñ Priores ipſi qui authores nominandi diligendiq̄ regē fuerāt: immunitatem ſibi fratribuſq̄ ꝛ parentibus ceteraq̄ priuilegia quedā preter ppl'i ſcitum excepiſſent: rex alijs cōprobatis que in decreto cōtinebant: hoc vnū ita reiecit: vt Priorū ipſorū impudentiā prauitatemque vultu verbiſq̄ deteſtaretur. Ex hoc regis laus apd' ciues excreuit: quaſi iuſti principis nec ad gratiam magis q̄ ad honeſtatem ꝓcliuis. Et ciuitatis quidem negotia ſic traducebātur. Imperator añt quū Bonitij eſſet: legati Frederici qui ꝑ id tēpus Siciliā tenebat: ad eū venerūt nouā belli materiā afferentes: de qua paulo ſuperius repetita dicemus. Nuper dū Rome eſſet Henricus: ac permulte ſibi intra vrbem moleſtie inferrent: ſocietas ſimul: ꝛ affinitas ab eo inita eſt cum Frederico Sicilie rege. Idq̄ procuratum de induſtria fuerat: quo Robertū vleiſcerent: regnoq̄ ſpoliarent. Ea ſiquidem vnica peragendi via eſt viſa: ſi Fredericus aſſumeretur ſocius: ac tam valide potentie in vnū coirent. Fredericū vetuſta Sicilie cōtrouerſia ſepiuſq̄ tentata deiectio inimiciſſimum faciebat Roberto. Conuenerant añt in eo federe vt proxima eſtate terra marique Roberti regnum inuaderent. cuius rei gratia pecunie a Frederico fuerāt cōferēde. Legati igit' Bonitiū veniētes pecunias a rege tulerūt: ac poſtularunt ex federe: vt ſe cōtra Robertuꝫ prepararet. Ob eorum aduentum legatorū noue ſubinde cure nouaq̄ certamina ſuſcipiuntur. Imperator quum multa ſibi prouidenda forent

Florentia obſidetur ab Henricus.

Bonitium inſtaurat

Roberto Sicilie regi permittit vrbis Florentine dñium.

Frederici ad Henricus legati.

ac eius rei gratia Piſas redire ſtatuiſſet: Bonitio quidem ex his locis Brancham ſcholariũ exulẽ Florentinum: Ancise vero ac ſuperioris Arni oppidis Guidonem capiariam vicarios prefecit: ⁊ gubernare populos iuſſit. Ipſe autem multo poſt Piſas ꝓfectus: nouas inde copias e Germania commouet: Claſſem Genuenſibus permagnã imperat: dum hec ſpectat contra Robertum regem ⁊ Florentinos: in ceteraſq; ſocios ſe ciuitates edicta grauiſſima ꝓponit: multos et inſignes per eam tempeſtatem homines ab aduerſarijs emuliſq; vt cuiq; libuit nominatos ſententijs adnotat.

§. VIII. De morte Herici imperatoris.

Interea vt ſcribit Leonar. ne torperet otio miles: ꝑ prefectos eius viros militares bellicarũq; rerũ gnaros quotidiana prope prelia cum Lucenſibus finitimiſq; exercebat Ea de cauſa proximi anni principio Florentinorũ copie Lucam tranſmiſſe: ꝙdiu in his locis belligeratum eſt auxilio ſocijs fuere. Calamitates in eo bello a Lucenſib⁹ maxime acceptę ſunt. Preter enim cõtinuas incurſiões: caſtella inſuꝑ quedã Luceſium expugnata capiunt ab hoſtibus. Miniatẽſibus quoq; non diſſimiles inflicte clades. Exercitu claſſeq; paratis quum tempus conſtitutũ ꝓfectioni adeſſet: premiſſis nauibus. lxx. (tot eñi parauerãt Genuenſes vt cũ Frederici claſſe iungerent) ipſe imperator Piſis manens: circiter nonas Auguſti nos ſatis ꝓſpera valetudine iter ingreſſus eſt ꝑ Miniatẽſem ⁊ Florẽtinũ agrũ. Inde nõ lõge a Senarum menibus preteruectus: apud apertũ montẽ Florentina clade nobilitatũ locũ poſuit caſtra: Ibi ingraueſcẽs ad Maceritanas aquas diuertit. Quum nihilo releuarent aq̃ rurſus inde mouens ad bonũ couentũ caſtra fecit. Hoc demũ in loco ſuperãte morbo corruit: ac paucis poſtea diebus e vita migrauit in medio curſu rerũ maximarum: ⁊ certe Roberto regi admodũ formidatus. Quippe Frederici copie iã in regnum eius traducte Rhegiũ vrbem: q̃ contra Siciliam oppoſita eſt occupauerant. due inſuꝑ validiſſime claſſes tota littora cõplebãt: qbus quũ antea reſiſti poſſe videret audito huius viri tã acri tanq; obſtinato aduentu: in ſummum diſcrimen res adducebatur. Sed bellorũ euentũ nemo ſatis predixerit: quippe cõis Mars (vt aiunt) magniq; ſepe terrores paruis momentis in irritũ reciderũt: Corpus Herici magno ſuorũ luctu Piſas relatus eſt. Exercituſq; oĩs ſolutus. Claſſis etiam Genuenſiũ ⁊ Fredericiac iam traducte citra fretum copie: audita impatoris morte domũ irrite redierũt. Qui cũ Henrico ꝑ Hetruriam conſpirauerant: eos maxima de ſpe non minorem in metũ inopinatus ꝯuerterat caſus: ꝓcipue tñ Piſanos formido peruaſerat: finitimis Lucẽſibus Florentiniſq; ob accepta recenter detrimẽta grauius irritatis. Itaq; ad curã ſalutis proprie cõuerſi: ducẽ querebãt: cuius ductu auſpicioq; imminentibus reſiſterent malis. Et vt dicet infra acceperunt Uguitionẽ Fagiolanũ. Fuit autem prefatus imperator Henricus. vi. vir ſapiens iuſtus ⁊ gratioſus: in armis ſtrenuus: catholicus ⁊ honeſt⁹: ⁊ ꝙuis ſecũdũ genealogiã foret mediocris conditionis: aio tamẽ magnus ⁊ vt ſperabat nõ infima (ſi lõgiori vita functus fuiſſet) egiſſet. Poſt primã coronam in Alemannia anteq; ad Italiam ſe cõuerteret: proceres ⁊ dominos qui in diſcordia erãt in Alemannia pacem reduxit: intendens poſtmodum ⁊ diſſenſiões Italie ⁊ ſectas remouere: ⁊ ſedare: ⁊ exinde mare trãſire ad terre ſancte conqueſtum. Dũ autẽ adhuc eſſet in Alemãnia ad procurandum copias ⁊ pecunias ſibi neceſſarias: accidit vt rex Boemie Uenzeuſlaus diem extremum clauderet ⁊ quum filium maſculum non haberet: ſed duas filias vnam nuptui tradidit duci Chiarenta de: alteram de conſilio ſuorum procerum cõiugem dedit filio ſuo Joãni: quem etiã coronari fecit in regem Bohemie: ⁊ in loco ſui vt vicariũ in Alemannia dereliquit. Fuit autem coronatus Rome ipſe Hẽricus ꝑ cardinalẽ Oſtienſem. ſ. Pratẽſem: quẽ miſerat papa ad hoc efficiendum. ❡ Annis prioribus. ſ. M. cccx. mẽſe Junij fuit facta coniuratio Uenetijs ex illis de domo ⁊ familia Querinorum (al's Quirinorum) ⁊ oĩum qi montẽ (al's domino Baiamõte) de ſcopulo Uenetiarum cum eorum ſequacibus: vt deijcerent ducem qui tunc ibi erat de domo Grandanica (al's Gradonica): ⁊ ſuos ſequaces. Facta ſeditione in ciuitate ipſa: ⁊ diuiſa quaſi inter Guelfos ⁊ Gibellinos: ⁊ eis adinuicẽ inter ſe belligerantib⁹: demum illi de familia ⁊ domo Querinorum cũ ſuis ſequacibus Guelfis ſuperati fuerunt de ciuitate expulſi: deſtructis eorum domibus ⁊ habitationibus. Hec fuit prima deſtructio domorum ſeu familie facta Uenetijs ex partialitatibus. Quidam autẽ ex illis capti de Querinis principaliores decapitati ſunt: ⁊ cum eis duo nobiles ex Florentinis: ⁊ quidam ex adimaribus: alius de Stizis. ❡ Eodẽ anno ꝙdaꝫ Arnaldus de villa noua Prouincialis magnus philoſophus Pariſijs dogmatizabat: ⁊ per ꝓphetias Danielis ⁊ Sibylle

Herici ſexti interitus.

…tio orta Venetijs.

Arnaldus de villa noua.

Erythree probare nitebatur aduentum antichriſti et perſequutionem eccleſie futuram eſſe inter. M. ccc. xl. M. cccc. domini anoum quaſi in. M. ccclxxvi. anno. Super qua materia librum edidit intitulatum de ſpeculatione aduentus antichriſti. Sed fuit reprobatus et quaſi hereticus reputatus. Unde quia magiſtri Pariſienſes tenebant contra eum: timens ipſe ne deueniret ad manus inquiſitoris: aufugit inde et profectus eſt in Siciliam. Qui quum miſſus fuiſſet a Frederico rege Sicilie orator ad papam in mari mortuus eſt. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate ait veritas incarnata. Unde omnes qui voluerunt determinatum tempus aſſignare aduentus antichriſti vel finis mundi reperti ſunt mendaces.

❡ De concilio Uiennenſi ⁊ reprobatione Beghardorum ⁊ quibuſdã deilis. Capitulum. iij.

ANno domini milleſimo. cccxi. kalen. Nouemb. cepit celebrare concilium generale Uienne in Burgundia: prout fuerat ante publicatum. In quo preſentes fuerunt pluſquam. ccc. epiſcopi. vltra alios prelatos de diuerſis partibus orbis. Et quum clemens vt ſatiſfaceret promiſſioni facte regi Francie in ſua promotione ſ. de delenda memoria Bonifacij et eccleſia: cum prelatis concilij tractaret: quia rex illum hereticum fuiſſe probare intendebat: concilium nullo modo aſſentire voluit: ſed contrarium declarauit ſcilicet ipſum fuiſſe catholicum ⁊ indubitatum pontificem. Uerum quia ipſe fecerat proceſſus contra regem Francie ad quietandum ipſum nos valentem obtinere quod cupiebat iniuſtum: declarauit ⁊ firmauit decreto concilium: ꝙ quacunq; de cauſa rex offendiſſet Bonifacium papam ſeu eccleſiam: nullo vnquam tempore poſſet ipſi regi vel eius filijs ⁊ heredibus aliquid damni inferri vel pene. Item ſtatutum fuit quod omnia bona et poſſeſſiones que fuerant manſionis templi: ⁊ aſſignarentur manſioni hoſpitalis Hieroſolymitani. Et quia iam fuerant occupata a diuerſis dominis laicis: oportuit quod illi de hoſpitali magnum theſaurum exponerent in dando regi ⁊ alijs qui occupauerant dicta bona. Unde depauperata eſt mãſio templi: que ſe exiſtimabat inde opulentam fieri. In illo cõcilio fuerunt facte multe conſtitutiones generales: ⁊ precipue concernentes ſtatum religioſorum vt monachorum precipue magiſtrorum. De ſtatu mona. ne in agro. Mendicantium quoad predicationes: audientiam confeſſionum: ⁊ ſepulturas vbi datur forma ſeruanda ab eis. extra de ſepul. dudum. in cle. Originaliter illa conſtitutio fuerat edita a Bonifacio octauo: que incipiebat. Super cathedram: ⁊ erat extrauagans: ſed per Benedictum. x. ſucceſſorem immediatum fuit reuocata: per Clementem autem. v. in concilio repoſita in ſuo vigore ⁊ in corpore iuris inſerta. ſ. in cle. Que quidem Clementine edite fuerunt in ipſo concilio. In tit. de exceſſi. prela religioſi. fertur ſententia excommunicationis contra eos religioſos qui adminiſtrant ſacramenta eucharistie vel extreme vnctionis alicui ſine licentia ſui ſacerdotis parochialis vel epiſcopi ſui: vel ſolennizant matrimonia ſine dicta licentia: vel abſoluunt a ſentẽtijs iuris communis vel particularis ſcilicet prouincialis vel ſynodalis premulgatis: vel abſoluũt a culpa ⁊ pena cuius excommunicatiõis abſolutio pape reſeruatur. In ti. de ver. ſig. exponitur regula beati Franciſci ⁊ declarantur multa dubia eius. In tit. de relig. do. Quia contingit hoſpitalium conſtituuntur quedam pertinentia ad gubernationem. In tit. de immu. eccle. derogat ꝓ parte conſtitutioni Bonifacij. viij. qui ſtatuerat. eo. ti. c. clericis. ſ. ꝙ nõ ſolũ exigentes pedagia ⁊ gabellas et taleas a clericis ⁊ perſonis eccleſiaſticis ꝓ rebus ſuis vel eccleſiarum ſuarum eſſent excommunicati: ſed etiam ſoluẽtes talia: vnde ſequebantur rixe inter exigentes ⁊ exactos: quia nolebant exacti ſoluere ne inciderent in canonem. vnde quãtum ad iſtam partem. ſ. quo ad ſoluentes ablata fuit cenſura illa. In ipſo concilio fuit ſanctorum catalogo adſcriptus ſanctus Ludouicus filius ſecundi Caroli regis Appulie et frater regis roberti. Qui Ludouic⁹ quũ eſſet primogenitus Caroli: propter qđ ad eũ regnũ Appulie ſpectabat: mũdum contẽnẽs habitũ ordinis minorũ aſſumpſit ex humilitate ⁊ deuotione: poſtea archiepiſcopus Toloſanus factus religioſam ⁊ ſanctam conuerſationem vſq; in finem ſeruans in dño requieuit miraculis clarens.

Clementine edite fuerũt in cõcilio Uienenſi.

Beatus Ludouicus ordinis diui Frãciſci ſctõꝝ catalogo adſcribitur.

§. I. In cle. prima de fide catholica

ticā ſic dicit. Fidei catholice firmiter inherentes: aperte cū ſancta eccl'ia cōfitemur vnigenitū dei filiū in hijs oībus quibus deus pater exiſtit: vna cū patre eternaliter ſubſiſtētem partes noſtre nature ſimul vnitas: ex quibꝰ ipſe in ſe verus deus exiſtens verꝰ homo fieret: humanū videlicet corpꝰ paſſibile ⁊ animā intellectiuā ſeu rationalē ipſum corpus vere ⁊ per ſe ⁊ eſſentialiter informantē aſſumpſiſſe ex tpe in virginali thalamo ad vnitatē ſue hypoſtaſis ⁊ perſone. Et ꝙ in hac aſſumpta natura ipſum dei verbū pro oīm operādo ſalute nō ſolū affigi cruci / ſed etiā ſpiritu emiſſo perforari lācea ſuſtinuit latus ſuū vt inde profluentibꝰ vndis aque ⁊ ſanguinis formaretur vnica ⁊ immaculata virgo ſancta mater eccl'ia cōiunx chriſti: ſicut de latere primi hoīs ſoporati Eua ſibi in cōiugem eſt formata: vt ſic certe figure; primi ⁊ veteris Ade qui ſcdm apoſtolū eſt ⁊ forma futuri: in noſtro nouiſſimo Adā in chriſto veritas reſpōderet. Hec eſt inquā veritas illiꝰ ꝑgrandis aquile vallata teſtimonio: quā ꝓpheta vidit Ezechiel aīalibꝰ ceteris euāgelicis tranſuolantem: Joannis videlicet apoſtoli ⁊ euangeliſte. ⁊c. Porro doctrinā oēm ſeu poſitionem temere aſſerentē aut vertētem in dubiū ꝙ ſubſtātia aīe rationalis aut intellectiue vere ac per ſe humani corporis non ſit forma: velut erroneā ac veritatis ⁊ catholice fidei inimicā ſacro approbāte cōcilio reprobamus: difinientes vt ſi quiſꝗ deinceps aſſerere defendere ſeu tenere pertinaciter preſumpſerit ꝙ anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe ⁊ eſſentialiter: tanꝗ hereticꝰ ſit cenſendus. Baptiſma vnicum baptizatos omnes in chriſto regenerans eſt: ſicut vnꝰ deus ac fides vnica: ab omnibꝰ fideliter cōfitendum. Quod celebratū eſt in aqua in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: credimus eſſe tā in adultis ꝙ paruulis communiter perfectū remediū ad ſalutem. Verū quātum ad effectū quū theologi opiniones varias habeāt: videlicet dicentibus quibuſdā paruulis culpam remitti: ſꝫ gratiam non conferri: aliis ecōtrario aſſerentibꝰ ꝙ ⁊ culpa eiſdē in baptiſmo remittitur: ⁊ virtutes per informantē gratiā infunduntur quoad habitū etſi non pro illo tempore quoad vſum. Non attēdentes generalē efficaciā mortis chriſti que per baptiſma applicatur pariter omnibꝰ baptizatis: opinionem ſcdam que dicit tā paruulis ꝙ adultis cōferri in baptiſmo gratiā informantem ⁊ virtutes: tanꝗ ꝓbabiliorem ⁊ dictis ſanctorum ac modernorum theologie magis conſonam ⁊ cōcordem: ſacro approbante conſilio duximus eligēdam. Item in titu. de vſuris. ex graui. in cle. dicitur ꝙ ſi quis in hūc errorem inciderit: vt pertinaciter affirmare ꝑſumat vſuras non eſſe peccatum: decernimus eum velut hereticū puniendum ⁊ ordinarij ⁊ inquiſitores hereticorum poſſunt contra tales vt cōtra hereticos ꝓcedere. In quo etiā cap. ſtatuitur ꝙ communitates aut quicunꝗ officiales qui ſtatuta ſcribere vel dictare aut ꝙ ſoluantur vſure: vel ꝙ ſolute nō reſtituantur plene ac libere ſcienter iudicare preſumpſerint ſententiā excommunicationis incurrant. ⁊ ſimiliter eandem ſentētiā incurſuri: ſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris communitatum quantum eſt in poteſtate eorū nō deleuerint vel ſi etiam ipſa ſtatuta vel cōſuetudines obſeruare preſumpſerint. Item ꝙ feneratores poſſunt per cenſuram compelli ad oſtendendum libros ſuarum rationum.

Beghinarū ⁊ beghardorū errores octo.

§. II. In codē concilio fuerunt

dānati octo errores Beghinarū ⁊ Beghardorum que inſurrexerunt in Alemānia: vt habetur de heret. ad noſtrum. in clemen. Quorum primus eſt: ꝙ homo in vita preſenti tantū ⁊ talem perfectionis gradum poteſt acquirere: ꝙ reddetur penitus impeccabilis: ⁊ amplius in gratia ꝓficere non valebit. Nam vt dicunt: ſi quis ſemper poſſet ꝓficere: poſſet aliquis chriſto perfectior inueniri. Secūdus eſt ꝙ ieiunare hominē nō oportet vel orare poſtꝗ gradū perfectionis huius fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas ita eſt perfecte ſpiritui ⁊ rationi ſubiecta: ꝙ homo poteſt libere concedere corpori quicquid placet. Tertius eſt ꝙ illi qui ſunt in illo gradu ꝑfectionis ⁊ ſpiritu libertatis: non ſunt humane ſubiecti obedientie: nec ad aliqua precepta eccleſie obligātur: quia vt aſſerūt: vbi ſpiritus dñi ibi libertas. Quartꝰ ꝙ homo ita poteſt finalem beatitudinē ſecundum omnem gradum perfectionis in preſenti aſſequi: ſicut eā in vita beata obtinebit. Quintus ꝙ quilibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata: ⁊ ꝙ anima non indiget lumine glorie ipſam eleuante ad deum videndum ⁊ eo beate fruendum. Sextus eſt ꝙ ſe in virtutum actibus ſe exercere eſt hominis imperfecti: quia aīa perfecta licentiat a ſe virtutes. Septimus ꝙ mulieris oſculū / quū ad hoc non inclinet natura eſt mortale peccatū: actꝰ aūt carnalis / quum ad hoc inclinet natura: non eſt peccatū: maxime quum tentatur exercens. Octauus eſt in eleuatione corporis Jeſu chriſti non debet talis exurgere aut ei reuerentiā exhibere: aſſerunt enim ꝙ eſſet imperfectionis eidē ſi a puritate ⁊ altitudine ſue cōtēplationis tantum deſcenderet: ꝙ circa ſacramentum euchariſtie aut circa paſſionē humanitatis chriſti aliqua cogitaret. Qui octo errores reprobati ſunt in dicto cōcilio: ⁊ mādatur dioceſanis ⁊ inquiſitoribꝰ vt puniāt tales. Glo. ibi. Jo. and. ſufficiētes oſtēdit qualiter iſta ſunt erronea ⁊ cōtra doctrinā ſanctorū. Itē de corpe xpi in cle. ſi. de reli. ⁊ vene. ſanctorū. Urbanꝰ. iiij. Dñs Jeſus xps quū tēpus ſue paſſionis inſtaret: ſumpta cena in memoriam mortis ſue paſſionis inſtituit ſummū ⁊ magnificū ſui corpis ⁊ ſanguinis ſacramētū: corpus in cibū ⁊ ſanguinē in potum tribuendo. Inſtitutionē quidē huiꝰ ſacramēti dixit ipſe apoſtolis: Hoc facite in meā cōmemorationē: vt precipuum et inſigne memoriale ſui amoris eximij quo nos dilexit etiam nobis hoc precelſum ⁊ venerabile ſacramentū. Memoriale inquā mirabile ac ſtupēdū: delectabile: ſuaue: tutiſſimū: ac ſup oīa precioſū: in quo innouata ſunt ſigna ⁊ mirabilia immutata: in quo habetur omne delectamentum et oīs ſaporis ſuauitas: ipſaꝗ dulcedo dñi deguſtatur: in quo vtiꝗ vite ſuffragium conſequimur ⁊ ſalutis. Hoc eſt memoriale dulciſſimum ſaluificū: in quo gratam redēptionis noſtre recenſemus memoriā: in quo a malo retrahimur ⁊ confortamur in bono: ⁊ ad virtutum ac gratiarum ꝓficimus incrementa: in quo profecto proficimus ipſius corporali preſentia ſaluatoris. Alia namꝗ quorū memoriā agimus ſpiritu menteꝗ cōplectimur: ſed ꝑpter hoc non realem eorū preſentiam obtinemus. In hac vero ſacramentali chriſti commemoratione Jeſus chriſtus preſens: ſub alia quidem forma: in propria vero ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcēſurus enim in celum dixit apoſtolis ⁊ eorum ſequacibus. Ecce ego vobiſcum ſum omnibꝰ
diebus vſꝗ ad conſummationem ſeculi: benigna ipſos pro- Mat. vlti.
miſſione confortans: ꝙ remaneret ⁊ eſſet cum eis etiā preſentia corporali. O digna ⁊ nūꝗ intermittenda memoria: in qua mortem noſtram recolimus mortuam: noſtrumꝗ interitum interiiſſe: ac lignum viuificū ligno crucis affixū fructū nobis attuliſſe ſalutis. Hec eſt cōmemoratio glorioſa que fidelium animos replet gaudio ſalutari: ⁊ cum infuſione letitie deuotionis lachrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirū noſtram memorando liberationem: ⁊ recolendo paſſionem dominicam per quam liberati ſumus: vix lachrymas continemus. In hac itaꝗ ſacratiſſima commemoratiōe adſunt nobis ſuauitatis gaudium ſimul ⁊ lachryme: quia in ea congaudemus lachrymantes: ⁊ lachrymamur deuote gaudentes: letas habendo lachrymas: ⁊ letitiā lachrymantes: nam ⁊ cor ingenti profuſum gaudio: dulces ꝑ oculos ſtillat guttas. O diuini amoris immenſitas: diuine pietatis ſuperabūdantia: diuine affluentia largitatis. Dedit enim nobis dñs omnia que ſubiecit pedibus noſtris: ⁊ ſuper vniuerſas terre creaturas contulit nobis dominij principatum. Ex miniſteriis etiam ſpirituum ſupernorum nobilitat et ſublimat hominis dignitatem. Adminiſtratorij namꝗ ſunt omnes in miniſterio ꝑpter eos qui ad hereditatem ſalutis capiunt deſtinari. Et quum tam copioſa fuerit erga nos eius munificētia: volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem precipua liberalitate monſtrare: ſemetipſum nobis exhibuit: et tranſcendens omnem plenitudinem largitatis omnem modum dilectionis excedens: tribuit ſe in cibum. O ſingularis ⁊ admirāda liberalitas: vbi donator venit in donum: ⁊ datum eſt idem penitus cum datore. Quā larga ⁊ prodiga largitas: quum tribuet quis ſeipſum. Dedit igitur nobis ſe in pabulum: vt quia per mortem homo corruerat: ⁊ ꝑ cibum ipſe releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferi: releuatus eſt homo per cibum vitalem. In illo pependit eſca mortis: pependit in iſto vite alimentū. Illius eſus meruit leſionem: iſtius guſtus intulit ſanitatem: guſtus ſauciauit ⁊ guſtus ſanauit. Vide quia vnde vulnus eſt ortum: prodijt ⁊ medela: ⁊ vnde mors ſubijt: inde vita venit. De illo ſiquidem guſtu dicit. Quacunꝗ die comederis: morte morieris. de iſto vero legitur. Si quis comederit ex
hoc pane: viuet in eternum. Hic eſt enim cibus qui plene Gen. ij.
reficit: vere nutrit: ſummeque impinguat non corpus ſed Joā. vj.
cor: non carnem ſed animam: non ventrem ſed mentem. Homini ergo ꝗ ſpirituali indigebat alimonia: ſaluator ipſe miſericors de nobiliori ⁊ potentiori huius mundi alimento pro anime refectione pia diſpoſitione prouidit. Decens quoꝗ liberalitas extitit ⁊ conueniens operatio pietatis: vt verbum dei eternum quod rationabilis creature cibus eſt ⁊ refectio factū caro ſe rationabili creature homini videlicet in edulium largiretur. Panem enim angelorum manducauit homo. Et ideo ſaluator ait. Caro mea vere eſt cibus. Hic panis Pſal.
ſumitur: ſed vere non conſumitur: manducatur: ſed nō tranſ lxxvij.
mutatur quia in edentem minime transformatur: ſed ſi digne Joā. vj.
recipitur: ſibi recipiens conformatur.

§.III. Poſt concilium generale

Clemēs q̄nt⁹ il laudate fuit vite.

celebratum anno domini Milleſimo.ccc.xiiij. Clemens iter agens a Vienna vt perueniret Burdegalam: in vis infirmatus diem clauſit extremum. Hic vt chronica refert: fuit nimia cupiditatib⁹ deditus: propter quod ſcelus ſimonie maxime a canonibus deteſtatum ⁊ punitum multum viguit in curia ſua circa beneficia. Quod autem quidam dicunt in papam non poſſe cadere ſimoniam beatus Thomas hos reprobat. Inſuper ⁊ minus honeſte vite fuit: ⁊ communiter dicebatur cum quadam comitiſſa pulcherrima muliere contubernium habere. Nepotibus quoq; ſuis ⁊ aliis attinentib⁹ magnum theſaurum dereliquit. Inſuper refertur ꝙ quum ex hoc ſeculo migraſſet quidam ſuus nepos quem multum ſenſualiter diligebat: induxit quendam peritum in arte necromantie vt inquireret per maleficium illum qualiter illi nepoti ſuo eſſet in alia vita. Qui artem exercens fecit quendam capellanum pape audacem valde videre inferni loca: ibiq; palatium in quo erat lectus ignitus vidit: vbi quieſcebat nepos ille pape. Qui nepos aſpicienti capellano dixit ꝙ propter vitium ſimonie ibi erat adiudicatus. Vidit etiā dictus capellanus: vt fertur: aliud palatium igne plenum preparari econtrario pape Clementi. Quod quum pape retuliſſet: nunꝙ poſtea viſus eſt letus: ſed paulo poſt deceſſit. Cuius cadauer quum poſitum fuiſſet in quadam eccleſia cum multis luminaribus: nocte ignis eccleſiam combuſſit ⁊ corpus eius a lumbis vſq; ad pedes. ¶ Anno autem ſequenti rex Appulie Robert⁹ vt vindictā ſumeret in Fredericum regem Sicilie ex eo ꝙ in aduentu imperatoris in Italiā. ſ. Hērici vt dr̄ ſupra colligans ſe cū imperatore fregit federa pacis cum eo inite ad exterminium eius: ⁊ iam ceperat quaſdam terras eius in Calabria: fieri fecit magnam claſſem Neapoli ex diuerſis gentibus Appulorum. Prouincialium ⁊ regnicolarum / ac Genuenſium: centū videlicet ⁊ viginti galearum ⁊ aliorum lignorum deferentiū equos ad bella aptiſſimos ⁊ cum duob⁹ milibus militū ſeu equitum ⁊ innumerabili numero peditum. Cū ꝗs ipſe pſonaliter aderat ⁊ cū duob⁹ germanis ſuis: dn̄o Philippo principe ⁊ dn̄o Ioanne (vel Ioanne) Et cū his copiis mare ingreſſus in Siciliam deſcendit: obſidenſq; caſtrum dictum Amorem vi obtinuit. Inde pgrediens ciuitatē Trapolim obſedit p mare ⁊ terrā infeſtans. Et quū de die in diē exiſtimaret eā obtinere: ꝓcipue ob tractatum quem in ciuitate habebat deceptus fuit. Nam duplicat⁹ fuit. Sciebat eñ Fredericus: et qui obtulerāt Roberto deditionem: dilationem petebāt obſidiōis: vt aptius res ſortiretur effectū. Interea aūt Fredericus ciuitatē Trapolim muniuit gentibus ⁊ victualib⁹ ⁊ fortiorē fecit: ita ꝙ poſtmodū etſi ciuitatē bello duro impeteret / obtinere nō valuit ꝗn immo p longas moras ⁊ infirmitates ſuperuenientes ac inundatiōes aquarum quum cerneret conatū ſuū fruſtra eſſe: qꝛ Fredericus nunꝙ ad bellū cū eo voluit cōgredi neq; per mare neq; per terrā: facte ſunt treuge īter eos per trienniū. Quo pacto rex Robertus cū ſuis eſt reuerſus: nil ꝓſꝑū rēs de Sicilie partibus: ⁊ multa detrimenta in ſuo exercitu recipiēs. Pluresq; ex galeis ⁊ lignis ſubmerſe ſunt in maritīa quum eſſent noue: non fuerūt reaptate vt oportuiſſet. Eodē tempore menſe Septēbris quū Paduani cū omni ſuo cōnatu pfecti eſſent contra Vincentiā: ⁊ iam burgos cepiſſent: ⁊ ciuitatem obſiderent: dn̄s Canis q̄ dominabatur tūc Verone ſubito aduenit Vincētiam cum paucis: qui aggreſſi ſunt Paduanos male tūc ordinatos ⁊ quaſi improuiſos: quia cōfidebant in captura burgorum: qui profligati ſunt ⁊ deuicti multis occiſis: aliis captiuatis.

Robert⁹ rex Sicilie copias ducit in Fredericum.

§.IIII. Eodē anno ſcilicet. M.

ccc.xiiii. apparuit cometes verſus aquilonem ⁊ quaſi in fine ſigni zodiaci qđ dr̄ virgo: ⁊ durauit p ſex hebdomadas qđ ſecundū iudiciū aſtrologoꝝ deſignauit plures nouitates q̄ cōtigerunt: vt peſtē: ⁊ ꝓcipue mortē regis Francie. Anno igiť prefato menſe Nouēbris de hac luce migrauit rex Francie Philippus: qui regnauerat. xxix. annis. Mors aūt eius fuit ſatis infelix: Naꝫ quum eſſet in quadā venatiōe quidā aper inter crura equi quē equitabat rex ſe ingeſſit: ⁊ ex qua rex ex equo cadens paulo poſt mortuus eſt. Hic fuit pulcherrim⁹ hoim tēporis ſui: ſtatura magnus: ⁊ optime proportionata mēbra habebat. Sapiens ⁊ bonus in ſe ſm̄ conditionem regnum: Sꝫ qꝛ nimis deditus erat delectationibus corporeis ⁊ precipue venationib⁹: non tantum vacabat cure regiminis quantum expediebat: ſed aliis familiaribus ſuis negotia regni committebat: quibus quū nimis crederet in cōſiliis: multa detrimenta inde ſecuta ſunt in regno ſuo. Poſt ſe autem reliquit tres filios. ſ. Ludouicū regem Nauarre. Philippuꝫ comitem Pictauēſ. ⁊ Carolum comitem Marchie. Oēs ii tres fuerunt in modico tempore reges Francie: ſuccedente altero alteri per mortē eorum. Omnes pulcherrimi viri erāt ⁊ male fortunati in vxoribus eorū. Naꝫ deprehenſe ſunt oēs in adulterio. Primus ergo Ludouicus in vxorem duxit filiā ducis Burgundie. Succedens aūt patri in regno propter dictam cauſam fecit vxorem cum quadam guardanoppa ſtrangulari: poſt qđ aliam duxit vxorem noīe Clementiā filiā Caroli martelli ſecundi: ⁊ ſecunda ⁊ tertia ſorores fuerunt: ⁊ filie ducis Burgundie. Philippus comes pictauēſ. vxorē quā repudiauerat dicta ex cauſa reaſſumpſit: quia multum eam amabat. Carolus autem comes Marchie vxorē ſuam recōciliare ſibi noluit: ſed in carcere detinuit. Ad hanc infelicitatem creduntur deueniſſe: vel qꝛ contraxerunt in gradibus ꝓhibitis: vel potius propter nimiam iniuriam ſacrilegii perpetrati a patre Philippo in captura Bonifacii pape.

Philippi Francorū regis obitus.

Philippi regis liberi et eoꝝ vxores.

§.V. Circa ea tempora ad bella

vertendo ſtilum geſta in Hetruria inter Lucenſes Piſanos ⁊ Florētinos vt notat Leonar. in hiſt. Florē. li. v. Quum Piſani ſibi quererent ducem a quo in bellis dirigerenť: vir erat Vguitio Fagiolanus: ea tempeſtate in primis acer ad rei militaris peritiam / moderatio quedā animi ⁊ conſilium ac in pace quidē aſpernandus accedebat: ꝓterea ſtudio partium vel Piſanis par. Hūc euocare Piſanis placuit: ſummamq; rerū vni ſibi cōmittere. Suſcepta igiť ciuitatis cura: Vguitio ad. dccc. equites Germanos ex his copiis que nuper cū Henrico militauerant ingentis pollicitatione mercedis ad ſe traduxit: ac cetera q̄ prouidenda erant ſolertiſſime curauit. Inde contra Lucenſes bellū ipſe prior occupans ſic acriter infeſtare cepit: vt que ante fuerāt perpeſſi bella: ludi plane iocaq; viderenť. Viſus belli inferendi certiſſima ratiōe vt non ſemel aut iterū quotannis apparatu facto in hoſteꝫ exiret: qđ ſuperioribus fere bellis fieri cōſueuerat ſed in ſtar mis: cōſiſtens Piſis ipſis p caſtris aduerſus Lucam propter finitimam propinquitatē vteretur. Lucenſes vero eodē fere tempore quo Florentini ius ac poteſtatem ſui Roberto regi tradiderant: que res tanꝙ tranſlata in alterū cura: multum admodum illos ad ſtudium belligerandi reddebat ſegniores: nihil deniq; neq; enixe neq; fortiter ab eis agerebat. Opē tamen ferebāt ſocii: nec Lucēſibus deerant. Verū quid proderat ea res: Quandiu enim maiores ſociorum copie Luce conuenerant: Vguitio ſe Piſis cōtinebat: quieteq; de induſtria ſimulabat. Vbi vero abierant: fines Lucenſium peruadebat. Ita tandeꝫ magnitudine incōmodi perturbatos (qm̄ cetere deerant vie) ad iniquiſſimam Lucenſes cōpul. ē pacē in qua multū agri ⁊ pleraq; munita loca Piſanis dimiſerūt exuleſq; oēs diuerſe factionis in vrbē receperūt. Hec pax initio fere alterius anni ex quo Henricus deceſſerat firmata eſt: multū admodum contradicentibus Florentinis: ⁊ cladē prouenturam inde vaticinantibus: Quum ergo exules ſcōꝫ pacta pacis Lucam rediiſſent: quantum nunꝙ prius inteſtina oritur ſeditio ex bonorū repetitione: ob que quum ad arma itum eſſet: ⁊ intra vrbem pugnaretur: ⁊ alii Florentinos alii Piſanos aduocarent: anteueniens Vguitio: ab ea parte ciuium q̄ ſuo bñficio in vrbem redierant: admittiť. Quo facto altera ciuiū pars Luca depelliť. Germani vero et Piſani q̄ cū Vguitione intrauerāt: vbi victores fuere ad ꝓedā cōuerſi totā diripuerūt vrbē: nec minus amicorū bona ꝙ inimicorū in predā venere. Hic pfecto ludus fortune mirificus fuit: vt Piſani in metu ⁊ deſperatione rerū ſuarum Luca potirentur: quā ante pſperis tot rebus nec ſperare quidē auſi fuiſſent. Lucenſes vrbe pulſi caſtellis quibuſdam circa Nebulam fluuiuꝫ ⁊ per inferiorem Arnum occupatis: ad florentinorum opem ſe totos cōuerterant. Nam regem incuſare quidem haud falſo licebat: eiuſq; incuriam vel ſegnitiem carpere: nec eos ſane fefellit ſpes. Erecta ſiquideꝫ ciuitas ob ſociorum calamitatem: ſuſcepto pſeſtim patrocinio bello incubuit. Prima fuit cura exules ſubitaneo tutari milite. ne victoris impetus vno eodemq; impetu trepidis in rebus caſtella ipſa quibus ſeſe receperant abduceret. Quare miſſe eo ſtatim copie oppidanis ſimul exulibus fecerunt animos ad oppida retinenda. Poſt hec ad robuſtiorē apparatum verſi / non de rebellando ſolum: ſed de inferendo etiam bello cogitabant. Huius rei caput viſum eſt ante oīa cum rege de cōſiliis agere: ac ducem petere qui bello gerēdo preeſſet. Quū igitur ea de cauſa legatos ad regē miſiſſent: permotus rex his rebus q̄ Lucenſibus acciderant: vocibus etiam legatorū compulſus: Petrum fratrem cum equitum manu in Hetruriam miſit. Is Florentinam proximo ſextili ingreſſus eſt: iuuenis ſummis gratia ⁊ fauore populari mirum in modum accept⁹. Et quū de Piſano Lucēſiq; cogitaretur bello: magna inſuper formido veluti a tergo inſidens conſilia perturbabat. Factio enim que Artium tenebat: palam hoſtis erat:

partibuſq;

Vguitio Fagiolan⁹ Piſanoꝝ dux.

Luca diripitur.

partibuſq̃ aduerſa: ꝛ laceſſita ãte Henrici aduentum ꝛ poſtea cum illo ſenſiſſe am dignum nos erat. Denique Aretinorum et Lucenſium ratio par atq̃ eadem videbatur eſſe. In vtraq̃ enim ciuitate hoſtes dominabant: ſocij vero et amici et earũdem partium ſectatores exulabãt. Illud vero intererat: q̃ Lucenſium recentior erat clades: grauiorq̃ ab ea parte hoſtis Uguitio cũ Piſanis iminebat. Itaq̃ ne bellum Aretinũ eos cõuerſos itentoſq̃ impediret: ſtudia paci adhibere placuit. Qđ quidẽ negotiũ Petrus regis frater primũ fere oĩm in Hetruria ſuſcepit. perfecit tamẽ licet iniqua exulibus cõditione: ſed eo tẽpore neceſſaria. In federe hec cõuẽta fuerũt: vti Roberto regi gubernatio dñatuſq̃ Aretij in q̃nquenniũ traderet: ea tñ exceptione ne q̃s exules imittere ne ve arcẽ edificare aut preſidiũ in illa poſſet publici reditꝰ ciuitatis forẽt: nec ex his quicq̃ regi poſſcere cape ve liceret. Ciuitas q̃terna auri milia ſingulis annis regi tribueret: ipſe ꝓtegeret i bellorũ paceq̃ tutaret. Per hoc fedus nomẽ tantũ ꝛ pecunias rex ſuſcipiebat: gubernatio aũt ciuitatis illis ipſis q̃ primo tenuerãt relinquebat. Quinetiã deligẽdi magiſtratus curã ac poteſtatẽ Guidoni preſuli Aretinoꝝ e familia principe huius factionis ac Gerio Florentino equiti rex et federe permiſit.

Fedus ictũ cũ Aretinis.

§. VI. Poſt fedus iſtud cuz Aretinis ictum:

vniuerſa q̃ per ſuperiorẽ annũ ſub Hẽrici aduẽtu rebellauerãt: preciſa reſiſtẽdi ſpe ad Florẽtinos redire. Ita quietis oĩbus ab Aretinis: Piſanis obſtaret bellũ reſtabat. Dũ hec Florentinis regeq̃ ꝓuiderentur. Uguitio (alias Uguitius Fagiolanꝰ) nihil ibtentatũ aduerſus hoſtẽ relinquebat. Poſt captã eñ direptãq̃ Lucã terribilior inde factꝰ: oppidis q̃bus ſe receperãt exules: infeſto quotidie impetu ꝑnadens: nec requiẽ nec ceſſationẽ vllã dabat. Inde mox in alios atq̃ alios traductis copijs: Miniatenſes/Piſtoriẽſes/Uolaterranos aſſiduis belli cladibꝰ atterebat. Tandẽ maiori vi montẽ Catinũ adortus/frequentis circa illud p̃ſidia cõmuniuit. Ipſe vero modo preſens obſidionẽ vrgebat: mõ relictis p̃ſidijs cũ parte copiarũ agros hoſtiũ ꝑnadebat: vt ſimul obſidere: ſimul bellũ alibi gerere nec vllis deeſſe locis videretur. Durãte apud montẽ Catinũ obſidione: quũ obſeſſi magis indies premerent: Philippꝰ alter Roberti regis frater ꝓxima dehinc eſtate. Florentiã venit. Cuius aduẽtu ſublatis letitia animis copias vndequaq̃ cõtrahere: ac ad obceſſos liberãdũ ire placuit. At Uguitio audita vi q̃ cõtra ſe parabat: copijs a õ modo ſuis oĩbus: verũ etiã amicorũ vndecũq̃ contractis impigre ad montẽ Catinũ obſtinatus cõſedit. Florẽtini igit̃ ꝛ ſocij circa nonas ſextiles Florẽtia ꝓfecti ad hoſtẽ cõtenderũt. Ducebat aũt acies Philippus regis frater. Erat quoq̃ in exercitu Petrus alter frater: quẽ primo Florentiã a rege miſſum ſupra oſtẽdimus. Sed q̃m is minor erat natu: ſumma rei apud Philippũ habebat̃. Trãſgreſſi Piſtorienſem agrũ fineſq̃ Lucẽſiũ ingreſſi: poſtq̃ in cõſpectũ venerunt hoſtiũ: caſtra non longe ab illorũ caſtris poſuere. Uguitio munitionibus ſuos cõtinebat: ſatis ꝓ gloria exiſtimãs: ſi cõtra tantos conatus inuitis aduerſarijs in obſidiõe perſtaret. Itaq̃ leuia mõ prelia inter vtraq̃ caſtra ꝑ ſingulos ferme dies comittebant̃ ad totius vero pugne nõ deſcendebatur diſcrimen. Quũ aliquot dies in hũc modũ perſtitiſſent: Uguitio cõmotus ſuſpitione nouarũ rerũ q̃ Luce per eius abſentiã iniciari nũtiabant: ea caſtra retro mouere cõſtituit: ſi poſſet quieto hoſte ſine pugna. ſin impediretur: fortunã prelij tẽtaturus. Structa itaq̃ ꝑ noctẽ acie prima ſub luce incẽſis tabernaculis mouere ſigna iterq̃ ingredi cepit: qđ ſimul atq̃ caſtris Florentinoꝝ animaduerſum eſt: cõfeſtim rumor attollit̃: fugere hoſtes cõclamat̃: totiſq̃ deniq̃ caſtris repẽte ꝓurgit̃. Quũ ex hoc palam eſſet abſq̃ pugna nequaq̃ abire liceret Uguitio verſis repente ſignis caſtra ferociter inuadit. Senenſes ꝛ Collenſes ab ea parte ſtationem habebãt. In hos nondũ ſatis paratos: prima hoſtiũ delata acies turbauit latelac terga dare ꝓriꝰ coegit. Inde munitione trãſgreſſa: ad intimas caſtroꝝ partes dimicãdo ꝑuenit. Quũq̃ totis fluctuaret̃ caſtris: Uguitio in ꝑturbatos Germanoꝝ equitatꝰ imittit: ipſe cũ cetera multitudine ſubſecutus p̃mebat: A Florentinis vero primo cõcurſu egre pugnatũ eſt. Quãuis eñ ſubita res nec ſtruẽde aciei nec alloquendi militẽ dabat facultatẽ: tamẽ ad eã partem qua maior erat tumultus cõcurrentes: primã hoſtiũ aciem q̃ auidiꝰ iſecuta fuerat: totã pene obruerũt. Sꝫ poſtq̃ Germanoꝝ equitũ ꝓcella ſupuenit i ꝓſtratus fortiſſimꝰ quiſq̃ aut vulneratꝰ hoſtibꝰ aditũ fecit. Uguitio autẽ ipſe quadrato agmine ſequebat̃. Nullũq̃ aut ſe colligendi ſpacium aut reparandi certaminis dabat. Ita poſt multam cedem fuga paſſim fieri cepta. Ceciderũtq̃ in ea pugna Florentinorum ſociorũq̃ ad duo milia: ꝛ cũ his Petrus regis frater: Caroluſq̃ Philippi filiꝰ. Preterea ex nobilitate Florẽtina optimus quiſq̃ fortiſſimuſq̃ oppetuit: ceteri diſſipati vt caſus tulit aufugerũt. Multi etiã ꝓximis paludibus merſi periere. Philippus amiſſo fratre ꝛ filio inter fugientes euaſit: quoniam febri ea die oppreſſus/nec ſe prelio miſcuerat: nec vllũ preſtiterat ducis officiũ. Uguitioni quoq̃ fuit nõ incruenta victoria. Nam ꝛ Francticus eius filius qui anteſignanis prefuerat: in hoc ꝓlio iterfectꝰ eſt: ꝛ tota fere acies prima oppreſſa.

Mons Catina obſidet̃

Cruẽta Piſanorum de Florentinis victoria.

¶ Poſt hoc preliũ q̃ obſidebantur deſperatis iam rebus mõtẽ Catiniũ victori dediderunt. Funeſta prelio aduerſo ciuitas: non tam ipſa ꝓuidebat q̃ regem intuebat̃: ſperans illũ pro tanto ſuoꝝ luctu ad vltionem ꝓperaturum. Rex aũt ſiue ſapientia ſiue molitie quadam non ſatis pro voluntate hoĩm mouebatur. Itaq̃ non deerant iam qui regẽ carpere palã inſectarique viderentur. Deniq̃ ꝛ culpa ſuoꝝ ducũ acceptã cladẽ ꝛ aliũ querendum principẽ robuſtioris animi predicabant. Quam indignationem paulo poſt maiorẽ in modũ adauxit Nouelli cuiuſdã aduentus: quẽ rex preficiendũ bello in Hetruriã miſerat: paruo ad modũ comitatu ac in tanta clade regie domꝰ contẽnendo. ¶ Igitur principio ſequẽtis anni creſcente in regem odio Nouellũ remiſerunt quarto fere mẽſe poſtq̃ Florentiam venerat: ꝛ dux alter ꝛ princeps querebat̃. Erant q̃ Philippũ Caroli Ualeſiani filiũ e Gallia vocandum erãt etiam qui regẽ nõ alienandũ: nec poſt effuſum ſuorum ſanguinem ingrate repudiãdum cenſerent. Ex his contentionibus inter ciues agitatis factiones due reſultarunt: vna regis fautrix noĩe altera aduerſatrix. Quibus certantibus inter ſeſe: nulla ad bellũ adhibebatur prouiſio. Poſtq̃ autem remiſerunt Nouellum quẽ Robertus rex ad gubernãdum miſerat: qui tamen parum poterat facere: quia factio aduerſa habebat in manibꝰ magiſtratũ Prioratus ꝛ aliorum officioꝝ. Et vt efficacius dominio vterentur in ciuitate: ꝛ vt magis timerentur. fecit dicta ſecta burgellum quẽdam Eugubinum nomine Ferlandum virum carnificem ꝛ crudelem: anno dñi. M.ccc.xvi. dantes ei vexillum cum poteſtate magna. Qui cum quingentis ſtipendiarijs armatis permanebat iuxta palatium dñorum Priorum: portãtes mannerias: capientes ꝛ occidentes Gibellinos ꝛ rebelles cum filijs eoꝝ: de facto iudicando ꝛ condemnando ſine ordine iuris: in ciuitate ꝛ comitatu vt placebat occidendo: qđ etiam fecit clericis de familia Abbatũ: ꝛ multis alijs. Que res multũ exterruit ciues tam Guelfos q̃ Gibellinos: ꝛ tũ ex ſtrage inſcepta pauloante a Fagiolano: tum ex tyrannide huius burgelli. Et facta eſt ꝛ inuenta vna moneta falſa que erat quaſi tota cuprea ꝛ ſuperficietenus argentea: que expendebatur pro ſex denarijs: ꝛ nõ valebat niſi tres. Ceterũ in hiſce malis vnica fuit ſalus apud hoſtes coorta diſſenſio. Piſani ſiquidem poſt victoriam Uguitionis magnitudinem formidantes: de abijciendo illius iugo ſecuri iam ab hoſte cogitabant. Ea res ei cognita effecit vt ipſe quoq̃ ab hoſtium perſecutione mentem atq̃ animũ in ciues conuerteret. Itaq̃ preſtantiores quidam Piſanorum ab eo ꝓditionis inſimulati ſuppliciq̃ affecti perierant. Ceteri vero perculſi metu illius dominatũ ſupportabãt inuiti. Ipſe vero exire in hoſtem Piſanoſq̃ ſine preſidio relinquere nõ ſatis audebat. Id reſpirationẽ quietẽq̃ belli Florentinis dedit. Magis. n. in ea re fortune beneficio vel potius dei ꝓuidentia: q̃ vlla ꝓprij conſilij prudentia fruebantur. Sed ꝛ quia nullum violentũ perpetuũ: neq̃ Fagiolani res vt cetera violenta diuturne fuerũt: poſt longas enim ſuſpitiones tandem Piſis Luca ſimul excidit.

Piſanorum in Uguitiõ ingratitudo.

§. VII. Caſtritius erat iuuenis

apprime nobilis i ea factione que nuper beneficio illiꝰ Lucam redierat: manu audaciaq̃ primarius: etas ac generis fauor ſublimẽ reddebant. Hunc cedem rapinaſq̃ Lunenſi in agro molitũ Nerius Fagiolanꝰ capi iuſſerat: truſuſq̃ in carcerẽ pro admiſſis ſuppliciũ expectabat. Id vero Lucenſes vſq̃ adeo grauiter ferre videbantur: vt appareret eos nunq̃ ſuppliciũ huius hoĩs perpeſſuros. Iam conuenticula ceruſq̃ tota vrbe agitabantur. Quũq̃ ea res non dubie ad rebellionẽ ſpectaret: Nerius ad patrem re celerius delata ꝓuideri monuit. Quo nũtio excitatus Uguitio: cõfeſtim cũ equitatu Piſis egreſſus Lucã verſus iꝰ e contẽdit: ea mẽte vt pena de reo ſumpta: diſcuſſiſq̃ nouarũ rerũ authoritatibus: Piſas e veſtigio remigraret. At Piſani poſtq̃ egreſſum viderunt: optatã occaſionẽ nacti: corripiunt ſtatim arma: portas e ſaudunt: edes ac familiam eius ferro igneq̃ adoriuntur. Aduolat Piſane defectionis fama ad Lucenſes corripiũtq̃ illi arma: edes cõmuniunt: impedimẽta ꝑ vias faciunt. Hec eo intentius agunt: q̃ illũ in ſuã perniciem in

Piſani cũ Lucẽſibꝰ a Fagiolano deficiũt

telligebant venire. Quibus tandē conterritus Fagiolan⁹ quũ a tergo ꝛ a fronte preclusus nullã obtinendi ſpem ſupereſſe videret: recepto modo filio in agrũ abijt Lunẽſem. Triennio fere piſanis Uguitio prefuit: in hoc breui tempore: multis ac preclaris rebus geſtis: ad extremũ tanq̃ fortune ludo iactatus: vna atq; eadẽ die vtriuſq; ciuitatis imperium amiſit. ſ. piſane ꝛ Lucẽſis. ¶ Proximo deinde anno Piſani legatione ad regem miſſa fratris ac nepotis caſum ſuppliciter deplorarunt: culpã oẽm in Fagiolanũ referentes. Se quidem ab initio ſui tutandi cauſa (qđ fas ꝛ iura permitterẽt) illũ ſibi prefeciſſet: atq; eos illi⁹ imperio delectatos: donec icto cũ Lucenſibus federe: ſe ab illoꝝ iniurijs vindicaſſent. Quicquid poſthac acceſſerit: id iam Fagiolani eſſe nõ Piſanoꝝ hoſtem durũ atq; ſeuũ lites ex litibus certamina ex certaminibus ſerentem: nihil de Piſani cõmoditate pp̃li: ſed plurimũ ꝓpria tyrannide cogitaſſe q̃ Luca direpta fuerit: q̃ amici regis puiſi: eiuſdem facis atq; incendij fuiſſe: q̃ implicatũ deinde ab illo die de induſtria bellũ: q̃ obſidio Catini ꝛ crebra in Piſtorienſes ꝛ Uolaterranos incurſio facta eius viri ſibi diſplicuiſſent: exitũ docere: q̃ nõ prius ſe quieturos putarent: q̃ raptis cõtra illũ armis vrbe pepuliſſent. Obſecrare vt irã ſiqua forte regiũ in pectus ea ob facta altius deſcẽdit: cognita veritate leniret Piſaniſq; rogantibus pulſo tandẽ tyrãno maloꝝ olim turbarũq; authore pacẽ daret. Hac oratione regem nec prius quidem aſperũ ad pacẽ vti in prima pace cõuenerat Florẽtinus Piſani deflexerunt Lucenſibus quoq; hiſdẽ conditionibus pax data. Illud modo additum in federe: vti caſtella olim Lucenſiũ q̃ exules tenebant: illiſipſis in quoꝝ manibus erant remanerent. Pax hec fere ab oĩbus improbata eſt: vt a rege mollioris animi cõtra decus ſui noĩs cõceſſa. Sed preſertim Florẽtinis moleſta fuit: cupiẽtibus Catinẽſem iniuriã vlciſci. Uerum ne authoritati derogare viderẽtur regie: egre ad extremũ habuerunt. Piſani vero rebellãtes ſe Uguitioni prefato ꝓpter tyrãnidem ſuã: quia decapitari fecerat duos notabiles ciues Banducum ꝛ filium eius amatores reipublice: ſub pretextu q̃ facerent tractatũ cũ rege Roberto: Cũ armis ꝛ igne cucurrerũt ad palatiũ ei⁹: ꝛ interfecta familia eius predati ſunt oĩa. Et erexerunt in dñm ciuitatis dñm Gaddũ (aliis Gerardũ) de Gerardeſchis virum ſapientem ꝛ potentẽ. Unguitio ꝓfectus eſt cũ ſuis ad terras lõgobardie. Eodem anno ꝯſtitutum eſt: vt qui in expeditionem proficiſcerentur equites: hec arma deferrent Caluariam galeãq; Inſuper chriſtatã: thoracẽ: manicas: femoralia: ocreas: omnia ex ferro. Hoc ex eo ꝓuiſum: quia leuis armatura multis nocuiſſe ſuperiori aduerſo prelio videbatur. Per hoc tẽpus Roberti regis ob varias incurſationes Florentia vacillans: opera maxime vnius prefecti redintegrata eſt. Poſt indignationes enim ſuperiori tempore coortas: rex Guidonẽ comitẽ vrbi prefecit. Is quoniam finitimus ꝛ pene ciuis nõ ſolum morbos ciuiũ: ſed cauſas origineſq; cognouerat: ad pacandũ ciuitatem animum intendit. Supra quinquaginta capitales inimicitie familiarum ex nobilitate plebeq; in ciuitate vigebant: que oẽs per huius ꝓuidentiã adiuuante republica ſublate ſunt: ꝛ quaſi ex bello pax eſſet/ arma depoſita. Has priuatas ciuium amicitias mox publica inſuper cõſenſio ſecuta eſt: quũ oĩs ante diſſenſio in republica ex priuatis ſimultatib⁹ oriret. Itaq; tranquilla omnia publice priuatimq; huius diligentia effecit nihil eñi eſt tam hebes: quod non beneficientia moueatur. Ciuitas eñ nuper infenſa ꝓfecti beneficio rurſus in regem cõuerſa eſt. Et qui paulo ante de abrogando imperio ante finitũ tẽpus cogitabant: repẽte mutati in trienniũ ꝓrogarunt. ¶ Eodem anno Cermonẽſium exulibus tradita ſunt auxilia a ciuitate: ꝛ Parmenſibus adiutoria quedam miſſa: quo aduerſarijs reſiſterent. ¶ Circa illud tẽpus accidit q̃ filia regis Alberti ꝛ germana ducis Auſtrie ex Alemannia ducta fuit ad cõiugem ſuã. ſ. ad Carolum ducẽ Calabrie ꝛ filiũ regis Roberti cũ magna comitiua. Et quum tranſiret ꝑ Florentiam honorifice ſuſcepta eſt. Et expoſita querela de burgello vt remoueretur: poſtmodũ rex Robertus fecit eum amoueri. Et ſtatuit q̃ Guido comes Battifollis ipſe gubernaret ciuitatẽ. Qui ꝓ pace ciuitatis fecit fieri. xiij. priores ad regendũ ciuitatẽ beneuolos regi. Et ſic mutatus eſt ſtatus Florentie: ꝛ ſine ſeditione pacata eſt ciuitas. ¶ Eodem anno in territorio vallis Arni natum eſt monſtrum: ſcilicet vnus puer habens capita duo: qui ductus eſt Florẽtiam ad ſanctam Mariam de ſcala: ꝛ ſuperuixit diebus viginti ꝛ mortuus eſt.

Edes Uguitij ſubuertuntur.

Monſtruoſ⁹ puer.

§. VIII. Altero poſt hunc anno

neq; domi neq; foris geſtum quicq̃ memoria dignum reperio: preterq̃ q̃ miſſa regni auxilia ſunt tunc Genue cõmoranti. Genuenſibus enim nuper ciuili diſſidio agitatis alterius factionis hoĩes armis preualidi aduerſarios expulerant: ac in regis manus ſe vrbemq; tradiderant. Pulſi vero contra ad ſuarum partiũ fautores ꝑ Galliã ꝛ Liguriam confugientes: redire in vrbem conabantur. Id certamen eo regẽ traxerat: preſenſq; ipſe bellũ adminiſtrabat. Hiis igitur tunc hiis de cauſis Florẽtinorum ſociorumq; auxilia regi multis in locis viſui fuere. Cõtentio aũt ita creuit: vt non Ligures modo/ ſed tota ciſalpes Gallia ſtudio partiũ ſcinderetur: ac Hetruria mox eũdem ſecuta motum bella grauiſſima integraret. Admiſcuit ſe q̃ his certaminibus Joãnes papa Romanus. xxij. q̃ ſucceſſerat Clemẽti quinto. Qui quũ regi luſiq; faueret: litem antiquã cõtra fautores imperij renouauit. Quũ igitur tanq̃ incendiũ quoddam dilataret bellũ: ac Genue ſimul ꝛ per Galliã certaret. Florentini vero eo magna auxilia ſubmiſiſſent: ad impediendum eam manũ aduerſarij Caſtrutium (is eñ poſt eiectum Fagiolanũ Luce dominabatur) excitarunt: magniſq; pollicitis impulerunt vti rupto federe bellũ aduerſus Florentinos in Hetruria ſuſcitaret. Caſtrutius ergo biẽnio ferme poſt pacem/ nulla prius ipſe laceſſitus iniuria/ infeſto exercitu agrũ Florentinum ingreſſus/ Empolium vſq; populabundus ꝛ quedam munita loca improuiſo accepit impetu. Ob hũc tumultũ mille equites nuper a Florẽtinis in Galliam miſſi domum cõfeſtim reuocati ſunt. Auxit q̃ in Hetruria ſuſpitionẽ: q̃ Guido preſul Aretinorũ per factionem ſublevatus Aretij ſuſceperat dominiũ. Is erat vir egregi⁹ q̃dẽ: ſz e familia diuerſaꝝ partiũ ac maxime Florẽtino noĩ aduerſa. Itaq; hui⁹ ſubleuatio ab hiſdẽ impulſorib⁹ quib⁹ ꝛ Caſtrutianũ bellum/ credebat. Sed tanto indecentius: quãto cõuocationis ſue ſtatũ q̃ paſcere debebat oues ſibi commiſſas verbo ꝛ exẽplo pacẽ ꝓcurãs: bella ſuſcitãs/ ꝛ diſſiones fouens/ reiectis lachrymaꝝ armis corporalibus vtebat in ſcandalũ plurimoꝝ: Caſtrutius quum ex gallia Florẽtinorũ equites opera maxime ſua reuocatos gauderet: quo potẽtiam magis audaciamq; oſtentaret: ſuis: coacto exercitu Genuã verſus ducere cepit: vt nõ ſolũ detractiõe hoſtilium copiarũ verũ etiã ſui ꝑſentia partib⁹ opitularet. Florẽtini aũt quo vice verſa illũ reuocarẽt: haud multo poſt Lucenſium fines ingreſſi: magno tumultu Lucam circũſederunt. Quo tandẽ metu Caſtrutius retro reſpicere/ copiaſq; reducere e veſtigio ꝯpulſus eſt. Sed Florẽtini vbi hoſtez ex reditu appropinquare ſenſerũt: populato infeſtius agro Fucetium ſe receperũt. Caſtruti⁹ vero ſimul reuerſus ad eos duxit: nullã cõſtigendi morã ſi per illos liceret facturus: ſz ꝓpoſitũ nõ fuerat pugna decernere Florentinis: neq; eam ob rẽ ingreſſi fuerãt hoſtiũ agrũ: ſed ob reuocandũ hoſtis iter: qđ iã plane aſſecuti quũ eſſent: nihil aliud in preſentia flagitabãt. Diu in his locis vterq; exercit⁹ cõſtitit: quũ palus tantũ inter eos q̃dẽ lata dirimeret caſtra. Tãdẽ irrita expectatione ſine ꝑlio eſt egreſſum: ea tñ opinione hoĩm: vt in aggreſſu ipſo collationeq; caſtroꝝ hoſtis ſuperior habereť: nec tã copiarum multitudine quantũ audacia ꝛ certandi cupiditate. ¶ Ea tempeſtate notabile flagellũ dei accidit in partib⁹ Germanie verſus borealẽ plagã peſtilẽtie et famis: q̃ peſtis dilata eſt ꝛ protẽſa vſq; in Hollandiam et zelandiam ꝛ Brabantiã ꝛ Burgundiam ꝛ Flandriam ꝛ in Analdum ꝛ in partes Francie. Hec peſtis ita crudeliter deſeuit in illis partib⁹: q̃ tertia pars hoĩm illoꝝ proſtrata ſit: ꝛ intra vnũ diẽ infecti deficiebãt Cariſtia inſuꝑ fuit magna oĩm victualiũ: ꝛ niſi per mercatores fuiſſent trãſmiſſa ꝑ naues frumẽta ex Sicilia ꝛ Appulia (vñ ꝛ magnũ lucrum reportarunt) innumeri fame periſſent. Inchoata eſt peſtis hyeme: ꝛ aucta in vere: ꝛ eſtate graſſata eſt. Tantaque fuit aquaꝝ de celo inundatio: vt ſemẽ ſuffocaret: ꝛ ita terras ſteriles reddidit: q̃ plurib⁹ annis infructuoſe extiterũt. Et ſm iudiciũ aſtronomoꝝ cometes qui ꝑ annũ ꝛ vltra ante apparuerat: deſignauerat peſtẽ illam ꝛ aeris infectionez: que etiã Romãdiolã inuaſit: ꝛ ad Mugelliũ vſque peruenit.

Caſtruti⁹ Florẽtinoꝝ hoſtis

magna viſ peſtilẽtie ꝛ famis

¶ De Joãnne. xxij. papa: ꝛ mutatiõe ſtatus Genueñ. et diuerſis bellis diuerſorum. Capitulum. iiij.

Anno dñi. M. cccxvi. ab initio aũt mundi q̃nquies. Mil. cclxix. ſm minorem computum: ſm maiorem ſexies. M. dxv. creatus eſt papa Joannes ſub hoc nomine. xxij. Quum enim vacaſſet eccleſia poſt mortem Clemẽtis q̃nti annis duobus propter diſcordiã cardinaliũ ad q̃s ſpectabat hmõi electio: qui Auiniõni cõgregati erãt. Nã multi ex eis erãt Gaſcones ꝛ hi querebãt Guaſconẽ habere pontificez. Qui vero erant ex Frãcia/ Prouincia/ ꝛ Italia cardinales: illis nõ acq̃ſcebant: aliũ q̃rẽtes: ſiue q̃ eis videreť eccleſie dei vtilior: ſiue q̃ eis foret fauorabilior. Demũ poſt lõgam cõcertatiõnẽ in

hoc

Joānes xxij. ſeipſus in papam elegit.

hoc ōēs cōuenerūt: cōmittere huic q̄ dict⁹ eſt poſtea Joānes xxij. cardinali inter eos: q̄ vice oīm eligeret: alij vero alterū: ſed fefellit eos ſua opinio. nā neq̄ ex vna pte neq̄ ex altera elegit: ſed de ꝯſilio ꝛ tractatu dn̄i Neapolioñis cardinalis de vrſinis ſeipm̄ elegit. Et q̄uis in alijs electionibus q̄s ſeipm̄ eligere nō valeat: tn̄ in electiōe pape nō ꝓhibet: quū ſibi cōmittit electio. Sufficit em̄ q̄ habeat duas partes in eū aſſentiētes volūtarie. Alia impedimēta q̄ pñt vitiare electiōes canonicas: in papā locū nō habēt: ſi ſit fidelis nō hereticus. Hic autē fuit natiōe Gallicus: gn̄is ſat infime ꝯditiōis: fili⁹. ſ. reſartoris ſotulariū: pauper tpali ſubſtātia ſed diues ingenio ꝛ ſciētia paruus corpe ſed magnus aīo. Qui nutrit⁹ eſt ſub archiepō Arelatēſi ꝛ magiſtro ſuo: quo ſublato: rex fecit eū loco eius cancellariū ſuū ꝛ poſtmodū fact⁹ eſt epūs Auinioñ. Et inde ꝓpter ſcientiam ſuā ꝛ prudentiā fact⁹ eſt cardinalis. Et q̄uis rex Robertus quū eſſet in minorib⁹: nō multū diligeret eū: q2 quaſdā literas cōmēdatorias direxerat pape Clemēti ſine ſuo ſcitu ſed noīe regis ꝛ ſuo ſigillo qđ tenebat/ſignatas: tn̄ ad papatū eo aſſumpto alter alterū multū dilexit. Et multa papa Joānes fecit ꝓ Roberto rege ꝛ exaltatiōe ei⁹. Ipſe papa Joannes ꝓmulgauit Clemētinas q̄s Clemēs in cōcilio ediderat: ꝛ eas obſeruari oībus demandauit.

Clemētinarum ꝓmulgatio.

¶ Anno dn̄i M.cccxvij. quū finite eſſent treuge inter regē Robertū et regē Sicilie Fredericū: ipſe Robert⁹ preparari fecit magnā claſſem. lx. galeaꝝ ꝛ alioꝝ lignoꝝ Neapoli: cui prepoſuit in Admiraldū dn̄m Thomā comitem Squillaci ꝛ capitaneum eaꝝ: habuitq̄ ſecū mille ducentos eq̄tes ꝛ pedites multos: cū q̄b⁹ copijs ꝓfect⁹ eſt in Siciliā: deſcēdēſq̄ i terrā i valle Marzara deuaſtauit regionē circa Trapolim: frumenta exterminās. Exinde Panhormū ꝓpe diſcurrēs hoſtiliter viridaria ꝛ vineas deſtruxit: morā ibi trahēs ꝑ aliquot dies. Poſtmodū ꝑ terras milites ꝛ alij ꝑ mare Meſanam vſque ꝑuenerūt: pomeria ꝛ vineta deuaſtātes ꝑ. xv. dies. Rex autē Frederic⁹ nūq̄ voluit ei cū copijs ſuis occurrere i ꝓliū nec ꝑ mare neq̄ ꝑ terrā: ſed ſe ꝯtinuit in caſtro Diani cū ſuis. Quāobrē q2 nō erat q̄ reſiſteret copijs Roberti: inſula Sicilie maius dānū recepit in diſcurſu hoſtiū libero ꝑ eā: q̄ factū fuerit ꝑ Carolū pmū vel ſcdm̄. Et ſi Robert⁹ cōtinuaſſet diſcurſum illū hoſtilē ꝑ Siciliā: anno ſequēti credebat eā obtētur⁹. Sed papa Joānes voluit ꝛ mādauit treugas fieri inter eos ꝑ q̄nquenniū. ꝛ ciuitatē Rhegij ꝛ multa caſtra q̄ Frederic⁹ abſtulerat in Calabria in aduētu imꝑatoris Henrici: voluit papa dari in manib⁹ ſuis ad cuſtodias earum. Qđ fecit robert⁹ vt adiutore poſſet Carolum in his que aggreſſus fuerat: ꝛ vt recuperaret terras illas amiſſas in Calabria. Nā ꝛ ſi date fuiſſent in cuſtodia eccl'ie: ſub dominium trāſierunt Roberti regis. In qua re Frederic⁹ cōquerebat de eccleſia de illis terris ſibi ablatis.

Ferrarienſes ab eccleſie dn̄io ad Marchiōes Eſtēſes deſciſcūt.

¶ Eodē anno Ferrarienſes ſubtraxerunt ſe a iuriſdictiōe eccleſie ꝛ deuotiōe Roberti regis: ꝛ inſurgētes cōtra gētes armoꝝ Cathalanos qui ibi erāt pro Roberto: partim captiuauerūt: ꝛ partim occiderūt. Et exinde Marchiōes Eſtenſes acceperūt dn̄ium ei⁹: ſicut ordinariū fuerat de voluntate ciuiū Ferrarieñ. In illo etiā tp̄e Uguitio Fagiolan⁹ de quo ſupra: cū auxilio dn̄i Canis Ueroneñ. ꝛ copiarū equitū ꝛ peditum plurimoꝝ ꝓceſſit in Lūgianā: ꝛ cū potētia Spinete Marchionis intendebat Piſas adire: ſi forte eā potuiſſet recuperare amiſſam ciuitatē: quū ibi haberet occultos tractatus cū quibuſdā Piſanis ꝓcipue de familia Lāfrācoꝝ. Sz detecta ꝓditione ordita: cucurrerūt de conſilio dn̄i Gaddi ad domos de Lanfrācis: qui coniurationem fecerant cum Uguitione: ꝛ interfecerūt quatuor ex ꝓncipalioribus eorum: ꝛ plures alios ad cōfinia ꝓſcripſerūt. Sicq̄ Uguitio ſua ſpe fruſtratus Ueronā reuerſus eſt. Caſtrutius autē dn̄s Luce facta liga cū Piſanis ſimul cōgregati cū copijs ſuis contra Spinetā Marchionē ꝓfecti ſunt hoſtiliter: q2 trāſitū dederat Uguitioni quū venerat cōtra Piſas: ꝛ deuaſtatione facta regionis/ceperūt caſtra eius: adeo vt Spinetā cum familia ſua oportuerit relicta patria Veronā ſe conferre.

§. I. In anno eodem milleſimo

mutua Genuē ſiū diſſidia.

cccxvij. quū ciuitas Genuenſis ſub populari regimine gubernaretur: ꝛ familie Grimaldine ꝛ Fliſcēſes cū parte ſua Guelforū eſſent potētiores in ciuitate q̄ Orienſis familia cū Gibellinis: ex eo q̄ magis ꝑmis fauebat rex Robertus q̄ alteri parti: ꝛ q2 Spinole q̄ tunc exulabāt inimici erant Orienſiū: procurarunt Spinolas in ciuitatē redire libere cōditione adiecta: vt ſubditi eſſent ꝛ parerēt mandatis communitatis. Quāobrē Orienſes timentes ſe nō poſſe reſiſtere: nil fecerūt. Guelfi vero audaciā maiorē cōcipiētes/erexerūt in dn̄os dicte ciuitatis dn̄m Carolum de Fiſco ꝛ dn̄m Gaſparē de Grimaldis. Spinole vero attēdētes/q̄ ſi reducti eſſent in ciuitatē: q̄ ciuitas tota regeret per partē Guelfam abſq̄ induſtria ꝛ ope regis Roberti: ſubito ſe concordātes cū Orientibus ꝛ eoꝝ amicis Gibellinis ſua ſpōte receſſerunt ſimul de ciuitate abſq̄ impugnatione ſibi facta. Inde ſecuta ſunt ſcādala multa ꝛ bella q2 ille due familie Orienſes ꝛ Spinole erāt potētiores in Italia q̄ alie familie ꝓ parte imperij ſeu Gibellina. Eodem anno dn̄s Canis de ſcalis Ueronenſis cū parte Gibellina Lōgobardie cum magnis copijs ſcz trium miliū equitū ꝛ multorum peditum ꝓfecti obſederūt Cremonā. ꝛ ſatis arctauerūt Cremonenſes. Sed inundatio ſuperueniēs aquarū menſe Septēbris coegit eos ſoluere obſidionē ꝛ recedere: tū ēt q2 Bononienſes vt inde amouerēt illū/bellū mouerunt cōtra Mutinenſes: circa ciuitatē deuaſtationem exercētes non modicam. Decembri ſequēti dn̄s Canis cum multo exercitu ꝓfectus eſt contra Paduanos: ꝛ cepit montem Felicem ꝛ Eſtenſem ciuitatē ꝛ plura eorum caſtra. Et quum reſiſtere non valerent potētie eius: pacem Paduani inierūt cum pactis que voluit dn̄s Canis. inter que capitulum erat vt Gibellinos in vrbem reducerent. quod ꝛ factum eſt.

§. II. Anno dn̄i. M. cccxviii. exu

les Genuenſes. ſ. Orienſes ꝛ Spinole cum ſuis ſequacibus moram trahentes in littore Genue in poſſeſſionibus ſuis deſtinarunt oratores ſuos in Longobardiam: tractantes cum eis colligationem perficiētes cum dn̄o Maffeo de vicecomitibus capitaneo Mediolanenſiū ꝛ filijs eius: ꝛ cum tota liga Longobardie partis imperialis ꝛ Gibelline. Quo peracto dn̄s Marcus filius dicti dn̄i Maffei ex Lōgobardia ꝓceſſit cum magnis copijs Teutonicorum ꝛ Longobardoꝝ: q̄ cum exulib⁹ Genueñ. Orieñ. ꝛ Spinolis obſederūt Genuam. Sed ꝛ poſt paucos dies Orienſes cum adiutorio alioꝝ exulū caſtrametati ſunt ad ciuitatem Sigonum. q̄ eſt in littore Genueñ: ꝛ illā ceperunt cū pactionibus. Poſt paucos dies dn̄s Eduardus de familia Oriēſium tractatu habito cū abbate ppl'i Saonēſis occulto: nocturnis ciuitatem ingreſſus cū ſuis: cū adiutorio Gibellinorū q̄ erāt in ea ciuitate: ꝛ ſe rebellarūt ciuitati Genue: ex quib⁹ multū creuit potētia exulū Genue: quū occupaſſent totum littus Genue ex parte occidētis: ꝛ partē nō modicā ex parte oriētis: excepto tamē caſtro Monachi ꝛ Uintimilij: ꝛ non ex parte occidētis. ¶ Ipſo anno factio Gibellina Longobardie cum domini Canis potētia obtinuerunt Cremonam: q̄ tenebat ꝓ parte Guelfa ſeu eccl'iaſtica per proditionem factā ꝑ vnū ex Guelfis ab intra concedentē hoſtibus vnā ex ianuis ciuitatis. Quum autē Genuēſes Guelfi q̄ in ciuitate: regimē habebāt aſpicerent ſe multū oppreſſos ab hoſtib⁹ tā Oriēſibus Genuenſib⁹ ꝛ Spinolis: q̄ etiā alijs Longobardis: ꝛ quaſi vndiq̄ obſeſſos: pluresq̄ ciuitates ꝛ caſtra eorū iam cepiſſent: ꝛ quotidie vires eorū augerent ſuis paulatim deficiētibus: miſerūt oratores Neapolim ad Robertū regē: poſtulātes adiutoria ꝓ parte Guelfa q̄ intra erat: ꝛ celeriter: quū vltra obſidionē per mare ꝛ per terrā etiā victualia eis oīno deficiebāt. Quib⁹ intellectis rex Robert⁹ parauit ꝯcitiſſime magnā claſſem galearū ꝛ aliorū lignorum ꝛ nauiū frumentis oneratorum: ꝛ ipſe ꝑſonaliter cū principe Tarētino/ac dn̄o Joanne principe Amoree fratribus ſuis/ac multis baronibus ꝛ mille ducētis militibus mēſe Julij ex Neapoli nauigās: intra. xſ. dies Genuā applicans ciuitatē cum ſuis igreſſus eſt: honorifice ſuſceptus vt dn̄s ciuitatis. Ex cuius preſentia oēs letati ſunt: cōfidentiā ſumētes victorie cōtra hoſtes ex aduentu regis. Hoſtes autē ab extra cognito ſuccurſu regis ſoluta obſidione ad mōtana ſancti Bertū. ꝛ Peraldi et burghos parte ſe reduxerunt.

Robertum regē accerſiūt Genuēſes.

¶ In eodem mēſe capitanei Genue et qui erat preſes pro populo et Poteſtas: habito communi parlamento renuntiauerunt omni ſue balie/dominio/ꝛ cuſtodie quam haberent ciuitatis Genuenſis ꝛ littoris eius de beneplacito dicti populi: ꝛ conceſſerunt dictam baliam/dominium/ꝛ cuſtodiam Genue ꝛ littoris eius Joanni pape. xxij. ꝛ regi Roberto per annos. x. ſm̄ certa cap. Genue. Et rex accepit eā pro papa et ſeipſo. Jamdiu enim hoc optauerat: ſperans quum quite habuiſſet dn̄ium illius: facile poſſe obtinere inſulam Sicilie. ꝛ ſuperare inimicos ſuos. Et propter hoc efficiēdum ꝓcurauerat lōge ante reuolutionem ipſi⁹ ciuitatis ꝛ expulſiōem ex ciuitate Orienſiū ꝛ Spinolaꝝ: quia quū alias ipſe ꝛ pater eius Carolus habuiſſent dominium Genue cōtradicebāt ꝛ obſtabāt ei: ꝛ fauebant regi Aragonū qui tenebat inſulam Sicilie. Quū autē ex superuētione regis Roberti cum copijs: hoſtes ab extra debiliores eſſent effecti: exinde augmētati ſunt per colligationē multorum cum eis nā rex Fredericus eis cōfederatus adiutoria miſit hoſtibus: ꝛ Marchio Montiſferrati: ꝛ plures domini

in Lōgobardiā zelātes partē imperij: Caſtrutius' tunc dn̄s Lucenſium ⁊ Piſani occulte. Unde ſic multiplicati hoſtes grauia bella inferebant ciuitati cū machinis ⁊ edificijs varijs: die noctuq; faciēdo magnos inſult⁹ in diuerſis partibus murorū ciuitatis: adeo ꝙ rex cū omni ſuo conatu parum lucri reportabat ex hoſtibus. Quinimmo hoſtes ipſi fecerūt magnas cōcauitates iuxta muros ciuitatis: ſuſtētacula ſupponēdo verſus portā ſancte Agnetis adeo vt facerēt muros corruere/ vñ pars non modica hoſtium audaciſſima ingredi cepit in vrbem violēter. Propter qđ rex armatus perſonaliter cum ſuis conuocatis occurrentes hoſtibus ſuper muros ipſos dirutos ſtantes viriliter dimicabant: nō ſinentes illos intrare/ ſed enſes manu tenētes milites ⁊ barones regis depulerunt ex muris hoſtes eorum: nec permiſerunt eos ingredi. Et ex vtraq; parte ceciderūt plurimi vulnerati ⁊ occiſi. Muros aūt dirutos reparauerunt in breui tpe: die noctuq; edificiū vſq; ad cōſummationem perficientes. Rex aūt attendēs multitudinē hoſtium ſuperadditā: qui eſſet quaſi obſeſſus Genue cū ſuis: ⁊ ipſe miſit in Tuſciam: adiutoria ab amicis poſtulās. vñ Florentini centum eq̄tes ⁊ quingētos pedites miſerunt ſtrenuos in armis. ſilr et Bononienſes in triplo deſtinarunt: et alij de Romandiola et de diuerſis partibus. Quibus Genuam applicātibus: ſine impedimēto rex inuenit in exercitu ſuo haberi duo milia ducentos equites et pedites ſine numero. Ab extra hoſtes habebāt vltra mille quingētos. quoꝝ capitaneus erat dn̄s Marcus de vicecomitib⁹ Mediolaneñ. Habebant ⁊ hoſtes montiū fortalitia circūcirca: itaq; rex parū poterat diſcurrere extra. Per annum manſerunt prelia adinuicem gerentes ſepe: nec vna pars poterat multum alteri preualere. Interea dn̄s Marcus p̄fat⁹ requiſiuit regē Robertū de ſingulari certamine. Et qui in duello illo victor exiſteret: ille dominiū ciuitatis obtineret. cui rex eum indignum exiſtimans non acquieuit.

§. III. Anno dn̄i. M. cccxviii. ſenis facta eſt conſpiratio.

Nam dn̄s Zozius deghus et dn̄s Deus de Ptolemeis cū ſequacis iudicū notarioꝝ ⁊ macellariorū queſierunt immutare modū regiminis dicte ciuitatis: q̄ per nouē Priores gubernabat. Sed pplo arma arripiente ⁊ Florētinis armigeris illic ex alia cauſa ſe reperiētib⁹ vocatis in auxiliū: nō potuerūt tunc exeq̄ ītentū ſuū: ſed expulſi ſunt de ciuitate. Hec ſeditio exorta ē ꝓpter diſcordias q̄ erant inter Galibenos ⁊ Ptolemeos. ❡ Eodem anno quū Robert⁹ rex q̄ſi obſeſſus manſiſſet Genue: et iā p ſex mēſes nō poſſet extra ciuitatē diſcurrere in prelium ꝯtra hoſtes: ordinauit claſſem ꝑparari. xl. ꝯtim galeaꝝ ꝯtim alioꝝ nauigioꝝ deferentiū octingētos q̄nquagita equites ⁊. xv. milia peditū. Inter quos erāt copie Florētinorū/ Bononienſiū/ et alioꝝ qui miſſi fuerāt in adiutoriū regis. Et nauigātes deſcēderunt in terrā ad littus in certo loco q̄ dr Sextus. Hoſtes tñ quū hoc precognouiſſent: miſerūt copias ſuas ad locum illum: vt impedirēt deſcēſus eoꝝ in terram. Ibiq; adinuicē cōfliterūt. Ex primis aūt deſcēdētib⁹ ex galeis ſub cuſtodia ⁊ defenſiōe ſuo ꝝ baliſtarioꝝ fuerūt Florētini cū alijs Tuſcis: q̄ poſt aliquā pugnā cū hoſtibus fugauerūt eos plurimis occiſis ⁊ alijs captiuatis. Et terga vertentes q̄ remāſerāt aufugerūt hoſtes: aliq̄ Sauonā accedētes: alij in ſuburbia: alij ad montes Peraldi: vel ſancti Benardi: ⁊ ſua relinquentes in cāpo verſus Longobardiā ꝓfecti ſunt. Rex ergo victoria habita noluit ſuos inſequi fugiētes ad vitandū ꝑicula. Poſtmodū rex cū. xl. galeis ꝓfect⁹ eſt Auinionē: vbi tunc reſidebat curia Joānis pape qui honorifice ſuſceptus eſt a curia. Loco ſui dimiſit Genue dn̄m Ricciardū de Abrutio cū eq̄tib⁹ et peditib⁹ et galeis ad tuendā ciuitatē. Anno dn̄i. M. cccxix. exules Genuenſiū quū ꝑcepiſſent regē Robertū ex Genua receſſiſſe: armarūt xxviij. galeas Sauone: quarū Admiraldum: ⁊ ducē fecerunt dn̄m Conradum de Oria. Cōgregarūt etiam ex Longobardia gentes ⁊ Teutonicos mille equites ⁊ vltra: ⁊ cū magnis copijs appropinquarunt Genue/ ex pluribus partib⁹ ciuitatis bellum inferentes ijs q̄ intus erāt: ⁊ cum galeis etiam portū intrantes. Ex cōflictu tñ habito adinuicē: ⁊ cū vtraq; pars dāna multa pertuleriſt: nulla preualuit ꝯtra alteram. ❡ Eodem anno menſe Octobris exules Genueñ. cum liga Longobardie plura prelia agentes per mare ⁊ per terram ꝯtra Genuā: ceperūt tandē oppidū qđ dicit Caſtellacium qđ Guelfi edificauerunt in mōte ſancti Berñ. ⁊ retinebāt quod vi abſtulerunt: q2 non ſubſiciēter cuſtodiebat. Exinde deſcēdentes ad ſuburbia Genue ea ſine reſiſtentia obtinuerunt ⁊ dominati ſunt eis. Paulo poſt obtinuerunt turrim Godiſaris. Et toto hyeme impugnarunt ciuitatē per mare ⁊ per terram eos ſatis anguſtiantes. In ea aūt obſidione quum magna tempeſtas orta eſſet in mari: oportuit galeas ab obſidione diſcedere. ex quibus. viij. in terrā impingētes fracte ſunt iuxta Clauerim: et gentes earū perierunt. Alie galee cōfracte ſunt Sauone ex tēpeſtate. Quū autem eo tēpore. xij. galee Prouincialium in Nolim applicuiſſent/ Sauoneñ. hoc animaduertentes armarunt. xxij. galeas ⁊ procedentes contra illas. xij. in bellum iuxta Nolim: octo ceperunt ⁊ quatuor ad terram traxerunt. Itaq; ille. xij. galee regis capte ſunt. Qui autē in Genua erant cū xxvj. galeis ꝓfecti ſunt contra Sauonenſes/ ſed nil damni valuerūt eis inferre. Ea hyeme intēſum frigus fuit in Italia/ et Arnus fluuius bis ex toto glaciat⁹ eſt ita vt tute pedi tando tranſiretur.

§. IIII. Eo āno Florētini ⁊ Bononienſes cū parte Guelfa miſerunt mille milites in Longobardiā/

et horum capitaneus erat dn̄s Gibert⁹ de Corregia/ ⁊ de Brixia progrediens proditione facta cepit Cremonam/ reducendo eam ad regimen partis Guelfe. Que tñ ciuitas et ſi notabilis: propter diutina prelia que geſſerat quaſi ad nihilū redacta eſt. Eo tpe mēſe Decēbri quū dn̄s Hugo de Balzo in Pedemontiu ꝓ rege Roberto bellum gereret: ⁊ ciuitatem Alexandriā obſediſſet: caſtra exeundo cū. cc. militibus ad ordinandū māſionē. lignoꝝ pro expugnāda ciuitate et pōtes faciendo/ dn̄s Marcus Mediolaneñ. de vicecomitibus ex inſidijs procedēs cōtra eū/ ipſos profligauit magnā partē occidendo. ❡ Eodem anno menſe Nouembri ex tractatu ⁊ auxilio dn̄i Frederici comitis Montiſfeltri ⁊ alioꝝ Gibellinorum Marchie et ducatus in ciuitate Spoletana pars Gibellina inſurrexit cōtra partem Guelfam que tūc dominabatur: ſeditioneq; facta bello ciuile inuicē eis agentibus multi ex Guelfis occiſi ſunt/ ducēti boni hoīes illius partis incarcerati/ ceteri de ciuitate expulſi. Peruſini autem cum magnis copijs venientes in adiutoriū Guelfoꝝ/ ſed tarde/ ciuitatē ipſam obſederūt. Sed predictus comes Fredericus occulte egit vt ciuitas Aſſiſij quā tūc Peruſini poſſidebāt/ ſe eis rebellaret: quo facto Peruſini ſoluentes obſidionē a Spoleto: oēs ſimul ꝓfecti ſunt ad recuperādū Aſſiſiū. Poſt receſſum aūt eorū Spoletani partis Gibelline currētes ad carceres ⁊ ignem ſupponētes illos. cc. Guelfos cōbuſſerūt vt impijſſimi: magis belue q̄ hoīes. (Gibellinorū īn guelfos īmanis crudelitas.) ❡ Eodē anno rex Bugdie q̄ prius fuerat rex Tunitij: ſed expulſus fuerat e regno ab alio generis ſui q̄ ſibi vſurpauerat regnū id/ poſtea cū adiutorio ⁊ gentibus Arabum ꝓceſſit in bellum cōtra eum/ ⁊ expugnās illum recuꝑauit regnum Tunitij amiſſum. Qui autē victus fuerat ⁊ expulſus/ ꝓfect⁹ eſt Tripolim: tractāſq; cū Frederico rege Sicilie/ magnam quantitatē pecunie obtulit ei/ vt eum iuuaret cū gentib⁹ ſuis ad preliandū cōtra dictū regē Tunitij. Quib⁹ peractis magnū bellū mouit ꝯtra poſſidētem regnū ⁊ ciuitatē per mare ⁊ per terram: adeo ꝙ victualia iam ei deficiebāt. Sz ipſe miſit multo maiorē quātitatē pecunie ei: vt ſibi prouideret de victualib⁹. qđ ⁊ fecit. ⁊ per iſtum modum ſubtili ingenio aurum in maxima quātitate Fredericus extorſit a barbaris duobus regibus.

§. V. Anno domini. M. cccxx.

menſe Aprilis Caſtrutius q̄ tyrānice dominans Luce pro parte Gibellina cum Piſanis confederat⁹ erat: percipiens ꝙ papa Joānes ⁊ rex Robertus decreuerāt conducere ſeu vocare ex Francia in Longobardiā dn̄m Philippū filium dn̄i Caroli fratris regis Francie cum magnis copijs armigeroꝝ: ad deprimēdā potētiā ⁊ tyrannidem dn̄i Maffei de vicecomitib⁹ ac filioꝝ ⁊ collegiatoꝝ ei⁹: ac etiā intelligēs ipſe Caſtruti⁹ ꝙ Florētini Bononiēſes ac Senenſes miſerant in Longobardiā mille equites ad req̄ſitionem eccleſie ⁊ regis Roberti: q̄ iam applicuerāt ad ciuitatem Regij: ꝑſatus Caſtrutius ad requiſitionē ⁊ preces prenoīati domini Maffei ⁊ lige Gibellinorū in Longobardie: fregit federa pacis cum eis. ſ. Florentinis ad impediendū aggreſſionem factā ꝯ Longobardiā. Tum etiā q2 tyrān⁹: ſtatus vero tyranni in pace minuitur: ⁊ ex bellis exaltatur ⁊ ditat. Quum eſſet igit ambiens dilationē dñij ſui: bellum mouit ſine aliqua iuſta cauſa ⁊ ſine prenuntiatiōe eis facta cōtra Florentinos. Et diſcurrēs hoſtiliter p territorium Florentinū cepit multa caſtra: Campianū: Montē falconē: q̄ erat Florentinorum. Et trāſito fluuio Guſiane per pōtē obtētum oīa igne ⁊ ferro depopulabat: ꝓcedēs vſq; ad Fugetium ⁊ inde Corretum ⁊ Empolim: ⁊ cuncta deuaſtans. (Caſtrucij fedifragus.) Et inde firmauit ſe ad obſidionē ſancte Marie: qđ caſtellum Florētinorum erat: ⁊ ipſum obtinuit per proditionē: nam terrigene tradiderunt ei arcem. Quos ꝓditores Caſtrutius ducens Lucā/ in carcerib⁹ tradens q2 ſuſpectos habebat: vitam ibi

finire

finire fecit. Plura etiam alia caſtella Caſtruci⁹ obtinuit in Carphagnana ⁊ in Nunigena. Et hic diſcurſus ſatis impediuit quod papa ⁊ Robert⁹ intendebant circa Longobardiam. ¶ Ipſo anno quum in ciuitate Genueñ. deficerēt vi ctualia (nam Genuēſes exules cū. xvij. galeis diſcurrentes iuxta littus maris capiebant nauigia deferentia neceſſaria queq;) tunc qui erant in ciuitate: armarunt. xxij. galeas: et profecti ſunt per mare contra galeas exulum. Et ſuperuenientibus. cl. militibus ex belligeris regis Roberti / deſcendentes in terram hoies q̃ erant in galeis ex vtraq; parte pugnam inierunt ſimul: ⁊ preualentes Genuenſes ſimul cum gentib⁹ regis contra gentes exulū / ceperunt ⁊ cōbuſſerūt portā Ricciarum ⁊ galeas exulum. Inſup ⁊ vicarius regis Roberti cum Genuenſibus armatis. lx. partim galeis partim alijs nauigijs / proceſſerunt in bellum ꝯtra ciuitatē Arbinge: ⁊ eam obſidentes / vi demū in deditionē acceperunt bona eius depredantes. Et tunc tota Marchia Caruſſias deuenit ad dominium Genuenſium pro parte Guelfe.

§. VI. Ea tempeſtate quū papa

Joannes vna cum eccleſia pluries mandaſſet dño Maffeo ⁊ filijs eius de vicecomitibus Mediolañ. vt recederent ab obſidione Genue: quum dñium eius tunc ſpectaret ad eccleñā ⁊ Robertū regem illi: aũt obedire recuſarēt: excuſantes ſe de mandato hmōi q̄ nō tenerētur: quum Genua ciuitas eſſet imperialis non eccleſie: demū papa Jo. proceſſus fulminauit excōicationis ꝯtra pſonas principales: ⁊ interdicto ſuppoſuit ciuitates Mediolañ. Placentinam ⁊ alias vrbes Lōgobardie: quas illi vicecomites tyrānice poſſidebant. Inſuper ordinauit q̄ dñs Philippus Valeſianus nepos regis Francie cū copijs multis pficiſceret in Longobardiā vt vicari⁹ eccleſie: ad deprimēdū vires dñi Maffei ⁊ filioꝝ rebellium eccleſie. Qui dñs Philippus accepto vicariatu cum. vij. militib⁹ ⁊ multis nobilibus ⁊ baronib⁹ ac ſercētis equitib⁹ Longobardiā ingreſſus eſt: ꝯductus ad ſtipendiū a papa ⁊ a rege. Sed ipſe pontifex gētes eccleſie illuc deſtinauit octingētos bellatores Prouinciales ⁊ Guaſcones / cum legato ſuo quodam cardinale: vt iungerentur copijs dñi Philippi. Quū autē dñs Philippus cognouiſſet q̄ in ciuitate Vercellenſi ſeditiões mote eſſent: ad inuicem pugnātibus Guelfis cum Gibellinis: vt minus prudens ⁊ parū expertus ex ciuitate Aſtēſi quo applicuerat: ſolū cum ſuis profectus eſt: nimis confidens in fortitudine ſuoꝝ: verſus Vercellas. Nec expectauit plurimas copias q̃ ſibi mittebantur in ſocietatem ab eccleſia cū legato a rege Frācie a Carolo patre ſuo / a Guelfis Tuſcie. ſ. Florētinis / Senenſibus / Bononiēſibus / ⁊ alijs. Qui omnes ſimul congregati maximum exercitum faciebāt ad expugnādū aduerſarios oēs. Cum ſuis igiť ſatis paucis dñs Philippus exiens / caſtrametat⁹ eſt inter Nouariā ⁊ Vercellas in loco qui Marrata nūcupať. Dñs aũt Maffeus ⁊ ſi tyrānice tñ cum filijs ſuis dominiū poſſidebat q̄ſi vni⁹ regni: nā dñabať Mediolani / Papie / Placentie: Laudi: Cremone / Pergami / Nouarie / Vercellis / Torđone / Alexandrie / ſine alijs ciuitatibus Lōgobardie imperialib⁹ ⁊ partis Gibelline cum eo colligatis. Sꝫ ⁊ cum eo cōfederate erant in Tuſcia Piſe / Luca / ⁊ Aretium. Vñ quum audiſſet dñs Maffe⁹ aduentum dñi Philippi: cōtra eum miſit oēs filios ſuos quatuor cum copijs vndiq; congregatis: ⁊ ex magna parte Teutonicis vltra tria milia: ⁊ pedites innumeros ad reſiſtēdū ⁊ expugnandum ſi opus eſſet Philippū: qui caſtrametati ſunt econtra ad vnuꝫ miliare prope. Interea dñs Galeatzius ⁊ dominus Marcus filij dñi Maffei requiſierunt p medias perſonas dñm Philippū ad habendū cū eo commune colloquiuꝫ: qđ ille admiſit. Ipſis ſimul igiť adunatis: dñs Galeatzi⁹ verbis ſuauibus allocutus eſt eum: ⁊ rogauit vt ſibi placeret non eis eſſe moleſtuꝫ: ⁊ prelijs patriā infeſtare: quū ipſe cū ſua pgenie fuiſſent ſemper amici ⁊ deuoti regis Francie ⁊ patris ſui dñi Caroli: q̃ eū fecerat militē. Et q̄ parat⁹ erat q̄ſtiones ⁊ altercationes inter ipſos ⁊ eccleſiā in manibus ⁊ iudicio regis Francie ponere. Inſuper oſtendit ei q̄ exercitus eius ⁊ robur in duplo erat maius q̄ copie Philippi ipſi⁹: ſed amore ſui ⁊ patris ei⁹ nolebat eū in aliquo offendere. Cernēs autē Philippus periculum ſuū: ⁊ q̄ male ſibi fuerat cōſultū: vt cū ita paucis contra tantos proceſſiſſet: ꝓpter qđ facile poſſet ipſe cū ſuis proſterni: cōcordiā inijt cū dictis filijs dñi Maffei nō aſſumere pugnam cum eis: nec eos in aliquo moleſtare. Et multis ⁊ magnis donis ſibi oblatis ab illis locis reuerſus eſt in Franciā ſine honore. Dicebať aũt q̄ hoc fuit proditorie factuꝫ: videlꝫ ex eo q̄ dñs Bernardus Seneſcallus copiarum ſuarum ipm Philippū induxerat ad procedendū Vercellas contra Longobardos cū ſuis: nō expectatis alijs magnis copijs ad eum venturis vt ab inceptis deſiſteret: vel ad manus hoſtiū deueniret. Quod creditur feciſſe in vindictam: eo q̄ prefatus dñs Bernardus fuerat exilio tradit⁹ a rege Frācie. Multā etiā pecuniā ob hec ab hoſtib⁹ accepit. Ex his ſecutum eſt q̄ dñs Maffeus i deditionē accepit Vercellas. Et dñs Simon q̃ ibi dominabať pro parte Guelfa: captus ductus eſt Mediolanū: ⁊ frater eius epūs expulſus de ciuitate cum alijs Guelfis. Copie igiť que in vis erant Florentinorum ⁊ aliorum audita concordia facta / reuerſe ſunt ad propria. Indeq; multum adauctum eſt dominiū tyrannicū ⁊ roboratum dñi Mediolañ: ⁊ filioꝝ. Prefatus autem dñs Philippus quum rediſſet in Frāciam corā rege ⁊ patre ſuo Carolo ſe de ea re ſic geſta excuſabat: ſub pretextu q̄ papa ⁊ Robertus rex non miſerant ſibi copias ⁊ pecunias tēpore conſtituto: ⁊ ideo fuiſſet neceſſitatus ad illa.

[Margin: Philippus Valeſianus e Frācia copias ducit in Longobardiā.]

[Margin: Vercelle, Imaſſei veniunt ditionem]

§. VII. Ex acceſſu autē dñi Philippi

in Lōgobardiā nō ꝓpterea diſſoluta eſt liga Lōgobardoꝝ Gibellinoꝝ: nec ceſſauit obſidio Genue: ſꝫ multo magis creuit. Nā renouarunt ligā cuꝫ Frederico rege Sicilie ⁊ cū impatore Cōſtantinopolitano ⁊ exulib⁹ Genue: ⁊ cum Caſtrutio dño Luce. vñ ⁊ ipſe Caſtruci⁹ cum copijs pfect⁹ eſt ex pte oriētis diſcurrēs p littora Genue capiēs plura caſtella: ⁊ cum adiutorio ei⁹ exules tractabant ⁊ tendebāt ad obſidionem Genue. Sed eo tpe Fredericus rex Sicilie miſit. xl. galeas armatas in auxiliū exulū cōtra Genuenſes: ⁊ ipſi exules Genuenſes. xxij. galeas armarūt. Que adunate cum alijs duriſſimā obſidionē Genue intulerūt p mare ⁊ p terrā: ita vt nullus poſſet inde egredi vel ingredi: ⁊ magn⁹ defect⁹ erat eis victualiū. At papa Joānes ⁊ Robertus rex his auditis: ꝯcitiſſime armari fecerunt. lxv. galeas partim Neapoli partim in prouincia Prouincie: q̄rū Admiraldus fuit fact⁹ dñs Raimūdus Saoneñ. Quum ergo ſimul adunate pcederent in bellū cōtra illas Siculoꝝ ⁊ exulū: noluerunt exules ⁊ Siculi cū galeis ſuis bellū ſuſcipere: vel expectare eoꝝ aduentū: ſed dimiſſa obſidiōe venerunt ad portum Piſanū. Et poſtmodū cum magna prudētia artis militaris nauigarunt exinde Neapolim: vt p hoc recederēt galee hoſtium a Genua. Qđ euenit. nā galee Roberti regis recedentes de Genua inſecute ſunt eas: ⁊ iuxta inſulā Iſcle: quū appropinquaſſent galee regis Roberti: ⁊ vbi hoſtes deſcenderāt: intelligētes Siculi appropinquationē hoſtium ſe recolligētes receſſerūt. Et quū perpēdiſſet receſſum Admiraldus regis Roberti: ⁊ vellet inſequi illos p mare non pmiſerunt: ſed clamātes multi eoꝝ petierūt recreationeꝫ ⁊ puiſionē neceſſarioꝝ: ꝓpter qđ. xxx. galee Neapoli pro neceſſarijs nauigarūt. Et p hunc modū non valuerunt galee Roberti inuenire galeas hoſtium ad bellū exercendū cum eis. Sed demū galee Siculoꝝ ⁊ exulum reuerſe ad portum Genueñ: clamātes ſe victoriā habuiſſe de galeis Roberti ⁊ ecclie ad terrendum eos: obſederūt ciuitatē ex parte portus ⁊ Longobardi ex terre in pluribus locis. Qui tñ intra erāt cū gētib⁹ regis viriliter die noctuq; reſiſtebāt: etſi neceſſitatē paterent victualiū ita q̄ nil potuerūt hoſtes obtinere ab eis. Quū aũt Caſtrutius multū opareť cum ſuis copijs in obſidione Genue ad capiendum eam: Florentini vt cogerēt eū ad recedendū a Genua cū magnis copijs profecti ſunt verſus Lucā: i comitatu vallis Nebule deuaſtationes ⁊ incēdia faciēdo. Que quū audiſſet Caſtrutius q̃ erat dñs Lucenſiū timēs ne in abſentia ei⁹ fieret in ciuitate illa proditio aliqua: reuerſus eſt: ⁊ gentes Florētinorū ſe retraxerunt Fugetiū ingredientes caſtrum Florētinorū. Et Caſtrutius eos ſequēs vt vir animoſus q̄ſiuit ad pugnam eos inducere: ſed illi prudēter declinarunt certamē. Demum ſuperueniēte inundatiōe magna aquaꝝ et hyeme: ad propria vtraq; pars eſt reuerſa. Quū autē Siculi ⁊ exules Genuenſes cum galeis ſuis ⁊ alijs per mare ⁊ per terrā obſidentes Genuā: ⁊ eam anguſtiātes plurimū cernerēt: non poſſe eaꝫ capere: propter magnā puiſionem factā ad tuitionē ciuis: ⁊ virilem repugnantiam eoꝝ qui intus erant: colligentes copias ſuas perrexerunt cum galeis ſuis Biſagnium. Et ex galeis armigeri deſcendentes in terrā / Carignanū fortiter impugnabāt ſperātes illud obtinere vi armoꝝ: ⁊ iſti viriliter eis in prelio reſiſtebať. Demū poſt plura certamina: ⁊ in viſimo militia regis Roberti cum populo egrediēs e porta Biſagnij / aggreſſi ſunt Siculos in manu forti: ⁊ remoueruntq; eos ab oppugnatione ciuitatis: ⁊ ꝯfugientes Siculi ad galeas ſuas: multis ibi occiſis ⁊ captis in eo prelio: ⁊ ceteri cum galeis reuerſi ſunt in Siciliam ſatis minorati: ⁊ galee exulum Saonam. Sicq; vltimo Septēbris liberata eſt Genua ab obſidione: ⁊ exercitus exulum qui erat in Biſagno retraxit ſe ad montes. Deinde menſe Decembris. xv. galee exulum Genuenſiū diſcurrēdo per littora Genue deſcende

runt in terrã in ſuburbiũ Claureis: ⁊ illud vi capiẽtes pre-de ⁊ incendio oĩa expoſuerunt. Quintadecima autez die ſe-quentis Januarij Marchio Ferrarie cum ſuis per terrã ⁊ exules Genue per mare obſidentes ciuitatẽ Nolim et ma-chinis et alijs modis expugnando: deinde in deditionẽ ac-ceperunt cũ pactionib⁹: excepta tñ arce que tandẽ fame de-uicta ſequenti Aprili reddita eſt hoſtib⁹. Sed ꝗs poſſet ex toto referre obſidiones plurimas factas Genue: et inſult⁹ exulum ⁊ cum eis federatoꝝ in ꝑelliõ? Arbitrãtur ſapien-tes eius ſeculi obſidionẽ Troie vix fuiſſe maioris cõtinua-tionis. Terra mariq; hoſtes impugnabãt hyeme ⁊ eſtate ga-leas tenentes armatas: adeo quod pluribus vicibus eã an-guſtiabant prope ad captionem eius. Bis ipſe galee exulũ tempeſtate in mari exorta ad terrã iactate/ facte ſunt mul-tis pereuntibus: nec tamen per hec deſiſtebant exules ab impugnationibus continuatiõe. Per mare quoque diuer-ſis partibus cum claſſibus vna pars alteraz inſequabatur cum ſequacibus ſuis: predas et damna inferendo inuicem. Tanteq; impenſe hmõi mutuis prelijs et congreſſionibus facte ſunt: vt fere vnum regnuz inde poſſet emi. Machinis et bombardis ab vtraq; parte lapides emittebantur. Mu-ros hoſtes ciuitatis aliquando euertebant: ⁊ ab ijs qui ci-uitatem tenebãt ꝗcitiſſime reparabant. Nec hoc incredibi-le: q2 tũc tpis Genuẽſes erant potẽtiores ⁊ ditiores merca-tores toti⁹ chriſtianitatis. Et vtraq; pars Guelfoꝝ ꝗ ciui-tatẽ poſſidebãt: et exulum Gibellinoꝝ: habebat magnos principes ⁊ cõitates ſecum federatos in hmõi prelijs.

genuen ſis obſi dio tro-tane cõ parat.

§.VIII. In illo tempoꝛe Sara

ceni regni Granate quũ cõtra ipſos german⁹ regis Hiſpa-nie pceſſiſſet cũ magno exercitu chriſtianoꝝ equitũ et pe-ditũ: et illi Saraceni tãte potentie reſiſtere nõ valerẽt: pe-cunie, cui obediunt oĩa ꝓpter cupiditatẽ oĩm malorũ radi-cem, magna quantitate oblata quibuſdã baronib⁹ Hiſpa-nie/ nõ re ſed noĩe tantũ chriſticolis: periculũ euaſerũt. Nã illi barones non ſunt ſecuti dñm ſuũ vt ꝓditores. Propter qḋ prefatus frater regis profligatus ⁊ victus eſt a Sarace-nis partim occiſis ⁊ partim captiuatis decem milibus chri-ſtianorum. Inter quos ⁊ ipſe frater regis interijt. Unde ip-ſi Saraceni audaciores effecti: diſcurſum fecerũt hoſtilem vſq; ad ciuitatez Sibiliez in notabile dañũ ⁊ cõfuſionẽ chri-ſtianoꝝ. Tũc etiã tẽporis quuz quidã Admiraldus Turco-rũ cum.lxxx. partim galeis: partim alijs nauigijs Rhodum acceſſiſſet: in ſubſtãtiã quã tenebãt ⁊ tenẽt mãſioſeu hoſpi-talarij ſancti Joãnis Hieroſolymitani qui Frieri(vel Fra-tri ſeu fratres nũcupantur: vt eã caperent/ receptoꝛ inſule Rhodi predicte cũ quatuoꝛ galeis ⁊.xx. paruis lignis: ⁊ cũ adiutorio ſex galearuz Genuenſiuz redeuntiũ ex Armenia bellũ inierũt cũ Turcis ſeu Saracenis: ꝗ debellãtes ipſos Saracenos ceperunt magnã partẽ illi⁹ claſſis: partẽ etiaz in profundum maris demerſerũt. Quo peracto ꝓfecti ſunt chriſticole ad aliã inſulã licet paruã ibi ꝓpinquã: ad quam cõduxerãt ibi Saraceni ꝗnq; milia hoĩm ſue ſecte et gene-ris vt capto Rhodo ibi illos inhabitare ſtatuerẽt. Ex quib⁹ omnibus captis ſenes occiderunt: ⁊ iuuenes in ſeruos vendi dati ſunt. ¶ Ea quoque tempeſtate i Longobardia quum dñs Canis ꝗ Uerone dominabat: cum omni ſuo conatu co-piaꝝ Paduã hoſtiliter impugnaſſet iã per annũ: ac omnia caſtella eius iã obtinuiſſet ⁊ villagia: pluresq; eos in bello cũ ipſo congreſſos ſuperaſſet: ſicq; obſeſſa foret vndiq; per circũitũ: vt victualia deferri nõ poſſent: propterq; id vltra teneri non poterat: Paduani vt deſperati tradiderũt ſe du-ci Auſtrie: ꝗ iam creatus fuerat rex Romanorum. Miſſiſq; ad eũ oratoribus: dux ipſe deſtinauit eis in auxiliũ ex ſuis comitẽ Curiti cũ ꝗngentis armigeris. Qui venientes ꝗcie-tiſſime ingreſſi ſunt latenter ciuitatẽ Padue. Prefat⁹ autẽ dñs Canis vt ſuperbus audacioꝛ effectus ex precedentib⁹ victorijs/ in nihilum eſtimabat vires Paduanorum: pro-pter diuturnã eoꝝ obſidionẽ. Unde nimis ſecurũ ſe faciẽs gẽtes ſuas nõ ita ordinate et caute tenebat. Quadã igitur die dictus comes de Curito cuz ſuis Furlanis Teutonicis et Paduanis egreſſi ciuitatem cũ magno vigore ⁊ impetu aggreſſi ſunt hoſtes. At dñs Canis exiſtimans ipſe cum ali-quibus ex ſuis fortioꝛib⁹ poſſe obſiſtere: ingreſſus eſt bel-lum minus debito ſuis ordinatis. Qui profligatus et ſupe-ratus ab eis ac etiã vulneratus vix mortẽ euaſit: niſi quia adiutus a ſuis equo ſublatus fuit. Multis ergo occiſis et rebus eorum captis: Paduani cuz gentibus ducis Auſtrie de hoſtibus ſuis magnifice triũpharunt. Dominus quoq; Uguitio Fagiolanus de quo ſupra: quum aduenĩſſet in ad-iutorium domini Canis: mortuus eſt: ſua tamen morte na-turali. Piſis vero quũ deceſſiſſet comes Gaddus de Gerar-deſchis dñs ciuitatis creatus ab ipſis ciuibus: ⁊ vt a mul-tis opinatũ eſt veneno extinctus: factus eſt dominus a Pi-ſanis comes Nerius auũculus eius. A quo mutat⁹ eſt ſta-tus ⁊ gubernatio ciuitatis. Nã qui fuerãt familiares Ugui-tionis Fagiolani exaltauit: ⁊ qui operam dederant ad ex-pulſionem eius ⁊ ſuorum: perſecutus eſt: quoſdam ex pri-moribus populi morte cõdẽnaus: alios rebelles declarã-ſut proſcribens. Colligationẽq; fecit cum Caſtrutio Lucẽ-ſium dño ⁊ cum exulibus Genuẽſium: occulte eis auxiliũ impendens contra Florentinos.

victo-ria rho dioꝝ cõ tra Sa race-nos.

Padua ni Canẽ Uero-nẽſez ꝓ fligant.

§.IX. In Francia quoq; eodẽ

anno comes Robertus de Flãdria cũ filio ſuo vicecomite Aniuerſe(aľs Antvverpie) ꝓfecti ſunt Pariſios cũ magna comitiua Flandrenſiũ oĩm fere villaꝝ: ad ꝓficiendũ fedus pacis inter regẽ Francie ⁊ eos Flãdrẽſes inter quos dura-uerãt inimicitie ⁊ bella ꝑ annos.xxij. Hoc autem ꝓcurauit Joãnes papa mittẽs ad eos vnũ legatum cardinalẽ. Ad ro-bur autẽ ⁊ ſtabilitatẽ pacis: rex Frãcie in vxorẽ dedit filiã ſuã Ludouico filio Roberti comitis Aniuerſe: ꝗ debebat eẽ heres comitat⁹ Flãdrie: cui reſtituit dictum comitatuz. Et Flãdrẽſes ex pacto regi dimiſerunt Lillam(vel Juſulam) ⁊ Duacũ ⁊ Betonã ſiue Bethuniã, ⁊ oẽm terram circa flu-uiũ Liſcie(aľs Liſe) Promiſerũt inſuꝑ Flãdrẽſes dare re-gi Frãcie mille millia Pariſiẽſiũ in termino.xx. annoꝝ: in emendã ⁊ ſatiſfactionẽ inoꝝ ⁊ iniurie corone regie illate. Facta autẽ ꝯcordia inter Frãcigenas ⁊ Flandrẽſes: inimi-cus hũani gñis ſuperſeminauit zizaniã in medio Flandrie inuidie ⁊ diſcordie inter germanos filios comitis Flãdrie: ex eo ꝙ pater oſtẽdebat ſe plus diligere minorẽ filium Ro-bertum noĩe/ ꝗ maiorẽ.ſ. Ludouicum: q2 videbat aptioꝛ mi-noꝛ. Unde ꝗſi ex toto dñium Flãdrie minori tradiderat pa-ter. Propter hoc indignat⁹ maioꝛ ſectas in regiõe ordina-uit. Et ex cauſa iſta plures ſeditiões ⁊ bella ciuilia Ganda-ui ⁊ Brugis ſuſcitate ſunt ⁊ plures ꝓſcripti. Dicebat autẽ a plurib⁹ ꝙ tentatũ fuerat veneno auferre vitã patri comi-ti ꝓcurãte Ludouico filio ſuo. Quãobrẽ pater mãdauit mi-nori filio/ maiorẽ Ludouicũ ab eo capi ⁊ in carcerez trudi. Hinc diſcordie ⁊ diſſenſiones adaucte ſunt: ⁊ ciuitas Bru-genſis ſe rebellauit comiti ⁊ filio ei⁹ Roberto fauẽs alteri fratri.ſ. Ludouico: demũ ꝑ mediatores aliꝗs ꝗbuſdã ꝯuen-tionib⁹ factis pacati ſunt ſimul. ¶ In ciuitate Reatina die-bus illis Guelfi ipſius ciuitatis cũ adiutorio Aꝗlanoꝝ ⁊ gẽ-tium Roberti regis expulerũt Gibellinos: interfectis ꝗn-gentis ex eis in pugna inter eos in vrbe cõmiſſa: pluribus etiaz in flumine ſubmerſis. Sed poſt ꝗtuoꝛ mẽſes quũ ipſi Guelfi reuerſi in ciuitatẽ in obſidione ꝑſiſterẽt cuiuſdã ca-ſtri comitat⁹ Spoletani: Gibellini cũ gẽtib⁹ ⁊ fauore Sciar-re Colũnenſis regreſſi ſunt in vrbem Guelfis eiectis.

Frãcoꝝ cuz Flã drẽſib⁹ federa.

Robert ti Flan drie co-mitis ꝯ Ludoui co filio diſſidiũ

§.X. Circa annum. M.cccxxi.

in Alemãnia magni exercitus collecti ſunt ad preliũ vnius contra vnũ: vcz ducis Auſtrie ⁊ ducis Bauarie: quoꝝ quili-bet pretendebat ius ſe habere imperij. Nã ambo electi fue-rant a diuerſis electorib⁹. Et pars vna conſtiterat ⁊ ſe oſtẽ-derat ſuper flumen Rheni ex parte vna: alia ex ꝑte altera: nõ tamẽ bellũ inierunt: ſed ad ꝓpria ſunt reuerſi. Bauar⁹ enĩ expẽſas belli cõtinuare nõ poterat. ¶ Quũ Florentini intendentes ad terendas vires Caſtrucij inimici eorum fa-cientes ligã cum Spineta de Maleſpinis: miſerunt ad eum copias ſuas in Lunigianã: vt inde procederẽt cõtra Lucã: cuius ipſe Caſtrutius dñs erat: ⁊ plura caſtella ꝗ ſibi fuerãt ablata: ipſe Spineta a Caſtrutio reſumpſit: ⁊ caſtellũ mon-tis Uitulani obſederunt. Sed Caſtrutius accitis auxilia-rijs ex ciuitatib⁹ Longobardie quib⁹ erat cõfederat⁹/ ꝓceſ-ſit cõtra copias Florentinoꝝ. Qui preſentientes multitudi-nem bellatorum eius vires ſuas excedere: recedentes ab obſidione venerunt ad Bellucidium: ⁊ Caſtruti⁹ inſecutus eſt eos. At illi declinãtes prelium nocte occulte caſtra ſua aſtute mouentes: Fucetiuz ⁊ Carminianũ aduenientes ſe illic cõtutarunt. Erat enĩ exercitus hoſtiuz magnus valde ⁊ fortis: cui reſiſti non poterat. Caſtrutius diceſſum perci-piens Florentinarum copiaꝝ: cuz ſuis diſcurrẽs hoſtiliter ad Fucetiũ/ ad montẽ ſancte crucis ⁊ Francũ/ ⁊ Cerretum/ ⁊ montẽ Toporium: deuaſtationes notabiles fecit per.xx. dies ibi moratus: poſtmodum cũ honore Lucam reuerſus. Et recedentibus copijs Florẽtinoꝝ ex Lunigiana: ipſe Ca-ſtrutius illuc pergens recuperauit caſtra amiſſa: ⁊ alia etiã in deditionem accepit Marchionũ illius religionis. Tunc autẽ Florentie creatũ eſt officiũ de nouo.xij. bonorum viro-rum qui collegę eſſent cũ Prioribus ciuitatis in cõſilijs ſu-per rebus tractãdis cõmunitatis: ꝗḋ officiũ vſq; in diẽ pre-ſentem ꝑſeuerat. ¶ Anno domini. M.cccxxi. Joannes pa-pa vna cũ Roberto rege Appulie vt ſuccurrerent ijs qui in

Nouus magi-ſtratus Floren tie crea tus.

pede

Pedemonteſiū erāt: ⁊ alijs eorū amicis Lōgobardie qui ex territi erant ex receſſu dn̄i Philippi Valeſiani: vt ſupra dictū eſt: deſtinarūt in capitaneū dn̄m Raimundum de Aragonia cū mille.cc.militibus.qui iungerētur cardinali legato qui prius aduenerat: colligationē renouātes cū Florentinis Bononiēſibus ⁊ Senenſibus: qui miſerūt i Lōgobardiā mille equites: quorum capitaneus erat Marchio quidā Cremonēſis. Ij caſtrametati ſunt in comitatu Placētino: ⁊ vltra flumen Padū Patriarcha erat Aquileiēſis cū Brixienſibus tenentes Cremonā ⁊ Cremā. Dn̄s aūt Galeſiac (alias Galeatzius de vicecomitibus capitaneus i Placentia) cernens ſibi bellū inferri a Tuſcis ⁊ alijs: timens quoqꝫ ne in ciuitate proditio fieret: miſit ad patrē ſuū dn̄m Mediolanēſem ꝓ adiutorio: ⁊ ſimiliter ad Piſanos ⁊ Lucēſes eis colligatos: qui miſerūt ſexcentos milites. Et quū obſiderēt arcem Barduā: miſſis ex Placentia octingentis militibus in ſuccurſum pugnā cū eis peragentibus: ſuperatus eſt Marchio prefatus Cremonenſis atqꝫ occiſus: ⁊ cum eo ei. partim occiſis/partim captiuatis: reliqui per fugam ſue ſaluti conſulerunt. Ea victoria obtēta domin⁹ Galeatzius tranſiens Padū obſedit Cremonā: notitia habita de defectu ꝓuiſionis eius: et qꝛ ex morte dicti Marchionis ſatis afflicta erat. Et quū per tres dies ciuitati bellū intuliſſet qui intus erāt amiſſa omni fiducia alicuius ſuccurſus: acies bellatorum ſcꝫ.cc.equitū: ⁊ ccc.peditū ciuitatē deſeruerūt Cremā fugientes. Unde quū defeciſſent defenſores ciuitatis dn̄s Galeatzius cum ſuis ingreſſi ſunt vrbē: omni ſubſtantia q̄ remanſerat eā ſpoliātes. ¶ Eo ãno obſcurat⁹ eſt ſol.xxvij. Iunij quaſi in ortu ſuo in duab⁹ partibus ei⁹: ⁊ ꝑ hore ſpatiū fuit eclipſis illa. Sequēti feſto Epiphanie rex Francie Philippus de hac luce ſubtractus eſt: qui modico tempore regnauit vir benign⁹ et bon⁹. Et quia filiū ex ſe nō reliquit maſculū: creatus exinde fuit rex Francie Carolus comes Amorree germanus eius filius Philippi magni ⁊ Remis coronat⁹. ¶ Ipſo menſe dicti anni Bononie orta eſt nouitas. Nam tumultuāte populo cum ſequela familie Becatelorū ⁊ aliorū nobiliū expulerūt de ciuitate ipſa in impetu furoris ſui quēdam Romeū noīe de Peppolis: ciuē magnum ⁊ prepotentem ⁊ quaſi dn̄m ciuitatis: ditiſſimum ſuper oēs Italicos ciues: ipſis tamen diuitijs ex fenore acquiſitis: adeo vt vltra viginti milia florenorum annuatim in redditibus haberet. Ex eiectione huius pars Guelfa ibi ſatis turbata eſt. Ea tempeſtate ipſius anni inter imperatorē Conſtantinopolitanū ⁊ filiū eius orte ſunt magne diſſenſiones. Et hoc ideo: qꝛ imperator ipſe adhuc viuens cōſtituerat ſucceſſorem ſibi in imperio filiū filij ſui iā premortui. Unde ſecundus fili⁹ ambiens ipſe imperium indignatus contra patrem: coniurationem ⁊ cōſpirationem cū aliquibus baronibus agebat contra patrem. Que res fuit ad magnā diminutionē virium exulum Genuenſiū: qꝛ ipſe imperator Conſtantinopolitanus vt attereret potentiam pontificis ⁊ regis Roberti: multas pecunias mittebat exulibus Genue et Sauone: vt prelia continuare valerent contra Genuam ⁊ Robertum: ſed grauatus moleſtijs ſuis deſtitit a negotijs aliorū. ¶ Tunc temporis etiam papa Ioannes cum cardinalibus decreuerunt treugas fieri inter Robertum regem Appulie et dominū Fredericum regem Sicilie per triennium vt melius poſſet prouideri negotio Genue. Sed dn̄s Fredericus rex de facto Sicilie per oratores ſuos a pontifice petebat treugas fieri per decenniū Inſuper regiam ciuitatē ⁊ alia que acquiſierat manu armata in Calabria/repoſita in manu ipſius pape ſibi reſtituiqꝫ. Uū papa de facto illa tradidiſſet in ptātē Roberti cōtra aſſenſum ſuū/propter quod aſſerens ſe deceptū a pontifice aſſentire noluit dictis treugis triēnalib⁹/ſed diffidare fecit ipſum regē Robertū. Ex hoc indignatus papa cum cardinalib⁹/ſententiā excōicationis fulminauit cōtra dn̄m Fredericum. Sed in contēptum hui⁹ Fredericus ipſe coronā regni Sicilie filio ſuo ꝓmogenito dn̄o Petro dedit: non tū ſibi auferēs dominium dum in humanis eſſet. Et mādauit oībus ſuis ſubditis Sicilie fieri homagiū filio ſuo i ſui preſentia. ¶ Anno illo cōpleto tpe quo Florentini ſe tradiderāt dominio ⁊ iuriſdictiōi regis Roberti: videlicet octo annorū cum dimidio: reſumpſerunt in ſe dominium ciuitatis ipſi eligentes rectores poteſtatē et capitaneū prout eis viſum fuit ſicut prius conſueuerant. Et paulo ante conduxerant ad ſtipendium ex Furlanis.clx.milites bene armatos ⁊ totidem balliſtarios equites partim Furlanos: partim Teutonicos: quorum capitaneus dicebatur dominus Iacobus de fontebono. Qui poſtquā Florentiam applicuerunt Caſtrutius nō auſus eſt ita diſcurrere per territoriū Florentinorum. Ceperunt etiam ex tunc muros cum turribus conſtructe ciuitatis: qui nunc ſunt a porta ſancti Galli vſqꝫ ad portam ſancti Ambroſij ſeu crucis cum foſſatis ab extra

[Margin: Philip po mortuo ſucceſſit Carolus pulcher vterqꝫ Philippi pulchri filij]

[Margin: Fredericū Siciliae regē pōtifex anathematizat.]

§.XI. In Anglia īter Scotos

⁊ regem Anglie magne fuerunt diſcordie. Scoti enim diſcurrentes per confinia Anglorum: magnam partem inſule ceperunt que verſus eos eſt: faciendo quaſi eos tributarios. Quod proceſſit ex magnis diſcordijs quas habebat Eduardus rex Anglie cū multis ex baronibus ſuis: quorū caput erat comes Loncaſtri al's Linceſtrie, frater cōſobrinus regis Anglie. Et dicta colligatio baronū Anglie cum Scotis ad bellandū cōtra regē ⁊ cōiuratio ideo orta eſt: qꝛ rex gubernabat malis conſilijs cuiuſdam qui dicebatur dominus Ugo diſpenſator domus regie: magiſqꝫ finem adhibebat dictis illius (qui vilis erat conditionis) qꝫ oībus alijs proceribus ſuis. Tantūqꝫ excreuit indignatio eorum contra regē: qꝫ coniurati arma corripiētes cōtra eum: ſe rebellarunt ipſius ditioni. Sed quū dicti colligati cum Scotis tranſire deberent per quēdam pontem: hoc precognito rex illuc deſtinauit multas gentes armigeras: vt in trāſitu per arctum locum inſurgerēt cōtra illos. Quod ⁊ factum eſt. Nam tradiderunt hoſtibus. Ex quibus captis ⁊ coram rege adductis decapitari fecit dictum comitē Lōcaſtri ⁊ comitē Riſortia cū.lxxviij.alijs proceribus magnis. Quod adſcriptum fuit magne ſeuitie regis qđ accidit anno .M. cccxxij. Quo etiā anno quum cōitas Peruſina obſediſſet iam per annum continuum Aſſiſium: ex eo qꝫ ſe rebellarāt eccl'ie ⁊ parti Guelfe: ⁊ dn̄ium ſibi populus vſurpauerat ꝓ parte Gibellina: ⁊ iam caſtella oīa eius capta fuiſſent ⁊ comitat⁹ in agris ⁊ domib⁹ deuaſtatus: ⁊ bellantes ꝓ eo fatis attriti: ⁊ victualia q̄ eis deficerēt: demū ſeipſos ſubdiderunt cōitati Peruſine. Peruſini autē capta vrbe ad ſolum deduxerūt menia ei⁹ ⁊ fortalitia: ⁊ in ſuā iuriſdictioēē conuerterunt: comitatū eius in ſuū trāſferētes vſqꝫ ad flumen glaciei. Ingreſſi qꝫ Aſſiſiū Peruſini ciuitatē: vltra centum ciues occiderūt: q̄ fuerāt magis illis rebelles. Tunc etiam Guelfi q̄ erāt in ciuitate Fani Marchie adiutorio dn̄orum Ariminēſiū de Malateſtis expulerūt ex vrbe Gibellinos ⁊ ſe reddiderūt Marchioni qui in Marchia gubernationē exercebat ꝓ papa. ¶ Eodē anno quum in Marchia Anconitana graue bellum ⁊ prolixum fuiſſet: qđ fouebat comes Guido de Mōtefeltro cum ciuitate Urbinate/Oxonienſi ⁊ Racanatēſi: ⁊ hoc ɔtra Marchionē ſupradictū qui admiſtrationē tpalē ꝓ eccl'ia ibi exercebat: ⁊ in Racanatēſi ciuitate occiſi fuiſſet frater ɔſobrin⁹ ac ali⁹ nepos dicti Marchionis ⁊ multi ⁊ alij ex ſuis: dn̄s papa ad reqſitionē dicti Marchionis ꝓceſſum terribilē fulminauit ɔ̄ dictum Fredericum ⁊ contra rectores ⁊ capitaneos Oxonienſis ciuitatis ⁊ Racanatenſis: de hereſi eos notās in quibuſdam articulis. vnde ⁊ crucem fecit predicari cōtra illos in Tuſcia ⁊ alijs partibus Italie: concedens indulgentiam plenariā proficiſcentibus vel mittentibus bellatores contra illos. multiqꝫ ex Florentia ⁊ Senis in fauorem eccl'ie crucē acceperunt. Quū autē vna dierum Marchio q̄ erat pro eccleſia cum copijs ſuis Racanatū impugnaret: ⁊ tunc comes Fredericus Urbini exiſtens/magnā taleam ſeu impoſitionem pecunie cōitati indixiſſet: ⁊ vt poſſet in ſuccurſum accedere cum ſtipēdiarijs epī Aretini ⁊ Caſtrutij Racanatum: deo diſponēte in deteſtationē ⁊ iudicium illius Frederici ſubito populus Urbinas tumultuās arma corripuit contra dictum Fredericum. Qui improuiſus ſe clauſit in arce ciuitatis: ⁊ a populo obſeſſus/videns ſe non poſſe defendere vel euadere: ⁊ ſe populo tradidit miſericordiam poſtulans ab eo: ⁊ pro gratia poſtulans ſe decapitari: ⁊ non magis illudi ⁊ crudeliori morte damnari. Deſcendens ergo de arce ſimul cum filio ſe ſpoliās ⁊ funē in gutture habēs populo ſe obtulit miſericordiā dei clamans. At populus irritatus contra eum nulla miſa motus eſt: ſed ipſum interficiens cum filio poſtea mortuum per terrā traxerūt hincinde vituperia multa circa illum inferētes. Et qꝛ in excōicatione mortu⁹ eſt ideo ſepultura aſini ſepultus eſt: non eccleſiaſtica. Sed et duo alij filij eius fugientes ex Urbino Eugubij capti ſunt: ⁊ alter paruulus in Urbino. Et ſic impletis iniquitatib⁹ eorum de Montefeltro: q̄ ſemper fuerant rebelles ⁊ perſecutores eccleſie: exterminauit eos deus de terra. Hec reuolutio Urbini ⁊ occiſio Frederici animauit populum Oxonie contra ſuos rectores. Et clamantibus cunctis ſe velle pacem habere cū eccleſia: timētes qui regebāt ne quid ſimile accideret eis qđ Frederico factum fuerat: ex ciuitate aufugerunt: ⁊ populus Oxonieñ. ſeipſum eccleſie tradidit ⁊ Marchioni. Paulo poſt Racanatenſes his auditis expulſis rectorib⁹ ſuis q̄ erāt pro Gibellinis: ſe eccleſie ⁊ Marchioni ſubdiderūt. Sꝫ Marchio in vindictā interfectionis nepo

[Margin: Anglorū in ſuū regē cōiuratio.]

[Margin: Aſſiſus Peruſinis dedi tur.]

[Margin: Fredericum tyrānum Urbinateſ ignominioſiſſime necant.]

tis ſui ⁊ ſuoꝝ imponẽdo eis vitium idolatrie: ipſam igni expoſuit: ⁊ muros ei⁹ vſq; ad fundamenta diruit. Qđ quidem ex parte Marchionis crudelitas nimia: ex parte dei iuſtuꝫ iudicium fuit: propter magna ſcelera dicte ciuitatis.

§. XII. Eodẽ anno. M. cccxxi.

papa Joannes attendens ad duritiã ⁊ obſtinationem dñi Maffei ⁊ filiorum eius de vicecomitib⁹ tyrãnidẽ exercentiũ in Mediolano ⁊ pluribus alijs Longobardie ciuitatibus magnis: q: nec mandatis pape ⁊ legati eius obedire voluerat vt recederet ab impugnatiõe Janue ⁊ auxilio ciuium eius: ⁊ cẽſuras excommunicationis contra eos latas contemnebat: predicari ſtatuit crucem ꝯtra eos tãq; cõtra hereticos ⁊ perſecutores eccleſie: largiendo plenarie indulgentiã bellantibus cõtra illos. Cõſiderãs inſuper põtifex ꝙ miſſio copiarum cum domino Philippo Valeſiano in Longobardiã ꝓ eccleſia fruſtrata erat: illo ſe concordãte cũ tyrannis illis Longobardie: ⁊ q: potentia dñi Raimũdi de Cardona capitanei pugnatoꝝ eccleſie ſola nõ erat ſufficiens ad cõterendas vires tyrãnoꝝ illoꝝ: requiſiuit ipſe papa cum tractatu regis Roberti Fredericum ducem Auſtrie ⁊ electũ imperatorẽ Romanoꝝ (licet alius etiaꝫ eſſet competitor) vt preſtaret auxiliũ: ꝓmittẽs ei ꝙ ſi deſtinaret copias ſuas ex Alemãnia in Longobardiã ad expugnandũ dictos rebelles eccleſie ⁊ excõicatos: eum confirmaret in imperatorẽ: ⁊ germanũ eius clericũ ꝓmoueret ad archipreſulatũ Maguntinũ. Qđ quum Fredericus acceptaſſet: miſit quingẽtos viriles bellatores cum germano alio ſuo Henrico duce Auſtrie ꝯcitiſſime in Longobardiam. Qui in ramiſpalmarũ Brixiã ingreſſi ſunt.

Ingens belli apparatus in Maſſeum tyrannus Mediolanẽ. ⁊ eccleſie hoſtes.

Superuenerũt quoq; et alij multi ex Alemãnia cruce ſignati eis adiũcti: ita vt aſcẽderent ad numerũ duoꝝ miliũ equitũ Teutonicorum. Capitaneus Mediolanẽſium dñs Maffeus cũ ſuis ſequacib⁹ animaduertẽs periculũ ſuũ ⁊ exterminiũ ſuorum ex collatione tãti exercit⁹ Teutonicoꝝ cõtra eos: ⁊ ꝙ quotidie augebaꝫ hoſtiũ numerus. Nã ex Hetruria Florentini / Bononiẽſes / Senẽſeſq; mittebãt ſuos. Rex Robert⁹ miſerat ꝓcuratores ſuos cũ magna pecunia ad conducendum. cccc. eq̃tes ⁊. cc. balliſtarios. Et dñs etiã Raimundus de Cardona cũ mille q̃ngẽtis vẽtur⁹ expectabaꝫ ſimul cũ legato apoſtolico ⁊ peditib⁹ innumeris cruce ſignatis. Qui oẽs ſimul debebãt ꝯuenire cũ Henrico ꝓdicto duce Auſtrie. Hec igitur ſecum recogitãs capitaneus: vt ſerpens tortuoſus veneno ſue fraudis vſus eſt ad extinguendã viam dicte collectiõis cõtra eũ. Miſit igiꝫ. xij. viros ex notabilioꝛib⁹ Mediolanẽſiũ oratores ad dñm legatũ cardinalẽ q̃ tunc erat Valẽtie: ꝓtendẽs ſe velle cõcordiã ſumere bonã cũ eccleſia: q: ppl̃s Mediolãẽſis perſpiciẽs tantũ exercitũ cõtra ſe cõgregatũ ⁊ ſe excõicatũ / nolebat tantũ exterminiũ aiarũ ⁊ corporum ſuſtinere propter familiã vicomitũ. Interea quum dicti oratores Valẽtie tractarent concordiã cum dño legato: idem capitaneus Mediolanenſis aſtutiſſimus miſit alios oratores ſecreto in Alemãniam ad Fredericum ducem Auſtrie: oſtendens ⁊ declarans q̃lr illud qđ egerat / erat ꝯtra imperiũ ⁊ cõtra ſemetipſum: in mittẽdo ſcꝫ germanum cuꝫ copijs ſuis contra terras Longobardie. Et q: ſi eccleſia et rex Robertus obtinerẽt Mediolanũ: conſequẽter ſubijcerent ſibi oẽs alias Longobardie ciuitates ⁊ oẽs fideles imperij ⁊ ex Longobardia ⁊ Hetruria: propter qđ nũq; amodo ſpem poſſet habere intrandi in Italiam pro corona ſuſcipiẽda imperij. Obtulerũt quoq; munera magna q̃ hoſtes placant atq; deos. Fredericus habito cõſilio ſuoꝝ ⁊ cupiditate deuictus: que nec abſtinere nouit a vetitis: nec gaudere conceſſis: nec pietati chriſtiane adhibere conſenſum: acquieuit: peritis mutãdo propoſitum in auxilio eccleſie ꝓmiſſo: vnde ⁊ fratri ſuo Henrico ſcripſit ꝙ inuenta aliqua occaſione ſimulata (quã facile inuenit q̃ vult ab amico recedere) reuerteretur in Alemãniã. Qui reſcripta ſuſcipiens a Frederico ⁊ a capitaneo Mediolanenſium: recepta magna quantitate pecunie ab eo ⁊ alijs Longobardie tyrannis illa executus eſt. Quũ ergo deliberatione iam facta deberet ipſe Henricus cũ Brixianis ⁊ patriarcha Aquileie ⁊ alijs copijs in bellum exire contra Bergomẽſes: qui iam tractabant ſe ⁊ ciuitatẽ eis tradere: ꝓtius ꝙ de ciuitate egredere tur: dixit ſe velle dominium Brixie habere. Brixienſes autem aduertentes ſe hoc facere non poſſe: quia vacante imperio ſe tradiderant regi Roberto: huic rei aſſentire noluerunt. Ex hoc Henricus indignationẽ oſtendẽs receſſit cum omnibus copijs ſuis ex ciuitate pergens Veronam. Qui a domino Cane ibi tyrannice dominãte honorifice ſuſcept⁹ eſt: ⁊ magnis donis viſitatus. Ex eo loco in Alemanniam remeauit: perturbãdo arduũ aggreſſum ab eccleſia inchoatum contra tyrannos illos. ¶ Ipſo anno quum Piſtorienſes multã moleſtiã ſuſtinerent a Caſtrucio propter frequẽtes inſultus eius quum teneret caſtellum eoruꝫ Sertaualli propinquum ciuitati ad tria miliaria: tractare ceperũt cum eo de treugis. Quãobrẽ Florẽtini ſuſpitionẽ non modicam concipiẽtes: ne ſub pretextu treugarum Caſtrucius caperet Piſtoriũ: cõtradicebãt talibus treugis faciẽdis: et oratores plures deſtinarunt ad eas diſſuadendũ. Demum ciuitas tumultu facto / fecit capitaneũ populi abbatem de Pacciano ordinis Valliſumbroſe: q̃ aſſentiebat dictis treugis. Et cõtra voluntatẽ Florentinorum eas fecerunt in tributum annuatim ſe obligando ad conferendum Caſtrucio tria milia Florẽtinorum. Et ex ipſa ciuitate emiſerũt epm ⁊ eos qui cũ Florẽtinis tenebãt.

Piſtoriũ Caſtrucio tributariũ.

¶ Menſe Aprilis eiuſdẽ anni tumultus rixoſus ⁊ ſeditioſus ort⁹ eſt in ciuitate Senarum. Nam aliqui de familia Salimbena vna nocte interfecerunt duos germanos filios cuiuſdam nobilis militis ex familia Ptolemea eoꝝ inimicos in domibus eoꝝ. Ob eam cauſam ſeditio orta eſt ⁊ diuiſio inter ſe: quũ aliqui ſectarẽtur Salimbenos: ⁊ alij Ptolemeos vt potentiores vrbis familias: ⁊ in procinctu erat bellũ ciuile inter ſe gerere. Sed quia certe acies Teutonicoꝝ tunc tranſibãt per comitatũ eoꝝ: que mittebãtur a Caſtrucio ⁊ Piſanis in auxiliũ epo Aretino: timẽtes ne in tali cõcertatiõe illi hoc audiẽtes ſe immiſcerẽt: deſtinarũt velociter ad Florẽtinos vt mitterẽt ex ſuis ad obuiandũ bello inteſtino. Qđ ⁊ fecerunt mittentes. cccl. milites Furlanos in bello ſtrenuos: ⁊ multos pedites ex locis vicinis Senẽſibus. Ex eoꝝ vero aduẽtu ciuites a ſeditiõe ⁊ tumultu q̃euiꝫ: ⁊ tñ mala volũtas inter eos roboraret interius. ¶ Mẽſe Maij eiuſdẽ anni epũs Aretinus de ſtirpe eoꝝ q̃ de Petra mala dicebãtur: congregato exercitu ſeptingentoꝝ bellatoꝝ ⁊ q̃nquaginta: quos ſuſceperat a Piſanis ⁊ Caſtrucio (vt dicebaꝫ) ad hoc vt ſuccurreret Frederico comiti Mõtiſfeltri: audita morte ei⁹ (de q̃ ſupra) deſcẽdit in Caſentinatẽ agrũ: ⁊ cepit caſtellũ Frõzole nũcupatũ ſupra Puppiũ ſituatũ. Exinde caſtrum Focognanũ bello aggreſſus eſt: ſed Florẽtini a dño illi⁹ caſtri rogati mittere decreuerũt auxilia. cccl. bellatoꝝ. Sed dũ fieret eoꝝ preparatio: interea ille epũs Aretinus ꝓditorie caſtrũ in deditionẽ accepit mediante q̃dã plebano dicti caſtri. Qđ quũ accepiſſet nec pacta ſeruauit: ſꝫ quũ eſſet fortiſſimũ caſtellũ: totũ igni expoſuit: ⁊ vſq; ad fundamẽta euerti fecit. Iſte epũs a Florẽtinoꝝ parũ amic⁹ / nõ deo ſed ſeculo ꝯtra eccleſiam militabat. vnde ⁊ falſo nomen illud ſibi retinebat.

§. XIII. Ea tẽpeſtate. M. cccxxij.

menſe Auguſti Fredericus dux Auſtrie vnus ex imperatoribus electis: miſit oratores ſuos ad dominum legatum pape ad excuſandas excuſatiões i ꝑtia: de eo ꝙ frater ſu⁹ Henric⁹ miſſus in adiutoriũ eccl'ie: ita turpiter receſſerat de Lõgobardia: ⁊ ad procurãdã cõcordiã inter filios domini Maffei que dñabaꝫ Mediolani ⁊ eccleſiã. Qui oratores applicãtes Mediolanũ cuꝫ honore ſuſcepti ſunt. Et dominus Galeatzius cũ ſyndicis cõitatis Mediolanenſis ⁊ nouẽ aliarũ ciuitatũ Lõgobardie colligatarũ: per ſcripturas cõceſſerũt plenã licentiã ⁊ facultatẽ ipſi duci Auſtrie: vt concordaret eos cũ eccleſia. Profecti ſunt igiꝫ oratores Valentiã ad dñm legatũ: qui ꝓcurauit fieri treugam inter gentes eccleſie ⁊ Longobardos ei⁹ aduerſarios vſq; ad ſequentem Octobrem. Cui rei cõſenſit legatus eo ꝙ gẽtes eccl'ie erãt obſeſſe in ſuburbijs Biſagnij ⁊ valde arctate. Qui ex treugis factis de ſuburbijs illis ſoſpites egreſſi ſunt: dimittentes ciuitatem in cuſtodiã interim oratorũ predictorum. Et ſilr Mediolanenſes reliquerunt arcem Biſagnij in manibus oratorũ in cuſtodiã. Finitis aũt treugis quũ non poſſent adinuicẽ concordiã habere: dicti oratores tradiderunt dño Marchioni Mediolani dominium ⁊ arcẽ Biſagnij et ſuburbia: opponendo ꝙ ſi dñs Raimundus vellet ſibi ſuburbia reddi: reponeret gentes ſuas obſeſſas in eis ⁊ in eo ſtatu quo erat quando facte ſunt treuge. Sicq; legatus et dñs Raimũdus conquerebãtur de fraude eorũ oratorum. ¶ Eodem anno in fine Decembris in Alemannia in ducatu Bauarie preparatuꝫ fuit ⁊ geſtũ magnum preliuꝫ inter Fredericũ ducẽ Auſtrie ⁊ Ludouicũ ducẽ Bauarie: quum quilibet eorũ elect⁹: licet aduerſis: pretẽdebat ius imperij ad ſe ſpectare. Qđ bellũ ab ortu ſolis vſq; ad occaſum eius continuatum eſt: nõ abſentib⁹ ibi peditibus. Et ita aſperũ ⁊ horrendum fuit certamen: ꝙ vltra quatuor milia bellatoruꝫ equitũ ſimul ex vtraq; parte occiſa ſunt in eo ⁊ vltra ſex milia equorum. Demũ victor remanſit ⁊ domin⁹ campi Ludouicus de Bauaria: ⁊ ipſe Fredericus rex ⁊ germanus eius Henricus dux Auſtrie capti fuerunt cũ multis ꝓceribus. Unde gentes Frederici pene oẽs vel interfecte vel capte ſunt. Inter quos remãſerunt capti circa duo milia Ungarorũ

Atrox pugna inter Ludouicũ Bauarũ ⁊ Fredericũ de imperio cõtẽdẽtes.

garorū aliquos miſerat Carolus rex Ungarie in adiutoriuz Frederici. Dux aūt Lupodorus de Auſtria veniebat in auxiliū Frederici cū mille quingētis bellatoribus bene armatis: ſed quū appropinquaſſet ad. xv. miliaria: audiuit rem geſtam: et vltra nō progreſſus eſt: qꝛ nimis cōfiſus Fredericus in ſua potentia: cōtēnēs vires hoſtium ex ſui exercitꝰ inordinationē vt dictum eſt / deuictus eſt ⁊ captus. ¶ Deinde eodē anno menſe Martij rex Ludouicus electus imperator congregatis proceribꝰ ſuis in Alemānia fecit parlamentū. Et facta concordia inter ipſum et Fredericū ducem Auſtrie cum certis pactis et conuentionibus iuramēto firmatis: ſcꝫ vt non nominaret ſe regem Romanorum: et nec foret ſibi aduerſarius: a carcere eum liberauit. Sed tamen poſtea Fredericus iurata minime ſeruauit. Non multo poſt Ludouicus prefatus electus rex Romanorū ad inſtantiam ⁊ requiſitionem Gibellinorum Bononienſium ⁊ Tuſcorum: vt ſuccurreret domino Mediolanenſium miſit tres oratores ad legatum cardinalem: qui Placentie reſidebat. Qui aduenientes ex parte Ludouici predicti rogabant ⁊ requirebant legatum: vt non ferret moleſtiam: nec bellum indiceret dominio Mediolanēſi: quum eſſet ciuitas illa ad imperium ſpectans: non ad eccleſiam. His legatus reſpondit ꝙ quum eſſet legitimus imperator: i eccleſia non intendebat auferre aliquid iuris imperij: ſed conſeruare ea. Inſuper ꝙ mirabatur ꝙ dn̄s eorū vellet defendere hereticos ⁊ rebelles eccleſie. Requiſiuit nihilominꝰ ab eis ſigillum domini ſui ⁊ mandatum eorum. At illi concipientes ꝙ ſi per ſcripturam illud oſtendiſſent: manifeſtaret Ludouicus fauere rebellibꝰ eccleſie: vnde indignationē eccleſie incurreret: ſubito reſpōderunt ſe non habuiſſe mandatum ſuper predictis a Ludouico: veniam petentes a legato de mendacio ſuo. Sicq̄ receſſerūt. ¶ Menſe autē Octobris facta eſt tempeſtas magna ex ventis aquilonari ⁊ greco pugnantibus adeo vt non eſſet in memoria viuentium aliquid ſimile: ꝓpter quod multe galee naues et alia ligna ad nauigandum facta ſunt in mari in diuerſis mundi partibus: ꝑcipue circa Venetias. Sed ⁊ in terra vēti ipſi ita inualuerant: vt magnas arbores euellerēt vel frangerent q̄ſi innumerabiles: ac domos multas ad ruinā traherent: ⁊ inde plurimi interirent.

¶ De nouitatibus exortis in diuerſis regnis. etiam infidelium. Capitulum. v.

De nouitatibus exortis in diuerſis regnis etiam infidelium. Anno domini. M. ccc. xxij. menſe Aprilis Soldanus Syrie cuꝫ. xxx. milibus Saracenorum equituꝫ diſcurrētes per Armeniam inferiorem / ipſaꝫ ceperunt et diſtruxerunt ex toto vſq̄ ad maritima: exceptis quibuſdam fortalitijs montanearum: ⁊ omnes Armenos ⁊ chriſticolas quos repererūt ſecū ducentes: aliquos occiderunt: ⁊ alios in ſeruitutem redegerunt. Dicebatur aūt / hoc exterminiū eius accidiſſe iuſto dei iudicio ꝓpter inīq̄tates eorū ⁊ diſcordias. Nā mortuo rege eorū relictis duobus filijs paruulis: dn̄s Cunchiḡ erat auūculus ꝑfati regis mortui: ⁊ in vxorē ſuā duxit reginā illā que fuerat vxor nepotis ſui: diſpēſatione a ſede aplica nulla petita: que filia fuerat ꝓncipis Corentini: vt dn̄ium illud Armenie ſibi vſurparet. Quū autē regina ipſa redargueret ſup matrimonio quod ꝑficere tentabat: ſibiq̄ ſuaderet diſpenſationem ſup hoc a ſummo pontifice ꝓcurare ꝑꝑius: quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta eſt dicēs. Prius pctm̄ perpetraſ: ꝙ culpe venia petatur. Quāobrē indignati proceres regni diuiſi ſunt inter ſe: nec operam dederunt defenſioni ſue. Sicq̄ regnum illud in ſe diuiſum deſolatum eſt. ¶ Eodem menſe rex Tuaith expulſus ab ipſo regno vt dictū eſt ſupra: colligatus cū rege Arabuꝫ cōgregato exercitu magno: aliquot etiā chriſtianis ſtipendio conductis: ꝓfectus eſt in bellū cū q̄tuor milibꝰ equitū ⁊ plurimis peditibus verſus Tuniciuꝫ. Qḋ aduertens rex ille qui poſſidebat ciuitatē: egreſſus obuiā illi ad pugnam profligatus ⁊ ſuperatus eſt: ⁊ prior: eſt victoria potitus recuperauit regnū amiſſuꝫ. Hic fuerat filius matris chriſtiane: ⁊ ſatis amabat ⁊ fauebat chriſticolis: ſed ſequēti menſe Junij expulſus fuit iterum a regno ab inimico ſuo cū adiutorio Arabum. ¶ In fine dicti menſis Junij dux Calabrie Carolus filius Roberti regis Appulie miſit. xviij. galeas bene armatas ex Neapoli ſupra inſulam Sicilie: ad deuaſtationes ⁊ predas faciendas. Et primo quidem deſtruxerunt inſulam Liparitonam ab eis captā. Et inde reuerſi circa Panhormuꝫ magna dāna intulerunt et in alijs partibus Sicilie. Abeuntibus illis Fredericus claſſem inſtruxit) Meſſane. xxvj. galearum ⁊ alioꝝ lignoꝝ: ⁊ bellatoribus multis ⁊ ſtrenuis fultā deſtinauit verſus Calabriam et Rhegyū ibiq̄ ⁊ ipſi circūquaq̄ multa dāna intulerūt: ſine captura tamen alicuius ciuitatis vel caſtri. Fugarūt nihilominus galeas prefatas ducis Calabrie. ¶ Menſe Julij eiuſdem anni rex Scotie quum audiſſet diuiſiones et diſcordias que erant in Anglia inter regē eius ⁊ barones: acceſſit cum copijs ſuis: et intrauit confinia Anglie que ei occurrebant deſtruēdo. At rex Anglie hoc percepto parauit claſſem magnā trecentorū nauigioꝝ: ⁊ mēſe Auguſti intrauit Scotiam: per mare et per terram contra eos pugnaturus. Sed Scoti timentes multitudinē Angloruꝫ contra ſe venientiū declinantes bellū ad interiora Scotie ſe retraxerunt: ⁊ contutarūt ſe in fortalitijs ⁊ locis ſyluestribꝰ. Quū vero Anglici male ſibi prouidiſſent de victualibus: nec haberent ad ſufficientiam: multi mortui ſunt fame ⁊ aere corrupto. quūq̄ perſiſtere ibi nō valerent: coacti ſunt neceſſitate victus reuerti ſine acq̄ſitione cuiuſq̄ terre vel leſione Scotoruꝫ. Reuerſꝰ eſt ergo rex cū ſuis ſine honore ad propria: amiſſis. xx. milibus ex fame et miſeria de mēſe Septēbris. Inſuper et Flandrenſes ex diſcordia orta inter eos et Anglicos bellum mouentes contra eos in maritimā: et ꝑdas eis intulerunt. Undique igitur eo anno Anglici anguſtiati ſunt.

Angli belloappetunt a Scotis.

¶ In ſeptembri Fredericus rex Sicilie Sauone armari fecit ex ſuis pecunijs. xvij. galeas ad belligerandum contra Genuenſes et regem Robertum. Qui adunati cum exulibus Genuenſibus et Caſtrutij copijs / obſederūt portum Veneris: et cuꝫ adiutorio Marchionis finarij obſederunt ⁊ ciuitatem Arbiganam quam tenebant Genuenſes. Sed quamcitiſſime rex Robertus inſtrui fecit cum Genuenſibus. xxj. galeas ⁊ alia nauigia ad tollendam obſidionem dictorum locorum. Et quia ventis cōtrariātibꝰ nō valuerūt gētes ex galeis ponere in terrā: quū i Arbigana obſeſſa deficerent victualia: ⁊ ei ſuccurri nō poſſet: acceperūt eaꝫ exules in deditionē certis pactis. Portus aūt Veneris capi non potuit. Poſtea quū rex Robertus eſſet i curia pape Auinione: quidā ex familiaribus eiꝰ inſidiati ſunt vite eius: ad requiſitionem dn̄i Ugonis de palatio de Burgundia. Et hoc dn̄s ille Ugo ordinauerat: ex eo qḋ rex Robertus ipedimentum preſtiterat: vt ꝓncipiſſam Amoree quā in vxorē habere queſierat / minime haberet. Captis autem familiaribus qui mortem tractabāt: vltio de ipſis ſumpta eſt: inter quos vnus Florentinꝰ erat.

roberti regis o ſcrimes

¶ Eodem anno Carolus rex Francie qui ſucceſſerat Philippo: quū repudiaſſet vxorē primā filiā ducis Burgundie qꝛ reperta fuit in adulterio: in vxorem duxit prima viuēte filiā olim Henrici imperatoris ⁊ ſororeꝫ regis Joānis de brēna. Hoc autē ſcḋm matrimoniuꝫ quū nō eſſet ꝫ legē diuinā euāgelicā: ideo ſedes aplica ꝑmiſit: qꝛ in ſupplicatione pape facta expoſituꝫ fuit repertū fuiſſe: matrē dicte prime vxoris filiā olim comitis Artenſis tenuiſſe in baptiſmo ipm̄ regem Carolū. Qḋ ſi verum eſſet: fuiſſet ibi impedimentū cognatiōis ſpūalis: qḋ hꝫ dirimere matrimoniū. Sed ꝓbatio talis cognationis dicebatur a veritate deficere: et comitiſſam Artenſem ideo cōſenſiſſe huic rei: vt filiā a morte liberaret. In cāpania autē deſponſauit ſcḋam vxoreꝫ.

Carolꝰ Francorūꝫ rex diuortiuꝫ facit cū vxore.

¶ Menſe Septembris Carolus Ubertus rex Ungarie cū. xx. milibus ⁊ vltra Ungaroꝝ equitum hoſtiliter diſcurrit per terras regis Graſſie in Sclauoniam: ⁊ ad Giadriam per duo miliaria prope vſq̄ peruenit deuaſtationes faciendo. quod ideo egit: qꝛ Sclauones eiꝰ mandatis nequaquā parebant. Inde ⁊ Sclauones ⁊ Venetos timor apꝑhēdit ne caperet regioneꝫ vſq̄ ad maritima. Demum qꝛ rex Graſſie debitaꝫ obedientiam cum ſuis regi Ungarie reddidit: ⁊ quia i Bauarie bello multi ex ſuis perierant: reuerſus eſt rex in Ungariaꝫ. Iſte Carolus Ubertus fuit filius Caroli Martelli: qui fuit filꝰ ſcḋi Caroli regis Sicilie ⁊ Appulie. Et ſi pater nō prius fuiſſet defunctꝰ ꝙ dictus Carolus ſecundus: ſuccedebat iꝫ regnum Appulie: quod poſtea rex Robertus obtinuit ſecundꝰ frater eiꝰ. ¶ In Octobri quum rex Anglie reuerteretur cum ſuis a Scotia ſine cōqueſtu alicuius ciuitatis: vnde cuꝫ verecundia eſſetq̄ rex iuxta abbatiam Rinalſem: ⁊ et barones eiꝰ ante eſſent ad impediendum ingreſſum Scotorum in Angliā Scoti aggreſſi ſunt eos numero quingēti equites et pedites ad tria milia. Anglici vero retraxerūt ſe in quodā monte vt aptiꝰ ſe defenderēt. Scoti ṽo obſidētes vndiq̄ dictū mōtē deſcēdētes ex eq̄s ⁊ debellarūt Anglicos et ꝓ maiori parte occiderūt vel ceperūt. Rex audita ſtrage ſuorum cuꝫ paucis a dicta abbatia cū dedecore aufugit.

Anglorū ſtrages.

§. I. Anno. prefato ſcꝫ. M. ccc. xxij. ab incarnatiōe dn̄i tpe huiꝰ Joannis. xxij. pape ortū eſt ſchiſma cū hereſi eorū q̄ dicunt Fratricelli de opiniōe aliis pauperes de Lugduno. Huius exordiū fuit qꝛ q̄dā magiſtri tenebrarū volentes ſapere plus ꝙ oportet: ⁊ q̄ꝝ caput fuiſſe

Contra hereſes qui.

Paupe〈r〉es de Lug〈duno〉 vocari ſolent. [margin]

Poſt hec magiſter Michelinus de Ceſena ordinis minoꝝ mini-
ſter: dogmatizare cepérũt publice predicando chriſtum ite〈m〉
pauperẽ fuiſſe: ꝙ ipſe cũ collegio ſuorũ apoſtoloꝝ nihil ha-
buit in mũdo ꝓprii: nec in cõi nec in particulari: nec immo
bilia nec mobilia. Et quia huic ſentẽtie expreſſe cõtradicit
textus euãgelii Joan. vicẽſio. c. iiii. ꝙ diſcipuli dum chriſt⁹
loquebaẗ cum Samaritana: iuerant in ciuitatẽ vt emerẽt
cibos. Ubi innuiẗ ꝙ pecuniã habebãt reſeruatã qua eme-
rent. Et alibi ꝙ Judas loculos portabat: et ea q̃ mittebanẗ
in eis tenebat. Et quũ chriſtus dixit Jude. Qđ facis fac ci-
tius. intellexerunt diſcipuli ꝙ Jude mãdaret neceſſaria ꝑ-
parare ſolẽnitati paſchali: aut vt egenis aliq̃d daret. Et vñ
niſi ex pecunia reſeruata in cõi ex eleemoſynis datis eis?
Ideo multi ꝓlati et ꝑdicatores veritatis zelatores fidei nõ
ſufferẽtes tantã blaſphemiã cõtra euangelicã doctrinam/
predicabãt cõtrariũ: rationibus cõfutãtes errorem illum.
Summ⁹ vero põtifex cum doctoribus ſacre theologie pro-
feſſoribus ac iuriſtis diligenter fecit examinari dictã mate
riaꝫ: et cõperta veritate declarauit ⁊ determinauit hoc ab
oĩbus fidelibus eſſe tenendũ: chriſtum cum apl'is habuiſſe
quedã mobilia in cõi: vt pecuniã et eleemoſynaliter datã.
vñ Aug. xii. q. i. habebat. Habebat dñs loculos: a fidelibus
oblata cõſeruãs: vt ſuoꝝ ⁊ alioꝝ neceſſitatib⁹ ꝓuideret. Et
ſi quis cõtrariũ pertinaciter teneret: hereticus haberetur: ⁊
⁊ cõtra eũ ſicut cõtra alios hereticos ꝓcederet. Multi aũe
ex illis inuẽtoribus erroris obſtinati ꝑmanſerũt: ⁊ in tantã
veſaniã ꝓruperũt: vt ſchiſma in eccl'ia ſuſcitarent: faciẽtes
cõgregationẽ ſynagogã ſathane: quã dicebant verã eccle-
ſiam apud ſe eſſe: exigentes ſibi caput draconis in papam

Petrus coruaria pſeudo pontifex. [margin]

Petrũ de coruaria: e͠pos ex ſua ſecta cõſecrari facientes: ⁊
hereſim illam per orbẽ apud ſimplices in occulto diſſemi-
nantes: et vt temerarii ponẽtes os ſuũ in celũ: auſi ſunt di-
cere Joã. xxii. eſſe hereticũ: q2 tenẽtes illã opinionẽ hereti-
cos declarauit: ſup his condens tres extrauagãtes: quarũ
vna incipit. Ita quorũdã alia. Ad conditorẽ canonũ. Ubi
diffuſe dilucidaẗ materia iſta. Aſſerũt etiã heretici illi oẽs
ꝓlatos ⁊ ſummos põtifices q̃ fuerunt poſt ipſuꝫ Joã. xxii.
q2 nõ reprobauerunt ſententiã eius ſup ea re: ſed approba
runt vt veridicã ⁊ fidelẽ: eẽ hereticos: et q̃ eos ſequũtur: ⁊
nec poſſe ſaluari: ſed ſolum tenẽtes fidẽ: immo ꝑfidiã ſuã.
Multi igiẗ infecti errore illo capti in diuerſis mundi parti
b⁹: obſtinati in opinione ſua cõbuſti ſunt in diuerſis parti
bus: nec vnq̃ ex eis viſum eſt miraculũ niſi cinis cõbuſtio
nis. ⁊ merito q2 neſcit diuina ꝟitas patrociniũ ꝓſtare erro
rib⁹: quum tñ ecõtrario poſt hereſim illã inchoatã multi ⁊
multe fidẽ et obediẽtiã Romanorũ põtificũ tenẽtes clarue
rint miraculis nõ paucis. Adhuc reprobi illi inueniunẗ in
ſeculo: cõſtituentes ſibi papã vel potius antichriſtũ: e͠pos ⁊
ſacerdotes: ⁊ per domos muliercularũ dogmata ſua docẽt
⁊ ſacramenta miniſtrãt filii diaboli. Abundauit talibus ma
gno tp̃e Marchia Anconitana: ⁊ ꝑcipue Fabrianũ / Eſium
Maiorita / Meſſarũ. nec Florẽtia caruit fece huius erro-
ris in aliquib⁹. Demum expulſi ad terras Grecie dicunẗ ſe
tranſtuliſſe. Demum illi antipape adheſit Ludouicus Ba-
uarus imperator obedientiã preſtãs: ⁊ ab eo coronari ſe fe
cit. Sed non multo poſt ipſe Petrus antipapa captus du-
ctus eſt Auinionẽ ad Joannẽ papam: ⁊ abiurata hereſi et
ſchiſmate ad perpetuum carcerem deputatus eſt ⁊ impa-
tor ſchiſmaticus imperio priuatus fuit. De iſta hereſi et re
probatione eius habetur diffuſe in quarta parte in titulo
de dono intellectus.

Mediolanū. cōtra eccleſiā bellātibus niſi intra trimeſtre ſe pſonaliter ſedi apl'ice preſentaſſet. Predicari fecit publice crucem contra vicecomites Mediolanū. cōcedens indulgētiam plenariam bellātibus contra illos vel bellatores mittentibus per annū. Quū autē Mōtia eſſet obſeſſa a Mediolanenſib⁹ Galeatzio et alijs: q̄ intus erant pro eccl'ia videlicet domin⁹ Henricus de Flandria egreſſus cum ſuis contra hoſtes fugarunt eos: capiētes et cōburentes turres ligneas hoſtium et alia propugnacula: multa dāna inferentes hoſtibus ipſis: qui ſe elongarunt a ciuitate p miliare. Sed q: capitaneus imperatoris qui Mediolanenſib⁹ auxiliabatur: de mandato domini ſui receſſit: ne cōtra eccleſiā militaret/ceteri ſcʒ Galeatzius cum alijs reuerſi ſunt Mediolanū. Tūc etiā ciuitas Spoletana obſeſſa a Peruſinis et gentibus eccleſie iam per bienniū: demū ſe reddidit eccleſie et Peruſinis: ſaluis perſonis eorū. Primi autem qui ingreſſi fuerunt: fuerunt gentes Florentinorū et Senenſiū: q̄ operā dederūt vt prede nō fierent in ciuitate nec alie contumelie. Peruſini poſtea intrantes informarunt ciuitatē ad imitationē partis Guelfe: cōſtituētes ſibi diſtrictualē. ¶ Quū in ciuitate Typhernate/ que nunc dr̄ ciuitas Caſtelli/ tyrānice dn̄aretur dn̄s Brāchȝ de guelfuccis: quidā ex ciuib⁹ partis Guelfe/vt Brāchā repellerēt a dominio: tractatū fecerunt cū epiſcopo Aretino: qui erat partis Gibelline armis deditus: vt traderent ei ciuitatem. Quod et fecerunt: et p̄ aurorā de nocte tradētes copijs miſſis Aretinorum cū germano epiſcopi prefati vnā ex portis per quā ingreſſe diſcurrerūt per ciuitatē: et vi armorū eiecerūt dn̄m Brancham ex vrbe: ac etiam oēs Guelfos cum illis qui eis dediderāt ciuitatem: et reformarunt ciuitatē modo ſuo ad ſectam Gibellinorum. Ob eā rem Peruſini/Eugubini/Vrbeuētani/Senēſes/Bononienſes/miſerunt oratores ſuos et Florentie ſimul cōuenerūt: colligantes ſe omnes vna cū Florētinis ad pcedendū in bellū contra ciuitatē Caſtelli et epiſcopum Aretinū: vnaquaq; cōmunitate proportionaliter auxilia bellatorū deſtināte. Pontifex Romanus cōmotus ob Typheni occupationem a preſule Aretinis: factā: quum fruſtra aduerſus eos minas cenſuraſq; exercuiſſet: q: nō curabant: tandē Cortonium antiquū oppidū a preſulatu Aretinorū abſcidit: ac illi proprium epiſcopum dedit Rainerium Beordiſium e familia nobili. Is ergo quū in diminutionē ciuitatis Aretine procuraſſe abſciſſionē eius videret: tanta repente indignatio apud Aretinos orta eſt: vt domos Vbertine gentis (ex qua is erat) ſuaderēt et caſtella eorū peruaderent. Et quū Laterītates pp̄ter vicinitatē gentis ad fauorē eius inclinari viderētur: et alie cauſe indignationis ſupereſſent: ad obſidēdū illud cum multitudine Aretinorum preſul profectus eſt: et illud captū ad ſolū vſq; euertit. Poſt hec Sabinū cū copijs epiſcopus pergens non ratione Cortonij: ſed ſtudio partium illud cepit: et ad ſolum etiam euertit.

Cortonij aretino preſulatui detrahitur.

¶ De bellis Florētinorū profligantiū Caſtrutiū et conſilio eorum/an exteri ſint reducendi. Capitulum. vi.

De iis que acciderūt Florentie. Ea tēpeſtate (vt ſcribit Leonar. in hiſt. Florē. li. v.) Caſtrutius dn̄s Lucenſiū preter oīm expectationē cū exercitu pfectus: nō longe a prato minabſidus cōſedit. Ob repentinum vero eius aduētū quū tumult⁹ maior cōcitatus fuiſſet: ac fuga agreſtium paſſim fieret Prato q̄ metueret: Florētini bello indicto taberniſq; tota vrbe clauſis: populariter fere ſunt cōtra illū egreſſi: vt eſſent intra paucas inde horas in armis peditū ſupra. xx. milia: eq̄tes vero vrbani ad duo milia. Hec oīs multitudo raptī Pratū deducta ꝯ hoſtē oppoſita ſtetit. Caſtrutius apud auiolū vicū caſtra ſua habebat. Qui poſtq̄ tātā multitudinē tam ſubito aduerſus ſe veniſſe conſpexit: etſi longe impar tātis copijs: tū ſimulata fiducia ſe in craſtinū pugnaturus hoſtē diſtinuit. Mox p noctis ſilētiū trāſmiſſo Vmbrone per agrū Piſtorieſes abijt: nec prius intermiſit iter q̄ ad Serram oppidū ſe recepit. Quū exorta lux vacua hoſtiū caſtra pateſeciſſet: varie apud Florentinos certatum eſt. Plebs enī ac oīs vrbana multitudo ſequendum e veſtigio hoſtem cenſebat. Nobilitas autē ſine indignatiōe aduerſ⁹ plebē: ſiue q̄ experta et bellorū gnara in ſubitaneo collectitioq; milite non multum ſpei collocādum putabat: reducendum tunc domum copias: et alio ſi videatur: tunc ſocijs conuocatis apparatuq; ſolemniter facto vadendū in agros hoſtiū ſuadebat. Quum varietas ſententiarum diſcordias induxiſſet: ac plebs fidem nobilitatis: nobilitas vero temeritatē veſaniā de plebis incuſaret odia grauiter exarſere. Itaq; mittere Florētiā placuit et ad Priorum voluntatem rem integram referre. Ea relatio in vrbe quoq; apud eos qui domi remanſerant/contentiones accendit: variantibus ſententijs non priorum modo: ſed et aliorum ciuium: donec inſurgēte puerorum multitudine ac nimia de plebe turba per compita et forum exclamantiū prelium: prelium: pfectio decernitur. Profect⁹ eſt igitur exercitus incredibili multitudine. Nā preter vrbanam turbā que tota ſe ad id effuderat: ex agro paſſim oēs properabant: et ſociorū auxilia frequētiſſima ad primū hoſtis aduentū percita ſuperuenerant. Quū aūt circa Fucetiū peruniſſent: et nobiliores que diſſuaſerat tātūmodo ſequerētur ſignaturam vero ac ſtudiū cōmeatus ceterarūq; rerū authorib⁹ profectionis relinquerent: nec opportune quicquā agerētur: re ipſa iam vanitatem ſepei arguēte: ſuſcepta temere expeditio irritat. Itaq; tante ſimul copie nec hoſtile intrarunt ſolum: nec quicq̄ alno profecerunt: ſed pleni incuſationum iniuriarū: alij alios culpātes domū reuerſi ſunt: domiq; contentiones vehementiſſime ab exercitu hauſte ex data exulibus fide. Supremū enim Caſtrutij aduentum quū Prato imminere nūtiatum eſt: ac prelium futurū crederetur: exulibus pmiſſa reductio eſt: ſi modo in caſtris armati cōtra hoſtē adeſſent. Ob eā rem ingens man⁹ exulū in caſtra ꝯfluxerat. Ortis mox inter ciues diſcordijs et vſq; Fucetiū exercitu pducto: quū inde Florentiā male concor

Caſtrutius a Florentinis in fugam vtit.

ce ; remearẽt: inıecta exulib⁹ ſuſpicio eſt: ne pmiſſa eis ſer
uarent. Nec deerāt q̄ cōmonefacerēt vt ſibi pſis pſpicerēt.
Quāobrē pmoti exules anteuenire exercit⁹ reditū ſtatue-
runt. Itaq̄ ſub vexillo celerius pfecti ad vrbē contēderāt:
eo cōſilio : vt armati ingrederent. Ciuitas diſcordiaꝝ con
tentionūq̄ exercitus gnara: ſtatim vt venire exules nūtia
tum eſt: veriti ne ad res nouādas ꝓmiſſi eſſent: iumpſit ar-
ma ac venire in vrbē pꝛhibuit. Quare excluſi exules ante
portā conſedere. Tandē poſtera die quū reliquus exercit⁹
aduētaret: veriti ciuiū vim retro abiere: Prartiq̄ conſiſten
tes/rogare iā inde ꝟbio ceperūt qḋ ante flagitauerant ar-
mis. Eius rogationis gratia octo exulū legati fide publi
ca in vrbē venerunt. q̄ſq̄ nobilitas fauebat. Nam et erant
quidam inter exules ex precipuis familijs: ⁊ magna clien-
tuꝫ man⁹ hoim facinoroſoꝛuꝫ: q̄b⁹ plurimū nobilitas vteba
tur. His de cauſis fauor erat nobilitatis in reducēdis exuli
bus ꝓpenſiſſim⁹. Priores q̄ qui authores pollicēdi fuerāt
repꝛſentandū exulib⁹ pmiſſuꝫ: neq̄ fraudādos fruſtrādoſq̄
hoīes publica fide clamitabāt. Atq̄ plebs iſenia partim cō-
ſuetudine obtrectādi: partim ita turpiter reducti exercit⁹ ⁊
poſtulatiōi aduerſabat. Deniq̄ quū his de reb⁹ magiſtra-
tus referret: itroducti exulū legati hmōi orōnē habuerūt.

§.I. Si de exilio noſtro aut de

Exulũ ad Florẽtinos oratio.

cōditione ſingulorū differendū foret: alia nobis dicēdi ra
tio aliaque orati opponeret. Nūc aūt qualeſcūq̄ tādē ipſi
fimus: quū talib⁹ pmiſeritis: ſimplex nobis poſtulatio ſuf
ficiet. Fidē publicā quā ſub aduētu hoſtiū nobis ſpopōdi-
ſtis nunc amoris eis omniq̄ terrore depulſo / pſtari nobis
flagitam⁹. In hac ꝟo poſtulatione nr̄a ſi q̄s forte ſubſiſtit:
neceſſe eſt eo adduci: q̄ aut pmiſſuꝫ neget: aut a nobis im
pletū: aut ſi vtrūq̄ factum fit: tn̄ nō eſſe ſeruāda pmiſſa ci
uitatis cōtendat. Horū duo pma docere noſtrū erit: tertiū
in vr̄a eq̄tate ac in ciuitatis pudore repoſitū eſt: q̄ q̄s eſt
q̄ de horū quoq̄ ambigere poſſit. Quis neſcit promiſſum?
Quis ignorat publicatuꝫ? Quis nō ita pclamatuꝫ: vt vos
Florētie mōt: ſed p finitimas q̄ vrbes vox ciuitatis exaudi
retur? Atq̄ in reb⁹ q̄ſq̄ alteri⁹ ad alterū pmiſſio fit: ſecreta
q̄dē ac minime vulgata: q̄ etſi eſt eque ſeruāda: poteſt tn̄ a
multitudine ignorari. Hic autē nihil eſt tale. Cur eīm ciuita
ignoret: qḋ in ciuitate ſactū pegrini etiā ſciūt: Sed q̄d in
eo moramur: qḋ Priores viri clariſſimi fatētur: ⁊ ciuitas cō
ſcia ꝟitatis nō negat: Id credo eſt dubiū: in caſtris ne fue-
rimus aduerſus hoſtē: q̄ fuit ꝯditio in pmiſſiōe adſcripta.
Id vos ⁊ literis ſigilliſq̄ veſtrorū ducum et milie inſuper
teſtibus docemus. Et quis fuit in exercitu ciuium noſtro
rū: q̄ nos nō viderit in fronte cōtra hoſtē collocatos: q̄ non
pꝛeliandi cupidos: q̄ nō p victoria deuotos: quū p tāto
beneficio in nos collato: etiā ſi foret oppetendū: vix ſatiſſa
ctum merito de nobis veſtro putaremus: Non eīm vitā pro
patrie victoria ſi in conflictu hoſtis q̄ fuga experiri virtu
tem maluiſſet: nō forti mō / verumetiā libenti animo impē
ſuri eramus: ac neq̄ corporibus: neq̄ animab⁹ noſtris pat
ſuri. Poſt fedā vero illā degenerēq̄ hoſtis fugam et cōſeſ-
ſionem timoris ſui: ſigna publica ſecuti quocumq̄ duxere
duces veſtri ⁊ nūq̄ diſceſſimus. Qḋ ſi duces ipſi mō eo ſunt
pfecti quo pficiſci optaſtis q̄s nobis id ſuccēſeat? Neq̄ no
ſtrum erat ducibus precipere: ſed eorum precepta expecta
re et ſequi. Qḋ ſi certe deſideriū noſtrum voluiſſet: etiā ho
die hoſtile ſolū calcaremus. Quare quū ⁊ promiſſum a ci-
uitate: ⁊ a nobis que in conditiōe fuerunt impleta fuerint
vos iam quid fides veſtra: quid grauitas exigat: videtote.
Nam nos quidem in hac parte vobis loqui pudor impe-
dit: quum iniurioſum ſit vel dubitare ſolum de ciuitatis fi
de. Poſtq̄ legati exuluꝫ auditi ſunt: e curia excedere iuſſis/
cōſultari ceptum eſt. Nobilitas ferme omnis ⁊ magiſtrat⁹
ſeruādam fidē publicā ſuadebant: ⁊ tum precibus exulum
tū pꝛpinquoꝝ intercessionibus: multi mouebantur. At qui
dam ex his qui in cōcilio aderant / vir ſeueritatis priſce quū
tandem locum dicēdi nactus eſt: ita fertur dixiſſe.

§.II. Si reductionē tātumodo

exulū legati poſtulaſſent / nihil plus eorum poſtulationi q̄
tabellam mei teſtē iudicij reſpōdiſſem. Nunc aūt quum eo
ſpectet oratio eoruꝫ / vt et notā finitimis pmiſſionē iactēt:
⁊ dedecus perfidiā q̄ ciuitatis redarguere pergāt / non ta-
bella reſpōdere ſat eſt: ſed voce quoq̄ eoꝝ calūnia eſt con-
futāda. A ciuitate pmiſſam reductionē aiūt. Quo tandem
modo: q̄ Priores pmiſerūt (inquiūt) publicauerūt: ⁊ vt etiā
finitimi exaudirent. Mitte queſo hāc verborū pompā. At
ſolidum (vt ita dixerim) accede. Fateor pmiſſum a Priori-
bus: a ciuitate tn̄ nego. Date veniā q̄ſo optimi pſides. Con
ſulēdi eīm facultas libera eē debet. Nec ego q̄cq̄ minuo ex

Oratio diſſuaſoria reductionis exulum

maieſtate vr̄a: ſed maieſtatē ppl̄i aduerſus calūniā defen
do. Nego inquā idem eſſe Priores ⁊ ciuitateꝫ / nec idē ſanc-
illo: q̄ decreta valere. Legibus eīm ſic reipub. gubernatio a
moribus noſtris tēperata eſt / vt ciuitas q̄deꝫ ſine vlla exce
ptione oīa poſſit. Priores vero ea tm̄ q̄ ciuitas permiſiſſet.
Quero igit̄ nūquid pꝛiorib⁹ pmiſſa ſit exulū reductio? Re
reſpōdebūt ipſe leges non eſſe pmiſſum. Qua ergo de re de
cretū ſolēne ſi a Prioribus fieret / inualidum eſſet / ea de re
nuda policitatio valida erit. Et ſi decretū foret / nemo ſer-
uaret. Promiſſuꝫ aūt ſi nō ſeruet / ciuitatis fama ledit. Na
tura ita comparatū eſt / vt factum ſit q̄ pmiſſuꝫ lōge robu
ſtius. Quoꝝ igitur factū ſine vllo dedecore haberi irritum
debet / eoꝝ promiſſum niſi ratū abierit / que tandē infamia
erit? Maiores noſtri in finiēdo exilio non magiſtatus nu-
tum / ſed populi decretum expectari voluerunt / multa de-
niq̄ locis rem diſcuſſaꝫ ⁊ comprebatā eſſe prius. Magnuꝫ
credo viſum eſt ⁊ arduum / vt quem ciuitas velut facinoro
ſum ⁊ malum ciuē abiecerat: paulopoſt reduceretur vt bo-
nus: Tum vt metu homines a facinioribus deterrerēt / dif
ficultates maximas reductioni oppoſuerunt / vt preter pu
blica decreta populi conſenſus etiam inimicorum ſpecta-
retur. Que oīa ſalutaria ad ciuiū quietē ſtabilita legibus /
vſu comprobata / moribus inueterata / iſti vna promiſſione
euertenda putant / nec in vno aut altero exulum / ſed in vni
uerſa penitus multitudine. At in exercitu fuerūt cōtra ho
ſtem ſteterunt armati. Non hoc quero an fuerint in exerci
tu / ſed illud quero / reducendi ne ſint ſm leges. Hoc tu pri⁹
mihi ius proba / ego tibi quod reliquum eſt per q̄ facile cō
cedam. Quādiu ꝟo id ad te probatum non ſit / etſi milies
in exercitu fueris / nihilomagis cenſebo reducendum. Ete-
nim ſi fuiſſe in exercitu tanti eſtimari debet / vt etiam con-
tra leges ſint exules reducendi / quid dabimus queſo ciui-
bus noſtris / qui nullo prius admiſſo / nec cuiuſq̄ noxe rei
eodem in exercitu populariter adfuere: Atqui ad hoc ſpe-
ctat oratio mea / vt etſi oīa cū laude ſint ab exulibus facta
tamen reducendi nō videant. Quid ſi poſt eā pmiſſionem /
armati cōtra patriā venerūt / ſi obſederūt portas? An hu-
ius ppl̄i memoriā tā cito excidiſſe putāt: quo die illi relicto
poſt ſe exercitu optimorū ciuiū: ad pꝛiaꝫ quā defenſoribus
vacuā reperire exiſtimabāt / occupādā expugnādāq̄ ꝑpera
rūt / adeo parū apud eos interfuit inter ciuē ⁊ hoſtē / quos
niſi porte et menia arcuiſſent / nō verbis vt nūc / ſed vulne
ribus ⁊ armis fuiſſet a nobis diſceptandum? Et hi niſi redu
cantur / fore ciuitatem in dedecore audēt dicere / qui ſi redu
cantur maximum eſſe decus ciuitatis. Ego igitur vt ſentē
tia cōplectar mea breuiter / reducēdos minime cenſeo: ⁊ vel
quia inualida fuit promiſſio / vel quia ſi valida eſſet / illo no
uo crimine quominus reduci debeant effecerunt.

§.III. Quuꝫ hec p exulibus con

traq̄ exules dicta fuiſſent / magiſtratus quo volūtates ſin
gulorum elicerentur / tabellas cōſultorib⁹ dari iuſſit. Que
quum non ſatis pſpere exulibus reſpōderēt / et vna iaꝫ ſe
pius in caſſum circūlata hoſes fatigaſſet / dimiſſum deinde
cōcilium eſt / magna cū eorū q̄rela / q̄ vtcūq̄ pmiſſum eſſet /
repreſentandā exulibus fidem publicam ſuadebāt. Quum
igit̄ inter ciues in ea re haud obſcuru eſſet / voceſq̄ liberi⁹
iactarētur / exules ſumpto ex fauore aīo / vi redire in vrbem
conſtituerunt. Ad hoc ſecurium magna vis preparatur: ⁊ et
tempus locuſq̄ facinori deligit̄. Tempus maxime illis pla
cuit intempeſta nox / locus aūt Feſulana porta / per quam
effractam irrūpere parabant. Que vbi mature compoſita
ſunt / dato inter ſe ſigno pluribus ex locis ad vrbem vene-
runt / ſed res permultis nota clam eſſe nō potuit. Itaq̄
occaſo iam ſole quū eius rei fama incidiſſet: murmur pri-
mo fuit: mox ⁊ arma ſumpta: vigiliēq̄ nocte tota p vrbem
acre / ac ſingulis portarum turribus faces cū pꝛeſidio arma
torū. Quare aduentantes paulopoſt exules quū detectam
fraudem cognouiſſent / irrito cepto abiere. Fuit aūt exulū
numerus ſupra mille quingentos. Rem ab exulibus cōpo
ſitam nō ſine conſenſu nobilitatis creditum fuit / ⁊ certe p
vero habitum. Quocirca poſt repulſos exules agitatuꝫ eſt
de coniuratis puniendis. In quibus quū vniuerſa nobili-
tas in periculum vocaretur: nec punire oēs nec punitos re
linquere placuit / ſed in principes tātum eius motus ala-
uertendum fore. Hos nemo quum accuſare auderet / prius
tm concione populi aduocata / inaudito hactenus exēplo
indictum eſt / vt ſinguli quē maximo putarent ſontem ex no
bilitate ſchedulis inſcriberent / ſine authore / ſine nomine.
Quibus tandē receptis lectiſq̄ / cōpertū eſt nota triū nobi-
litatis principū a pluribus delata / Americi Donati / The-
chie Freſchobaldi / Lotoringhi Gerardini. Ii vocati ad
magiſtratū ſub fiducia paruerūt. Interrogati aūt de con-
iuratione

furatione: requiſitos quidē ſe ab exulibus dixerūt: aſſenſum tamen nunq̄ preſtitiſſe. Ita non quaſi cōiuraſſent: ſed quaſi non pateſeciſſent: duob⁹ milibus eris ſinguli eorū mulctati ſunt: ad breue inſuper tēpus relegātur. De ceteris vero cōniuentibus oculis tranſitū: ne infinita diſcordiarum inter ciues ſuſcitaretur materia. Ex hoc popularium ſtudijs ad rempu. tuendam erectis: minora vexilla / que pennones vocant: maioribus adiunxerūt: ⁊ in populum dederūt: experti illo nocturno tumultu per cōmodū incidere: vt manēte vexillo pars aliqua ſocietatis in opportuna loca ſub minorib⁹ ſignis mitti poſſet. ¶ Per ipſum tēpus ſortitio magiſtratuum nouiter inſtituta eſt: quum antea ſemper electio per ſuffragia obtineret. Ea mutatio etſi parua tunc res opinione hoīm viſa ſit: maximā tamē inclinationē reipublice attulit: mutata penitus gubernāde ciuitatis forma. Sortitio autem p hunc modū inſtituta. Prioribus et collegiis data pt̄as vt eorum ciuiū qui digni viderentur eo munere nomina in ſchedulis ſcripta cōprobataq̄ loculo includerent. Inde quū tēpus adeſſet magiſtratus deligendi: tunc ſorte nomina promerētur. Cuius deprompti nomē eſſet: is foret magiſtrat⁹: niſi lege vetaret. Vetitum aūt erat ſi aut intra trienniū eundem geſſiſſet: aut frater cognatuſve aliquis in magiſtratu eſſet: his caſibus vnde promptū eſſet retrudebat. Prima ſortitio in trienniū ⁊ ſex mēſes cōſtituta eſt: reſq̄ ipſa probauit vtilē eſſe hanc legē ad tollēdas diſcordias ciuium ⁊ contentiones: que p procurata crebo oriebātur ſuffragia. Sz quātum in illo prodeſt reipub. tantum obeſt vel etiam magis q̄ indigni plerunq̄ ad magiſtratū ex ſortitione ſumūtur. Neq̄ enim pari diligentia prouidetur preſenti officio ⁊ multis ſecaturis. Sz remota quidē illa ⁊ ad futura ſint minime certa: incertiori intuemur oculo: preſentia vero acriter ⁊ arguteſ. Extinguit preterea virtutis ſtudiū: q: ſi ſuffragijs certādum foret ⁊ aperte in periculū fame veniendū: multo magis ſe hoīes circūſpicerēt. Morē igitur primū longe probabiliorem vtilioremq̄ reipublice fuiſſe nō ambigo: quo ⁊ popul⁹ Romanus ſemp vſus eſt in magiſtratib⁹ creandis. Florētie tñ hic ſortiendi mos tunc primo induct⁹ vſq̄ ad hec tp̄a noſtra deuenit: popularitate quadā in republica ſeruatus.

Magiſtratus Florētini ſortibus eliguntur.

§. IIII. Dum hec domi gerūtur

bella interim ab hoſtibus inferūtur grauiſſima. Caſtrutius enim vir ingenio acri: in Florentinum agrum quotidianas prope incurſiones faciebat. Altera vero ex parte Guido Aretinorū preſul: impigro ⁊ ipſe vir animo ſocios amicoſq̄ Florentini populi cunctis belli cladibus infeſtabat. Per extremum anni eius Caſtrutius magnam rem auſus pene in ſua audacia corruit. Fucetium enim oppidū erat nobile in fine Lucenſis agri. Id Florentini per ſuperiora bella traditum in poteſtate cōtinebant. Eratq̄ per id tēpus ſedes belli aduerſus Caſtrutium ⁊ Lucenſes. Quūq̄ cunctas vt par erat vias pro abducendo eo oppido Caſtrutius ſcrutaretur: tandem proditores ſibi pro magna cōparat pecunia. Inde procelloſa nocte quo minus ſentiretur / profectus: vt cōpoſitum erat antiqua porta quam ad hoc ipſum proditores demoliri fuerant / ingreditur: habens equites delectos non minus centum quinquaginta: pedites vero quingentos. Quū oppidum peruadere locaq̄ occupare opportuna cepiſſet: exciti oppidani arma corripiūt: factoq̄ ſuorum globo fortiter repugnant. Raro vnq̄ atrocius q̄ ea nocte preliatum fuit: atqui ea conditio fuit pugne: vt neutri ad ſummū preualerent. Nam neq̄ Caſtrutius peruincere quaſdā oppidi regiones potuit: neq̄ oppidani illū ſuis locis expellere. Primam ſub lucē ſubſidia proximis e caſtellis: ⁊ p noctem ex ignib⁹ cognita / ſuperuenerunt: qua alacri clamore ab oppidanis excepta in Caſtrutianos ferſitur. Ille vbi noua ſuperuenire auxilia cognouit: actis per viam impedimētis: ſeſe in ſuperiori parte oppidi ſepſit. Ibiq̄ aduentū ſuarū copiarū quas maiores acceſſierat: expectare conſtituit. Verum fatigat⁹ nocturno prelio miles: vbi maior impetus ſit ⁊ integri feſſum vrgent: locū tutari non potuit. Itaq̄ tranſgreſſi munitiones fedam cedem edidere. Caſtrutius ipſe dum cominus pugnat accepto in faciem vulnere aufugit. Eorū vero qui ſecū intrauerant multi ceſi: plures etiā capti: reliqui ſeſe ex oppido precipites dantes euaſere. ¶ Per idem tempus grauis ſuſpitio ciuitatē Florentie habuit: ne Piſtorienſes ad Caſtrutium deficerēt. Philippus erat Tedicus Piſtorienſis magnus vir potentia: qui dñatum Piſtorij affectabat: eamq̄ ob cauſam prefectū regis multis iam ante iniurijs laceſſitū excedere vrbe cōpulerat: mox a ciuibus reuocatū quū Piſtoriū verſus iter faceret: priuata latronū manu ſpoliandū vexādūq̄ curauit: ratus per huiuſcemodi iniurias prefecto illatas regem quaſi infenſum ciuitati in ſuſpitionē venturū: ciues aūt in ſe ſuoſq̄ omnino puerti. Hac igitur mēte quū ea pfeciſſet

Fucecium Caſtrutio proditur.

Nouellus quē nuper ad Florētinos rex cum manu equitum miſerat: cōmotus indignitate flagitij: Carminianum Piſtorienſis agri oppidū repētino impetu inuaſit. Id poſtq̄ Piſtorij auditum eſt: nulla fuit mora quin Caſtrutius acceſſiretur. Ille ꝓ̄ ꝑſto adfuit Piſtorienſibus opem laturus. Quo territi metu Florentini reddere Carminianū coſipſos q̄ inuaſerant cōpulerunt. Sed haud multo poſt Philippus Caſtrucij fauore fretus / tyrannidē inuaſit: ſeduſq̄ cū illo aperte cōiūxit. Bellū tñ Florētinis nullum inferebat: ſz quaſi medius ita ꝓſtabat: vt alterutri⁹ videret potentiam formidare. Quū ergo tergiuerſaretur: ⁊ ad hos mō: modo ad illos inclinaret: neutri parti fidus: ſed omnibus ſuſpectus habebatur. Tanta vero Piſtorij opportunitas erat ad bellum: vt vtriq̄ magnopere illius commodo vterentur. ¶ Domi eodē anno res innouate. Noua eñi eſt ſortio inſtituta: ſcilz per ſchedulas: non Priorum modo vt ſupradictū eſt: ſed etiā minorum magiſtratuū. Ex hac mutatione in repub. qui ante plurimū poterant: hij minus validi remanſerunt. Magnaq̄ (vt fit) inuidia ob priorem eorum potentiam agitabat. ¶ Altero deinde anno ppl̄s Piſtorienſium quod diu cōceperat: abortū tandem peperit. Quum enim haud multo prius ad Florentinos conuerſus eorum auxilia in vrbem recepiſſet: initio mox cuz Caſtrutio federe: intromiſſiſq̄ per noctem copijs Piſtorium illi tradidit. Quo facto omnes Florentinorum copie quot auxilij cauſa intra vrbem fuerunt / opprimuntur. Huius vero rei nuntius vt Florentiam perlatus eſt: Priores e publico quod forte ea die agebatur conuiuio adſurgentes: profectionem ſubitaneam indixere: nondum proditionis gnari: ſed putātes aliquam vrbis partem aduerſus Caſtrutium defendi. Sed parato iam agmine ad locum cuntes nouerunt proditionem: vnde reuerſi ſunt. Poſt hec maiori nixu cogere exercitum ac mittere in hoſtem placuit. Apparatus ad hoc non magnifice ſolum verum etiam celeriter facti. Dux exercitui prefectus eſt Raimundus Cardonius qui magnos ante exercitus ſuo auſpicio in Gallia duxerat: vbi poſt res egregie geſtas: tamen aduerſo prelio a Mediolanēſibus captum redemptumq̄ Florentini Caſtrutiano bello delegerunt ducem. Caſuſq̄ ita tulerat: vt altero poſt defectum Piſtorij die cum manu quadam equitū Florentiam perueniſſet: preſentiaq̄ et authoritate mentes hominum extuliſſet ad bellum valentius capeſſendum. Quum igitur res ſubita ⁊ improuiſa feſtinato indigere videretur: dux cum parte equitatus Pratum ſe propere contulit: reliquas vero copias ad eum conuenire iuſſit. Et quum omnes conueniſſent mouens inde dux ſtructa atq̄ compoſita acie ad hoſtem peruenit. Caſtrutius fortunam pugne experiri non auſus / intra menia ſuos continebat: ſatis exiſtimās fore ſi vrbem tutaretur. Quod exploratum quum eſſet: ad vaſtationem conuerſi omnia circa vrbem hoſtilem in modum popularunt: motis etiam ſepius de induſtria caſtris: quo nulla regiōis pars remaneret incolumis. Poſt hec retro profecti Cycianum caſtrum circumſederunt: aliquot dies circa illud morati / machinas inſtituere cuniculoſq̄ deducere ceperunt. Ea cuncta iuſſu ducis vel enixe fiebant: quo mentes hominum maxime conuerterentur. Ipſe tamen longe alia cogitans prefectum arcane inſtructum cum parte equitatus de prima vigilia premittit: ⁊ occupare tranſitum paludis iubet. Eadem ipſe nocte quo magis auertat hoſtem: aliam equitatus partem circa Piſtorij menia magno cum tumultu predatū mittit. Demum Raimundus deſerta oppugnatione cum omnibus copijs paludem tranſmiſit: que eſt inter Lucenſez agrū et Piſtorienſem. Capianum caſtellum expugnare adortus octauo die in deditionem accepit. Poſt hec Falconium exercitu ducto: id quoq̄ caſtellum quod paludi adiacet / pari tenore capit. Quum fama Florentinus proſpera vulgaret: hoſtis iacere ⁊ premi videretur: amici ſocij opitulandi ſtudio conciti eo decurrerunt. Senenſes quadringentos equites ⁊ ſeptingentos balliſtarios deſtinarunt. Bononienſes quoq̄ Peruſini et Volaterrani auxilia miſere. Ex quibus omnibus per magna copia equitum in exercitu erat: peditum vero ad viginti milia. Florentini captis proximis paludi arcibus: demum vltra profecti Topalſium obſedere foſſis ⁊ turribus munitiſſimum: quod inſuper quingentorum militum preſidio tenebatur. Quumq̄ oppugnatio longius traheret, exercitus paluſtri humore ac inſolita celi grauitate confectus: egrotare cepit: paſſimq̄ cateruas languentium erat inſpicere moriebanturq̄ frequentes. Permanſit tamen in obſidione dux: ⁊ quaſuis difficultates ſuperare conſtituit. Caſtrutius ꝓ̄ cura ⁊ dolore anxius Lucam redire conſtituit. Piſtorienſibus igit (de quorū fide ambigebat) ꝓfectione indicta nobilitatem oēm atq̄ optimū quemq̄ ephebor ſecum eduxit: ⁊ ad tuendam vrbem alias ſuorū copias dereliquit. Poſtq̄ Caſtrutiani qui Piſtorij remanſerant / in Piatenſem /

Piſtoriū deficit ad Caſtrutiū.

Florentinũq; agruꝫ ſepe diſcurrerẽt incendijs rapiniſq; inſiſterent: ducẽtos equites Bononienſes qui in auxiliũ Florentinorũ venerãt / retinere circa vrbem placuit; poleſq; ex agro adiungere: qui incurſionem hoſtiũ obſeruarẽt. Et tum Caſtrutiani aliqñ feliciter auſi: tandẽ quũ licentius agerẽt circũuenti a Bononienſi equitatu concurſu etiã aggreſtium facto oppreſſi pene ad internitionẽ occiduntur. Hoc detrimento accepto: rurſus Caſtrutij ſpes debilitari eſt cepta: vnde caſtellum ipſum dediderũt: incolumes inde abire pacti. Caſtello reddito varia in exercitu iactabatur ſententia: aliquibus cõſulentibus domũ redire propter valetudines cõtractas: alijs ad vltra progrediẽdum ad menia Luce ſolicitantibus. Que ſententia minus ſapiens preualuit. Verſus igitur Lucam pergẽtibus: Caſtrutius vbi aduẽtare cohortem ſenſit: ſuperiori de loco partẽ equitatus miſit in illam. Concurrũt equites qui in preſidiũ cohorti aſſerũt: preliumq; equeſtre in ſubiecta valle conſeritur. Pugna fit egregia ſine

Florẽtini ſuperãtur a Caſtrutio.

vllo pedite: et ſupra tres horas ſic acriter dimicatum: vt miſcerentur ſepe acies totes ac inuicem profligarent profligarenturq;. Tandem ipſe cum reliquo omni equitatu repente in pugnam deſcendit. Qui quum de ſuperiori loco impetum procellamq; dediſſet ac longe preſtaret: premere iam Florẽtinorum equitatum cepit. Raimunduſq; cum reliquo equitatu ad ipſa iam ſepta puenerat. Superati interea equites qui aduerſus Caſtrutium dimicabant terga dederũt: ne detrimentum in fuga acciperetur propinquitas maioris agminis ad ſepta ipſa expectãtis effecit. Ceterum in prelio optimus quiſq; aut interfectus eſt aut grauiter vulneratus. capti etiam cõplures hoſtiq; non incruenta fuit victoria: multis ſuorum amiſſis: ipſo Caſtrutio duce quum cominus pugnat vulnerato. Poſt hec quum vtrimq; tube canerent: tandẽ nocte adueniente in ſua quiſq; caſtra rediere. Caſtrutius ſpe ſubleuatus. Victoriam meditari: copiaſq; amicorũ inſtantius accerſire: preſertim Mediolanẽſium principum: quorum equitatus in agro Parmenſi eſſe ferebatur. Igitur fauore partiũ ac premiorũ pollicitatione obtinuit vt Actius vicecomes natura acer et multis bellis exercitatus cum octingẽtis equitibus Apenninũ tranſcendat: ac ad Lucam ocyſſime appareat. Quum autem exercitus Florentinorum percepiſſet Actium ſuperueniſſe cum copijs in adiutorium hoſtis: Topalſiũ redire: et poſtea verſus Fucetium remeabãt. Itaq; dolens Caſtrutius Florentinorum copias ſine pugna abire: ſperatamq; victoriam ipſo in articulo e manibus preterlabi: ipſe cum ſuis e colle quem occupauerat / deſcendere ac impedire agmen deſtruereq; conſtituit. Id quum ardentius faceret: magnam Florentinis difficultatem iniecit. Et quaſi incerti conſilij quid acturi eſſent: an abire properarẽt et declinare certamen: quod turpe videbatur: ac periculoſuꝫ ſtare: et reſiſtere hoſti. Denique decreuerunt inire certamen: Acies triplici ſubſidio firmata eſt. Ceterum in cõgreſſu qui in fronte ſtabant: fortiſſime dimicarunt. Sed vbi pugna ad ſecundam perueniſſet aciem: prefectus Raimundi qui eidem preerat aciei: ſiue ignauia ſiue proditione (vtrũq; de illo dictum eſt) illico pedem ac ſigna conuertere cepit. Ea res non agmen quod ab eo ductabatur ſolum: ſed et tertium quod in ſubſidiũ ſtabat: trepidare ac de fuga magis q̃ de victoria cogitare perpulit. Ita prementibus hoſtibus dẽa profligãtur.

Altera Caſtrutij de Florẽtinis victoria.

In hac pugna non multi ceciderunt ob breue admodũ certamen: in fuga vero longe maiora ſunt detrimenta ſuſcepta. Nam Caſtrutius confeſtim miſſo equitatu tranſitũ paludis occupauit: his qui in preſidio erant ſponte ſua deſerentibus. Ibi oppreſſi permulti: capti etiam plures. Raimundus ipſe dux cum filio impedimentaq; omnia in manus victoris deuenere. In his locis victor triduo fere commoratus caſtella omiſſa recuperauit: ſpolijſq; et captiuis Lucam miſſis ipſe Piſtorium rediẽt. Inde Florentinorũ agrum magno terrore Caſtrutius ingreſſus: ſexto poſt prelium die apud Signiam caſtra fecit. Hoſtis ipſe capta Signia ſecundis inde caſtris ad Peretolam conſtitit duobus paſſuũ milibus a Florentia diſtantem. Mox ad menia profectus omnia tumultu ac terrore compleuit: refugientibus in vrbem agreſtibus et pecora paruoſq; natos ducẽtibus. Structa cõtra portam acie quũ obuiam nemo prodiret: ad vaſtationem conuerſus / quicq̃d edificiorũ villarũq; fuit ab illa parte: incendit. Triduo apud Peretolam hoſtis habuit caſtra: vbi etiã ludicra curſus edidit: premia victoribus prebens. Inde in viam Pratẽſem regionem amenuſſimã inſigni villarum celebritate a menibus pene vrbis ad Marinã fluuium vno tenore vaſtauit. Ea quũ pfeciſſet: onuſtũ preda militẽ ineſtimabili locupletatumq; Lucam reduxit: vt promiſſaꝫ actio pecuniã ſolueret. Summa auri fuit vigintiquinq; milium. Qua recepta ſuaſit ſuis vt q̃ Florẽtia non ſolũ ſtudio partiũ: ſed et generi ſuo ac familie eſſet inimica: vna die homine ſua menia Florẽtina pulſarent. Ob et fecit diſcurrẽs cum ſuis et Caſtrutianis vſq; ad menia vrbis ibi erigendo vexilla et ludicra exercendo inſuper magne iniuriam et opprobrium ciuitatis. Poſt quã in Galliam Actius Florentinorum receſſit. Caſtrutius vero verſus Piſtorium copias duxit omnia igne et ferro vaſtando. Illud quoq; in tanta ciuitatis clade clades turbabat: q; multitudo aggreſtium cum pecoribus et ſemirapta ſupellectili in vrbem refuga per vias omnia complebat: Hanc ſiue ob inſolentiam vrbis: ſiue ob anxietatem incommoditatemq; rerũ ſuarum morbus inuaſerat: malũq; huiꝰ cõtagio ciues etiã apprehenderat: et moriebantur multi: et plena egrotantium cuncta cernebantur. Careſtia quoq; annone cõſecuta eſt: rapeis aut incenſis frumentis: ac ſpes in futurũ deterrima. Augebat inſuper ciuitatis metum: q; vulgo ferebant Guidonem Aretinorum preſulem magno cum exercitu ex ſuperiori parte ad vrgendam obſidionem eſſe venturũ. Rogatumq; a Caſtrutio multis nuncijs conſtabat: veterem Aretinorum cladem apud Camaldinum acceptam memorare: ac tempus ad delendam inimicorum potentiam oſtendere. Fore quidem ſi ille de ſuperiori loco aduentaret vt Florentia vndique obſideretur: multitudinem quoq; populi abſq; importato victitare non poſſe. Ob hunc obſidionis metum viri creati ſunt duo ad menia vrbis ceteraq; munimenta inſpicienda inſtaurandaq; Nerius Albertus et Ianno Albizius. Ab his vallum aliquibus locis factum: in arce etiam Feſulana ne eam occuparet hoſtis / preſidium communitum eſt: alterumq; quoq; preſidium in colle vrbi imminente ad Miniatis edem. Ceterum neq; preces neq; monita Caſtrutij Guidonem preſulem mouere potuerunt. ſiue q; eius odium in Florentinos minime acerbum erat: ſiue q; Caſtrutij glorie inuidebat: ſiue q; eius magnitudinem formidabat. Tunc autem Caſtrutius per ſe bellum gerens / omnia circa Florẽtiam vaſtationibus incendijſq; fedauit. Capiaq; maxima preda et longo captiuorum agmine: relicto apud Signiam ſatis grãdi preſidio: Lucam redijt. Ibi ſuorum operum oſtentator ſpeciem quandam triumphi egit: et in monumentum victorie apud Signiam nummum percuſſit. Poſtea Caſtrutiꝰ cum copijs ſuis caſtellum Murium prope Pratum obſedit. Quod poſt virilem reſiſtentiam: quia ſuccurſus non habuit Caſtrutius in deditionem accepit incolumitate preſtita ex pacto his qui intus erant et libertate abeundi. ¶ Interea Caſtrutiani milites qui apud Signiam erant Florentinũ agrũ aſſiduis infeſtationibus infeſtabant et ad ipſas vrbis portas vſq; cum magno tumultu diſcurrebant. Interea quidã Gallus nomine Petrus Florentino: um copijs prefectus: quum tractaret cum aliquibus Gallicis cum hoſte militantibus apud Signiã de morte Caſtrutij et traductiõe Signie magna pollicitatione pecunie denudato tractatu multi capti vltimo ſupplicio affecti ſunt illius conſcij. Paulopoſt idem Gallus aliam proditionem tentans de Carminiano habẽdo: quum pergeret ad capiendum cum multis: ipſe proditus per eoſdem: cum quibus tractauerat: captus fuit et Caſtrutio adductus ſecuri percuſſus eſt. Caſtrutius diſcurrens hincinde et circa Pratum et vſq; ad Caſtanum caſtellum cladibus belli cuncta vaſtabat. Et Signiam incendio exponens / copias ſuas exinde Carminianum reduxit.

Signiã incẽdit Caſtrutius.

§. V. Quum grauia forent Florentinis: grauioraq; timerentur: iam adauxilium reſpiciens

ciuitas Carolum Roberti regis filium in Hetruriam euocare ac ei ciuitatis imperium tradere ad tempus conſtituit. Huiuſcemodi gratia quinq; legati creati ſunt: ſcilicet Franciſcus ſcales Aleſius Rinutius ſcientia iuris clarus: Donati duo: vnus Acciaiolus: alter Pirutius: Philippus Bartholi. Qui applicantes expoſuerunt Florentinum populum in decennium dominum eum ac gubernatorem ciuitatis deputaſſe. Conditiones ex pagella recitate ſunt non eis diſſimiles que fuerunt dudum in traditione regi Roberto deſcripte: niſi q; hic certus pecuniarum militumq; modus erat preſcriptus: ibi cuncta regis arbitrio commiſſa. Iuuenis ex ſententia patris ciuitate ſuſcepta: ſeſe copiaſq; parabat: proxima eſtate in Hetruriam tranſiturus. Solicitatur Carolus de acceſſu: et ducenta milia auri annos ſingulos durante bello ipſo ei promiſſa et exhibita: Stipendia inſuper equiti conducto et pediti: quorum numerum ad ſex milia militum. Interea Signia quam Caſtrutius euerterat a Florentinis repoſita eſt: et habitatoribus compleretur: data cunctis immunitas tributorum qui in coloniam illã tranſierunt. ¶ Per idem tempus papa Ioannes legatum in Hetruriam miſit Ioannem Urſinum cardinalem: Is Florentiam adueniens Carolum expectauit. Satis conſtat neminem vnq̃ ante (quod memoria extaret) tanto procerum comitatu: tãq; inſigni pompa in Hetruriam veniſſe. Ceterum in bello gerendo nequaq̃ feruenti animo deprehenſus eſt.

Carolꝰ Roberti regis filiꝰ Florẽtiã acceſſitur.

Sed

Seu enim tarditate mollitieq; nature ſeu a patre monitus/ nequaꝙ ita ſe ſtrenuũ prebere viſus eſt vt magnitudo nominis copiarumq; poſcebat. Tantis igitur viribus apud Florẽtiam creſcẽtibus: quũ regis pontificiſq; robur ſupra ꝙ ferri poſſet inſurgere videre: conterriti diuerſe factionis principes ſibi pſpicere perrexerũt: ſolicitati maxime a Galeatzio vicecomite Mediolanenſium tyranno: qui iam a pontifice regeq; laceſſitus bello/ Caſtrutianũ in Hetruria bellum cõcitarat. Igitur ſolicitando atq; monendo tandẽ author fuit: vt principes diuerſe factionis in cõtrariũ inſurgẽtes iuxta Ludouicum Bauarie ducem ad imperialem dignitatẽ electum in Italiã euocarent: qui erat Romano pontifici infenſus ob fauorem Genuenſi Gallicoq; bello inimicis eccleſie preſtitũ. Propter quod etiam aggrauauerat cenſuris: ⁊ imperio indignum pronuntiauerat. Igitur vbi de mente Italicorum certior factus eſt: ſuperatis confeſtim alpibus Tridentũ puenit vt preſens de re propoſita cum proceribus loqueretur: modumq; ſui tranſitus tempuſq; cõponeret. Tridenti igitur indicto cõuentu: Mediolanenſiũ/ Mantuanorum/ Veronenſiũq; tyranni aliiq; ex Gallia ⁊ Hetruria eius factionis principes cõuenerunt: magniſq; pollicitationibus effecerunt: vt omiſſo in Germaniã reditu: copijs vero euocatis Italiam Romamq; peruadat. Igitur in ſequentis anni principio Ludouicus cõtractis ad aliquem modum copijs: Tridento mouens Brixiam primo: deinde Mediolanũ peruenit. Ibi (vt mos eſt) magno hominũ concurſu per manus Guidonis Aretinorũ preſulis coronatur. Hunc aretinũ antiſtitem Romanus põtifex propter vſurpatũ eccleſie Typhernum fulminauerat: ⁊ omni dignitate priuauerat. In eius locum quendã Vbertine gentis Boſum inſtituerat epm. Qua indignatione ac ſtudio partiũ accenſus quũ Aretinis dñaretur: magno equitatu ad Ludouicum acceſſerat. Poſt coronationem longior mora fuit comparãdis pecunijs: quarũ nõ auidiſſimus tantum: ſed etiã indigẽtiſſimus erat. At qui eo in genere hic primum illius improbitas patefacta eſt. Quũ enim opera maxime Galeatzij vicecomitis in Italiam acceſſius eſſet: ac ſummo cum honore Mediolani receptus: vſq; adeo peruerſe ingratus fuit: vt pecuniarum cupiditate dñatu eum ſpoliaret ⁊ in carcerẽ truderet: iuſto dei iudicio hoc contingente: vt ipſe Galeatzius inimicus eccleſie/ q2 vocauerat Ludouicum Bauarum ad affligendum eccleſiam: ab eodem inimico eccleſie humiliaretur. Actium vero quẽ interfuiſſe Caſtrutiano prelio diximus: ac Lucinum fratrem vna captos: ad redemptionẽ ſui magna pecunia cõpelleret. Impoſito deinde Mediolanẽſibus nouo preſide: ⁊ vigintiquatuor ciuibus in concilio adiunctis: quũ ſpeciem quãdam libertatis ſuſtentaſſet: quaſi collati beneficij precium ingentem pecuniarum vim ab illis extorſit. ¶ Dum hec in Gallia geruntur: Carolus ⁊ Florentini aduerſus Caſtrutium paratas copias circa maturationẽ ſegetum in hoſtes miſere. Nõ enim profectus eſt in exercitu Carolus: ſed Florentie remanens/ Nouellum quendam e ſuis proceribus exercitui prefecit: profectuſq; cum copijs Signiam: exinde nocturno tẽpore nemine gnaro ad quoddã hoſtium oppidũ acceſſit ad inuadendum: triplici muro circundatum: quod in breui obtinens: prede ⁊ igni locum expoſuit. Exinde nõ longe ab hoſte caſtrametati pugne ſe obtulerunt: quam quum detrectaret Caſtrutius: ac intra munitiones ſuos contineret: retro mouerunt caſtra: et agrum Piſtorienſem ingreſſi Arthemiũ caſtrum tunc munitiſſimum obſederunt. Qui die noctuq; habitatoribus requiem minime dantes: ⁊ vallũ ⁊ portam cremãtes: tandem caſtellum in deditionẽ acceperũt: qui intus erãt ex pacto abire permiſſis. Cupientem poſt hoc eodem vincẽdi ardore Carmiglianum adoriri/ Carolus exercitum Florentiam reuocauit: certior factus de Ludouici aduentu. Poſt Mediolanenſium principes deceptos/ pecuniaſq; exactas: purgato vel attenuato crimine illo coram tyrannis Vrceis caſtello Brixie congregatis erectis animis Hetruriam Ludouicus petijt. Superatoq; Apennini iugo cum omnib⁹ copijs: per Lunenſem agrum Piſas verſus aducẽbat. At vbi Caſtrutius Ludouicum appropinquare intellexit: obuiam cum equitatu profectus/ ſummo honore illũ excepit: doniſq; ac muneribus magnifice fouit. At Piſani etſi primo illius aduentu in Galliam letati fuerant: legatoſq; ſuos in primo illo cõuentu ad eum miſerãt: tamen poſtea vel hominis improbitatem auaritiamq; formidãtes: vel cõtentionẽ Romane ſedis contra quam hic aperte nitebatur/ perhorrẽtes: excludere portis omnino ſtatuerunt. Itaq; dudũ coronatione eius nũtiata focos ⁊ cetera letitie exultationiſq; indicia fieri Piſis vetuerunt: ⁊ tunc illo appropinquante vrbem communierant: Germanoſq; equites mercede apud ſe militantes ob generis ſuſpicionem ablatis equis depulerunt vrbe. Deniq; ſi vi conaretur: vocare auxilia Caroli Florentinorũq; cogitabãt.

Ludouicus Bauarus imperator euocatur in Italiã.

Ludouicus mediolani coronatur.

Ludouici bauari in Galeatzium ingratitudo.

Piſani ſe aduerſus Ludouicũ imperatorẽ muniunt.

At Ludouicus ſi ab ea ciuitate vel vnica per Hetruriam imperatorij nominis fautrice reprobaretur: grauiſſimũ ſibi ad cetera conficienda ratus: curam maxime verterat in Piſanos: nec quicꝙ intentatum relinquere ſtatuerat: quo illius vrbe adijceret poteſtati. Miſit ergo oratores qui Piſanũ alloquerent populũ: benigniſq; pollicitationibus cõciliarent animos. Sed ij qui rempublicã tũc tenebãt: ſapientiſſimi ⁊ grauiſſimi viri mobilitatẽ plebis veriti: eos in vrbẽ recuſarũt admittere. Reſtabat igitur vi conari: ſed inerat periculum: ne ad Carolũ Florentinoſq; confugientes auxilia inde quererent: aperteq; deſciſcerent. Horum igitur quandam mediam viã placuit tẽtare p Guidonẽ Aretinorum preſulẽ: cui publica cũ Piſanis erat amicitia: an a propoſito diuelli poſſent. Preſul igitur legatis Piſanorũ principibus ciuitatis ad ſe fide publica vocatis: apud Ripamfractus oppidum colloqui inſtituit. Deniq; poſt multa vltro citroq; agitata res huc redibat. Piſani ſexaginta milia auri nouo principi dare promittebant vt inde abiret: nec eos bello adoriretur. In vrbem vero vt reciperent: nulla ſuaſione poterant adduci. Ea conditione per Ludouicum repudiata: quum legati re infecta Piſas reuerterent: Caſtrutius fidem eis datã intercipit. Et Ludouicus vbi captos Piſanorum legatos cognouit: ſubitaneo impetu amne traiecto copias Piſis admouit. Ceterum ea captiuitas legatorum magnas in exercitu cõtentiones peperit. Guido enim preſul ad magnũ ſui nominis dedecus pertinere arbitratus legatorũ oppreſſionem: quos ipſe data fide in colloquium iuſſu principis euocaſſet: iniuriam ſibi a Caſtrutio inflictam cõquerebatur vociferando. Non enim tam Piſanos ꝙ ſuam violatã eſſe. Peracta deniq; inter eos contentio eſt Ludouico cognoſcente. Preſul legatos Piſanorũ liberandos remittendoſq; in vrbem clamabat: aperteq; ferebat hanc iniuriam ſe non eſſe laturum. Caſtrutius minime ſe arbitrari aiebat: ſi ille hoſtes vinci doleret. Ex matre ſiquidem Florentina genitum neutra ex parte integrũ eſſe. Itaq; hos ſectari: illis fauere: vtq; cum generis diuerſitatem: ſic animi inconſtantiam miſcuiſſe. Neq; vero hec eius vacillatio noua eſt (inquit) nec primũ nunc deprehenſa. Nam ꝙ Florentia ſtat: ac non male domita tam pridem concidit: hic vnus eſt cauſa. Vrbem enim aduerſo prelio fractam quum ipſe ad portas vrgerem: multitudo autem incluſa nec frumentum haberet: nec famem tolerare diutius poſſet: ⁊ obſideri ⁊ capi nullo negotio potuiſſet: ſi hic a me queſitus rogatuſq; ad vrgendam obſidionem ex ſuperiori parte venire voluiſſet. Eam tunc rem ab hoc deſertore proditoreq; ſuarum partium recuſatã: has nunc moleſtias nouo principi afferre. At vt Florentiam tunc ſaluam eſſe voluit: ita nunc Piſanos in poteſtatem venire permoleſte fert. Tu (inquit) princeps non quid Guido preſul velit: ſed quid tibi conducat ſpectare debes. Ad hec preſul ſe quidem ſui generis non penitere: nec ſane ignotum eſſe poſſe Caſtrutio: quum ille nuper apud Aretinos egenus ⁊ miſer ſuſtentamẽta vite ab eodem genere reportauit. Ad obſidendã vero Florentiam ea de cauſa non veniſſe: quia tunc ſibi pax fuerit cũ Florentinis: quã ſalua fide frangere non licebat. Se ita ſemper animatum fuiſſe vt iuriſiurandi religionẽ fidemq; etiã hoſti datam putauerit conſeruandam. Neq; enim (inquit) ſi tu Caſtruti vt proditor ⁊ improbus pacem Florentinis fregiſti: ego quoq; frangere debui. Nam Piſanorum facto nil magis obſtitit obſtatq; ꝙ tui vnius preſentia. Iam enim certo ſcio: principi huic porte illis paterent: niſi te omnium fraudum proditorem proditionumq; authorem Piſani vererentur. Hec ⁊ huiuſmodi altercantes Ludouicus ſe parauit: et ad Caſtrutij fauorem inclinare aperte viſus eſt. Aggreſſus igitur Piſarum obſidionem/ vrbem vndequaq; cinxit: ac mẽſe fere toto circa illam commoratus/ pactione tandem recepit. ¶ Per hec ipſa tempora Guido Aretinorum preſul motus ob ſuperiorem indignationem a Ludouico diſceſſit: quaſi negotijs in Aretinos vocantibus. Et quum per maritima iter faceret: apud nigrum montẽ correptus morbo interijt. Vir quidem magnus ⁊ glorioſus in ſeculo: niſi ꝙ aduerſus pontificem rebellis: vt omittam ꝙ et ſtatui ſuo et dignitati exercitium id omnino fuit contrarium. Quem tandem errorem recognouiſſe ante obitum: ac pro pontifice ſi vita ſuppeteret aduerſus hoſtes militaturum promiſiſſe quidã literis tradiderunt. Quãuis enim multos ſoleat decipere ſera penitentia: miſericordie tamen dei nec menſuras poſſumus nec tẽpora definire: apud quem nullas patitur venie moras conuerſio. Poſt eius aũt mortem Petrus cognomento Sachon huius Guidonis frater tyrannidem Aretinorum exercuit.

Guidonis Aretinorum pſulis ⁊ Caſtrutij contẽtio.

§. VI. Ludouicus igitur rece-

ptis Piſis duobus fere mẽſibus ibi cõmoratus eſt pecunijs exigendis ac parandis que ad iter neceſſaria erãt. Cõſtitue-

Petrus cognomento Sachõ

Aretino ſat eſſ non ſolũ Romã petere: verum etiã Roberti regnum inuadere. Sed dum Piſis morã traxit: a Caſtrutio rogatos Lucã primo: inde Piſtoriũ acceſſit: vt Florentiã inde ex propinquo videret. Deinde Piſas reuerſus: iter per maritimam regionem Romã verſus ingreditur: habens equitũ et peditum pergrandẽ exercitũ: quem Caſtrutius ſecutus eſt cum quingentis equitibus ⁊ mille ſagittarijs: Luca non ſine magna militia relicta: atqui Viterbij ſe Lodouico coniunxit. Carolus quũ diu hoſtium copie Piſis cõſtiterẽt cum ſuis ipſe copijs Florentie cõmoratus eſt. Sed vbi Ludouicum Caſtrutiumq; iter arripuiſſe cognouit: Florentinis in concionem vocatis neceſſitatem ſue profectionis oſtendit: et Philippũ quendam e ſuis prefectis cum mille equitibus in preſidio ſe relinquere pronunciauit. Cohortatos etiam ciues ad fortitudinem ⁊ conſtantiam. Senas primo cum ceteris copijs: inde Peruſium: poſtea in regnum abijt. Romani vero iam prius audito Ludouici aduentu: ſeditione grauiſſima vexabãtur. Et preualebat factio regi pontificiq; contraria. Ab ea tandem receptus in vrbe Ludouicus haud multo poſt magno populi applauſu coronatur anno dñi milleſimo. cccxviij. Ceterum in coronãdo nullus ſolitus ordo: nemo legatus: nulla pontificis authoritas ibi adfuit. Impoſita eſt illi corona populi nomine a Sciarra Colomnenſi principe diuerſe factionis. In cuius rei memoriam ipſe poſteriq; eius ad antiquũ gentis inſigne: quod eſt Columna: coronam addidere: quaſi preclarũ fuerit ſcelerate feciſſe. Caſtrutio quoq; Rome maximi honores ſunt impenſi: nec a Ludouico ſolum: qui cuncta illi eximie exhibebat: ſed etiam a populo Romano. Unde poſt principem hic ſpectabatur: ad vnum hunc omnia referebantur conſilia. Hic deniq; vnus erat a quo res tota pendere videbatur. Concurſus maximi ex tota Italia Romam fiebant. Omnes enim qui pontificem oderant: vel ſtudio partium diuerſa ſequebantur: exultanti letitia properabant. Adeo autem fuit temerarius ⁊ ſuperbus dictus Ludouicus Bauarus: q̃ poſt falſam coronationem auſus fuit facere cõtra papam Joannem proceſſum / et contra regem Robertum tanq̃ hereticos ⁊ Patarenos: cum multis deriſionibus ⁊ contumelijs eos ad ignem condemnando. Unde omnes boni fideles abominati ſunt eum: et multi clerici ex vrbe receſſerunt: ne participarent cum illis ſchiſmaticis et excommunicatis. Idem falſus imperator Ludouicus ex ſuo arbitrio creauit papam quendam Petrum de Corbaria ordinis minorum: qui acceptans papatum fecit Cardinales vt ſchiſmaticus et fatuus. Prius autem fecerat Ludouicus vnum alium: ſed ille nolens ſchiſmati operam dare / recuſauit: et ex vrbe aufugit. Schiſmaticus ille antipapa et apoſtaticus habuit aliquos fautores ex clericis et religioſis ac principibus in terris Gibellinorum: predicantibus illum vt verum papam contra Joannem. Sed Catholici et veri religioſi ipſum predicabant antichriſtum: et omnes ei adherentes hereticos: vnde diſſenſio erat non modica. Sed quid inde boni ſperari poterat prouenturum ex tyranno ſcelerato eccleſie inimico: niſi quod euenit: vt infra patebit. Jamq; Roberti regnum tanq̃ partium caput peruadendum occupandumq; dictitabant. Et virium certe et armorum ſat eſſe videbatur. Apparatuſq; eadem de cauſa propalam fiebat. Uerſis in principem animis: ac omnium ſermone illius famam celebrante: interea ſplẽdida res in Hetruria geſta eſt. Philippus enim quem prefectum copijs Florentieq; relictum diximus: rem magnam audacemq; adortus eſt: Piſtorium ſcilicet capere. Secutus in ea re duorũ exulum exhortationẽ: qui locorum gnari copias intromittere promiſerũt. Igitur ſcalis machiniſq; in Pratenſi arce fabricatis: vbi tẽpus rei gerẽde viſum eſt: Philippus cum equitibus primis fere tenebris Florentia egreſſus Pratum contendit: nemini ciuium gnaro preter vnum Simonem Thoſam ſplendidum equitem e ſupremo nobilitate: quem in partem eius conſilij iampridem ſuſceperat. Quum Pratum veniſſet / ſumptis celeriter machinis profectioneq; indicta cum duobus milib⁹ peditum / equitibus ſexcentis ad Piſtorij menia illa ipſa nocte peruenit. Ibi exules per glaciem (aſperrima namq; erat hyems) foſſas trãſgreſſi partem murorum maxime neglectam ſcalis aſcenderunt: ac fere centũ milites ſecutos exceperunt. Complures quoq; pedetentim trangreſſi foſſas / menia perfodere agreſſi ſunt. Dum iſta fierent: prefectus vigilũ ambita cetera vrbis parte in hec ipſa loca deuenit: quumq; (vt fit) cuſtodes excitaret deprehenſo ſtrepitu accurrit: clamoremq; extollit. Ad eam vociferationem experrecti qui loco vicini erant perſenſerunt: celeriterq; clamor per vrbem diffuſus homines excitauit. Philippus inter hec ponte ſuper foſſas iniecto frequentes tranſmiſerat: et ſimul menia iam binis locis effracta tranſitum non pediti modo / verum etiam equiti dabant. Ipſeque Philippus iam introierat ſummaq; conſtantia rem exequebatur. Erant Piſtorij milites Caſtrutiani in preſidio circiter ſeptingenti. Ii quum ingreſſum hoſtium ex clamore ſenſiſſent: trepidi primo conuenerunt: voluntatem ciuium ac proditionem formidantes. Sed poſtq̃ ciues integris animis corripere arma aduerſus ingreſſores viderunt: ſpem bonam complexi ad arcendos hoſtes cum multitudine ciuium properarunt: Preliũ atrox fuit quale rarum nunq̃ ante. Et quum ſepius fluctuante prelio acriter Caſtrutiani pugnarent: ⁊ ad fracturas vſq; ipſas murorum qui ingreſſi fuerant repellerentur preualituriq; Caſtrutiani viderentur: porta interim cremata ⁊ refracta: multitudo equitum peditumq; irrupit: vnde Caſtrutiani fugere ceperunt: ⁊ ad arcem ſe conferre cum duobus Caſtrutij filijs. Ciues autem omiſſo certamine domos ſuas reuerſi arma depoſuerunt: victoremq; diſcurrere per vrbem paſſi ſunt. Milites autem ad predam dilapſi ducem nudatum pene omnibus copijs dereliquerunt. Quod hoſtes conſpicati eruptionem ſubito faciunt: magnoq; ruentes impetu non multum abfuit quin ducem ipſum ſignaq; opprimerent: ſed egregia virtute ducis hoſtium vis ſuſtentata eſt: ⁊ aurora facta milites intellecto periculo ad ſigna recurrerunt. Deniq; Caſtrutiani relicta vrbe ipſaq; arce deſerta aufugerunt. Urbs tota a militibus direpta ſine vlla exceptione amicarum partium aut inimicarum: a ciuium tamen corporibus temperatum. Philippus compoſitis aliquantulum rebus poſt decennium Florentiam reuerſus tanto honore ſuſceptus eſt: vt ſimilis triumpho eius ingreſſio videretur. Secum autem ad oſtentationem victorie centum captiuos vna catena colligatos: ⁊ duodecim alios duxit captos in equis: inter quos erãt duo filij dñi Philippi Tedicis: qui dominans Piſtorio dederat ciuitatem Caſtrutio. Et dominus Philippus dominium vſurpauerat Piſtorij ab Abbate Pacciani ſuo cõſanguineo: quod contulerat ciuitas ipſa Abbati Pacciani. Inſuper duxit ſecum captum quendam religioſum fratrem Donatum dictum: quem Caſtrutius quum cepit Piſtorium in ſuum dominium: fecerat ex ſuo arbitrio epm Piſtorienſem: expulſo vero ⁊ legitimo antiſtite ipſius Piſtorienſis ciuitatis. Qui incarceratus intra menſes mortuus in carcere / ſepultus eſt in arenario: quia excommunicatus deceſſerat.

Aretino vrbẽ tradit.
amus.

Ludouicus Bauarus Rome coronatur.

Colũnẽſium in ſigne.

Petrus de Corbaria antipapa.

Philippi aſtutia ⁊ virtus i Piſtorio noctu occupãdo.

§. VII. At Caſtrutius quum

amiſſum Piſtoriũ p certũ nuntiũ cognouit: ad Ludouicũ profectus eſt: conqueſtus q̃ ſe ſua periculis precuidentẽ Romam iouitũ traxiſſet. Inde feſtinato receſſu cum ſuis copijs Piſas peruenit. Ibiq; penitentiam ſuam oſtendens animumq; afflictis addens rebus: cetera in fide continuit: Lucã inde profectus. Ingreſſuſq; Piſas rẽpub. Piſanorum ſuo p arbitrio quaſi p cõi vtilitate id exigente adminiſtrabat: pecuniaſq; ad bellum inde ſumebat. Declaratuſq; Caſtrutius per quendam miſſum a Ludouico Bauaro Piſas cũ quibuſdam copijs / dñs Piſarum ⁊ Luce ⁊ dux Tuſcie. Legatus aũt pape Joãnes q̃ Bononie reſidebat crucem fecit bãnire contra Caſtrutiũ. Et quũ oratoribus Florentinorũ ad hoc ad eũ miſſis pmiſiſſet mittere auxilia: nõ ſeruauit promiſſum. Et quum etiã accepiſſet a Florẽtinis ſub mutuo decẽ milia florenorũ: nimis tarde miſit. Interea poſt direptũ Piſtoriũ inter Philippum Caroli prefectũ ⁊ Florentinos contentio orta eſt. Jubebat enim Philippus frumentum ceteraq; ad eius vrbis tutelam Florentinos publico ſumptu inferre. Illi vero non ſibi ſed Carolo vrbem Piſtorij queſitã reſpõdebant: ſeq; ducentamilia auri annuatim preſtare certa pactione pmiſiſſe: que iam perſoluta erant. Nec eſſe equũ ſupra id qđ pactũ cõuentũq; eſt / pplm onerare / magiſq; eũ qui vrbẽ Piſtorij oĩbus rebus exuerat: neceſſaria eius ad tutelam reſarcire debere. Philippus vero cõtra iure belli parta militum eſſe cõſueſſe ſatiſq; profeciſſe videriq; hoſti illam ſuo periculo ademiſſet: predam vero quam miles ceperit: vt iam reſtituat petere ingratiſſimũ ſimul iniquiſſimũq; videri. His contentionibus neq; frumenti quantũ ſat erat importabatur: neq; cetera oportuna fiebant. Caſtrutius gnarus harum rerum: quũ contentiones hoſtium lucrũ exiſtimaret ſuum: exercitu Piſanis Lucenſibuſq; indicto magnis copijs Piſtoriũ obſedit. Erat intra vrbem Simon Toſa epiſcopus Florẽtinus a Philippo relictus: habẽs in preſidio milites circiter mille ⁊ cũ ijs equites trecentos: ſed ⁊ ciues Piſtorienſes eiuſdẽ factionis cum his vrbem egregie tutabantur. Interdũ eruptione facta hoſtes inuadere ac turbare opera nõ dubitabant. Alia manus equitum Prati conſiſtens ſepe Caſtrutianos inuadebat: vt neutra ex parte eis quies eſſet. Caſtrutij vnica ſpes erat in cõmeatus defectu: docti intra vrbem duorum non amplius menſiũ annonã eſſe. Itaq; omiſſa per vim expugnandi cura: ad hoc vnum intendebat: vrbem vndiq; cingere ac facultatem commeatus obſeſſis auferre. Florentini vero etſi iuſta

Piſtoriũ obſidet Caſtrut⁹.

quidem

quidē ceterū damnoſa indignatione fuerant prius cōmoti: tamen vbi Caſtrutiū tantis copijs Piſtoriū circūſediſſe viderunt: ſero quidē meliora ſuſcepere conſilia: nec iam illuc ſumptuū aut pecuniarū erat reſpectus: vltro facere omnia: pecunias affatim promere. Et qui prius paruo in diſpendio renitentes fuerāt: magna iam diſpendia volentes ſubibant. que eſt fermenatura populorum. Igitur impigre contractis copijs: equitū ad tria millia / peditū vero ſupra viginti millia coegerunt. Frumētum preterea ⁊ cōmeatum ſummo labore ſummaqꝫ impenſa parant per vim ⁊ arma. Piſtorium inferendum. Philippus igitur oībus paratis quū Prati conuenire copias iuſſiſſet: inde profectus ad hoſtem duxit: nec longe ab eo caſtrametatus / prelio rem agitare flagitauit. Caſtrutius vero etſi minime tentandā prelij fortunam cōſtituiſſet: tamen ſimulata re quaſi pugnaturus foret / aliq̄ diu hoſtem ſpe vana diſtinuit. Interim die noctuqꝫ munire caſtra opportuna: ſubinde loca foſſis arboribuſqꝫ exciſis prepedire contendebat: quibus prouiſis quum copie Florētinorum vellēt contrā illos procedere: impeditis acceſſibus non valebant. Attendentes ergo ꝙ in hoc nihil proficerent: proceſſerunt hoſtiliter per agros Lucenſium et Piſanorum vſqꝫ ad ciuitates: ſi forte propter hoc Caſtrutius ſoluta obſidiōe Piſtorij illuc accederet ad defendēdum. Sed ille nullo modo dimiſit rem ceptam. Videntes igitur qui Piſtorij erant: ꝙ ſpes eis deficiebat ſubuentionis: fameſqꝫ eos premeret conſumpto frumento: deſperatis rebus ſe ei dediderunt tertio fere mēſe obſidionis. Fame Caſtrutij nulla vnq̄ ex re tantum creuit ſicut ex hac vna obſidione.

Piſtoriū Caſtrutio dedi tur.

§. VIII. Fractis ciuiū animis

ob Piſtorij amiſſionem: ac belli ex propinquo magis ꝙ vnq̄ horrentibus periculis: inſuper nouum tremendūqꝫ nuntiaf. Ludouicus eñ fruſtra tentato cōtra Robertū regē progreſſu: tandē Roma abiēs in Hetruriā redire conſtituerat: eoqꝫ animo Tudertū vſqꝫ iter fecit: vt palā dictitaret ſe Florentiā petere. Eratqꝫ ad eum cōuentus exulū omnifariūqꝫ aduerſariorū. Res tota ſic ferebaf cōpoſita: vt Ludouicus cum exercitu per Peruſinū Cortonenſemqꝫ agrum veniret Aretium inde paratus ſtructuſqꝫ Florētiam inuaderet. Caſtrutius e diuerſa regione victor a Piſtorio cum omni ſuorū manu ſuperueniret. Vbaldini vero ac ceteri diuerſe factionis tyranni qui circa Apenninū incolunt arces: alia rurſus manu per Mugellanū agrum deſcendētes: ab ea quoqꝫ parte obſidionem vrgerēt. Erāt hec formidoloſa ac plena ſolicite expectationis: ita vt a plerīſqꝫ nullā ſupereſſe ſpem a periculo videretur. Quippe vel Caſtrutius ipſe per ſe ſatis robuſtus terrere poterat Florētinos: quid addito Ludouici exercitu atqꝫ preſentia cum omniū inimicorū cetu? Exanimata igif metu vrbana multitudine: vltro ſe cohortantes / nihil facere pro ut decreqꝫ omiſerunt: quo ab imminenti periculo ſeruarentur. Igitur Varicū ceteraqꝫ ſuperioris Arni oppida que ad Aretinos ſpectant / affatim cōmunire ac validis preſidijs firmare placuit. Admoniti preterea ſocij: vt quaſi ad extremū opꝰ quanta maxima poſſent auxilia mitterēt. His prouiſis forti iam animo diſcrimen expectabāt futurū certe maximū niſi benignitas dei auertiſſet. Poſtq̄ autem receſſit. Ludouicus ex vrbe: quia deficiebant ei pecunie pro ſtipendijs: nec que ſibi promiſſe fuerāt a Tuſcis Gibellinis ⁊ Longobardis mittebantur: venit viterbium. Et poſt receſſum eius Romani cum Vrſinis ⁊ alijs amicis regis Roberti depoſuerūt ſenatorem factum a Ludouico: ⁊ fecerunt alios duos: vnum ex Colūnenſibus: alium ex Vrſinis: ⁊ annullarūt omnia facta per Ludouicum: ⁊ ceperūt ⁊ tenuerunt vrbem pro eccleſia ⁊ Joan. xxij. ⁊ rege Roberto. Quū eñ iam omnia Ludouicus paraſſet vt e Tuderto in Hetruriā iter dirigeret: claſſis Siculorum qua regnū Roberti inuadere conſtituerat: tardius comparata deinde eo tēpore aduenit quum iam Ludouicus ceptum regni negotiū omiſiſſet. Preerat aūt claſſi Petrus Frederici regis filius: erantqꝫ cum eo naues Genuenſium exuliū: qui regi aduerſabantur. Ludouicus ergo cum equitatu delecto Cornetū profectus eſt. Ibi nanqꝫ predicta claſſis eū preſtolabaf. In colloquio aūt magis querele effuſe: ꝙ vlla prouiſio aut reparatio facta. Ille enim fruſtra paratam claſſem magnamqꝫ vim pecunie incaſſum aſſumptam: hic ob tarditatem aduētus / res ſimul ſpeſqꝫ ſuas ob id fruſtratas querebatur. At reditū aūt in regnum qđ illi poſtulabant / oīno recuſauit. Et hec fuit cauſa retardationis impetuoſi progreſſus in Florētinos. ¶ Caſtrutiū aūt p̄ hec tēpora mors opportuna oppreſſit. Poſt receptum enim Piſtorium ⁊ quibus erat neceſſarium firmatum: quum Lucam ad cetera paranda rediſſet: in valetudinem incidit aduerſam: ac poſt paucos dies e vita deceſſit. Cauſam eius morbi ex labore caſtrēſi immodico nimiaqꝫ animi ⁊ corporis fatigatione prouenuiſſe putant. Obijt quoqꝫ per idē fere tempus Galeatius vicecomes: qui dudū in Mediolanēſes ceteraſqꝫ Gallie vrbes amplum ac regno ſimile tenuerat imperiū. Is eñ poſt amiſſas res ac perditas opes ad Caſtrutium confugerat: ac in Piſtorienſi obſidione cū eo fuerat. Ibi cōtracto morbo Piſcie e vita deceſſit. Sicqꝫ verū oſtenditur qđ ait pš. Vidi impium ſuperexaltatū ⁊ eleuatum ſicut cedros libani: Tranſiui. ſ. p̄ conſideratione mentis: ⁊ ecce nō erat. queſiui eum: ⁊ non eſt inuentus locus eius. Et iterum. Deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem: ſubito defecerūt: perierunt propter iniquitatem ſuam: velut ſomnium ſurgentium exterminati ſunt: ⁊ ad inferos deſcenderunt cum armis ſuis excommunicati vt rebelles eccleſie. Idem contigit ⁊ in poſterum eueniet cunctis rebellibus et inimicis eccleſie. ¶ Florentini vero de maximis periculis liberati maximas deo habuerunt gratias: qui de ſe ⁊ ſua virtute gloriantes humiliauit: ⁊ merentes ſoſpitate erexit. A Caſtrutio vero duo filij derelicti ſuperſtites / Arrigus et Galleranus. Eos quia tenera adhuc etas tante moli impares reddebat. ſub matris amicorumqꝫ tutela pater dimiſerat. Hij igitur celato obitu Piſas nouis copijs occuparunt: veriti ne Piſani recognita rebellandi conſilium ſumerent. Neqꝫ vana erat ſuſpitio. Nam Piſani dominatum Caſtrutij haud equo animo ferebant facultatem omnem arrepturi. Decurſa igitur vrbe ac populo aliquot locis fuſo: quum dominatum vi ⁊ armis adoleſcentulus cōfirmaſſent: ⁊ tunc deinde patefacta eſt mors: et funus omni magnificentia peractum. Nuntius autem ad Ludouicum de morte Caſtrutij venit: quum adhuc in colloquio claſſis eſſet. Ex hoc mutato repente conſilio omnibus poſthabitis curis per maritima Piſas contendit. Florentie auditus Caſtrutij obitus inter ſpem et metum vix credibilis videbatur. Mox vt magis ac magis confirmatus eſt: verſis in letitiam animis / non iam de repellendo: ſed de inferendo bello cogitabant. Hoc enim vno acerrimo hoſte ſublato: Ludouicum iam ⁊ ceteros hoſtes contēnebāt. Vnde ⁊ eductis copijs Carminianum adorti inuadere: acriter dimicantes: ⁊ ſi eſſet bene munitum oppidum: tamen non poſt multos dies et caſtrum et arcem eius fortiſſimam ceperunt: qui in ea erant incolumibus abire permiſſis ac etiā pecunia data.

Caſtrutij ⁊ Galeatij obitus.

§. IX. Ad ſuperiora tēpora ali

quantulum redeundo ad inſinuandam temeritatem ac ſuperbiam Ludouici. Quum Rome adhuc eſſet ipſe Ludouicus coronatus a Sciarra vt dictum eſt: nefariam rem aggreditur. Falſum Romanum pontificem p̄ſumpſit erigere antipapam: priuato ſua ſententia Joan. xxij. eiuſdem ſedis vero antiſtite. Quod ludibrium barbari veſaniqꝫ hominis ſacra fidelium eccleſia nō recepit: ⁊ tñ fautores quidā perfidie eius receperunt: qui merito ab vnitate fideliū ſequeſtrati ſunt. Adiecerunt ſe quoqꝫ huic furori complures apoſtate rebelleſqꝫ religioſorū: ac oīs ſentina reproborū clericorū. Ipſe v̄o falſus pōtifex ſibi cardinales creauit: ac cetera veri pontificis officia emulatus / Ludouicū Bauarum in imperio confirmauit. Ita falſus imperator ⁊ falſus pontifex ſibi inuicem authores dignitatis fuere: altaria ſacraſqꝫ vrbis edes mutuo profanantes. qui poſtea Piſas adueniens recognouit errorem ſuum confeſſus ⁊ abiurans ip̄m: ⁊ ductus Auinionem coram Jo. xxij. venia petita in carcere per triēnium māſit: vbi ⁊ mortuꝰ eſt. Ludouicus aūt poſt mortem Caſtrutij vbi Piſas aduenit: ſummaqꝫ gratulatione receptus eſt: quo beneuolentiam ſibi conciliaret: ac ſpem dominatus Caſtrutianis auferret: Tarlatū equitē Aretinū fratrē Guidonis preſulis cui amicitiā cū Piſanis ⁊ odiū aduerſus Caſtrutiū fuiſſe diximus: ciuitati p̄fecit. In ceteris quoqꝫ non ſatis placato corde in Caſtrutij filios eſſe videbaf. Quamobrem illi primo timentes. Luce portas claudebāt: nec quēq̄ ab illo p̄ficiſcentem intrare vrbē patiebanf. Demū lenita ira quū adoleſcentus mater grandia ferens munera Piſas ad eū veniſſet: natoſqꝫ ſuos illius fidei commendaſſet: Lucā p̄ficiſcitur. Ibi p̄ eius p̄ſentia inſurgente plebe ac tyrannidē Caſtrutianorū incuſante: gubernationem adoleſcētibus ademit: ⁊ quēdam ex proceribus ſuis Luce preſidē impoſuit: ſimulqꝫ magnam pecunie vim Piſanis Lucenſibuſqꝫ imperauit: quaſi mercedē tyrannidis ſublate. ¶ Dū hec in Hetruria geruntur: Carolus Roberti regis filius morbo correptus apud Neapolim obijt. Ciueſqꝫ Florētini eius imperio liberi / remp. ex integro capeſſentes bona iam ſpe gubernationi incubuerunt: ⁊ ſane iampridem odio fuerat Appulorū ⁊ Campanorum auara cupiditas cuncta ad rem pecuniariam referentium. Quamq̄ autem p̄fuerit in multis regie domus fauor: attamen (quod negari non poteſt) inexhauſta quedā pecuniarum materia Florentia illis fuit: vt ſiquis a Carolo primo Sicilie rege / ad

Petrus de Corvaria pſeudo pōtifex in carcere moritur.

Carolꝰ Appulie rex Neapolimorit.

hunc modo alterum Carolum quẽ diximus pecunias numeraret:ſupra fidem ſupraq̃ modum videatur populũ vnum tãtis oneribus ſuffeciſſe. Igitur liberã tunc ciues reipub. adminiſtrationem cõplexique neceſſaria fuerint prouiderũt. Magiſtratum ſortitiões ex delictis comprobatiſq̃ hominibus in biennium deſtinate. Concilia duo rebus maioribus decernendis conſtitata: alterum merum populare alterum miſtum ex nobilitate et plebe:quod cõmune vocitatum eſt. His ſimul vexilliferis ſocietatum taxatum eſt menſiũ quatuor:quum primo ſex durare conſueſſet.

§.X. Per hoc ipſum fere tẽpus

Germani equites Ludouicũ deſeruunt.

coorta in Ludouici exercitu ſeditione:ad octingentos Germani equites ab eo defecere:qui Piſis egreſſi quũ Lucam occupare cõſtituiſſent:paruo tẽporis momento re ante cognita/prohibiti ianua ſunt. Excluſi itaq̃ Luca ac ſpe fruſtrati/cuncta circa vrbem loca hoſtili rapina fedauerunt. Mox in proximum euadentes collem/apud Cerulium munitum quondam a Caſtrutio locum ſtatius poſuerunt: Grauis profecto vicinitas amicis et inimicis prorſus formidata. Hi miſſis Florentiam legatis:fidem operamq̃ ſuam pollicebãtur. Frequenter de his rebus conſultatũ eſt tandem res infecta relicta:illa maxime ratione:q̃ periculoſum videbatur Germanis hominibus et ſub hoſte militare aſſuetis rem ciuitatis cõmittere. Ceterum horum trãſfugiũ ac diuturna hiſdem locis incubatio/maximarum poſt hec nouitatuz ſemina peperere. Ludouicus enim horum diſceſſu ſollicitus: lenibus primo verbis Germanorum iram placare nixus: vbi duriores ſenſit: Luce cui illi imminebãt timeret:preſides mutare: Caſtrutij filios amouere:omnia pene ſuſpitionibus mutare perrexit. Caſtraq̃ his locis germani tenebãt Ludouico infenſi:ac nocendi occaſionẽ expectãtes. ¶ Per extremũ illius anni Caſtrutij filij quos in priuatam formam redactos a Ludouico diximus:militib⁹ centurionibuſq̃ qui ſub patre militauerant magno numero coactis: Piſtorium occupare conati ſunt. Preſidium Ludouici intra vrbem erat:non tamen ita validũ vt eſſet pertimeſcenduz. Ingreſſi itaq̃ Piſtorium Caſtrutiani quum pleraq̃ ex improuiſo puaſiſſent loca: inſurgẽtibus ciuibus vrbe pellũtur. ¶ Eodem anno cõtinuatio coniurationis Florentie depreńa eſt facinoroſorũ hoim qui incendere vrbẽ ac procedere hoſti cogitauerãt. Res tota iam cõpoſita ferebatur:vt cõſtituta nocte quatuor vrbis locis de induſtria incenſis:dum ad illa reſtinguenda ciues intenti eſſent:coniurati portã effringerẽt:hoſtẽq̃ ad hoc ipſum ex compoſito paratũ accerſitumq̃ reciperent. Id excogitatũ compoſitũq̃ fuerat p id tempus quo Ludouicus et Caſtrutius venturi ad vrbem credebantur:et minima de plebe hominum ad facinus patrãdum cooperata manus. Reperteq̃ ſunt edes aliquot malleolis conſtipate: quo promptius validiuſq̃ corriperẽtur incendia. Sed de proditoribus ſupplicio ſumpto ciuitas conquieuit.

§. XI. Principio inſequentis

anni:vt ſcribit Leonar.Ar.vj.lib.hiſt.Florẽ. Ludouicus quũ Germani equites qui ab eo trãſfugerãt: oibus ceptis cogitatiſq̃ obſiſtere videbantur: nec promiſſe ab Actio pecunie compareb̃ãt:quo his proſpiceret incõmodis: trãſire in Galliã citeriorẽ ſtatuit. Relicto itaq̃ Piſis falſo pontifice cum omni hereticoꝝ apoſtatarũq̃ ſentina ſcz anteq̃ captus duceretur ille antipapa Auinionẽ vt dictũ eſt:quum per agruz Parmenſem deueniſſet in Galliã: exiſtimaretq̃ ſubito Piſas reuerti:maiora q̃ putabat in Gallia impedimẽta offendit. Actius enĩ illius perfidiam in paterna dudum euerſione expertus parere noluit aduentãti: ſed Mediolano ceteriſq̃ oppidis excluſit:quare bello in his locis neceſſario implicatus. In Hetruria vero poſt eius diſceſſum varios caſus variosq̃ euentus res ſuſceperunt. Germani vero quos in colle imminenti Luce diximus conſediſſe: haud multo poſt eius tranſitũ in Galliam Marcum vicecomitem quẽ a Ludouico miſſum pro obſide retinebãt:ſibi ducem profecerũt. Huius maxime: opera atq̃ ingenio freti:tandem Lucam occupant:intromiſſi per arcem a veteranis qui cuſtodie preerãt.

Germani Lucã occupãt

Mox per legatos Florentiam miſſos obtulerunt eam ſe vrbem dedere velle. Duo autem ab eis poſtulabantur. Stipẽdiorum antiquorũ diſſolutio:ea ſumma erat auri milia circiter octoginta. Secundo pro Caſtrutij filijs precipua quedam:his namq̃ et amicitia erat paterna cum Marco vicecomite:et ingreſſum Germanorũ in vrbem Lucam odio preſentis dominationis curauiſſe videbantur. Re igitur Florentiã delata:et varie cõſultatũ eſt a ciuitate. Erant qui ſine vlla cunctatione ſuſcipiendam a Florentino populo Lucam ac pecuniam Germanis exoluendã:erant qui totã huiuſmodi oblationem repudiandam cenſebant. Oberantq̃ vtilitati publice ſimultates priuate. Qũ enim precipui quidam ciues ferebantur authores repertoreſq̃ huiuſce facti Germanis fuiſſe:horũ ſucceſſibus renitẽtes aduerſarij contra pugnabant. Quũ igitur de his ad pplm magiſtratus referret:ac varie pro vniuſcuiuſq̃ ingenio dicerentur ſententie:propiuſq̃ ad repudiandam res inclinaret: Primus Lola eques Florentin⁹ (qui vnus ex authoribus fuiſſe Germanis ferebat) in hunc modũ ſententiam ſuã dixit. Si quẽadmodũ leges domi ſpectatiſſimi ciues /quas tempus experiẽtiaq̃ rez magiſtra inutiles arguit:ſi etiã detrimentoſa foris conſilia corrigere vobis liceret:nõ multum mihi aut cuiq̃ alteri patrie amatori in hac deliberatione veſtra putarem laborandum. Quippe tẽpore ipſo cõprobante quid factu ſit optimuz ſequeremini. Nunc aũt ea quũ eſt natura rerum ꝓpoſitar ũ:vt malo ſuſcepto cõſilio penitere nil proſit:toto ani adniti et conari oportet quõ reipu.cõmodum amplectamur. Res enĩ hec (ni fallor) per magna agit:et in qua plurimũ referat hoc an illud eligatis. At me quidem aut error habet ingens:aut permulta ſimul ad ſuſcipiendã Lucã nos hortari vident.que quũ ante oculos poſita ſint miror eſſe quoſdam qui ſe hec videre intelligereq̃ diſſimulent. Ipſe breuiterq̃ intueri videor ſigillatiz decurrã. Utilitatẽ vobis Luce ſuſceptio duplicez affert. Nã et ſedes illa per vos occupata hoſtibus nõ patebit:et ipſa vobis cõtra hoſtem per opportuna erit. Scitis enim quot bella p hoſce annos grauia quidem et aſpera pertuliſtis:ea ola ab his qui tenuerũt Lucã eſſe illata. Hec igitur facultas adẽpta hoſti ꝑmagnã reipu. veſtre pariet ſecuritatez. nocendiq̃ cupidos longius ſubmouebit:vt iam ab ea parte non ſit amplius aliquid formidãdũ. Nulli vero vobis neq̃ animis inimiciores:neq̃ opibus infeſtiores ſunt q̃ piſani. Nil porro opportunius ad eos deprimendos/q̃ Luca eis finitima:pene in veſtibulo eorum poſita:vt ſiue aduerſus eos:ſiue repellendum ſit bellum:permagnam exinde opportunitatẽ ad vtrũuis habeamus. Age vero ipſa per ſe quanta potentie erit acceſſio:pulcherrimã munitiſſimamq̃ vrbez/tantum agri / tot oppida/tot arces/in poteſtatẽ veſtrã deuenire: Quid autem gloria et amplitudo nominis maieſtatiſq̃ Florentini populi quantum augeſcet:ſi ciuitas dudum noſtre potentie et opibus pene par vobis ſubijciatur Equidem vt iſta communi vita moribuſq̃ hoim vtor:ita illis me moueri fateor:que bona apud homines putantur:oſtendere fines:imperiuz augere:ciuitatis gloriam ſplendoremq̃ extollere:ſecuritatem vtilitatemq̃ adſciſcere:que niſi expetenda dicamus:et cura reipu. et pietas in patriã et tota pene hec vita nobis erit puertẽda. Hec ſi illi qui ſuſcipiendaz vobis diſſuadent/contẽnunt: ac pro nihilo cenſent:nouas profecto viuendi normas in vitam adducunt. Sin illa probant et in bonis eſtimant:hanc ſuſcipiendam putent neceſſe eſt:vnde tot bona totq̃ cõmoda prouentant. Mihi quidem diuino quodã bñficio hec oblata facultas nobis videtur:vt ex qua vrbe prio Fagiolanus: poſtea Caſtrutius nõ ſine clade nobis intulerunt bellum:eã nunc vrbem ſine periculo/ſine vulnere poteſtati noſtre ſubdere valeamus. Qõ ſi hanc facultatem nunc nobis oblatam pretermiſerimus:deinde a quibuſdam huius populi aduerſarijs ſuſcipiatur:belliq̃ inde et tumultus inſurgat:quis non merito nos culpabit:quis nõ carpet:quis nõ iuſte ignauie penas ſubire nos dicet: Duo cõtra hec maxime dici videor. Nã ſunt qui dicunt ſatis vos habere:monentes (id quod eſt) tuendũ ſolũ:et nec impenſis nec ceptis nouis onerandum. Alij ſuſceptionẽ eius vrbis non improbant quidem:ſed abſq̃ vllo impendio venturam demum in poteſtatẽ noſtrã arbitrantur. Hi quidem diuinare velle mihi videntur ſuperiores vero longe aberrare. Tuendum (quod eſt) ſolum cenſent: quaſi iſta ſuſceptio nõ pro tutela fiat eorũ que poſſidemus:aut ſuperiora bella inde nobis illata non in periculũ hec ipſa amittendi coniecerint. Non eadem iſti mente in patrimonio proprio ac in re verſantur publica. patrimonium ſemper quidẽ augere querunt:ac diu noctuq̃ anhelant:reipu. ꝓ acquirere interdicunt. Populus Romanus parens noſter nunq̃ orbis imperium nactus eſſet:ſi ſuis rebus contentus noua cepta impenſaſq̃ refugiſſet. Nec ſane idem propoſitum eſt homini publice et priuatim. Nam publice quidem magnificentia propoſita eſt:que in gloria amplitudineq̃ conſiſtit:priuatim vero modeſtia et frugalitas. Itaq̃ qui de republica conſultant:grandiorem animum celſiuſq̃ propoſitum aſſumere debent:nec tam de impenſis et laboribus q̃ de gloria ſplẽdoreq̃ cogitare. Mea igitur ſententia eſt Lucam ſine vlla mora ſuſcipiendam:et hanc facultatem nobis oblatã nullo modo nobis negligendam eſſe. Primus quidem ita perorauit. Ciues autem partim inuidia:partim tributorum formidine id conſilium neglexerunt. vana opinione detenti:quaſi Luca tandem ad eos nullis eſſet pecunijs ꝑuentura. Itaq̃ poſt longas conſultationes res infecta dimiſſa eſt.

§.xij.

Piſtorienſes i gratiam redeunt cũ Florẽtinis.

§. XII. Per idem tẽpus Piſtorienſes

Per idem tẽpus Piſtorienſes: anno ſcilꝫ Milleſimo. cccxxix. Ludouici rem in deterius labi cernentes: pacem a Florentinis queſierunt: que illis vel cupienter conceſſa eſt. Per eam pacem omnes ferme exules Piſtorium redierũt. Preterea ⁊ Murlũ ⁊ Carmignanũ Artenimumqꝫ Piſtorienſis agri caſtella vt Florentini retinerẽt cõceſſum eſt. Quoqꝫ pax ſtabilior eſſet quatuor ex precipuis Piſtorienſiũ familijs equeſtrĩ dignitate a populo Florentino inſigniti ſunt. Jacobus Stroza eques Florẽtin⁹ inſigniuit eos populi nomine: ad hoc ipſum cũ poteſtate publica miſſus Piſtorium: ⁊ ludi equeſtres ob eam pacem Florẽtie celebrati ſunt magnifice. Eo tempore fuit maxima penuria victualiũ per totã Tuſciam: adeo vt vix haberi poſſent pro pecunia: ⁊ ſextarius frumẽti vno aureo vendebatꝛ ⁊ ſextarius ſagine. xxx. ſolidis. In comitatu quoqꝫ nõ minor penuria: nec erat in memoria hominũ tanta penuria in Tuſcia. Piſani quoqꝫ ſub eodem fere tẽpore ad libertatem ſpectantes ⁊ repellere Ludouici iugum perrexerunt. Eius rei cauſa Marco vicecomite cum Germanorum aliqua manu

Piſani Ludouici iugũ excuſſerũt.

clam accerſito: ⁊ intra vrbẽ recepto: arma populariter corripiunt. Depulſoqꝫ demum Carlato preſide cum omni Ludouici preſidio: rempublicam liberatam ſuo iam ipſi auſpicio gubernabant. Itaqꝫ mutatus vndiqꝫ Hetrurie ſtatus innouabatur. Marcus vicecomes ob nauatam Piſanis operaꝫ magnifice ab illis donatus / haud multo poſt Florẽtiam venit: receptuſque eximie ac publice honoratus negotium Lucenſe iterato induxit: propoſitis hiſdem cõditionibusque prius fuerant ciuitati oblate. Eas ob res conſultatio iterata eũdem quem primo habuerat exitum habuit. Itaqꝫ Marcus re infecta in Galliam abijt. At Germani Luce relicti quum pecunias quererent: eandem ad Piſanos rem detulerunt. Nec vero ſunt cunctati Piſani illaꝫ capeſſere. Quippe iam pridem ſoliciti ne ea vrbe potiretur Florentinus: incũctanter pecunias ſoluere vrbemque ſuſcipere paciſcuntur. Id poſtquam Florentie auditum eſt: nulla fuit mora quin bellum inferretur Piſanis: quod poſt preſidium Ludouici eiectum / tam cito magis conſenſu quam aperta pace fuerat intermiſſum. Ea de cauſa profecti equites pediteſqꝫ ad Piſarum vſqꝫ menia repentino impetu peruaſere. ¶ Sub idem fere tempus Catinum oppidum quod nuper in fidem Florẽtini populi deuenerat: ad hoſtes defecit. vnde cõcitata ſunt bella. Inter hec Piſani ſpe potiundi Luca / ob exortas difficultates excluſi: pacẽ cum Florentinis fecerunt. Conditiões

Luca deditur Spinole Genuenſi.

fere eedem dicte que in priori pace. Sepius deinde tentata Luce deditio quũ a ciuitate reijceretur: Gerardino Spinole tandem Genuenſi viro nobili diuitijſqꝫ ſupra priuatum modum abundanti: ſuſcepta pecunia Germani tradiderunt Lucam: venienteqꝫ cum preſidio in arcem validiſſimã quam in ea vrbe Caſtrutius munierat: induxerũt. Spinola igitur recepta vrbe ciuibuſqꝫ in ſuam voluntatem benigne traductis: pacem agere cupiebat. Florẽtinis aſt longe aliter erat mens diuerſa: Spes enim cupidoqꝫ inceſſerat Luca potiundi. Itaqꝫ nec Piſanos nuper tulerant ſe ingerẽtes: nec tunc Spinole factum equo ferebãt animo. Quamobrem reiecta pacis flagitatione: Catinum acrius premere: aliaqꝫ Lucẽſis agri caſtella ad defectionem hortari: auxiliaqꝫ rebellãtibus polliceri ceperunt. Spinola igitur ⁊ Lucẽſes quum ſe bello haud diſſimulanter impeti viderent: audendũ aliquid rati / in proximum caſtellum quod forte per eos defecerat diem copias educunt. Adfuitqꝫ fortuna ceptis. Nam multa cum inimicorum cede caſtellum ipſum vi expugnatum receperunt. Inde Lucam reuerſi gratulabundi opem ferre obſeſſis ad Catinum ſtatuunt. Diu ibi pugnatum eſt: adiunctis Lucenſibus quingentis equitibus Germanis belli expertis ⁊ peditibus multis. Deniqꝫ Catinum receptum eſt a Florẽtinis longo quidẽ certamine: ſed admodum glorioſo. Agmina pene triumphantia in vrbem coronatiqꝫ fronde milites domum ad coniuges ⁊ liberos ſuos eximia omnium gratulatione redierunt. Conſultũ poſt hec de caſtro euertendo: peruicitqꝫ tandem eorum ſententia qui retinendum cenſebant: propter eximiam eius opportunitatem ad bellum. Multa iam ſuadere videbantur Lucam ipſam obſideri capique poſſe a Florentinis. Primum ꝙ ipſi in ſe Lucenſes imbecilles ſane atqꝫ impares erant: preſertim ciuitate diuiſa: magnaque exulum manu in hoc ipſo bello Florentinos ſectante. Externi vero nulli videbantur opem laturi. Nam Piſani quidem bona pace obligati nihil contra moliri credebantur. Ludouicus Romani nominis imperatoris inuaſor / vnica partium ſpes / fractus ac debilitatus Gallico bello: tandem in Germaniam trans Alpes abierat. Falſuſque pontifex ab eo Piſis relictus: poſt Piſanorum rebellionem ad verum pontificem Auinionem ductus: veritatem recognouerat penitentiam agens: vt dictũ eſt ſupra. Nihilqꝫ ſupererat in preſentia qđ formidandũ videretur. Qua de re Florentini magna ſpe verſi ad bellum: nõ iam leuia conſectari: ſed Lucã ipſam capere atqꝫ arcem belli obſidere cõſtituunt. Ad hoc vbi ſatis omnia parata ſtructaqꝫ viſa ſunt: egreſſi in arma contra hoſtes copias duxere. Ac primum Cerullo Viminaria ac ceteris imminentibus Luce arcibus occupatis: mox deſcenden-

Lucam obſidẽt Florentini.

tes vrbi ipſi admouerunt caſtra. Primo ab vna parte vrbis: mox creſcẽtibus copijs ⁊ amicorũ auxilijs cõfluentibus / alia ſubinde appetendo loca vndequaqꝫ illam cinxere. Quum durior indies redderetur obſeſſorum conditio nec futuri ſpes preſentia ſubleuaret mala: Spinola rebus diffidens: modo pactiones tentare cum Florentinis: modo alienum refugiuꝫ circumſpicere: ſcrutari deniqꝫ omnia indagariqꝫ cepit. Obſeſſis igitur tunc penitus fractis et quo ſe verterent neſcientibus: quum neqꝫ conſilium ſupereſſet: diuina prouidentia (qua regna conſtituuntur ⁊ mutantur humana) quod nemo

Joannes rex Bohemie Lucenſib⁹ opitulatur.

prius ſuſpicari poterat: ſubminiſtrauit Lucenſibus auxiliũ. Joanes enim Bohemie rex erat Henrici eius qui dudum in Hetruria deceſſerat filius. Hunc alijs de cauſis Italie finibus propinquantem Brixia ſeditione domeſtica aduocarũt. Qua de cauſa Brixiam cum equitatu egreſſus: haud multo Bergomates vicinos eadem quaſi ratione ſuſcepit: ac per amicos paternos viros extendit. Ad hunc igitur Spinola et Lucenſes legatione miſſa Lucam dedidere. Ille opem ferre obſeſſis periculoqꝫ liberare pollicitus eſt. Id etſi armis agẽdum exiſtimaret: tamen viam primo humaniorem ingreſſus legatos Florentiam miſit: qui ſui iuris Lucam eſſe docerent: ac benigne poſtularent obſidionem diſſolui. Quod quum negatum eſſet: ad vim conuerſus ⁊ arma copias parat: expeditionem in Hetruriã mittit. Florentinos perꝗ inopinata res turbabat animos. Illa inſuper afficiebat cura: ꝙ orta nuper in caſtris ſeditione conducti milites nulla ducti reuerentia cedes ⁊ incendia fede patrauerant. Ob que ſuſpecti ſimul contumaceſqꝫ nec ipſi ſe duci: nec dux illis ſe ſatis credebat. Et iam tranſfugia quedam ex caſtris facta erant conductorum. Quamobrem periculum rati expectare hoſtem: vbi appropinquare prefectus regis cum equitatu nunciatus eſt: obſidione omiſſa copias reduxere / quinto fere menſe poſtꝗ obſidio cepta fuerat. Per hunc modum primus Florentini conatus populi ad Lucam plenus dudum bona ſpe / in irritum excidit: ac maiora ſubſecuta certamina diſpendijs ⁊ periculis mali penas conſilij a populo exegerunt. Non multo antea dominus Marcus de vicecomitibus Mediolanenſis etiam aliquando veniens Florentiam ſe obtulerat dare Florentinis Lucam certa quantitate pecunie: cui tamen rei nõ fuit aſſenſum: qui dominus Marcus reuerſus in Longobardiam interfectus fuit a Galeatio ſuo nepote. Viterbienſes autem interfecerunt Syluestrum: qui tyrannice dominabatur eis. Ethberghettinus de quo. ß. quum tractaſſet cum Bauaro proditore tradere ⁊ legatum ⁊ Bononiam detecta proditione ordita capite plexus eſt. Circa id tempus Genuenſes nauali prelio Aragonenſes ſuperant: ⁊ eorũ littora depredantur. Aliquot dies poſtꝗ Lucam venerat regis prefectus: Florentinum populabundus ingreditur agrum: habens equites ad mille ducentos: pedites autem ad duo millia. Temeraria procuidubio res: attamen ſortita ſucceſſum. Quum enim facile intercludi poſſent: triduo agros populati magnas inde predas abegere.

§. XIII. Per idem fere tempus

Joannes rex Parmam Regium ⁊ Mutinam vrbes Gallie citerioris ſeſe vltro dedentes accepit. Ita propinquior ⁊ potentior factus indies magis formidabatur. Proximo dehinc an-

Grauẽs in põtificia legatũ ſuſpitiones.

no plurimum aucta eſt ſuſpitio ob colloquium congreſſumqꝫ regis et legati Romane ſedis qui Bononie preerat in quo tam amice ſeſe receperant contra omnium expectationem: vt non modo non ſuccenſeret legatus regi pro occupatis Gallie ciuitatibus: verumetiam ſibi gratias videretur habere ⁊ ſecuta mox conuiuia arcteqꝫ amicitie ſigna mouerunt hominum mentes ⁊ in ſuſpitioneꝫ verterunt: quibus eſt de rebus quo clariores ſint paulo altius repetendũ. Bellum Gallicum originem traxit a Genuenſi bello. Pulſi enim dudum Genua ciues diuerſarum partium / ſe ad Mediolanenſes contulerunt eorumqꝫ freti opibus redire in vrbem conabantur. Altera vero factio Roberto rege aduocato ſeſe ⁊ illi vrbem dediderat: cuius freta viribus cõtra aduerſarios repugnabat. Admiſcuit ſe tunc his certaminibus pontifex ſummus legatumqꝫ ſuum miſit in Galliam. Creſcente igitur Romane ſedis potentia: iꝫ compluresannos gerebatur bellum: vt apparerent mera partium ſtudia in illo verſari. Robertus enim rex Florentiniqꝫ ac tota illius modi factio legato in Galliam: legatuſqꝫ ipſe quum opus

erat/in Hetruria ſubmittebat auxilia. Mediolanẽſeſq; Ueronenſes ac Mantuani ceteriq; imperij fautores cõtra nitebantur. Poſt diſceſſum itaq; Ludouici ex Gallia: legatus Bononie conſiſtens: Mutinam ⁊ Regiũ ⁊ Parmam que duodum vrbes ab eo defecerant: grauiſſimo vrgebat bello: quo metu he ciuitates ſeſe Joanni regi dediderunt. Secuta ergo colloquia ⁊ amicitie ſigna inter regem legatumq;/ quũ ante his de cauſis crederentur hoſtes: querelas ſuſpitioneſq; pepererunt. Robertus enim rex ꝙ paternã inimicitiam aduerſus Joannem exercebat: legati factum indignabatur. Florentini vero ob ereptam e faucibus pene Lucam: ⁊ antiquã Henrici patris obſidionem infenciſſimi erãt. Eodemq; modo per Gallias/ Mediolanẽſes/ Mantuanoſq; principes legati veteres hoſtes Joannem etſi a ſtirpe ſuarum partium fautorem tamen ob hanc ipſam legati coniunctionem ſuſpectum habuere. Ita contra pene naturam rerum coniunctio quedam animorũ inita eſt inter principes Gallie Robertũq; regem ⁊ Florentinos/cõtra Joannem regem ⁊ legatum: que haud multo poſt hos ipſos oẽs in vnum ⁊ apertum fedus cõiunxit. ❡ Per idem tẽpus Piſtorienſes arbitrium poteſtatemq; ciuitatis ſue Florentino populo tradidere: cõmoti ob diſcordias ciuium ꝙ hi qui dudum pulſi a Caſtrucio per Florentinam pacem redierãt in vrbem: plus poſſe aduerſarios permoleſte ferebant videbãturq; ob eam indignationẽ res nouas moliturí. Quare preuenientes familie duaũ in Florẽtina pace honorate: dedẽdi protinus vrbem authores fuerũt. Nec poſt hac vt federati: nec rurſus vt ſubditi: ſed vt ſubiecti Piſtorienſes ſunt habiti: et ſi ad ſpeciẽ ius deligendi magiſtratus ceteraq; iſtiuſmodi liberi populi ſimulachra eis in deditione reſeruata ſunt. ❡ Eodem anno Bargam oppidum Lucenſis agri quod in poteſtatem Florentinorum erat obſederunt hoſtes: et quum Florentini miſiſſent copias ſuas ad remouẽdum obſidionem: hoſtes ita reciderunt aditus vt importari nil poſſet pugnã autem detrectabãt. Quare fruſtrati a ſpe opis ferende domum irriti redierũt: ⁊ paulopoſt ob inopiam frumenti Barga Lucenſibus deditur. ❡ Altero dehinc anno creſcente legati ſuſpitione: quoniam Joannes relicto in Italia equitatu cum Carolo eius filio: ipſe trans alpes ad maiores cõparandas vires abierat: magno cõſenſu fedus initum eſt. Fuerunt in eo federe Ueronẽſium Mantuanorumq; tyranni. Preterea Actius vicecomes: qui nuper Caſtruciano bello Florẽtinorum pulſauerat menia: tantũq; indignatio potuit ⁊ vtilitatis ſpes: vt acerrimi quondam hoſtes in vnum amicitia ſocietateq; iungerentur. Conditiones vero aſcripte he. Totis vt viribus quum opus eſſet/ ſibi inuicem opitularentur. Interim vero belli gerendi cauſa equitum tria milia in armis haberent. Horum Florentini ſexcentos cõferrent: totidem Robertus rex: Maſtinus autẽ tunc Ueronenſium tyrannus octogentos: Actius vero Mediolanenſium ſexcentos. Ferrarienſium principes (nam ⁊ hi in ſedus venerant) ducentos. Totidem Mantuanus. Legatus autem per hec ipſa tempora Ferrarienſes bello perſequabatur: caſtraq; habebat apud Argentam oppidum. Qui vbi initam ſocietatem a Florentino populo cum hoſtibus intellexit: ira ⁊ indignatione commotus: oratores Florentiam queſtum miſit. Ji conſumpta pleraq; oratione veteribus inimicitijs refricandis dãnandoq; federe: ab illo vt ſe diſiungeret ciuitas poſtularunt. Ad hec reſponſum eſt: Florentinũ quidem populum Romane ſedis fautorem in primis fuiſſe: ac eo magis indignari ſi quis aduerſariorũ ſuorum a ſede illa foueatur. Nec vero cuiq; admirationi eſſe deberet ſi aduerſus Joannem Henrici filium/ quem ⁊ paterna vetus inimicitia/et noua Luce iniuria infeſtum reddat: ſe putauerunt muniendos. Sub hoc reſponſo oratores dimiſſi. Et conſtabat plus intelligi a ciuitate: ꝙ verbis exprimeretur. Nam conciliatus quidem pontifici Joannes rex per regem Francorum: quem arctiſſimo conſanguinitatis attingebat gradu: credebatur hoc totum Italie ceptum non inuito pontifice adoriri. Uerum ex ciuitatibus que ante diſceſſuз in fide regis Joannis erãt: per medium hoc tẽpus Brixiam ⁊ Bergomum Maſtinus auerterat. Actius vero Ticinum abſtulerat. Ticini tamẽ arx a ſuis tenebatur. Quare rex reuerſus cum magnis copijs ex Germania ⁊ Gallia profectus Ticinũ ferre obſeſſis auxilium tentabat: ſed ita foſſis ⁊ caſtellis circummunierat Actius: vt nihil ad extremũ rex proficere poſſet. Itaq; populato infeſtius Mediolanenſi agro Parmam copias reduxit.

Cinitates Italie in legatum et Joannẽ regẽ federa.

§. XIIII. Legatus tũ apud Argentam

Argentam oppidum caſtra habebat: nec longe ab his Ferrarienſium copie inſtiterant. Prelio itaq; commiſſo profligati ſunt Ferrarienſes. Deinde admotis caſtris Ferraria obſeſſa eſt a copijs legati. Hoc igitur ſociorum periculo Florẽtini mittere auxilia ſtatuerunt. Sed inerat difficultas maxima: tenente pene omnia legato circũiacentia loca: vel regis Joannis copijs alia itinera ad eam occupantibus. Mittũt ergo quadringentos equites quibus prefecerunt preſtantiſſimos iuuenes: Franciſcum Palleriuum Strozam: et Hugonem Neri filium ſcalam. Qui pertexerunt Mediolanum honorifice recepti: quia tunc eum eis federati: deinde Ueronam. Ex Uerona autem profecti equites Florentini cum adiunctis copijs Mediolanenſium et Ueronenſium Ferrariam ingreſſi ſunt. Armata ergo multitudine vrbana omnibuſq; paratis quum duabus ſimul portis eruptionem feciſſent: caſtra hoſtium adhoriuntur. Naues etiam quarum ad triginta habebant: per flumen ad caſtra oppugnanda dimittunt. Certamen atrox fuit: atq; aliquandiu ita pugnatum vt neutram in partem inclinaret victoria. Sed precipua ea die pugnandi laus penes duces ipſorum Florentinorum fuit: quum ambo pari ardore in prima verſarentur acie. Tandem hoſtes ſuperant ac referre pedem compellunt. Simulq; refracta pluribus locis munimenta caſtrorum peruadunt. Additur preterea terror hoſti: ꝙ quum magna effuſaq; eſſet fuga: ad vlteriorem fluminis ripam pons nimio pondere delapſus eſt. Quo facto omnis hoſtium equitatus et maxima peditum pars intercipitur. Per hunc modum victoria Ferrarienſibus ſocijſq; parta eſt cum magno aduerſariorum ſtrage. Ob hanc victoriam cuncta paulo poſt Flaminia defecit a legato: ⁊ Bononie ita trepidatum: vt niſi Joannes rex cum equitatu aduenıſſet populus arma fuiſſet capturus. Sed illius preſentia nouas res compeſcuit. Rex autem eodem anno Lucam acceſſit. Huius cauſa fuit: quia duo filij Caſtrucij quos obſidum loco rex ſecum ducebat: arrepta fuga ex clientelis paternis magno numero coacto Lucam ſubito ingreſſi ſunt: vrbemq; in ſuam poteſtatem redegerunt: preter arcem vbi erat preſidium regis. Eam ob rem rex cum duobus millibus Lucam properauit ⁊ pulſis adoleſcentibus vrbem accepit: magnamq; inde pecunie quantitatem Lucenſibus imperauit: et quaſi pertesus Italie trans alpes abire conſtituit. Jn ea autem victoria habita Ferrarie contra legati et regis Joannis gentes multi ſtrenui capitanei qui fuerant capti ex gentibus legati/ dimiſſi fuerunt liberi: ſcilicet dominus Franciſcus de Ardilaffis ex primoribus Forliuij: dominus Malateſta de Arimino: dominus Anaſtaſius de Polenta. His ex captiuitate liberatis reuerſis in Romandiolam: Franciſcus rebellare fecit et a legato recedere Forliuium: dominus Malateſta Ariminum ⁊ Ceſenam: et dominus Anaſtaſius Rauennam. Creditur ꝙ in ſua liberatione cum ijs qui ceperãt eos in hoc conuenerint. Florentini ſuper hoc parum curarunt de damnis legati: quia queſierat eos decipere et ſubijcere eos ſue iuriſdictioni. Sed ſemper poſtea in deterius ſe habuit legatus. Sed extrema huius gaudij ex victoria Ferrarie habita a Florentinis cum alijs viriliter dimicantibus ſubito luctus occupauit. Nam ciuitatem Florentie pene diluuium ſubmerſit. Circiter enim kalendas Nouemb. quatuor diebus totidemq; noctibus continuato imbre incredibili aquarum multitudine fluuij omnes per Caſentinatem Aretinumq; agrum egreſſi alueos/inſtar equoris omnia texere. Jnde paſſim deſcendentibus quum Seua quoq; fluuius inundato Mugellano agro plena occurreret valle: Arnus autem nullis ripis neq; terminis coerceretur: omnia ſupra vrbem loca complentur. Ea vis aquarum in muros per lata vrbis: partem illarum ad orientem verſam proſtrauit. Jnde per vrbem quaſi captam expugnatamq; diſcurrens: trepidis ac fugientibus ciuibus cunctam occupauit: vt ad templum Martis id eſt oratorium Joannis baptiſte ſupra dimidium columnarum porphyrearum humilioribus vero locis ſupra .xij. pedes altitudo aſcenderet. Nec prius increſcere deſtitit aquarum moles: ꝙ ad occidentẽ quoq; non capiente iam vrbe aquaз menia ſubuertit. Tunc demum egeſta vis: ⁊ decreſcere pelagus cepit. Tres vrbis pontes deiecti: et proxima ſecus fluuium edificia multaq; per vrbem domus concidere. Pontes Carrarie/ſancte trinitatis et vetus corruerunt. Molendina deſtructa ſunt. Et circa eccleſiam ſancti Petri ſcharadij aque fuit altitudo quinq; ꝗ porta ſancti Petri .vj. vel octo brachijs. Jn ſancta cruce aſcẽdit vſq; ad altare maius. Multi mortui ſunt: aliqui ſubmerſi: aliquos dũ ſubſtantias vellent ſaluare/domus ruentes oppreſſerunt. Ceſſante hoc diluuio non inueniebatur panis: ſed miſerunt Pratum Piſtorium ⁊ alia loca: qui adduxerunt victualia in copia. ❡ Ceſſante aquarum metu quum homines veluti attoniti remanſiſſent: nouus iterato metus incidit a nobilitate. Robuſtiſſime trans Arnum familie nobilium erant: pontes autem diſrupti: eas ſeparauerant: vt iam due ex vna ciuitate facte viderentur et riſe quedam coorte ſuſpitionem augebant

Ferraria obſidetur.

Legati a Ferrarienſib⁹ ⁊ eorum auxiliarijs vincitur.

Memorabilis aquarũ apd Florentiã inundatio

augebant ob hunc metum pontes duo ex ratibus facti quo tranſarnine plebi ſi opus foret ſuccurreretur. tunc demum timere deſitum eſt. Eodem anno Florentinorum ſociorumq́ oratores communi de re apud Bericem locum in liguribus conuenere. Mouebat autem quia legato graui plaga per cuſſo Joanneq́ rege trās alpes relicta Jtalia digreſſo: proſperis ſecundiſq́ rebus de preda iam inter ſocios celebatur contentio diſcordiam paritura ni obuiaretur. Jtaq́ proſpicere iam inde et anteuenire placuit. Re igitur diſcuſſa ita conuenit: vti Cremona Mediolanenſi / Parma Ueroneſi / Regium Mantuano / Mutina Ferrarienſi: Luca Florentino deſtinaretur. Nec bona fide procuranda iuuandaq́ quoad vrbes iſte in poteſtatem venirent: bellumq́ poſt hec acrius ceptum. Prima hoſtiū ruina ab eo qui caput fuerat malorum omnium legato incepit. Hic erat vir Gallus intolerabili ſuperbia atq́ faſtidio: ⁊ auxerat nature vitium proſperitas fortune: nihil vt iam minus ferendum quam eius proteruia videretur. Quum ergo Ferrarienſes capta poſt prelium Argenta: Bononienſem in agrum copias traduxiſſent: lateq́ omnia vaſtarent: ciues per eam occaſionem ſumptis armis verterunt impetum in legati ſatellites. Quibus varie per vrbem oppreſſis: ipſe trepidus in arcem munitiſſimam quam ſibi conſtruxerat / refugit. Bononienſes arcem die noctuq́ obſeſſam oppugnabant. Que quum Florentie audita eſſent: ⁊ ſi populus non inuito modo hanc legati ruinam percipiebant: tamen vicit humanitatis reſpectus: vt pro reuerentia ſedis Romane de legati ſalute cogitarent. Jta miſſi confeſtim Bononiam oratores quatuor: et cum his equites trecenti: ex Mugellanoq́ de agro magnus peditum numerus miſſi ſunt. Ji rogando atque monendo ſequeſtres tandem fuere: vt legatus reddita ciuibus arce incolumis abiret. Jdque tanta difficultate impetratum: vt aliquot dies aduerſus eorum preces reſiſterent Bononienſes: et poſt rem impetratam quum extra menia legatum deducerent: vix a populi impetu in eum ruentis defendere illius ſalutem potuerint. Magna deinde vi Florentiam perductus: mox Piſas: inde mari delatus ad pontificem abijt. Receptus autem fuerat predictus legatus Florentie magno cum honore. Nam proceſſionaliter ei obuiauerunt clerus omnis et populus cū crucibus: vt legati recipi ſolent: clauſis apothecis: pallio aureo ſuper caput eius delato: et in domibus epiſcopatus requieuit: ⁊ vltra encenia eſculentorū ⁊ potulentorum / largiti ſunt ei mille ducentos florenos. Priuati etiam ciues diuerſa munera obtulerunt: nihil tamē recipere voluit: niſi confectiones. Qui prudenter ⁊ magnifice fecerunt compatientes afflicto: et non reddentes malū pro malo beneuolum eum reddiderunt reuertentem ad curiam in relationibus ad papam.

Legatꝰ magno in ꝑiculo apud Bononiē verſatur.

§. XV. Altero dehinc anno Florentini

Lucam obſidere conſtituerunt: itaq́ ita conuenerūt vt ex ſociorum copijs que circa Parmam erant in caſtris: pars Appenninum tranſiret ad Luce obſidionem perurgendam. Hec itaque auxilia expectantibus Florētinis: inſidie in caſtris ad Parmam deteguntur. Equites enim Germani pecunia corrupti ſeditionem in exercitu facere: ac Maſtinum ceteroſq́ duces qui preerant caſtris interficere conſtituerant. Hoc a legato quo iniurias vltum iret / procuratum credebatur. Jgitur ea re detecta: plerique Germanorum Parmam tranſfugere: ⁊ turbatioq́ iſta effecit confeſtim: vt Parme ſolueretur obſidio deficiētibus auxilijs. Luca quoq́ quo minus continuaretur impedimento fuit. ¶ Per hoc tempus marmorea turris que eſt ad Reparate templū: fundari cepta eſt: architecta a quidē a Giottho inſigni per eam tempeſtatem pingendi magiſtro ex Mugellano agro oriundo cui ſimilis tunc in Jtalia in arte pictoria non fuit. Js et fundamentis faciendis prefuit: ⁊ formam quam nunc videmus preſtanti magnificentia operis deſignauit. ¶ Eodem anno copie ſociorum duce Maſtino Ueronenſi in agrum Parmenſem reuerſe / obſidionem ex integro inchoarunt. Fuitq́ in hijs Florentinorum equitatus ex federe conſtitutus. Alie inſuper copie contra Lucam deducte cuncta belli terroribus infeſtabant. Ob hoc Joannes rex qui in Galliam vlteriorem abierat quo imminens Luce periculum depelleret: regi Francorum illam dedit. Jpſe autem rex vocatis Florentinis ciuibus quorum multitudo de titulo ingens in regno eius negotiabatur: donationem factam oſtendit: ⁊ ſuamque eſſe Lucam proteſtatus eſt: ⁊ proinde abſtineret Florentinus a bello inferēdo. Ea res a negotiatoribus Florentiam per ſcripta nequaquam retardauit populi ceptum: nec plane rex ipſe rem perſecutus eſt ⁊ certior factus a rege Roberto Lucam ad Joannem nunquam iure pertinuiſſe: ſed ſua duduꝫ quum eſſet: a Fagiolano primum: mox a Caſtrutio occupatam. ¶ Anno illo Joannes pontifex Romanus e vita migrauit: anno domini milleſimo treceteſimo triceſimoquarto: vite vero ſue anno nonageſimo: et obijt Auinione. Reliquit autem in theſauris ingentem vim auri et argenti: cuius computatio fuit millies viginti quinque millia aureorum: nec legitur alijs temporibus eccleſiam fuiſſe locupletiorem. Paulo antequam moreretur vna cum Philippo rege Francorum et Uenetis in adiutorium Grecorum et defenſionem contra Turcos claſſem armauerat: et victoria habita contra ipſos repreſſerat. Erat autem multum literatus dictus papa Joannes: vnde ſermonem faciens in publico conſiſtorio: dixit quandam hereſim ſapientiam. Quem ſermonem allegant fratrunculi de opinione: quos hereticos declarauit: vt dictum eſt. §. aſſerentes ex eo ipſum fuiſſe hereticum. Sed quia hereticum facit hominem non ſolum error circa ea que ſunt fidei in intellectu: ſed quādo cum hoc eſt etiam obſtinatio in voluntate: quia ſic pertinaciter vult credere: ⁊ ſi contrarium eccleſia teneat: quum ipſe Joannes papa reuocauerit errorem dictorum ſuorum: non propterea fuit hereticus.

Joānis xxij. obitus et theſauri ingentes.

¶ De Benedicto. xij. papa: ⁊ diuerſis bellis Aretinorum / Piſanorum / ⁊ Florentinorum. Capitulū. vij.

Poſtq̄ Joannes viceſimuſſecundus papa appoſitus eſt ad patres ſucceſſit in ſede Petri Benedictus duodecimus: patria Toloſanus: Jacobus antea vocatus infime conditionis in ſeculo: ſed moribus et ſcientia clarus: anno domini milleſimo. cccxxxv. et ſedit annis ſeptem vnus ex cardinalibus: ſed ad illam dignitatem cardinalatus aſſumptus ex monachali ſecta ordinis Ciſtertienſis. Proxima inde eſtate feruente in Gallia citeriori beloꝝ Parmaque obſeſſa: nouum rurſus bellum in Hetruria concitatur. Aretinorum enim poſt mortem Guidonis preſulis / Petrus cognomento Sachon acceperat dominatum. Hic fuit in bello quidem vir admodum preſtans: ad vrbanas vero conuerſationes non ſatis aptus: quum tamen opes a fratre partas ſuſcepiſſet: non ſolum tenuit eas armis verumetiam extendit: precipue tyrannis et his quidem ſuarum partium infeſtus: quos caſtellis arcibuſque extortos longe lateque diſperſerat. Florentini cum hoc pacem habebant intenti Lucenſis belli curis. Peruſini vero pro occupato dudum Typherno ita ſe habebant: vt odia potius occulta quam apertum ſupereſſet bellum. Rebus in hunc modum ſe habentibus: arcana quedam coniunctio fit inter Peruſinos et tyrannos a Sachone euerſos: quorum longe princeps aduerſarius erat Nerius Fagiolanus: eius qui dudum Piſas Lucamq́ tenuerat filius. Js ergo acceptis clam copijs nullo tale aliquid ſuſpicante: Burgum (id eſt oppiduꝫ ſecus Tyberim quatuordecim milibus paſſuum ab Aretio) per proditionem inuadit: quum arx nihilominus preſidio teneretur. Sachon re audita raptim eo copias duxit: ⁊ vndique ferende intentus omnia rimabatur. Jnterim Peruſini (vt compoſitum erat) omnibus repente copijs via Cortonenſi que eſt a Burgo diuerſiſſima: in agrum Aretinum peruenere. Quod poſtquam a Sachone intellectum eſt: omiſſa Burgi cura Aretium redijt. Jbi armata populi multitudine ⁊ ſub ſignis ſtructa / certiſſima dimicandi ſpe ad hoſtes contendit. Nec Peruſini quidem detrectarunt certamen: ſed vt pote viri fortes ſe ad pugnam compararunt. Ubi autem ſigno dato concurſum eſt: anceps atroxq́ prelium fuit: tandē ſuperantibus Aretinis ⁊ animis viribuſque preualentibus: Peruſini multa ſuorū cede in fugam vertuntur. Quos turbatos proſtratoſq́ perſecuti victores magnā ſtragē ediderūt ac viginti ex hoſtibus ſigna eo prelio capta retulerunt. Jnde agrum Peruſium ingreſſi: non longius ab vrbe q̄ duobus paſſuum milibus caſtra fecerunt: omniaque circum menia ferro igneque populati ſunt: Florentini autem cognito caſu Peruſinorum: memores priſtinarum amicitiarum: confeſtim auxilia equitum illis miſere: quibus ex graui conflictatione ſuſtentati ſunt: nec multo poſt Senenſium auxilia quedam Sachoni miſſa (erat que ſibi vxor Senenſis) dum prope vrbem pacare faciunt iter: iuuentutis concurſu intercipiuntur: armiſq́ et impedimentis direptis iter retro vertere coguntur. Jta ciuitas etſi non apertum ſuſceperat bellum: partes tamen Peruſinorum animis preferebat: que multuꝫ valuit ad curſum victorie compeſcendum. Per idem fere tēpus Parma iamdiu oppugnata quum amplius reſiſtere non valeret: ad extremum capitur: eam vt cōuenerat Maſtinus accepit. Mutina quoq́ ac Regium paulopoſt eodem tenore in victoris manū deuenere. Una reſtabat Luca Florentinis belli premium deſtinata: eadēq́ ſemper quaſi fato

Benedictus. xij. papa.

Petrus Sachō aretinorum tyrannus

Peruſini a Sachone profligant.

Parma mutina ⁊ regiuꝫ in Maſtini ditionem veniunt.

quodaʒ noui certaminis inexhauſta materia. Luce ſiquidē cauſa in Gallicum bellum ſe coniecerunt Florentini.

Lucam Ruſi fratres Maſtino tyranno dedere cō pellunt

§. I. Eiuſdem Luce cauſa aliud

rurſus bellum aduerſus Maſtinum ſuſceperunt. Luce etiā cauſa Piſanum poſtea bellum exarſit: de qui bus iam dicere aggredimur. Tres erant fratres Ruſi Parmenſes nati ſum mo loco: quibus Joannes rex Parmam ꝛ Lucam abiens re liquerat gubernandam. Horum duo coacti bello quuʒ Par mam tandem dediſſent: multa vltro citroq; ſunt pacti. Et illud in primis: vt is qui Luce preerat frater certa pactiōe il lam Maſtino dimitteret. Id factū non repugnantibus Flo rentinis fuerat: ducti vana ſpe ꝙ faciliorem hanc fore viā arbitrabantur: ſi rem in ſuam fidem Maſtinus accepiſſet: preſertim quum fratres illi in eius poteſtateʒ eſſent futuri. Ipſe vero tyrannus palam dictitabat Florentinis ſeſe id ne gotium faceſſere ꝛ eorum quidem auxilia omnibus victo rijs obſidionibuſque per Galliam adfuiſſe: ceteros vero ſo cios belli premia conſecutos. Florentinum vero populum vnum reſtare: cui Luca ex federe debeatur. Id nō magis ad populi Florentini ſtudium quam ad fidem ſuam ceterorūq; ſociorum pertinere. Hec huiuſmodi predicanti fides adhibi ta erat: eo magis ꝙ conſona vero honeſtoq; proferri videba tur. Itaq; illi permiſſum negotium eſt. Eius ab opere ciui tas dependebat. Re igitur aliquanto protracta: Lucam dari te illo qui tenebat fratre Maſtinus ſuſcepit: ac ſuo preſidio muniuit. Florentini miſſis ad eum confeſtim legatis ſecun dum promiſſa Lucam poſtularunt. Tyrannus autem primo benignis affatibus dum rem cum Ruſis fratribus compo nit exigui temporis moram ne grauate ferāt poſtulat. Mox eo tranſacto quum legati inſtarent: difficultates alias repe rire. Ruſis fratribus debitam a rege pecuniam dicere: ma gnas inſuper impenſas ab eiſdeʒ factas: quas reſarciri opor teat. Pro his omnibus ſummam promittit auri trecenta ſe xaginta milia Florentinus. Qua in re licet improbitatem ty ranni impudentiſſime verſari cernebat Florentinus popu lus: tamen deſiderio potiunde Luce adductus eam ſummā tradere paciſcitur. In quo maxime admiror huius populi mentem in vtranq; partem nimis procliuem. Pro qua enim nuper offerentibus Germanis ac prope rogantibus paruaʒ dare pecuniam recuſarat: pro eadem paulo poſt intolerabi lem auri ſummam recuſanti ac prope deneganti tradere ni tebantur. Nam neque hoc ipſum pactum conuentumq; ſer uauit tyrannus: ſed alia ex alijs querens diffugia / turpi per fidia legatorum deſideria fruſtrabatur. Venerat enim in eam ſpem: vt exiſtimaret Luca retenta ciuitatibus Hetru rie poſſe dominari. Hoc illi animos faciebant latiſſime per Galliam opes: quibus nemo eius ſeculi tyrannus par fuit: frequenteſque preterea adulatores quibus dominatorum atria ſunt referta. Multi etiam Tuſci generis exules noua rum rerum auidi concitabant. His accedebat facultas: qđ ex Parmenſi in Lucenſem agrum breuis eſt tranſitus ꝛ et Apennini fere dorſo coniuncti fines qua facile poſſet copias tranſmittere. Finitimos quinetiam Piſanos ob ſtudia par tium vetuſq; in Florentinos odium putabat cauſe non deſu turos. Hec meditantem fruſtrantemque animaduertēs Flo rentinus populus: legatis tandem mandauit vt queſti pro teſtatiq; iniuriam diſcederent. Id quum feciſſent legati: ty rannus quaſi lucrum arbitratus ſi omnia turbarentur quas Luce habebat copias repente in agrum Florenti num predatum miſit. Ita rupto federe bellum Lucenſe ex integro naſcitur. Florentini etſi contentio magna propone batur: ac iam defeſſos nouum excipiebat bellum: neq; conci derunt animis: nec quicq; remiſerunt priſtine dignitatis: ſʒ acrius vehementiuſq; ſe attollentes / non tepide neq; turbu lentes: ſed maturo ſingula prouidebant conſilio. Pecunijs enim comparandis decem viros cum poteſtate publica ꝛ ſex vero ad cōſilia belli gerendi prefecerunt. In primis quoque illud prouiſum: vt legati ad Actium vice comitē / ceteroſq; belli Gallici ſocios mitterentur. Qui et arguerent Maſtini perfidiam: ꝛ opem illorum aduerſus eam fraudem implora rent. Societas quoq; cum Peruſinis ꝛ Senenſibus renoua ta eſt: verentibus eis id quod erat veriſimile: ne Sachon ob tradita Peruſinis auxilia ſe Maſtino cōiūgeret. Copias vero apud Catinum ꝛ Fucetiuʒ bipartito quaſi in ſtationes diſtribuerent: ne hoſtiū equitatus qui ſatis validus erat Lu ce in Florentinum poſſet agrum diſcurrere licenter. Inter hec Peruſini ſociorum auxilijs freti agrum Aretinum ma gnis copijs intrarāt cuncta igne ferroq; vaſtantes. Coniun xerunt quoq; ſe illis Aretinorum exules: multas magnaſq; clientelas ſecum habentes in agro. Hinc defectiones que dam oppidorum fieri: et in deterius labi res ceperunt. Fre git tamen plurimos Aretinorum animos Typherni amiſ ſio. Huic vrbi Rodulphus preerat Carlatus eques Areti nus: preſidiumque habebat non contemnendum. Verum eorum ipſorum qui in preſidio erant: corrupti pecunia qui dam prodere hoſtibus vrbem paciſcuntur. Huius arcani author deductorque Nerius fuit Fagiolanus ꝛ talium qui dem rerum vel ſolertiſſimus artifex. Que vbi ſatis compo ſita ſunt: acciti Peruſinorum copijs nocte ad Typherni portas acceſſiſſent: ibi a proditoribus qui pro menibus excuba bant receptus / vrbe potitus eſt: Rodulpho poſt nocturnum prelium que fruſtra repellere hoſtē niſus fuerat / in arcem refugiente que ꝛ ipſa mox vna cum illo capitur. Per hunc modum Typhernum amiſſum eſt. Sachon autem in ca ſtella que ſunt circa Ambram fluuium (ea namque rebella uerant) cum exercitu profectus: quedam illorum expugna ta receptaq; ſubuertit: reliqua vero eiuſdem regionis Buc cinum: Galatrone / Leoninum / ac cetera his finitima Are tinorum caſtella / ſeſe ob ancipitem belli metum Floren tinis dedidere. Hec eo ſunt anno in Etruria et Gallia geſta.

Typhernū Aretinis adimitur.

§. II. Proximo dehinc anno flo

rentini ſtatim veris initio bellum Aretinis aperte indixe runt: mox inde Peruſini / inde Florentini magnis exercitu bus agrum Aretinum ingreſſi ſimulque circa vrbem con iuncti in vnum: crebra in portis ipſis commiſerunt prelia: ac late omnia vaſtauerunt. Per hoc fere tempus rumor incre buit Maſtinum ad octingentos equites p Flaminiā Sar ſinatemque agrū Aretium mittere. Et erant q ad Forum populij iam perueniſſe aſſeuerarent. Eius rei cauſa copie a Florentinis in Flaminiam miſſe: coniunctis Bononien ſium auxilijs ne qua Maſtini equitatus tranſire poſſet: ob ſeruarant et Luce accolas ab illo ꝛ illata damna pleraq; et accepta perturbarunt. Quum itaque pluribus locis miſce retur bellum: ac pene tota Hetruria fluctuaret: Maſtini que potentia formidaretur: placuit in Galliam ſi fieri poſſet bellum transferre. Id vnum maxime omnium ſalutare ab initio perſpectum: conſulatumque in rupublica fuerat. Ce terum legati ad partes Gallie miſſi quuʒ ſingulos adiſſent: nem inem pellicere ad bellum contra Maſtinum potuerūt: non quod amarent eum / homines: ſed quod eius potentiam formidarent. Demum ad Venetos conuerſa ciuitas: quos ꝛ finitimos tyranno ꝛ nonnihil leſos infenſoſq; illius poten tie intelligebat: multis adhortationibus tandem obtinuit in ſocietatem vt venirent belli. Ob eam ſocietatem Florentino rum ſtatim copie quedam ad ea loca tranſmiſſe: pariq; item numero a Venetis addite in Taruiſino primum agro bel lum aduerſus tyrannum commouerunt. Dum hec in Vene tis geruntur: Ruſi fratres (de quibus Lucam Parmamque accepiſſe Maſtinum diximus) reiecti ab eo et contra fidem exagitati in oppido Pontiſtremoli obſidebantur. Iſ ad Flo rentinorum Venetorumq; opem conuerſi in fedus recipiun tur. Ex his Petrus Ruſus vir preſtans in re militari Floren tiam veniens: oſtendit ſi ſibi copie darentur / poſſe Luce detrimenta inferri: obſidionemq; ſuorum ſimul diſſolui. Ac ceptis igitur Florentinorum octingentis equitibus / magno que peditatu addito Lucam petiuit: ne longe a menibus ca ſtrametatus / per ſingulos dies infeſta portis inferebat ſi gna. Hec eo propoſito fiebant: quo hi qui in caſtris erant ad Pontiſtremolum: Luce auxilium ferre coacti obſidionem diſſoluerent. Quod tamen ipſum aſſequi non potuit: impe ditus calliditate prefecti qui Luce preerat. Is enim quum Ruſi propoſitum animaduertiſſet: cum omnibus fere copijs egreſſus apud Cerulium conſedit. Qui locus Florentinum verſus agrum maxime ſpectat. Ex eo loco quum ſe de indu ſtria oſtentaret: commeatumq; impediret: vt ipſa eſt aſſecu tus vt dux Florentini exercitus omiſſa Luca / retro duceret copias. In redeundo autem quoniam ſub ipſo hoſte tranſe undum erat: prelium committitur. Foſſa erat iampridem Ca ſtrutiano bello facta a monte in paludem aditum ſecans: ad eaʒ premiſſi equites foſſam oppugnarunt: et demū vt tranſ greſſi preſidia hoſtium que ibi tutele gratia fuerant in fu gam verterunt. Inde profligatos inſequuti / neq; ratione vl la neq; conſilio: ſed temere atque incaute ad caſtra vſque ho ſtium delati ſunt: Quorum periculum quum animaduerte ret. Ruſus: receptui cani iuſſit: ꝛ poſteos miſit qui ex prece pto reuocarēt: ſed illi victoria elati ꝛ prelio calentes: quum neq; tubam neq; monitorem exaudirent: circumuēti repen te ab hoſtibus ita conciduntur: vt pauci eorum effuſa retro fuga euaderent: reliquis aut captis aut interfectis. Vexilli fer anteſignanorum qui princeps fuerat illius temeritatis: in portis pene caſtrorum hoſtium occiditur: vexilloque ho ſtes potiti ſunt. Qua victoria elati omnibus fere copijs con feſtim in reliquam Florentinorum aciem magno impetu / magnoq;

Veneti cū Florētinis aduerſus Maſtinum ſocietate ineunt.

magnoq; clamore deſcenderunt. Rufus imperterrito animo ſuos cohortatus ruentes in ſe excipiebat hoſtes. Et ſi primo quidem impetu / quoniam de monte in ſubiectos delati quaſi procellam dabãt: parum permota acies retulerat pedem: mox tamẽ equato prelio quum acriter pugnaretur: hoſtes ſuperantur et in fugam vertuntur: quos Rufus inſecutus magnum eorum numerum occidit: complures etiam cepit: et in his Maſtini prefectum qui dux fuerat copiarum. Poſt prelium vna nocte his locis victores cõmorati: poſtea Fucetium: inde Florentiam rediere. Nec multo poſt victoriã Rufus poſcentibus rebus in Venetos profectus ſummam belli aduerſus Maſtinũ de ſociorũ ſentẽtia recepit: geſſitq; cum ſumma cõſtantia et moderatiõe. Prima eius militia ad

Petrus Rufus ad Maſtinus mouet.

Taruiſium fuit: in quo loco quum hoſtes perculiſſet: in Patauinum inde agrũ deductis copijs per paluſtria locaq; impedita improuiſus aduenit. Patauium per id tempus Maſtinus tenebat: copiaſq; in his locis habebat ingentes: quas tamen in Rufi aduentu intra munitiones ſic cõtinuit: vt pugne fortunam experiri minime pateretur: ſperans a populationibus cohibendo et commeatus impediendo citra vllum periculum ſeſe hoſti aduerſurum. Rufus igitur detractantibus pugnam hoſtibus: magna difficultate per interrupta itinera cum exercitu profectus: ad Bogolentã poſuit caſtra. Eum locum acri conſilio ducis electum conſtat: q; foſſam ſecus habet nauigabilem: per quam commeatus poſſit afferri: nec amplius ſeptem milibus paſſuum Patauio abeſt loco idoneo ad bellum inferendum. Ibi ſtatiuis bello et foſſa in antiquum morem communitis: nullam requiem dimittebat hoſti: ſepe improuiſo impetu ad portas vſq; diſcurrens: ſepe ſigna inferre audens: ſepe ingreſſum attentãs / quibus rebus adeo mentem ſimulq; vires tyranni fregit: vt qui paulo ante occupanda Hetruria cogitarat: tunc ſolicit⁹ eſſet de patrio ſolo retinendo.

§. III. Dũ hec in Venetis gerũrunt:

Aretinus in dies magis premabatur: quum ad Peruſinum bellum per ſe magnum Florentinum inſuper bellũ acceſſiſſet: Tifetino Burgoq; amiſſis: crebra etiam caſtellorum rebellione facta ciues Sachonem (vel Sacconem) adeunt: rogantq; vti ciuitatis miſereatur. ſe quidem et duraſſe hactenus et durare paratos: modo et ſpes aliqua et ratio belli gerendi oſtendatur. Sin deſperata ſint omnia: proſpiciat aliquando vrbi de ſe non improbe merite et pacem ſi non bonam / attamen aliqua conditione ciuitati preſtet. Ea quum egiſſent ciues: in ſuſpitionem Sachoni venerunt. Itaq; ſtipatus armatorum catervis: non ciues iam minus q̃ hoſtes formidabat: et quaſi deſperatis rebus animũ ceperat ad conditiones traducere: quum Florentini et Peruſini per ſe quiq; affectarent: ac in eo plane ſocietatis eſſent infide: Sachonem plurime ad Florentinos cauſe magis inclinabant. Primum q; belli principia odiorumq; acerbitates ſibi cum Peruſinis erant. Deinde q; plerique eius inimici ſe illis coniunxerant: quibus inſtigantibus vix arbitrabatur fore: vt illa ſibi conuenta ſeruarent. Hec vero in Florentinis leuiora ola Accedebat quoq; et illa ratio in primis valida / q; ipſe Florẽtina matre ortus e familia nobili permultos propinquitate Florentie attinebat: quod plurimũ videbatur ad ſecuritatem eius pertinere. His de cauſis ad Florentinos magis inclinatus eſt. Ipſi vero quia clandeſtinos tractatus ea de re habitos cum Sachone Peruſinis cognouerant: recipere conditiones feſtinarunt. Summa vero conuentorum hec fuit. Florentinus pupulus ius arbitrarium Aretij in decennium haberet. Sachon agnati et omnes Sachonis Florentini ciues in poſterum forent. Caſtella et predia que priuatim habuiſſent: et vti priuis poſſiderant ita poſſederent.

Quib⁹ cõditionib⁹ Aretium in Florẽtinorũ redactum ſit poteſtatem.

Preter hec autẽ Sachoni, tradita quadraginta auri milia. Inſuper decem et ſeptem milia Aretinis mutuata: atque cõducto militi ſoluerent. Ita tyrannus improbus pecuniam militibus quos ipſe in ceruices conduxerat ciuiũ: etiam poſt finitam tyrannidem a ciuibus ipſis exoluendã puidit. q̃ vero ipſe q̃ſi preciũ vendite patrie accipiebat: pro ſe retinuit. Poſt fedus. xij. ex primarijs ciuibus Florẽtiã miſſi: vrbe ſuſcepere cum ſumma populi gratulatione. In aretinus quemadmodum et in alijs Hetrurie ciuitatibus factiones erant due Eariũq; aduerſatrix imperij fautrixq; eccleſie quos Guelfos diximus: fuit maior proculdubio et potentior per multa ſecula ſuo nomine rempub. gubernabat. Declarant hoc ſocietates cum Florentino populo antiquiſſime ſane poſt Frederici ſecundi mortem inite: que vſq; ad Arbienſem pugnã durauerunt. In ipſa vero Arbienſi pugna in qua Guelforum nomen in Hetruria pene deletum eſt: conſtat publicis annalibus Aretinos cũ Florentinis prelio interfuiſſe: ac plures fere cẽſos Aretinorum aceruos quam vllius ſocie ciuitatis. Caroli poſt hec nomen ab Aretinis ſtatim receptum fuit: et in partibus ita perſeueratum: vt neq; error Conradini neq; hoſtium victoria et cedes amicorum de menibus prope cõſpecta / a fide partium dimoueret. Orta deinde poſt multos annos ſeditione inter nobilitatem et plebem: opera maxime Guilelmi preſulis: factio Guelforum Aretio pulſa Florentinis ſe coniunxit: communiq; robore his qui in vrbe remanſerant / intulerunt bellum. Quo tempore cõmiſſo apud Camaldinum prelio Guilelminus eſt interfectus. Poſt huius preſulis mortẽ Tarlatũ genus prepotens opibus gubernationem ciuitatis accepit. Eo rẽpublicam tenente: factio illo expulſa varijs temporibus in vrbem reſtituta eſt. Nuſq; tamẽ integra: ſed alias alij: principibus ſolum ac maioris potentie hominibus in exilio relictis. Suſcepta igitur a Florentino populo vrbe et exules omnes redierunt: et factio illa dudum peſſumdata ſe confeſtim erexit: ac iam dempto tyranni metu / liberis vocibus gratulabantur. Ut vero in conſtituẽda republica Priores populi ac vexillifer iuſtitie creati ſunt quorum officiorum ne nomina quidem tyrannus eſſe in ciuitate paſſus fuerat: tanta repente letitia coorta eſt: vt vix lachryme pre gaudio tenerentur. Ita letis tunc animis Aretini primum in Florentini populi ius poteſtatemq; venere.

§. IIII. At Peruſini hoc Florẽtinorum

factum grauiſſime ferentes: quum ſe deluſos plane circumuentoſq; putarent legatos Florentiam confeſtim miſere: qui et quererentur iniurias: et bello parta ſecundum fedus repoſcerẽt. Ii magiſtratum quum adiſſent: poteſtate dicendi facta / orationem huiuſmodi habuere. Aduẽtus noſtri cauſam Florentini: ſilentibus etiam nobis palam eſſe omnibus arbitramur. Quis enim qui pacta conuẽtaq; inter populos norit: non et a vobis contra fedus magnifice ventum et nos ferre non debere eam contumeliam / intelligat? Nempe durum eſt contemni a ſocio: ſceleratum deſtitui: prope ſacrilegum oppugnari: quid ergo ſpoliari et cõtumelia affici? Ita nuper fedus ictum eſt ciuitatib⁹: vt neq; pax vlla cum hoſte fieret: niſi de ſociorum voluntate: et cuncta bello parta forẽt communia. Hec iurato religioſe ac tabulis literiſq; firmata

Peruſinorũ ad Florẽtinos oratio.

vtrum tandem patiuntur vos ſic Aretium ſuſcepiſſe: vel teſtantia a vobis fieri non potuiſſe ſalua religione et fide? Nobis pfecto hec eo grauior iniuria videtur: quo minus facta eſt vlla defenſio. Nam ex libidine contra fedus venire: id eſt contra ſocios pro nihilo ducere. Quod enim queſumus diffugium: aut quam defenſionem quiſquam veſtrum aſſumat? Deſiſſe nos eſſe in armis? At nũc etiam ſumus. Sero acceſſiſſe ad bellum? At prius q̃ vos inferre cepimus. Nullius momenti fuiſſe milites noſtros? At nihil terribilius erat hoſti. Profeciſſe parum? Attamen plura et muniti ſſima loca cepimus. Que igitur contemnendi cauſa fuerit: quum nulla fuerit conquerendi? At ſi verum audire non piget: non tam de tyranno q̃ de nobis Florentini Aretinum accepiſtis. Sachon credo vobis ſponte dedit beneuolentia ſeipſum: vt ſit vxq; tyrãnorum eſt mos poteſtatem exuit: vobis conceſſit. Nihil profecto poteſt dici minus. Nos inquam ad hoc inuitum repugnantemq; compulimus tyrannum. Nos hanc vim neceſſitatemq; intulimus. A nobis circa vrbem oppida adempta ſunt illi. A nobis crebro incurſu nocte dieq; vexatus ſpẽ reſiſtendi omnino amiſit. Quis igitur author eſt facti? qui cõpulſus eſt: an qui compellit? Iſte credo: niſi forte qui de naui iactat cauſam ſibi non tempeſtati putemus conſignandam. Quod ſi authores ſumus vt apparet: quãta iniuria eſt nos his rebus quarum quaſi cauſa ſum⁹ / pergere ſpoliare? Nihil indignius viſum eſt: q̃ alieno labore parta retinere. Quid ergo nos et ſocij et iurati? Nonne indigniſſimum eſt: ſi non in communionem quidẽ prede a nobis excitate et perſecute nos admittatis? At non vult hoſtis in tuas manus deuenire. Ad hoc ſcilicet in ſocietatem coiuimus: vt voluntatem hoſtis ſpectaremus. Porro nec illud quod facit nunc vult ſed vi ipſa compellitur. Neceſſitas enim omnia frangit. Quid autem minus conuenit q̃ voluntatem hoſtiũ attẽdere: ſociorum negligere? Uiri ſapientes nulla in re humana neq; maiorem neq; ſanctiorem fidem q̃ in ſocietatib⁹ exegerunt. Nam ſi in ſocio fides violatur: quid iam in vita ſtabile ſupereſt? Nuſq; enim integrum hominem haberi leges voluerunt eum qui non integra fide erga ſocios fuerit adiuncetus. A teſtimonio / a cura / a foro / a publicis honoribus ab humana deniq; ſocietate repellendum illum amouendumq; cenſuerunt: Quod magis a vobis eſt Florentini etiam nunc conſiderandum. Non enim quid concupiſcat animus: ſed quid fas et iura ſinant: ſpectare debetis. Legati itaq; Peruſinorum ita dixerunt. Florẽtinus vero magiſtratus quoniã oratio q̃ decebat arrogantior viſa fuerat: nec momento quidẽ temporis differre reſpõſum ſtatuit: ne intercapedo

Florentini magiſtrat⁹

ex parte minueret dignitatem: quare ad legatos conuerſus: Audacem (inquit) verborū copiam ſemper vobis Peruſini adeſſe ⁊ antea quidem ſciebamus: at nunc oratio veſtra manifeſte oſtendit. Neceſſe autem fuerit in reſpondēdo noſtrā parumper conſuetudinē intermittere: veſtrē aſſumere. Nā atrociter obiecta placide refelli non debent. Sed anteq̄ de iure federis diſputemus: qđ violatum a vobis eſt Peruſini: non autem a nobis: refutanda videtur illa iactātia: qua vobis totum belli opus quaſi nos nulli aut nuſq̄ fuerim⁹: tribuiſtis. Cui⁹ id fuit immoderatiōis ⁊ de nobis ⁊ ad nos iſta dicere? Cuius etiam preterea vanitatis? An quid vobis ſpectare vnq̄ licuit de Aretiniſ: nos ſedentes certamen veſtrum quaſi de theatro quodam ſpectaſſem⁹ ocioſi? Nempe quid veſtre quid de illorū poſſent vires: prelium inter vos initum patefecerat. Superatis fractis atq̄ fugatis vobis: quum Aretini victores circū menia obſtreperent: veſtra: opē tulimus indigentibus: qua ſeruati eſtis. Audetis ergo vos ſolum confeciſſe bellum dicere: quibus niſi opitulati eſſem⁹ bello ipſo vos eratis cōfecti? De nobis (inquit) Aretium cepiſtis. O arrogantiam ſingularem: o verborum audaciā nō ferendam. Nos ne de vobis cepimus? Ipſi nulla pars belli eramus? Et quid mentes Aretinorum fregit? Quid deſperationem reſiſtendi attulit: niſi bellum a nobis illatum: quum veſtrum ipſi per ſe longe contēnerēt bellum? Iactate iā verbis quātūlibet: nā id quidem perfacile eſt: leuitas vnde verborum nō mutat factoꝝ grauitatē. Uenio nūc ad ſocietatis fidem: quā a nobis violatā dicitis: quū id ſit veſtrum. Audete negare ſi poteſtis: ſecretos cum Sachone de accipienda vrbe tractatus. Habuiſſe literas ⁊ nuntios ea de re: iam ad eum miſiſſe: voluiſſe accipere ſi fieri potuiſſet: que cuius fidei ſunt Peruſini: cuius integritatis? Fides in ſocietatibus nulla magis re q̄ voluntate ⁊ animo violatur. Nam factum perinde haberi ſolet: vti propoſitum fuerit agētis. Mens et voluntas pro ſcelere eſt: conatus fraudandi turpitudinem contrahit: qui quū fuerit in vobis: quid nunc obijcere audetis? Leuius a nobis factum eſt Peruſini: q̄ per vos attentatum: propterea q̄ vos eo tempore attētaſtis: quū integra erat ſocietas: nos eo tempore fecim⁹ quum veſtrum iam ſcelus ⁊ fraudādi conatus omne ſocietatis vinculum iuraq̄ diſſoluerat. Nam perfido fides ſeruanda non eſt. Quid enim facere nos oportuit: quum per fraudem vos conari aduerſus ſocietatis fidem ſentiremus? Nonne contra dolum ⁊ conatum veſtrum nos communire? Nōne fraudem anteueniendo excludere. Hoc nos fecimus a vobis edocti: qui per nosipſos optima fide quieturi fueramus. Non poteſtis de eo facto a ſocijs iuſte conqueri: quod vobis in ſocios licere ſtatuiſtis. Si igitur viri ſapientes nulla in re humana neq̄ maiorem neq̄ ſanctiorem fidem q̄ in ſocietatibus exegerunt: ſi nuſq̄ integrum hominem haberi leges voluerunt eum qui non integra fide erga ſocios fuerit adinuentus: ſi ab humana ſocietate talē amouēdum conſuerunt: videte quāta vos moneāt Peruſini: qui tā graui legum ſapientumq̄ cenſure obnoxij reperiamini. Nam factum quidem noſtrum legitimā habet defenſionem: quū vos ſocietatis iura fraude veſtra ſuſtuliſſetis. Quāta igit̄ dementia eſt veſtrum ⁊ crimen verbis augere: circūſpicere vos oportuit Peruſini: ⁊ quid loqueremini ⁊ ad quos magis attendere. Nā impudētia iſta verborum nō turpitudinē occulit: ſed exacerbat. Quis ferat alteri obiectātē qđ ille ipſe q̄ obiectat cōmiſit? Peruerſa in oratiōe veſtra impudentia fuit: bellū vos confeciſſe ſolos dixiſtis: quum id ſit noſtrū. Fraudē a nobis commiſſam: quū id ſit veſtrū. At communionem ſaltē poſtulam⁹. Nō habet eam vim legatio veſtra vt iſta poſtulet: ſed vt nos iurgio laceſſat: vt contēnat: vt nullē in partē belli fuiſſe vtiles redarguat. Quum dicendi finē magiſtrat⁹ feciſſet: ⁊ qui adſidebant ciues pro ſe quiſq̄ caſtigando mitigarent: lenioribus tandē verbis tractari res cepta eſt: ⁊ vtriuſq̄ iam ratiōes audite. Deniq̄ inter hos ciuitatum diſcordias quoniā cōiudicare poſſe videbatur adhibita eſt mediocritas quedā: vt Peruſini Lucinianum Sabinū Floriānum Anglare/oppida Aretinorū tenerent ⁊ magiſtratum quinquennio Aretium mitterent: ad quem ex iudicijs prouocatio eſſet. Et res quidē Aretij diſcordieq̄ ⁊ bella in hunc modum ceciderunt.

§. V. Lucenſe iam negotiū re-

ſtabat magis porro difficile: nec in Hetruria ſolū: verūetiā per Galliā q̄ꝫ tranſpadanāq̄ regionē varie implicatū. Principio igitur inſequentis anni Maſtinus quū ⁊ captū Aretiū ⁊ auctas in Hetruria Florētinorum cognouerat opes Actiū quendam ex ſuis ducibus cum nouo equitatu Lucam dimiſit. Is equitatus ad veterem additus quum ſatis magnum exercitū confeciſſet: mouit hominum ſtudia: mētesq̄ erexit. Itaq̄ peractis ꝯfeſtim copijs ſociorūq̄ auxiliaribus accerſitis: magno exercitu Lucenſem agrū ingreſſi ⁊ omnia ferro igneq̄ popularunt. Hoſtis impar tante multitudini ſigna conferre abnuit. Oppida tm̄ ⁊ menia tuebatur. Eam ob rē pugna nulla commiſſa eſt: populationes modo late acte. In Gallia vero quū in ſumma res ſpe eſſet: cuncta repente turbauit Germanorum ſeditio. Maſtinus eñ virtutē Ruſi timens: grandi mercede a Germanis equitibus qui ſub Ruſo militabant redemerat: vt interfecto duce ad ſe tranſirent. Sed dū maturant inſidie: res interea patefacta eſt. Huius itaq̄ facinoris conſcij mille Germani equites/facto repente globo ac igne pluribus locis (ne q̄s perſequi poſſet) per tabernacula iniecto: ad hoſtem trāſfugere. Erant in caſtris aū hec tranſfugia Florentinorum Uenetorumq̄ ſupra quinque milia equitum. Reliqua vero multitudo refectis caſtris eodem in loco perſtitit. Nec dux ſuo caſu perterritus: quominus ſolita viueret vtereturq̄ fiducia. Iam ceteri Gallie principes ruinam Maſtini ſperantes/in ſocietatem coierunt ⁊ quantum nunquā copie Mātuano in agro cogebant. Mediolanenſiū: Ferrarienſiū: Mantuanorū. Ad hos Marſiliū fratrem cum duobus milibus quadringentis equitibus miſit: ipſe: cum reliquis Bogolentam apud remanſit in caſtris. Copie ſociorum vbi coacte ſunt: ex Mantuano in Ueronenſem agrum tranſierunt. Harum ſumma penes Lucinum vicecomitem omnium ſociorū cōſenſu habebatur. Igitur Lucinus Uerōe admotis copijs ſedē ipſaꝫ ac domū tyranni propinque milite quatiebat. Eodemq̄ tēpore Carolus Ioannis regis filius alia ex parte adueniens: Feltrum et Bellonam Maſtini vrbes inuaſit. Tertia Patauiū caſtra premebant. Quibus circūuentus malis tyrannus/periculoſum quidē̄ Uerſtamen ſtrenuum ſumit conſilium. Uerona egreditur cum omnibus copijs. In his equitū fuerunt ad tria milia: peditum multitudo ingens: ceterū vrbana ⁊ inexercitata. Cum his ad hoſtem ferociter profectus/aciem in conſpectu ſtruxit: poteſtatēq̄ dimicandi fecit. Lucinus ⁊ſi longe preſtabat equitatu: tum neq̄ in aciem copias producere: neq̄ fortunā pugne experiri voluit. Que res hoſtium animos ferociamq̄ adauxit: ſuorū vero ita fregit mentes: alijs alia ſuſpicantibus: vt conſiliū ſumerent diſcedēdi. Hoc incendio domi reſtincto. Maſtinus quaſi ſecundā tempeſtatē nactus in Patauinum agrum copias traduxit: ac tribus paſſuū milibus infra Bogolentam in flumine ipſo caſtra fecit: eo conſilio vt commeatum impediret: ſimulq̄ vt ceteras copias que cum Marſilio aberant/redire in caſtra prohiberet. Res Erat in anguſto. Nam ⁊ deſperatum erat fortunam prelij tentare illa paucitate copiarum: ⁊ deſperatum manere intercluſo cōmeatu. Sed ingenium multa reparat inuictum. Quum enī animaduerſum eſſet Maſtini copias ex hoc eodem flumine nec aliunde aquandi facultatem habere: ſuis ipm̄ artibus Rufus aggreditur. Herba eſt in his locis amaro nimium ſucco: hāc milites iuſſu ducis queſitā comportatāq̄ in ripa fluuij conterebant: ⁊ in aquā proijciebant. Ea ſecundo curſu ad caſtra hoſtium delata/tetro horrēdoq̄ ſapore aquam inficiebat: ita: vt nec hominibus nec equis vtilis eſſet. Qua difficultate ad extremum deuictus hoſtis: irrito cepto abſcedere coactus eſt. Rufus poſt hec coniuncto fratre/ Patauio copias admouit. Patauij erat Albertus Maſtini frater: natu quidem maior: ſed nequaquam pari authoritate. Hunc Patauini oderant cuncti: ſed metus/ vt ſit/ populum cohibebat. Stante igitur ad portas Ruſo omniaq̄ tentante: tandem ciues corripiunt arma: domumq̄ tyranni inuadunt. Ruſū autem cum exercitu intra menia admittunt. Author aūt huius defectionis rerumq̄ nouarū fuit Ubertinus Sciarra longe nobilitate ⁊ potentia princeps. Hic vrbem tyranno dimiſerat coactus ciuili diſſentione. Poſt multa atq̄ grauia ab eo perpeſſus: hanc liberandi viam cogitarat. Preſidium omne tyranni a Patauinis oppreſſum eſt: ipſe vero capi⁹ ac Uenetias deductus. Uerum hanc letitiam felicitatemq̄ victorie haud multo poſt turbauit ipſius Ruſi obitus. Etenī compoſitis Patauij rebus. Silicē oppidū expugnare adortus: quum in ipſa porta cōmitteretur prelium ac vi perrumpere milites conarentur: oppidani vero contra pugnarent: Rufus ex equo proſiliēs pedes ad primos ſuos conuolauit: ibi ſuos adhortanti manum etiam conferenti: quum vndiq̄ tela volitarent: haſta ſupra femur tranſfigitur: quo diuulſo quum hoſtes infeſtius irritatiuſq̄ vrgere in foſſam proſilijſſet ac per eam in oppidum tranſire perrexit: hic madefactū vulnus exacerbatum eſt. Itaq̄ paulo poſt relatus Patauium e vita migrauit. Marſilius quoque alter frater morbo quem primo contraxerat ⁊ dolore germani: paucis poſt hec diebus moritur. Horū mors Florentinorū Uenetorumq̄ aios turbauit: magniq̄ ſunt illis ab vtraq̄ ciuitate honores impenſi. Nam eorum virtute maxima pars belli exiſtimabatur cōfecta. Brixia ferme per hos dies a Maſtino defecit. Ea Me-

Patauinorū in albertū maſtini fratrē cōſpiratio

Ruſi et fratris ei⁹ mar filij ii. teritus.

ad Peruſinos reſpōſum.

diolanēſis potitus eſt. Proximo dehinc anno Venetorum Florentinoꝝ copie in agrum Veronēſem traducte nō longe ab vrbe caſtra fecerunt. Aliquot dies cōmorati quū ⁊ caſtella quedā munita cepiſſent: ac hoſtium vires pluribus locis attenuaſſent: tandē maiori conatu Vincentiam obſederunt. Maſtinus quum rem in deterius labi cerneret: capto fratre: amiſſis vrbibꝰ magnis quatuor: multiſq; cū his oppidis: Vincētia finitima in periculo cōſtituta: ſibi iā ipſi diffidens: oratores de pace ad Venetos miſit. Veneti autem ipſi per ſe procliues erant ad pacē: accedebat publice Maſtini deprecatio: priuatim autem multorū amicitie. Itaq; pax tādem illi a Venetis data eſt: ea tū conditione: vt Taruiſinum agrū Venetis dimitteret. Florentinis vero id cautū: vt ſi in pacem ipſi venire vellent: Piſciā ⁊ Buggianū de hoſte acciperent: ceteraq; Lucenſis agri caſtella retinerent q̄ poſſidebant. Exulibus vero Lucenſium qui cū Florentinis Venetiſq; in illo bello fuiſſent: in vrbē Lucam redeundi ius foret. His arcane compoſitis per legatos Florentiam miſſos ⁊ ſe pacem velle dixerunt: ⁊ cōditiones protulerunt. Proinde ſi pax Florentino placeret: ea afferre q̄ pacti eſſent: ſin magis bellum hoc etiam eorum arbitrio dimitti. Hoc Venetorū factum pergraue viſum eſt populo Florētino: ſed ad curaꝫ deligendi neceſſitas ipſa vocabat. In eo conſultationes varie frequentes habite remanere tyranno Lucā quā nuper Florentino per fraudē ademiſſet: cuiuſq; gratia ipſi bellū ſuſcepiſſent turpiſſimum videbatur: ipſaq; vicinitas nihil firmi habitura. Contra vero bellum ſi cōtinuarēt ſoli: arduū ſane ac difficile: preſertim tot ſumptibus defeſſis exiſtimabāt fore. Et inuitabant Piſcia Bubbianumq; duo Lucenſis agri oppida: q̄ ſi reciperentur: ſi firmior tyrānus ad bellū videbatur futurus. Hec tandem vicit preualuitq; ſnia. Miſſiſq; ad Venetos legatis mandatum eſt pacem vt maxime improbarent: ac diſſuadere conarentur. Quod ſi pſtarēt in ſententia Veneti conditiones quoad fieri poſſet: augerent: pacē tādē oblatā reciperent. Legati vero fuerunt Frāciſcus Patzius Alexius Rinutiꝰ: Jacobꝰ Albertus. Ab his legatis nihil pfectum eſt: obſtinatis ad pacem Venetoꝝ animis. Itaq; pax eſt tandem conditionibus predictis recepta. Poſt hec libere ciuium mentes nō a bello tantum ſed etiā belli ſuſpitiōe conquieuerunt: niſi q̄ Maſtinus p finē quaſi eius anni Lucam venit: eius quidē aduentꝰ etiā in pace formidandus: verum ille paucis diebus Luce cōmoratꝰ nulla penitus innouata re in Galliā rediit. Proximo dehinc anno q̄ ſub recēte fuit pace. dignū nihil reperio memoria a ciuibꝰ geſtum. Auguria tamen pmulta et feda futuras inde portendebant clades. Tacta eſt enim de celo turris edium publicarum. tacti ſunt etiam muri vrbis. Porta quoq; Bononiēſis via fulmine icta: ⁊ tres illic homines examinati. Meſſes eo anno tenuiſſime tamen haud dubie minabantur. Ea ſolicitudo perpulit ad capita hoim dinoſcenda: vt qd importari opus foret cerneretur. Cenſu igitur habito: reperta ſunt ciuium capita intra vrbem degentia nonaginta milia.

Maſti- nꝰ inito federe venetis ⁊ Florē- tinis re- cōciliat.

Cenſus Florētie habitꝰ.

§. VI. Sequitur annus trecēteſimus quadrageſimus ſupra milleſimū.

Hic annus inſignis fuit multarum rerum nouitatibus. Principio cometes in celo viſus hoim mētes ſuperioris anni auguriis pauidas magis conterruit: nec vanum id preſagium fuit. Secuta enim mox peſtis nō p vrbē modo: verumetiā per agrum feda ſtrage magnam vim hominū aſſumpſit: nec adoleſcentes tantum ſꝫ prouectos etiam aliquot in republica inſignes. Sedecim milia vrbane multitudinis extincta per eam peſtem traduntur. Vergēte iam in hyemē anno quum ea peſtis deſeuiſſet: noue res inter ciues coorte maiorē immodum quaſſarunt ciuitatem. Caput vero ſeditionum hinc fluxit. Magni quidā e plebe homines: nec hi quidem multi admodum numero: ceterum eque ſibi arrogantes: rempub. pro arbitrio gubernabant. Impoſitoq; ad biennium peregrino magiſtratu homine crudeli ⁊ cuncta pro libidine illorum miniſtrante: erant omnibus nimirum terrori. Affecti ad hoc iniuriis multi: ſed inſignes ea tempeſtate familie due. Bardi (alii Baldi) (Freſcobaldi. Qua indignatione conciti principes earum familiarum coniurarunt: vt raptis ſubito armis: magiſtratū eiuſq; fautores adorirentur. Quum patrandi dies adeſſet res ad priores delata eſt. Itaq; populus cōfeſtim quaſi nobilitas aduerſus eum inſurgeret: ad arma vocatur. Contra vero ea pars nobilitatis cui periculum parabatur: raptis ⁊ arma ſperans ſi auxilia ſuperuenirent externa: facile inde in reliquā vrbem euadere poſſe. Ea formido mouit populum: vt eorum ſenſus cogitataq; perverteret. Itaq; inſurgēti trans Arnum plebe: ⁊ cis Arnum quoq; magna manu per infimum pontem irrumpente: impetus fit in coniuratos. Ex hoc illi paulatim cedere ac pedem referre ceperunt: circaq; edes propriās magis conglobati: quia amiſſa tandem ſpe: nocte proxima vrbe exceſſerūt. Poſt hec populus arma depoſuit ac iudicio acta res. Poſtulati eñi de vi publica quum nemo comparerent: abſentes dānati ſunt: edeſq; illorū magna vrbis deformitate ſubuerſe. Deniq; eouſq; proceſſum eſt ſeueritatis: vt vel diligens opa dedita ſit ne qua ſociorum amicorumve ciuitas pfugos reciperet. Qd malo cōſilio factū haud multo poſt non contemnendū rei: pub. attulit detrimentū. Excluſi ſiquidē ac repulſi a ciuitatibus amicorum contra voluntatem propoſitumq; animi: multa deū hoieſq; teſtati: tandem coacti ſunt ad Piſanos ſeſe cōferre: que res ſecutis mox certaminibꝰ multum obfuit ciuitati. Ciues eñi ſic cedēdi ſunt: vt tamen ciues illos eſſe meminerimus. Turbataꝫ domi rēpublicam externum mox excepit bellum.

Baldi ⁊ Freſco baldi florētia deturbā tur.

§. VII. Parmā enim per hoc tēpus

Actius quidam Parmenſis e ſuprema ipſe nobilitate a Maſtini dominatu auertit: auxilio fretus maxime principū Mantuanorum. Itaq; bellū confeſtim in agrum Parmenſem Mantuanoſq; renouatū eſt. Et qꝛ acceſſus ad vrbē Lucam p agrū Parmēſem Maſtino fuerat preciſus: iam ea facultate apparebat Lucā ab eo teneri non poſſe. Ea res Florētinos Piſanoſq; erexit ſtudio Luca potiundi. Due erant conficiende vie: vna belli: altera pactiōis. Bellū quo minus Florētini ſuſciperent / obſtabat nuper pacis authoritas: ⁊ ſimul erat metus: ne illa indignatione ex bello cōcepta ad Piſanos inclinaret. Itaq; vt minus glorioſa ſit magis certa viſa eſt via pactiōis. Quare. xx. viri ad hoc ipm cum poteſtate publica creati: hanc viam ſecuti ſunt. Sagax vero tyrannus menſ quū ciuitatū deſideria odoraſſet. Luca venalitati ab ſe ſubiecta: licitationem augebat. Primum igitur certamen de precio fuit: de quo ita contēdebat: vt appareret qui pecunia ſuperati forent: eos ad arma eſſe ituros. Tandeꝫ quum plus offerrēt Florentini: tyrannus velut libra ad pondus inclinauit. Summa licitationis fuit. ccl. miliū. At Piſani ſimul ac rem ad Florentinos inclinare ſenſerūt: in arma vertuntur. Vrebat eñi propinquus Florentinorum metus: et faciebat animos q̄ Lucinꝰ vicecomes (is eñi Actio nup defuncto in principatu ſucceſſerat) ceteriq; per Galliāꝫ Maſtini hoſtes magna pollicebantur auxilia ſponte. Itaq; Mediolanēſiuꝫ Mantuanorū / Parmenſiū / Patauinorum auxiliariis acceptis: ipſi domeſtico equitatu peditatuq; affatim addito Lucam circumſedere. Id poſtq̄ a Florentinis intellectū eſt: nec erat iam dubium quin ea res ad arma ſpectaret: ſuas ⁊ ipſi copias expediunt: ſociorumq; et amicorum auxilia rogant. Profecti ad Fucetium cum omnibus copiis ibi cōſiterunt. Inde miſſis ad Piſanos nuntiis qui iuberēt Luca abſtinere: quum illi nihilominꝰ perſtarent: ac prope inexpugnabiliter caſtra communiſſent: conſilium cepere Piſanum agrum peruadendi. Itaq; Arnum tranſgreſſi Piſas duxerūt. ac oīa circa vrbem longe lateq; popularunt. Loca etiam quedā munita ceperunt. Sed neq; terror vrbis / nec vaſtatio agri / neq; caſtellorū expugnatio Piſanorum abſtinatam mentē infringere potuit: quin perſtantes in obſidione durarent. Itaque quum nihil per eam viam ſe profecturos Florentini viderēt ⁊ imbres eos continui per hos ipſos dies quaſi dedita opera turbarent: retro ad Fucetiuꝫ duxerunt. Maſtinus inter hec poſtulabat vti ne iam vltra differret Florentinus Lucaꝫ accipere: pecuniam ſoluere. Ea res agitata ex integro eſt variantibus ſententiis ciuiū. Neq; eñi dubium erat quin honeſte reſilire a pactione liceret vrbe obſeſſa: ⁊ caſtellis a Piſanis quibuſdam captis. Itaq; illud ipſum iam libere in conſultationem veniebat: ſuſcipienda ne foret Luca eti obſeſſa: an totū huiuſmōi ceptum relinquendum. Vicit tandē ea pſ que ad dignitatem potior videbatur: quaſi turpe eſſet ceptū dimittere. Illud modo prouiſum aſſentiente tyranno: vt ob preſentes difficultates ſeptuaginta milibus de prima ſumma detractis: vti tunc erat: ita reciperetur. Moꝛum gratia obſides dati adoleſcentes primarii Ferrarie manſuri: donec promiſſa complerentur. Solutionibus vero taxantur interualla temporis. His conuentis ſolenniter firmatiſq;: quod reliquū erat / ad ſuſcipiendam vrbem ire placuit. Profecti cuꝫ omnibus copiis / in colle qui Luce imminet caſtra fecerunt. Piſani vō ante Florētinoꝝ aduētū trina circa Lucā muniērāt caſtra: tūc aūt ob pſentiā hoſtis ſe cōtrahētes: in vna magis parte continebāt. Ea res facultatē noſtris tribuit vrbis ſuſcipiende. Quare delectis e toto exercitu equitibus trecentis: quingentis vero peditibus: dato inter ſe ſigno vno ſub tempore ⁊ a Luca ⁊ a Florentinorum caſtris ad munitiones Piſanorū impetū fecerūt: hiſq; ab ea parte deiectis Lucā intrarunt. Cū his copiis legati tres ad recipiēdaꝫ profecti. Joannes Bernardini filius Medix: Naddus Oricella: Richardus Ricius. Iſ pecunia (ſic enim conuenerant) Maſtini

Lucā venalis.

militibus ꝗ in preſidio fuerant perſoluta: vrbē arcemq́ſ ſu-
Lucā in ſceperunt. Recepta igitur Luca ingenti letitia ⁊ exultatiōe
genti pe de turanda iam cogitabatur. Preſidium erat validum: vrbs
cunia munitiſſima: rerum ſuppetebat copia. Itaq́ viſum eſt expe
Maſti- ctatione lente perſtringere Piſanorū conatus: qui ⁊ duobus
no data amplius menſibus ſteterant in obſidione: ⁊ quoniā iam re-
recipiūt cepta a Florentinis erat: fracti debilitatiſq́ iacebant ani-
Florē- mis. Sed vicit ſuperbum precepſq́ cōſilium: nil aptū exiſti-
tini. mantibus niſi hoſtis vi et manu pelleretur. Quare octauo
poſt receptionē die: e colle quo prius cōſtiterant deſcenden-
tes ad fluuium Auſerim: fecerunt caſtra procul ab hoſte: nō
amplius mille paſſibꝰ. Inde poſtridie prima luce copias p-
ducūt: poteſtatēq́ pugnandi hoſtibꝰ faciūt. Piſani quū ſibi
pugnandū viderēt: partem valli ad Florentinos verſam ſu-
ſtulerunt: foſſaſq́ ꝑplanarunt. Mox productis copijs aciem
ſtruxere. Triplici ſubſidio Piſanorum acies ſtetit. Primum
anteſignani equites ad octingentos delecti. Hos ſagittarij
vtrinq́ cingebant. Poſt hos ſigna ſtabant cum omni robore
virorum: Tertiū fuit expeditū agmē: cui reprimere obſeſſos
ſi forte ex vrbe eruptionē in caſtra facere niterētur: manda-
tum erat. Florentinorum vero duo tm̄ agmina erant. Unum
anteſignanorū in quo fortiſſimi e toto exercitu delecti equi
tes ad mille ducentos. Hos ſagittariorꝫ tria milia cinxerūt.
Poſt ſigna cū omni robore equitum peditumq́ affatim ſtru
cta. Ut igitur occanuerunt claſſica: terribilis inter ſe ꝯgreſſi
impetu cōſtixerunt anteſignanorū acies: diuq́ ⁊ atrociter
aliqꝫdiu pugnarunt. Tandē ſuperantibus Florentinis Piſa
norum anteſignani terga verterunt: ſeq́ ad maiorē aciē vbi
ſigna ſtabant receperunt. In eā quoq́ velut procella quedā
ſecuti victores: primo ſtatim impetu ita turbarūt: vt ⁊ ſigna
proſternerent: ducē exercitus cū aliquot proceribus cape-
rent. In his fuit Arrigus Caſtrucij filius ⁊ ſupremi quidam
Piſanorū: exules ꝗꝫ Florentinorꝫ aliqui. Uictoria haud du-
bie parta erat: ſi alterū agmen ꝓſecutū fuiſſet: ſed ſtetit im-
mobile: nec poſt ſuos inceſſit. Itaq́ quo magis retulerat pe
dem hoſtis: eo plus a ſuis diſiuncta Florentinorum prima
acies impar tante moli fuit. Quare conglobati ad extremū
agmen Piſani: toto ſimul exercitu aduerſus vnam aciem de
Florē- micantes illam profligarunt. Alterum vero Florentinorum
tini ab agmen nec ſe pugne admiſcuit: nec quendam amiſit ſed fu-
aretinis ga protinꝰ arrepta Piſciam aufugit. Ex prima vero acie plu
debellā- rimi ceſi captiq́ ſunt. Fuerunt etiam qui munitiones tranſ-
tur. greſſi Lucam refugerunt. Captiui vero Piſanorum omnes
ſeruati preter Joannem vicecomitem Piſani exercitus du-
cem: qui ad ſigna captus ac inde ad maius Florentinorum
agmen traductus: in ipſa fuga Piſciam tractus eſt. Floren-
tie confeſtim delatus rumor multo ꝗ fuerant atrociora vul
gauit: ceſum ſcilicet exercitum omnem: deletas funditus co
pias: ſigna ab hoſtibus capta murmur fuit ꝫ vbi ſalua eē
ſigna: ac ſupra ducis exercitus partes incolumes eſſe audi-
tum eſt: reſumptis rurſus animis: ad ſtudium reparanda-
rum virium conuertuntur. Piſani itaq́ obſidionem pertina
cius ꝗ ante ſunt proſecuti.

§.VIII. Per idē tempus ſuſpi-

tio ingens fuit apud Aretinos: ne Sachon re[?]us aduerſis
Florentinorum elatus/tyrannidem rurſus inuaderet. Nam
affectare quidem illū nemo dubitabat: qm̄ aꝫ regnare con-
ſueſſet. Rediſſe vero aduerſario in vrbē: ante oculos verſari
ſuos nōnunꝗ etiaꝫ verbis inſectari: anxie ferre putabatur.
Creſcente ſuſpitiōe ciues preſidem adeunt: periculum oſten
dunt. Trahitur in ſententiā preſes: vt arma capere iu[?]et. Illi
Sacho- correptis armis Sachonem circunſiſtunt. Capiuntur mul-
nem cū ti diuerſe factionis: multi ob eas ſuſpitiones ablegātur. Ca-
ſuis ca- pitur Luce Tarlatus Sachonis frater: qui cum aliqua ma-
piūt are nu equitū ⁊ peditum in expeditione Florentini populi egre-
tini. gie dimicauerat. Hic qꝫ expers omnis culpe credebatur: ⁊ egre
gie ſe in bello contra Piſanos habuerat: honeſtiori genere
captiuitatis ſine carcere ſeruabatur. Et quum vna cum Jo-
anne Medice prefecto preſidij extra portā Luce equitaret
concito equo repente ad Piſanos transfugit. Ob eam rem
Sachon ⁊ eius agnati qui cum illo capti erant Florentiam
ducti carceri mancipantur. Bellumq́ his de cauſis in Areti
nis ſuſcitatum: frequentibus illorū caſtellis repellantibus.
Ad id bellū Richardus cancellarius eques Piſtorienſis dux
miſſus eſt: qui armata Aretinorum multitudine Bibiennā
ceteraq́ eius caſtra infeſto milite populatus eſt: domoſq́
eius familie intra vrbē inſigni magnificētia edificatas euer
tit. Dum autē hec in Aretinis geruntur: Florentini in Lucā
verſi de vlciſcenda clade ſeruandaq́ vrbe cogitabant. Quū
ergo vigerēt obſidione Piſani auxiliaq́ a rege Roberto ſpe-
rare: Florentini hoc regis factum grauiſſime indignabant
⁊ circunſpiciebant oculis ſi quem adſciſcere poſſent in belli

ſocietatem: vſi ⁊ Ludouicū ꝗ nomē tenebat imperatoris Ro
mani inſigniaq́ inuaſerat/qui tranſmiſſis alpibus Triden-
tum redierat. Hic odio habebat Piſanos propter ſuperiorē
defectionē: eratq́ Roberti Regis Romaniq́ pontificis ma-
nifeſtiſſimus hoſtis. Sed tamen ciuitas indignatione accē-
ſa nihil non factura putabatur. Societates vero Florētino
rū permulte ac maxime in Roberti regno ac Galliarū par-
tibꝰ apud quas erat magna pecuniarum vis. quum iam pri-
dem fuiſſet varijs ex cauſis aſſeruata/vnum ad tempus ob
natum hinc metum repentibus cunctis fidē abrumpere co-
acte ſunt cum incredibili dāno ciuitatis: nec tamē coiuit in
fedus cum Ludouico Florentinus. Duo milia igitur equitū
mercede conducta: ⁊ ab amicis addito magno equitatu pedi
tatuq́ magnum exercitum compararuerūt. Cui prefecerunt
Malateſtam Ariminēſem virū per eam tempeſtatē imprimis
clarum. Procedentes ergo contra Lucam conati ſunt Piſa-
nos pellicere ad prelium: ſed ex eis nemo prodibat. Prorum
pere in vrbem aggrediuntur: cōmeatūq́ ad id paratum im-
portare: ſed non valentes diuerſis modis impedite in agrū
Piſanum tranſgreſſe copie Florentinorum feda populatiōe
cuncta vaſtarunt. Sed Piſani nō ea re commoti in obſidio-
ne perſtiterunt certa iam fiducia vrbe potiundi. Quum ergo
qui Luce preerant Florentini ad ſe commeatum deferri non
poſſe viderent: neq́ moueri Piſanos ab agrorum ſuorū va-
ſtatione: neceſſitate coacti deditionē facere ſtatuerūt. Qua
re pacti incolume preſidium abducere liceret: vrbē reliquee-
runt Piſanis nono fere menſe poſtꝗ recepta fuerat. Nullo
vnꝗ bello magis dehoneſtatum Florentini populi nomen.
¶ Dum autem hec obſidio duraret: exules Aretinorum con Luca
tracta in vnum multitudine paulo ante Lucem ad vrbem ve Piſanis
nerunt: ⁊ vrbem ſubito intrantes numero ad tria milia quū deditur
vrbem inuadere cepiſſent: exciti eo tumultu ciues arma cor-
ripiunt: ſeſeq́ cohortantes impetum faciunt. Prelium fuit
atrox multeq́ cedes vtrinq́: ſed tm̄ ſuperati exules ꝑ eaſpſa
quibꝰ intrauerant loca precipites aguntur. Intercepti ſunt
plures: de quibus poſtea ſupplicium ſumptū: ⁊ vexilla eorū
accepta. Ob eius noctis periculū omnes Gibelline factionis
homines qui reliqui erant expelluntur.

§.XI. Quum autem Malateſte

ducis qui bello prefuerat gerendo: quia parū ſucceſſus ha-
buerat: non ſatis acceptum nomē eſſet: alter qui preeſſet ꝗ- Gualte
rebatur. Galterus erat Gallus claro natꝰ genere: quem nu- rus athe
do iam titulo Athenarum ducem vocitabant. Hunc nuper narum
feruente bello quum Neapolim applicuiſſet: cognito Florē dux Flo
tinorum conatu amor cepit in expeditionem veniēdi. Fuerat rētie p[?]
enim per tempora Caſtrutiani belli Florentie commoratus ficitur.
cum Carolo Roberti regis filio: moreſq́ ciuitatis ⁊ homines
norat. Quare inuitatus a Florentinis ciuibus alacri ſe ani-
mo ad iter parauit: peruenitq́ ad exercitū quū paruo coui-
tu; manu ea ipſa die qua Malateſta dux colle in quo caſtra
fecerat deſcendens ſtructas copias hoſtiū caſtris admouit.
In exercitu autem vigilando ⁊ impigre res obeundo com-
mendationē ſibi non exiguā comparauit. Ita et nobilitatis
fauore ⁊ virtutis opinione ſubleuatꝰ: in ha[?] difficultate tem
porum ⁊ diſcordia ciuium quaſi idoneus rebus ſanandis cū
poteſtate legitima preficitur vrbi. nec belli cura ſibi demanda
tur. Nam amiſſa Luca ciues male concordes ⁊ (vt rebus fie
aduerſis) ſuperiora errata alij alijs obiectantes: ſpreta belli
cura ſimultatibus odijſq́ ſecū ipſi pugnabāt. Uiginti viros
quibus authoribus nuper Luca empta bellumq́ erat ſuſce
ptum/populus ſic oderat: vt nec nomen [?]ne execratione ſu-
ſtineret audire. Domi igitꝰ militieq́ poteſtatē nactus volue-
re multa ſecum ⁊ cogitare cepit quēadmodum pro arbitrio
dn̄ari poſſet. Uir eñ Gallus ⁊ Gallorum moribus aſſuetus
vbi plebs pene ſeruorū habetur loco: noīa artiū artificūque
ridebat multitudinis arbitrio regi ciuitatē ridiculum exiſti
mabat. Faciebat vero alios diſcordare ciuiū plenuſq́ odiorꝫ
mentes. Primo nobilitatem duris legibus obnoxiam iniquo
animo conſtituta ferentem: ſuam fore totam arbitrabatur
ꝓpterea ꝗ neq́ pars ciuitatis premitur: ea ſemꝑ nouas res
conſueuit optare. Tenues vero ⁊ opifices ac totam illam ci-
uitatis turbam nullum negotium putabat ad ſe traducere
Nullā eñ hijs neq́ dignitatis neq́ libertatis curam intellige
bat eſſe. Reſtabat medius pp̄lo: in eo difficultas oīs verſaba
tur. Igitur in hunc audendū putans: homines proximo Lu-
cenſi negotio verſatos atq́ ob id recenti infamia flagrantes
arripi iubet. Ex his Joannē Medicem Florentinum equitē
ſecuri ꝑcuti iubet. Naddo autē Oricelle ⁊ Ricicardo Riccio
qui item Luce cum poteſtate publica fuerāt: eidem ſuppli-
cio deſtinatis: ſummis ciuium precibus vitā largitꝰ eſt: grā-
diori tm̄ pecunia mulctatis: obiectum eſt alteri ꝗ pecunias a
Piſanis accepiſſet: vtriq́ ꝗ rempu. in queſtura fraudaſſet.

Poſt

Poſt hec Guillelmum Altouitam cepit: extremoq; ſupplicio affecit. Cauſa aſcripta: q; quum Aretii prefuiſſet: multa ob pecuniam nefaria commiſiſſet. Hac eius ſiue ſeuitiam ſiue crudelitatẽ in ciuibus puniendis multitudo viſa adeo letis accipiebat animis: vt palam gratularetur. Hunc virum fortẽ: hunc interritũ predicabat. Ceteros magiſtratus potentiorũ ſatellites carnificeſq; veniſſe: hunc virũ repertum qui in potentiores ipſos animaduertere non formidaret. His verbis vbiq; nomen eius celebrabat colebatq; multitudo: ac quãdo per vrbem incederet: laudib⁹ acclamationibuſq; proſequebatur. Accedebat nobilitatis fauor: vt verbis occultior: ſic ad agendum efficacior. Optimates etiam quidam vel metu publico vel priuata familiaritate ſeſe illi adiunxerãt. Et iam ſuadebãt multi totius ciuitatis frena capeſſere. Ipſe quoq; in ſpem elatus non dubitabat cupiditatem animi poſſe ferre: modus tm̃ facinori querebatur. Priores qui tunc erãt viri integri libertatiſq; tenaces: varie per illius fautores tẽtati nõ modo non concedebant: ſed etiam repugnabãt aperte. Quare alio ingrediendum ratus in concionem populum vocat. Hoc facit per preconẽ quum iam adueſperaſceret: cõcio erat in craſtinum futura. Neutrum erat obſcurum: nec quid ille vellet: nec quid illi ſentirent. Itaq; priores curis anxii p noctem ad eum conueniunt: queruntur palam de vocatiõe populi: oſtendunt ſe inconſultis nihil tale factum oportuiſſe. Ille contra verba dat: populum que velit declarare poſſe: aliter non libertatem populi ſed ſeruitutem eſſe. Tãdem ita deciditur / vt proxima cõcione imperium ſibi priores in annum decernant: iiſdem exceptiõibus quibus Carolo Roberti regis filio fuerat ante cõceſſum. His compoſitis ad multam noctem Priores diſcedunt. Poſtridie orto ſole cõcio aderat frequens. Gualterum in concionem venientem multi e nobilitate comitati ſunt: quidam etiam populares eius fautores circunſtabant: arma veſtibus contegebant. Ubi in cõcionem ventũ: Priores pro roſtris ſedẽtes mediũ acceperũt: adſurgenſq; vnus e Prioribus concionari cepit: ea rogaturus populum que per noctẽ conueniſſent. Uix principia orationis ingreſſo: cerdones et opifices ac tota illa ciuitatis fex ab extrema cõcionis parte acclamare cepit: ac dominũ ſine vlla exceptiõe eſſe iubere. Suſcipitur a fautoribus eius clamor: ac ſecunda per comitium aura diſcurrit. Ita concione tota acclamante Priores decepti ac mẽte perculſi conuenerunt: vltra repugnare non auſi. Gualterum igitur principes nobilitatis ſublatum manibus palatio intulerunt: in ſede conſtituerunt. Factus per hunc modum dominus quid poſt hec geſſerit: q̃diu regnauerit eſt a nobis explicãdum. Res enim digna eſt: que literis adnotetur: vel pro auiſamento ciuium: vel pro caſtigatione regnantium. Apparebit enim ciuibus nihil magis formidãdum q̃ ſeruitutem: dominantib⁹ autem nihil magis ad ruinam tendere q̃ immoderatam in ciuilemq; ſuperbiam.

Gualterus Florẽtie dominiũ ſortitur

§. X. Parto igitur vt voluerat

dominatu: de ſeruando iam illo cura ſuperat. Huius autem rei gratia & foris & domi multa duxit prouidenda. Itaq; ſtatim per legatos Aretii & Piſtorii concionibus adunatis: imperium a populis earum ciuitatum ſuſcepit: non iam Florẽtini populi nomine: ſed ſuipſius. Id aſtuto admodum cõſilio factum / quo ſibi beneuolentia aliqua deuinciret ciuitates. Exiſtimauit enim velut beneficium ſe conferre: ſi que dudũ Florentinis ſubeſſent: eas equa conditione cum Florẽtinis redderet: nec ipſe per alios ſed per ſeipſe voluntariis dominaret. Poſt hec bellum tollere adortus: de pace cum Piſanis egit: firmauitq; nulla neq; honoris neq; dignitatis cura. Conditioneſq; huiuſmodi fuerunt vt Piſani Lucam .xv. annis retinerent: arcem cuſtodirent: poſt id tẽpus liberã dimitterẽt. Exules Lucenſium oẽs ab exilio reuocarent: bona reſtituerent: Florentinorũ captiuos ſociorũ de ſine precio dimitterẽt. Caſtella Florentinus pp̃ls que Lucenſis agri tenuiſſet retineret. Penderet inſuper Piſanus in annos ſingulos auri .ix. milia Florentinorum: exulibus quicunq; Piſanis in eo bello fauiſſent: reuerti permitteret: bona reſtitui iuberet. Sachonem & agnatos qui captiui tenebantur dimitteret. Pacem his ac ceteris q̃ vel Aretio vel Florentie bellũ intuliſſent daret: Luce durante eo tp̃e magiſtratũ imponeret. Hoc extremum nõnihil videbatur: ſed erat parũ. Nam quũ Piſani arcẽ preſidio vrbẽq; tenerent: domini ac moderatores oĩm eſſent: nudum magiſtratus nomẽ ac titulo dõtarat ſpecioſum habebatur. Ex hac pace nobilitatis ea pars q̃ p ſeditionem pulſa nuper fuerat in vrbem rediit: & quidẽ ſumma dñatoris gratia: quaſi eius beneficio reſtituta. Sachon vero & agnati carcere exẽpti Bibiennã ac cetera eorũ caſtella circa Aretium tenuere. Quum de Piſano prouidiſſet bello: aliis rurſus curis intentus Gallos oẽs q̃ erãt per Italiã euocauit. Frequẽtes etiam domo fama illius potẽtie exciti aduenerũt. Ex his cõfecit equites circiter octingẽtos: quos circa ſe cuſtodes habere cõſtituit. Societatẽ poſt hec & amicitiã cum Piſanis ſtatuit magis vt apparebat / contra ciues q̃ contra externos hoſtes. In hanc ſocietatẽ duo milia hoim deſcripta. Hec foris paſſa non incaute: domi vero oĩa peruerſe: quedã etiam leuiter & ſtulte. Priores (qui ſummus in ciuitate eſſe conſueuerat magiſtratus) non ſuſtulit ille quidem: q̃d ipſum fuit tolerabilius: ſed omni authoritate ſpoliatos paruo admodum miniſterio relictos: quaſi ſpectaculũ quoddã acerbũ miſerabileq; in oculis ciuiũ dereliquit. Quumq; Carolus Roberti regis filius qui ante hũc ciuitatis imperiũ obtinuerat: vir tanto gñe tãtaq; expectatione dignitatis nunq̃ ab honore ediũ publicarum Priores dimouiſſet: ſed ipſe alibi inhabitaſſet: hic lõge diſpar ac diſſimilis Priores edib⁹ ſuis expulit: ipſe incubuit. Vexilliferos ac ſocietates funditus ſuſtulit: arma ciuibus ademit: honores ac magiſtratus oẽs irritauit: niſi qui ab eo eſſent cõceſſi. In ciuiũ aũt fauore ita variauit: vt modo nobilitatẽ: modo pp̃lm videbatur preferre: ſepe his relectis ad plebẽ magis inclinare. Et ſane multitudini plura indulſit q̃ alii cuiq; parti ciuitatis. Pecunias oẽs publicas cupidiſſime in ſe vnũ conuertit: quarũ etiã gr̃a pecora auxit: et noua excogitauit. Vectigalia & tributa inſuper impoſuit crebra. Cõſignationes a populo factas quidem ex pecuniis irritas dixit. Obſides Maſtino datos pro quibus ſoluendum fuit neglexit: cum ſumma querela propinquorum ſummoq; dedecore ciuitatis. Accipiendis computandiſq; pecuniis publicis de fide ciuium diffiſus: peregrinos impoſuit homines. Arcem inde facere aggreſſus proximas palatio edes turreſq; adiunxit: crepidaſq; effecit palatio ipſi p pp̃lea feneſtris ferreos cãcellos adiunxit: plateam dilatauit portas vrbis turreſq; deſuper communiuit: altaſq; iuxta ſingulas populi ad vſum portulas ſtruxit. Delationes ciuium ita moroſe ſuſcepit: vt ſepius eos qui deferrent: nec perueſtigata quidem re / neue perquiſita ratione mulctaret. Interdũ vero ob maledictum ad crudelitatem irritatus eſt. Cuiuſdam paulo ante Prioratu egreſſo qui mediocriter queſtus de republica fuiſſet funditus linguam iuſſit euelli. Inexilium actum q̃ de ſe male loqui ſuſpicabatur: per ſimulationem venie reuocatum ſupplicio crudeli indignoq; occidit. Quum ergo intolerabilis videretur: ac indies creſcerent mala: ſuper ante iam odio metum: varie primo querele ciuium: mox coniurationes ſunt conſtitute. Et quidem plures vno tempore ignorãtibus aliis alias conſilium inuadendi varium fuit. Fuerunt qui in palatio ipſo vi irrumpendum necandũq; putarent. Fuerunt qui dum per vrbem incederet: q̃d ille frequenter ab initio faciebat. Sed inerat his rebus difficultas: q; inſolitio ex cõſcientia malefactorum coorta cautum magis diffidentẽq; indies reddebat: quare & intra palatium firmo ſtabat preſidio: & foris nec temere nec ſine ingẽti comitatu verſabatur. His difficultatibus res protracta eſt: nec prius confecta q̃ patefacta. Senenſis erat quidem vir militie cognitus & ob id a ſtudio nobilitatis nequaq̃ abhorrens. Is igitur quum forte accitus foret: commotus primo aſpectu rem totam ad Franciſcum Burnellerũ equitẽ Florentinum / cuius familiaritate plurimum vtebatur / detulit. Ille re ſubita perculſus quum eſſet totius rationis ignarus: tyrãno quid ex Senenſi audierat patefecit. Iudex ſubito accerſitus duos nominauit quibus ſtatim correptis quum tormenta adhiberentur: & capita ipſa ac principes coniurationis extorſit. Magnitudo multitudoq; ciuiũ tyranni animũ deterruit. Itaq; parumper primo cunctat⁹ tandẽ ex illo numero Antoniũ Adimarẽ Baldinacci filiũ virũ & potentia & genere clarũ per apparitores ad ſe vocat. Paruit ille vocanti: ſiue ignoratione periculi: ſiue fiducia multitudinis coniuratorum. Quo deprehenſo atque conuicto: alios quoq; plures quum in ea coniuratione tyrannus comperiſſet: bifariam fluctuare cepit.

§. XI. Ardẽs quidẽ aĩo ſuppli-

cium ſumere: metuẽs vero multitudinẽ ciuiũ quos ipſe conſcios affineſq; eius deprehẽderat. Hinc curis anxius cõſilium capit / ante oia militũ preſidia ex finitimis oppidis in vrbem vocare. Ea intercapedo ſex dierũ fuit. Que quum iam conueniſſent: tp̃s eſſe ratus que cogitauerat patrandi: egregium quenq; ciuẽ ad ſe vocat. Numerus vocatorũ fuit circiter trecentorũ. Cauſa vero pretendit vt de cõiuratione ad conſiliũ referat. Ceterũ id agebat: vt quum ii cõueniſſent: in palatio ipſo opprimerent: reliqua inde iam ſecure tranſigeret. Fuerunt in numero vocatorum plerique ex coniuratis: qui forte (vti fit) ex cõſciẽtia periculũ ſuſpicãtes: metuſq; apud alios de induſtria agentes: in eã formidinẽ adduxerũt: vt ne euocanti ſe pareret: nemo in cõſiliũ iret. Ex hoc iam ciuitas pene rebellis qui cõiurauerãt ſeſe vltro nudãtib⁹: vna oĩm mẽte

la tyrannū ſurrexit. Tunc demū cōpertū eſt tres in ciuitate
cōiurationes i ampliꝰ aduerſus tyrannū viguiſſe: nec erat
Gualte- ferme vlla paulo amplior familia ex nobilitate aut ex plebe
ri dooni q̄ expers eſſet ꝯiurationis. Armis igit popularit ſumptis
inuadūt quū arcem circūſteriſſent: obſidere ex cōpoſito perrexerūt.
cōiurati Cōtra vero tyrannus tela deſup iacere ac repugnare ꝛ arce-
re populi impetum. Quē poſtq̄ in caſſum agitari videt: quo
multitudinis placaret iram: cōcedere oīno ac vltro ſubmitte-
re ſtatuit. Itaq; poſtridie orto ſole Antoniū Adimarē eque-
ſtribus donatū inſignibus dimiſit. Idē fecit de ceteris quos
in captiuitate habebat. Priorib' vero (eos nanq; ab initio
tumultus in palatium traxerat) contra conſuetudinem ſuū
honorem exhibuit. Et vexilla quedā populi quaſi libertatis
vltro ab ſe permiſſe indicia ex ſumma arce protulit: Sed ob
eas res nihilo magis pacata eſt ciuitas. Urebat enim mētes
vlciſcendi libido: eorum preſertim quorum ille propinquos
agnatoſq; necauerat: nec ſine ſanguine tyranni expiare poſ-
ſe ſedem ſuorū arbitrabantur. Ut tamen multitudo que ſi-
ne vllo publico decreto / ſine vllo duce legitimo i armis erat
modum aliquem formāq; ſuſciperet: principibus vocantib'
concio populi ꝯuenit ad Reparate edem. Ibi per ſuffragia.
xiiij. viri cum imperio delecti ſunt ad rempub. cōfirmandā:
ordinādamq; ciuitatem. Additus eſt his Angelus Acciarolus
preſul ad hāc dignitatē aſſumptus ex ordine predicatorum:
qui ꝛ ipſe conſtitutiones ſynodales Florentinis que nunc vi-
gent ordinauit. Uir hic erat ſummo cōſilio ſummaq; autho-
ritate: qui fere princeps fuerat libertatis recuperāde. Obſi-
dio inter hec ꝛ oppugnatio neq; die neq; nocte intermittebā-
tur: ſed erat cum tyranno manus valida militum fere trecē-
torum. Locus vero egregie munitus. Hec talia erant que ꝓ-
craſtinationem tantum periculi: non ſpem vllam ſalutis vi-
debātur afferre: quare modo colloquia ciuium poſcere: mo-
do fidem implorare: ſupplicare deniq; ꝛ obteſtari obſeſſi per-
gebant. Quinetiam quo piaculo aliquo declinaretur ira: ty-
ranni ſatellites quondam in ciuium ſupplicijs debacchatos
quos ad vindictam depoſci ſentiebat: ꝑ vim porta detruſos
gladijs ardētis populi obiecerūt: qui illico mēbratim diſcer-
pti fructum crudelitatis ſue digniſſimum reportauerūt. Ex
hoc iam reſtructa parumper ciuiū ira: preſul. ꝛ. xiiij. viri col-
loquia magis iniuerunt. Deniq; mitiori conſilio tyranno et
cum illo vita obſeſſis permiſſa eſt arcem dedērit: ac omni po-
Gualte- teſtati quam iuſſu populi habuiſſet ſe abdicanti ſponte. Eaꝫ
rū Flo- abdicationem quo virium abeſſet: extra territorium quoq;
rentini fieri placuit. Ita arce preſuli quatuordecimq; viris tradita:
ſua vrbe tyrānus ſeſe in eorum manus permiſit. Cuſtoditus poſthac
deturbāt biduo in ipſa arce ne a populo violaretur: tandem nocte vr-
be emiſſus. In Caſentinatem iter primum fuit. Ibi abdica-
tione iterum facta abijt. x. fere menſe poſtquam regnare co-
perat. ¶ Dum hec Florentie aguntur: Aretini cognita obſi-
dione tyranni: arma ꝛ ipſi corripiunt. Tres erant Aretij ar-
ces vna ad Florentinam portam: due in ſumma vrbis parte
earum primo ſtatim impetu duas expugnarūt: reſtabat ter-
tia arx ꝛ ea munitiſſima: quam omni conatu expugnare du-
pergūt: Sachon dudum Aretinorum tyrannus magna mul-
titudine ſuperueniens contra ipſam arcem extra vrbem cō-
ſedit. Hinc iniecta ciuibus formido eſt ne arx Sachoni de-
deretur. Ob hec intermiſſa oppugnatio eſt: ꝛ per colloquiū
res tētata. Prefectus erat arcis Guelfus Buondelmonte.
Is quum a ciuib' intra vrbem: extra vero a Sachone obſi-
deretur: ꝛ ruina tyranni cuius nomine ꝓſidebat ſpem omnē
abſtuliſſet: vocatis in colloquium ciuibus. Non ignoro (in-
quit) Aretini: vis mea eſt referre vobis an Sachoni arcem
dimittam: ceterum vt ad vos magis incliner due res faciūt:
primum q̄ noſtra familia Guelforum partium ſemper pre-
cipua fuit: qua in re vos mecum conuenitis: Sachon diſſen-
tit. Altera q̄ in equiore hominum laude me fore puto: ſi vi-
debor libertati potius veſtre q̄ Sachonis tyrannidi grati-
ficari voluiſſe. Ita ciuibus arcem tradit. Eodem fere modo
Piſtorienſes ꝛ Uolaterrani qui ꝛ ipſi in poteſtate fuerūt ty-
ranni per illius ruinam libertatem conſecuti ſunt.

¶ De Clemente ſexto papa: ꝛ iubileo inſtituto: de ſe-
ditione Florentinorum: ꝛ bellis plurimis: ꝛ ſucceſſo-
re in Appulie regno. Capitulum. viij.

BEnedicto. xij. vita fun-

cto creatus eſt papa in Auinione vbi tunc cu-
ria erat Clemens. vj. numero pontificum. ccj.
Qui cathedram Petri aſcendit anno dn̄i. M.
ccclij. ab initio ad mundi ſm̄ minorē numerū
quinquies milleſimo. cccvj. ſm̄ maiorē vo ſexies milleſimo.
Jubileꝰ ccccc xlvij. Sedit aūt in ea annis. xj. Hic Clemēs iubileū quē
reductꝰ Bonifacius. viij. anno dn̄i. M.ccc. celebrarat: ꝛ de cētenario
eſt de cē- in cētenariū declararat obſeruādū: reduxit ad numerū quin-

quagenariū: q̄ eſt ꝓpriꝰ numerus iubilei: publicari fecit ꝑ tenario
orbē: quod poſtea a poſteris ſeruatū eſt: ſcilicet de quinqua- ad quin
genario in quinquagenarium. Et cū curia tunc eſſet Auinio- quage-
ne: tū in vrbe poſita eſt indulgentia iubilei: data illuc pere- narium
gentibus certis modis ꝛ formis. Pauloante conflictantibus
Hiſpanis cū Saracenis. x. milia Saracenorum ſunt ab Hi-
ſpanis occiſa ꝛ totidem capta. Cometes viſus eſt. Circa idē
tempus Francis cum Anglicis in bello congreſſis. x. milib'
ex Francis interfectis: Anglici victores fuere. Et poſt pau-
cos annos iterum Eduardus rex Anglorum cum Philippo
rege Francorum bellum atrox inijt: in quo rex Anglie victor
euaſit. vbi. xx. milia hominum periſſe referuntur. ¶ Exinde
ad ea que in Italia temporibus illis geſta ſunt redeundo: vt
ſcribit Leon. in hiſto. Florē. lib. vij. poſtq̄ populus Florenti-
nus liberatꝰ fuit ab illo Gualtero Gallico tyranno crudeliſ-
ſimo ex vrbe pulſo: fundamenta reipub. rurſus nouaſq; res
ſubinde: ꝛ primo cōicatā nobilitati gubernandi curam: mox
ademptam: ac diuiſam nouo more vrbem in quarteria expli-
care congruit. Ciuitas igitur Florentie ſui iuris effecta: ce-
terum multis ꝛ magnis preſidijs auctoque dudum imperio
ſpoliata remanſit: Aretinis Piſtorienſibus ac Uolaterra-
nis per ꝓdicti tyranni ruinam ipſis ſe in libertatem priſti-
nam vindicantibus. Foris igitur cūcta perdita: intus inor-
dinata omnia nulli magiſtratus in vrbe: nulla ſubſidia. xiiij.
tantū viri quos ibi per tumultum ciuitas creauerat: ꝛ. vna
cum preſule authoritatē publicā tuebantur. In his cura rei-
pub. ꝛ oīa conſilia reſidebant. Ad conſtituendum igitur ciui-
tatis ſtatum ante oīa intendentibus / quedā ab his veterū in- Florētie
dem confirmata: permulta etiam nouo more conſtituta ſunt nareſpu
Uetus illud retentū: vt Priores ſummi magiſtratus nomen blica in
in ciuitate foret: qd̄ nec tyrānus oīno ſuſtulerat. Illud autē nouā re-
nouum ac maximi in repub. momenti: q̄ contra ſuperioris digitur
temporis inſtituta nobilitatem ad hoc ipſum ceteroſque rei- formam
pub. magiſtratus recipiendam eſſe ſtatuerunt. Cauſe vero
huius cōſilij due potiſſime ferebant. Una ꝯcordie ciuilis re-
ſpectꝰ. Ita demū quietis pacatiſq; ciuiū animis tranquillā
rēpub. crediderē: ſi nulla in ea pars honore excluſa preſentē
ciuitatis ſtatū odiſſe per ſuā iniuriam cogeret. Altera vero
preſens meritū: q̄ in pellendo tyranno haud ſegnem nobili-
tas operam ciuitati demonſtrauerat. Id autē eo fuerat gra-
tius: q̄ a tyranno ipſo permulta ei generi hoīm indulta vi-
debant. Cuius porro beneficijs amorem patrie libertatemq;
pretuliſſe maximum ſinceri in repu. animi argumentum fue-
rat. His ergo rationibus ad cōionem reipu. gubernāde no-
bilitas eſt recepta. Ceterū ex eo facto magna rerum muta-
tio ſequebat: antiqua gubernādi forma cōuulſa oīno. Duo
quidem maxime libertatis preſidia quibus ante reſp. ſtete-
rat neceſſario tollebantur: iuſtitie conſtituta. ꝛ populi ſoci-
etates. Nam et conſtituta iuſtitie contra vim nobilitatis
reperta oſtendimus: et ſocietates populi quo grandioribus
familijs reſiſtere imbecilles poſſent: ꝛ ab initio ſapiē-
ter excogitate: ꝛ poſtea ſalubriter conſeruate in repu. fue-
rant. Tunc exequato penitus ciuitatis corpore ac velut vno
per concordiam facto: contentionibus antiquatis preſidia
quoque antiquabantur. Prioribus octo viri attributi conſi-
liorꝛ ij quoque miſſi ex nobilitate ꝛ plebe: quum ante. xij. ex
plebe dumtaxat eſſe conſueſſent. Illud quoq; nouum: quod
vrbem primo in ſex diuiſam tribus: ij quadrifariam partiti
ſunt. Pro ſexta enīz parte tribus vnaqueq; honores in repu-
blica ſuſcipiebat atq; ex eo fiebat: vt que tribus populatiſſi-
ma eſſet: ex ea homines minus honorarentur. Quadrifariaꝫ
igitur partiri placuit. Habitaq; eſt ratio quantum fieri po-
tuit: vt par multitudo ſingulis comprehenderetur. Euenitq;
vt tranſarmina tribus que pro ſexta quondam ſuſceperat ho-
nores: ex hac noua diuiſione pro quarta ſuſciperetur. His
conſtitutis nomina ciuium in ſuffragia miſſa: ex quibus po-
ſtea magiſtratus ſortirentur. Suffragio tandeꝫ perfecto ꝛ no-
minibuſq; incluſis. Priores ſortiti ſunt. xij. quatuor ex nobi-
litate: octo ex plebe. Inijuerūt aūt magiſtratū kalē. Septēbr.
in edes publicas (vt mos erat ante tyrannidem) cum appa-
ritoribus reducti: rempublicam tractare gubernareq; cepe-
runt. Hec igitur a. xiiij. viris acta et conſtituta ſunt. Que
etſi bonis rationibus excogitata videbantur: tamen diutur-
nitatem minimam habuere. Uix enim dum magiſtratu
inito res inſolita primo cōmouit animos: nec iam tunc com-
munis grata erat ꝛ in futurum metuebatur magis. Homi-
nes enim nobiles magnarum principes familiarum ꝛ qui ſi-
ne vlla poteſtate publica ipſi per ſe formidabiles: ſi magi-
ſtratū inſuper nacti forent: intolerabiles videbātur: nec ſe
temperaturos ab iniurijs exiſtimabant. Hec preterꝫ cbatur
cauſa: erat pene nōnulla. Ceterum inuidia atq; contentio Florētie
conſueti dudum in ciuitate morbi vna cum libertate in vrbē ai popu-
redierunt. Odio certamine res tota gerebatur. Igitur tum li nōum
murmur

garis in nobilitate ſeditio.

murmur primo apud populares exortū: mox de induſtria in plebem diffuſum. Quid enī letata ſit plebs de eiectione tyranni: ſi multi pro vno ceruicibus ſuis imminere debeant: Niſi forte moderaturos in magiſtratu eos hoīes putēt: quorum vim ac ſuberbiam in priuata experti ſunt vita: qui tot iampridem legibus tot preſidijs a violētia coerceri non poſſint. His dictis erecta pleba minime quietura videbatur: ſz libere modo et effrenes interdum etiā voces audiebātur: ſocietatem hanc pernicioſam exitiū tandē reipublice futuram deteſtantes. Quibus tādem permotus preſul (erat enī ipſe ex familia inſigni quidem et ornatiſſima: ceterum popułari in repub. ſecutus partes) quaſi rem emendaturus collegas vocauit: egitq cū his vt cognita volūtate populi cōionem improbātis rem potius ipſi corrigere ꝙ vim ipſam multitudinis experiri malint: ſi ſponte ſe arbitrio ſubmittant/ multa retenturi: ſin cōtumaciter reſiſtant: vt ſunt multitudinis animi oīa perdituri. Hec monentem preſulē ac fruſtra ſuadentem nobilitatis principes longe reſpuerūt: nec modo rem ipſam: verumetiam ſuaſorem indignabātur. Nimirum enim id agere plebem ab eo cōcitatam inquieti ſpiritus homines ac infidi: qui modo in intimum tyrannūm adulando irrepſeriat: eundēq mox peſſima ſuadendo ad ruinā impulerint: nunc vero nos ad ſimilem ludum querere: quo ciues inter ſeſe cōfligant atq collidant. Nempe cui vna ſit ars tanꝗ in puerili ludo quoſdā extollere: eoſdemq rurſus deprimere. Quātum ad ſe attinet libertatē patrie defendiſſe: propriā vero libertatē ſuam nequaꝗ neglecturos eſſe viſuroſq aliquādo quinam ſint qui ſe non tantum innocuos verūetiam bene de repub. merentes a dignitate excludere pergant. An vero Simiſonte Feghinoq profectis hoſtibus quondā populi Florentini hoſtibus honores in repub. tradentur: nobis autē vetuſtis ac veris Florentinis ciuibus p quos illi victi ſunt quondā honores in repub. negabūtur: Et aduene ac ſubacti dñabuntur nos ciues victoreſq illorū illiſq hi quo vicimus in propria patria ſeruiemus: Et quis tantam iniquitatē rerum non modo perferre ſed audire ſuſtineat: Quum hec preſul et hmōi vociferantes haud molliter refutaret: eaq ex re iurgia cōtentioneſq orte eſſent: ita vt a proximis exciperent: ſit confeſtim p vrbē rumor: inuaditq arma plebs et ad publicas edes decurrens eos qui ex nobilitate in magiſtratu fuerāt: vi et armis detractos in priuatam redegit formā: ac in proprias edes exauthoratos redire iuſſit. Nobilitas eſt ob eam iniuriam erecta: ſumpſit quidem arma: nō tamen in vnū conuenit: nec decertare ea die vim populi auſa eſt: ſed domi conſiſtens/ vnaqueq familiarū edes ſuas tutabatur. Aduentabat his multitudo hoīm ex agro: et quū permagna vndiq auxilia nobilitati ventura dicerēt: vrianteuenire populus cōſtituit. Itaq poſtera mox die primo cis Arnū familias aggreſſus arma intulit. Diuerſis in vrbe locis nobilitas habitabat: eo facilius fuit ſingulas inuadendo perincere. Quamꝗ oēs domos turreſq ſuas queq gens cōmunierat: ac fortiter aduerſus impetū populi repugnabat: tamē vbi multitudo pene innumera vndiq cingebat: telaq et faces mittebātur: impar tanto certamini vnaqueq familia breui ſuperabatur non tamē cedes facta eſt nobilitatis: ſed vt ſeſe populi arbitrio pmiſerāt incolumes ſeruabātur. Expugnatis cis Arnū familijs et in ptātem redactis: trans Arnum eodem modo inuadere placuit. Ibi contētio longe maior fuit: ꝙ et robuſtiſſime nobilitatis familie trans Arnū habitabāt: ac ſingulorum capita pontiū edibus turribuſq cōprehenderent: vt eo peruadere multitudo non poſſet. Hec difficultas aliꝗdiu impetum populi remorata eſt tandē vero ad infimū pontem (ibi namq nobilitas imbecillior erat) impetu factor quum a plebe q̄ trāa Arnum incolit/ raptis armis procurreretur: ac ex vtraq ſimul parte multitudo populi nobilitatē inuaderet: deſerto qui pro ponte ſtabāt preſidio aufugerūt: populoq tranſitum liberum permiſerūt. Tranſgreſſa igitur per infimum pōtem multitudo quum proximas familias in poteſtatem redegiſſet: mox inde inter ea pōtium capita vim intulit. Idem ad trinitatis: idem ad veterem pontem factūt et vtroq in loco prelia cōſerta: vehemētiſſime tamen omniū ad ſuperiorem pontem decertatū: quia circa illum erat nobilitatis potentia: et iuuabatur natura atq ſitu: ꝙ ex altera flumen: ex altera mons domos muniebat. Uiam que vaica ad eos ferebat: impedimentis iactis et domorum altitudine facile tutabantur. Hic igitur aliꝗdiu conſtitit populi impetus: nec prius perrumpere potuit: ꝙ multitudinis pars ſub vexilla miſſa e diuerſa protinus regione aſcenſo monte deſuper arma cepit inferre. Tunc fracte vires diſſipateq ſunt: et ſimul a ſuperiore quoq ponte ceſſante preſidio penetratum. Edes propter contumaciorem reſiſtentiam in his locis a multitudine infima direpte. Frequentes etiam incendio conflagrarunt: hominibus tamē ipſis poſtquā in poteſtatē populi ſe dederunt humaniter parſum. Non enim odio atq maleficio certabatur: ſed de potētia/ de authoritate/ de preſtantia in republica omnis erat contentio.

§. I. Victa nobilitate populus

quum in arbitriū poteſtatemq ſuam haud dubie rempub. redegiſſet: confirmare iam inde ciuitatis ſtatum perrexit. Itaq et cōſtituta iuſtitie in antiquā formā reſtituit: et ſocietates populi renouauit: numero tamen eorum mutato pro noua partitione vrbis: vt quaterne ſingulis tribubus ineſſent. Ita. xvi. tunc primum ſocietates ppl'i fecit: q̄ aū ante. xx. mox xix. fuiſſent. Duodecim viri vt ante in cōcilio Prioribus attributi oēs e plebe. Suffragia quoq magiſtratuū ex integro refecta/ quib⁹ in trienniū ſortirent: eoq delectu habito diligenti: vt ex magna multitudine pauci obtinerent. Ad inueniendam vero nobilitatis pecuniam permulti ex eo numero ad plebē volentes idq flagitātes traducti. Datum illud pro ſummo beneficio illis quorum aut vita modeſtior fuerat: aut potentie parū. His peractis quū tranquilla iam oīa domi viderent: foris ītidē cura ſuſcepta. Illud in primis prouiſum vt Aretinis q̄ per tyranni ruinā libertatē ſibi arripuerāt: ſuſpitio oīs tolleret: ne q̄d ea formido turbationis induceret. Decreto igit̄ facto publice ius oē q̄ Florentinus pp'ls in vrbe Aretio habuiſſet: ſponte remiſſum eſt miſſiq legati q̄ Aretinis gratularent p libertate de tyrāno recepta: ad Florētini decretū pp'li de remiſſione iuris deferrent. Ii quū Aretiū veniſſent: in cōcione pp'li mandata expoſuerunt: decretūq publicū ex ſcripto recitarūt. Aretini vero hec audientes letati ſunt: et omiſſa ſuſpitione fidē Florentini pp'li maiorem in modum complexi in amicitia perſeuerarunt. Nec multo poſt inita ſocietas eſt: in qua Peruſini Senenſes et Aretini cum Florentinis fuere. ¶ His ab ea parte Hetrurie cōſtitutis: in Piſanos inde verſi animi fuerāt. Fuerat enī cū his bellū: ex quo etſi pax recepta poſtmodū erat: tñ q: tyrānoauthore res geſta fuerat: non obligaſſe pplm videbat. Rurſus igitur fieri placuit. Per eā pacē Luca eis cōceſſa: caſtella vero Lucēſis agri q̄ tunc Florētinus poſſideret. Hec eo anno quo tyrānus pulſus eſt domi foriſq geſta ſunt. ¶ Principio ſequentis anni multitudo hominum ex Aretino Florentinoq agro collecta Patzios oppreſſit. Id erat genus nobile caſtella in agro Aretino poſſidens: ceterū pter ſtudia diuerſarum partiū vicinie inſuper inuiſum atq graue ob rapinarum crebritatem. ¶ Eodem anno contra nobilitatem exaſperate leges atq illo inſuper incōmodo affecta: vt qui ex nobilitate apō quēcunq regum tyrannorū ve degerent: continuo domū remearent: exiliū publicationemq bonorum niſi legi parerent ſubituri: ob eam legem cōplures libertatem principum relinquere coacti domum rediere. Eius legis ferende non malevolentia modo cauſa fuit: verumetiam ſuſpitio et ne maiori gratia apud reges principeſq inita aliquid per fauorem illorum aliquando molirentur. ¶ Per idem fere tēpus in eos ciues qui per tyranni ruinam arces caſtellaq quibus pfecti erant dedidiſſent: pena conſtituta eſt: et magiſtratibus mandata cura vti diligentius inquirerent. Eam ob legem frequētes dānati: preſertim nobiliū quibus plurimum arces crediderat tyrannus. ¶ Per hec ipſa tēpora Florentini ciues qui in Gallia negotiabant: nuntiauerūt Gualterū nuper tyrannide pulſum in Galliam ad regē profectū: querelas grauiſſimas contra ciuitatem poſuiſſet: ac per ſe et amicos apud regem niti: vt vis in corpora bonaq Florentinorum ciuiū qui per Galliā forent: ſibi permitteret: eſſe vero periculū ingēs ne corpora in cruciatus bona in rapinā illi dedant. Itaq per eam ſocietatē pleraſq ſocietates inſtitoreſq earū conterritos ad fugam reſpicere. Eo quidem nuntio cōmota ciuitas incendente inſuper veteri odio priuilegium tulit in tyrannū premio ingenti cōſtituto ſi q̄s eum necaret. Et per contumeliam effigies eius apud edes publicas cū inſignibus vitiorū notis depicta. Oratores quoq ea de cauſa ad regem miſſi: ne forte re temere credita aliquid (vt fit) per gratiam condonaret tyranno. Nec multo poſt legati regis Florentiam venerunt ſatiſfieri tyranno poſtulantes. Petebant vero permagnū auri pondus ad recōpenſationes damnorū que a furente multitudine ſibi predicabat illata. Iis ampliſſimo cōſilio quū aurimandata regis expoſuiſſent: reſpōſum humaniter eſt pro regia qui mittebat reuerentia. Ceterum ipſius tyranni ſcelera/ ſordes/ periuria/ ceteraq improbiſſimi hominis flagitia ſic patefacta: vt legati ipſi obmuteſcere tantam ob malignitatē cogerent. Ad extremum abdicationes prolatae quas ille non Florentie modo ſed etiam Puppij tam procul ab vrbe libero in loco metu omni ceſſante ſua ſpōte feciſſet. Nectū ſe admirari ꝙ ille cōtrā confeſſiones ad iuſiurandū ſuum nūc veniat. Deſiſſe eā pridē hec admirari: quū ille calcato religione et fide populo data per fas et nefas oīa fecerit:

Oratores Florētiam miſſi Gualteri nuper expulſi cauſa.

ad que eum libido animi cupiditaſq̃ impulerit: nulliſ pudorem hoim/ nullum dei metū vnq̃ habuiſſe. Debere preſtātiſſimum regē non modo aures ſcelerato homini nō prebere: verumetiā illius nequitiā vltra cōpeſcere. Jn hunc fere modum illis reſpōſum eſt: ⁊ honor de induſtria maior habitus: vt legatis quoq̃ regis animus ꝑ obſequiū teneretur.

§. II. Eodē anno maximum eſt

mutuādarū florentine reipub. pecuniarum ratio.

reipub. fundamētū paruo principio iaci ceptū. Ciuibus reſpublica debebat auri pondo circa milia ſeptuaginta mutuo ſumpta ob Luce redēptionem. Ea igit̃ ſumma quū ob anguſtiam erarij diſſolui nō poſſet: ac iniquū videret̃ ſuos fraudare ciues: qui fidem publicā ſecuti mutuo dederāt: hec media quedam inter has difficultates reperta eſt via. Dominibus eorum quibus debebatur tributū deſcriptio: annui reditus e publico cōſtituti ſunt quīq̃ a ſingulis cētenis. Quātitates vero ipſas in vnū coacēruatas a ſimilitudine cumulandi vulgo montem vocare. Jdq̃ poſtea in ciuitate ſeruatū quoties reſpublica indiget: ⁊ ciues tributa perſoluunt quaſi cōitati mutuātes. Unde ⁊ preſtātie vulgariter nuncupant̃. Solutorum vero penſiones annuas percipiūt: qui ſoluerūt mutuando: inde quinq̃ pro centenario ſoluto recipiētes. Ubi montes cumulationeſq̃ pecuniarū bellis quidem creſcunt: q: tunc onera preſtantiarū ciuibus imponūtur que ſoluere eos oportuit. Pace minuūtur: q: ex reditibus cōitatis ex gabellis ⁊ alijs vijs de capitali redditur creditoribus mōtis: ⁊ ſic abundāte pecunia reipub. diſſolutio fit crebra/ ⁊ perēptio dicti crediti. Quantitatū vero deſcriptarum venditio eſt ciuibus inter ſe ⁊ permutatio: vt in ceteris mercimonijs: Pro tempore pro ſpe pro cōmodo minuitur earum precium atq̃ augeſcit. Jn emptorem eadē commoda que ſolutor ipſe percepturus erat/ transferūtur. Ea res facit vti ciues ad crebras tributorū ſolutiones ꝑdurent: non pereunte omnino qđ ſolutum eſt: ſed vtilitatem etſi non magnā tamen aliquā afferente. Poteſt aūt cōmunitas ad placitū ſuum reddere ciuibus quod ꝑ preſtantias ſoluerūt: ⁊ tunc vltra nō reſpondet eis ſcʒ illa quinq̃ pro cētenario. Poteſt etiam (vt dictū eſt) alteri vendere ciui laico vel clerico ius ſuum ille qui ſoluit communi preſtantias dictas vel permutare. Et preciū talis crediti variatur ſecundum tempora pacis vel guerre. Nam aliquando aſcendit preciū centenarij vſq̃ ad. lx. florenos aliquando deſcendit vſq̃ ad. xij. pro centenario. Ut in anno dñi M. cccclvj. intra iſtos duos terminos ſummū ⁊ infimum variatur multipliciter preciū dicti crediti. Super qua materia facta multoties magna queſtio inter doctores theologie ⁊ canoniſtas: ⁊ libelli plures editi: vtrum licitus ſit talis cōtractus. Et primo vtrum ſit ciui ſoluenti talis onera cōitati licitum recipere illum annuum reditum ſcʒ. v. pro centenario quouſq̃ recipiat ſuuʒ capitale ſeu preciū eius tunc currens. Et cōmuniter tenebat̃ q̃ ſic ratione damni ⁊ intereſſe quod inde recepit. Secundū vtrum ſit licitum tale ius emere ab eo qui ſoluit. Et hoc magis dubium: aliquibus aſſerentibus eſſe licitum: alijs negantibus. Determinationem huius et rationes vide alibi ſcilicet in ſecunda parte ſumme titu. de vſuris.

§. III. Principio ſequētis anni

creſcente in potētiores odio leges due ad populū late ſunt. Una in clericos iniqua: per quam omnibus eorū priuilegijs derogabatur. Altera in ciues ingrata per quā dona ac munera hactenus quibuſcūq̃ meritis a populo tradita in irritum vocabantur. Fuiſſe tunc ciuitatē in arbitrio multitudinis imperite decreta ipſa oſtendūt. Quid enī hac poſtrema lege (ſi modo illa lex nominanda eſt: que dedecus ⁊ infamiā reipublice parit) iniquius ac vilius excogitari vnq̃ poteſt? Defectionem fidei: que etiam vni priuato turpiſſima eſt: populo toti impingere? Nihil vnq̃ in republica vtile exiſtimādum eſt: quod ſit contra dignitatem. Dignitas porro ⁊ incōſtantiam ⁊ ingratitudinē longe repellit. Per eam legem multi quorum maiores virtutis gratia a populo donati fuerunt: munera ipſa ⁊ dona relinquere magna cum hominum querela coacti ſunt. ¶ Eodem anno priuata ex re permagna nō in ſingulos modo ſed etiam vniuerſe ciuitatis incommoda peruenerūt. Bardorum (vel Baldorum) erat familia omniū locupletiſſima: permagnas multis in locis ſocietates habens. Hec ſumma et indubitata fide quum apud ciues ceteroſque ad eam vſq̃ diem fuiſſet: ac multorum (vt fit) pecunias in manibus haberet: repente inopinatoq̃ fefellit. Cauſa vero huiuſmodi fuit: q̃ ſurgentibus tunc maximis inter Francos Angloſq̃ reges bellis: quidam eius ſocietatis magiſtri in Britannia degentes: credita regi Anglorum intolerabili pecunia eo rem adduxere: vt neceſſariū fuerit fidem ſocietatis abrumpere. Fracta igitur ſocietate: creditores quū reliquias proſequerent̃: cōpertum eſt a[...] ſupra quinquies centena milia priuatis nominibus ſocietatem debere. Mutuo autem regi data circiter ſeptiēs centena milia: in quib⁹ ⁊ propriā ſocietatis pecuniā ⁊ eorū qui ſocietati crediderant abſumptā cōſtabat. Ea res inopinata ⁊ grauis quum multorum patrimonia afflixiſſet: traxit poſt ſe ruinas minorū ſocietatum: tum ob varia dāna quibus ſingule implicate erant: tum q̃ ortis apud omnes ſuſpitionibus: ad repoſcenda ſua quiſq̃ credita properabat. Decoquentibus itaq̃ permultis: ineſtimabilem iacturam ciuitas ſubiuit: fideiq̃ anguſtijs in foro omnia perturbabat. ¶ Nolo hic omittere etſi nihil de hoc dicat Leonar. in hiſtor. cuius verba referimus q̃ communiter tales mercatores vel trapezite qui faciunt magna hincinde cōmercia recipiunt a plurimis multas pecunias ſub noīe depoſiti. Sed ſi intendunt deponentes tales pecunias inde recipere aliquid emolumenti ex pecunia depoſita ſaluo capitali: alias nō deponerēt apud eos pecunias ſuas: vtiq̃ vſuram committunt: quia mutuū eſt vere et ſub ſpe lucri tenentur etſi nō faciant cū illis aliquam pactionem. xiiij. q. iij. ſi feneraueris. ⁊ extra de vſur. conſuluit. Et quis illud nō pertineat ad materiā hiſtorie: vtile tñ eſt ⁊ ſaluiferū anime hoc ſcire: pro qua re hiſtorias referimus. Solicita ob eam rem ciuitate: lupus media die porta Collina ingreſſus per vrbem decurrit: peragrata maxime trans Arnum parte: quū clamor venantium more illum proſequeretur: tandem egreſſus alia porta Piſana via oppreſſus eſt. Eadem quoq̃ die ſigna populi ad publicas porte edes ſupra portas ſculpta ſua ſponte cecidere. His augurijs multorum animi in timorem verſi ſunt: nec multo poſt a Gallis nūciatum regem Francie ciuitatis cauſam contra iuſtitiam equitatemq̃ improbaſſe. Edicto tamen tempore vt quis ciuis Florentinus queq̃ ciuis Florentini bona poſt dies ſexaginta in regno reperirentur: in eos eaq̃ vis ac poteſtas tyranno illi Galtero foret. Ob eā rem incommoda magis accepta ſunt q̃ damna: q: ſpaciuʒ habuerant ſe ſuaq̃ colligendi. ¶ Altero dehinc anno. i. ſtatim vere ſolicitam habuit ciuitatem formido ſterilitatis. Nec inverna tantum intemperie celi: quantum ſuperioribus imbribus qui circa ſementem omnia diluerāt. Itaq̃ ſegetes perpauce in agris: ⁊ ille ipſe ſquallide arenteſq̃ cernebantur. Et augebat metum: q̃ non vnam tantum aut alteram Italie partem: ſed totas omnino regiones eadem premebat calamitas. Ex hoc metu cariſtia primo coorta: eaq̃ ipſa indies augeſcens: tandem vbi ad meſſis tempora ventum eſt: tunc iaʒ ipſa re defectū arguente: quum nil fere ex agris reportaret̃ circunſpicere ſeſe homines ac futurū horrere: paruoſq̃ iam inde natos ⁊ imbecillē turbam miſereſcere. Quum ergo fames haud dubie immineret ſolers plane ad hoc ciuitas in Aphrica Sardinia ⁊ Sicilia alijſq̃ locis permultis vi magna frumenta cōparata mari ſimul terraq̃ importanda curauit. Nec tñ eo modo euitari potuit quin difficultates maxime eo anno ſubirent̃. Turba enī ex agro in vrbē mendicatura longis agminibus mulierū puerorūq̃ aduenerat: ex finitimis etiā ciuitatibus que minus ad hoc prouide fuerant multitudo quoq̃ cōcurrerat: vt infinitus prope numerus foret alendus. Magnificq̃ in his ciuitatis meritū humanitaſq̃ eluxit. Non modo enim nō reiectus eſt quiſq̃ aduenarū peregrinorumq̃: ſed etiā ſi tenuis foret/ liberalitate gratuita ꝑ tantam rei frumentarie inopiam ſuſtentatus. vt ꝑpe collatū a ciuitate beneficiū i genus humanū videret̃. Multa inſuper eo anno tenuiorib⁹ indulta. Et illud in primis: q̃ creditorum acerbitas repreſſa eſt: lege data nequis niſi certa forma pro ere alieno conueniri poſſet. Satis enī premi cariſtia ipſam multitudinē exiſtimauit ciuitas. Et accedebant ad cariſtiam morbi: qui multitudinē circūuenerāt: ⁊ vrbis inſuetam cōſecuti/ vrbanā quoq̃ cōprehēderāt turbā: vt cōmiſerādum ⁊ ſuccurrendū foret fame cū morbo laborante ciuitate. Noua inſuper cura ſolicitam reddidit ciuitatē. Carolus enī Joānis regis filius electus ad imperium/ ferebatur: ob eam rem formido iniecta eſt ciuitati: nec immerito quidē. Ueniebat enī in mentē ⁊ cum Henrico eius auo qui caſtra ad portas ipſas Florentine vrbis habuerat: ⁊ cum Joāne patre bella quoq̃ continuata ſerie geſta fuiſſe multiſq̃ illorū ceptis ꝑ Italiā ab hac ciuitate obuiatū. Deniq̃ hunc ipſum Carolum adoleſcentē modo nō expertē fuiſſe belli: quū ⁊ Luce ⁊ per Galliā rudimenta ipſa iuuentutis aduerſus hunc populum ſuo etiam detrimēto poſuerit: quibus de cauſis redire odia infeſſioneſq̃ credebantur. Ceterū harū rerū querela ⁊ cōſternatio erat. Nulla tamen remedia tunc adhiberi poterant: prementibus his q̃ ſupra diximus incōmodis. Mimas oppidū notabile in potentatem populi peruenit: dedētibus oppidanis ob inteſtinas obſidiones: et nobilitatis iniurijs fatigatis. Altero dehinc anno priuſq̃ ſegetes matureſcerēt eedem que ſuperiori tempore difficultates rei frumentarie populum

Immēſa pecunia regi Anglie mutuo data.

Frācorū regis in Florētinos edictum.

Florētini tāno ne penuria et morbis affligūtur grauiſſimis.

pulſū tenuere. Maturis deinde frugibus atq; collectis difficultates ille paulinc ceſſauerūt: varijs tamē languoꝝ generibus laborabatur. Et peſtilentie qua poſtmodū vaſtata eſt Italia: ſigna quedā horrēda tunc apparuerūt. Et clades biēnio fere anteꝙ haberi notitia poterat: i[n] orientis partibus coorta: mox inde per populos peſtilenti contagio euagata: alia ſubinde appetendo loca regiones ⁊ cumulatis funeribus inanierat. Febris erat peſtifera: ⁊ inguinis tumor. Id quaſi venenū quoddā robuſtiſſimos iuuenes alioquin ſanos repēte inuadens: paucíſſimis interdum enecabat horis. Cōtagio omnia exitioſa erāt. Ea igit̄ tunc ciuitatem ingreſſa imbecilliora primū corpora puerorū puellarumq; cōficere cepit. Indeq; ad firmiora tranſgrediēs: per oēm ſexum etatemq; vagata eſt. Anno ſequēti ſcȝ anno dñi. M.ccc.xlviij. peſtis iam pridē ingreſſa vrbem ita deſeuit: vt ſupra fidē videatur ſtragem hoim referre. lx. amplius hoim milia defuncta morbo intra vrbē conſtat: ⁊ inſignes viros quorū conſilio reſpublica nitebatur/ferme oēs ſublatos. In agro aūt exinanita cūcta ac pene deſerta. Cōuentus religioſorū copioſi in ciuitate fere euacuati ſunt. Et tunc (vt dicit̄) ceperūt religiones mēdicantiū que florebant in eccleſia dei relaxari et tepeſceret tum deficientibus in eis ex morbo plurimis patribus ⁊ notabilibus viris: qui eas doctrina ⁊ exēplis ſuſtētabant: tum ex cauſa tot ſcȝ ⁊ taliū infirmitate relaxato rigore in cibo et alijs: ceſſante peſte rigor ille reparari nō valuit: ex tepiditate ſuperuenientiū tam preſidentiū ꝙ ſubditorū. Ex qua etiā peſte migrauit ad dñm Bononie excellentiſſimus doctor canonum Joannes Andree ſpeculū iuris canonici: qui Nouellam fecit ſuper decretales: ⁊ glo. edidit ſuper. vj. ⁊ Clemētinas: ⁊ ſcriptū ſuper. vj. cum queſtionibus Mercurialibus: ⁊ additiones ad ſpeculū iudiciale Guil. ⁊ Hieronymianā ex dictis preciſis Hierony. Ob eā calamitatē nihil publice geri eo anno potuit. Tandem aduerſus latrones qui p Apennini ſugum itinera infeſtabāt: copie miſſe ſunt. Sequenti etiā anno parum vel nihil geſtum eſt: cōſternata adhuc ciuitate ſuperiori peſtilentia. Tantū Collenſes ⁊ Sangeminianēſes domeſticis ſeditionibus laborātes in poteſtatē populi Florētini redierūt. Et circa Apenninū aliquot caſtella de Ubaldinis capta: quibus latrocinia exercebantur.

magna vis mortaliū peſte ſublatorum.

Morit̄ dñs Joānes Andree.

§. IIII. Ad ſuperiora tempora

aliquātulum redeundo: vt de regno Appulie aliqua tangamus. Sciendū ꝙ Robertus rex Appulie ad extrema veniēs neptem ſuam ſcȝ Joannā filiam filij ſui Caroli ante deceſſum patris ſui Roberti premortui: vxorē dedit Andree filio Caroli regis Ungarie: qui Carolus Germanus fuerat ipſius Roberti. Et ipſum Andreā nepotem ſuum ⁊ maritum Joanne neptis ſue poſt ſe moriens regnare in Appulia cum Joanna ex teſtamēto cōſtituit. Qui Andreas tribus annis cum illa regnauit: poſtea necatus eſt. Et ad maiorē declarationē recolendum ꝙ Carolus primus rex Appulie ⁊ Sicilie: cui ab eccleſia collatū eſt regnum: filiū vnū ſuperſtitē reliquit qui ⁊ Carolus dictus eſt: ſed ſecundus. Qui Carolus ſecundus multos filios ex ſe dereliquit. Et idē Carolus nauali prelio prope Neapolim a copijs Aragonū ſuperatus: in Aragonia per aliquod tempus captiu⁹ manſit vt. ȝ. dictū eſt. Dum autem in captiuitate detineretur iſte Carolus ſecundus: mortuus eſt pater eius Carolus primus: regnumq; Appulie ſuſcepit alter Carolus primogenitus dicti Caroli ſecundi captiuati: ⁊ regiū nomen ſuſcepit: ſed reuerſo patre Carolo ſecundo a captiuitate: ⁊ nole regio ac regno ipſo Appulie ſuſcepto: predictus Carolus eius filius in Pannoniam miſſus regnū [U]ngarie obtinuit ex hereditate materna. Et ita partito quodāmodo honore: et pater in Italia: ⁊ filius in Pannonia regnat: vterq; Carol⁹ nominatus. Mortuo deinde poſt aliquot annos Carolo ſecundo: Robertus ſecūdus natus poſt Carolum regē Ungarie ſucceſſit in regno Appulie. Non deerant tamen permulti qui e Pānonijs euocandū legitimū ſucceſſorem exiſtimarēt: ipſum ſcȝ Carolum germanū Roberti: ſed ante eū genitū: vnde ⁊ potius ſucceſſorē regni Appulie: quere ſuberāt iam querele ⁊ incurſatiōes. Sed Robertū p oēm etatē in Italiam cōmoratū egregia inſuper indole fauor populoꝝ complectebat̄. Fratris vero filios veluti longinꝗtate alienatos vix iam cognoſcebāt populi. Et qui latiſſime in Pānonijs dñabantur: ſatis ſuperq; regni poſſidere arbitrabantur. Robertus aūt iſte filium habuit vnicum nomine Carolum quem per Caſtrutiani belli tēpora Florentiā veniſſe ſupra oſtenſum eſt cum ingētibus copijs. Sed hic Carolus viuente adhuc patre Roberto defunctus eſt: non relinquens ſobolē maſculinam: ſed duas filias: que apud auum tunc infantes educabātur. Ex Carolo Ungarie rege alius nomine etiā Carolus natus eſt: huic duo filij ſuperſtites fuerūt: ſcȝ Ludouicus ⁊ Andreas: quem Andream adhuc adoleſcentē

Caroli primi regis Appulie ſucceſſores.

Robertus rex Appulie: vt ſupra tactum eſt: quaſi bona fide recognoſcens: vt ad eū rediret regnū ipſum ad quem prius magis de iure ſpectabat: Joanne nepti ſue ex filio ſcilicet orte maritū dedit: ac vna cum illa regnare teſtamēto in Appulia cōſtituit. Traductus igitur in Italiam adoleſcens Andreas ⁊ Joanne coniunctus: quum non ſatis bene inter ſe cōuenirent nec deeſſent qui maritū contra reginaȝ concitarent: euſq; ſimultates odiaq; occulta proceſſere: vt vocatus per noctem adoleſcens quaſi magnum aliquid vrgenſq; inſtaret: per fautores regine: laqueo repente iniecto ſuſpendio necatus ſit. Conſciam fuiſſe reginam tam atrocis facinoris creditum eſt: ⁊ auxit infamiā alter ſubinde coniunx ab ea ſuſceptus. Ea feditas Ludouicū Ungarie regē permouit: vt cum exercitu in Italiam veniēs ⁊ fratris neceȝ indignam ⁊ regnum quaſi ſibi debitū vindicaret. Regina Joanna metu exterrita in Narbonenſem aufugit prouinciam: nec multo poſt eā ſecutus nouus coniunx (erat eñ ⁊ ipſe quoq; patruelis) paruo comitatu in agrum Florentinum aduenerat. Fugiebat enim ⁊ ipſe Ludouicum dictum regem Ungarie Appuliam cum magno exercitu ingreſſum. Ciuitas aūt Florentina quoniam domeſtica erat illius familie diſcordia ac res atrociſſima agebatur neutri parti fauere conſtituit. Ita ꝙ neq; in vrbem venire cupientem permiſit: nec vllo auxilij genere poſtulantem licet proſecuta eſt. Uindicta autem facta in regno Appulie per regem Ungarie contra eos ꝗ fuerunt ſuaſores vel cooperatores tanti ſceleris. Demum regnū ipſum remanſit regine Joanne: in quo diu regnauit. Nec tamen euaſit impunita. Nam vt infra patebit: quum operam dederit ſchiſmati eccleſie: ab ea ablato regno ⁊ collato eius conſanguineo Carolo tertio/ab eo necata eſt. Anno autem domini. M.ccc.xlvij. igneus vapor magnitudine horribili boreali ſe mouens regione magno aſpicientium terrore e celo labitur: quo anno quedam beſtiole multiplicato numero ex aere in terram ceciderunt: quorum corruptio ⁊ fetor peſtilētiam ſupradictam intulit. Anno. M.ccc.xlix. Uilla cum Germanie vrbs terremotu corruit: ⁊ per Pannoniam ⁊ Italiam nonnulle ciuitates mutauerunt: in quibus edificia quedam funditus corruerunt. Anno ſequenti iubileus fuit declararatus per Clementem ⁊ inſtitutus.

Andreas appulie rex Joanne vxoris dolo necatur.

Joanne regine ſupplicium.

§. V. Anno domini Milleſimo

ccc.l. noua ⁊ magna rerū certamina ciuitati exorta. Nam Joannes vicecomes Mediolanēſiū preſul ſuſcepto per Galliaȝ citramontanam a ſuis late dominatu imperabat: ⁊ ad veterem ſuorum potentiam maximā ⁊ ipſe addiderat incrementa. Ex quo egregie potens tyrannorum omnium dñs factus quum iam antea formidabilis eſſet: tum auxit timorem Bononia per hoc ipſum tempus dominio eius adiuncta ciuitas magna ⁊ finitima: vt eam poſſidens tam ingens potentia minime quietura videretur. Aduerſus hunc igitur naſcentem morbū remedia querens ciuitas: nō ſubito nec impotenti ⁊ temerario impetu: ſed maturitate prudētia ⁊ conſilio veſtigabat. Grauiter ferre pontificē Romanū (qui Clemens ſextus erat) Bononie occupationē nō ambiguū erat. Formidari etiam Mediolanen. robur a Maſtino ceteriſq; finitimis tyrānis exiſtimabatur. Cū his oibus ſi ſocietas inireť: accedentibus Hetrurie ciuitatibus ꝗ tunc erant in federe: ſatis ſuperq; viriū fore ad cōprimendā Mediolañ. potentiā exiſtimabant. Data his oibus opa occulte a ciuitate Florentina eſt. Deniq; ciuitatis cōſilio ⁊ ope factū eſt: vt ⁊ legatus a pōtifice miſſus: ⁊ tyrannorū ciuitatūq; oratores huius rei cauſa in vnū coirent. Cōuentus cōgreſſuſq; oim Aretij fuit. In re agitanda tractādaq; Peruſini qm̄ longius aberant a ſuſpitione periculi: minus eam ſocietateȝ appetere cōperti ſunt. Et ſi id nō aperte: ne diſcrepare a ſocietatis voluntate viderentur: ſed per ſingula rerū tractādarū capitula difficultatem reperientes: diſceptanteſq; ac domuȝ allegantes: rem in longum protrahebāt. Inter hanc morā nuntius de Maſtini morte venit: eaq; de cauſa cōuentus re infecta dimiſſus: quū inde deprehenſa Peruſinorum mente vel preter eos ſtatuiſſent ceteri ſocietatē coire. Hoc igitur ꝗſi fortune beneficium ceptis ſuis fauētis accipiens preſul (ſenſerat eñ cōuentus Aretij factos: ⁊ ꝯtra ſe parari intelligebat) maiora ſtatim animo concepit. Itaq; cōfeſtim ſagaci opera per Hetruriam ac Flaminiā cunctos diuerſe factionis hoies in ſuā amicitiam tutelamq; pellexit. Ne quid vero ſibi a tergo relinqueretur: Maſtini filiū qui mortuo patre in dñatum ſucceſſerat: multis magniſq; pollicitationibus delinitum non modo auertit a propoſito paterno: verumetiā federe ſibi inſuper amicitiaq; coniunxit. Quo facto ceteri quoq; per Galliam tyranni in eius amicitiā conceſſere. Inter hec propoſitum diſſimulans: de Florentino populo amiciſſime loquebatur. Scribebatq; nonnunꝙ quo ſuſpitionem auferret.

Imolaz ꝓſul me diolanẽ ſis oppugnat.

Bononie copiis quos in vrbe habebat/Bernabonẽ prefecerat nepotem ſuũ: videriq; cupiebat mentẽ ſuam ad alia ſpectare: quinetiã vt alibi bello iaſpiceret ⁊ implicaretur: exercitu ad Imolam miſſo obſideri eam vrbem iuſſit. Adfuerũt in obſidione Bononienſes magno quidem numero iuſſi hec agere: ne relicti domi per abſentiam copiarum aliquid moliſrentur. Adfuerunt etiam Fauentini et Forliuienſes: quorum tyranni partim ob inimicitias Romani pontificis: partim ſimili ſtudio partium ſeſe Mediolañ. coniunxerat. Preter hos copias ſuas Bernabo adduxerat: equitum ad tria: peditum vero mercede conductorum ad quatuor millia. Hac multitudine copiarum fretus: primo ſtatim aduentu expugnare aggreſſus eſt. Quod quum minus ſuccederet: eam vndequaq; preſidiis cinxit. Ui autem eam amplius expugnare non tentauit: expertus aliquoties fruſtra conari ſeſe aduerſus vrbem munitam foſſis: atque ab his qui erant intus egregie defenſam. Florentinis vero hec inſpicientibus magis in dies creſcebat formido: preſertim quum Piſanos Mediolañ. adheſiſſe rumor vulgaſſet. Et dubitabatur de Pratenſium ⁊ Piſtorienſium fide: quorum oppida ⁊ finitima vrbi ⁊ opportuniſſima bello inferendo/plurimum erant. Eorum ſi alterutro potiretur aduerſarius tam potens: actum de libertate exiſtimabatur. Suſpitioſiorẽ vero rem faciebant eorũ diſcordie: ꝑ quas facile erat ſubiepere aduerſarios. Ad hec igitur ante omnia conuerſe mentes neq; negligendum neq; differẽdum ſtatuere. Itaq; multitudine ſtatim armata miſſiſq; repente copiis ad ipſa Prati menia: non tam hoſtili quã inopinato terrore poſuerunt caſtra. Pratenſes ſubire bellum trepidi: vtpote qui nec rationem huius facti neq; conſilium noſſent ſumpſerunt raptim arma: et ad eam partem oppidi qua caſtra erant concurrerunt. Ibi quum Florentinos in armis. Nihil hoſtiliter moliẽtes neq; ledẽtes quemq̃: ſed illud cernerent tantummodo poſtulantes: vt ad ſuſpitiones tollendas cuſtodia illius oppidi Florentino populo traderetur pro communi vtilitate quieteq; habitantium in ea: etſi dura vox pleriſq; videretur: tamen quãdo tante copie ad portas ſtarent ipſi autem omnino imparati eſſent: incerti primum conſilii aliquandiu ſterere: neq; cõcedere poſtulata: neq; negare audentes. Inter Florentini ciues qui in armis erant: vt quiſq; notum amicumq; Prati habebat: cõpellendo benigneq; exhortando in ſententiam trahere conabatur: monentes quoniam deſideriũ Florentini populi conſpiciant: parere voluntati q̃ vim experiri malint: multaq; interdum aſpera primo proſpera tamẽ ad extremum reperiri. Id eſſe conſilium Florentini populi: vt non minus de Pratẽſium q̃ de ſua propria ſalute cogitent. His tandem vocibus ac virorum reuerentia ⁊ preſenti neceſſitate cõpulſi Pratenſes portas aperuere: ⁊ Florẽtinorum preſidium intra menia recepere. Et res quidem Pratenſis in hunc modum compoſita ſuſpitionem ab ea parte ſuſtulerat. Reſtabant Piſtoriẽſes: ea quo amplior erat ciuitas: eo cautiori ſtudio tractanda videbatur. Sed obtulit occaſionem idoneam ſeditio que recens in ea ciuitate exorta partem ciuium egerat extorrez. Itaq; per ſpeciem officii preſidium eo mittere Florẽtini poſtularunt. Piſtorienſes vero non diſſimili figmento id recipere annuerunt. Sed ne ita multum ſibi formidãdum eſſet: ⁊ eos ipſos quos receperant ſacramento obligarunt. Quare per eam viam nihil profectum videbatur: ⁊ ſuberat formido mentibus infixa: qua intenti priores ciuitatis dum ipſi per ſeſe abſq; populi ſcitu prouidere feſtinant: inhoneſtum tandem conſilium ſuſceperunt. Re enim cum exulibus Piſtoriẽſium arcane compoſita: ſubito cum illis miſerunt copias. Ii noctu progreſſi nullo penitus ſuſpicante ſtatim aduentu ſcalis menia conſcenderunt ⁊ quoſdam in vrbem dimiſerũt. Ipſi vero de muris clamorem tollentes ſperabant milites qui preſidii cauſa miſſi fuerant: vna ſecum rem aggreſſuros. Etenim premiſerat magiſtratus ad eos quendam Petrum conducendis militibus ſcribam: et ob id pleriſq; eorum familiarem: qui rem ediceret. Sed is ſiue metu ſiue negligentia per viam deſederat. Itaq; milites totius rei ignari: vt primum e muris clamor ſublatus eſt ⁊ integra fide cum Piſtorienſibus concurrerunt. Factoq; confeſtim globo ingreſſos deturbarunt: ita pulſi e muris: qui cum exulibus deſcenderant: quot eorum in vrbem demiſerant: aut capti aut interfecti ſunt. Crediderant primo Piſtorienſes exulũ modo ſuorum fuiſſe conatum: qui error audaciam eorum plurimum iuuit. Sed poſtq̃ ex captiuis adeſſe Florẽtini populi copias audierũt: atq; ſuborta inde lux vexilla patefecit: maius ſibi imminere periculum ſentientes/ad certamen ſe pararunt: ⁊ ad tutelam vrbis acrius ſubrexere. Hec paulo poſt Florẽtie vulgata optimum quemq; ⁊ grauiſſimum cõmouerunt. Lacerabatur q; circulis ⁊ conuentibus magiſtratus ceptũ: vtpote fedum atq; nefariũ. Ignauiam vero ⁊ imperitiã omnes deteſtabantur. Iam vero non adauctam modo ſuſpitionem: ſed incertum periculum rem coniectam exiſtimabãt: putantibus cunctis Piſtorienſes tanta fraude iniuriaq; compulſos ad tyrannum eiuſq; propinquas opes ſe haud dubie conuerſuros. Quum vero quid agendum foret conſultarent: cẽtũ ceptum improbabant omnes: maxime tamen quid potiſſimum in malis ſequendum foret dubitabant. Deniq; coacto ciuium conſilio quum de hoc ipſo conſultaretur: adſurgens quidam ex ſenioribus in hunc fere modum locutus eſt. Si res integra foret o preſides: neq; attentata prius nec detecta: non mihi videretur difficile conſilium explicare. Quippe ſuſpitionem libertatis alterius occupande inferi q̃ ſoliti mis omnem incertum iniuſtumq; morum noſtris rationibus inimicum cenſerem. Nunc autem eo difficilior conſultatio eſt: q; perperam ac pene contra naturam agitur. Quippe ceteri quidem omnes ante rem conſultare ſolent: vos autem (quod bona venia dictum ſit) poſt rem actam conſilium poſtulatis. Atqui bono animo factum a vobis preſides exiſtimare debemus: qualecumq; tamen factum eſt. Nota eſt enim fides ⁊ integritas veſtra in republica animus ſincerus ⁊ rectus. Ueruntamen res gerende preſertim magne/et non ad priuatum alicuius: ſed totius ciuitatis diſcrimẽ pertinentes: non propoſitum ſolummodo bonũ: ſed maximam conſiderationem ⁊ circumſpectam multorum deliberationez eſſi agitant. Nam ea que maiorũ ſunt: a paucis determinari nec honeſtum eſt: nec illiſipſis qui determinant tutum. Populus enĩ niſi ſuarũ rerum ipſe author ſit: quecumq; non recte acciderint/exagitare ſolet: ac penas nonnunq̃ imperioſe exigere. Sed facta quidem ne facta ſint fieri non poteſt. Itaq; hec omittamus conqueri: ⁊ quid remedii ſit in hiſce malis potius meditemur. Dico igitur non eſſe Piſtorienſe ceptum deferendum. Non q; probem illud: nec ſi res integra foret illud conſulerẽ: ſed q; quũ ſemel ceptũ fuerit: periculoſuz nimis foret ſi in hac ſuſpitione Piſtorienſes dimitterentur. Longe autẽ minus dubitandũ foret de Piſtorienſibus: ſi laceſſiti non fuiſſent a nobis. Qui preterq̃ occupare nocturna fraude illorum vrbem: exules inſuper inimicos qui rempub. gubernabant armatos reducere in eoꝝ ceruices ſtuduimus hec qualia ſint de vobiſipſis coniecturam facite. Neq; enim quũ ipſi nos curã habeamus libertatis nr̃e: pro illa pericula oĩa/mortem etiam ipſam ſi expediat appetendam predicemus: non eundem ſenſum ceteris eſſe hominibus exiſtimandum eſt. Reductionem exulum quibus queſo indignationibus ꝓferem⁹: ⁊ ſi non pactione conſenſuq; noſtro: ſed armatos et per vim improuiſe quis eos introduceret in ceruices nr̃as? Hec omnia penſantes inimiciſſimo erga nos eſſe animo Piſtorienſes exiſtimare debemus: ac poteſtatem omnem nocẽdi preripere. Illud oſtendatur verbis: non eſſe propoſiti noſtri eorum libertatez auferre: ſed pro incolumitate ſua ⁊ nr̃a preſidiũ quoddã in vrbe eorum habere: quo ⁊ ipſi tranquillius degant: ⁊ nos ſecurius: ⁊ ſuſpitio de mentibus Florentini populi auferatur. Qđ ſi recipere nolint: non eſſe ſic cum hac ſuſpitione dimiſſuros. Unde collectis copiis cum auxilio etiam amicorũ/illuc cum omni conatu pergẽdum: ⁊ ſi nõ acquieuerint preſidium in vrbem recipere: impugnate ciuitatem. Hanc ſentẽtiam ſecuta ciuitas magnũ exercitum deſtinauit: qui Piſtorium circũcinxit. Et primo quidez qđ poſtulabant Florẽtini/facere recuſarũt Piſtoriẽſes ſe ⁊ vrbem cõtuentes. Poſt verba prius amicabilia ad illud perſuadendum ceperũt deuaſtationi agrorũ inſiſtere: ac multa grauia eis inferre. Propter q̃ demum acquieuerũt in vrbẽ preſidiuz Florẽtinorũ recipere. Sicq; Piſtorio Pratoq; receptis Florentini minus iam in ſuſpitione degentes conquieuerunt.

§. VI. Augebat autem fidem mi

nuebatq; ſuſpitiones Florentinis nocumenti percipiendi a Ioanne prefato Mediolanenſi preſule: charitas eius ficta q; preſul ipſe ⁊ ſui qui Bononie preerant: honorificentiſſime de populo Florentino loquebantur: contentumq; ſe vicinitate eorũ oſtendebat: ſatis bene ſecum agi: ſi dñatus Bononie nequaq̃ ſibi turbaretur. Et quia bellum Imolenſe adhuc ſuperſtes erat ⁊ noua Bononie dñatio: videbatur cauſa ſufficiens multiplicandi vel retinendi copias armatorum. Hinc factũ eſt vt inter ſpem ⁊ metũ dubia ciuitas Florentina perſtaret in armis: aduerſarius vero armaretur. Quum autem ſatis paratus eſſet Mediolanẽſ. preſul: ciues Bononienſes primarios in ea ciuitate holes quaſi coniurationis reos capi iubet. Ab his vti voluit tormentis extorſit: ſeſe de dominatu eius repellendo: liberãdaq; ciuitate/cum Florentino populo conſilia iniiſſe. Hinc arrepta belli occaſio eſt. Quid enim minus deeſt tyrannis: q̃ falſas pro veris cauſas effingere? Hanc igitur ille pretexẽs cauſam quũ bellum mouere ſtatuiſſet: diuerſe factionis homines quos ſibi per He-

trurià coniunxerat: ad ſe in Galliam ciſalpinã vocat. Et eos ſu vnum congregatos aduerſus Florentinũ populum incendit. Damna que ꝑ ſuperiora tẽpora ſinguli ab eis ꝑpeſſi ſunt memorat. Veniſſe tempus affirmat: ſi modo viri eſſe velint Florentinũ populũ opprimendi: ac diuerſe factionis nomen ſcʒ Gibellinorũ extinguendi penitus. Se enĩ (ſi illi operam ſuam pollicẽtur) exercitũ magna multitudine Florentinũ in agrum mittere: vrbẽq; vrgere ſtatuiſſe: ⁊ ita ſubito circũuentum Florentinũ populum reſiſtere non poſſe. Huius dicta erãt vero ſimilia: propter ſummã dicẽtis authoritatẽ ac potentiã. Omneſq; qui aderant leti etiã ne tam certe ſpei deeſſe vellẽt. Parati igitur Joannes archipreſul no ie: re aũt vero tyrannus: non quidẽ imitator Ambroſij Mediolañ. antiſtitis: cuius arma lachrime erant aduerſus milites: ſed Goliat allophylorũ capitanei: parat copias quibus preficit Joannẽ Olegianũ dictum. Qui tranſiens iugum Apennini montis/ circa Piſtorium deſcẽdit: nec longe ab ea vrbe ponit caſtra. Florentini ſubita re audita: pene attoniti quo ſe verterẽt ad primum ſtatim nuntium neſciebãt. Trepidabatur q; ne forte aliquid arcane fraudis ſubeſſet. Reſumpta tamẽ fiducia: de deo et iuſtitia belli confiſi/ miſerũt raptim quingẽtos eq̃tes ⁊ trecẽtos pedites: qui iuncti ħs q̃ prius ibi in preſidio erãt: animos fecerũt ad vrbem defendendã. Legati etiã inter primum tumultum ſtatim e Florentia ad Olegianũ miſſi: cauſas ſciſcitãtur hoſtilis aduentus: ⁊ quid ſibi vellent flagitarunt. Ji in caſtra profectis quum mãdata expoſuiſſent: nihil aliud dux hoſtiũ reſpõdit: q̃ conſueſſe preſulem Mediolaneñ. amicis viciniſq; ſuis qui iniurĳs premerẽtur ſubuenire: audiſſe vero multos per Hetruriã a Florentinis premi ⁊ indigne iniurĳs affici: ⁊ veniſſe q; ideo vt eis opitularetur. Proinde aut accipiendũ preſulem ipſum arbitrum cognitoremq; iuris ⁊ querelarũ: aut vim eius experiendã. Eo reſpõſo accepto legati non diſceptandum verbis rati cum eo qui non rationem ſed arma inferret: e veſtigio abſceſſere. Itaq; quum iam conueniſſent copie Olegiani ſub ipſa menia: prefectus recipi in vrbem poſtulauit. Jd vero quũ longe aſpernarentur qui intus erant: obſidere oppugnareq; perrexit.

Joãnes ꝑſul mediolañ. Joannẽ Olegianũ cũ copĳs miſit i Hetrurià.

Per hoc ipſum tempus multis per finitimas regiones locis tumultus ſunt concitati. Nam ⁊ Sachon ad Bibiennã Aretinorum oppidum ſubito cõfeſtim inſultu regionem terrore cladeq; inuoluit. Et Barſij Vbertiniq; ab eorũ caſtellis dia per ſuperiorem Arnum loca repentinis incurſibus infeſtarunt. Et Vbaldini per Mugellanum agrum euntes/ Florentiolam ⁊ quedam alia caſtella improuiſa ceperunt: ⁊ inde copĳs auctis late predabantur. Que omnia vno tẽpore nuntiata cunctos horrore trepidationeq; repleuerunt. Olegianus vero aliquot dies circa Piſtorium commoratus: quum conſpiceret conſtanter a Piſtorienſibus reſiſti: nec motum intra vrbem vllum oriri: ab oppugnatiõe deſtitit: ⁊ Florẽtiã verſus recta via per agrũ Pratenſem exercitũ duxit: habẽs equitum ſupra decem: peditũ vero mercede cõductorum ſupra ſex milia. Preter hos auxiliariorũ voluntariorũq; multitudo ingens ſequebatur. Cum his copĳs haud procul ab vrbe ſuper Biſentium amnem caſtra poſuit: prede/ rapineq; nimie. Agmina armatorũ ſepe ad portas vſq; diſcurrentia: magno tumultu infeſtabãt. Ji ſ locis quũ aliquot dies perſtitiſſent: cõmeatus iam deficere viderenť: receſſit. Poſt hec ad Marinam fluuiũ caſtra fecit. Jbi Calenziano aliiſq; munitis locis expugnatis et preda facta inde arctis difficilibuſq; ſaltibus dimiſſo pedite occupatis: in agrum Mugellanum copias tranſmiſit. Ji ſ in locis Barbarinum ⁊ aliqua quedã caſtella non ſatis cõtra vim hoſtiũ munita dedentibus ſeſe incolis: ſuſcepit. Poſtea ad Scarpariam copias duxit. Itaq; id oppidũ in poteſtatẽ redigere omnino conſtituerunt: volentes totius belli ſedem in eo ponere. Sed Florentini valido illud preſidio delectorũ militum firmarãt. Quum ergo in oppido Scarparie erant qui viriliter hoſtibus reſiſterent: machinas ⁊ tormẽta ceteraq; oppugnãdarũ vrbium inſtrumẽta parare adorti ſunt obſidiõe facta: quibus omnibus egregie obuiabatur. Sachon interea cum duobus milibus peditum ⁊ .cccc. equitibus per Aretinum agrũ euadẽs circa Ambiam fluuium ſuos duxit. Ambram caſtellũ iureo dictum nitens accipere. Sed Florẽtini mittentes quãcitiſſime gentes ſuas ac etiã Aretini: quibus omnibus prefectus fuit Albertacius Ricaſolanus: et malitie illius obſtiterũt. Vnde cernens Sachon plures ſuis eſſe cõtra ſe veniẽtes: locum dimiſit nocte fugiens. Ducenti tamẽ ex eis ſe receperũt nocte illa in caſtrũ Agnanum/ Buſtatius/ Vbertinũ ſecutiq; illi caſtello dñabatur. Copie aũt Florentinorũ caſtellũ illud expugnare adorte ſunt. Qui poſt aliquam inſiſtendo pugnam animaduertẽtes ſe non poſſe reſiſtere: pactione facta de incolumitate eorum/ ſe dedidere: inde liberi recedentes Agnanum Florentini receperunt.

Sachõ Florẽtinis infeſtus.

§. VII. Per hoc ipſum tempus

preſul Mediolaneñ. oratoribus ad Piſanos miſſis vt bellum a Florentinis ſuſciperent/ flagitabat. Etſi enĩ pax erat ciuitatibus: tñ q͛ audierat peruetuſtas vtriq; populo inimicitias fuiſſe: ſtudiaq; partium omnino diuerſa: perſuaſerat ipſe ſibi perfacile eos tali preſertim opportunitate oblata: ad capeſſendum bellum impellere poſſe. Hac igitur fiducia legatos mittit ad Piſanos: qui iniurias vetuſtas refricent: ⁊ ad ſuſcipiendum bellum cohortantes. Pollicetur Barnabonem nepotem ſuum cum maximo nouoq; equitatu ad Piſanos miſſurum. Hec facunda oratiõe Piſanis explicata audientes illexerat: preſertim quum ineuitabilem ruinam Florentini populi/ certamq; exiſtimarent perniciẽ haud dubie ſecuturã. Jn Piſanis autẽ tunc maxime Gambacurte pollebant: familia opulẽta atq; otĳ appetens: ⁊ a ſtudio Florẽtini populi nequaq̃ abhorrens. Ji ergo veriſſimam rationem ſecuti intelligebant ea que poſtulabanť: nõ minus Piſanorum libertati q̃ Florentinorũ periculum adferre: preſulẽ dñatum querere: idq; vnum meditari: ſi Florentie compos fiat: Piſis minime temperaturum. Perſuaſerunt ergo populo his poſtulatis nõ acquieſcere. Legatis aũt dederunt reſponſum ſe ad preſulẽ ſuper his oratores deſtinaturos. Miſſi ergo legati Piſanorum ad preſulem/ allegata Florẽtinorum pace quaſi deliberabundi ſubſiſtebant: neq; negantes poſtulata neq; placide recipientes. Quã ludificationẽ quum animaduerteret preſul: intelligeretq; nõ ex populi Piſani/ ſed paucorũ voluntate agi: confeſtim oratores ſuos maiori apparatu Piſas remiſit: iubens vt concionem populi flagitarent: ⁊ in ea populum alloquerentur. Reuerſi ergo Piſas quũ concio eis a magiſtratu data eſſet: ingreſſi ad multitudinẽ verba fecerunt: maximis pollicẽtes auxilia: ac victoriã in manibus eſſe predicantes: dum ipſemet nolint deeſſe. Multitudo Piſanorum hec libenter audiuit ob Florentinorum odia: ⁊ annuere poſtulatis cupiens erat: reuerentia vero gubernatorum eos morabatur. Tunc magiſtratus ad legatos cõuerſus poſt cõmendationem ſermonis eorum: vt libera deliberandi ratio ſit: nec ob alicuius preſentiam que quiſq; ſentit dicere cunctetur: tali. Congruum vos oratores concione excedere. Quõ quum feciſſent (neq; enim repugnare honeſtum erat) tunc Franciſchinus Gambacurta princeps eius familie perorauit. Jnter cetera ſic dixiſſe fertur. Honor ſane atq; vtilitas libero animo in conſultationibus queri debent. Ad hec duo prudẽtes viri ſua cõſilia dirigunt vniuerſa. Hec igiť qualia ſint in hac re propoſita/ cõſiderare nõ pigeat. Pacẽ ⁊ federa nobis eſſe cum Florentino populo ſciunt oẽs: nec poſſe aduerſus illos a nobis bellũ geri: niſi ꝯ fidẽ: cõtra ꝓmiſſiones/ contra iuſiurandum qđ de pace ſeruanda perſcripſiſtis/ veniatur. Que igitur tanta vtilitas ex hoc fedifragio prouenire nobis poſſet: Nõ preſtabilius ſit conuenta ſeruare: q̃ turpiter ⁊ ignominioſe fidem fregiſſe? Jn gubernãda repub. honoris curam magis habendam eſſe q̃ vtilitatis oẽs fatẽtur. Vt enĩ eſt magne ciuitatis dignitas magnaq; maieſtas: ita ⁊ fidem ⁊ grauitatem ineſſe decet. Contra honorem igitur ac equitatẽ ciuitatis noſtre hãc poſtulationẽ eſſe conſtat. Quã etſi magne vtilitates ſequerenť: tñ cõcedere nullo mõ debemus. Quid ſi nullã vtilitatẽ ineſſe appareret? qđ ſi inſuper maximi dãni periculũ? An capiemus id cõſilium qđ ſit turpe ſimul ⁊ damnoſum? Addiditq; rationem irrefragabilem: videlʒ q͛ ſi non preualeret tyrãnus (qđ impoſſibile non erat quũ varius ſit belli euentus) perpetuos hoſtes habituri eſſent Florentinos eorũ vicinos: ⁊ iuſte quidem/ fide violata. Sed etſi vincat preſul ⁊ ſibi ſubĳciat Florentinos: nunquid ipſi poſtea liberi a ſeruitute remanerent? quum cupiditas ⁊ ambitio dñandi ſit tyrãnis immẽſa? Exemplum induxit Caſtrucij: cuius cauſa adheſiſſent ipſi Piſani: vt Florẽtinis noceret. Florentinis etſi multa mala irrogauit: nõ tamẽ ſubiecit: ſed ipſos Piſanos ſeruituti tyrãnidis ſue adſcripſit: quod ⁊ preſul tanto plenius agere poſſet: quãto illo potẽtior. Scđm hanc igitur orationẽ magiſtratus populũ rogauit: ne fidem fedusq; frangerent Florentinis: ſed pacem ſeruarẽt: quod et ſecurum eſt. Qualis hic preſul chriſti imitator erat: qui pacem oĩbus predicauit/ mãdauit/ ⁊ eã mũdo cõtulit: qui nõ pacem qua populum ſolueret: ſed gladium mittere procurabat vbiq;: non gladium verbi dei pacem carnalem ſenſualitatis reſecande: ſed gladium materialem quem ipſe dominus Jeſus in vaginam mitti Petro demandauit.

Franciſchini Gambacurte oratio.

§. VIII. Copie autẽ ꝑſulis Me

diolaneñ. interea caſtris ad Scarpariam poſitis vt ſupra tactum eſt: cũ omni apparatu oppidũ oppugnabant: machinis ⁊ tormentis circa diſpoſitis/ muros diruere: tabulata deĳcere: ꝓpugnacula infringere: continuo ope nõ ceſſabãt. gra-

Scarparie valida obſidio.

cibus inſuper ſaxis rotatu tormentorū in oppidum cadētibus tecta parietes infringebātur. Frequētesq; ſub eo caſu oppreſſi peribāt. Crebro ꝑ noctem ſcalis appoſitis: per diem ſubitanea ⁊ improuiſa vi oppidū aggrediebātur: nullum requiei ſpatiū dabatur obſeſſis qui ſolertiſſime repugnabant. Florētini milites cōduxerūt mercede maximo numero Germanorū circiter duo milia quingētos: quos illuc deſtinarūt cōtra hoſtes ſuos. Senenſes quoq; auxilia dua miſerūt. Peruſini etiā quum plures miſiſſent: ⁊ in via eſſent ad vlmum prope Aretinū ad duo miliaria: de nocte Sachon (qui vt ſupra dictū eſt dn̄atus olim fuerat Aretij) cum duobus milib⁹ peditum ⁊ quingentis equitibus eis obuiauit: ⁊ illis improuiſis irruit ſup eos bellumq; fuit inter eos nō leue. Demū Sachon pene omnes illos Peruſinos occidit vel vulnerauit: aut etiā captiuos duxit. Cumq; obſeſſi in Scarparie oppido valde ab hoſtibus continue infeſtarentur multimode: ⁊ iam feſſi eſſent: Joānes de vicedominis vir celſi animi cum .xxx. militibus electis nocte profectus ad hoſtes: ꝑ media eorū caſtra tranſiens incolumis ingreſſus Scarpariam: obſeſſos animauit. Paulo poſt Joānes Medic vir clare fame ⁊ armis doct⁹ cum octoginta Appenninū ſupra Scarpariā peruenit. Inde ſtructus atq; paratus deſcendens intempeſta nocte e diuerſa maxime regione: qua minus hoſti ſuſpitionis erat / caſtra ingreſſus: ⁊ quū primo ſtatim aduentu clamor ⁊ concurſus hoſtium factus eſſet: tamen in nihilo deterritus cum globo diſtrictis gladijs obuios cedente pectore atq; armis ſibi viam aperuit: ⁊ Scarpariam intrās plurimū obſeſſos letificauit: ⁊ ad reſiſtendum roborauit. Nihil eorū que excogitari poſſunt ad obtinendū caſtrum aliquod obſeſſum: ſine numero hoſtes omiſerūt quod non experirentur. Quibus omnibus obſeſſi cum maxima ſolertia ⁊ immenſo labore viriliter reſtiterunt. Olegianus igitur dux hoſtiū omnia expertus quū nihil ſe profeciſſe appareret frigoraq; iaʒ illis in locis moleſta equitibus: pabuliq; penuria inſtarent: diſſoluere obſidionē ſtatuit ⁊ demum Bononiam remeauit. Florentinus vero populus illorū qui obſeſſi fuerant virtutē liberalitate gratiſſima proſecutus eſt. Militibus cunctis qui in oppido fuerāt ſtipendia duplicata. Oppidanis vacatio munerum tributorumq; in decenniū data. Joannem ⁊ Syluestrū Medices q eximia virtute fuiſſent: equeſtri militia inſigniri honeſtarique decreuit: quingentis in ſingulos pondo auri pecunie publice decretis: hic pro equeſtri ornatu centum: quinquaginta vero in epuli apparatu.

Florētinorū in obſeſſos gratitudo.

§. IX. Eodeʒ anno in Aretinis

motus rerum nouarum grauis in extremū pene diſcrimen ciuitatem adduxit. Brandalie gens nobilis erat magnis opibus clientelisq;. Eius familie principes q̄q̄ honore et gratia apud ciues pollerent: tamen offenſi legibus que grādiores familias a reipub. gubernatione ſecludūt: ⁊ offenſi etiam popularibus quibuſdam: qui plus nimio poſſe in ciuitate videbantur: de inuadenda repu. conſilium inire. Spem faciebat Mediolaneñ. preſul: cuius potentia vbiq; per Hetruriā implicata atq; diffuſa omnibus caſibus imminebat. Aretini per id tempus in ſocietate Florentinorum erant ex quo facilius viſum eſt ſi aliquid inde turbaretur / tyranni fauorē promereri. Hac igitur Brandalie ducti ſpe: quoſdam e ciuibus preſentem reipu. ſtatum indignātes in ſocietatem facinoris adſciuere: ʒelatiſq; exterorum auxilijs rem perficere maturabant. Expectabatur facultas perficiendi: vt videlicet prefecturam arcis que in ſummo ciuitatis ſita eſt ⁊ portā quandam extra ciuitatem ſeu cuſtodiam obtineret aliquis ex coniuratis. Quod quum eueniſſet: intus receperunt ad tria milia peditum: equitum ſexcentos. Sed quum detegi cepit cōiuratio: populus arma corripuit: ⁊ pars quedā ad edes coniuratorum acceſſit: reliqua ad arcem. Sed qui intrauerant in arcem hoſtes: videntes coniurationem detectam / abſq; aliquo congreſſu prelij abiere. Cum coniuratis autem populus triduo certans ⁊ deinde interponentibus ſe quibuſdā ciuibus compoſitum eſt inter partes: vt coniurati tuti e ciuitate recederent. Qui recedentes ad preſulē Mediolaneñ. acceſſerunt: ⁊ honorifice ſuſcepti ſunt ab eo fautore proditionum. ¶ Non multo poſt Sachon olim dominus Aretij: cū copijs ſuis nocte nemine ſuſpicāte profectus eſt ad Burgum oppidum quod dicitur ſancti ſepulchri notabile ⁊ ſuis per ſcalas menia aſcendentibus: non aduertentibus vigilibus deſcendentes in oppidū portas aperuerunt: in quod ingreſſus Sachon ipſum in deditionē accepit. Erat autē tunc id Peruſinorum. Arcibus autem eius duabus aliquādiu ſe tenentibus: poſtmodū eas recepit. Oppidum etiam Anglare quod ⁊ Peruſini tenebāt: Sachon obtinuit. ¶ Eodem anno renouata eſt ſocietas Florentinorum / Aretinorum / Senenſium / ⁊ Peruſinorūq; que ciuitates bellū aduerſus Mediolaneñ. exceperāt: apparatuſq; hyeme facti quibus eſtate vterentur: multaq; per eam hyemem cōſtituta quo pecunie haberentur. ¶ Inter hec Scarparie oppidum tanto labore ſuper defenſum improuiſo caſu pene amiſſum eſt. Florentini enim poſt hoſtium receſſuʒ menia perficere ab ea parte qua deerāt / curabant: erat q; oppidū operariorū plenum: milites vero ꝑſidio nequaq̄ multi: ⁊ hi ipſi aduerſus oppidanos grauiſſimas inimicitias contraxerant: vulneraq; ⁊ rixe per eos dies inciderant: quibus accenſi animi ⁊ ad vindictam exitiūq; parati / ſuſpectos inter ſe vtroſq; reddiderunt. Hoc hoſtes ſagaciter adorti: docti etiā a ſpeculatoribus quibuſdam: cū equitibus ⁊ peditibus Scarpariā acceſſerunt: ⁊ nocte tenebroſa valde ingreſſi ad forum clamauerunt. At milites in cuſtodia poſiti neſcientes factum / dubitabant an oppidani cōtra eos inſurgentes hoc agerēt: ⁊ oppidani idem ſuſpicabantur de militibus. Sed poſtq; vtriq; innotuit hoſtes eſſe: eos ingreſſos ſimul vniti viriliter agentes profligarunt: ⁊ extra oppidum ejicientes aliquos occiderunt.

§. X. Eodem anno Florentino

rum ſociorūq; legati in Galliam miſſi ſunt ad pontificē ſummum tunc Auinione reſidentem: vt cōtra preſulē Mediolaneñ. incenderent eius animum. Cauſe quidem opportune indignationis ſuberant ꝑ Bononia occupata: cuius gratia proceſſus quidā aduerſus Mediolaneñ. cepti a pontifice ferebantur. Quibus de cauſis magna ſpes ſuberat opes atq; vires Romane ſedis ad bellum cōiungere. Iuerūt ergo oratores cū magna ſpe ciuitatis: mirabilia a pontifice expectātes que ſpes eos fefellit. Nā quū perueniſſent ad pontificē q miſſi fuerāt: magno quidem in honore ſuſcepti ſunt ac benigne auditi. Etſi ſpecioſa redderent verba / tamen rē atq; effectuʒ languidiorem repererunt. Cauſa huius erat hoſtis ſolertia atq; largitio: q adeūdo impigre ⁊ largiendo magnifice principes Gallie ⁊ patrū magnā partē in fauorem ſuum conuerterat. His delinitus pontifex non multū / videbat ab eius amicitia diſtare. Hoc domi oratores per literas cognituʒ fecerūt vt aliā ſibi ſpem ciuitates reſpicerent. Carolus Joannis filius de quo. ſ. eo tp̄e fuerat ad imperiū electus. Is qui nuuc adoleſcēs ſub patre ciſalpinā per Galliā longo tp̄e militarat variiſq; iactatus in hijs fuerat locis: leſus iam ꝑ tūc a familia vicecomituʒ: ob eā rem hoſti credebat infenſus. Conſilium igit initū eſt a ciuitatibus hūc in Italiam accerſendi. Arcane tentata res vſq; adeo non ingrata Carolo fuit: vt eius rei gratia quendā e familiaribus amiciſq; Florentiā mitteret: q celatim reipub. gubernatores alloqueret: pacteq; componeret. Que quidē res vt ſpem afferebat magnā: ſic etiā difficultates habere plurimas videbatur. Itaq; nec effectum ſortita eſt. Demū Romanus pōtifex Clemēs. vi. ab oratoribus Florentinorū ⁊ aliarū Hetrurie ciuitatū q erant in federe: aſſidua ꝑpe flagitatione pulſatus tria eis poſuit: videlꝫ ſocietatem Romane eccleſie: tranſitum in Italiā Caroli ad imperium delecti: pacē cū preſule Mediolaneñ. Horū triū qd̄ mallent oratores eligerent: ſeſe eorū voluntatē ⁊ electionē ſecuturū. Legati vero inter ſe cogitare: tandē preſtare eſtimarunt ad arbitrium eius totuʒ referre. Qd̄ quū feciſſent: ſuſcepta optione pōtifex mitiſſimā innocentiſſimāq; partē ſibi placere dixit. Eſſe vero eā: pacē dare. Neq; enim aliud Romanum pontificem ſi optio illi det / eligere decere. Itaq; daturū ſe operam vt pax ꝓbabilis habeat. Neq; multo poſt facultatē nactus abſq; ciuitatū querela hoſtē ſibi conciliandi: publice coram omni multitudine cenſuras in preſulem Mediolaneñ. latas remiſit: ⁊ illūq; ad gratiā recepit: nec tñ reſtituta Bononia ſꝫ in. xii. annos gubernatio eſt illius ciuitatis ei conceſſa. Pro quibus quidē rebus per magnam vim pecunie cēnſuuʒ dote ab hoſte ſuſcepit. De pace aūt: quaſi illa longiorem tractatū exigeret: dilata res eſt. Inducie modo ad annum ex authoritate pontificis indicte: vt ꝑ hoc medium tēpus tractādi mollius agitādiq; facultate ad futura. In hoc pontificio facto multa oratores ſimul nr̄os offendebāt. Maxime tamen olim indignabant ad properatā in eorū oculis reconciliationē hoſtis: pacis vero negotiū dilatū: deinde viciouʒ ſibi per grauē atq; infeſtū authoritate pōtificis datū dolebant confirmatūq;. Augebat inſup dolorem aduerſariorū letitia: quī quaſi illis repugnātibus oīa fuiſſent ad votū cōſecuti: triumphare inde videbant. Itaq; nec inducie quidē legatis comprobate ſunt: ſed cūcta ciuitatū ſuarū arbitrio integra reliq̄re. Hec ab oratoribus ꝑ lr̄as nuntiata ciuitates ꝑmouerunt: vt nullo pōtificis reſpectu ad ſpem conuerterentur. Cumq; tractata ſatis res eſſet: cōditiones acceptate ſunt. Fuerūt autē vt ſummatim dixerim / eiuſcemodi. Ille in Italiam venire contra Mediolaneñ. Ii pecunias prebere: eiq; vt Romano pōtifici fauere promiſerūt. Ita noua ſpes expectatioq; mentes erexit. Interea equites circiter duo milia ⁊ pedites totidem

eidem duce Nolfo Feretano ⁊ Butio Cortonẽſi Peruſinum agrum tumultuoſius ingreſſi: Betronam oppidum Peruſinorum per proditionẽ occuparũt. Paulo ante Sachon cum mille equitibus ⁊ quatuor milibus peditũ agrum Peruſinũ ingreſſus/non ſolum magnas predas abegit: ſed ⁊ quedã eorum caſtra expugnauit ⁊ incendit. Et inde preda onuſtus reuertens/quũ per agrũ Cortonenſem tranſiret: hoc ſua preſentia effecit: vt Cortonenſes qui prius ambiguo fauore habiti fuerant ad Mediolanẽſem: omnino coherẽſcerent: ⁊ in prelio partes ſectarentur eius. Uertine oppidũ a quibuſdã ex Ricaſolanis a Florẽtiis exilio traditis: propter diſcordias ⁊ factiones inter ipſos habitas captũ eſt. Et primo quidem copie miſſe e Florentia ad recuperandũ/impedite ſunt magnis imbribus deſcendẽtibus. Sed iterũ miſſe copie obſeſſum oppidum id ex pacto dimiſſis exulibus qui intra erant cum rebus ſuis: in deditionem acceptũ euerterũt. Sachon hoſtiliter diſcurrens per agrum Florentinum ⁊ Peruſinũ ⁊ alia loca/predas exercet ⁊ incendia.

§. XI. Anno domini milleſimo

ccclj. Joannes vicecomes Mediolanẽſ. preſul et tyrannus poſt ciuitates ſibi ſubiugatas etiam Bononiam Longobardiam ⁊ alias ſibi cõfederatas Florentinis bellũ mouit: vt ſupra patuit. ⁊ poſt aliquod tp̃s pacẽ fecit. Quum eñi cerneret Mediolanẽſ. preſul ſe ab adulatoribus deceptũ: Piſanoſq; ſpei ſue defuiſſe: ac validiorẽ Hetruſcam rem ꝙ ipſe futurã exiſtimaſſet: labaſcẽti iam feroci animo ferebatur ad pacẽ. Mota igitur illius iuſſu pacis mentio eſt per Franciſchinũ Gambacurtã Piſanum: nec Florentini rem aſpernati ſunt. Quippe nõ ab iis inferebat: ſed repellebatur bellũ: ac ſe deſtitutos a ſpe pontificis Caroliq; videbãt. His igitur rationibus placente iam vtriſq; pace: legatis Serezanam miſſis conuentuq; habito/poſt longas diſceptationes: tandẽ recepta pax eſt his fere conditionibus. Pax eſto Florentinis ſociiſq; eorum cum preſide Mediolanẽſ. eiuſq; coherentibus atq; ſeccacoribus. Preſul exercitus oẽs preſidiaq; ex Hetruria deducet: nec poſthac alicui ex ciuitatibus Hetrurie bellum inferet. Caſtella arceſq; quas ceperat in agro Piſtoriẽſi dimittet: Burgum ſui iuris eſſe ſinet: preſidiũq; ex eo deducet. Piſani Lucenſeſq; medii ſint. Si aduerſus Piſanos Lucenſeſq; Florentini bellũ intulerint liceat preſuli opem ferre. Item ius eſto Florẽtino populo ſi preſul Piſanis aut Lucenſibus intulerit bellũ. Florentini Aretini/⁊ Peruſini exules ſuos ad ciuitates ſuas reducant: quod huius belli cauſa extorres patria ſint. Si quis exul alia de cauſa ꝙ hui⁹ belli exulauerit: nemo reducat: niſi de eo nominatim actũ ſit. Sachon ⁊ agnati eius patrimonia ſua ab Aretinis recipiant.

Pax inter Florẽtinos et Mediolanẽſes ꝑſulem.

¶ Genuẽſes ⁊ Ueneti maritimis ⁊ naualibus preliis inter ſe varie iactãtur: ⁊ grauibus incẽdunt odiis atrociter dimicantes: ⁊ vtraq; pars aliquando victrix aliqñ victa fuit. Demum quũ Cluſio capto a Genuenſibus exiſtimarẽtur victores eſſe Genuenſes ⁊ Venetias ſibi ſubiiciendas: ipſi Ueneti econtrario fuere victores. Cometes ſub ipſo ſeptentrione menſe Decẽbri apparuit: quo extincto graues ventorũ eſtus ſubſecuti ſunt: ⁊ celeſtis vapor ad modũ trabis priore parte ardente per celum labi viſus eſt. Anno dñi. M.ccclii. celeſtis flamma longum ꝑ ſe trahens extinctũ limitẽ a ſeptẽtrione in auſtrum repente fertur. Infinitus prope locuſtarũ numerus in Aphrica Cyproq; apparuit: que herbarum ſimulq; arborum teneras depaſcentes frondes: magnã frugũ ſterilitatem fecerũt. Eclipſis ſolis eo tempore ſecuta eſt. Et paulo poſt Marinus Ualerianus Uenetiarũ dux quom vſurpare ſibi vniuerſum reipub: dñium quereret ⁊ conuictus ſecuri percuſſus dignum vite ſue exitum inuenit. Bartholus de ſaxo ferrato preſtabilis iuris ciuilis gloſſator obiit etatis ſue anno. lv. relinquens expoſitiones notabiles legũ. Ea tempeſtate Belge Germanie fines ingreſſi non longe a flumine Rheno centum milia Bragmanzonum ſuperant: ⁊ eorũ ciuitates capiunt. In Hiſpania et precipue Sibilie ⁊ Corduble multa edificia terremotu corruunt.

Bartholus de ſaxo ferrato legũ doctor.

¶ De Innocẽtio. vi. papa: ⁊ bellis Florentinorũ contra Piſanos/⁊ preſulem Mediolanẽſ. Capitulũ. ix.

Clemente ſexto ad patres

appoſito creatus eſt Auinione vbi curia erat: pontifex ſummus canonice: qui dictus eſt Innocentius ſextus: patria Lemouicẽſ. Stephanus ante vocatus: epiſcopus Claromontanus: anno dñi. M.cccliii. Ab initio vero mundi quinquies. M.cccxvii. Secundũ maiorem numerum ſexies. M.dliii. Et cathedram Petri tenuit annis. x. ducẽteſimuſſextus in numero pontificũ. Tunc temporis Carolus filius Joannis regis Bohemorũ: qui iam prius elect⁹ fuerat ad imperium Romanum: intrauit Italiam pro corona Rome recipiẽda: ſollicitatus maxime ad hoc ab inimicis preſulis Mediolanẽſ. qui multi ⁊ potentes in vnã coierant voluntatẽ illi⁹ faſtigii deprimẽdi: vt narrat Leon. in hiſto. Florẽ. lib. viii. Hac de re vt clarior ſit notitia: ſuperiora aliquanto repetere libet. Genuẽſes acri diutinoq; Uenetorũ Cathalanorũq; bello conflictati: tãdẽ ad ꝑſulẽ Mediolanẽſ. cõfugientes: dñationem ſue ciuitatis illi tradiderant. Hec ſuſceptio Genue traxerat ſecum aduerſus preſulẽ Uenetorũ bellũ. Coierantq; vna cũ venetis Patauinus ac Ueronenſis et Ferrarienſis ceteriq; preſulis veteres inimici. Hi ergo ſollicitato Caroli aduentu vt tranſiret in Italiam authores fuere: rati per illius aduentum inuidioſam ac ſupra modũ auctã preſulis potentiã eſſe lapſurã. Sed quum iam Italiã ingreſſus eſſet Carolus ac Patauii conſtitiſſet paucis poſt diebus ꝑſul Mediolanẽſ. morit: nepoteſq; ei⁹ ex fratre in dñatu ſucceſſerunt. Hec preſulis ſubita ac repẽtina mors Caroli ſpẽ adauxit. Itaq; ex vrbe Patauio Mantuam petens: dũ qua res innouaretur obſeruabat. Sed quũ videret ſtabilitatẽ rerum ⁊ concordiam in ſucceſſorib⁹: nulloſq; protinus motum per ciuitates exoriri: ad pacẽ animum traducere cepit. Factiſq; induciis quibuſdã inter Mediolanenſes ac eorũ hoſtes: ipſe iã quaſi amicus pacatuſq; Mediolanũ adiuit. Peractiſq; ſolennibus Hetruriã petiit. Piſas quum ingreſſus eſſet reuolutiones rerum maxime ſunt conſecute: ⁊ gubernatores reipub. qui recipiendi authores fuerant ab eoipſo qui receptus erat oppreſſi. Ad Carolum Piſis degentem Florentini/Senenſes/Aretini/que ciuitates inter ſe confederate erant oratores ſimul miſere. Erat autẽ conſiliũ: vt quẽadmodũ decet ſocios: eadẽ cuncti ⁊ ſentirent ⁊ loquerent. qḋ tñ ſeruatũ nõ eſt. Nã Senẽſes quidem in reb⁹ agitãdis longe ſe magis Carolo ꝓmittere viſi ſunt. Nec id ſane mirum. Nã neq; exules habebant quos formidarent ⁊ Aretini: nec ab imperatorio noĩe abhorrebant vt Florentini. Quibus ex rebus factum eſt: vt multo magis ſe Carolo vendicarẽt: ac illius aduentũ Senas preſtolarent.

Carolus iiii. imperator in Italiam ꝓficiſcitur.

¶ Per eoſdem dies Uolaterrani ⁊ Miniatenſes abſq; vllo Florentini populi ſcitu: ſeſe ac vrbes ſuas Carolo tradidere. Florentini ⁊ Aretini ſolũ in vno eodẽq; ꝓpoſito pſeuerarunt. Agitataq; res eſt de Aretinis nõ mediocri cõtentione atq; certamine. Exules eñi Aretinorum primo ſtatim Caroli aduentu ad illũ concurrerũt: ac reſtitui in patriã flagitabant. In his eminebat Sachon Aretinorum quondã tyrannus ⁊ Nerius Fagiolanus nepos illius: q Piſis dudũ Luceq; dñatus fuerat. Aduerſus horum poſtulata querelaſq; fortiter reſiſtebat ab Aretinorũ legatis. Deniq; quũ ſerioſius dicendi facultas ẽ datam hũc modũ oratiões habuere.

§. I. Utrum iniuſtius an impu-

dentius poſtulent Aretini exules in patriã reſtitui: difficilis ſane cõparatio foret: Utrumq; certe tale eſt: vt excellere magnitudo ac ſupare alterũ videbat. Iniuſtiſſima quippe poſtulatio eſt: q cõtra fas ⁊ iura cõtendit. Impudentiſſima: ſi enim qui maxime offenſus eſt: qui de penam infligere ob errata d; premium quaſi recte fecerit poſtulet. Atqui nobis ante oĩa refellendũ eſt illud qḋ iſti tanꝗ fundamentũ atq; lumẽ rerũ ſuarũ vbiq; iactãt. ſe ꝓpterea ꝙ ꝑtes imperii tenuiſſent/fuiſſe eiectos. Hec videl; preſtigia ſunt o princeps ⁊ verba tue preſentie accõmodata: ceterũ veritas eſt lõge diuerſa. Nõ eñi ſtudia partium: ſed ſua illos flagitia ꝑcipites egere. Quũ eñi Sachõ dñm principẽ ciuitatis: ſed dñm ageret: libertatẽ patrie abſtuliſſet: iura legeſq; cõculcaſſet: cuncta ad ſuãpſius nutũ libidinemq; reuocaſſet: ciues alios pelleret alios necaret: quũ hec oĩa faceret ac moliret: nõ tamẽ prius ab vllis labefactari ſtatus illius eſt ceptus. ꝙ a ſuarum partium hoibus. Nega ſi potes Sachõ: nõ a Nerio Fagiolano (q tũc erat recõciliatus tecũ) ruine tue initia proceſſiſſe. Nã quis alter Burgi ⁊ Typhernĩ ceterorũq; oppidorũ rebellionis author fuit: Quid Ubertinũ genus ⁊ ipm tuarum partiũ: an nõ ſtãte tecũ populo Aretino ac bellum acerrimũ ꝓ te patiente: Ubertini cõtra te arma tulere: hoſtib⁹ tuis ſe cõiũxere. magni agri partẽ ⁊ complura oppida in tuã perniciem cõuertere? Qua fronte igit te ob ſtudia partiũ eiectum predicas cũ illi ipſi q te eiecerũt: et tuarũ partiũ eſſe ꝓbentur? Queris an recte fecerint? Laudare non poſſum⁹. Nemo eñi ciuis qui cõtra patriã venerit: laudãdus eſt. Sed habebãt illi excuſationẽ: ꝙ tu patria eos pepuleris: nec ſtudia prius inter vos agebant: in quibus cõſentiebatis: ſed potẽtia ⁊ dominatio in qua longe diſſidebatis. Ciues Sachon tui te quos tu diuerſarũ partiũ dicis eſſe vſq; ad extremã obſidionem ꝑtulere. Bella tuis iniuriis cõcitata patiẽter perpeſſi ſunt: patrimonia/pecunias/corpora deniq; ſua/ ꝓ te tutando ꝓtegendoq; oppoſuere. Tu quid ꝓ illis meritis eis reddidiſti? O dei immortales: pudet etiam nunc illi⁹ miſerie

Aretinorũ legatorum in ſuos exules oro.

Innocẽtius. vi. papa.

te nporis. pecunia ſuſcepta/vrbē patriamq̄ tradidiſti alijs.
Seruitutis turpiſſimū iugum ciuibus tuis de te bene meri
tis impoſuiſti. Imperij iura maieſtatēq̄ pro turpi mercede
minuiſti. Audes apud imperatorē Romanū poſtulare vt pa
trie preficiaris: quū tu dudū prefectus iura Romani imperij
quantū in te fuit in illa ſuſtuleris: et cōmiſſa tibi alteri ſubie
ceres? Quibus queſo oculis aſpicere te poſſent ciues in pa
triā reſtitutū? Num ſine gemitu et cordis amaritudine viſu
ros ante illos exiſtimas: quū ciuitatē illā Hetrurie caput/tu
vnus ciuis inuentus ſis: qui pecunia accepta alteri dederis
in ſeruitutē? Tu ipſe ſi ſapis in eam vrbem redire vitas: in qua
non vir/non mulier/non puer denique quiſq̄ ſine execratione
ſit preteriturus? Enimuero non Sachon ſolū perit in patriā
reſtitui: ſed et alij exules in eadē cauſa cū Sachone nō ſunt.
An putas imperator horum contentiones atq̄ certamina in
vnis atq̄ eiſdem menibus poſſe cōſiſtere? Oderūt ſe mutuo
atq̄ alter alterius exitium querit. Si ſimul vnis atq̄ eiſdē
menibus includerētur: facibus et incendijs omnia cōflagra
rent. Nemo eſt eorū qui equo iure cum ceteris viuere ſciat.
Per ſuperbiā atq̄ inſolētiam oīatum affectāt. Denique ciues
qui nunc in patria degunt: illam ſeruitutē ab illis impulſā
et a Sachone traditā in ſuum ius libertatemq̄ reſtituerūt
nec reditū iſtorum ferre poſſunt: nec ſe tutos exiſtimāt ſi illi
reuertuntur. Quare videndum eſt tibi imperator: vtrū pre
ſtet illos qui bene meriti de patria ſunt/in ea ſinere: an iſtis
introductis illos expellere. Nā vtrique ſimul eſſe nō poſſunt.
Illud recte plurimū cōſideraret maieſtas tua: quodcunq̄
de hoc ſtatueris: exemplū fore ceteris ciuitatibus et genti
bus: vtrum a te probētur occupatores vēditoreſq̄ patriarū
ſuarum. Carolus quū hec audiſſet improbare cauſam exulū
viſus eſt: non tamē aperte poſtulata reiecit: ſed differendo et
procraſtinādo in irritū duxit. Florentinorū vero legati poſt
multorū dierum diſceptationem tandem pecuniā dare pactis
cuncta que poſtulabant cōſecuti ſunt.

§.II. His pactis Carolus Pi-

ſis ſe mouēs/in Volaterranos primo poſtea in Miniatēſes
trāſijt: vtroque in loco benigne recept⁹. Paucisq̄ dieb⁹ in his
locis cōmoratus: tandē Senas peruenit. Urbem illā ingreſſus
tumultus quidā conſecuti ſunt. Denique vt Piſis nuper: ita et
Senis q̄ rempub. ad eam diem gubernauerāt depulſis: ipſe
ciuitatē in ſuam propriā curam adminiſtrationēq̄ reduxit.
Adhuc eo Senis exiſtēte: Florentini pecunijs ex fide miſſis
contra ſpem ac vota inimicorū precipua beneuolētia in ſinū
eius irrepſere: vt nemini vni populo per Italiam magis fidere
videref. Non enī antiqua partiū ſeruitate: ſed preſenti cōmo
do rex eſtimabat: itaque plus ab hac vna ciuitate per amici
tiam adiut⁹ eſt: q̄ a ceteris ſimul oībus Italici generis. Cū
ſi inimicitia vt auus quondā eius certare voluiſſet magne
difficultates erant illi ſubeunde. Nunc aūt et militibus cum
pecunia a ciuitate adiutus: nemine penitus repugnāte Ro
mam peruenit. Ubi peractis oībus trāquilliſſime coronatus
eſt: nō a Romano pſul equū ibi non eſſet: ſed a legato ad hoc
a pontifice ipſo delegato. Hec facta ſunt in pricipio anni ſub
ſequētis: q̄ fuit quinquageſimuſquint⁹ ſupra. M.ccc. Mox
repetitis Senis/quū in ea vrbe paucos dies reſediſſet: Florē
tinis ſocijſq̄ cūcta indulſit que ad amplitudinē honoremq̄
eorū pertinere videbātur abſque vllo partiū reſpectu. In Are
tinos quoque eadem indulgētia fuit q̄q̄ aduerſantibus mari
me exulibus: qui primo eius aduentu pleni ſpe ad eum con
currerant. Ex Senis Piſas: inde per Ligures trāſmiſſo Apē
nino in Galliā trans alpeſq̄ abiuit. ¶ Eodem anno Caſtanū
oppidum muro cinctū in oppidi formā redactum eſt iampri
dem admonitis hoſtibus opportunitate loci caſtris hoſtilib⁹
idonei: in quo dudū Henricus imperator ſtatiua et nuper latro
nes in ſocietatē coacti ſedē belli habuiſſent. Quo igit ea op
portunitas adimeretur hoſtibus: cōmunire locum placuit:
idque factū eſt validis menibus vt patet. Per hec ipſa tēpora
Sachon dudū Aretinorū tyrannus in oppido Bienna mori
tur: etate quidem ſenex: erat enī vltra octogenarius: ſed cor
pore ita robuſtus: vt vſque ad extremos fere vite annos arma
induerit: et nocturnos diuturnoſq̄ labores militie ſuſcipere
ac pijs periculiſq̄ intereſſe numq̄ deſtiterit. Dux bello qui
dem ſatis bonus: niſi q̄ audacia nimia parū cautus: et ob id
pleriq̄ detrimēta perpeſſus. Ad ciuilem vero togatamq̄ vitā
nequaq̄ apt⁹. Aretini mortē eius leta animis cōplexi ſunt:
erat enī terrori dum vixit: et fieri ſine peccato pōt: vt inimici
nos ruina letificet: non malū illius intendentes: ſed magis
ſui liberationē. Delere quoque familiā eius cōſtituerūt: vnde
finitimo de loco terrorem adauxit. Equites eius atq; prefecti Miniate oppido / ꝑmo ſtatim aduentu quaſi in fronte ab eo collocati: Florentino ex agro predas abigere ceperūt ⁊ hoſtilia inde tumultuoſius oſtentare. Ipſe autem Uolaterranū ac prati ⁊ Lucenſis agri quī a Florentino populo tenebantur: reſtitutionē flagitabat. Nec per interceſſores ab hac poſtulatione quibat diuelli. Quare obſtinationē eius aſpiciēs ciuitas: conducere militem ac fines tueri perrexit. Nec Florentinos ſolum commouit illius in Hetruriā aduentus: ſꝫ ⁊ alias quoq; ciuitates nouis rebus inuoluit. Piſanis per id tempus preſidebat Joā. cognomento Agnellus. Js Lucā ad ſalutādum Carolū profectus: quum ibi caſu prolapſus coſtā fregiſſet: delatus cōfeſtiz Piſas rumor alios ſpe / alios metu concitauit. Totaq; ciuitas fuit in armis: preualenteq; diuerſa factione Petrus Gambacurta qui ad eā diem exularat: fauore ſuorum receptus: gubernationē reipu. ſuſcepit. Senis quoq; per hec ipſa tempora motꝰ in repu. grauiſſimi fuerūt: varieq; deiectiōes ac fuge ciuium. Carolus per hos tumultus Romā profectus / pariſper ibi commoratus: dum pontifici de rebus arcanis qua gratia venerat loqueret: tandem ita vt voluerat cōpoſitis: Senas redijt. Senis autem dum eſſet in ſuſpitionē venit: quaſi vrbē illaz alteri traditurus. Quāobrē tumultu populi repente exorto pene oppreſſus eſt: multiſq; ſuorum amicis Lucā repetijt. Indeq; in Galliam: mox in Germaniam tranſijt.

§. II. Poſt Caroli receſſum Mi

niatenſium exules iampridē caſtellis quibuſdam occupatis / bellum oppido inferebant. Erat in eo oppido Germanorum manus ex Caroli exercitu: cumq; ea oppidani diuerſe factionis. ſed exules fauore opibuſq; Florētini populi nitebātur. Quod intuentes aduerſarij: ad Bernabonem Mediolanū cōfugientes illius opem implorauerunt: illiq; oppidū tradiderunt. Bernabo igitur vt qui iā rem Hetruſcam prius meditaretur: ferre auxiliū Miniatenſibus cōſtituit. Id vero permiſum ingrate facere viſus eſt. Nam Florentini nuꝑ vel ob id maxime indignationē Caroli pontificiſq; inciderant: q; ꝯtra ipm tūc amicū inire fedus recuſaſſent. Ipſe vero quum eſſe pari nulla probabili cauſa hoſtē fouere ac bello implicari cōtra Florentinum populum haud quaq; abnuerat. Florētini cognito Bernabonis ꝓpoſito: maiori q̄ antea niſu oppidū obſederunt. Nec multo poſt equitatus aderat Bernabonis magno quidem numero. Dux erat autem Joā. Augu. vir clarus bello et iam per Italiā notus. Js audito caſtrorum ordine ⁊ obſidionis forma: qm̄ vim afferre poſſe deſperabat: in agro ſubſtiterat Piſano: nō longius tamen a Florentinorum caſtris q̄ decē milibus paſſuum. Dux erat Florentini exercitus populi Jo. Regius: vir quidem egregius ⁊ bellorum sciēs. Qui quum videret copias hoſtium morari nec ad ſe accedere: recte ipſe rationem ſecutus ſtandum in caſtris ⁊ vrgēdā obſidionem nec obuiam excundū cenſebat: oſtendēs opportunitatem caſtrorum. Unde ſi aduenirēt hoſtes et conarentur cum haud dubia ſtrage repellantur. Si nō aduenirent: nihil eis nocere: nec eos certam exploratāq; victoriam incerte dubieq; preliandi fortune cōmittendā eſſe. Eius cōſiliū ⁊ rectū ⁊ prudens ferociores quidā ciuium in magiſtratu cōſtituti ita exagitabant: vt totum illius propoſitum ad ignauiam timiditatemq; referrēt. Plebs q̄ vrbana ob ferociā magiſtratus leta: ducis ſocordiam ⁊ metum pauoremq; increpabat. Quod quum illi innotuiſſet: Eamus (inquit) quo temeritas imperitorum iubet. Jam ſciat nec animum mihi neq; conſilium defuiſſe. Inde prima luce copiarū parte ad tuēdas munitiōes in caſtris relicta: ipſe ceteram multitudinem ſub ſignis ſtructam certiſſimo pugnandi propoſito ad hoſtem rapit. Augu. vero quum Florētinorum copias ad ſe venire conſpexiſſet: ſuos intra munitiones cōtinuit: volens itinere ⁊ calore viros equoſq; aduerſariorum maxime confici. Itaq; colonibus tantū ⁊ leuis armature emiſſis / detineri hoſtē atq; fatigari imperauit: ipſe curans ſuorum corporibꝰ ſtructam paratāq; ſubinde aciē quū tēpus fuit eduxit. Quūq; ſuperior numero foret: ⁊ q̄etos in fatigatos eduxiſſet: facile vicit. Captus eſt i eo ꝑlio dux ipſe Florētini exercitꝰ cū magna multitudine: ꝑmulti etiā ceſi: ceteriq; ꝓfligati nullo neq; ordine neq; duce vt cuiuſq; ſors obtulit aufugerūt. Hoſtes poſtridie ſub ipſas munitiones caſtrorū ꝓfecti: quū eas cuſtodiri intrepide animaduertiſſent: faciliorē ſibi viā ſoluēde obſidionis arbitrati ſi agrū Florētinū ingrederent: relictis caſtris vſq; ad menia pene vrbis deuenere: maiorē tumultū de induſtria oſtentantes. Sꝫ ciuitas in eo ꝓtinax fuit: nulloq; terrore potuit adduci quin in obſidiōe ꝑſtaret: cōfeſtimq; reparatis copijs magis q̄ prius obſidionē vrgeret. Euenitq; haud multo poſt: vt Miniatis oppidum per proditionem caperet Lupercello quodam ex minima plebe homine per abdita ac pene

Bernabonis tyranni miſum integra fides in Florētinos.

inuia milites nocte recipiente. Ex q̄ vires hoſtiū fracte ſunt

Miniatenſes pditi i florentinorum reddit̄: poteſtatē.

τ diuerſe factionis hoſtes que rebellādi fuerāt authores Florētiam ducti: multitudinis concurſu pene diſcerpti: deinde affecti ſupplicio periere. Haud multopoſt Miniatū receptū Bernabonis equites ſub ſpecie auxilij Luce cōmorantes/de occupanda vrbe ꝯſilium inierūt. Tenebat eam Caroli prefectus: nec latuit eū machinatio τ fraus. Itaq̄ quū ſe pſidijs roboraſſet: dimiſſi ob eo equites ſunt ſub honeſto ꝓtextu q̄ſi non amplius eorum opa indigeret. Ipſe vero ad conditiones pactaq̄ traiecit animū: pecuniaq̄ accepta demum vrbem relinquere ciuibus paciſcit̄. Mutua ob eam rē pecunia data eſt Lucenſibus a Florētinis: auri pondo.xxv.milia. Miſſiq̄ eo preſtātiſſimi ciuiū: qui in cōſtituēda repu. moderādaq̄ ciuitate adeſſent. Nā ipſi quidē Lucenſes vt q̄ diu ſub tyrānis vixerant: iura libertatis pene fuerāt obliti. Per hunc modū libertas Lucenſib' reddita eſt ex multis τ varijs fluctuationib'. Arcē munitiſſimā olim a Caſtrutio edificatā in ea quo popularius degeret̄: cōfeſtim ciues euerterūt. Eodem anno Florentini equites octingenti in Galliā miſſi legato Romane ſedis q̄ Bononiā tenebat/auxilia tulerunt aduerſus Bernabonem. Fuerat eñ pauloante ſocietas inita a Florētinis cū pontifice Romano Urbano tūc Uiterbij cōmorāte. Mouerant aūt Florētinos ad ſocietatem ineundā Bernabonis iniurie circa ſancti Miniatis oppidū illate. Mittētes ergo in Galliam equites/legato ꝯ Bernabonē auxilia prebuerūt. Bellū per id tp̄s ad Regiū lepidū gereba̅t: quam vrbem magna vis exercitus Bernabonis circūſidebat. Ille igitur quū aduentum copiarum Florētinoꝝ aduenīſſe cognouiſſet quo neceſſitas illis redeundi domum inijceret̄: per placentinū Parmēſemq̄ agrum equitibus miſſis/repente circa Piſas copias oſtendit. Ob eum timorem confeſtim ex Gallia reuocati ſunt equites ad legatū miſſi: ſimulq̄ cū hijs ſociorū equitatus acceſſit. Mox in agrū Piſanorum ad hoſtem ꝓfecti: prelium cōmittere ꝑperabāt. Sed hoſtis anteq̄ in ꝓſentias veniret̄: per eā ipſam qua venerat viā reuerſus/irrito labore longiſq̄ itinerationib' fatigauit. Florētinorum ſocioꝝq̄ equites proſecuti hoſtiū veſtigia: quedā illis intulerunt dāna: ac manifeſtā fuge cōfuſionem extorſerunt. Morq̄ τ ipſi in Galliam reuerſi bellū ꝓſecuti. Certamē eius belli ꝑ eſtatem longius fuit: tandēq̄ victoria parta eſt aduerſus hoſtē: τ obſidio Regij diſſoluta. Minus autē Donatus eques Florentinus dux earum copiarū labore nimio cōfectus: in egritudinē incidit ex qua deceſſit. Urbanus pontifex per hec ferre tempora cōpoſitis Italie rebus/in vlteriorem Galliam remeauit: et poſt paululū in domino obdormiuit. Circa iſta tēpora floruerunt Franciſcus Petrarcha inſignis poeta Florētinus: qui cōpoſuit bucolica in verſibus: τ librū de remedijs fortuitorum: ac etiam de vita ſolitaria. Ioānes etiam Boccatius poeta Florentinus: qui edidit libros in vulgari vanitatibus plenos: vt centinouium: Corbatium: τ Philoſtratum. In latino vero τ elegāti ſtilo librum de genealogia deorum: et de mulieribus claris: τ de caſibus illuſtrium virorum: cū alijs pluſculis.

Franciſcus Petrarcha τ Ioannes boccatius.

Titulus.XXII.continet geſta

Romanorum pōtificū τ imperatoꝝ: τ ſchiſmatum τ bellorū que fuerunt in Italia precipue: τ alijs regionibus: et ꝓcipue de rebellione terrarum eccleſie. Et de bellis Florentinorum cū duce Mediolaneñ. pr̄e τ filio. Et poſtea cum rege Aragonum. Et prius cum rege Uuentzeſlao. De Tartarorum victoria contra Turcos. De victorijs Sigiſmūdi imperatoris cōtra Turcos. De hereſibus Bohemorum. De captiōe Cōſtantinopoleos ꝑ regem Turcorū: et alijs circa materiā Turcoꝝ. Sed prius de reductione Grecorum ad fidē et Armenoꝝ in cōſilio celebrato Florentie. Ab anno dñi. M.ccclxxi. vſq̄ ad annū. M.cccclvij. Intra qd̄ tp̄s fuerunt pontifices Romani primo Gregorius.xi. Poſt quē facto ſchiſmate fuerūt ex vna partium.ſ. Italica cum Alemānia τ Ungaria Urbanus.vi. Poſt quem. Bonifacius.ix. Deinde Innocentius.vij. Demum Grego.xij. Uenetus. Ex alia parte vltra montana.ſ. Francie Hiſpanie τ Cathalonie fuerunt. Clemēs.vij. Benedict'.xiij. qui dictus eſt nomine ꝓprio Petr' de luna. Pontificantib' autem Gregorio prefato ſcʒ.xij. Rome et Benedicto.xiij. Auinione cardinales vtriuſq̄ gerētis ſe pro papa receſſerūt ab eis. Et facto conſilio Piſis per ipſos cardinales depoſiti fuerunt ab eis de facto (ſi tamē potuerūt) Grego. τ Benedict'. Et factus eſt tertius papa vocatus Alexander ex ordine minorum iam prius ad cardinalatum aſſumptus. Quo cito migrāte ſucceſſ. τ ei Ioannes.xxiij. dictus: cuius nomen ꝓpriū fuit Baldaſſar Coſſa cardinalis τ legatus Bononie. Sed celebrato ſolēni et vniuerſali concilio Conſtantie in preſentia imperatoris Sigiſmundi: tunc regis etiam Ungarie τ Bohemie: conuenientibus cardinalibus Ioan.xxiij. qui fuerant: partim Greg.xij. partim Benedicti: ſed vt dictū eſt receſſerāt ab eis: conuenientib' etiā cardinalibus pauc a qui cum Gregorio remanſerant: ad procurandā vnionē eccleſie. vt fieret: vnū ouile τ vn' paſtor: determinatum eſt a patrib' vt ſumeretur via ceſſionis tāq̄ compendioſior τ irrefragabilior. Nā per viam diſputationis ſemper reperirētur obiectiones. Uia igitur iſta cōcluſa. Io.xxiij. cui nō placebat aufugit occulte a cōcilio intendens remanere ſolus in cathedra. Sʒ ſubito deus ꝓuidit: τ dominus imperator inſecut' eū in terris ducis Auſtrie captum reduxit euʒ ad concilium. Et quuʒ renuntiare recuſaret: perlectis multis ſceleribus per eū perpetratis ſcandalizantibus merito oēs fideles: depoſitus eſt: τ priuatus omni dignitate: τ carcerib' deputat'. Gregorius duodecimus quum eſſet ſenio cōfectus: Arimini reſidens/per procuratorem ſuū ad hoc deſtinatū τ deputatū renuntiauit propria ſponte papatui τ omni iuri quod in eo habere: ſicq̄ ex duab' obediētijs ſcʒ. Greg. τ Ioā.xxiij. factum eſt vnū ouile. Quū aūt Bñdictus.xiij. dictus Petrus de luna pluries fuiſſet citatus ad conciliū: vel ſaltē ad renuntiandum exhortatus ab imperatore τ regib' plurib' nūq̄ voluit aſſentire: ſʒ permanēs in ſua ꝑfidia τ cōtumacia depoſitus eſt τ priuat' omni iure papatus. Unde τ reges qui prius ei obedientiā dederāt: ſubtracta ab eo omni obediētia in clerus regni ſui/eū fugientē in inſulam Paniſcule dimiſerunt. Omnibus igitur cōgregatis in cōcilio ad vnitatē paſtoris cēdētibus: additis etiā quibuſdā vocib' e qualibʒ natiōe ad voces cardinaliū creatus eſt papa vnicus Martinus.v. de domo Colūnenſiū: qui cardinalis dicebat̄ dñs Oddo. Et celebrato cōcilio vbi τ quedā conſtitutiones ſunt edite: cū curia ſua intrauit Italiā. Et Florentie in conuentu ſancte Marie nouelle reſidentiam fecit per annū τ menſem. Poſtmodū Romā profect' eſt cū curia: vbi poſt.xij. annū ſui pontificatus migrauit ad dñm: Cui ſucceſſit papa Eugenius.iiij. Uenetus. Gabriel in minoribus noncupat'. Ei aūt poſt annos. xvi. decedēti Rome ſucceſſit Nicolaus.v. vocatus prius Thomas. Quo poſt annos.viij. vita functo: creatus eſt Calixtus papa.iij. Alphonſus dictus in cardinalatu. Petro de luna decedente ſucceſſit ei in antipapatu quidam dictus Eugenius Inſurrexit aliud ſchiſma in Baſilea: vbi etſi prius authoritate Martini: τ poſtea Eugenij fuerit ibi poſitum conciliuʒ ad tollendā hereſim Bohemoꝝ: τ poſtea quū alia tractarent ad inſtigationem ducis Mediolanenſis Philippi Marie. ſ. depoſitionem Eugenij: ꝑpter hoc ab Eugenio diſſolutum eſt: τ factum propria temeritate ſynagoga ſathane: adeo vt deinde depoſito Eugenio creauerūt baſiliſcū. i. antipapam τ antichriſtuʒ videlicet ducē Sabaudie: q̄ dicebat̄ Amedeus τ vocari ſe fecit Felicem. Qui tēpore Nicolai.v. renuntians papatui remanſit cardinalis legatus Greg.xij. poſtq̄ renuntiauit ſponte fact' eſt ꝑ conciliū Cōſtantie legat' in Marchia: ſed de his oībus plenius inferius agetur.

¶ De Greg.xi. papa: τ diuerſis nouitatibus exurgentibus Florentie τ per Italiam. Capitulū.i.

Anno domini. M. ccclxxi.

Greg.xi. papa.

A poſt tranſitū dñi Urbani.v. ex hoc ſeculo creatus eſt pontifex vrbis τ orbis Grego.xi. patria Lemouicenſis: in numero pōtificū.cciij. Ab initio aūt mūdi quinquies. M.cccxxxv. ſm minorē cōputationē. ſm aliū maiorē numerū ſexies millē.dlxxi. Et ſedit in cathedra Petri annis vij. τ mēſibus.v. Qui Auinione electus τ inthronizatus eſt. Sed poſt aliquot annos terris que ſunt in Italia de dñio eccleſie ſe rebellātibus a iuriſdictiōe eccleſie ipſius: papa Gre. poſt cenſuras publice fulminatas cōtra Florentinos τ alios qui coopati fuerāt ad illā rebellionē: dimiſſa Gallia ad vrbē cū curia ſua ꝓfectus eſt. Et ibi poſt aliquod breue tp̄s intolerabili veſice dolore migrauit ad dñm. Creato igitur Greg. xi. nō multo poſt cū Bernabōe pax recepta eſt: τ copie ſociorū ſolute: equitatuſq̄ Florētini ppl'i in Hetruriā redijt. Per extremū eius anni oratores Florentinoꝝ in vlteriorē Galliā miſſi ad nouū pōtificē ꝑ eius aſſumptione gratulatū: mentē illius non ſatis pacatā in reb' Italicis deꝑhēderūt. Mouit aūt eos maxime in Peruſinos cauillatio: quos vt inſtar preceſſoris in grā hr̄e ꝯſeuerarent adduci non poterat. Et ſecuta mox ei' vrbis occupatio ſuſpitionē adauxit. Peruſini ſiquidē inopia frumēti laborātes quū vndiq̄ itinera clauderent̄ legato: veluti expugnati victiq̄ ſeſe dedere coacti ſunt. Mā ſit tū in ſuſpiriōe: ſed pax τ ſocietas quedā cū Greg. renouata eſt: in qua Piſani τ Senenſes τ Aretini ac Lucēſes cum Florētinis fuerūt. Factiōes ꝑ hec tp̄a Florētie creuerūt Albitiorū Ricciorūq̄. He familie erāt opulēte: principeſq̄ earum in repu. ꝑſtantes viri/diuerſis ſtudijs ad ſe alios traxerāt ciues. Contētionib' ac certaminibus pleraq̄ gerebant̄. He factiones quū aliquandiu in ciuitate durauiſſent: tandē laudabili

dabili cōſilio finis eſt illis a ciuitate impoſitus. Quū em̄ po
pulis ob eas q̄s retulim⁹ cauſas/maxime ſuſpectus eſſet pō
tificia fauor ꝛ factionū principes p ſua quiſq̃ magnitudine
adſiſtere ſibi ob fauorē illius videret̄:ſatietaſq̃ contētionū
plurimos haberet ciues ꝛ inuidia principes vigeret:ob hec
oīa tandē lege data:principib⁹ earū familiarū interdicta eſt
reipublice adminiſtratio. Per hunc modū deturbatis autho
ribus factiones ipſe in breui pticuere. Altero dehinc ac ter
tio anno nihil memoria dignū reperio geſtum:niſi q̄ Ubal
dine gentis caſtella per arces Apennini domita in poteſtatē
Florentini populi deuenere. Gentiſq̃ eius potentie hic exi
tus fuit. Per hec tempora porticus iuxta edes publicas fa
cta eſt inſigni ſplendore ac magnificentia redemptiōe domo
rum ob hoc faciendum dirutarum poſſeſſoribus facta a cō
munitate.

§. I. Principio ſequentis anni q̄

fuit. lxxv. ſupra mille. ccc. ſuſpitio aduerſus pontificem iam
pridē concepta/magis magiſq̃ indies augeſcebat:nec prius
finis:q̄ paulatim exacerbata manifeſtum tandem in bellū
prorupit. De quo altius repetētes vt ſcribit Leonar. in hiſto.
Florētina li. viij. pro rei maiori notitia quedā memorabim⁹.
Fuerat pontificatus Roman⁹ in Gallorum manib⁹ iam in
de a Clemente. v. continuatus per annos. lxx. Ji per legatos
ex Gallia miſſos ciuitates Romane eccleſie ſubiectas p Ita
liam gubernabant. Dominatus eorum ſuperbus erat:ac pe
ne intolerabilis. Nec eccleſie tm̄ vrbes verumetiā liberas
ciuitates ſibi ſubdere cupiebant. Studia vero eorum nō pa
cis:ſed belli. Externorum hoim plena erat Italia. Arces plu
rib⁹ locis per liberas ciuitates infinito ſumptu ab illis edi
ficate/non libertatē:ſed coactā miſeriāq̃ ſeruitutem populo
rū vbiq̃ teſtabant̄. Ipſi ꝛ inuiſi omnib⁹ q̄bus dn̄abant̄:ꝛ vi
cinis ſuſpecti atq̃ cauendi. Quū hec eſſet rerū conditio per
Italiā:legatorūq̃ potētiā longe lateq̃ dn̄aretur ac formida
bilis eſſet: Florētini magnis in ſuſpitionibus pſtituti pacē
tamen ꝛ fedus cū pontifice obſeruabant. Sterilitas annone
p hec tēpora ſuperuenit ciuitati:ꝛ vt pote in vrbe populoſa
indigētia plurimū creuerat:vt vix Florētina plebs ſuſtenta

Odiorꝫ a Florētinis in legatū pōtificis cōflatorū occaſio.

retur. He difficultates legato qui Bononiā tenebat nō erāt
incognite. Sepius em̄ iam pro amicitia ꝛ federe rogat⁹/fru
mēti facultatē denegarat. In hac igitur tāta difficultate re
q̄ periculo quū ſpes vnica in ſegetibus eſſet que iam plane
flaueſcebant:legatus repente oēs copias ſuas in Florenti
nos dimiſit:volēs itinera precludi:ꝛ ſimul omnē ſpem futu
re meſſis auferre. Quod niſi ciuitas prudētiſſimo cōſilio obuiā iſ
ſet:ꝛugū erat proculdubio ſeruitutis recipiendū. Nā magni
tudo copiarum tāta erat:vt a finib⁹ eas arcere nulla eſſet fa
cultas:pſertim repēte aduentātes. Hoc periculū tunc ciui
tati imminens nō armis ſꝫ cōſilio depulſum eſt. Data ſiqui
dem grandi ſumma ſcꝫ centum. xxx. miliū florenorum duci
bus militie:pter legati ſpē nō pacati mō ſed amici facti nul
lam calamitatem intulere. Acceſſit ad certā indignationem
Prati oppidi p eos ipſos dies detecta proditio:quā ſciēte ma
chināteq̃ legato tētatā ferebant. His ergo inſenſi ciuiū ani
mi et metu ſimul indignationeq̃ cōmoti:aduerſus clericorꝫ

Octo virū bellis pcurandis florētie creati.

malignitatē inſurgere ſtatuerūt. Ea de cauſa magne ſtatim
copie parate. Octoq̃ viri cum ptāte publica creati:quibus
omnis cura belli demandata eſt. Et ciuitas quidē pro acce
pta nuper iniuria:ꝛ pro repellēdo in poſterū libertatis peri
culo:robuſto ac celſo animo ad id bellū ſurrexit. Octo autē
virorum prouidentia (fuerūt em̄ pſtantiſſimi et ſolertiſſimi
viri ſecundum ſeculū) ſubſequentib⁹ rebus pſeſtim eluxit.
Nihil em̄ ferociter ꝛ propalā agendo:ſꝫ remiſſe arcaneq̃ ſin

Multarū ciuitatū in eccleſiā rebelliones.

gulis obeundo:monēdo p ſingulos ciuitates homines:ꝛ qui
bus erat opus auxilia pollicendo:ſtragem aduerſariorū bre
ui dedere. Primo oīm Typhernates ab his impulſi cōtra do
minatores inſurgentes iugū ſeruitutis repulerunt. Erat in
ea vrbe preſidium nequaq̄ cōtēnēdū. At tamē raptis armis
Typhernates ꝯtra preſidiū ruentes preliū cōmiſerunt. Tan
dē multis interfectis reliquos intra munimina arcis cōpu
lerunt. Eaq̃ ipſa nocte Florentini populi auxilia intra vrbē
recepta vna cū ciuibus arcē obſidentes nō multorum dierū
certamine ad deditionē cōpulerūt. Qui Peruſium guberna
bat legatus:vbi rebellaſſe Typhernates ꝛ arcē a ſuis teneri
cognouit:coactis ſubito copijs ad recuperandū Typhernū
eas dimiſit. Id vero quū cernerent Peruſini:per abſentiam
copiarū elati:raptis ꝛ ipſi armis in legatum ferūtur ꝛ arcē.
Erat eī̄ munitiſſima in ea vrbe tunc arx ab hoc ipſo legato
cōſtructa:quā obſederūt. Ad hos q̄ꝫ ſubmiſſa ſtatim Floren
tinorum auxilia. Et q̄uis longior fuerit obſidio:tamen ad ex
tremum ea q̄ꝫ ciuitas pari tenore ſuſcepit libertatem. Inter
ceteros illi octo viri de voluntate populi ad augendas vires
ſuas contra eccleſie prelatos (vt dicitur in chronicis) fece

runt ligam cum Bernabone et vicecomitib⁹. Papa aūt his
auditis miſit Florentiam oratores ſuos ad cōponendum pa
cem cū Florentinis:pmittēs Typhernum ꝛ Peruſiū dimit
tere in ſua libertate quam iā ſibi pcurauerāt:dūmodo vltra
nō pcederent in bellis:ꝛ Bononiā eccl'ie dimitterent. Circa
quod ciues facto conſilio aſſentiebāt. Sꝫ illi octo ſecrete in
terea tractauerūt rebellionem Bononie cōtra eccl'iam. Vnde
pax nos eſt ſecuta:ſed bella. Et a ſapientib⁹ ꝛ bonis viris cō
muniter creditū eſt male fuiſſe factum non ſumere pacem:
quum Florentini cū eccl'ia vniti fuiſſent ad exterminādū vi
cecomites vt tyrānos ꝛ inimicos eccl'ie ꝛ Florētinorum. Sꝫ
non tranſierunt impuniti Florentini. Nam et ſi multū attri
uerint ſtatū eccl'ie:ipſi tn̄ cōſumpſerunt infinitas pecunias
ſcꝫ tres miliones florenorum. Inde excōicati ꝛ interdicti. Et
vicecomites ita augmentati in dn̄io:vt poſtea opprimerent
Florētinos nimis. Et inde poſtea ſeditiōes in ciuitate inter
ciues et populū minutū:ꝛ notabiles ciues decapitati:ꝛ bel
la ciuilia orta. Et ad horā viliſſima plebs dominata eſt. ſ. Ci
ompi vt patebit infra. Secuta ē paulo poſt Spoleti/Tuder
ti/Eugubij/Forliuij defectio:ꝛ Aſculi in Picentib⁹:ꝛ Viter
bij in Tuſcia. Nec ruinā parem meminit quiſq̄. Cauſa vero
tam ſubite ſtragis fuit mala dominatio:ac infenſe iampridē
populorum mētes:vt pmo facultas apparuit ſeſe in liberta
tem auidiſſime vendicātiū. Nec tolerabilia ſane iā erat Gal
lorum clericorum ambitioq̄ ciuitates Italie ſeruorum ha
bebant loco:nec animos ſibi conciliare hoim vlla cura fue

Bononie defectio.

rat:ſed arcibus:muriſq̃ compeſcere. Sed ſup omnia mētes
clericorꝫ debilitauit ac fregit Bononie defectio:que quidem
vrbs magnis Anglorum copijs tenebat̄. Preerat aūt copijs
illis Joannes Aug. At em̄ quum p recuperatiōe Granaroli
oppidi qđ per eos rebellauerat dies:ꝛ copias eduxiſſet:ꝛ Bono

Fauētiā diripiūt Angli.

nienſes iampridē ab octo vſris ſolicitati:ꝛ ſumptis p abſentiā
copiarꝫ animis/corripuerūt arma:ac ſe vt ceteri in libertatē
vindicauerunt:ꝛ ſtatim vt compoſitū fuerat/ppl'i Florētini
auxilia Bononie adfuerunt. Copie vo illorꝫ Anglorum edu
cte ibi Bononiēſia ppl'i motum audierūt: Bononiam reuer
ti nō auſe/Fauētiā ingreſſe ſunt. Ea ciuitas in fide legati pō
tificiſq̃ manebat. Ob id ne refragante pp'lo Angli intra me
nia recepti cū eſſent:mirabili ducis prauitate oīa in ciues fe
cerūt q̄ captis expugnatiſq̃ vrbib⁹ fieri ſolent. Nā et rapine
oīa propalā expoſita:ꝛ viris aut pulſis aut interfectis mulie
res ad libidinem reſeruate. Sacraq̃ ac pfana miſerabiliter
impieq̃ barbarorū immanitate polluta. Vrbē deniq̃ ipſam
tādē omnibus nudata:quū menia ſolū parieteſq̃ ſupeſſent
ſceleratus dux pecunia vēdidit pncipib⁹ Ferrarienſiū. ¶ Dū
hec in Italia geruntur:Greg. Roman⁹ pontifex audita Bono
nie defectiōe:quo ruētē eccl'ie ſtatū repararet:ſex milia eqtū/
quatuor milia peditū Britonū ferociſſimarū gentiū p Gal
liā ſcripta in Italiā deſtinauit. cū his legatū de latere quē
Gebennēſem appellabāt. Ipſe aūt pōtifex in Gallia reſidēs:
cenſuras ac penas ꝯ Florētinos pmulgauit. Erāt autē eſſe
permulte ꝛ horrēde. Itaq̃ nō cōtēnere placuit:maxime quū
optima rōne pbari poſſet culpā omnem in peſſimos illi⁹ mi
niſtros eſſe referēdā. Et pdictis igitur Florētini pſtitutē:ꝛ
ſe manifeſte hoſtes eccl'ie Greg. pōtificis ꝛ curie eius:in bre
ui collegerūt maximā ſummā pecuniarꝫ:vt cū bonis eccl'iarꝫ
diu ꝯ eccleſiā poſſent dimicare. Nā cōitas ipſa p reformatio
nes ſeu ſtatutū ordinauit vt bōa immobilia eccl'iarꝫ territo
rij ſui venderent̄ laicis:nō ſolum volūtarie:ſꝫ et coactis ad
emendū rōne vicinitatis bonorꝫ eorꝫ ad ipſa bona ac etiā im
mobilia ipſius cpatus. Ne vero eccl'iaſtici oibus reditibus

Florētini odio in pōtificē ducti eccleſiaſticorū bona dilapidant.

ſpoliati manerent:ſic cōitas eis puidit:vt quouſq̃ eccleſiis
redderent̄ dicte poſſeſſiones earū vēdite:interea reciperent
de reditibus mōtis ad rōnē quinq̃ p cētenario. q̄ ſumma pe
cuniaria maxima collecta/cōduxerūt nouas copias bellato
rū de tpe in tempus integre pſoluētes:ac etiā cū Bernabone
ꝛ alijs vicecomitib⁹ Mediolanēſib⁹ ſe colligātes. Poſt ali
quot aūt annos ſtatuit cōitas vt deſcriberent̄ oēs qui de di
ctis poſſeſſionib⁹ eccl'iarū emerent:ꝛ in ſchedulis redacti p
ſortitiōes de burſa traherēt̄:ꝛ certo numero annuatī quouſq̃
finirent̄. Qui aūt ſic ſortiti nominabant̄:accedentes ad offi
ciales montis/totū preciū ſolutū recipiebāt:ſicq̃ poſſeſſio
nes ad eccl'iam reuertebātur:quib⁹ reſumptis ceſſabat cōi
tas dare eis illū reditū q̄nq̃ p centenario. Et q̄uis plurima
immobilia ad ipſas eccl'ias ſic vēdita reuerterent̄:multa nihil
omi⁹ ſunt deꝑdita ex incuria vl' obliuione ꝛ pluralitate tpis.

§. II. Miſſi igitur iſta de cauſa

Florētinorū ad pōtificē oratio.

pontificem oratores duo. Alexāder Antilla/et Donat⁹ Bar
badorius:viri in ſcia iuris clari:atq̃ in agendo dicendoq̃ in
primis efficaces. Ji quum tranſmiſſis alpibus ad pontificē p
ueniſſent:ꝛ tps q̄ꝫ dicēdi illis datum eēt:publico in auditorio
maximo concurſu cuiuſq̃ gn̄is hominum qui audiende ſtu

dio cōuenerant:in hūc fere modū locuti fuere. Si tui beatiſſime pater/ſiue pfecti ſiue legati quos ad gubernādos Italie ciuitates miſiſti:gubernationē populoꝝ amabilē ac non tyrannidē horrendā in ceruices hoīm fuiſſent meditati:nec tibi nunc accuſandi cā forent:nec nobis excuſandi. Quippe res tranquille pacateq̄ forent/nec vllius q̄rimonia indigerent:immo et gubernatores ppl'oꝝ fidelitatem/ꝛ populi ipſi gubernatoꝝ moderationē debitis laudibus ſequerentur. Finitimi q̄ꝫ omni ꝯtinuo incuſatiōe carerent. Nūc autem (vt par eſt) q̄rela multiplex ꝛ varia iniurgitq̄ꝫ gubernatores ſedicium populorū infidelitatē accuſant:populi aūt nō vt fidelibus aut ingenuis:ſed vt ſeruis ac barbaris imperatū ſibi conqueruntur:ſupbiaq̄ꝫ ꝛ auaritia ꝛ libidinibus eoꝝ neceſſario ſe cōpulſos aiunt tā miſere ſeruitutis iugum excutere. Noſq̄ꝫ deuotiſſimi ab antiquo eccleſie filij:quos iſti nūc quaſi fautores adiutoreſq̄ꝫ defectionis criminātur:luce clarius docere poſſumus:gubernatores illud idē nefarium ſeruitutis iugū:quo ceteros miſerabiliter ꝑmebāt populos:tyrānico nimium conatu in ceruices noſtras extēdere voluiſſe. Tu igitur beatiſſime pr̄/eq̄ſſimas tue ſanctitatis aures inclinat ꝛ nō vt pars ſꝫ vt iudex rectus ꝛ equus:cām fideliū tuorum de pontificali iuſtitie ſolio recognoſcere. Quo enim longius abes ac minus vel oculis inſpicere malefacta gubernatorū tuorū vl' aurib' per cipere potuiſti:eo magis debet tua ſanctitas aures equiſſimas impartiri. Nos aūt liberius de illis loquimur:q̄m certiſſime credimus ꝯtra volūtatē tuam illa omnia ꝓceſſiſſe. Quū q̄ꝫ omnis legitima gubernatio grā eoꝝ qui gubernanē inſtituta ſit ꝛ ꝓ eorū vtilitatem:non debet tue ſanctitati ppl'oꝝ cā ꝛ iuſtitia minus cōmendata eſſe:q̄ eorū q̄ a te miſſi ſunt ad gubernandum. At qui cogitare debebant gubernatores ſe nō ad barbaros nec ad Saracenos:ſꝫ ad ingenuos chriſtianos ppl'os gubernādos trāſmitti:Et quo eccleſie nomen atq̄ꝫ religio diuinius ſonat:eo q̄ꝫ alienius a tyrānide armoꝝq̄ꝫ violētia eſſe debet:mitius ꝛ humanius populos gubernare. Hi aūt preclari homines obliti ꝛ q̄ eos mitterent:ꝛ ad quos mitterentur:ita deinde ſe magnificos eſſe putarūt:ꝛ vitia ſua exercere poſſe:ſi vim ꝛ arma ꝛ terrorem cum miſera gemendaq̄ꝫ ſeruitute fidelib' populis inferrent. Quid eis queſumus tot arces ꝑ ſingulas ciuitates infinito pene ſumptu ab illis edificate profuerūt? Quid tot mercede cōductorum militum phalāges ſingulis vrbibus impoſite? Nōne hec ꝓbāt tales fuiſſe gubernatores:vt conſcis ſuorū ſcelerum de ciuiū voluntate fuerit deſperandum:fundamētaq̄ꝫ ſtatus ſui collocaſſe nō in iuſtitia ꝛ benignitate:ſed in violentia miſeraq̄ꝫ tyrānide:qua ſeruos nobis parere cōpellimus? Hec beatiſſime pater a volūtate cōſenſuq̄ꝫ tuo ſemꝑ aliena putauimus ꝛ putam'. At eīm ſuperbia illorū moreſq̄ꝫ nefarij in gemitum:moxq̄ꝫ in deſperationem populos adegerunt.nec vllos infeſtiores per Italiā hoſtes habuit eccleſia:q̄ gubernatores ſuos. Ab his ꝛ contemptus hoīm ſupbiſſimi:ꝛ intolerabiles rapine:ꝛ inhoneſtiſſime cupiditates:ne dicā libidines:extitere. Hi ppl'os non (vbis:ſed q̄ꝺ deterius eſt) rebus hortati ſunt. Hi ad inobedientiam compulerunt. Doles tot ciuitates per Italiam defeciſſe? gubernatoribus imputa qui hec machinati ſunt. Arma ſumpta libertatemq̄ꝫ proclamatam a populis indignaris? eiſdem gubernatoribus aſcribe:q̄ꝫ qui ſeuo tyrānidis iugo in furorem ꝛ arma populos adegerunt. Equi ꝛ elephanti quibus nō eſt intellectus bonā vel malam gubernationem diſcernūt:atq̄ꝫ huic obediūt:illā non ferunt:mediū homines ratione preditos hec nō intelligere arbitremur? Nobis aūt ab antiquo eccl'ie deuotiſſimis filijs:q̄ ꝑſecutiones ſtrageſq̄ꝫ innumeras ꝓ defenſione Romanoꝝ pontificū certantes ſubiuimus:quid iſti gubernatores fecerūt attende. Quū fame populus nr̄ laboraret:habemus nāq̄ꝫ ciuitatē populo ſiſſimā:ꝛ q̄ plurimo importatu īdigeat. Quum igiē fame laboraret ſuperiori anno ppl's nr̄:ac Bononie ceteriſq̄ꝫ eccl'ie vrbibus ꝑmagna vis frumenti ſupeſſet:neq̄ꝫ precib' neq̄ꝫ obſecratiōibus neq̄ꝫ lachrymis pro infima plebe diffuſis/impetrare a gubernatoribus voluimus vt de ſupabundantia ſua plebi noſtre fameſcenti vel in aliqua ſaltem particula ſubuenirēt: quū eſſemus loco proximi:publice ſocij:priuatim amici. Uerum q̄q̄ꝫ hec dura ſint ꝛ inhumana ꝛ charitatis expertia:tamen non ſunt magna ſi ad ſequētia comparentē. Non contenti enim nō ſubuenire poſtulantibus et indigētibus:verū etiā noſtra ipſa ꝑfutura ſpe adimere malignitate mirabili gubernatores tūquēſierūt. Nā quū aduieniſſet iam eſtas:ꝛ omnis ſpes in ſegetibus eſſet:q̄ iam flaueſcere incipiebāt ſcientes illi difficultates extremas noſtro populo adeſſe/nec aliud omnino refugiū q̄ in nouis ſegetib' hr̄e:repente hi ꝑclari gubernatores ſub ficto ceſſationis velamento vniuerſum equitatum ſuum incredibili multitudine contra ciuitatem noſtram miſere:vt extra vaſtatis agris ſpeq̄ꝫ frumenti adēpta:intus vero fame pereuntes:q̄ꝺ

vnū reſtabat remediū:in eorū poteſtatē.i.ſub eorū poteſtate ꝛ tyrannide venire cogeremur q̄ nisi ſeruaſſet nos primū diuina benignitas:deinde pecuniarum magnitudo (centum eīm ꝛ.xxx.milia floren.e quitib' dedim') proditionib' doliſq̄ꝫ ſubacti in ſeruitutem illoꝝ miſerabiliter trahebamur. Nā aduerſus eā repētinam vim tantaſq̄ꝫ copias improuiſo inopinatoq̄ꝫ ſuperuenientes reſiſtendi armis facultas nō erat. Nec proderat ſeruare menia:quū victus neceſſarius totus deeſſet. Hec aūt qualia ſunt pater optime? an non ſtupēda? an non deteſtanda? an non nefaria? Hac igitur fraude malignitateq̄ꝫ detecta:periculumq̄ꝫ experti:ſi ſic poſt hec nos armauim':ne iterum inferri nobis eadem pericula nequirēt: vtrum hoc eſt ſtatum eccleſie ſubuertere:an ſtatum noſtrū a periculo vindicare? Et vtrum nos qui obuiauimus ac reſtitimus illato nobis periculo:turbationis cauſa ſumus exiſtimandi:an illi qui periculum inferendo nos muniri aduerſus eorum violentiam coegerunt? Quod ſi alie ciuitates videntes nos armari:fiduciam aſſumpſerunt illorum nefarijs iniurijs reſiſtēdi ꝛ quis iuſtus iudex imputare nobis debet quū pro defenſiōe noſtra fecerimus:aliarū nō ꝓ alterius impugnatiōe. Hec pro nobis ipſis ꝛ iuſta ꝛ legitima dixiſſe videmur. Et beatitudo tua ſi recte iudicare volueriti debet eadē cōprobare. Sed que poſthac ſuſpitio reſtet libere aperiem'. Auditum eſt enim a nobis multa ſiniſtre per emulos obtrectatoreſq̄ꝫ tue beatitudinis auribus inſtillata fuiſſe atq̄ꝫ diffuſa aduerſus deuotionē fidelitatēq̄ꝫ ciuitatis noſtre. Itaq̄ꝫ neceſſariū videtur que ꝛ qualis fuerit erga eccleſiam Florētini ppl'i deuotio fideſq̄ꝫ viceuerſa memorare. Populum Florentinū beatiſſime pater/ſi antique recitātur hiſtorie:ſemꝑ aſſertorē ꝑcipuū Romane eccl'ie partis extitiſſe. Ob hoc et indignatiōes imparorū grauiſſimas et ꝑſecutiones innumeras ꝑtuliſſe. Null' ꝯ pōtifices Romanos i Italia ſurrexit q̄ nō ꝛ florentinū ꝑpl'm vt aſſertorē fautorēq̄ꝫ illoꝝ/fuerit ꝑſecutus. Nec rurſus vllo in loco pugnatū eſt ꝓ eccl'ie ſtatu:in quo Florentin' nō fuerit in armis. Probat primi Frederici perſecutiorē quū Romanā eccl'iā crudeliter afflixiſſet ꝛ non minori ſeuitia Florentiā afflixit:vt pote Romanorū pontificū ſingulariſſimā aſſertricē. Probat ꝛ Henrici filij ꝑſecutio īdētidē nobis eiſdē de cauſis illata. Probat ꝛ alterius Fredericitē quū Romanos pōtifices exterminaſſet:ſtatūq̄ꝫ eccleſie ꝑ Italiā euertiſſet:ita demū hoc fore ſtabile putauit ſi Florentinos ſtudio Romane eccleſie flagrantes e medio tolleret atq̄ꝫ opprimeret. Itaq̄ꝫ ꝛ carcere ꝛ tormētis ꝛ gladio et exterminatione ciuium/ꝛ omni crudelitatis impietatiſq̄ꝫ genere in Florētinos deſeuijt. Succeſſit vt in generis:ſic etiā in furoris hereditatē Mānfredus:q̄ Sicilie regnū poſt Fredericū obtinuit. Hic rurſus vt pontificū oſus:ita ꝛ nobis vt fideliſſimis eccl'iaſticarū partiū aſſertorib'/bellū intulit:vi ctoſq̄ꝫ apud Arbiā maximo ꝑlio domo pepulit:patria extorres diſſipauit. Nec nos ante in patriam noſtram reſtituti ſumus:q̄ Romanus tunc pontifex in ſedē ſuam. Sed Manfredus ipſe nō impune hoc egit. Nā Carolus ex Gallia in Italiam vocatus quū veniſſet:in illa memorabili pugna apud Beneuentum commiſſa/Florentini tunc exules ſuo proprio agmine ſub vexillo q̄ꝺ eis Roman' pontifex vt deuotiſſimis ꝛ fideliſſimis donauerat:aduerſus Manfredum vnacū Carolo ꝓ ſtatu pontificum pugnauere:victoq̄ꝫ ꝛ occiſo Mānfredo finem perſecutioni impoſuere. Poſt hec quū huius Mānfredi nepos Cōradin' Italiā ingreſſus contra eccleſiam moliretur:noſtre ciuitatis auxilia interfuerūt ad ꝑſecutorē eccleſie opprimendū. Quid poſteris tēporibus ac fere noſtra etate:quum ludouicus Bauarie dux correptis imperatorijs faſcibus/cum magno exercitu Italiā intrauit:Romam tenuit:falſum pontificem cardinaleſq̄ꝫ in ea creari fecit:quiſq̄ ne magis in veri pontificis vereq̄ꝫ Romane ſedis deuotione perſtitit:q̄ ciuitas noſtra? Que ꝛ aduerſus terrorem Ludouici armatum ſe obtulit. Nec terror armorum:nec imminentis periculi magnitudo:nec exempla ceterarum ciuitatū q̄ falſo pontifici adherebāt:ppl'm noſtrū a vera fidelitate potuerūt deflectere:q̄uis ꝛ bellū ꝛ obſidio grauiſſima Ludouico ſimul ꝛ caſtrutio nobis imminerent. Hec ꝛ huiuſmodi alia permulta quūꝫ pro eccleſia perpeſſus fuerit populus noſter an ob hec tibi videtur idem populus noſter:cui a tuis gubernatoribus ꝛ prefectis in extremo fame ſubuentio frumētaria denegaretur? An tibi videtur dignus populus noſter:vt non ſolū frumentū ei negaretur:ſed equitatus Anglorū repente ad ſegetes vaſtandas agrorum mitteretur:vt per hoc miſere ſeruitutis iugum ſubire cogeremur? Nec ſi te volente ꝛ iubente (q̄ꝺ credere non poſſumus) facta ſint:de ſedis apoſtolice:de eccleſie Romane de pontificis ſummi ingratitudine ꝛ iniuria conquereremur. Si autem ipſi prefecti ꝯtra voluntatem tuam hec fecerunt:indignationē tuā ipſi mererentur:non Florentinus ppl's:q̄ contra illorū nefarios conatus

neceſſario

neceſſario ſe armauit. Quocirca pater ſanctiſſime/tibi ab intimis viſceribus ſupplicamus: vt ſereno trāquilloq; animo cauſam noſtrā diſcernas. Iraꝫ vero et indignationem ſiquam aduerſus nos doloſe tibi lingue infuderunt/deponas. Neq; enī decet in cathedra Petri ſedentē ira vel odio commoueri. Pone tibi ante oculos infantes/⁊ pueros et illam multitudinem ciuitatis noſtre fame laborantem: quibus non denegata eſt modo frumentaria ſubuentio a prefectis tuis: verumetiam miſſus exercitus ad vnicam ſalutis ſpem crudeliter auferendam. Subueniatur ciuitatum illarum miſere ſeruituti: que ſub illorum gubernatiōe fuerūt. Moueat denique lachrymas tuas Fauētia ciuitas fidelis et innocens ab equitatu prefectorum tuorum ho[illegible] modum direpta. O miſerēdam calamitatē. O ſceleratum facinus. O deteſtandam crudelitatem. Quis non fleat aſpiciēs necatos ciues crudeliter? Uirgines ac matreſfamilias ad ſtuprum libidinemq; reſeruatas? Infantium ac lactentiuꝫ turbas: mulieresq; etate prouectas: longis agminibus mēdicaturas de ꝓpria vrbe laribusq; depulſas? Hec ſunt opera prefectorum tuorum. Hec illorum ſanctitas ac religio. Quorū facta ſi tu non dānas: ſed eos perſequeris qui aduerſus talia reſtiterunt: vide quid deus ipſe de his iudicaturus ſit: ⁊ que de huiuſmodi rebus opinio in cōmuni hominum iudicio relinquatur. Legati quidem quum hec dixiſſent: finem dicendi fecerunt.

§.III. Multitudo autem q̄ cō-

uenerat ad audiendū: et corona facta circūſtabat in auditorio: vehemēter commoueri oratiōe legatorū viſa eſt. Fluxeruntq; lachryme pleriſq; qui aderāt. Nec dubiū erat ſi ſuffragio audientiuꝫ res cōmiſſa fuiſſet: quin Florētini ſentētijs omniū abſoluerent̄: ita ſuadēter legati dixiſſe viſi ſunt: atq; ita inflexerat aīos oratio. Pōtifex vero hec aīaduertēs: q̄ſtionis ſententia in aliud tēpus differebat̄: tā nō nihil reſpōdēdū in ꝑſentia ratus: in hūc fere modū verba feciſſe dicitur.

Pontificis ad Florētinorū orationē reſpōſum.

¶ Audiuimus Florētini defenſionē veſtrā aduerſus crimina per ꝓceſſus noſtros vobis obiecta. Quoq; accuratior fuit veſtra oratio: eo magis patet oīa collegiſſe: que vel in cauſa vel extra cauſam dici ꝑ excuſatione poſſunt. Et nos quidē vti ſuadetis: iudices erimus recti. Nec ira nec indignatione mouebimur: neq; calūnijs credemus: ſed ſolummodo veritati. Uos aūt viceuerſa hortamur: vt commiſerationes iſtas ⁊ epilogos ac cetera hmōi machinamēta ⁊ artes q̄ ad decipiendū iudicē pertinēt/miſſa faciatis: ⁊ vna ſimul nobiſcū veritatē intueamini. Quero igit̄ a vobis quū populus veſter fuerit impulſor adiutor ⁊ author ciuitatibus eccleſie rebellādi (nā id quidē patet: ⁊ negari nō poteſt qđ eſt oībus manifeſtū) qua tandeꝫ rōne factū a vobis hoc defendere aggrediamini? Nēpe illa ratione qua ꝓ tutela veſtra dicitis id feciſſe (ſic enim quodam loco dictum fuit a vobis: id armaſſe vos: ne pericula vobis poſſent inferri) hec autem verba frōte prima vident̄ bona et recta. Cuiq; enim licet aduerſus illatam vim ſeipſum tueri. Uerūtamē ſi arma capiat q̄s: nō vt vim preſentē repellat: ſed occidat eū de quo ſuſpicat̄ ⁊ metuit: tā homicida eſt: manifeſteq; dānandus. Uos Florētino Typhernū: vos Bononiā: vos Peruſiū copias veſtras miſiſtis ad arces expugnandas: ad gubernatores earum deijciendos ⁊ opprimendos. Hoc autem (pace veſtra dictum ſit) nequaq̄ eſt vim repellere: ſed inferre nec a domo ſua propulſare violentiā: ſed aliene domui violentiā facere. Tale igitur eſt factū veſtrū: quale illiꝰ qui hominem occidit de quo ſuſpicatur: ne ſibi aliqn̄ poſſit nocere. qđ eſſe dānandū et cōtra leges manifeſtiſſimū eſt. Quamq̄ quid nos de ſuſpitiōe ⁊ metu loquimur: quū appareat vos non metu vel ſuſpitione: ſed odio magis illa feciſſe? Omittamus Typhernū/Peruſiū Bononiā/quas ad rebellandum cōpuliſtis: quarū arces expugnaſtis: quaſi fuerit in propinquitate aliqua vobis ſuſpitio vel metus. At Aſculū in Picentibus ⁊ alie locorū illorū vrbes tā procul a vobis: tā longinque: tā remote: nōne probāt manifeſte vos nō ſuſpitione vel metu: ſed odio cōtra ſtatū eccleſie inſurrexiſſe ad vrbes illas auferendas: nec minuere vires eccleſie ꝑ Italiaꝫ: ſed euertere penitꝰ ⁊ delere funditꝰ voluiſſe? Et poſtea aſſeritis vos eccleſie filios Romane eſſe: nec intelligitis cōtra vos dicere: quanto grauius eſt filiū parenti manus afferre q̄ extraneū. Abutimini ad oīa gubernatorꝫ inuidia: et arces ꝑ ſingulos vrbes ab eis edificatas vituperatis quaſi tyrānicū. Denique culpā oēm defectiōis in gubernatores ipſos refertis. Primū q̄dē quātū ad arces ꝑtinet: nec nos laudaremus: ſi ꝓpli ſemꝑ ratiōe vterent̄. Sed vt equi otio ⁊ abſtinētia cibi intractabiles fiūt ⁊ calcitroſi: ita ⁊ ꝓpli nimia interdū q̄ete ⁊ indulgētia inſoleſcūt ⁊ arcibꝰ indigēt qbꝰ cōpeſcātur. Gubernationē legitimā oēm ꝑ eoꝝ qui regunt̄ ꝓplorꝫ vtilitate inſtitutā eſſe fatemur. Talē noſtroꝝ eē dicimꝰ. Neq; enī ſumꝰ tyrāni: nec eſſe volumus. Arces tñ ad ꝓplorꝫ ſalutē ⁊ vtilitatem pertinere credimꝰ: vt ſe cōtineāt ⁊ acq̄eſcāt: ⁊ vt leues audaceſq; hoīes (qbꝰ plene ſunt vrbes) ꝫ bonorū voluntates res nouas ſuſcitare nō audeāt. Nā q̄ ad culpam gubernatorꝫ defectionē refertis: ſatis cōſtat nobis nullum ante ꝓplm defeciſſe: q̄ a vobis ſuadēdo ⁊ pollicēdo fuerit ad defectionē impulſus: vt in vobis cauſa ſit: nō gubernatoribꝰ noſtris. Ad extremū calamitatē Fauētinorꝫ miſerabiliter deploraſtis: quaſi vo calamitas illa nō ex Bononie defectiōe ⁊ rebellione orta ſit. Nūq̄ Angli Fauentiā inuaſiſſent: ſi Bononia ī fide ꝑmanſiſſet. Itaq; q̄ rebellādi Bononienſibus cauſa fuerunt: hꝗ ipſi miſerabilis excidij Fauētinorū cā fuerunt. Et noſtrū eſt de ea calamitate dicere: q̄ malis cōtra eos apđ vos cōqueri. Hec breuiter rñdiſſe placuit ad orationē veſtrā: nō affirmātes ſed diſceptātes iuſtitiam tādem facturi in ſentētia ferenda. ¶ Scđm has oratiōes mora quedam aliquot dierum et intercapedo fuit: varieq; in curia opiniones ⁊ voluntates. Galli ſiquidem omnes contra Florentinorum cauſam pleriq; ſentiebant. Italici vero generis cuncti pertinaciſſimum fauorem Florentinis impartiebātur. Demum excuſationibus defenſionibuſq; reiectis ſententia pontificis Florentini dānantur: ⁊ interdicto ciuitas ſubijcitur vniuerſa. In ſingulorū quoq; bona vbicūq; reperirentur ius aſperrime conſtituitur. Aderant oratores Florentini quū ſententia ferebatur: quo in loco multa facunde ac libero animo dicta ab illis fuiſſe conſtat. Et illud in ꝑmis quo ad effigiem dei Barbadorius conuerſus (is enim maiori ſpū nitebat̄) magna voce ita vt pōtifex audiret: Deus inquit nos legati Florentini populi ab hac ſnīa vicarij tui inique lata ad te tuāq; equitatē appellamus. Tu q̄ falli non poteris: nec ira inflecteris: nec ſeruitutem populorum: ſed libertatē amas: ⁊ tyrānos libidineſq; odiſti: Florentino ꝓplo libertatē ſuā defēdēti ſubueniēs ac propitiꝰ protectorq; aderis. Et res quidē curie ita tranſigebātur.

§.IIII. Britones autē quos in

Gebēnēſis legatꝰ cū britonū copijs Italiaꝫ ingreditur.

Italiā miſſos ſupra diximꝰ a pōtifice ſuperatis tādē alpibus Aſtēſem ⁊ Alexādrinū ⁊ Tortonēſem agrū ꝑfecti: dimenſa citeriori Gallia circiter maturationē meſſiū in fines Bononienſium peruenere. Florētini vero quo ab eoꝝ impetu Bononia defenderet̄: oēs copias ſuas Bononie trāſmiſerūt ⁊ Apēnini aditus: quo illis veniēdi in Florētinū agrū facultas deeſſet: cuſtodiri fecerunt. Erat cū Britonibꝰ Gebēnenſis legatus: de quo ſ. fecimus mētioneꝫ. Is ergo humana māſuetudine fretus: nec vaſtari agrū: nec cetera multa que natura belli fert/ꝑmittebat fieri: ⁊ in vrbē miſerat q̄ preteritorū veniā impunitatēq; offerrēt. Qua quidē pollicitatiōe nonnullos Bononienſium in ſuā ſniam traxerat. Agitatio igit̄ occulta ad proditionē tēdebat: qua vna ſpe Gebēnēſis per Bononienſem agrū ſepius motis caſtris: diutiꝰ in his locis cōmoratus eſt: tentēs ſiqua poſſet copias q̄ intus erāt/ad exeūdū pellicere. Intra vrbem copijs preerat Rodulfus Uarianus Camerinēſis vir ſagaci ingenio ⁊ bellorū ſciēs: q̄ moram hoſtium cernens/nihil aliđ eos q̄ proditionē expectare cōiectura ſuſpicatus/exire copias nunq̄ permittebat. Unā dūtaxat meditabat̄ vrbis cuſtodiā: putans id qđ erat: niſi ea potirent̄ vrbe: oēꝫ impetum hoſtis in breui eē caſurū. Ferturq; eiꝰ vox ⁊ prudēs ⁊ vrbana. Nā quū hoſtes ipſum allicere fruſtra conati: tandē percūctarent̄ quid intus maneret cū ſuis copijs: quid nō exiret aduerſus ac pugnā capeſſeret: rñderi iuſſit ideo ſe nō exire: ne illi intrarēt. Nec multo poſt agitata ꝓditio qm̄ ob illius diligētiā aſſiduāq; cuſtodiā effectum habere neq̄bat: capti deinde proditores: detecti ac ſupplicio affecti: irritā expectationē legato fecerunt. ¶ Stātibꝰ ad Bononiā copijs: duo Britonū eq̄tes ſide ſuſcepta Bononiā ingreſſi: probra quedā militariter cōtra Italos locuti: quoſcūq; noſtros in ſingulari certamine ꝓuocabāt. Aduerſus eorū intolerabilē iactātiā quum alij ſilerēt duo primorij iuuenes ſeſe obtulerūt. Petrus Biſſolus Florētinus: ⁊ Guido Aſcianēſis. Hi nō minori verborum acerbitate contra Britones inuecti/quū minabundi ſe ad pugnā offerrēt: data acceptaq; duelli fide: conſtitutaq; ad pugnā die: inſignibꝰ eq̄s armiſq; in certamē venerūt. Locꝰ illis extra vrbē datꝰ ꝓpe hoſtiū caſtra: ⁊ Gebēnenſi legato ſecuritatē pollicēte. Ibi quatuor pugiles magnis Italorū Gallorumq; votis ſinguli aduerſus ſingulos congreſſi pugnauere. Pugna eorum fuit equeſtris: effuſo curſu infeſtis cuſpidibꝰ ſe petētibꝰ. Qđ quū ſepius egregijs animis pariterq; feciſſent: tñ Biſſoli virtus prima emicuit: tranſfixitq; haſta Gallum ad terram proſtrauit. Ipſe vero mox equo proſiliēs/quū iacentē hoſtē iugulare pergeret: accurrens Gebēnēſis ꝑcere illiꝰ vite captiuūq; ſeruare illū precaba-

tur. Jd quū audiret Biſſolas: interrogauit corā omnibus num ſe victorē ac vite illi⁹ neciſq; oſm eſſe cōſtaret. Quum id affirmaretur: contētus ea cōfeſſiōe faciliter ac benigne illū Gebēnenſi donauit. Reſtabat altera pugna: et ipſa inſignis omniq; nixu agitata. Verū ei⁹ ꝗ̄ exitus talis fuit. Dū ſe infeſtius petunt ambo: vno eodēq; tpe mutuis cuſpidib⁹ transfixi corruerunt. Sed Italus primus ſurrexit: iacentēq; Gallū ſemianimē captiuum habuit. Donati victores egregie/magna cū laude Bononiā rediere. Ad iſta que hic narrat Leonar. in hiſt. Florē. adde qꝛ quū duellū ſit ꝓhibitum lege: non ſolum canonica: ſed etiam diuina: qꝛ hoc eſt deū tentare: vt 6ꝛ. ij. q. v. monomachiā. non catholice: nec iuſte legatus ꝓmiſit ipſum duellū et pſens adſtitit. ¶ Per idē tpꝰ apud Aretinos detecta cōiuratio grauiori motu ciuitatem concuſſit. Sachonis enim filij cū amicis paternis ſue factionis cōſtituerant redire in vrbē et dominatū arripere. Erāt autē tūc Aretini in Florētinoꝝ ſocietate. Itaq; ſpes ois ꝛ fiducia cōiuratorū de inimicis populi. Florētini ſumebāt. Nec deerāt copie Britonū illis Anglorūq;: ꝗ̄ opē in re cōficienda afferrent. Verum eoꝝ cōiuratio: patefacta creditur ab ipſorum intimis: ſiue inuidia ſiue indignatiōe qꝛ adſciti non eſſent. Ob hoc capti quidā coniuratorū ſupplicio afficiuntur: alij fugati. ¶ Per fines ei⁹ eſtatis Britones fruſtra Bononienſi in agro cōmorati: tandē abeuntes Ceſenā petiere. Ducebāt vero eos illoꝝ duces ꝛ Gebennenſis legatus. Ceſenates in poteſtate pontificis cōtinuo permanſerāt: et venienti Gebēnenſi Britonibuſq; libere portas aperuerāt. Stantib⁹ igiſ in vrbe copijs/ maleficia per noctes patrari ceperūt: vexari etiā in die ciues et iniurijs affici. Quib⁹ in rebus quū nil valerent querele apud legatū factere: ꝛ quotidie magis delicta augerenſ: tandem ſuperāte patientiā ꝛ iniuriarū magnitudine: in furorem Ceſenates vertuntur: raptiſq; per irā armis/ Britones aggreſſi ſupra octingētos eoꝝ interfecerūt: reliquos vero oēs extra vrbē pepulerunt. Arcem in ea munitiſſimā tenebat Gebēnēſis: qui veritus ne ciuitas ad hoſtes deficeret: indignationem diſſimulabat nihilq; ſiniſtro de Ceſenatiū facto loquebaſ: ſed eos multa perpeſſos indigne merito ſimul neceſſarioq; aiebat arma corripuiſſe. Verū ea deponere tādem ꝛ ad ſua redire ſuadebat. His verbis ꝯſiſi Ceſenates/arma depoſuere. Accitis aūt propere Angloꝛum copijs et cum Britonib⁹ coniunctis: per ipſam arcem eas cōtra populum inermen deceptumq; immiſit. Britones vero irati cedem ſuorum vlciſci properantes: neq; etati neq; ſexui pepercerunt: miſeram ꝛ innocuam multitudinem trucidantes crudeliſſime. Angli autē cū eis magis inſiſtebant rapine ciuitatis. Vñ ꝛ Ceſenates ipſos admonebāt ad fugiendum e ciuitate. Vix eniꝫ aliqui alij euaſerūt: niſi a ciuitate recedētes. Tāta fuit crudelitas britonū: vt ꝛ lactētes de cunis extraherēt: capita eoꝝ ad parietes collidētes: aliquos alios ſtrāgulātes reliquos pforātes: ipſos occiſos alligātes ad oſtia domoꝛuꝫ. Strate plene erāt cadaueribus ꝛ ſanguinib⁹: iuxta patres repiebātur filij interēpti: ſecus germanos fratres eoꝝ: ꝛ cū vxoribus viri. Numerus aūt occiſoꝝ fuiſſe dꝛ tria milia: ꝛ ꝯ aliquos qnq; milia. Dū aūt Galleottus dux exercitus eccleſie: hec fieri ſinebat quaſi nō curās: forte ſperās ciuitatē vacuā remanſ̄uram/ad ei⁹ dominiū peruenturā: ſicut poſtmodū accidit. Et vbi Britones hoc egerunt in vindictā: vt inde ab alijs ciuitatibus timerenſ: citiuſq; ſe eis traderent ne paterenſ talia: oppoſitū inde ſecutū eſt. Nam tanto horrori omnibus Italicis hoc fuit: vt magis animarentur ad repugnandū eis: ne aliquando deuenirent ad manus tam imaniū ferarū: etſi legatus ad hoc illos induxit: vt dꝛ quum tñ ſub iureiurando ꝓmiſiſſet Ceſenatib⁹ ſecuritatē vt deponerēt arma: nedū prelatū eccleſiaſticū vices tenentē vicarij Jeſu chꝛiſti: ſed Herodē ꝛ Neronē dedecuiſſet tam ſeuiſſima ſceleſtaq; vindicta. Sꝫ inter hec (vt habeſ in chꝛo. Florē.) hoc accidit ſtupendū miraculū: quia quū quidam ex Britonibus ipſis in quadā eccleſia ſuper altare aliquos paruulos trucidaſſet: furoreq; ebri⁹ gladio ipſo cruentato percuteret imagineꝫ beati Antonij in pariete depictā: mox ignis deuorās carnes eius corpus inuaſit. Dumq; ſic immēſis doloꝛib⁹ vrereſ: cucurrit ad mare: ꝛ in aquā ſe ꝓijciens ſibi ab igne cōſumpt⁹ eſt tot⁹ cū oſſib⁹ ſuis. Circa id tēpus ſtipēdiarij eccl'ie quū eis nō dareſ ſtipēdiū: ingreſſi Oſimū (vel Auximū) ꝛ alia caſtella eccl'ie plura i Marchia ꝓdati ſunt. Ciuitas quoq; Aſculi i Picētib⁹ etiā ſe vindicauerat in libertatē. cui et Florētini copias ad tuendā ſuā libertatē deſtinarūt. Et lꝫ Joāna regina Sicilie rogatu pape iam bis miſiſſet auxiliares copias: tñ gens a Florentinis miſſa cum alijs confederatis cōmiſſo prelio copias regine profligauit. Et demū arx ipſa poſt multā repugnantiā omni auxilio deficiente dedita eſt: et ad ſolum euerſa.

§. V. Anno aūt dñi. M. ccclxxvi.

Gregorius pōtifex in Italiaꝫ nauigat

que publicata fuerant / eorũq; reditus poſt annũ arbitratu
Caroli poneret: vnde iter eorũ in agrũ Lucenſem fore de-
monſtrabãt. Conqueſtus tñ eſt grauiſſime Caroli prefect⁹
de calũnia ſibi iniuſte illata in quib⁹ Florentinis innocen
tibus quidẽ / et cũ quibus nullã rem protinus habuiſſet ne
catis: ⁊ de q̃rela Bononiẽſib⁹ facta per quem dimiſſus ab
eis inclemẽter fuiſſet. Hec ab illo dicta offenſionẽ animi ſi
gnificabãt maiorẽ q̃ verbis proferretur. Itaq; ex agro in
vrbẽ munitaq; loca res inferri iuſſerũt: vt min⁹ prede vl' oĩ
a: illi poſſent afferre: ⁊ a Bononiẽſib⁹ ceteriſq; ſocijs auxi-
lia poſtularũt. Ducẽq; belli Joãnẽ Aug. tunc primo delectũ
celeriter venire iuſſerũt. Et quũ prefectus cum ſuis copijs
ad Elſam fluuiũ: ⁊ ex eo ad Peſam ad nouẽ miliaria Florẽ-
tiam appropinquaſſet: quibuſdã rapinis ⁊ incendijs pera-
ctis ⁊ rixis cum Florentinorum equitibus: nulluſq; motus
ob eorum appropinquationẽ appareret / quẽ illi quaſi expe
ctabãt in ciuitate fieri / hincinde per diuerſa loca vicina ex-
tra territorium Florentinorum diſcurrebant. Per medium
autem illius anni Carolus ex Ungaria intrauit Italiã Ari Carol⁹ rex vn-
minum applicans: qui ſecum habebat ſeptem milia Unga garie in-
roꝝ / ⁊ Italici generis circiter mille. Oratores ãt ab eo ſub trat.
primo ſtatim aduẽtu Florentiam miſſi ſunt. Ii exponẽtes Italiã.
cauſam ſue legatiõis inchoarũt a rememoratiõe cõiunctio
nis quã ſemꝑ domus regia habuerat cũ pplo Florentino: ⁊
duo tantũmodo capita virilis ſtirpis ex vna ꝓgenie ſuper-
eſſe / Ludouicũ. ſ. Andegauie ducẽ et Carolum docuerunt.
Ad Carolũ vero ex cõceſſione Ludouici ⁊ pontificis Ro-
mani decretũ regnum ſcꝫ ꝑueniſſet: q̃ñq̃dẽ Joanna regina
multis ſe alioquin ſcelerib⁹: et nũc ad extremũ ſchiſmati-
cis abhominatiõib⁹ inq̃nauerit. Ueniſſe ergo i Italiã Ca-
rolũ vt regnũ ſibi debitũ ab iniuſto poſſeſſore extorqueret
⁊ idcirco petere a Florẽtino pplo vt ꝓ antiqua dom⁹ bene
uolentia / pro pollicitatione dudũ facta fedus ſecũ iniret: ⁊
viribus pecunijſq; perfoueat ad regni conſecutionez. Sed
legatis primo reſponſum eſt a Florẽtinis et oſtenſum nul
lam pollicitationẽ factã ſup hmõi. Deinde dictum nec velle
nec debere Florẽtinũ pplm in diuiſione regie domus quaꝫ
ſemꝑ coluerit: alterutri parti inhereret: neq; contra Rober
ti progeniez ſucceſſionẽq; abſq; nota ingratitudinis fedus

coire poſſe aũt vires cõuertere quũ et a Roberto ⁊ a filio eius regine parẽte dubijs formidoloſiſqꝫ tẽporib⁹ fuerit ciuitas ipſa protecta atqꝫ adiuta. Ob ĩ aduerſus extraneos alienoſqꝫ poſtularẽtur auxilia: haud grauate Florẽtin⁹ populus exhiberet. In pecunijs autẽ etſi eadem ſit ratio: tamen difficultates maiores iſtare pꝛo varia ciuitatis fluctuatione. Cũ hoc reſpõſo dimiſſi oratores dum deferũt Carolo moleſte tulit. ¶ Hec quũ Florẽtie audita eſſent: ad placendũ conſiliandũqꝫ eius animũ: duo ciues notabiles deſtinant oratores ad eũ: q̃ noie ciuitatis eum viſitãtes eidonũ faciãt .xv. milia florenoꝝ. Que quũ Ariminũ ad eũ detuliſſent: Carolus nec dona recipe voluit. Et ad pecuniam reſpõdit: nec ſi centũ milia ei offerrẽt ſe cõtẽtũ fore. Hec pecunie reiectio plurimũ aios eorum q̃ rẽpublica tenebãt fregit. Et auxerũt mox eoꝝ timorẽ Aretini Carolũ in Hetruriã euocãtes / et dominiũ ciuitatis ipſi⁹ ei tradẽtes. Huius traditiõis cauſa extitit: magna diſcordia inuidia ⁊ ſeditio orta inter ipſos Aretinos: vt alter alteꝝ expelleret. Quũ ergo Carolus veniſſet Aretiũ: oĩs multitudo Florẽtinorũ exulũ ad eũ cõfluxit. Erant tũc ibi Florẽtini legati miſſi ad cõcordiã inter Aretinos faciendã. Quidã autem exulũ occidit vnũ ex ijs legatis Florẽtinis .ſ. Joãnẽ moys qui vnus fuerat ex octo viris q̃ bello fuerant pꝛſidẽtes. Propter qđ multa fuerũt cõtra exules Florẽtie inſtituta: ⁊ domus percuſſorũ euerſe. Quũqꝫ Carolus Aretij morã traheret: copie eius cũ Florẽtinis bellatorib⁹ aliqua prelia licet leuia faciebãt: rapinis ⁊ vaſtationibus inſiſtẽtes: ⁊ caſtella aliqua capere tentantes: quibus tamen viriliter reſiſtebat Joãnes Augu. cum ſuis ſcꝫ quatuor milibus equitum: ⁊ peditũ multitudine magna. Inter hec oratores ad Carolũ miſſi dñs Roſſius Eririus: et dñs Bertinus Couonius equites ad placandum mentẽ eius. Reſpõdebat ille ſe amicum nõ inimicũ Florentinorũ: ſed pollicita ſibi ⁊ regi Ungarie dudũ auxilia ſibi velle exhiberi. Licet aũt nulla ſuper hoc obligatio in rei veritate eſſet: quia tamen rex in armis aderat: ⁊ ſecũ exules adducebat: quũqꝫ pecunias illum querere palam eſſet: vt redimeret vexationem ſuã: ad conditionẽ verſa ciuitas quadraginta milia pondo auri dare paciſcitur: ⁊ ille abducere copias nec i poſterũ exules fouere repromittit. Ea pecunia fere omnis Joãni Bano duci Ungaroꝝ quos ſecũ duxerat Carol⁹ tradita eſt. Ipſos aũt exules Florentinoꝝ rex humaniſſime conſolatus / expectare tempus monuit ſibi ſi negotiũ regni ſuccedat / cure fore vt in patriã reſtituãtur. ¶ Interea Carolus Aretio prefectus Romã perijt: ⁊ ab Urbano benigne honorificeqꝫ ſuſceptus opportuna parabat ad expeditionem in dies. Pacẽ ergo Carolus firmauit cũ Florentinis cum pactionibus iſtis: q rex nõ daret fauorẽ exulibus eoꝝ: nec eos offenderet. Et ipſi Florẽtini nõ preſtarẽt adiutoriũ regine Joanne contra eum vel Urbanũ papam. Et q Florẽtini mutuarent Carolo .xl. milia florenorũ intra tres menſes: quos tenebant dare Urbano ex cõuentione in pace facta inter eos ⁊ ecclẽiã: quos ipſe reſtitueret eis vł ageret vt papa pro debito ſibi ſoluto exemptaret ſm chroñ.

Pacta pacis inter Florẽtinos ⁊ regẽ Carolũ

§. VII. Anno igitur domini.

M.ccclxxxi. ⁊ domi ⁊ foris multe fuerũt mutationes. Nã domi ſtatus reipublice mutatus eſt: foris autem victa capta qꝫ regina Joanna. Carol⁹ poſſeſſionẽ regni conſecutus eſt per hũc modum: vt dr in chroñ. Carolus poſtqꝫ fuit coronatus ab Urbano: profectus eſt cum copijs ſuis verſus Neapolim: vbi tunc erat regina Joanna in caſtro nouo (aĺs Caſtro oui). Dñs aũt Otho maritus eius erat cũ gẽtibus armoꝝ extra Neapolim ad pugnandũ cõtra Carolũ. Quum autẽ appropinquaſſet ciuitati: nobiles introduxerunt eũ Neapolim: clamantes / Uiuat rex. Recept⁹ ergo in vrbe honorifice vt rex: obſedit caſtrũ nouũ in quo erat Joãna cum baronibus ſuis: ⁊ ita circũdedit: vt nullus aditus pateret ingrediẽdi vel egrediendi niſi ex parte maris. Otho cõiũx eius ciuitatẽ obſidebat ab extra. Et quũ certa die ſtatuta paraſſet ſe ad ingreſſuꝫ ciuitatis cũ copijs ſuis manu violenta: Carol⁹ (quũ hoc notũ eſſet) cũ exercitib⁹ ſuis obuiã ei venit. Et pugna cõſerta: equus Othonis cecidit ſubter eum: vnde ⁊ captus fuit cũ germano: ⁊ exercit⁹ eius diſſipatus. Cernens ergo regina Joãna ſe euadere non poſſe manus eius quũ nec ſuccurſum ſperaret: ⁊ victualia deficerent: ⁊ caſtrũ cõtinue impugnaretur: poſtulauit ſe alloqꝫ velle Carolũ ipm et cõceſſum eſt illi. In hortũ ergo caſtri aduocato Carolo. Joãna reuerẽtia ſibi regia exhibita / inquit. Ego te habui hucuſqꝫ in filiuꝫ: amodo ex q̃ ſic placet deo te recognoſco in dñm meũ. Recomẽdo tibi honorem meũ et maritũ meũ Othonẽ. Cui Carolus reſpondit. Ego te diſeci vt matrẽ: ⁊ ita facere intẽdo in poſterũ: ⁊ honorẽ tuũ et dñi Othonis recomẽdatũ habebo. Et tunc Joanna educta de caſtro ad aliũ locũ honorifice aſſociata ductaqꝫ ⁊ bene cuſtodita: ⁊ tandẽ ſuffocata. Multiqꝫ barones ei⁹ capti: ⁊ duo cardinales antipape. Totũqꝫ regnũ ſub dñio hui⁹ Caroli tertij fuit: operãte deo magis qꝫ vtute humana. Et Aretiũ ciuitas finitima in miſerãdas eſt calamitates pꝛlapſa. Suſpitiões Florẽtie maxime augebãtur: releganðes: ⁊ exilia. Accedebat ad priorẽ metũ Caroli victoris ⁊ regine captiuitas. Uiderãt eñ exulũ ſpẽ totã ab eo principe depẽderet ⁊ necatos quoſdam aduerſarioꝝ fuiſſe pretextu illo: q cũ Carolo velei⁹ pfecto pꝛiurationẽ iniſſe dicebant. Etſi dolebat ciuitas ſucceſſiones Roberti regis mirabili ruina deletã: tñ quo Carolus ſi fieri poſſet / i amicitia teneret: legatos octo ad eũ miſit: q̃ ciuitatis noie gratularẽtur. in quib⁹ Robert⁹ Aldobrãdini ⁊ Bert'n⁹ Couonius eqtes Florẽtini principes fuere. Hi quũ ad Carolũ veniſſent: benigne amiceqꝫ recepti ab eo ⁊ auditi ſunt cũ ſumma teſtificatione amoris ad ciuitatẽ. Que res Florẽtie nũtiata ſuſpitionẽ ãte de rege pceptã attenuauit. Itaqꝫ quo cõtineret i amicitia rex: duo ex oratorib⁹ remanere apđ regẽ iuſſit: reliq̃ peractis ſolẽnib⁹ domũ redire. ¶ Quũ aũt proſperitas ſumma regi adeſſet: calamitas miſeranda Aretinorũ deflenda ſuperuenit ex hmõi cauſa. Carolus quum accepto Aretij dñatu ſuperiori tpe ex Hetruria abiret: quẽdam ex comitibus ſuis epm .ſ. Uirinẽſeꝫ natiõe Gallũ hominẽ ficte cõpoſitũ cuius malignitas regi erat icognita Aretinis pfecerat: exiſtimãs q epa religioſe pacateqꝫ ciuitatẽ gubernaret. Is ergo quo potẽtiã eorũ q̃ regi ciuitateꝫ dediderãt minueret: ſimulatiõe pacis ac trãquillitatis ſtudio aduerſarios hoꝝ in vrbẽ reuocauit atqꝫ recepit. Iſ erant Gibellinaꝝ partiũ hoĩes longis tẽporib⁹ exules: ⁊ inter quos Sachonis filij agnatiqꝫ ⁊ Ubertinum gen⁹ ꝑpotẽs Aretinoꝝ familia redietre. Ex hoc etiaꝫ ſtatim euenit vt ad furorẽ illorũ quos bñficio ſuo reſtitutos / pptereaqꝫ eos ſibi obnoxios intelligebat: pfect⁹ inclinaret: illos vero ſuſpectos haberet ⁊ inimicos arbitraret: qui regi dederant ciuitatẽ q in reſtitutiõe aduerſarioꝝ eos plurimũ offendiſſet. In tanta igit peruerſitate rerũ tãtaqꝫ pfuſiõe ciuitatis / quũ boni viri ac bene de rege meriti deprimerent: exuleſqꝫ nuper reducti in honore haberent: plurima q̃rela erat ⁊ indignatio maxima: ac iã nõ occulta in pfectũ odia. Qđ ille intelligẽs: ab ijs etiã q̃ redierãt irritatus ꝑcipuos quoſdã ex eo nũero qui dñationẽ regi tradiderãt / capit: ⁊ et in carcerẽ trudit: nõnullos etiã iterficit: alios fugat ⁊ inſequitur. Et ita Gibellinoꝝ factio que ante ampli⁹ .xl. annis exularat: malignitate pfecti in vrbẽ reducta plus poſſe in cepit. Profugi quidã ciuiũ hec tãta prefecti ſui flagitia ad regẽ detulerũt. Ille vero deteſtatus eius malignitatẽ: i ſucceſſorẽ prefecto miſit Jacobũ Carazolũ Neapolitanũ: ⁊ ac reducere amicos ſuos fouereqꝫ honoribus iuſſit. At quum hoc ſenſiſſent Sachonis filij ⁊ Ubertini / ac. tota illa Gibellinarum partiũ factio .ſ. noui prefecti aduentũ: magnã multitudinẽ ex caſtellis ⁊ clientelis ſuis in vrbẽ contraxerunt parati ad reſiſtendũ. Itaqꝫ quum prefectus nouus ad vrbẽ veniſſet: ⁊ in abſceſſu veteris prefecti vim illi afferre quidã pararẽt: mouẽtes illi arma ad edes illoꝝ q̃ redierãt o:ſcurrerunt. Et qꝫꝫ reſiſteret egregie: tamen quia illi magnas habebant copias iampridẽ cõtractas: tandẽ peruicerunt. Pulſiqꝫ aduerſarij ad arcem nouũqꝫ prefectum ſe receperunt. Quũ vero arx ipſa ⁊ nouus prefectus obſideret oppugnareturqꝫ aperte: ciues in arcẽ cõpulſi vna cum pfecto remedia cogitabãt. Per id tẽpus Albericus comes Italicisqꝫ ſub eo in ſocietatẽ coacti in finibus Peruſinorũ Cortonenſiumqꝫ degebant. Hos aduocare placuit: predamqꝫ bona inimicorũ polliceri illis. Miſſis ergo q̃ hoc rogarent illiſqꝫ offerrẽt: motus impigre Albericus cum copijs ſuis aduenit receptuſqꝫ per arceꝫ ⁊ in vrbẽ immiſſus: quũ etiã ex arce deſcendẽtes ciues amiciqꝫ eoꝝ adiuuarẽt: Sachonis filij ⁊ agnati Ubertini oẽſqꝫ eorũ copie ex vrbe pelluntur. Sed Albericus Italiciqꝫ ſub eo militãtes: nõ illorum dũtaxat domos: ſed vniuerſam ciuitatẽ diripuere: corporibus quidẽ ciuiũ parcẽtes: bona vero ſine diſtinctione aliq̃ rapine predeqꝫ ſubijcientes. Nec multo poſt alie copie non minores ſuperuenere: quibus preerat Uillanutius. Hec qꝫ in vrbẽ recepte: ſi qđ ſuperfuerat ex priori direptione abſtulerunt. Hi duo exercitus ſex fere menſibus in vrbe Aretio cõmorati ſunt: incredibili preda lõcupletibuſqꝫ ſpolijs ditati. Ciues miſerandi ⁊ inopes p finitimas ciuitates oppidaqꝫ diſperſi migrauere.

Carol⁹ Florẽtinis iſenſus.

Carol⁹ tertius appulit armis regnuꝫ occupat

Aretiũ miſere diripit.

§. VIII. Per hec ipſa tẽpore Florentie delationes ciuium varie ⁊ coniurationes aduerſus rempublicã ſiue vere ſiue ficte p ſingulos dies proferebãtur.

tur. Boni q̄ remanſerāt in vrbe trepidi latitāteſq̄ vix conſpici ſe patiebant. Quippe inter tantā vel maiorū acerbitatem vel ſatellitum calūnias: quis aut ſperare incolumitatem aut ſibiipſi cōfidere valebat? Igitur ciuitas meſta et afflicta inteſtino ſimul atq̄ externo morbo: quem tolerare diutius non valēs ad extremum decuſſit. Duo maxime ſupremi per hec tēpora ciuitatem gubernabant: Thomaſius Stroza: ⁊ Georgius Scala. Hi q̄q̄ erant equites ex optimis familijs: tñ eos ad plebis multitudiniſq̄ deflexerant partes iniurie dudū ſuſcepte. Nā Georgio Scale nota admonitionis fuerat inuſta. Qua ille iniuria exacerbatus vlciſ tiari vindicta non poterat. Thomaſius Stroza qui fuerat vnus ex octo viris: bello eccleſiaſtico gerendo iactat⁹: tūc contētionibus eorū qui diuerſa ſentiebant/partes animo duxerat acerbas: vt etiam gentilib⁹ agnatiſq̄ ſuis inimic⁹ eſſet atq̄ infeſt⁹. Circa hos duos multi ex plebe ſatellites ac ſeditioſiſſimi quoq̄ verſabātur. Hinc delationes ciuiū: hinc ficta crimina atq̄ priuilegia in exules acerbiſſima et malorum omniū officina pficiſci putabant. Joannes erat Cambij vir ⁊ fame integre ⁊ eſtimationis inter ciues non exigue. Juxta edes huius forte nocte perambulans vnus ex ſatellitib⁹ (erat enī mox ſingula ſcrutari ⁊ olfacere ſtrepitum ⁊ verba intra domū ſenſit. Hinc inde vt voluerat occaſionem nactus: ſtatim detulit cateruā armatorū a Joanne Cambij paratam eſſe domi/ad ſtatum ciuitatis euertendum. Erat vero id totum inane. Nullos enim ille domi habuerat preter familiā propriam ⁊ villicum: qui vt fit de rure porcum adduxerat. Quum ergo ſcrutata confeſtim domus vanum crimē eſſe docuiſſet: delator tamē audax ⁊ improbus ſcire ſe ac vidiſſe aſſeueraret: detinetur tandem a magiſtratu veritatē vel calumniam eruturo. Tandē de induſtria compertum eſt cōfictum fuiſſe crimē cōtra hunc: q2 non acceptus partibus foret: ⁊ alios eſſe quos eodē mō eſſet in calumniam vocaturus. Qui autem dictum Joannem Cambij infamauerat falſo: dicebatur Jacobus Bartolomei Prateſis: qui etiā dicebat Scatiza: homo male cōditionis ſatelles p̄dictorū dñi Georgij ⁊ Thome Strozę. Hic q2 captus cōfeſſus eſt calūnioſe accuſaſſe: et alia ex quibus q̄rebant aliqui facere nouitates: iā tēdebat capitaneus occidere illum Scatizam. Qui quum ſupplicio afficiēdus eſſet: Georgius ⁊ Thomacius p̄cibus primo ⁊ minis deinde quum parū proficerēt/ad vim conuerſi/coacta ſatellitum manu ſuorū plebeq̄ concitata: nocte ad magiſtratū. Capitaneū balie venientes reum arripuere magiſtratū et interfecturi ſi nanciſci potuiſſent: ſed ille periculū vitās in edes Priorum aufugerat. Ibi violentiam ſibi factā conqueſtus: q̄ñ iuſtitia vi impediatur: nolle ſe p̄manere teſtatur: ac ſe magiſtratu abdicat/Indigna cunctis res fedaq̄ videbatur: ⁊ horrebāt plane iam hoīes tantā peruerſitatem atq̄ licentiam. Rem igitur corrigendā Priores rati magiſtratum conſolati ſunt: ac bene ſperare polliciti properantem abire non p̄miſerunt. Demum accitis p̄ſidijs ⁊ in area q̄ eſt circa palatiū collocatis: quū iam ſatis muniti aduerſus vim eorum q̄ rē abſtulerāt/viderētur: magiſtratum cohortati/vt iam nihil vereretur ⁊ opem ſuā polliciti virgam iuſtitie reſumere cōpulerunt: ⁊ ad pretorium ſuum remiſerunt.

Thomaſi⁹ Stroza ⁊ Georgius Scala.

De hīs q̄ magiſtratui vim intulerāt ſūptū ſupplicium.

Magiſtrat⁹ ſimul vt in edes ſuas reuerſus eſt: cohortem miſit ad Georgiū Scalā capiendū: q̄ inopinate et mirabiliter (qđ nemo exiſtimaſſet) ppe edes ſuas captus: nemine ex tot amicis ⁊ ſatellitibus opē ferente: duct⁹ eſt ad magiſtratū. Thomaſius vero Stroza quū hec intellexiſſet: fuga ſibi conſuluit. De Georgio poſtridie ſuppliciū ſumptum eſt: magno cōcurſu ppli clamātis ⁊ poſtulātis reū necari.

In delatores aīaduertitur.

Inter hec Simon Blaſij vn⁹ ex delatorib⁹ quū ex vrbe aufugeret: captus a quibuſdā ac reductus quū ad magiſtratum traheret: medio itinere a concurrēti multitudine interficitur: inde laceratū corpus ludibrio trahit per vrbē. Eodēq̄ tpe filius eius alia in parte ciuitatis adoleſcēs occiditur: eodē mō cadauer eius p vrbē tractū patri cōiungit. Triduo autē poſtea quū duo alij ex numero ſatellitū dānati ante oratorium populi ſecuri pcuterent: ⁊ multitudo cōcitata ſumpſiſſet arma: perq̄ vrbē diſcurreret: veriti Priores ne incēdia ceteraq̄ q̄ ira ferre ſolet/patrarent: aduocata cōcione ad alias curas ppl'z traduxere: pmulta in republica corripiēda eē docētes: ⁊ viros eligendos qui in republica ptāte illa corrigant atq̄ emendēt. Ita concione vocata/in ſua q̄q̄ tribu venire in concionē iuſſi. Hec dū agunt ira deferbuit: nō ū quiſq̄ aut ſui aut propinquo2 noxationi ſtudet: nocēdi ⁊ debacchandi p̄terlabit occaſio frequēs. Quū tandē concio adeſſet: viri circiter centū deligunt: q̄bus poteſtas publica demādata eſt cōſtituēdi emendandiq̄. His peractis vexillo partiū optimatū pdire in mediū ac incedere per vrbē iuſſo: ſequēti numeroſa ciuiū multitudine: luſtrato vrbe ſine cuiuſq̄ violētia vel iniuria: vergēte in occaſum ſole: reditū eſt ad edes Priorū cū ſumma ciuiū gratulatiōe atq̄ letitia. ¶ Poſthac hi q̄bus poteſtas cōmiſſa fuerat in vnū coeuntes: decreuerūt exulib⁹ quibuſcūq̄ ac relegatis qui poſt Syluestrum Medicē vexilliferū dānati fuiſſent: reditū in vrbē patere. Suſpēſiones quoq̄ ⁊ phibitiones ciuiū a republica ⁊ inter grauiores familias reductiones oēs poſt eū vexilliferū factas: irritas eē ⁊ inanes. Carceres inde effracti: ⁊ captiui oēs exēpti: p̄terq̄ ſiquis priuatim ob es alienū capt⁹ fuiſſet. Artiū capita ad viginti vnū redacta duobus abolitis q̄ ſuperaddita nuper ex humiliori opificio fuerant. Inter hec domo relegati multi eo2 q̄ añ in republica potētes fuerant: dānati etiam quidā ⁊ hoſtes iudicati. Exules deinde in vrbē reducti multa innouari coegerūt: ⁊ tumult⁹ crebro excitati: ⁊ reſumpta arma modo depoſita/concioneſq̄ ſepius cōuocate: poteſtates ciuibus tradite: donec purgata demū vrbe ⁊ bonis exulibus reſtitutis/honoribuſq̄ ad redeuntes tranſlatis ciuitas formam ſtabilitatemq̄ ſuſcepit.

Ciomporū apud Florētiā tumultus.

¶ Paulo poſt iterum in principio Martij miniſtri viliſſimi artis lane qui vulgariter dicunt Ciompi: ex Camaldulo cōgregati magno numero cum aliquibus exulibus rebānitis cū vexillo quodā inſignito arma partis Guelfe/venerūt vſq̄ ad eccleſiam ſancte trinitatis: clamantes/Viuat pars Guelfa. Sed poſt combuſtionē quarundam domorū p alios homines repreſſi ſunt. Die ſequenti hidem tumultuantes venerunt in plateam dominorum: et quum ad ſonitū campane ciues cōcurriſſent armati: recedētes Ciompi de platea acceperunt vexilla a vexilliferis: ⁊ firmauerunt ſe ad ſanctum Georgium ad pugnandum cum inuadētibus eos. Vexillifer iuſtitie dñs Rainaldus Ganfiliazius cum vexillo voluit pcedere contra illos: ſed ne ſequeret maius periculum: de cōſilio alio2 id omiſit. Et quidem boni ⁊ prudētes poſuerūt ſe medios ad componendam concordiam inter magiſtratus ⁊ eos. Et facto parlamēto publico: ad ea q̄ petierunt ipſi Ciompi: et ſi multa ex illis forent irrationabilia: tamen ad ſedandū eorū furorem fuerunt exauditi. Die ſequēti audientes Priores q̄ adhuc fiebant congregationes Ciompo2 ad ſanctum Ambroſium ⁊ aliorum in alio loco: fecerunt coogregari in platea dominorū quot ciues potuerunt armatos ⁊ gentes armorum. Et egrediens de palatio vexillifer dedit in manib⁹ vexillum iuſtitie dño. Donato de Acciaiolis: ⁊ vexillū partis Guelfe dño Foreſeo de Saluiatis: ⁊ mādauit omnibus vt ſequerentur vexillum eundo p ciuitatē: et qui non ſequeretur vt hoſtis iudicaret. Et princeps militie Joannes Auguſtinus cum ſuis erat cū eis. Et quum domin⁹ Franciſc⁹ de Rucellarijs eſſet cum .dcccc. Ciompis ⁊ cum inſignibus partis Guelfe prope plateā ſancte Marie nouelle: mandauerunt illi vt illis datis eis ſequerentur ceteros: quod ⁊ fecit. ⁊ poſt diſcurſum p ciuitatem reuerſi ſunt ad palatium: ⁊ omnes depoſitis armis in domos ſuas quietata ciuitate redierunt. ¶ Altera die fecerunt parlamentum: ⁊ congregatis Prioribus collegijs ⁊ alijs de cōmuni conſenſu dederunt baliam ⁊ poteſtatē omnē ſibi reformandi ciuitatem ⁊ ſtatuendi que forent vtilia. Quo facto multa ceſſarūt de his que fuerant ſtatuta in alio parlamento. Et quum iterū alia cōgregatio Ciompo2 in villa ſancti Galli facta diſcurreret: fuerunt profligati a capitaneo populi: ⁊ in die ſequenti aliqui ex eis decapitati: ⁊ alij relegati. ſic ceſſauit tumultus Ciomporum.

§.IX. Per extremum eius anni

literę ex Gallia venerunt: per quas ſignificabatur Ludouicum Andegauie ducem cum magno exercitu in Italiā eſſe tranſiturum. Adoptatum enim a Joanna regina: ac filium ſucceſſoremq̄ regni deſignatum: venire in Italiā cōſtituiſſe ad reginam liberandam regnumq̄ ex manibus Caroli eripiendum. Hec eadē quū pluribus ſimul locis ſignificarentur: in ſuſpitionem verſa ciuitas de futuro euentu belli ſollicita eſſe cepit. Nequaq̄ enim paruo conatu: ſed totis pene Francorū viribus inſurgebatur ad tranſitum in Italiā faciendum. Timebaturq̄ iam inde quonam res tanta foret tandē euaſura. Exēpla vero literarum ſtatim ad Carolum miſſa. Principio inſequētis anni multa ſimul premebāt ciuitatem. Nam ⁊ domi res admodum ſollicite: ⁊ foris ſuſpitio ingens ab his copijs que Aretium occupabant: ⁊ ducis Andegauenſis aduentus iam inde terrorem ac formidinem afferebat. Cum his igitur que Aretium occupabant gentibus agitata res eſt ac diligentiſſime deducta. Quum enim non Florentinis modo: verum ⁊ cunctis finitimis ciuitatibus eſſent terrori: ⁊ iam Senēſes Piſaniq̄ vexatiōes ſuas redimere pararent: interceſſere Florētini hortātes ac monentes/vt ciuitates in vnum vires ſuas conſiliaq̄ confere

rent. Siue enim pecunia decidendum eſſet: longe facilius
omnes ſimul q̃ ſingulos tranſacturos: ſiue vi reſtituendũ
confederatos in vnum facilius repugnaturos. Ipſi vero
Bononienſium Bernaboniſq; auxilia iampridē contraxe-
rant ſimul ſolicitabant regem pro copijs amouendis. Per
hanc tandem diligentiã effectũ eſt: vt q̃minimo impēdio
copie poſcente iam regni periculo abirent.

§. X: De trãſitu vero Galloꝝ

in Italiam ab ipſo initio permagna res viſa eſt et conti-
nuo creuit opinio. Poſt literas enim ducis Andegauēſis
per quas ſuum Florentinis ſignificabat aduentum: orato-
res Francorũ regis Mediolanum peruenerant: indeq; ſi-
gnificauerunt ad Florentinos ſocioſq; mandata habere q̃
referre in cõmuni omniũ conuētu habeant. Proinde roga
re Florētinos: vt ſocios conuocētiſe quidem breui eſſe vē
turos. Reſcriptũ eſt a ciuitate ſe letis animis expectare tã
torũ principũ oratores. Venirēt ergo quãdo cõmoduʒ fo-
ret: ſocios eiꝰ tempore adfuturos. Venientes igitꝰ Floren
tiã oratores multa dixerũt de iuſtitia cauſe ⁊ de magni-
tudine apparatus. Quibꝰ prolixe explicatis: ad extremũ
poſtularunt vt Florētini ſocijq; ceptũ Andegauenſis ope
conſilioq; iuuarent. Reſponſum eſt oratoribꝰ dolere ciui
tatē de ſanguinis regij diſſidio: ⁊ pro concordia interce-
dere paratam. De poſtulatis autem non niſi ex Priorum
decreto reſponderi poſſe. Scripſiſſe vero legatos ſociorũ
ad ſuas ciuitates: quarum voluntas quum audita fuerit:
reſponſum darent. Illi vero ad alia properantes loca: roga
runt vt vel literis vel per oratores ſignificare ſibi rñſum
curarēt. Deniq; honeſtis verbis ex ſociorũ conſenſu dene-
gata auxilia ſunt. Nec multo poſt Andegauēſis cum exer
Ludouicus dux Andegauenſis.
citu ſuperatis alpibus in Taurinos deſcēdiſſe nũciabat: ⁊
adduxiſſe vero equitũ ſupra triginta milliaria alias ſuper
copias in Italiã ſupperaditurũ. Hoc tãtũ apperatu atto-
nite mentes futurũ horrebant. Nec multo poſt Caroli re
gi aderãt legati ſocietateʒ ac defenſionē mutuã poſtulan-
tes. Eodemq; ipſo tpe oratores alij a duce Andegauenſi
Florentiã venerũt cuʒ ingētis beneuolentie ſignificatiõe.
Nõ eñi veniſſe vt Florentinis ceteriſq; ciuitatibꝰ noceat:
ſed vt faueat ⁊ opituletur: nec agrum Florētinũ ſuis copijs
attingeret: ſed alio itinere profecturuʒ. Rogare vt vel auxi
lia ſibi ciuitas cõiungat vel otioſaʒ ſpectatriceq; ſe p̄beat
certaminis neutri moleſtã vel fauentem. Per hoc ipſum
tempꝰ Ludouici quoq; Vngarie regi aderãt oratores Ca-
rolo fauentes: hortanteſq; Florentinũ pplm vt cũ Carolo
regeq; Vrbano pontifice vires cõſocient. Venire qdē
in Italiã Gallos nõ minus p eccleſie ſubuerſione q̃ regni
inuaſione. Ciuitas haud dubie ad Caroli pontificiſq; Vr-
bani fauorē erat ppenſior. Sed deterrebat magnitudo po
tentie: quã non fama aut rumor: ſed preſenti fide Andega-
uenſis afferebat. Itaq; mediã quandam viam ſecuta ciui-
tas: vtriuſq; partis oratores in honore habebat plurimo.
Deniq; Andegauēſis oratoribꝰ gratie acte: ⁊ oblata gratã
ter ſuſcepta: ⁊ cum ſpe optima dimiſſi. Legatis vero Caro
li negare poſtulata neq; aſſentiri placuit. Id modo reſpõ-
ſum eſt: Florentinũ pplm per oratores ſuos regi corã ſup
his reſponſurũ. Legati deinde ad Carolum miſſi excuſa-
tionē fecerũt: q̃ ciuitates q̃ erãt in federe cũ Florētino po
pulo nõ conſentirēt in ſocietatem regi deuenire. Ii erant
Piſani. Genēſes / Lucēſes / Bononiēſes / Peruſini: quorum
Bononiēſes maxime renuebãt: ppter naturã loci quo du-
ci Andegauēſi erat trãſeundũ: nec ſibi ⁊ agro infeſtas red
dere ⁊ prouocare tãtas copias volebãt. Andegauēſis in-
terea dimenſus citerioris Gallie ſpacia in Bononienſem
agrum deuenerat. Ad ipſum q̃ oratores miſſi: Ludouicus
ſeu Loyſius Marſilius ordinis eremitaruʒ ſancti Augu.
theologus. Hic erat fame p̄cipue in ſapiētia / eloquētia / ac
vite pbitate: ⁊ duo ſplēdidiſſimi milites Loyſius Guiccar
dinus / ⁊ Gutius Cini. Hi in agro Bononienſi obuiã facti
illi aduentũ eius in Italiã gratulati ſunt: ⁊ ciuitatis deuo
tionē erga ſe domũq; regiã oſtenderũt: benigneq; ſuſcepti
ab eo ac bene de ſe aduētuq; ſuo ſperare iuſſi dimittũtur.
Iter huius p agrũ Gallicũ ⁊ Picenũ. Inde p Marſos re-
gni fines ingreſſus / magnos cõtinuo motus reruʒ ſuſcita
uit. Nam princeps quidã ppli q̃ erga reginã afficiebantur
Joannã eti iam defunctã frequētes ad eũ tãq; ad ſucceſ-
ſorē legitimũ defecerũt: ⁊ vt Carolo difficillima regni defen
ſio redderetur. Acceſſit inſup ⁊ illud incõmodũ: q; per hec tpa
Ludouicus dux Andegauie aduerſus.
Ludouicus Vngarie rex vnica ſpes Caroli atq; refugiuʒ e
vita migrauit. Qui quũ nullũ virilis ſtirpis filiũ reliq̃ſſet:
regni gubernacula ad vxorē filiaſq; delata parũ firma vi-
debantur: vt inde ſubſidiũ foret ſperandũ. Par hec ipſa tē
pora Vrbanꝰ põtifex Romanus timēs vicinitatē Andega
uenſis: ac preſentiã Gallicarũ copiarũ formidãs a Florētĩ Carolũ
ao pplo multis ⁊ ſuplicibus v̄bis pecuniarũ ſubſidia po- iogredi
ſtulabat. Erant ſibi pecunie multe ex pace debite. Nec po- tur Ap-
ſtulatio pontificis a fautoribꝰ Caroli adiuta. Nam duo re pulſus.
ges duoq; pontifices de regno certabãt. Et erat vna eadē
q; cauſa. Demũ hunc effectũ ſortita eſt: vt dimiſſo Joanne
Augu. q̃ princeps militie Florētini ppli erat: ⁊ ad ſtipēdia
pontificis cõducto: pecunie illi põtificis nõie ſoluerētur.
Augu. igitur ſuſcepta pecunia militeq; in ſupplimētũ cõ-
tracto: Romã ad pontificeʒ profectus eſt: nec multo poſt a
põtifice Neapolim miſſus Caroli vires adauxit. Que res
Andegauēſis animũ vehementer offendit: Itaq; ⁊ palam
cõqueſtus eſt de Florentino populo: ⁊ in Galliã ſcripſit: vt
Florētinis ⁊ eorũ bonis manus inijcerentur. ¶ Eodē ãno
miſſi Genuã oratores controuerſiã ſedauerunt. Erãt vero
huiuſmodi Veneti quã ex maximo nuper prelio pacē facerēt cũ
Genuēſibus: inter cetera pmiſerũt Tenedũ inſulã dimitte
re: ex cuius occupatione ortũ ab initio fuerat bellũ. Pena
ad hoc poſita fuerat centũ quinquaginta milia auri. Flo-
rentini a Venetis rogati fideiuſſerãt niſi ea fierēt pecuniã
ſoluere. Que quum facta non eſſent: nulla fuit mora quin
bona Florentinorũ ciuium que Genue vel alibi in poteſta
te erant Genuēſiũ / caperētur. Veneti aũt a Florētinis de
hoc cõpellati reſpõderũt per ſe nõ ſtetiſſe quo minus Te-
nedos vt conuentũ fuerat dimitteretur: ceterũ pertinacia
prefecti ſui hoc accidiſſe. Atq; ita quũ non tã re ſatiſfacere
q̃ verbis cauillari viderent: ⁊ querele indignationis mate-
riam attulerũt. Cũ Genuenſibus quidē res vt melius fieri
potuit / cõpoſita eſt: ad Venetos aũt oratores miſſi ſunt ad
hec expoſtulãda. ¶ Eo qui ſecutꝰ eſt anno. M. ccclxxxij.
peſtis iam prius cepta deſeuit: ⁊ fuge ciuiuʒ ſecute ſunt ad
euadendum aeris infectionē: p quas vacuefacta vrbs ſu-
ſpitionē dedit ne a plebe infima inuaderetur. Itaq; lex la-
ta eſt: ne quis ciuis Florentinus domo abeſſet: quo frequē
tior eſſet vrbs: ne deſerta a bonis / perditorũ relinqueretur
poteſtati. Sed neq; lex neq; inhibitio tenere potuit fugas
quippe aduerſus timorē mortis propoſite timor oīs alter
tãq; leuior ſuccumbebat. Et vt hr in chroñ. venire fecerũt
multos fideles ex Caſentino / ſtipēdio cõductos ad cuſto-
diã platee dominoꝝ et ciuitatis. Et circa feſtuʒ Joannis
baptiſte decedebãt ex peſte: quã tamē quaſi vacuata eſſet peſtis ſ
ciuitas ex fuga ciuiũ nũero ſexagenario in octogenariũ Floreti
⁊ centenariũ diētim. ⁊ circa mediũ Iulij ducēti vſq; ad tre- volgraſ
cētos ⁊ vltra moriebant in die. Et in nocte ſancte Marie ſatur.
Magdalene vna multitudo Ciomporum poſuerunt ciui-
tatem ſub armis: diſcurrentes per ciuitatem cum aliquibꝰ
exulibꝰ clamãtes / Viuant vigintiquatuor artes ⁊ Guelfi:
erigentes aliqua vexilla. Sed octo guardie ⁊ domini Prio
res ⁊ capitaneus populi procedentes contra eos diſſipaue
rũt eos: ⁊ aliquos captos decapitarunt: ⁊ quieuit ciuitas.
Ea peſtis aliquot menſibus ciuitatē afflixit: ⁊ inſignes ali
quot viros abſumpſit. Ob eam cauſam nihil dignũ memo
ris domi vel foris eo anno geſtum eſt.

§. XI. Altero dehinc ãno. ſ. M.

ccclxxxiij. Galloꝝ alia manus per Priorum veſtigia tranſ
miſſis alpibus in Italiã venit: Andegauēſi ſupplemētum
allatura. Ducebat vero Enghirenus (vel Enguerranus)
quidam Gallus vir domi potēs ⁊ militia clarus. Erãt au-
tem equitum ſupra duodecim milia. Hi quũ circa Medio
lanũ perueniſſent: adiuti pecunijs ⁊ commeatu a Bernabo-
ne Mediolanēſi. ac ex longa via refecti: non iter illud tri-
tum per Gallicũ ⁊ Picenũ: ſed ad dexterã flectētes p Pla-
cētinũ Lucēſemq; agrũ Hetruriã petierunt. Florētini q̃q;
ſpecioſa dabãtur p̄bate: ex agro res oīs in oppida referri iuſ
ſerunt. Galli per Lucēſem agrũ pfecti: quũ Florētinorum
primũ fines ingreſſi ſunt: nõ longe a Miniate oppido ca-
ſtra fecere. Et q̃q; pacata obtulerãt: ⁊ regionē cūctã p̄da-
ri / ne ab oppugnatiõe qdē munitoꝝ locoꝝ tēperarũt. Sex
diebus a Miniate ad Stagiam pfecti: q̃ ſpatiũ vel vno
die ſalutis cõmode potuiſſet cõfici. prede rapineq; oīa expo
nentes in fines Senenſiũ deuenere. Hoc demũ loco cõtu-
maciter loqui de Florētino pplo ceperũt: ⁊ niſi pecunie da
rentur minas iacere: Florētini armato milite oppida tutã-
tes eorũ minas longe cõtempſere. In his locis dum eſſent
Galli: in ſpem venerunt Aretij capiēdi. Exules enĩ Aretini
ducibꝰ Sachonis filijs Gallos adeũtes / docuerunt vrbem
illã eſſe Caroli: aduerſus quē tãta dimēſi ſpatia pgredian-
tur. Eam vero vrbē capere nullũ eſſe negotiũ: propterea q̃
ambitꝰ muroꝝ permagnus ſit: defenſores aũt pauci ob ſu
periores illius vrbis calamitates: ſe inſup dare ingreſſum
poſſe: ppterea q̃ ex factione ſua obſcuri generis homines
ſint intus: q̃ nihil aliud q̃ aduentum eoꝝ preſtolētur. Hec
audientes

audiētes Galli negotiū ſuſceperunt:ſed quo diſſimularēt.
iter cōtinuātes in Cortonēſem Peruſinūq; agrū tranſeun
tes quaſi in regnū abirent/tranſierunt. Inde vero ex itine
re parte copiarū ſuarū cū exulibus premiſſa:dux cū reliq̄s
oībus ſecut⁹ eſt. Exules igitur cōſtituta nocte ad vrbē pfe
cti/anteq̄ ſentirent mēnia duobus locis cōſcenderūt. Ci
ues per tumultū exciti concurrerunt impigre ad menia:ac
deturbare hoſtē magna vi aggrediuntur. Dū ad menia qua
hoſtis ɔſcenderat preliant/ac magnis clamoribus res geri
tur:alia parte vrbis refracta a proditoribus porta:hoſtes
maiori agmine irruperūt. Ad eā quoq; portā cōcurſum eſt
ab Aretinis:ꝛ prelia multis ſimul locis eodē tpe cōmittū
Galli tur. Tandē maiorib⁹ hoſtiū copijs cōtinuo inſidātib⁹ vica
Aretiū tim ppe expugnata vrbs ad primā lucem capitur tota pre
capiūt. ter arcem. In eam cū inuētus ita vt armata erat refugiēs
egregie illā defendit. Per hunc modum Galli Aretium in
greſſi diripuerūt vrbē. Captū eſt aūt Aretiū a Gallis trien
nio fere poſtq̄ ab Italicis fuerat direptum. Florētie vero
vbi hec audita ſunt:terror ꝛ querela ciuitatē īuaſit. Terror
quidē p Gallorū ppinquitate:quā infeſtā ꝛ grauē ſuſpica
bant fore. Querela vero q2 hoc iā quidē futurū ſuſpicati/
remediū non adhibuiſſent in exulibus Aretinorū coercen
dis. Sed adfuit ſtatim doloris medicina:q2 eadē illa nocte
qua captū eſt Aretiū:certiſſimi nūcij Florētiam venerunt
de obitu Ludouici Andegauenſis:quē in Appulia morbo
cōſtabat interijſſe:quare paulo poſt ſignificātibus per iro
niā Gallis quaſi leta ꝛ pſpera ſe Aretiū cepiſſe:reſpōſum
eſt a Florentinis eodē figmēto:nō tā gaudere pro Aretio
capto q̄ dolere pro Andegauēſis morte. Nec eſſe q2 de eo
dubitēt:quū ꝛ genus morbi quo defunctus ſit/ꝛ horā obi
tus certiſſime ſciāt. Galli hec audientes ab initio contēne
bāt fictā rē arbitrati:magnoq; nixu intra vrbē ꝛ extra tēta
uerunt arcem ꝑuincere. Sed erat in arce egregia Aretino
rum manus:viri bellacea ꝛ impigri ad pericula obeunda.
Ii ſingulis dieb⁹ eruptionibus factis ita prelia ɔferebāt:
vt mirifice bellū accenderet. Obeſſi plures erāt ciuiū inter
ſe pares:non aduenā aliquē ſummā rerū delata erat:ſz vna
queq; dies ſuū habebat ducē. Ille vero cui⁹ ea die imperium
belli erat:ita pulchrū ducebat excellere vt nullū periculū
pretermitteret. Galli etiā p ſe natura feroces ab ijs ꝑuoca
ti ſtudioſiſſime aderāt. Structis aciebus incredibili virtu
te ante ipſam arcē pugnabat:nec leuibus certaminibus.
circa dies.ix.in hunc modū pugnatū eſt. Tandē Galli ob
mortē Andegauēſis conſilio mutato/nō vltra ꝑgredi:nec
Appuliā petere:ſz in Galliā redire ſtatuerūt. Ob hoc quū
pecunia opus foret d̄ dedēda Florentinis vrbe cogitare ce
perunt. Id vero quū intelligerēt Bochonis filij:totaq; il
la Gibellinorū factio quā cū Gallis in vrbē ingreſſa erat:acer
rime reſtiterunt. Fauebatq; his Bernabo. Mediolanēſ.q̄
noua affinitate cū Andegauenſi cōtracta:multū ꝛ autho
ritate ꝛ gloria apud Gallos valebat:ꝛ ſpe pecunie pol
licebatur. Sed expeditior viſa eſt Gallis Florentinorū via
ꝛ pecunia prōptior. Itaq; poſthabito partiū reſpectu:ad
Florentinos cōuertunt. Qui etiā arcē tenebāt ciues ꝛ Ca
roli pfect⁹ hoc idē cupiebāt:veriti lōgiorē obſidionē:ꝛ ne
Florēti vrbs in manibus aduerſariorū relinqueret formidantes.
ni ma- Miſſi ergo duo ex decē officialib⁹ balie pacti ſunt dare p
gna vi Aretio eis ɔcedēdo.xl.milia florenoꝝ ipſis Gallis q̄ ciuita
pecunie tem occupauerāt:ꝛ quinq; milia duci eoꝝ:ꝛ ꝛ alijs diuerſis
Aretiū perſonis circa.xv.milia. Et mēſe Nouēbris. M.ccclxxxiij.
recipiūt Galli ciuitatē Aretij dediderūt in manib⁹ Florētinorū ſo
a gallis luta pecunia. Prefectus aūt regis Caroli vt redderet arcē
quā tenebat:recepit.xviij.milia ſibi pmiſſa. Dñs Donatus
de Acciaiolis p cōi Florētie recepit arcē. Et Galli quidē
reuerſi ſunt in regionē ſuā prefectus aūt Caroli florētias
acceſſit:ꝛ de Florentia Neapolim ad Carolum narrans rē
geſtam. Qui totū ratum habuit libere Florentinis dimit
tens. Super quo gaudioſuz fuit feſtum Florentie celebra
tum. Miſſiq; ſunt capitaneus ꝛ poteſtas ꝛ alij ciues no
tabiles ad formandam ciuitatem ipſam Aretinam.

§.XII. De ꝓceſſibus ꝛ actibus

Urbani.vi.poſtq̄ dux Andegauie deceſſit e vita: ꝛ gentes
eius hincinde fuerūt diſperſe:licet aliquas terras obtinue
rit in regno:Carolus tamen potiſſimū dñabatur in regno.
Urbani Urbano aūt tunc placuit cū curia ſua e Roma Neapolim
pontifi ꝓficiſci:et inde nucerīā que per.xv.miliaria vel circa diſtat
cis ꝛ ca- a prefata ciuitate. Et quū ibi reſideret:diſſenſio nō modi
roli re- ca inter Carolū regē ꝛ Urbanū orta eſt. Cauſa fuiſſe dīr in
gis Chroñ.eo q2 Carolus cōcedere noluit certū aliquarū ciui
odia. tatum dominiū cuidā nepoti ſuo qđ ipſe poſtularat:quin
immo rex fieri fecit aliquā iniuriā Urbano. Adeo autē cre
uit indignatio inter pontificē inhumanū ꝛ regem ingratū
cui tamen fauebāt multi ex cardinalibus:vt pōtifex innue
ret eiſdem quaſi ablaturū ſe regnū:ꝛ cardinales regi fauē
tes tractarent eū a papatu deponedum. Ita indignatio et
ira exarſit inter eos:vt cōgregatis cardinalibus ante eum
Urbanus ipſe quoſdā pilleo priuauerit:aliquos incarcera
uerit ꝛ torqueri fecerit vt ſchiſma tentātes. Proceſſus for
mans contra eos vt contra hereticos. aliqui vero Neapo
lim aufugerūt. Qđ quū rex Carolus percepiſſet ſubito ob
ſedit Nuceriam:bellū exercens cōtra papā ſatis durū. Et
in eo captus fuit nepos pape:ꝛ poſitus in caſtro Oui ſub
fida cuſtodia. Quū aūt aliquādiu obſidio permanſiſſet: Ge
nuenſes oratores ſolēnes deſtinarūt in Galeis Neapolim
vt cōcordiā inter eos tractarent:ꝛ cōuentio inter eos nul
la haberi potuit. Anno autem. M.ccclxxx v.mēſe Maij ſz
chroñ. dñs Thomas de ſancto Seuerino cū plurib⁹ alijs
baronibus regni manu armata eduxerunt per vim Urba
num de dicto loco obſidionis. Licet aliqui dicant q2 in ha
bitu trāſſormato adiutus a quibuſdā religioſis occulte de
Nuceria abſierit. Qui Beneuentū ꝓficiſcēs:ꝛ inde Bariuz
in galeis Genuenſiū ibi paratis mare ingreſſus Genuam
tandē applicuit. Excōicauit aūt pōtifex Carolū cum pluri
bus alijs. Interea mortuo Ludouico rege Ungarie:vt di
ctum eſt:vocatus Carolus a baronibus Ungarie ad capiē
dum regnū id:quū illuc ꝓfectus aduenijſſet:vt ſoluere poſ
ſet ſtipēdiarijs ſecū in ſocietatē cōductis:predari fecit oēs
mercatores q̄ erant Neapoli ꝛ in alijs terris ſuis Florenti
nos dñtarat vt aſcēderet quātitas ablatoꝝ ad ſummā.xlv.
miliū florenoꝝ. Et interrogatus cauſam huius vſurpatio
nis:reſpondit aliā nō eſſe:niſi neceſſitatē ſuā vt poſſet ſecū
cōducere gentes armoꝝ. Quū vero Genue aliquandiu Ur
banus morā traheret:duo ex cardinalibus ſuis. ſ.cardina
lis Rauēnas patione Frigolanus:ꝛ dñs Galeottus de pe
tramala receſſerūt clā ab eo accedētes ad Clementem. Qui
honorifice fuerunt ab eo recepti ꝛ beneficijs amplificati:
ab Urbano vero excōicati ꝛ oībus bñficijs ꝑuati. ¶ Et q2
Neapoli Carolus dimiſerat vxorē ſuā Margaritā reginā
cū duobus pueris paruulis ex ea ſuſceptis Uentzeſlao ꝛ
Joanna ad gubernationē regni cum quibuſdā:ppls Nea
politanus tumultum fecit cum quibuſdā baronibus regni
cōtra reginam Margaritā ꝛ filiū:ꝛ quedā obtinuerūt ab
eis:vt amotionem quarundā gabellarū:ꝛ inſtituerunt ſex
gubernatores ciuitatis Neapolitane. Suſpicatum autē eſt
hoc proceſſiſſe ab Urbano hoc ſuggerente. Plures etiā ex
ipſis Neapolitanis papā ſollicitabant ad ꝓficiſcendū illuc
offerentes ei dñium ciuitatis:qđ quidē primo facere diſpo
ſuit:ſed maturiori cōſilio ductus mutauit ꝓpoſitū:ꝛ cōſide
rans ex hoc poſſe ſibi imminere periculū vite:nec poſſe au
ferre dñium a regina ꝛ filio ꝓpter multa obſtantia. ¶ An
no. M.ccclxxxvi. quū Urbanus recederet de Genua (vt di
citur in chroñ.) occidi fecit quinq; ex cardinalibus: quos Cardi-
incarcerauerat quum erat Nuceriē:ꝛ ſecū captiuos duxe- nales
rat:ꝛ ex Genua Lucā pertexit:vbi honore multo ſuſcept⁹ quinq;
p aliquot menſes manſit. Tunc ad eum Peruſini miſerunt ceſi.
decē ciues ex nobilioribus ſupplicantes vt Peruſium cum
curia ſua accedere dignaretur ꝛ ad placitum reſideret:ita ta
men q2 dñium ꝛ gubernatio ciuitatis apud eos permane
ret. Hoc tamen Florentini diſſuadebant ei:cautos reddē
tes ꝛ dubios ne per aduentum ſuum regimē ciuitatis amit
terent. Uerumtamen quia papa plura poſtulabat a Peruſi
nis:que illis viſum eſt non cōcedenda:vacui reuerſi ſunt
nil concludentes. ¶ Ea tēpeſtate dñs Rainaldus Urſin⁹
abſtulit eccleſie ciuitatē Cornetanā:in qua tunc erat cardi
nalis Urſinus:ꝛ paulo ante ſibi eam vſurpauerat vrbē ve
terem ꝛ Spoletum omnēq; illā regionem. Aquilam quoq;
ciuitatem regni Appulie poſſidebat tyrannice:ſe vocitans
comitem Caglacozum. Cardinalis aūt prefatus Urſinus le
gatus Urbani abſtulit ciuitatem Narnij Bucciolo cōſor
ti ſuo:quam ſibi vſurpauerat ꝛ caſtella plura:ipſum etiaz
Bucciolum captiuauit. ꝛ ciues Amelie ciuitatem ipſam ei
ſponte tradiderunt. Dum Urbanus adhuc Luce morā tra
heret:Florentini per ſuos oratores pluries ſupplicarūt ei
dem ꝛ exhortati ſunt:vt pacem componeret in regno Ap
pulie:faueretq; filio Caroli Uentzeſlao:ꝛ bellum a Bo
nonia amoueret:de Peruſio ꝛ Typherno nō ſe intromitte
ret:ſed liberos dimitteret. Uerba bona reddebantur in ge
nere:ꝛ in ſpecie nil concludebatur.

§.XIII. Anno Milleſimo. ccc-

lxxxvij. mēſe Maij copie eccleſie ac Romanorū dum obſi
derent Uiterbium:cui tunc dominabatur prefectus Uici
tyrannice:multaq; dāna inferrent incolis:vna olez Uiter
bienſes arma corripiētes inſurrexerūt cōtra prefectum dñz
ſuum:ꝛ captum occiderūt in fruſta cōcidētes. Nō tñ ſe tūc

eccleſie reddiderūt:ſed quū propiqui prefecti qui plura ca
ſtra eis vicina poſſidebāt:tūc multū eos infeſtarent bellū
inferēdo:ad ea vitāda ſe eccleſie tradiderūt:intra vrbē re-
cipientes cardinalē Urſinū legatū:nec tū p hoc immunes
fuerūt a prelijs. ¶ Sequēti mēſe Julij miſit Clemēs anti-
papa qui reſidebat Auinione:oratores Florētiā:vt ei obe-
dientiam exhiberēt ſuadēs:⁊ cōtra Urbanū qui adhuc Luce
erat armarent:ſed nil obtinere potuerunt. ¶ Mēſe vero
Auguſti quū prepararet ſe Urbanus ad eūdum Peruſium:
timētes Peruſini ne bellū ipſe ſuſcitaret cōtra Eugubium
vrbē:⁊ inde potentiā ſuā augeret:ideo ligam fecerunt cum
dn̄o Rainaldo Urſino/⁊ cū comite Butonio dn̄ante Eugu-
bij ad defenſionē ſtatuū ſuorū adinuicē. ¶ Menſe Septē-
bri ſequenti Urbanus predicari fecit crucem contra dn̄m
Othonē de Breſuich:⁊ dn̄m Thomā de ſancto Seuerino q̄
Neapolim occupauerāt:cōcedēs indulgentiā q̄ data eſt his
qui pergunt ad cōqueſtū terre ſancte/pgentibus cōtra pſa
tos dominos. Parū tū vel nihil per hoc profecit:q2 nullus
aſſumpſit arma cōtra predictos. ¶ Circa finē eiuſdē mēſis
Urbanus recedēs de Luca/pfectus eſt Peruſiū cum octo
cardinalibus ⁊ ſexcētis lāceis aſſociatus per maritimā Se
nenſium:territorio Florētinoꝝ omiſſo:q2 indignatus erat
erga eos. Peruſini vero eū honorifice ſuſceperunt. In re-
ceſſu vero ſuo frenū equi fractū eſt:⁊ mitra eius de capite
cecidit:qđ in malū omen quidā interpretati ſunt. Tria aūt
Peruſini ſupplicātes deprecati ſunt pontificē.ſ.ꝙ regionē
in pace tenere niteretur:bene ſe haberet cū Florentinis:ac
reſidentiā ibidē faceret. Quibus reſpōdit pacē rē bonam
eſſe:ſed prius intēdebat terras eccl'ie inuaſas ſibi reſtitui.
De cōcordia vero cū Florētinis ꝑtunc nō eſſe tractandum:
q2 ſemꝑ optauerat pacē ⁊ amicitiā cū eis:⁊ nec potuerant
ad hoc humiliari. Et quū dn̄s Rainald⁹ Urſin⁹ infeſt⁹ eēt
territorio Peruſinoꝝ hoſtiliter diſcurrēs p regionē:et Peru
ſini legatos miſerūt Florētinis:cū quib⁹ Rainald⁹ erat col
ligatus:exponētes querelas cōtra illū. Inſuper ſuadentes
vt oratores mitterēt ad Urbanū p recōciliatione cum eo
fienda. Et quum miſſi fuiſſent duo milites:dn̄s Rainaldus
Gyanfiliatius/⁊ dn̄s Otho Caſtellanus:graues ei fuerunt
etiam ad videndū:⁊ data eis repulſa vt amplius ad eum non
accederēt. Super quo Peruſini valde indignati ſunt con-
tra pōtificem:talibus verbis vſi cōtra eū vt aliqū eos ipſe
formidaret. ¶ Quū vero cardinalis Monopellanus Urſi
nus eſſet Uiterbij vicarius p eccl'ia:placuit pōtifici alium
deſtinare vicariū. Sed prefatus cardinalis populū commo
uit ad nō admittendū illū. Quo reuerſo Peruſium Urba-
nus de eius repulſa nō parū turbatus eſt. Mittēſq; p car
dinale ipſo quū ad eum accederet:in via eum capi fecit et
carceri mancipari. Propter hoc Cola Urſinus germanus
dicti cardinalis in vindictam abſtulit Narnium eccleſie et
Interānum:prede eas exponens:qui tamē prius eas eccleſie
reacquiſierat. Pontifex tamē ſubito miſſis copijs Narnium
reſumpſit conſentiente populo:quis dictus Cola in arcem
refugiens eam aliquo tempore retinuerit.

§. XIIII. Nouēbri ſubſequente

Clemens antipapa deſtinauit ſolēnes oratores ex Auinio
ne Florentiā. Qui honorifice ſuſcepti ſunt:quibuſdā nobi-
libus obuiam eis egredientibus. Magiſtratus tū ante au-
dientiam eoꝝ/vt viri timorati voluerūt habere cōſilium a
venerabili ſacre pagine pfeſſore magiſtro Aloyſio Marſi-
lio ordinis eremitarum peritiſſimo viro ⁊ laudabilis vite
ac fame eximie:vtꝝ ne liceret illos legatos audire. Quib⁹
vir ille magni cōſilij reſpōdit licite fieri poſſe:q2 exponēdo
rē vtilē chriſtianitati poterūt iuuare ⁊ executioni mādare.
Si contrariū pponerēt:nō exequi illa:ſed eos licentiare a
ciuitate. Qđ fuit obſeruatū. Cōcluſio aūt orationis expo-
ſite erat:ꝙ cōitas Florentinorū operā daret/vt fieret con-
cilium vniuerſale:in quo determinaret vter e duobus ver⁹
eſſet pōtifex ⁊ alter apoſtaticus. Et ſi in cōcilio ipſo deter-
minaretur ipm̄ eſſe apoſtolicū:decernebat Urbanū facere
cardinalē ſuū. Si aūt iudicaret Urbanus papa legitimus
ſe totū ponebat in manib⁹ ei⁹:vt de ſe diſponeret qđ ei pla
ceret:⁊ multūq; cōmēdantes c ōitatem ipſam multa obtule-
runt:⁊ inter cetera vt Clemēs faceret Florētinos vicarios
in terris eccleſie vicinis ſibi:⁊ in terra eoꝝ reditus eccleſie
nulli darentur:ſed tenerētur ſequeſtrari p cōmunitatem
vſq; ad determinationē cauſe:poſtea declarato p cōcilium
illi cōſignarentur. His auditis habuerūt magiſtratus ma-
turū conſiliū:⁊ tractatū adinuicem:⁊ poſt aliquot dies re-
ſpōſa dedere. In primis q2 nō videbat ſpectare ad eos de
cōcilio tractare:ſed ad reges ⁊ principes maioris poteſta-
tis:quos tū ad hoc ipſi ſollicitarēt. Quantū vero ad obediē
tiā ⁊ inherentiā pape:nō intēdebāt aliquo modo diſcedere
ab eo qđ hucuſq; tenuerāt:quouſq; per eccleſiā ſeu conciliū
aliud determinaret. Sicq; legati dimiſſi ſunt fruſtrati ſua
intē tione. ¶ Circa idē tēpus rex Frācie miſit oratores ſo-
lennes Florentiā:ſignificātes:ꝙ Ludouicus ſeu Loyſius fi
lius.ſ.eius qui prius venerat in Italiā dux Andegauie/rex
Hieruſalem ⁊ Sicilie:vna cū matre ſua veniebat in Italiā
ad cōquirendū ex integro regnū ſuū Sicilie. Quapropter
ab eis poſtulabat auxiliū:vel ſaltem ꝙ aduerſario ei⁹ non
preſtarent fauores cōtra ipm̄. Suadebant inſuper vt obe-
dientiam Clemēti exhiberēt:pluribus rōnibus declarātes
ipſum ſolū verū eſſe Romanū pōtificē. Ipſis aūt reſponſum
eſt Florentinos nemini partiū exhibituros adiutorium:niſi
operam daturos iuxta poſſe eorū ad cōcordiā ipſorū. Obe-
dientiā vero alteri q̄ Urbano dare nō velle:ſed in ea pma
nere vſq; ad determinationē cōcilij:ad qđ celebrandū ipm̄ Ludoui
⁊ alios principes hortabant. ¶ Eodē anno miſit Loyſius cus An
dux Andegauie quinq; galeas armatas Neapolim in ſubſi dega-
dium illorū q̄ ciuitatē illā p eo tenebāt. Ut aūt applicuerūt uie dux
illuc:ceperūt duas galeas ex trib⁹ quas regina Margari naues
ta mater Uuentzeſlai tenebat circa portū ad impugnandū mittit i
Neapolim. Tertia fugiendo euaſit. Clemens aūt antipapa App u-
Auinione reſidēs/licētiā dedit his q̄ Neapolim p duce An- liam.
degauie retinebāt:⁊ vt vēderent vaſa aurea ⁊ argētea eccle-
ſiarū cōflata:vt ſtipēdia poſſent militibus cōductis pferre.
Inde notabile detrimentū illatū eſt eccleſijs. Multa igit̄
prelia peracta ſunt in regno Appulie inter ciuitates q̄ regi
ne Margarite ⁊ filio adherebāt:⁊ eas q̄ ducem Andegauie
vt dominum recognoſcebant. vnde penuria maxima ſecuta
eſt victualiū vt cōplures fame deficerēt. ¶ Pōtifices vero
inter ſe cōtendētes de papatu Urbanus ⁊ Clemēs:alter al
terū dieb⁹ ſolēnibus excōicatum pnūtiabat vt ſchiſmati-
cum cū ſequacib⁹ ſuis. Inde magna cōfuſio in chriſtiana re
ligione ſequebat̄. Dabaturq; magna occaſio delinquendi.
Nā quū prelatus aliquis vel religioſus pmittebat aliquē
exceſſum:de obedientia vnius trāſibat ad alium quaſi ab-
dicās ſchiſma. vnde nō ſolū nō puniebat̄ exceſſus:ſed com
mendabat̄ ⁊ venerabat̄ impi⁹. ¶ Anno aūt dn̄i. M.ccclxxx
viij. mēſe Auguſti:Urbanus receſſit a Peruſio cum copijs
Anglorū:vt pgeret Neapolim ad capiendā ciuitatem. Sed
quū eſſet iuxta Narniā:orta eſt diſſentio inter capitaneos
ſtipendiariorū. Nā multi eoꝝ iā cōducti a Florentinis so-
luerūt cū eo pgredi:ſed fidē ſeruare q̄b⁹ ſe obligauerant
Remāſerūtq; cū pōtifice ducēti eq̄tes:⁊ cū q̄b⁹ pfectus vſq;
Florentiā ciuitatē Cāpanie. Et nō multo poſt reuerſus eſt
ad vrbem:⁊ nō gratioſe receptus a Romanis. ¶ Anno autē
M.ccclxxxix. fuit magna cōtrouerſia inter Urbanum ⁊ po
pulum Romanū exorta:ex eo ꝙ papa elegerat in ſenatorez
Rome quēdam:quē Romani ſuū inimicū reputabāt:⁊ po
pulus arma corripuit. Quidā aūt vt mediatores cōcordiaz
poſuerūt inter eos:illo, dimiſſo,in ſenatoria dignitate. Et
papa vt populū ſibi beneuolū redderet:indixit et publice
predicari ⁊ diuulgari fecit per regiones generalē indulgen Jubilei
tiā iubilei in vrbe p anno ſequenti:nō tū habita fuit in de promul
uotione fidelium:ſicut illa de centenario:⁊ poſtea de quin gatio.
quagenario. Unde ⁊ modicus ex eo concurſus fuit in vrbē
ppter talem indulgentiā. ¶ Circa idē tempus cardinalis
Rauēnas a Clemēte deſtinatus fuit Florentiam querens
multis pmiſſionibus Florentinos auertere ab obedientia
Urbani:⁊ non valuit. Nam cū Urbano erat dn̄s Angelus
de Acciaiolis ab eo factus epiſcopus Florentinus et poſt-
ea cardinalis:qui per ſuos amicos ⁊ cōſanguineos in ciui
tate potētes defendebat partes Urbani. Demum cardina
lis Rauennas collectis copijs bellatoꝝ cum pecunijs ſibi
ab antipapa tranſmiſſis:profectus eſt ad vrbem veterem:
⁊ iunctus in federe cū dn̄o Rainaldo Urſinate:bella mo-
uens diſcurrebat hoſtiliter contra terras quas poſſidebat Morit̄
Urbanus. ¶ Demū in Septembri Urbanus Rome oīem vrban⁹
clauſit extremum anno dn̄i. M.ccclxxxix. eccleſiamq; dimi papa.
ſit ſatis depauperatam ⁊ conquaſſatam. Et a quibuſdam
fuit opinatum veneno eū fuiſſe extinctum:ex eo ꝙ corpus
eius multum intumuit etiam poſt mortem:⁊ credentiari⁹
eius paulo poſt eum migrauit.

§. XV: De geſtis in diuerſis re

gnis ⁊ tēporib⁹ pretaxatis circa annū dn̄i. M.ccclxxxv. re-
uertendo. Rex Appulie Carolus poſtq; Ungariam adue-
niens regni prefati coronā accepit in Alba regali ciuitate:
ad hoc operam dantibus Gyanbono vno ex primoribus
regni illius baronibus:⁊ quibuſdā alijs de cōſenſu ⁊ volū
tate marie filie olim Ludouici regis Ungarie:⁊ Iſabette
(vel Iſabelle ſiue Eliſabethe matris eius ⁊ vxoris dicti
Ludouici:quibus ipſe moriēs dimiſerat regnū:⁊ ipm̄ poſ
ſidentes renūtiauerant Carolo ſeducte falſis pmiſſiōib⁹.

vbi

Caroli Regis appulie ⁊ vngarie decedes.

Una dierū quū Carol⁹ eſſet in camera palatij ſui Bude ad reſpiciendum tripudia puellaꝝ:procurante regina Jſabetta vxore olim Ludouici:que tunc ſecum erat:in eodem loco vulneratus fuit ad mortē a quodam milite nuncupato Fracaſſo balogio cum alijs armatis. Uulneratus aūt fuit ductus ad Miſinghardū vt curaretur:⁊ ne euaderet:venenum additū fuit. Mortuus aūt delatus fuit ad quandā eccleſiam ſine honore:quinimmo qꝛ excōmunicatus fuerat ab Urbano ſepultura eccleſiaſtica caruit:iuſte deo ſibi retribuente ſm opera eius:qui ⁊ matrē ꝓpriam vt dicitur ī chroñ. interire fecerat:⁊ eccleſiā perſecut⁹ fuerat. Quum aūt innotuit Florētie coronatio eius. viij. Februarij/maximum feſtū factū eſt. Nā pulſato ad parlamētū litere ſuper huiuſmodi lecte ſunt publice:ſolēniter ꝓceſſio cū miſſe celebratione:ferie demandate:haſtiludia peracta ⁊ paleſtre. Sed qꝛ gaudiū hypocrite. ſ. mundi ſuauis apparentis/ ed nō vere exiſtentis:adinſtar puncti:vix tāto feſtiuitas fines habuerat:⁊ luctus ⁊ gemitus eodem mēſe populo nunciatur de morte ipſius Caroli:⁊ in dolorem ⁊ fletū verſa ē cithara. Ex eius aūt morte magne nouitates ſecute ſunt in regno Appulie bellorū ⁊ deuaſtationū inter ſectatores regine Margarite vxoris Caroli ⁊ adiutores partis ducis Andegauie. ¶ Anno vero ſequenti quum regina Jſabetta per ſuos fideles aggreſſum feciſſet in Byambonum ſupradictum ad capiendū eū:licet modicam comitiuā ſecum haberet:ita viriliter operatus eſt:vt nō ſolum illeſus euaderet manus eorū:ſed ipſe accepit matrem ⁊ filiam reginas.

Interfectoꝝ caroli ſupplicia.

Fracaſſum balogium interfecit cū omnibus alijs qui operati ſunt ad mortem Caroli:⁊ capita eoꝝ tranſmiſit Neapolim ad reginam Margaritam vxorē Caroli. Miſerūt aliquando Florentini legatos ſuos ad partes vtraſq; ſi forte fieri poſſet concordia inter eos de iure regni per contractū matrimonij inter filiū ducis Andegauie ⁊ filiam olim Caroli Joānam. Per hoc enim videbatur pax in regno poſſe haberi. Sed nihil eſt obtentū. ¶ Cardinalis de Francia factus patriarcha Aquileieñs venit Frigoliū vt acciperet poſſeſſionem eius. Et quū ei reſiſterēt Utinenſes:cardinalis auxilia queſiuit a dño Paduano. Cuius ſubſidio eſſi partem Frigolij obtinuit:Utinēſes ſe defenderunt ſecreto adiutorio Uenetorum:ne dñs Paduanus ibi dñium acquireret. ¶ Circa id tēpus infideles qui dicūtur Mauri/diſcurrentes per mare Siculum cū ſuis lignis:ceperūt aliqua nauigia chriſtianoꝝ:que ad partes ſuas aducētes ſeruos vendiderūt inuentos in eis. ¶ Eadē tēpeſtate dux Loncaſtri filius regis Anglie cū magnis copijs tranſiuit in Hiſpaniam ad eam ſibi ſubiugandam:pretēdēs ius in regno illo habere:⁊ ad eum pertinere ratione vxoris ſue:q̄ filia erat Petri Hiſpanie ſine maſculis decedētis. Multa prelia aduerſus Hiſpanos cōſtituit:in quib⁹ ⁊ magnas obtinuit victorias territorij tamē illius nil acquirēs/ad ꝓpria cum ſuis reuerſus eſt. Miſerat eñi rex Frācie magnas copias ad regē Hiſpanie in auxiliū:vt ſua tueret contra Anglicos:⁊ ne ei regnum auferrent. vnde preualere nō potuit:ſed poſtea pax ſecuta eſt inter eos. ¶ Ipſo anno ſcʒ. M.ccclxxxv. rex Frācie fecit maximum apparatū bellatoꝝ:⁊ ꝓfectus eſt ad capiendum regnū Anglie cū claſſe maris. ſ. cū octingētis nauibus magnis ⁊ alijs paruis lignis ſine numero:in quibus erāt decē milia militū nobiliū:⁊ quadringēta milia aliorum armigeroꝝ. Et quū applicuiſſent Brugas:ꝑ mēſem oportuit eos ibi ꝑmanere:qꝛ erat eis vētus cōtrarius. quādobrē ꝓpter incōmodum tante dilationis rex licentiā dedit oib⁹ qui ſecū venerāt ad ſuos redeūdi. ipſe aūt Pariſios eſt reuerſus. ¶ Eo anno dux Auſtrie Leopolus captus fuit et occiſus a ꝓpriis ſuis:ex eo q̄ imponebat eis taleas ⁊ grauamina indebita:ad que nō erāt obligati. ¶ Sequenti anno Mauri cū nouē nauigijs venerūt vſq; ad inſulē Gelbe:ibiq; captis pluribus lignis ⁊ chriſticolis in regionē ſuam duxerunt ſeruituri captos addicentes. ¶ Ipſo anno. M.ccclxxxvij. quū regina Maria filia Ludouici regis Ungarie aliquo tēpore fuiſſet in honeſto carcere detenta a quodam qui dicebatur Prior Uarane/in quodā ſuo caſtro Sclauonie:quidā proceres Ungari obſederunt dictū Priorem in alio ſuo caſtro:⁊ vt illā reginā liberā dimitteret:⁊ quū multum vigeret coactus fuit illā relaxare. Quā illi heroes cū honore ſuſcipiētes in Ungariā reduxerūt ad cōiugem ſuū Marchionem Brādiburgi. ¶ Eo anno magna nouitas et altercatio orta eſt in Anglia nobiliū cōtra regem Anglie:ex eo qꝛ quū tēporibus retroactis cōſuetū foret:vt rex ipſe cōſiliū acciperet ab ipſis nobilib⁹ in agēdis ⁊ diſponendis in regno:tūc illis reiectis conſilia capiebat a quibuſdā popularibus. Demū nobiles inſurgentes ꝯtra ānq; populares q̄ cōſiliarij regis erant:manu armata quatuor ex ipſis ceperūt:quoꝝ popularium duos in quatuor partes ſciderūt tertiū decapitarūt:⁊ quartū q̄ erat ep̄s/beneficijs ſuis priuarunt:quintus per fugā manus eorū euaſit. Tūc etiam Amorathabay vnus ex infidelibus principib⁹ inimicus chriſtianoꝝ inuaſit Albaniā:⁊ regionē deuaſtauit. Et quū Mauri cū ſeptē nauigijs frequēter multa dāna ⁊ rapinas inferrēt chriſticolis in mari circa Siciliā/Sardiniā/Cathaloniam/ ⁊ Prouinciā/Siculi/Genuēſes:⁊ alij ad obuiandum hmōi illorum incurſibus armarūt ſimul plures galeas et naues cōtra illos. Quibus territi maligni illi fines ſuos nō ſunt egreſſi. Quinimmo claſſis Uenetoꝝ ⁊ Genuēſiū ⁊ aliorum armata cōtra dictos mauros diſcurrētes ꝑ littora Aphrice occiderunt vltra duo milia infideliū:⁊ ceperūt inſulā Gelbe/eam cōferentes comiti Manfredo de Claromonte anno domini. M.ccclxxxviij. ¶ Anno vero. M.ccclxxxix. in partibus oriētalibus in Ruſſia fuerūt magna prelia ⁊ occiſiones inter Amorathabay dñm Turcie ⁊ Lazarum dominum Ruſſie. Demū Lazarus in bello captus fuit:et Amorathabay vulneratus letaliter:ita vt poſt triduum moreretur.

§. XVI. Ad partes Jtalie precipue ad ea que geſta ſunt in Longobardia et Tuſcia: et de diſſenſionibus inter ducem Mediolanenſem ⁊ Florētinos hiſtoriam reſtringendo annum. M. ccclxxxv. reſumimus:

in quo quidem ſm chroñ. quum duo ex vicecomitibus Mediolani dominiū exercerēt. ſ. dñs Joānes Galeatzi⁹ comes virtutum tūc nuncupatus:alter vero dñs Bernabo auunculus eius (hunc alij Barnabbā vocāt) qꝛ regnum duos nō bene capit:prefatus Joannes Galeatzius affectans ſolus dominium obtinere:modum querens ad capiendum Bernabonem ſine conflictu armorum:ſimulauit ſe ex voto vel ſua deuotione pergere ad indulgentiam cuiuſdam eccleſie iuxta Mediolanum. Sumpta ergo comitiua non modica:quorum aliqui inermes alij occulte armati:vt nil ſuſpitionis ingereret:cum menibus Mediolani appropinquaſſet. Bernabo qui ibi reſidentiam faciebat:hoc audiēs ⁊ cauſas acceſſus:obuiā perrexit cū paucis armis vacuis:vbi nulla erat ſuſpitio per modum viſitationis:⁊ velut alter Judas eo ſalutato eū a ſuis capi fecit ⁊ duci in carcerē diligētiſſime cuſtoditum. Sic Mediolanum ſolus arripuit: et paulo poſt ciuitates quas idē poſſidebat. Diuiſerāt eñi ciuitates plures Lōgobardie ſeu Gallie citerioris inter ſe:vt aliquibus dñaretur Bernabo cū filijs ſuis:alias Joannes Galeatzius poſſideret a patre mortuo Galeatzio ſibi relictas. Jn ipſa enim diuiſione dñij inter ſe Placentia Parma/Cremona:Laudo:Brixia/contigerant. Bernaboni. Galeatzio vero Papia/Uercelle/Nouaria/Tortona ceteręq; ciuitates ad alpes verſe obuenerunt. Mediolanum vtriq; commune relictum eſt. Et adoleſcens quū eſſet:filiā regis Frācie duxit vxorem. Qua mox defuncta:pro ſtabiliori cōcordie vinculo Bernabonis filiam in matrimonium accepit.

Joannis Galeatzij dirū de Bernabone et patruo ⁊ ſocero parricidium.

Bernabone igit̄ ſic mortuo:filij eius duo aufugerunt:⁊ Joannes Galeatzius oēs ciuitates Bernabonis in propriū dñium accepit. Pro ſua aūt excuſatione rei tā enormis:quum nō ſolum auunculus eſſet:ſed et ſocer:diuulgari fecit ideo factū qꝛ veneno queſierat illum extinguere. Nouit ille qui nihil ignorat eius rei veritatem. Non poſt multos dies in carcere illum veneno perire fecit. Sicq; crudeliſſimus tyrānus in multis proditor:ꝑſecutor eccleſie:ſm exigentiā operum ſuorū mercedē congruā recepit Bernabo ipſe.

Bernabonis aſtutia.

Dicitur aūtē quum eſſet Bernabo in carcerē truſus:rogaſſe quendā ordinis minoꝝ ſibi trāſmitti ad eius cōfeſſionem audiendā:qui ei valde ſimilis erat. Quo ad ſe veniēte poſt multa colloquia quū receſſurus eſſet:accepit Bernabo ipſe habitum fratris veſtimentis ſuis induens eum. Tranſiens aūt ꝑ primam ⁊ ſecundam cuſtodiam propter ſimilitudinem vultus incognitus fuit. Sed quum perueniſſet ad tertiā:Bernabo ad carcerē arctū fuit reductus. ¶ Eo tēpore quum Nicola⁹ Marchio Eſtenſis longo tempore dñium tenuiſſet Ferrarie vt vicarius eccleſie:populus tumultuās arma arripuit violentia quadā exigens a Marchione vt traderet in manibus eoꝝ dñm Thomā Tortonēſem:qui exactor erat ꝓ collectarū ⁊ gabellarum. Quē interficientes in fruſta minuta conciderunt. Sed ne rumor vel ſeditio augeretur:iſte Marchio diſſimulans ſe muniens cum gentibus armorū:plures ex eis qui ad homicidium id cōcurrerant/acriter puniuit:aliquos palam occidēdo:alios clam. addiditq; fortalitia in Ferraria.

Coꝝ famulia de Petramala cognomis.

¶ Ipſo anno mēſe Maij Barptolemeus dñi magi de Petramala principalis illius familie Florentiam adueniens:ſe ⁊ omnia caſtra ſua poſuit in manibus dominorum Priorum ⁊ collegarum eorum. Qui de cōmuni conſilio decreuerunt q̄ reſtitueret cōmunitati Florētie Anglare caſtrum:⁊ quedam alia caſtella que erāt de iuriſditione Aretinorum. Et de caſtellis ei remanentibus fecerunt cum nanſ.

cōmendatum Florentine cōmunitati. Et per modū cenſus omni anno in natiuitate Joānis baptiſte pallium offerret eius eccleſie. Inſuper ſtatuerūt centum florenos ſibi dari a cōmunitate menſatim per decē annos pro puiſione ſua. Et hic fuit principium totius ſtirpis eorū de Petramala. nam et a Marco filio domini Petri ablatum fuit caſtellum ipſum Petremale et dirutū: ac etiam omnia alia caſtra eorum de Petramala abſtulerūt/vel violentia illata/vel pactione media. Que omnia ſpeluncas quaſi latronū ad predones retinendum quū diu poſſediſſent ipſi de Petramala: et fuerant tamen prius iuriſditionis Aretinorū: ideo Florentini ea voluerunt habere habito principali.

§.XVII. Eadē tempeſtate mutatus eſt ſtatus regiminis in ciuitate Senenſi.

Nam quum gubernaretur per infimos plebeios: nobiles et cum eis populares mediocres inſurrexerūt ꝯ dictos plebeios: aliquos ex eis interficientes: alios proſcribentes propter eorū mala opera. Ipſiq; nobiles cum populo regimē aſſumpſerūt ad hoc adiuti a Florentinis. Fuit tūc temporis magna cariſtia omnium ad victum pertinentium. Nam ſextariū frumenti vendebatur quadraginta ſolidis et uſq; ad quinquaginta. Vini congium tempore vindemiarum octo. Olei vrceus libris nouem. Carnes quoq; in caro foro erant. Et niſi communitas prudenter et charitatiue prouidiſſet frumēta ex aliis locis procurando: maxima penuria fuiſſet. Ex frumento conducto cōmunitas amiſit de precio dato circa triginta milia florenorū. ſi tamē amiſſio diminutio dici debet et nō potius augmentatio meritorum et dilatatio beneuolantie ſuorū ciuium. Quo etiā tēpore multi nobiles comitatus Aretii ſe cōmendatos fecerunt cōmuni Florentie cum ſuis caſtellis: vt comes montis de glio: et aliqui ex Vbertinis: per modum cenſus offerētes palliū in feſto beati Joānis baptiſte. ℂ Anno vero. M.ccclxxxvi. quū eſſet diſſenſio inter populū Eugubinum et dnm̄ Antonium comitem Vrbinatē: qui tyrannice Eugubium poſſidebat. Florentini vt ponerent cōcordiam inter dictū comitem Vrbinatē et Eugubinos: miſerunt vnum ex ciuibus oratorem ad eos. Qui comes quum ſaluum cōductum ſeu ſecuritatem conceſſiſſet oratori et oībus cū eo veniētibus: inter ceteros orator ſecū adduxit Eugubium dnm̄ Franciſcū de Gabrielis: q̄ caſtellum poſſidebat Cantiani. At ingreſſos Eugubiū tam oratorem q̄ dnm̄ Franciſcū captos carceri mācipauit. poſt paucos tamen dies oratorem a carcere liberauit. cum dn̄o autem Franciſco in carcere conſtituto pacem compoſuit: vnam ex arcibus Cantiani ſibi retinens: alterā illi concedens. Non ferentes autē tantam iniuriam in violatiōe ſui legati cōtra ius gentiū Florētini: collectas copias equitum et peditum cōtra dictum comitem Antonium miſerūt que hoſtiliter diſcurrentes circa Eugubiū et Vrbinum damna et deuaſtationes plurimas inferētes/ad portas vſq; Eugubii attigerunt. Quāobrē ne deteriora pateref: coact⁹ fuit comes prefatus reſtituere libere dn̄o Frāciſco ante dicto Cantianum: et pacē cum Florentinis facere: ac commēdare ſe communitati Florētine cū terris ſuis: et pro cenſu annuo pallium offerre in feſto beati Joannis: exules inſuper in Eugubium reducere. ℂ Eodem anno Lucinianum oppidū de Senenſibus eſt receptum. Tenuerant enī id oppidum Senenſes longo tempore/per Aretinorum diſcordias ac ſeditiones ſuſceptum. Sed poſtq̄ Aretium in poteſtatem eorum deuenerat: repetitū a Florentinis ac receptum eſt ex Bononienſium ſentētia: quibus ea cōtrouerſia cōmiſſa ē. Tunc etiam Suſinana et Coleretum et alia quedam Vbaldine gentis caſtella per Apēninum ſita ad ſolū diruta ſunt. et hoc creſcente ſuſpitione Joānis Acuti: qui ex ea familia reliquus militie dedita opera famā ingētem ac potentiam ſibi cōparauerat. Et tunc magni dux belli q̄ Patauin⁹ cōtra Veronēſem gerebat inſignis victor prelio: ſermone ac fauore plurimo celebratur. Quia vero cōfectum erat bellum: ferebāt multi in Hetruriam eſſe venturus. Ne igitur inuitamēto paternarum arcium pelliceretur: arces illas diruere placuit. ℂ Principio inſequētis āni ſcz. M.ccclxxxvi. turbationes domi graues exorte ſunt ex hmōi cauſa. Benedictus erat Alberti eques Florentin⁹ ex familia magna et opulenta. Ipſe tamē potius ſuo ingenio q̄ agnatorū voluntate/in turbulētis illis tēporibus cum Thomaſio Scala et Georgio Scala ſenſiſſe videbaf: multaq; in republica nocuiſſe. Supplicio certe illi q̄ de ciuibus egregiis ſumptum eſt: armatus adfuerat. Hunc mutato poſtea rei publice ſtatu: ciues qui redierant: precipue vero interfectorum propinqui: oderāt plurimū egreq; patiebantur. Quumq; ſortitionibus magiſtratuum (que. iii. kal. Maias fieri conſueuerūt) vexillifer ſocietatis benedictus extractus fuiſſet quem magiſtratū. viii. idus Maii erat initurus: et forte contigiſſet vt eodē illo tēpore Philippus Magalottus eques Florentinus eius gener vexillifer iuſtitie futurus eſſet: homo iuuenis et authoritati illius maxime obnoxi⁹: metuere aduerſarii et inſurgere ceperunt: nequaq̄ permiſſuri vt tantam nanciſceretur poteſtatē. Et arma quidē ſtatim parari ſunt cepta: occulte primo: mox apertius ex agro et clientelis in vrbē accita. Deinde a genero incipiētes obiecta ſibi minori etate: nec tanti magiſtratus capaci: effecerūt vt magiſtratus illi negaref. Alterq; in eius loco ſortitus eſt ex intimo aduerſariorū (vt ita dixerim) ſinu. Is quum magiſtratum iniiſſet: et aduerſariis Benedicti faueret: tandē ille pulſus vrbe relegatur. Relegatus item cū eo Cyprian⁹ ei⁹ agnatus: et magne parti familie interdicta reipublice adminiſtratio. Ad ciues deinde eius factionis conuerſi multos pepulerunt: multis interdixerunt rempublicā gerere. Ita purgata vrbe perculſaq; contraria factione: ipſi certius et firmius gubernationem aſſeruere.

§.XVIII. Per hec ipſa tpa ſuſpitio de Joāne Galeatzio Mediolanenſi indies creſcens magis ac magis ciuitatē premebat.

Joannes Galeatius Medio lanēſis.

Nā ab initio ſui dominii adoleſcēs trāquillioris vite quū auidus putaref: eminebat tū in eo forma egregia: et mores ad grauitatē cōpoſiti: et ſeu vera ſeu ficta bellorū deteſtatio ac turbationum. Etſi gener Bernabonis effectus qui erat auiculus: nec eo modo ſublate ſuſpitiones: adeo eſt inuida dominādi cupiditas: et quo tutior fieret: Mediolano abſiſtens/Papie degebat. Magnaq; illi cura erat paternas veteres amicitias tuendi: nouas inſuper cōparandi: manſuetudine vel clementia cōciliare ſibi animos hoīm pperabat. Hec per ſe grata acceptiora faciebat Bernabonis acer immitiſq; natura que re et fama pſperior et populorū fauor ſullenē ꝯplectebatur. Tandem quū capto Bernaboue et mortuo (vt dictum eſt) omne dn̄ium eius ſibi adſcripſiſſet: ſuſpicio ſubinde et formido nō parua orta eſt Florētie de eo. Poſtmodū feruēte inter Patauinū et Veronēſem bello: quū duo inter ſe cōflictati imbeciliores eſſent effecti: repente ſe immiſcuit eorū certaminibus: et Patauino cōiunctus Veronēſem deleuit. Veroneq; et Vincētie dn̄s factus: ad priorem potentiā magnum ſuperaddidit incrementū. Nec multo poſt aduerſus Patauinū ſuſcepto bello: iſtm quoq; dn̄atu ſpoliaturus videbatur. Nec immerito illius magnitudo a liberis populis formidabaf. Preſertim quū in Bernabone et in Patauino deprehēſus eſſet: aliud frōte ſimulare: aliud corde ſentire. Itaq; quāto ſpecioſiora predicabat verba: tanto ſuſpectior habebaf. Jā vero quicq̄d per Hetruriā ſtrepebat: ab eo putabaf oriri. Maxima vero formido habebat Bononienſem ciuitatē: nō inconſuetā vicecomitum dn̄atus: q̄ꝙ Joannes archiepſ hui⁹ patruus magnus et Olegianus tenuiſſet. Ii quū eſſent ſocii Florentini ppli: ob eū metū perſeuerabant in federe. Nā Senenſes quidē et ipſi veteres ſocii iam tūc ſunt ad Mediolanēſes viſi reſpicere: cupidi rerum nouarū: ac magnitudinē ppl'i Florētini poſt Aretium ſuſceptū nō leto aīo reſpicientes. Verēbatur inſuper Luciniani erepta poſſeſſio: et Cortonē Politianiq; ablatio. Cortonenſes enī quū in fide Senēſium eſſent: illis neglectis ſe ad Florētinos cōuerterunt. Idē fecerūt Politianēſes. Nā quum diſcordia inter principes orta/alteri alteros pepuliſſent: pulſiq; ad Senēſes cōfugiſſent. in quorū erant fide: et eorū authoritate reſtitui in vrbem molirenf: altera pars q̄ tenebat oppidū/ad Florentinos cōuerſa eorū auxilium implorabat: et oppidū dedere Florētino populo parata erat. Non recipiebatur aperte oppidum: ſed auxiliis fouebatur. Quibus indignationibus cōmoti Senenſes/nihil nō turbationis queſituri videbātur. Jam illi quidē legatos arcanis de rebus ad Galeatzium miſerāt: famaq; increbruerat ſeſe et illi vrbē dediſſe: et puocaſſe Galeatzium ad rem Hetruſcam capeſſendā: nō alia de cā q̄ vt Florētinos vlciſcerenf. Ob hec igif cūcta ſuſpitionib⁹ redundare ceperunt.

§.XIX. Deniq; quum bis de rebus ad concilium ciuium referretur: adſurgens Joannes Ricetius in hunc modum oratione incipit.

Joannis Riccii aduerſus Galeatziū oratio.

Hic homo multa ſigna facit. Licet enim in illo de quo hec ſcripta ſunt: pacis erant ſigna: in hoc belli: in illo cupienda: in hoc formidanda: tamen nil vetat etiam de tam diuerſis eadē verba proferri. Nam et hic homo multa ſigna facit: et quidem magna et terribilia: nec vllo modo a nobis negligēda. Nā ſi in Gallia ſolum eius cogitatio verſaretur: eſſet id quidē a nobis ne quaq̄ formidandum. Nunc aūt Senenſibus finitimis noſtris aduerſus nos iratis: ſeſe vſq; adeo impartiri: ſpeſq; ac fiduciam eorum ſuis opibus augere; Lucenſes vero

vero ac Piſanos ſtudioſiſſime ſibi vendicare: ⁊ vbiq; ꝑ He-
truriam nomē eius pullulare atq; oꝛiri: ſigna ſunt manife-
ſta illa/cōtra ciuitatem noſtrā ſpes cogitationeſq; ſuas in
nos conuertiſſe. Nec alienum ſane videbatur Hetrurie ce-
ptum ab illius progenie: qđ dudum Mediolanenſiū preſul
huius Galeatzij patruus magn⁹: ⁊ poſtea Bernabo patris
germanus aggreſſi ſunt. Habet vero iſte facultatem ⁊ fidu
ciam longe maiorem ꝙ ſui maiores habuerant: ob hanc re-
centem Senenſium a nobis alienationem. Conſiderate hu
ius naturā dn̄andi cupidiſſimā: ⁊ ſitim immenſam extendē-
di imperij. Erat ſibi paternum regnū longe ampliſſimum:
quum omnia ferme loca inter Mediolanū ⁊ alpes poſſide
ret. nō cōtentus paterno: Bernabonis inſuper regnū cōcu
piuit mirabiliq; arte ſibi aliud cōiunxit. Huic quoq; dupli
cato imperio nō acquieſcens: Ueronam et Uincentiam cū
magna ditione ⁊ innumerabilibus pene oppidis et ſuper-
addidit. Nec his etiam contentus/Patauium vrbem cū to
ta Patauinoꝝ potentia ſibi vendicare perrexit. Nec in eo
conſiſtit inexplebilis eius cupiditas: iam Bononiam appe
tit quaſi hereditariam. Jam Apēninum eius tranſgreſſa
ſpes/ad Senenſes Lucenſeſq; extenditur. Hec igitur intuē
tes o ciues inſurgere debetis: ⁊ ad defenſionem libertatis
veſtre meditari. Neq; enim credendum eſt illum Senas et
Lucā cōcupiſcere: Florentiam vero non appetere: ſed illas
habere vult vt hanc adipiſcatur. Jllud preterea conſideran
dum eſt: nō eadē mēte cōtra nos illū venire qua contra ci-
uitates alias. Cogitat eñ ſeruitutē vos pati non poſſe: qui
libera ex ciuitate nati nō modo nō ſeruire/ ſed dn̄ari alijs
conſueſtis. Jtaq; neq; ſub iugo tenere ceteras vicinas vr-
bes firmiterq; poſſidere exiſtimat: niſi Florentiam magna
ruina ꝓſternat: vt etiam ſi liberare ſe cupiat nullā habeat
facultatē. His igit̄ rationibus illū inimiciſſimo: cōtra nos
eſſe animo putandum eſt ac omni nixu inſurgendū ad ſalu
tem libertatēq; noſtrā retinēdam: ⁊ pecunijs armis et cōſi
lijs enixe conādum: quo relictā nobis a parētibus gloriam
nō amittamus. Nam turpe quidē foret immo turpiſſimu3:
quū maiores noſtri ex parua ⁊ exigua magnā ⁊ opulentam
hanc patriā fecerint: nos vſq; adeo a virtutibus eoꝝ dege
nerare: vt hec grādia ⁊ preclara nobis relicta tueri neſcia-
mus: preſertim quū neq; pecunie nobis neq; opes deſint.
Libertatem vero nō ſolū pecunijs ⁊ opibus verū etiā vite
anteferre debemus. At eñ dicet quiſpiam. Recte mones:
ac facere cūcta parati ſumus. Sed tu remedia nobis oſten
de. Dicam igit̄ que mihi vident̄. Primū ⁊ ante oīa cauendū
cenſeo ne illis aut fictis verbis aut fronte ꝯpoſita decipia
mur. Eſt enim in eo alter ⁊ reconditus ſenſus ac profunda
quedā voluntaris diſſimulatio: vt in Bernabone pri⁹: mox
in Ueronēſi: inde in Patauino deprehēſum eſt: quos oēs
eodē artificio ad extremū peruertit: quū aliud ageret: aliđ
ſimularet. Sit igitur in mentibus noſtris ſemꝑ hec fixa fir
ma immobilis ſentētia: nihil illū vſq; adeo cupere ac moli-
ri ꝙ vt Florētie dn̄etur: huiuſq; gratia oīa facere que facit
Deinde copias iam nūc parādas eſſe dicoꝝ cōtra illi⁹ ſubi
tos improuiſoſq; conatus queant reſiſtere. A repētinis eñ
inuaſionibus maximū nobis periculū imminet: quum ⁊ co
pias habeat ingētes: ⁊ ſit ipſe dn̄s volūtatum deliberatio-
numq; ſuarū: ⁊ momēto temporis mādari poſſit ⁊ fieri: cu-
ius cōtrarium vſq; ſimularat. Nobis vero niſi prius pa-
rate ſint copie ad reſiſtēdum: nihil in tēpore ageremus. Nō
poſſunt eñ ſubita repētinaq; pericula collecticijs euoca-
tiſq; copijs propulſari. Paratas iam ad hoc ip̄m ſtructaſq;
eſſe oportet: quo pericula repēte ſuperuenientia propulſe
mus. Uiros preterea deligēdos cenſeo magna prudentia
longaq; experiētia ꝓbatos: qui tāq̄ in ſpecula reipublice
cōſiſtāt: ⁊ ſagaciter oīa vigili cura circūſpiciāt ⁊ attendāt.
Utiliſſimū inſuper exiſtimo vicinos oēs noſtros in amici-
tia cōtinere. A vicinis eñ facultas prebet̄ nocere volenti-
bus ⁊ aufert̄. Bononiēſes vero fouēdos auxilijs ⁊ in ſocie
tate conſeruandos puto. Urbs eñ ſi ab hoſtibus occupa-
retur: permagna nobis ꝑicula afferret. Hec oīa nō raptim
neq; trepide: ſed qua decet moderatione facienda puto: ne
ipſi ꝙ bellū timem⁹: vel alijs bellū inferre videamur. Mit-
tendos etiā cēſeo in vlteriorē Galliā legatos ad Francoꝝ
regē: qui iſta denūcient ⁊ ꝯſiliū petāt. facile eñ erit (vt ſunt
Galloꝝ animi) vel ex hac ſola poſtulatione cōſilij mentes
quorūdā ꝓcerū erigere ad alpes ſi expedierit tranſeundū.
Dixi ꝙ mihi in preſenti faciēda videātur: vos quid futurū
ſit optimū reſpiciatis. Ea quū dixiſſet Joānes Rictius con
ſedit. Ceteri vero qui in cōcilio aderant: huius fere ſenten
tiam cōprobarunt. Jtaq; ciuitas id conſilium ſecuta cauere
diligentius ⁊ circumſpicere cuncta perrexit.

§. XX. Per idē tēpus in Picen

tibus atq; Umbria magne copie ſu[b] ſocietatē cogi nuntiabā
tur: mox Hetruriā petiture: quas ⁊ obſeruare ne obeſſent
⁊ ſibi cōiungere Florentini perrexere. He copie per hyemē
coacte vt primū ver aduenit: Peruſinū agrū ingreſſe/ mō
ad Cortoniēſiū modo ad Senēſiū fines deflexere. Grauis
profecto vicinitas: ⁊ que oīa late turbaret. Ad hos igit̄ Flo
rentini miſſis oratoribus cōuentiones quaſdā inierunt. ꝙ
res magnā ſuſpitionē apud Senenſes ⁊ Peruſinos indu-
xit. Et quicqđ poſtea per eas copias geſtū eſt: quaſi id pa-
ctum a Florētinis eſſet: ciuitati ferebat̄ acceptū. Tetigit ꝙ
ea ſuſpitio Galeatzium Mediolanēſem: preſertim poſtꝙ
Carolus Bernabonus filius cu3 his ſeſe copijs cōiunxit et
Antoni⁹ Ueronēſi dn̄atu pulſus. Senēſes vero his copijs
cōterriti oratores Florentiā miſere: varieq; tractatū eſt de
cōtrouerſijs ſopiendis: ⁊ de cōiunctione priſtina retinēda.
Difficultatē rebus efferebat Politianū oppidum: qđ neq;
deſeri cū honeſtate neq; retineri poſſe ſalua Senēſiū amici
tia videbat̄. Nec vna eadēq; mēs ciuiū erat: quum alij di-
mittendū dīno oppidū exiſtimarēt: quo Senēſes in amici-
tia tenerent̄: alij nequaꝙ dimittendū ſed retinendū conſer
uandūq; cenſerēt: vtpote Senēſibus alijs quoq; rebus in-
fenſis nec ſi illud recipiāt quieturis. Erāt enim ferociores
quidā ꝗ mittēdas in Galliā copias/ ⁊ Patauino qui tunc a
Mediolanēſi premebat̄: opē ferendā exiſtimarēt. Per hāc
variationē ſentētiarū ꝙꝙ frequēter agitarent̄ cōſilia: nihil
tñ cōſtituebatur. Jnter hec Galeatzius Patauiū accepit.
Qđ poſtꝙ Florētie auditū eſt: duplicata ſuſpitione bellum
expectabat̄ certiſſimū: ⁊ magis ꝙ antea de cōciliandis Se
nenſibus cura ſubibat. Erāt Florētie Politianēſes legati
qui quū variationē volūtatū ciuiū intellexiſſent: ꝙ alij di-
no oppidū: alij nec recipiendū nec auxilijs fouendu3 cenſe-
rent: docti vt credit̄ a fautoribus ſuis: ad erariū ꝓfecti po
litianū oppidū in bonis Florētini ppl̄i ſcribi referriq; iuſſe
runt: allegātes ꝙ ad dedendum id oppidū mandatum ha-
bebant: ꝗ vero in bonis populi ſcripta ſunt: ea ſine decreto
populi alienari nō poſſe. Politianū igitur ꝑ hūc modū re-
ceptum eſt. Ea receptio quoquo modo facta plurimum Se
nenſium animos irritauit: quaſi parū integra fide ꝑ contu
meliam atq; iniuriā ſibi oppido illo adempto. Nec poſthac
iram texere: aut pepercerūt querelis: aperte iam Medio-
lanenſi potentiā adſciſcētes. Jpſe quoq; Galeatzius conq̄-
ri tunc primū cepit de Florētinis: ꝙ Bernabonis filium et
Antoniū Ueronēſem inimicos ſuos opibus augerēt. Nec
multo poſt quaſi pararent̄ ſibi inſidie: Florentinos oēs ex
oppidis vrbibuſq; ſuis pepulit. Que poſtꝙ Florētie audi-
ta ſunt: nulli fuit dubiū quin bellū adeſſet: ac parādas iam
inde copias quibus illi reſiſteret̄ oēs cenſebāt. Simulq; in
vlteriorē Galliā mittēdos legatos: qui aliquē principū con
tra hāc potentiā excitent. ⁊ Joannē Auguſtinū Bernabo-
nis filio cōiungendū: mittendoſq; ſimul ad trāſalpinā Gal-
liam ad paternas amicitias clientelaſq; concitādas. Jn me
dio apparatu futuri belli Petrus Gābacurta Piſanorum
princeps Florētiam venit: ⁊ quaſi cōmunis amicus monen
do atq; hortando Florētinum populū ad curam pacis reuo
cauit. Tantūq; valuit authoritas hui⁹ viri: vt arma iā ſum-
pta e manibus extorquerer. Fedus itaq; in triennium fir-
matum: quo Mediolanēſes ⁊ Florentini ⁊ Senenſes vno
ſimul vinculo colligati ſunt. Jctum eſt aūt id fedus Piſis
authore Gambacurta: legatis ſinguloꝝ in eo loco coeunti
bus approbantibuſq; poſt ſatis longam diſceptationem.

¶ De Bonifacio nono electo poſt obitum Gregorij
vndecimi. Capitulum. iij.

Viā vniuerſe carnis Ur-
bano ingreſſo anno dñi. M.ccclxxxix. a mūdi au-
tē initio ſm minorē numerū quinquies milleſi-
mo. ccclij. ſm maiorē ſexies. M. dlxxxviij. aſſum
ptus eſt ad pōtificatus apicē: qui nūcupatus eſt Bonifaci⁹ — Bonifaci⁹ non⁹ papa.
ix. ex Neapoli oriundus: et ſedit Rome annis. xvj. Clemen
te Auinione ſe pretendente legitimum ſponſum eccleſie.
Erat aūt Bonifaci⁹ (vt dicitur in chron.) quū fuit creatus
papa: ſatis iuuenis: qꝛ trigintaquatuor annorum. qui li-
cet nō eſſet in ſcientia peritus: tamē bone cōditionis natu
ralis ⁊ gratioſus habebatur: ⁊ ſatis prudēs inuētus eſt in
regimine tēporali. Tempore tamen huius valde infamis cu
ria habebatur de labe ſimoniaca: vt beneficia nō tam me-
ritis cōferrentur ꝙ plures pecunias offerētibus. Et reple-
uit orbem terrarū indulgentijs plenarijs: ita vt parue eccle
ſie in ſuis feſtiuitatibus paruo precio eas obtinerent pro
porrigētibus manus adiutrices in ſubſidiū earū: eas tamen
circa finem ſui pōtificatus oēs quas contulerat/reuocauit
ſub eo pretextu: vt potius elemoſyne que ꝑ hmōi fiebant
eccleſijs/cōuerterentur ad reparationē tectoꝝ eccl'ie ſan-

cti pauli iuxta vrbem que corruerat. Tēpore eius fuit iubileus antiquitus inſtitutus. ſ. anni. M.cccc. vnde ad vrbem pro indulgentia habēda peregrinationē aſſumpſerunt innumeri populi fideliū ⁊ vltramōtanoꝝ. Hic adſcripſit ſanctorum catalogo beatā Brigidam de Scotia: que illis temporibus ad dn̄m migrauerat: ⁊ religionē nouā inſtituerat ſub regula Auguſtini cū additione quarūdam ſpiritualiū conſtitutionū: monaſteria renouans duplicia ſcilꝫ monachorum ⁊ monacharū/in vno ambitu/ſub vna eccleſia ex vno cellario/de vna coquina degentes: ſed ſeparatim habitantibus viris a mulieribus cū pluribus clauſuris: ne pateret acceſſus adinuicē. Ipſa multas reuelationes habuit que in ſcriptis redacte magnum volumē perficiunt. (Sancta brigida) ℭ Bonifacius iſte tres habuit germanos: quos multū exaltauit in ſeculo ⁊ ditauit. quorū tamen filij ad extremā paupertatem deuenerūt: vt eorū exemplo diſcant ceteri de patrimonio crucifixi nolle ditari. ℭ Anno aūt dn̄i. M.ccc.xc. Bonifacius papa deſtinauit Neapolim dn̄m Angelū de Acciatolis cardinalē Florentinū in legatū ad coronādū Ladiſlauꝫ filiū Caroli in regē Hieruſalem ⁊ Sicilie. Qui rex duxit in vxorem filiā Manfredi de Claromonte de Sicilia: recepta ab eo maxima dote in pecunia ⁊ iocalibus ac lapidib⁹ precioſis: quibus ſatis indigebat ꝓpter bella ſibi imminētia. Sed eodē anno Loyſius ſeu Ludouicus dux Andegauie: q̄ anno precedenti fuerat coronatus a Clemente dicto in' ſua obediētia Auinione ad inſtantiā ⁊ requiſitionē regis Francie in regē Sicilie Appulie ⁊ Hieruſalē: magno claſſe cum matre ſua peruenit Neapolim: cum nauibus videlꝫ octo: ⁊ galeis. xiiij. ⁊ octo brigātinis: multis baronibus militibus ⁊ gentibus armoꝝ aſſociatus. Qui receptus fuit cum magno gaudio ⁊ honorificētia a populo ⁊ nobilibus ſue partis. Multi tñ ex principibus regni nō obediebāt ei/ſed Ladiſlao. Ingreſſus aūt Neapolim que prius tenebat pro eo cepit poſt breue tēpus arcem ſancti Eraſmi/⁊ caſtrū oui/et oīa fortalitia. Regibus igit̄ bellātibus adinuicē ⁊ cōtendētibus de principatu ꝑ plures annos: multiplicata ſunt mala ſup terrā illā. ℭ Quū Boldrinus capitaneus multe gentis armoꝝ multa opera feciſſet in ſeruitiū eccleſie: tñ vnus ex germanis pape Bonifacij quē inſtituerat Marchionem in Marchia Anconitana: inuitans eū ad prandium ſecū in ablutiōe manuū ꝓditorie eū occidi fecit: exiſtimās ex morte eius quietius ⁊ plenius dominiū poſſidere: cuius cōtrarium accidit. Nā amici ⁊ gētes illius Boldrini multa mala ⁊ homicidia fecerūt in vindictā illius. ℭ Ea tēpeſtate cardinalis Rauēnas qui (vt dictum eſt) receſſerat ab Vrbano ⁊ adheſerat Clemēti: deſtinatus ab ipſo Clemente in Hetruriam poſtea verſus vrbem ad pugnādum cōtra copias Bonifacij pape ⁊ terras eccleſie inuadēdas: concordiā egit cum ipſo Bonifacio: reſtituens ei terras eccleſie inuaſas: ⁊ reconciliatus eſt cum eo pileo ſibi dimiſſo.

§. I. Anno. M.cccxcii. cuiuſdaꝫ

ſocietatis inite inter capitaneos armigerorum poſt pacem factam inter Mediolanenſes ⁊ Florentinos cū ſocijs: que dicebatur ſocietas latronū: q2 diſcurrebāt latrocinando: ⁊ ciuitates Hetrurie faciebant ſe redimere: alꝭ multa dāna inferebāt quū eſſent multa milia: vna pars permāſit in territorio Peruſino: quoꝝ dux erat Biordus de Michelottis q̄ cum exulibus Piſanis plurima detrimēta inferebāt ciuitati. Cardinalis aūt Rauennas ſupradictus/quum eſſet in partibus illis: queſiuit cōcordiā ponere inter ipſos Peruſinos exules ⁊ habitatores vrbis. ⁊ his pactionibus confecit: vt ciuitatē ipſam Peruſij pape traderēt: qui preſentialiter ad habitandū accederet. ⁊ quū ab ea diſcederet libera remaneret. ⁊ q̄ etiā exules poſſet in ciuitatē reducere: cum quibuſdam alijs conditionibus. qđ totū extitit executioni mandatum. ℭ Quū aūt Bonifacius Peruſium adueniſſet: ⁊ cū curia ſua ibi reſideret arbitratus ibi tute ⁊ quiete manere: accidit vt quēdam Aghinolphum comitem papa inſtitueret capitaneū ad reddendū ius ſingulis ⁊ iuſtitiam miniſtrandam ⁊ ad ſui etiā tuitionē. Sed vna dierū quidaꝫ ex exulibus reductis in ciuitatē/ſeditionē fecerunt: et correptis armis ad inſtātiam Pandolphi de Baglonib⁹ aliquos ciues occiderūt aduerſarios ſuos. Petierūt etiam a pontifice vt dictū Aghinolphū ab illo officio amoueret capitaneum. qđ ⁊ fecit: peiora formidās ſi eos non audiret. Sicq̄ ciuitas quieuit ſub deuotione pōtificis. ℭ In principio anni ſequētis erant Peruſini in magnis cōtentionibus et diſcordijs cum exulibus ſuis ⁊ pōtifice Bonifacio ibi reſidente cum nō modico ſui periculo ⁊ multa incōmoditate: propter penuriā victualium que erāt in cariſſimo foro. Quāobrem miſit pontifex oratorē ſuū Florentiā: rogans vt placeret eis deſtinare Peruſiū aliquos bonos ciues ſuos: qui cōponerent pacē inter habitatores Peruſij ciues ⁊ exules eoꝝ: ac etiam cū ipſo pontifice. Fama vulgauerat publice q̄ nō poterat fieri niſi ꝑ Florentinos: q2 partes diſſidētes cōueniebant in eoꝝ arbitrio. Fuerūt ergo ad hoc deſtinati duo notabiles ciues prudentes ⁊ magne equitatis: ſcilicet Guido dn̄i Thome: ⁊ Andreas de Minabertis. Congregati vero ſunt in caſtro Bettone ep̄s Firmanus orator ꝓ parte pōtificis: oratores etiā ciuiū Peruſinoꝝ: ac etiam oratores exulū coram predictis viris. Explicatis differentijs eorū q̄ citiſſime oēs cōſenſerunt partium oratores habētes ſufficiens mandatū ad id cōpromittere in oratores Florentinos: ⁊ ſtare iudicio ⁊ ſentētie eorū. Sed ciues illi Florētini vt prudētes zelatores honoris eccleſie ⁊ pontificis eius noluerūt aſſentire: ſed perſuaſerūt ⁊ inclinarunt partes/vt cōpromitterent in pontificē: ⁊ ipſe ꝓmiſit pōtifex nō aliud laudare ⁊ ſentētiare niſi qđ arbitrarētur dicti ciues Florētini. Quo facto determinatū fuit: vt exules in ciuitatem reducerentur cū certis modis ⁊ cōditionibus. Et Florētini ⁊ papa ꝓmiſerunt obſeruationem ſententie ꝑ vtraq̄ pte. ℭ Eodē tēpore pontifex ipſe concordiā fecit, cū ciuitatib⁹ dibus Marchie: ⁊ reddito cenſu annuali pacē fecit cū eis: remittens offenſas preteritas. (Pōtifex ⁊ Peruſini mutuo recōciliantur.) ℭ Tūc etiā Romani profecti cōtra Viterbiēſes quibus dn̄abatur Iohannes vel Iohannes Sciarra: in via obuiā habuerūt multos Britones bellatores qui ſibi vſurpauerāt aliquas terras eccleſie circunſtātes: cōtra quos pugnātes ꝓfligarunt plures ex illis occidentes. Viterbiū aūt accedētes fecerūt concorditer eos ſubijci pape: cuius vicarius Iohannes fuit ibi dimiſſus.

ℭ Biordus de Michelottis Peruſinus ⁊ Azo de caſtello cum quibuſdā alijs de ſocietate latronū/ quū moleſtarent terras eccleſie incurſibus ſuis ⁊ rapinis: Florētini operam dederunt vt cōcordiam haberēt cū pontifice. ad qđ efficiēdum pōtifex tradidit illis decē milia florenoꝝ: ꝓmittētib⁹ nō moleſtare amplius terras eius. Ipſi aūt Biordo hoīes de Caſtroplebis ſe tradiderunt: rebellātes ſe a Peruſinis. Et quum hoc ꝑturbaret pacē paulo ante factā: Florentini queſierent eos reducere ad conſeruanda pacta pacis. Qui noluerūt acquieſcere: dicētes ſe velle eſſe ſubiectos Peruſinis liberis ⁊ nō pōtifici. Ne aūt magis pax perturbaretur: tolerauerūt illos manere ſub Biordo. ℭ Mēſe Iulij eiuſdem anni/vnus ex exulibus in ciuitatē reductis/quū fuiſſet occiſus a parte illorū qui dicebātur Becherini: ⁊ ipſos interfectores captos capitane⁹ vt iuſtitia exigebat/morti tradere vellet. Pandolphus de Baglonibus cū quibuſdam alijs cōplicibus petijt illos captos liberos relaxari ⁊ nullo modo occidi. Pontifici idē videbatur: ne pax ciuitatis magis ꝑturbaretur ex nece illoꝝ. (Grauis Peruſinorū ſeditio.) Dū aūt res ipſa adhuc ſuſpenſa maneret: exules reducti cōgregati in nō paruo numero ſeditionē fecerūt: arreptiſq̄ armis interfecerūt ipm̄ Pandolphum de Baglonibus cū pluribus ſocijs ſuis: ac etiam germanū ſuū: necnō ⁊ dn̄m Nicolaum cū filio ⁊ cōſortibus ſuis. Oddonē quoq̄ de Oddonibus ⁊ Pelliuum Lucbi de Baglonibus: qui tunc vnus erat de prioribus ciuitatis: et dn̄m Rainerium de Rainerijs: ⁊ plures alios. domos etiam Pandolphi ⁊ Pelliui ⁊ alioꝝ cōbuſſerūt. De Becherinis inſuper occiſi partim in vrbe partim extra circa tētū hoīes. Exilio vero traditi ciues trecēti vel circa. Ita aūt res erat exacerbata: vt pōtifex remediū adhibere nō valeret: ſꝫ anguſtiatus cernēs ſe deceptū ab exulibus quibus beneficiū cōtulerat reductionis in vrbē: timēs ſibi ipſi: nocte eadē de vrbe recedēs ꝓfectus eſt Aſſiſium ciuitatē ꝓpinquā ad vndecim miliaria: ⁊ inde Spoletū: ⁊ Romā nō multo poſt ꝓfecturus. Reliquit aūt Peruſij vnū cardinalē vicariū ſuū in mala diſpoſitione ciuitatē relinquēs. ℭ Circa illud tēpus Marchio germanus pape cepit quoddam caſtrum qđ erat dn̄i Gentilis de Camerino excepta arce. Sed dn̄s Gentilis vocans Biordum in auxiliū ſuum: per ipſam arcem introducens copias eius in caſtrum cepit dictum Marchionem: ⁊ gentes ſue partim mortue fuerunt partim capte. Ex quo plures ciuitates Marchie deficientes ab eccleſia: tradiderunt ſe partim dn̄o Gentili: partim Biordo. Nornienſis ciuitas tūc tota prede expoſita ē a ſtipēdiarijs. Nā gētes Iohannis Teutonici introducte in ciuitatem a Gibellinis ꝑdate ſunt eam. Pontifex autem copias miſit illuc: q̄ ingreſſe per arcem quod reſtabat rapuerūt. Quo tempore plurime ciuitates ⁊ caſtra in Marchia ⁊ Romādiola/ducatu Spoletano/in patrimonio/quaſi ſimilis paſſe ſunt a ſocietate latronum. Tandem poſt annū facta eſt cōcordia inter pontificem ⁊ Biordum reconciliatū cū eccleſia cū his cōditiōib⁹: vt retētis ſibi aliquibus caſtris eccleſie et vicariatum habuit a papa Peruſium/Tudertum/vrbem veterem.

§. II. Anno domini Milleſimo cccxciiij.

ccccxciii. menſe Maii: Rome inſurrexerūt Banderēſes ſimul cū populo cōtra Bonifaciū pontificē ex quibuſdā diſcordiis ortis inter eos: ꝛ adeo cōtra eum ſuccenſuere vt crederet ꝙ manus in eū iniecissent: nec vite ei' pepercissent. Sȝ obuiatum eſt ne tantum ſacrilegiū ſequeref. Nam rex Ladiſlaus ab eo iam coronatus quū tunc Rome adeſſet pro quibuſdā a pontifice gratiis impetrādis: armis correptis cū ſuis eum defenſauit. Et demum cōcordiam poſuit inter pontificem ꝛ Banderenſes illos cum populo: qui ſibi vſurpare querebāt totale dñium vrbis: ꝛ eos in pace dimiſit. In ſequēti Septēbri migrauit a ſeculo / qui in obedientia ſua vocatus eſt Clemens ſextus Auinione. Cui per electionē cardinalium illorum ſucceſſit in antipapatu Petrus de Luna cōſanguineus regis Arogonum vocatus a ſuis Benedictus. xiii. Hic quidē peritus ſatis fuit etiam literis: callidiſſimus in mūdi negotiis. Hic per orbem literis ſuis ſignificauit ſe eſſe paratū renuntiare iuri papatus ad tollendū ſchiſma p multos annos iam permanēs: ſed nil horū egit. Quinimmo poſt plurimos annos pontificatus ſui vſurpatiue retenti / in concilio Conſtantienſi in quo renūtiauit alius ſcilȝ Gregorius: qui verus papa in Italia ꝛ pluribus aliis nationibus habebatur: ipſe ſemper obſtinato animo in ſchiſmate permāſit: nec citatus ad concilium acceſſit: ſed in ſuo errore dies ſuos cōpleuit: vt infra patebit. ¶ Anno ſequenti menſe Iunii miſſi ſunt oratores a rege Francie ꝛ Anglie ꝛ aliis principibus Chriſtianitatis ad ipſum qui dicebatur Benedictus: exhortātes ex parte mittentium ad renuntiādum papatui: ꝛ ille qui Rome reſidebat renuntiaret: ad auferēdum peſtiferū ſchiſma. Qui habito conſilio ꝛ tractatu ſuper his cum cardinalibus ſuis: reſpondit ſe hoc impleturum dummodo Romanus primus eſſet ad cedendum papatui: nec aliud obtulit vel aliter ſe facturū. Quamobrem oratores ſine fructu ad ſuos dominos reuerſi ſunt. ¶ Quum ciuitas Tudertina ſub dominio Malateſte filii Pandolphi de Malateſtis teneretur: quia hoc pontifici non erat gratum: quum de iuriſdictione eſſet eccleſie: conſortes ſui perſuaſerunt ac voluerunt ꝙ eam dimitteret: ꝛ Piſaurum rediret ciuitatem ſuā / ſeu vicarritum eius ſibi ab eccleſia collatum. Quo peracto Tudertini ipſi dederunt dominium eius Biordo Peruſino: quod ſuſcepit in dedecus pontificis. Quinimmo ꝛ vrbē veterem ciuitatē eccleſie vſurpauit: ꝛ alias ciuitates ꝛ caſtra: inde eiiciens gentes eccleſie: multa damna ꝛ deuaſtationes inferēs in patria illa diſcurrēdo hincinde hoſtiliter. Ob eam rem Bonifacius pōtifex non ſolum Biordum excōmunicauit cum ſuis complicibus vt manifeſtum eccleſie inimicum ꝛ bonorum eccleſie vſurpatorem: ſed crucem contra eum predicari fecit: indulgentiam generalē largiendo plenarie remiſſionis pergentibus contra eum ꝛ ſuos in bellum. ¶ Eodem anno menſe Iunii quum pontifex caſtellum Caſtrocari in Romandiola Florētinis vendidiſſet vndecim milibus florenorum: miſerunt Florentini copias ſuas ad obtinendū. Caſtellanus autem recuſabat hoc dare: quia ſuper eo mandatum haberet a pōtifice. Et ad reſiſtendū auxilia habebat a Forliuiēſibus / Urbinatibus ꝛ Bononienſibus: quibus nō placebat caſtellum illud a Florentinis poſſideri. Unde quum in ſe forte eſſet ꝛ bene munitum poſt aliquam obſidionem ea ſoluta receſſerunt ſine obtentu eius: indignati contra Bononienſes ꝛ Forliuienſes de ſubſidio miniſtrato. ¶ Anno domini. M. ccclxxxvii. menſe Septēbri venerunt multi oratores ad vrbē miſſi a multis regibus Chriſtianitatis: videlȝ a rege Frācie: a rege Anglie: a rege Hiſpanie: a rege Nauarre: a rege Aragonum: qui oēs obedientiam exhibuerunt Clementi: ꝛ poſtea Benedicto ſucceſſori eius: exortando ꝛ rogando Bonifacium: vt ad remouendū ſchiſma / vellet renuntiare omni iuri quod pretenderet in papatu: quum ꝛ Benedictus ſe pararet ad idem faciendum. Qui reſpondit ſe eſſe verum ꝛ indubitatum pontificem ſummū: ꝛ nullum aliū: propter quod nulla via mundi intendebat renuntiare. Unde reuerſi ſunt ad dominos ſuos nihil obtinentes.

Margin: Clemente. vi. vita ſūcto creatur Benedict' xiii. papa.

§. III. Anno autem domini. M.

cccclii. Paulo ante mortem ducis per oratores Florentinos initum eſt fedus colligationis ꝛ publicatum inter pontificē ꝛ Florentinos hac conuentione: vt pro cōmuni tutela ſtatuū ſuorū pontifex quinq; milia equitū: Florentini ſex milia tenerent. Id maxime mouit ad incundum fedus pontificem: ꝙ parum tutus videbatur in vrbe: quam ſentiret etiam vrbem dolo ducis tentari ad defectionem. Secuta vero ꝙcitiſſime ducis morte: pontifex quum fratrem ſuum Ioannellum nomine Florentinorum equitum preſidio fultum ad recuperandum Peruſium miſiſſet: fauore exulum multa oppida et caſtella tum metu tum vltro ſe dedētia recepta ſunt. Ipſum deinde Peruſiū obſidetur adeo perterrefactis ciuibus: vt ſe futuros in poteſtate pōtificis dicerent: dummodo in vrbem exules nō redirent. Sed ſeruāda illis fides erat: quorū opera tot oppida in poteſtatem eorum veniſſent. Et indies magis opprimebantur ciues omni ope deſtituti: vt procuidubio in poteſtatē pontificis veniſſent: niſi Ioannelli viri imbellis paruiq; animi terrore obſidio foret intermiſſa. Nam quum a nouo duce Mediolani Ioāne Maria Octobon tertius equitum trium millium prefectus ad liberandam obſidionem ex Bononia miſſus fuiſſet: tantus terror Ioannellum inuaſit: vt nō expectatis hoſtibus quibus ſuperior erat ꝛ numero ꝛ virtute: relictis omnibus que capta erant / cum ſuis copiis Tudertum perit: magno cum ſuo pontificiſq; dedecore. ¶ Anno domini. M. cccciii. miſſi ſunt oratores a papa / ſeu antipapa Benedicto pro ſchiſmate amouendo ad vrbem ad Bonifacium. Qui procurata eis ſecuritate ſeu ſaluo conductu / applicantes ad curiam hortati ſunt ad ſchiſma auferendum: triplicem ad hoc viam exponendo. Prima vt pontifices ambo cum ſuis cardinalibus conuenirent in vnum locum: ꝛ ibi tractarent concordiam ſimul. Secunda vt ſoli cardinales accederent: ꝛ in quo cōuenirent illud fieret. Tertia ꝙ conuenirent epiſcopi ꝛ alii prelati ſolum: ꝛ quem iudicarent verum pōtificem ꝛ vnicum eccleſie: remaneret ſolus in ſede. Sed nullus modus horum acceptatus eſt. Pontifex vero eo die Septembris infirmatus grauiter ex febre ꝛ calculo ſeu lapide intra triduum ſpiritum reddidit. A multis vulgatum eſt ꝙ quum ſcdm medicinam carnalem diceretur ſibi ꝙ per coitum cum muliere liberaretur a calculo ex quo deceſſit: minime acquieſcere voluit tanto ſacrilegio contra diuinam legem: eligens potius pudice mori: ꝙ impudice viuere. Et ideo valde commendandus fuit. Sepultus eſt autē in eccleſia ſancti Petri: cuius ſepulchrum honorificum eſt: quaſi in ingreſſu eccleſie.

Margin: Bonifacii pōtificis obitus.

§. IIII. Poſt narrationē de ope

ribus pontificis Bonifacii ꝛ cōtingentibus circa terras eccleſie: ad geſta in Italia per principes ꝛ communitates ſtilū vertendo. Anno dñi. M. ccclxxxix. ſtatim maiores ꝙ prime Florentie renouate ſunt ſuſpitiones. Galeazius enim procuratam ſibi necem a Florentinis querebatur idq; per literas quibuſdam proceribus ꝛ ciuitatibus ſignificauit. Conquerebatur etiā acerbe ꝙ Ioannes RicKius in publico Florentinorum concilio eum vocaſſet fraudulētus hoſtem atq; inſiduum: ꝛ ꝙ eius in Bernabonem perfidiam exprobraſſet: ab eoq; quaſi ab hoſte cauēdum eſſe monuiſſet: audiēte ciuitate ꝛ approbante. Referebat enim ad fidem rei huius principiū orationis illius fuiſſe / Hic homo multa ſigna facit. Hinc accepta occaſione cunctos Florentini nominis per oppida ꝛ loca ſua verſari commorarive vetuit in poſterum. Que vbi Florentie audita ſunt: nulli fuit dubium quin bellum adeſſet: ꝛ ois ſpes vnq; future pacis in tanta vacillatione ꝛ incōſtantia perderetur. Placuit itiꝗ ad calūnias eius reſpondere ne forte taciturnitas conſcientiam arguere videref. Nec ſibi ſolum: ſed ad Uenetos / Genuenſes / ꝛ Piſanos literis miſſis ꝙ de procurata morte ſcripſerat magnifice refutata ſunt. Non enim morem eſſe Florentini populi veneno aduerſarios necare: ſed armis aperte quum expedit bellū inferre. Uenenis aūt ꝛ proditionibus vti tyrannorū eſſe: non populorū: ſed ipſum cauſam belli querere: ꝛ ea fingere que nouit vera non eſſe. Qd aūt ciues Florentinos locis ꝛ oppidis ſuis pepulerit: ſe cōtra facturos eſſe. Itaq; publico edicto inuitare oēs ſuos vt libere cōmorari Florentie ceteriſq; vrbibus Florentinoꝝ poſſint. Inter hec oia maioribus vtiq; ſuſpitionibus redundare ceperūt. Senenſes quidē ꝛ Peruſini fedus Piſis actus ratum habere noluerunt. Galeazius vero ciuitatis oratores ad regē Francorū proficiſcentes per viā capiendos detinēdoſq; curauerat. De his oibus querele ciuitatis nomine ad Petrū Gambacurtam qui author ꝛ ſuaſor fuerat federis / delate ſunt. Sed ipſe vir bonus ſynceriq; animi quantumvalebat ꝛ poterat turbulentie rebus medebatur: et ſatiſfaciebat quidem Florentino populo rectitudine iudicii ac bona voluntate. Itaq; Mediolanum proficiſci volentem ad hec poſtulanda Florentini retinuerunt: formidātes illius ſtatui ac Piſanorū libertati. Multa tamen ꝛ per hunc ipſum virū ꝛ p alios eo ipſo tēpore cum Senenſibus agitata ſunt: conantibus Florētinis ſi qua poſſent ad veterē amicitiā reduci. Atq; his de rebus ſepe oratores miſſi: etiā cū oblatione Politiani relinquendi in manibus ſociorum. Hec ꝛ per ſe ꝛ per legatos Bononienſium ceterorumq; amicorū Florentini queſierunt. Sed cuncta incaſſum: adeo Senenſium animos indignatio exacerbauerat: ꝛ preſertim quum haud multo prius facta et opere Florentini populi per Ioannem Augu. et copias eius in ſocietatem coactas ſe impeditos agnoſcerent: vt metu ad amicitiā Florentinoꝝ redire cōpellerentur. Sed neq; obli-

Margin: Ioānis Galeazii de Florētinis ꝙrimonia.

ta humaniter neq; mine terroreſve protulerunt aduerſus mētes Senēſium obſtinata indignatiōe ſaucios. Jn peruſinis quoq; motus erat nō diſſimilis: conquerētibus iampridē q̄ eorū exules a Florētinis fouerent: quodq; latrōes in ſocietatem coacti Florētinorū opera eos offendiſſent. Et iam arces quedā per proditiōem tentarat vt Miniatis oppidi ⁊ Angiaris. Et in Aretinis motus quidā conati p Angelum Tarlatū Petramalenſem ⁊ Barptolomeū eius agnatum. Jta bellum etſi nondū erat: tamē haud dubie parabatur. ¶ Jnter hec rex Frācorū p oratores ſuos nuntiauit Florētinos ptegere ac tutari velle: prout ab eo poſtulauerant Florentini. Ob hec aūt duo poſtulabant. Primū vt ciuitas Clementē vt verum pontificē Romanū ſectaretur in ſpiritualibus. Secūdū vt donum aliquod annuū cenſus nōie regi dare inſtitueret: quo appareret ptegendi tutādiq; ius regi incumbere. Hec vtraq; magno animo negata ſunt regi: q̄ alterū vacillationem fidei: alterū diminutionē libertatis cōtineret. Jtaq; maluit Florētinus popul' ſuis ppriis virib' bellū periculoſuz ⁊ maximū ſuſtinere: q̄ illa regi cōcedere que erāt contra dignitatē. Nec poſtulātibus regiis oratorib' ad ſuū arbitriū pacem remitti conſenſit ob earundē rerum ſuſpitiones.

§. V. Demū vero quū hincinde

Galeatzius bellū indicit Florētinis.

exarſiſſent animi: Galeatzius per literas ſuas bellū indixit. Exemplū literarum earū ſubiicit Leonard': quod tale erat. Galeatzius Florentinis. Pacem Jtalicā omni ſtudio hactenus indefeſſa intentione queſiuimus: nec laboribus pepercimus nec impenſe. Optabamus enim q̄ laſſata lōgis guerris Jtalia ſemel tēporib' noſtris in pace quieſceret: idq; tāto animi feruore flagrauimus: vt nōnunq̄ per malos interpretes vitio nobis adſcriptū fuerit: quod humanitate ⁊ charitate vtebamur. Sed omnia fruſtra tentauimus: preualētibus cōſiliis impiorū. Maluit enim: nō dicimus magnifica veſtra cōitas: de qua nil tale opinari poſſumus: ſed paucorū archiguelforū veſtrorum ſeu rabies ſeu diffidētia male fundati ⁊ tremuli ſtatus ſui: qui florentē illam ciuitatē ſub libertatis ſpecie tyrannizant: guerram q̄ pacē diligere: ⁊ pacis indignā patriā āc Jtaliā pro magna parte ſtrepitibus bellorū irrūpere: violare: quod execrabili' eſt in grāde damnum ⁊ ineſtimabilē iacturam magnificorū filiorum noſtrorum Senenſiū ac Peruſinorū: ignominiāq; noſtrā: occulte primo q̄tum fieri potuit: tandē palam federibus vniuerſalis lige: q̄ fuerat longis tēporibus et validis ſolēnitatibus cōſummata. Utinā in ipſos ſolos/ ⁊ nō in alios pacis auidos: ⁊ in eorū capita/ ⁊ non in ipſam miſerandā patriā deteſtabilia hec ſua cōſilia ⁊ opera redundarēt. Quibus preter naturam noſtrā ⁊ omne ppoſitum noſtrū/ ad vlciſcenduz illatas filiis ⁊ amicis noſtris cōtra conuenta lige federa innumerabiles offenſas aduerſus tyrannizantē archiguelforū veſtrorum ſtatū a die preaunciationis huius noſtre diffidentie in arma prouocamur neceſſario. ¶ Ad has literas prolixius diuiſq; eſt reſponſum a Florentinis cum ſingulorū capitū reprobatione. Pacē oīm ſtudio queſiuiſſe eum: qui nihil aliud q̄ bellum p omnē vitam fuerit meditatus. Qui nuper Veronēſem fractū aduerſo prelio repēte bello armiſq; inuaſerit: fingens illum cōtra ſe inſurgere velle: qui vix propria menia poterat a priori hoſte defēdere. Patauino nunc qui cū ſe cōiunxerat ad Veronēſem euertendū: mox ſimili fictiōe bellū intulerit atq; oppreſſerit. Qui gener ſocerū: nepos patruū mirabili impietate prodiderit. Qui non diſſimili fictione cauſam belli querens/ vix ſiccatis adhuc federis Piſani literis/ necem ſuam pcuratam in cōcilio Florentini populi ſimulauerit: quo pacem rumperet: bellū inferret: nunc fedus violatum a Florentinis diceret: quum Florentini quidē ad vnguē ſeruarint: ipſe vero priuſq̄ concluſum fuerit: de violatione cogitauerit. Qui ſpe vana inflatus regnū Jtalie ſperet atq; affectet. Se quidem fuiſſe paratos iuris diſceptatiōi ſtare. Sed quoniā non iure: ſed bello ⁊ armis inuadantur viriliter repugnaturos. Quod potentioribus quibuſdā indicat bellum: non vniuerſe ciuitati: in eo appariturū eſſe q̄ ſtulte crediderit malis ſuaſoribus: quū vnanimem ſit ciuitatē totam ad refugiendū eius conatus reperturus. Atq; ita belluz magno elatoq; animo eſt a Florētinis receptum.

Bellum ſuſceptum a Florentinis in Galeatziū Mediolaū.

Bellū iſtud Florentini populi cum duce Mediolanenſi Joanne Galeatzio ceptum eſt nonageſimo anno ſupra mille trecentos: medio quaſi vere. Durauit autem fere annis duodecim q̄q̄ interceſſerit nonunq̄ pax: verū ita inuida atq; ſuſpecta: vt vix ab armis diſcederetur: ac reſumeretur confeſtim bellum: vt oſtenderetur. Et bellū iſtud Mediolanenſe tantis opibus tātaq; cōtentione animorū a Florētino populo geſtū eſt: vt proculdubio bellorum omniū que is populus vnq̄ geſſit maximum ſit exiſtimanduz: vt diffuſe proſequitur de eo Leonardus in hiſto. Florē. in .x. ⁊ .xi. lib. cuius verba poſuimus: ſed aliquando abbreuiata. Per id tēpus ciuitas viris opibuſq; maxime florebat: ⁊ nitebatur cōtra potentiſſimū hoſtē: cuius magnitudo dominii inſtar cuiuſdā regni per Jtaliā habebatur. Adde inſuper ⁊ callidiſſimum. Sed etſi ſerpens callidior eſſet pene oībus animantibus que erant ſuper terrā ⁊ inſidiās calcaneo mulieris ciuitatis ſcilꝫ Florentie eā foret citius deuoraturus: ipſa deuotis precibus: non ſuis viribus ſed diuina prouidentia operante: cōtrito capite ſerpentis p mortē eius euaſit tyrannidē virulentā illius. Nec in eo bello tam diutino noſtratib' ſolū certatū eſt armis: ſꝫ magnos inſup exercitus potētiſſimoſq; duces ex Gallia ⁊ Germania Florentini exciuerunt: vt admirandū ſit ppl'm vnum ad tantas res gerendas vel magnitudine animoꝝ vel opibus ſuffeciſſe. Cauſe vero ac ſeminaria huius belli in precedenti. §. expreſſa ſunt. Jnitium vero gerendi per hunc modum fuit.

§. VI. Equites et pedites ma-

gno numero Senis cōuenerāt paulo ante indictionez belli. Venerant autem partim ex Gallia per Lucenſes ⁊ Piſanos paulatim tranſeuntes: partiz ex agro Piceno in Peruſinos prius tranſgreſſi: quum exules a Florentinis palam adiuti redire in vrbem niterentur: mox ex Peruſinis in Senenſes tranſierunt. Quum igitur bellum mouere decretum eſſet hoſtium equites ad tria milia / peditum ad mille quingentos Senis profecti: non procul ab vrbe ipſa prima die conſtiterunt. Duces vero equitatus erant Joannes Acuth ex Vbaldinis: ⁊ Jantedeſcus nepos Sachonis dudum Aretinorum tyranni. Erant vero ambo preſtantes bello viri: ⁊ amboq; Florentini populi inimici. Quippe et Vbaldine gentis caſtella Florentini per ſuperiora tēpora euerterant: ⁊ Sachonis filii Bibiennam primo: mox ceteros quas tenebant arces abſtulerant. Profecti igitur Senis ac ea die intra Senenſium fines morati: vbi mox aduenit iter arripientes tranſmiſſo mōte qui Lucus dicitur: per ſuperiorem Arnum deſcenderunt. Promiſerant enim quidam oppidum illis prodere quod iuxta flumen Arni conſiſtens a patrono ciuitatis nomen habet: ⁊ voluerunt proditores portam capere: ſed deterriti oppidanorum concurſu ⁊ fortuitu aduentu quorundam auxiliarium: deſperata re ab incepto deſtiterunt. Unus autem eorū diſſimulato itinere ad hoſtes tranſfugit: conatumq; in irritum cecidiſſe oſtendit. Ea igitur ſpe deſtituti hoſtes: per ſuperiorem Arnum profecti in fines Aretinorum tranſierūt predis ac rapinis omnia fedantes. Jnde per ambiam fluuiū in fines Senenſium ſunt reuerſi. Jn his vero locis conſiſtentes/ diſcurſiones et bellum tumultuoſius intulerunt. Aduerſus hunc repentinum motum q̄q̄ non ſatis parata ciuitas erat: tamen quecumq; potuit equitum et peditum ſubſidia in Aretinos miſit: quo conatibus hoſtium obuiaretur. Nam Gibelline factionis homines iam per ea loca ſeſe plurimum erexerant: nouoſq; fieri motus affectabant ſtudio magis partium q̄ vlla probabili ratione ducti. Jnter hos maxime eminebant gentiles agnatiq; Sachonis dudum Aretinorum tyranni quibus caſtella quedam ⁊ oppida ex vetere fortuna ſupererant: magneq; eorum clientele ⁊ amicitie per agrum Aretinum vigebant. Ji ergo ſtatim vt motum eſt: percupide arripuerunt bellum: ⁊ ſuarum partium homines in ſpem maximam erexerant. Jtaq; haud multo poſt ⁊ defectiones alie fieri cepte ſunt: ⁊ Lucianum oppidum nobile qd' tūc Florentini poſſidebant/ ad hoſtes defecit. ¶ Per idem fere tempus aduerſus Bononienſes qui erant Florentinorum ſocii/ motum eſt bellū. Galeatzius enī miſſis repentine copiis ⁊ alio exercitu Bononienſes inuaſit. Preerat autē huic exercitui Jacobus Vermis Veronenſis. Erant cum eo et alii ductores: ſed ſumma rerum ad Jacobū referebatur. Hi omnes magno tumultu Bononienſem agrum ingreſſi/ oppida quedam expugnauerūt. Bononienſes aūt in eo periculo cōſtituti/ hec Florentiā celeriter nuntiarunt: ⁊ auxilia popoſcerāt. Jtaq; Florentini multis de rebus ſoliciti/ vno eodemq; tēpore ⁊ de reſiſtendo aduerſus propinquos hoſtes/ ⁊ de ſociorū tutela curam ſuſcipere cogebantur. Joānes Augu. inclytus ea tēpeſtate dux cū Florentino populo militare cōſuetus: in Appulia per hoc tēpus degebat. Hunc igitur confeſtim euocare placuit: ⁊ ſimul ad Rainaldū Urſinum egregie potentie hominē magnoq; bello ducem reſpicere: ⁊ eumq; cū ſuis copiis accerſire: ⁊ imperiūq; totius belli per Hetruriam ſibi vni polliceri: ⁊ in agrū item Picenū mittere ad alios milites conducendos. Et Augu. quidē celeriter ex Appulia mouens ſatis mature aduenit: ſtatimq; ad Bononiēſes miſſus eſt. Magna enim ⁊ precipua cura Florentinis erat Bononienſes in ſocietate retinendi. Rainaldus autem Urſinus in Hetruria expectabatur. Qui quum apparatus feciſſet omnes: ac iter ingreſſus foret: dolo ac proditione quorundam apud Aquilam vrbem interficitur: cuius viri interitus multa turbauit:

Bononienſes bello impetunt.

ſed

ſed adfuit medicina haud quaq̃ diſpar quod apud hoſtes quoqꝫ Joannes qui erat precipuus belli dux: haud multo poſt cõcepto in caſtris morbo Senas relatus diem obiuit.

§. VII. Bononiã vero quũ per

ueniſſet Augu. coactis in vnũ Florentinorum ac Bononienſium copijs: ad quatuor milia equitũ fuerunt: peditũ ad duo milia: quos ad hoſtem duxit. Nec expectauerũt hoſtes: ſed deſerta obſidione caſtelli Premalcore quod tunc obſidebãt: in Mutinẽſem agrum ſe receperũt. Augu. pulſis hoſtibus reducere caſtella prius amiſſa in poteſtatem Bononienſiũ nitebatur. Et erat quidẽ optima ſpes bello in his locis ſuperãdi. Habebat vero ſecum ad terrorem hoſtis Bernabouis filium Carolum/ et Luchinũ ex eadẽ familia ortũ: ad quos imperium Mediolani ſucceſſiõe legitima ſpectare dicebatur. Conſtituerat autem redactis in poteſtatem caſtellis primo amiſſis in Mutinenſes fines tranſire: indeqꝫ aduerſus Mediolanenſem bellũ inferre. Inter hec maior cura Florẽtinos detinebat. Non enim ſi in Hetruria reſiſterẽt: neqꝫ ſi Bononienſibus finibus hoſtẽ depuliſſent: ſatis eſſe putabant: ſed ardebãt animi cupiditate mirabili caput ipſum hoſtile per

Stephanus bauarie dux.

Galliam inuadẽdi. Quare miſſis in Germaniã legatis: Stephanum Bauarie ducẽ magnis pecunijs maximiſqꝫ premijs oſtenſis: vt trãſiret in Italiam cõmonebant. Franciſcum quoqꝫ Carrarienſem qui capto parente in Germaniã ſe receperat: Florẽtini excitabãt: vt ad recuperandã dñationem paternã in Italiã reuerteretur. In Galliam quoqꝫ tranſalpinã legatione

Jacobus dux Armeniaci.

alia miſſa: Jacobum Armeniaci comitẽ bello inſignẽ virum magnis propoſitis premijs euocabãt. Utrobiqꝫ infinita quedam vis pecuniarũ a Florentinis impẽſa. Dum hec per Galliã et Germaniã prouiderẽtur: bellũ nihilo ſegnius in Hetruria gerebatur. Hoſtes enĩ inſuper caſtella quedam Aretini agri ad defectionẽ coegerãt. Tandẽqꝫ munitiſſimã arcem: cui nomen eſt Battifolle: tribus miliaribus ab Aretio diſtãtem per proditionẽ acceperant. Quum enĩ meſſis eſſet: ac oppidani mercẽdis colligendiſqꝫ ſegetibus intenti eſſent: ſeſeqꝫ populariter extra oppidũ effudiſſent: preſbyter quidam inuitato ad epulas cuſtode arcis: illum vt illata detinuit: ac turrim ingreſſus (erat enĩ celſa et egregia in arce turris) hoſtes vocauit: eiſqꝫ venientibus arcem et oppidũ tradidit. Oppidani omnes capti: bonaqꝫ eorũ direpta fuerunt. In hoc ergo caſtello ſtationẽ habẽtes hoſtes: ac ex propinquo loco die noctuqꝫ Aretio imminentes: vſqꝫ ad menia aſſiduis prope incurſiõibus infeſtãtes: maximũ in diſcrimẽ ciuitatẽ coniecerãt. Aduerſus illud periculũ remediũ fuit illud: maxime quod ciues Aretini non tam pro tutela vrbis quam pro vita et ſanguine decertabãt. Quũ enim dux eſſet Sachonis nepos: cuius pater atqꝫ auus Gibelline factionis princeps in Aretinis fuerat: nõ tam Florentinorũ ſtatus quam partium ſtudia incenſis animis agebantur. Itaqꝫ et cuſtodire vrbem/ et vigilias impigre obire/ et cuncta ſagaciter prouidere nunquam ceſſabãt. Gibellinis autẽ omnibus arma ademerant: nec quenquam eorum exire niſi per diem domo patiebant. Per hunc modũ vrbs illa ex maximo periculo: ac pene ex hoſtiũ faucibus erepta eſt atqꝫ ſeruata. Premabatur tamẽ intolerabili bello. Nã poſt Battifolle occupatum ab hoſtibus: frequẽtia caſtella diuerſarum partiũ labe polluta rebellarũt: ac bellũ percupide intulerũt. Nec vero Florẽtini interea ſegnes aut tepidi erãt: ſed apud Colle et Poniciũ et Stagiã coactis copijs: Senenſes ab ea parte vſqꝫ ad menia infeſtabãt. Itaqꝫ Sene et Aretiũ vno eodemqꝫ tẽpore enixiſſime premebant: et ager Florẽtinus qua Senas ſpectat/ laborabat: et erat pluribus ſimul locis mirabili cõtentione multiplicatũ bellum. Hec quoqꝫ erãt magna laboriſqꝫ et impenſarũ plena: tamẽ non tantã pro his curã Florẽtinus populus ſuſcipiendam cenſebat: quantã pro his que ex Gallia et Germania ad opprimendũ hoſtem vẽtura auxilia mẽte et cogitatione pependerat. Intelligebat enĩ ſi bellũ ſolummodo in Hetruria ſibi illatũ repelleret: fore vt longitudine belli ciuitas cõtereretur. Hoſtem quippe ſi per Galliã in pace degeret: nec domi bellũ ſentiret: perpetuo ſuffecturũ ad belli ſumptus in Hetruria ſuppeditãdos: ſi aũt per Galliam pateretur bellũ pecunias illi facile defuturas: et pericula maxima nouo in dominatu ſubiturũ. Domi igitur vt hoſtis bella periculaqꝫ ſentiret neceſſariũ videbatur. Hoc itaqꝫ conſilio Florẽtini per legatos ſuos ſemel atqꝫ iterum miſſos/ ex Gallia ſimul et Germania exercitus et proceres ad tranſeundũ alpes veniendumqꝫ in Italiam aduerſus hoſtẽ magnis pecunijs magnaqꝫ premiorum oſtentatione excitabant. Et res quidem in Germania agitate proſperum finem habuere.

Franciſcus carrarienſis.

§. VIII. Veniẽs enim Frãciſcus

Carrarienſis cum Germanorũ equitatu mirabili celeritate et audacia Patauiũ ingreſſus eſt: eamqꝫ vrbẽ plaudẽtibus ciuibus ſuis ſtatim recepit: preter arcẽ que iam amiſſa vrbe pro Mediolanẽ. tenebatur. Hoc vero vbi auditũ eſt: cõfeſtim Joannes Augu. cũ Florẽtinorũ Bononienſiũqꝫ exercitu Mutinenſem agrũ trãſgreſſus/ Regio ac Parme terribiliter imminebat citra Padũ inferens tumultuoſe bellũ: ne valeret hoſtis Patauiũ ad ſuccurrendũ arci auxilia mittere. Nec multo poſt dux Bauarie cũ Germanorũ exercitu venit. Hac igitur inſigni plaga percuſſus Mediolanẽ. domi et in Gallia laborare cepit. Amiſſo enĩ Patauio maxima vrbe: Verona quoqꝫ et Vincentia vix in eius poteſtate cõſiſtebant: ad omnẽ motũ trepide et incerte ac rerũ nouarũ plurimũ auide. Nã Verona quidem publice ſumptis armis antiquos dños inuocauerat: et Vincẽtia vix et anxie cõtinebatur. Quod ſi tunc fuiſſet viuus Antonius Veronẽſis nuper a Galeatio pulſus: ſuas et ipſe vrbes pari tenore recepiſſet. Sed ille interierat relicto filio admodum paruulo. Id vnũ populos cõtinuit: quod caput nõ erat ad quod ſummam rerũ referrẽt: et ſimul dux Bauarie a Veronẽſibus expectatus debito tempore nõ venit. Itaqꝫ tũ Veronenſes odio habẽtes dominatũ Mediolanẽ. correptis armis eiecerũt officiales eius. Sed ſubita orta diſcordia inter eos fuit. Nam boni ciues et ditiores cupiebãt in libertate degere: vnde iam elegerãt Antianos: et vnũ ex eis capitaneũ: populus autem affectabat principatum eorũ qui dicuntur de Scala: et idcirco inſurgentes cõtra aliam partẽ eos ſuperauere: et predantes aliquos ex illis miſeruntqꝫ oratores Venetias ad filium domini Antonij de Scala: qui exiſtẽs etatis annorũ ſex ibi manebat cũ matre ſua. Qui vocati venerunt vſqꝫ ad Paduã: ſed non vltra: quia Mediolanẽ. iam miſerat quendã Hugolottũ nõie cũ copijs ſuis: et quum obſediſſent ciuitatem dicta predicta diſſenſione: illi notabiliores ciues qui fuerant deuicti a populo: et aliqui eorũ predati intromiſerunt in ciuitatem copias Me-

Verone caſus miſerabilis.

dialanẽ. qui auxilio illorũ profligarunt populum et de ciuitate eiecerunt. Poſtmodũ vero gẽtes armorũ introducte predate ſunt omnes de ciuitate illa diuites et pauperes/ victũ populũ et victores eius. Tantuſqꝫ fuit numerus occiſorũ et eiectorum et fugientiũ: vt ciuitas remaneret quaſi vacua in manibus ſtipendiariorũ. Qui inde aſportarunt quaſi infinitam ſubſtantiã omĩ generis rerũ: quã expoſuerunt venalẽ Venetijs et alijs ciuitatibus. Talẽ finem propter diſcordias ſortita eſt illa ciuitas magnifica inter ciuitates Longobardie.

Stephani bauarie ducis i Italiam aduentus.

Haud multo poſt Stephanus Bauarie dux aduenit Paduã: miſitqꝫ oratores Florentiam ad excuſandam ſui retardationem acceſſus: impeditũ ſe fuiſſe aſſerens dum ad Italiã properaret: a ducibus Auſtrie et preſule Aquileienſi: et propterea contigiſſe vt Verona que ab hoſte defecerat/ expectans eius amitteretur: et ſuper hoc plurimũ dolere. Letari tamẽ dicebat quod aduentu ſuo Patauiũ ſit cõſeruatũ: et abſqꝫ ſua ſuiqꝫ exercitus preſentia ſeruare ciuitatẽ illã vtiqꝫ nõ potuiſſent: tenẽtibus hoſtibus eius munitiſſimã arcẽ. Eſſe vero cõſiliũ ſuũ nõ prius exercitũ Patauio educere: quam arx fuerit recepta. Interim darẽt operã Florẽtini/ vt Joãnes Augu. qui citra Padũ erat: cũ ſuo exercitu cõiungatur: vt terribiliores hoſtibus fiãt. Preterea ſe nouos milites ex Germania expectare: quare pecunijs opus eſſet: et pro venturis qui expectabantur: et pro his qui iam cum conuenerant. Hec et huiuſmodi dicta fuerunt a legatis ducis Bauarie. Reſponſumqꝫ his datum eſt in hunc maxime modum. Diſplicere Florẽtinis impedimẽta duci data: ac maximũ dolorẽ accepiſſe de Veronẽſium caſu. Sed adhuc ſupereſſe maximã ſpem in illis ciuitatibus: quas quanto magis eas leſerat hoſtis: tanto inimiciores illas ſibi effecerit. Quod ſuo aduentu Patauiũ conſeruaſſe affirmet: id et credere et gratias agere. Quod vero cõmorari circa arcem ſtatuerit: nec prius in hoſtẽ proficiſci quam arx recepta fuerit: id quidẽ conſiliũ nequaquam probare. Franciſcũ Carrarienſem cũ multitudine patauina et cũ aliqua parte militũ ſatis eſſe ad arcem oppugnandã et vrbẽ tuendã. Ducẽ vero ipſum cum ſuo inuictiſſimo exercitu in Vincẽtinos Veronẽſeſqꝫ tranſire debere. Facilia quidẽ ſibi futura omnia: ſi celeriter trepidos titubãteſqꝫ adoriatur. Exercitũ vero qui cũ Joãne Aug. citra Padum erat/ tranſire ad eũ nequaquam poſſet: maximis fluminibus intermedijs fluentibus. Pecunias demũ quas ſoluiſſe oportuit: eas iam perſolutas vt bene nouerat pro maiori exercitu quam ipſe adduxerat. Properaret itaqꝫ in Vincẽtinos ducere exercitus et Veronenſes: ciuitatẽ tamẽ quam ipſe fuerit de pecunijs cogitaturũ.

§. IX. Reſpõſo dato ei ſine me-

tu ſiue indignatione in propoſito ſuo permãſit. Exire in hoſtes aperte negando nunquam cõſenſit. Exercituſqꝫ citra Padũ nuper miſſus in Bononienſ. remeauit propter defectum ſtipẽdij ſui. propter quod Joannes Augu. dux rediit et ipſe. Per hunc modum aduerſus hoſtem proſpera quidem et bone ſpei frigeſcere quodammodo et debilitari ceperunt. Tenebatur ab hoſtibus adhuc Patauij arx: et licet oppugnaretur viriliter re-

ſiſtebat: ⁊ copie hoſtiles ad eam tuendā multiplicabantur.
Dux aūt Bauarie indignatione concepta: q̄ꝫ nec poſtulate
pecunie mitterentur: deſerturū ſe cuncta ⁊ in Germaniā re-
uerſurum minabatur. Sollicita pro his ciuitas cuncta face
re decreuit: quibus Pauiū ſeruaretur. Quare ⁊ pecunias
duci tradere conſenſit: quo ille ſaltem quouſq̄ arx capere-
tur permaneret: ⁊ noua Pauium auxilia mittere deſtina-
uit: tamen plurimum ambigēs de barbari hominis fide: a quo
etiā nonnihil arcane agitari cū hoſte deprehēderat. Et cōmu
niter creditum eſt ab hoſte fuiſſe corruptū magnis ꝓmiſſio
nibus. Unde in hoſtē nunq̄ exire voluit niſi ſemel ⁊ leuiter
tranſeundo. Arx demum capta eſt: ⁊ caſtra Pauina Me-
diolonenſi defecerūt: ⁊ Franciſcus Carrarienſis accepit. Dux
autem Bauarie licentiatus a Florentinis / ſine honore rediit
ad patriā. ❡ In Hetruria vero enixiſſime gerebatur bellū
⁊ erat locis pluribus varie implicatū. Florētini tamē preua-
lere videbantur. Quippe Mediolanenſis domi ꝑcuſſus non
eadem qua prius alacritate ſubſidia in Hetruriam ſubmit-
tebat. Quare Florētini maioribus ſubuiti viribus / vſq̄ ad
menia Senarum hoſtes fatigabāt: ab ea maxime parte que
Stagiam / Colle / ⁊ Bonitiū ſpectat. Preerant aūt militibus
Florentinorum Donatus Acciaiolus eques Florentinus ⁊
Biliotus Biliotti. Equitatū habebant optimū ex Italicis ⁊
Germanis. Dux aūt militie nemo omnib⁹ preſidebat. Intra
vrbē vero Senarū cariſtia erat annone: ⁊ peſtis populū affli
gebat: nec volūtas eadē omniū erat ciuium. Multi enī bel-
lum contra vicinos ſuſceptum ⁊ Mediolanēſis adherētiam
improbabāt. Quas ob res ſeditiōe inter ciues coorta deuē-
tum eſt ad arma: parſq̄ nobilitatis pulſa cū ſuis oībus ca-
ſtellis Florētino populo adheſit: bellumq̄ vrbi Senarū in-
tulit. In his Orlādus malauolta ⁊ agnati omnes ⁊ alii qui-
dam ex precipuis familiis Senenſium fuere. ❡ Ea tēpeſta
te Michelottus de Michelottis ciuis Peruſinus / et tunc
exul: quū eſſet ad ſtipendium Florentinorū: adiunctis aliis
exulibus Peruſinorum cum ducentis lanceis mouit belluꝫ
ipſis Peruſinis. Et vt illuc applicuit: cepit caſtellum Diru-
te. Et pauloþoſt tractans cum aliquibus ab intra: ingreſſus
eſt noctis tempore per quoddaꝫ foramen factum ſecrete: ab
his qui intra morabant / in eccleſia ſancti Dominici: ipſe Mi
chelottus cum ſolis exulibus. Alios ſocios ſuos bellatores
miſit ad vnam ex portis ciuitatis: promittens illam abintra
aperire. Sed timens ne illis ſociis ingreſſis ciuitas expone
retur prede eorum: mutauit propoſitū non introducens eos:
exiſtimans ſe poſſe cum ſociis ciuitatē capere: ⁊ q̄ alii ciues
arma corriperēt in ſuum adiutoriū. Sed ſpes ⁊ cogitatio fe-
fellit ipſum: q2 omnes cōtra eum ciues inſurrexerūt: occidē
tes eum ⁊ multos ex ſociis. Si ſocios intromiſiſſet vrbē ob-
tinuiſſet. Qui ſocii reuerſi ſunt Dirutā. ❡ In Auguſto dicti
anni Genuenſes ſumptis armis expulerunt ſeu depoſuerūt
a ducatu dn̄m Antonium adornum: qui vrbem illam rexerat
pluribus annis: non vt dux ſed vt dn̄s. Feceruntq̄ ſibi nouū
ducem dn̄m Jacobum de campo fregoſo: virū vtiq̄ ſatis di-
lectum a ciuibus. ❡ Dn̄s Franciſcus Carrarienſ. cū copiis
Florentinoꝝ ⁊ Bononienſiū facto ponte ſup fluuium Licet
intrauit in Puleſinē marchionis Ferrarienſis: qui erat loc⁹
ſatis tutus: ceperūtq̄ plura caſtra marchionis Ferrarienſis /
hoīeſq̄ ac iumēta. Exinde ſcripſit marchioni: q̄ ſi diſcederet
a Mediolanenſi: oīa ſibi ablata reſtitueret: ⁊ q2 quū colligatio
eius cū Mediolā. cauſa eſſet eneruationis ſui ſtatus: idcir-
co illo dimiſſo colligaret ſecum Florentinis ⁊ ſociis eorū ſi-
cut fecerāt preceſſores ſui: ⁊ bene ſibi eſſet. Quod quū pla-
cuiſſet Marchioni: ꝑſuaſioni eius acquieuit. Et miſſis ora-
toribus ſuis ⁊ alioꝝ Venetias ad hoc tractandū ibi cōcludi
non potuit: impedientibus quibuſdā amicis Mediolanen-
ſium: ſed poſtea Ferrarie res perfecta eſt: vt colligatus eſſet
cum Florētinis ⁊ ſociis. ❡ Menſe Julii dicti anni Florētie
⁊ in comitatu multi infirmati ſunt dyſenteria: ⁊ peſtis ciui-
tatē inuaſit: ⁊ multos etiā de medio ſubtraxit. Eo anno dam
na facta ſunt innumera / deuaſtationes / prede / et incendia / ⁊
captiuitates hoīm in Hetruria et Gallia citeriori ⁊ aliis lo-
cis circumiacentibus diuerſis temporibus.

§.X. Per hoc ipſum tempus le-

gati Bononienſium tres Florentiam venerūt. Erāt vero ex
precipuis magiſtratibus delecti hoīes. Cauſa huius lega-
tionis fuit: q̄ iam fatigati Bononienſes ac futurā ſumptuū
magnitudinem exhorrētes: deponere bellū ⁊ qualēcunq̄ po
Bononienſiū ad Florētinos oratio. tius recipere pacem cupiebāt. Ii quū audientiā ciuiū Florē
tinos a magiſtratu poſtulaſſent: ſibiq̄ exhibita eſſet: in hūc
modū verba fecerūt. ❡ Si eadē opulentia nobis Florenti-
ni quā in vobis cōſpicimus / eſſet: animus certe non deeſſet
ad perſeuerātiam belli. Quippe ⁊ fortis eſt populus noſter
et manu fortis ⁊ celſi animi in periculis capeſſendis. Et in

hac quidem parte nemini populorū Italie ciuitas noſtra ce
dit. Pecunioſi vero (qđ ſalua ſit dicere) nequaq̄ ſumus ad cō
parationem veſtri. Non enī eo ingenio ſunt hoīes noſtri: vt
induſtria multa in acquirendo vtātur: nec villi eorū per Gal
liam ⁊ Britanniā negotiādo diſcurſant: ſimplices aūt magis
hoīes ac ſuis rebus cōtenti / eo qđ habent domi / ocio aio per
fruuntur. In hmōi aūt moribus opulentia non fit: quā indu
ſtria parit: diligentia exauget. Quum igitur bellum ꝓ hoc tē
pus nō lacertis ſed pecuniis geratur: ⁊ magnitudo contentio-
nis magnos eſſlagitaret ſumptus: impar tanto diſpēdio Bo
nonienſis populus veniā deprecatur: Hactenus enī quantum
potuit ſuffecit: iaꝫ amplius ſufficere nequaq̄ valet. Itaq̄ ne
ſocii taciturnitate decipiantur: hoc ipſm notum facere vobis
ante tpa decreuit. Nā bonorū ſocioꝝ eſſe putant: nil diſſimu
lare: nil occultare: nec aſtuto conſilio ſed bona fide incede-
re. Cunctis igit apud nos rite diſcuſſis: non videmus ſupra
tres mēſes in his in quibus vſi ſumus expēſarū oneribꝰ du
rare poſſe. Quāobrem videtur nobis hoc medio tpe totis vi-
ribus adnitendum: vt victoriā de hoſte: vel honeſtā paceꝫ ſi
fieri poteſt cōſequamur. Pacē ſi bona ſit / cōiter recipiendaꝫ
ſuademus. Tranſacto aūt eo tpe ſi duret bellū: nō videmus
ſupra nongentos equites mercede cōductos: ad certū aliquē
numerū peditū in cōmmunē ſocietatē poſſe conferre. Qđ ſi
maiora ſubſidia bellū paſcit: nec iſta ſufficiunt q̄ afferre va-
lemus: pecunias nobis mutuo date ex fide quum poterimus
reddituris. Sin vero nec iſta vultis: rogant vos Bononien
ſes: vt cū bona venia veſtra ſibi liceat pacē ⁊ cōcordiam per
ſeipſos querere: ac onus belli deponere qđ ferre nō valent: ⁊
in fraternitate veſtra ⁊ amicitia omni modo perſeueraturis
Hec denuntiare vobis miſſi ſumus. ❡ Ea quū dicēdi legati
finem fecerūt: perculit animos cūctorū hec denuntiatio: ⁊
quaſi fundamēta rerū labi viſa ſunt. Nimis enim neceſſaria
illorū ſocietas videbatur ad bellū. Spatio igitur ad reſpon
dēdum ſumpto: quū res in conſilio mature agitata eſſet: tā-
dem legatis Florētinus magiſtratus per hūc modū reſpon-
dit. ❡ Nos quidē o viri Bononienſes: quecunq̄ ſignifican
tur a ſociis de ſtatu rerū ſuarum cōmendare ſolemus. Aut Florētinorū reſponſum.
enī proſpera ſunt que ſignificantur: ⁊ vna cū illis letitiā ſu-
mimus: aut aduerſa: ⁊ vna cuꝫ illis remedia cogitamus. Se
ne ſociis aūt de re ſocioruꝫ conſtituere non licet. Atqui nos
ii ſumus qui ſemꝑ de veſtro populo magnā ⁊ egregiam opi-
nionem habuimus: ⁊ ſupra q̄ forte manu ſtrenuam etiā opu
lentiam exiſtimamus. Maximā enī ciuitatē ac rebus oībus
affluentiſſimam multis diuitiis abundare par eſt. Neq̄ ve-
ro tam facultates erogandi deeſſe populo veſtro credimus:
q̄ voluntatem. Sunt enī pergraues oībus belli ſumptus: ⁊ſ
preſertim populo ac multitudini: que futura pericula nō di
ſcernit. Veruntamen vt medici qui egros curant egrotos / vrere ac
ſecare interdū cōpellunt: ⁊ partē corporis cum dolore abige
re: quo cetera conſeruentur: ita ⁊ gubernatores reipublice
futurum periculum inſtar medicorum preuidentes etiam cū
dolore cogere debent populos partem facultatum ſuarum ꝓ
conſeruatione ceterarū partiū erogare. Amiſſa enī liberta-
te in poteſtatem victoris oīa trāſmigrant: ac inſuꝑ dedecus
⁊ infamia ſeruitutis adeſt: que etiam morte eſt a generoſis
hoībus repellenda. Atqui illud palam eſt in hoc bello princi
palius ab hoſte ciuitatem veſtram magis impeti q̄ noſtraꝫ.
Nō q̄ odiū ſit diſpar: ſed q̄ Bononiā in poteſtate maiorum
ſuorum fuiſſe iactat: atq̄ vt hereditariam illam repoſcit. Ex
quo fit vt nos vobis magis auxiliū feramus. Paci vero ac ꝓ
miſſionibus eius quantum confidere poſſitis: vos ipſi exiſti-
mate per exempla Pauini ⁊ Veronenſis: ac ceterorum q̄s
fidei ſue credētes fraudēlēter peruertit. Nihil enī cupit ma-
gis q̄ vos a nobis diſiungere. Videt enī ſtantibus ſimul ci
uitatibus nocere nō poſſe: ſeparatos vero vel decepturuꝫ ſe
facile vel oppreſſurum confidit. Quid igitur prudentes viri
agere debent: Nonne in cōtrarium niti: q̄ hoſtis affectet: vt
quā ille in ſeparatione interitū: vos in cōiunctione vnicā ſa-
lutis viā exiſtimetis. Enimuero non valet populus Bono-
nienſis onera belli perferre. At longe maiora feret ſi liberta
tem amittit. Que enīꝫ nūc grauia videntur: tunc leuia fuiſſe
putabuntur. Verum hec mala infanda ne experiri vos ſinat
diuina benignitas. Qđ aūt ad pecunias mutuo poſtulan-
das attinet: cogitare debetis quanta ſint onera ciuitatis no
ſtre. Nos enī vt ſcitis totum onus Hetruſci belli ſuſtinemus
ſine vlla participatione ſociorum. Per Galliam vero quis
neſcit q̄ incredibilia ſint profluuia impenſarum noſtrarum.
Itaq̄ mutuo poſtulare a nobis: nec honeſtum nec tolerabi-
le eſt. Illud vero nequaq̄ ſilendum nobis videtur: q̄ hmōi
colloquia per vos inducta inimiciſſima ſunt vtilitati veſtre.
Nihil eſt enim qđ tam alere bellū poſſit: q̄ ſi audierit hoſtis
alteram ciuitatum noſtrarū iam eſſe defeſſam: ac de omittē
dis belli oneribus ⁊ de qualicūq̄ pace cogitare. Tunc enim
ſpem

ſpem nimirũ ſuſcipiet: tunc ſe attollet: tunc enixius perdurabit. Itaq; ſupprimende ſunt hmõi cogitationes et voces ac vt hoſtis ipſe pacem appetat expectandũ. Multa ſunt enim que nobis ſpem optimã afferre debẽt: recuperatio Patauij: preſentia Germanoꝝ: copie inſuper noſtre citra Padum exiſtentes. Ex Gallia quoq; tranſalpina magnas copias venturas eſſe ad ruinam hoſtis irreparabilẽ expectamus. Victoria profecto in manibus noſtris eſt: niſi per ſocordiam illam abijciamus. Quare vt decet fortes viros: vtq; nomẽ ⁊ fama ciuitatum noſtrarũ flagitat: celſo ⁊ inuicto animo incumbendum eſt ad bellum. Nec illud tribus menſibus: ſed vel ruina hoſtis: vel poſtulata ab eo pace que cõmunis ſit ciuitatũ noſtrarũ: eſt metiendũ. Aliter vero ſi fiat: non tam pacem q̃ ſeruitutẽ ſub nomine pacis expectare. Legati cum hoc reſpõſo abierunt. Que quum domi retuliſſent: quaſi rationibus victi Bonomẽſes cõſtantius q̃ ante perſeuerauerũt in federe. Bauari ducis preſentia in Galliam in hoc profuit vt Patauium recuperaretur. In ceteris quũ multum potuiſſet nocere hoſti: vel noluit vel neſciuit: vel nõ eſt auſus ⁊ vt dictũ eſt in patriã ſuam reuerſus eſt. Per extremus illius anni Joan. Augu. cum copijs Florentinorum ⁊ ſocioꝝ per Uincentinũ Ueronẽſemq; agrũ caſtra pluribus locis poſuit. Ex iam vrbes pridem cõfirmate ⁊ militũ preſidijs ſtructe erant. Et q2 ſuſpitiones quedã in caſtris exorte fuerãt aduerſus Fauentium Aſtorgiũ: qui cũ ſuo equitatu erat in eadẽ militia: quaſi tractaret interfectionem ducis exercitus ⁊ Franciſci Carrarienſis: redire Patauiũ conſtituerunt.

§.XI. Altero dehinc anno ſcilꝫ

M.ccclxxxj. maximi motus ⁊ quanta nunq̃ prius certamina extiterũt. Florentini enim poſt ducis Bauarie receſſum ſpem atq; animũ conuerterãt ad Galloꝝ in Italiã tranſitũ. Miſerant enim legatos in Galliã ad ſolicitandos proceres: inde pecuniam abunde pollicentes. His pollicitationibus preſtantem bello virum ac domi potentem exciuerant Jacobum Armeniaci comitẽ. Erat vero ſumma ſpes in illi⁹ aduẽtu. Hac ſpe concepta Florentini omni ſtudio eius accelerabant aduẽtum. Per idem tẽpus quum oppidum Ragiolum defeciſſet ad hoſtes: a Florentinis vehementer oppugnabatur: vt reſumeretur. Tandem quũ amplius non poſſet ferri obſidio eius: militeſq; qui erant in oppido abire incolumes pacti / incolas deſeruerunt. Capitur oppidũ atq; diripitur: ⁊ igne iniecto totum oppidũ cõflagratur. Multos ignis cõſumpſit: alij captiui Florentiam ſunt ductiũ ⁊ de authoribus rebellandi ſumptũ eſt ſupplicium. Inter hec Florentini ducem Galloꝝ vehementer ſolicitare non deſiſtebant. Nec ille ſegnis: coacto ſiquidẽ impigre exercitu ex Gallia mouerat. Quumq; circa Rodonum (vel Rhodanum) perueniſſet multa in q̃s locis impedimẽta offendit. Fautores Galeatzij multi ⁊ potentes / primo exhortationibus ⁊ precibus: deinde minis ⁊ ſeditiõe exercitus iter illius impedire niſi ſunt. Unde vnus ex baronibus ſocijs ſuis quũ recuſaret eum ſequi contra Mediolanũ. ſed redire ſe velle aſſereret: dux illo toto reliquo exercitu ſuo contra illum ⁊ ſequaces eius inſurgẽs armis eum attriuit. Quum ergo comes in propoſito firmus manẽs / omnia ⁊ pecunias ⁊ gratias Galeatzij contẽpſiſſet: ⁊ ſeditionem exercitus per cedes aliquorũ ſedaſſet: alpibus ſuperatis Italiam intrauit. Simulq; Joannes Augu. quũ de aduẽtu Galloꝝ certior factus eſſet: ⁊ ipſe Patauio mouens magno tumultu alia ex parte hoſtem inuaſit. Caſtra faciẽs tranſito Ateſi: omnia tumultu trepidationeq; cõpleuit. Dabat vero illi facultatem maximã: q̃ Galeatzius omne robur exercitus ſui Gallis veniẽtibus oppoſuerat. Per Ueronenſem poſtea Brixenſem ac Bergomanum agrum copias ducens: apud Adduam flumen cum exercitu conſtitit. Diſtabat is locus a Mediolano nõ amplius. xvj. milibus paſſuũ. Galli autem ad ſiniſtram Padum habentes / ſecus fluuium iter faciebant. Erat vero eorũ propoſitũ quum regionẽ preteriſſent: qua Ticinus Padum ingreditur: tunc quũ primũ facultatẽ nacti forent: Padum tranſire: ac Mediolano exercitũ admouere. Hoc igitur propoſito iter facientes: cum magna ſui ſpe magnoq; hoſtium terrore aduentabãt. Eſſe vero in Galloꝝum exercitu ferebãtur quindecim milia equitũ pugnaciſſimorũ hominũ. Preterea multitudo ingẽs peditum: lixarumq; ⁊ calonum turba que caſtra ſequi conſueuit. Galeatzius autem Mediolanenſis Alexandriam oppidũ tenebat: poſuerat q; in eo loco Italicorũ optimum equitũ duceſq; belli egregie peritos. Erant cum Gallis Florentinorũ legati duo: Rainaldus Gonfiliatꝫ eques Florẽtinus: ⁊ Joãnes Rictius. Ji Gallos ac precipue eorũ duces ab omni dimicatione quantũ poterant authoritate ⁊ rationibus reuocabant: ſuadentes vt vitata interim pugna Mediolano copias admouere properarent. Alterum enim exercitũ ibi preſtolari: qui ſecum Gallis cõiungat: ⁊ eo facto victoriã certiſſimã eſſe in manibus: nec hoſtẽ expectaturũ. Nec ea que dicebantur vana erant. Incredibilis profecto metus hoſtem inuaſerat: adeo vt ſimul ac ſiniſtrũ aliquid ſenſiſſet: vbi erat eius aula deſerturus crederet. Legati igitur iſta monebant. Galli autẽ innata eius ferocia gentis in oẽ periculũ ruere promptiſſimi erant. Itaq; expugnato oppido cui caſtellatio nomen erat: ab Alexãdria niſi ſex milib⁹ quum in eo loco cõſtitiſſent: tandem ad ipſam Alexandriã vbi copias hoſtium cõueniſſe audierant / pugnaturi duxerunt. Erãt tũc imminẽ ſi calores, nam ad octauum kal. Auguſti hec agebantur. Equites autẽ hoſtium intra menia intenti equis vtiq; recẽtibus aduentum Galloꝝ expectabant: illi feſſi ⁊ calore fatigati per meridiẽ aduenerunt. Addunt errorem alium. Ubi eñi appropinquarunt oppido deſcendentes de equis aciem ſtruxerũt pedeſtrẽ: credenſam quidem ⁊ pculdubio ſuperiorẽ futurã ſi pectorib⁹ ⁊ lacertis pugnaretur. Ita ſtructi ad hoſtes contenderunt: relictis poſt ſe aliquo interuallo equis: quibus fuerãt aduecti. Hoſtes vero quum eos conſpexiſſent: emiſſo per alias portas equitatu tranſuerſis itineribus ad equos impetum fecerunt. Profligatiſq; cuſtodibus: equos ipſos ſeſſoribus vacuos magna ex pte abduxerũt: reliq̃ palantes per agrũ lõge a ſuis aufugerunt. Ex hoc iam cõditio Galloꝝ deterrima reddebat. Neq; aderãt equi quibus abire poſſent: ⁊ in pugnam a fronte non exibatur. Itali enim ex equis pugnare conſueti / pedeſtrẽ Galloꝝ aciem equitatum a lateribus maxime laceſſabant: ac pcellas equeſtres / interdum dantes: mirũ in modũ fatigabant. Qd ſi quando Galli ſeſe cohortantes in hoſtes impetu facto progrederentur cedentes equites facile abibãt: mox redeuntes in ordinẽ Gallos deſequebant. Per hunc modũ quũ aliquãdiu eos fatigaſſent: tandem aio defeſſos ac ſeſe vix ſuſtinentes: calore ⁊ laſſitudine magis q̃ ferro ſupperarũt. Comes ipſe Armeniaci Galloꝝ dux ab hoſtibus captus: ex vulnere in prelio accepto: ac ex animi dolore ⁊ corporis erumna: proxima nocte interijt: ceteroꝝ vero Galloꝝ plurimi interfecti: reliqui capti ſunt. Nam qui equis carebant: fere nemo euaſit. Dux aũt exercitus Mediolanũ. Jacobus Uermus Alexandrie tunc erat: ſub quo habita eſt iſta victoria ab hoſte. Legati Florentini qui cum Gallis erant / in manus hoſtium captiuati deuenerunt: cũ pecunijs quas ad Gallos portauerant. Et Rainaldus quidem cito liberatus: redemptus eſt duobus milibus ⁊ quingentis florenis. Joãnes Rictius per dies in carcere detẽtus ſeptẽ milibus florenorũ redẽptus eſt. Per hũc modũ maximi labores ⁊ infiniti pene ſumptus Florentini populi in tranſitu Gallorum facti in irritum cecidere. Decies centena ⁊ ducenta ſexaginta ſex milia florenũ auri expenſa p eos menſes relata ad erariũ comperio. Uictoria fuit ingens ac plena ⁊ profecto neceſſaria hoſti in ſummo tunc diſcrimine cõſtituto. Et ſic patet quia non in multitudine victoria belli. ⁊ de ſe ⁊ de ſua virtute preſumentes humiliat dñs.

Armeniaco mes opẽ laturus Florẽtinis penetrat ĩ Italiã.

Mediolanẽſes de Gallia victoriam reportãt.

Immẽſi bellorũ ſumptus.

§.XII. Uictis apud Alexãdriã

Gallis: duces hoſtium in illa exultatione victorie perq; celeriter aduerſus alium exercitum qui ad Adduam ſtabat / duxerunt. Joannes autem Auguſt. q̃ꝫ profligatos fuiſſe Gallos audierat: tñ q2 ab hoſtibus manabat rumor: nõ penitus adhibendam fidem cenſebat. Retro tñ aliquanto caſtra mouit: ⁊ in agro Cremonenſi cui nomen vietum conſtitit. In eo loco dum eſſet Augu. hoſtes repẽte ſuperuenerũt: nec longe ab eo mille quingentis paſſibus poſuerunt caſtra. Erat intervtrumq; exercitum nuda planities: quam riuus arbuſtis conſitus dirimebat. Hoſtes igitur quũ in propinquo eſſent: tranſmiſſo riuo noſtros ita laceſſebant: vt vſq; ad caſtra impetum facerẽt. Aug. vero ſuos oẽs intra caſtroꝝ munimẽta ſeruabat: nec quenq; in hoſte exire patiebat. In hunc modũ per quatuor dies perſeueratur. Cernere vero erat alacres hoſtes ob victoriam nuper de Gallis partam: alteram ſe victoriam in manibus habere exiſtimãtes. Et augebant quotidie aduentitio milite: nec abire poſſe Florentinorum ſociorumq; exercitũ predicabant. Aug. quũ aliquot dies hoſtium inſultus pertuliſſet: ac patientia ſua auxiſſet illoꝝ audaciã tandem ſuos arma capere ac intentos ſignum expectare iubet. Quumq; hoſtes iactabundi adueniſſent: ac ſuperiorum dierum fiducia tumultuoſius ſubijſſent caſtra: ſignum confeſtim dat: emiſſuſq; bifariam equitatus dextera leuaq; hoſtes inuadit. Committitur ingens prelium: ſꝫ quia ſub ipſis caſtris pugnabatur ⁊ q̃ iam pridem ad hoc ipſum ſtructe parateq; erant acies: nõ tulerunt hoſtes: ſed ad extremum fracti cum ingenti ſuorũ ſtrage precipites aguntur. Ceſi ee hõs permulti: capti etiam equites ſupra mille ducentos: ⁊ in hĩs precipui quidam ductores. Hac plaga hoſtibus inflicta quũ eoꝝ iactantia percuſſa eſſet: mouet e poſtridie ſigna Augu-

Mediolanẽſes vicunt.

ſtinus cōſtituit. Quare ſtatim orta luce ad Olliuz duxit. Hoſtes vero licet non eadē qua prius audacia tamē ſecuti ſunt ac poſtremum agmen interdum laceſſebant. Quum ad flumen Ollij ventum eſſet: timens Augu. ne in tranſitu ipſo ab hoſtibus inuadatur: in hunc moduz prouidit. Sagittarios Anglicos quos in exercitu habebat ad quadringentos: flumen tranſire fecit: ⁊ per vlteriorē ripam dextra leuaq̄ collocauit atq̄ exinde ferire hoſtes quum aduenirent/iuſſit. In poſtremo aūt agmine delectos equites cōſtituit qui hoſtes ſubmouerent: ceteram multitudinē tranſire mādauit. Quū omnes iam trāſiſſent preter delectos equites qui agmē claudebant: tunc equites ipſi ad ripam venientes tranſire ceperunt: hoſtes aūt illos perſecuti/a ſagittarijs in vlteriori ripa ſtantibus ſubmouebātur: qui viros equoſq̄ ferientes a flumine repellebāt: atq̄ licet cū labore magno: nullo tamē cuz detrimēto flumē trāſmiſſum eſt. Poſt cuz diem liberior fuit inceſſus. Augu. enim celeriter anteueniens nullo impediēte Mintium omnem tranſiuit. Reſtabat Arteſis fluuius. In eo tranſmittendo ſumma difficultas ⁊ periculū maximum fuit. Nam quū appropinquaret Augu. ⁊ per ea loca exercitū duceret: hoſtes ruptis aggeribus fluuij regionē totam inundauerant. Ea difficultas atq̄ periculū valde turbauit Florentinorū ſociorumq̄ exercitū. Terram ſiquidē operiētibus aquis: quo ſe verterent neſciebāt: ⁊ ſimul hoſtes ſecuti veſtigia ſuperuenerāt. Quare nec ante proficiſci impedientibus aquis ⁊ hoſtibus a tergo imminentib⁹ neq̄ rurſus in eo quo conſtiterāt loco ob defectuz cōmeatus diutius manere poſſe videbātur. In his anguſtijs quū eſſet exercitus: periculoſuz ceterum neceſſariū cōſilium Auguſti. cepit. Ante lucem repente mouens/per aquoſa duciti diemq̄ totam ac noctē profectus in arido conſtitit: atq̄ inundationē fluuij inter exercitum ſuū ⁊ hoſtes mediam dereliquit. Hoſtes ab initio noſtros deſeruiſſe caſtra nequaq̄ intelligebāt. Quippe Augu. ad ſpeciem vexilla eminēti loco affixa reliquerat in caſtris: que hoſtes procul cernētes ibi eſſe putabāt. Sed quuz neq̄ viri neq̄ equi vlli prodirent: appropinquātes demū exploratores deſerta repererūt caſtra: nec tamē hoſtes ſecuti ſunt: quia longe: iam abierant noſtri: ⁊ ipſi inundationē ⁊ inſidias formidabāt. Poſt hec Aug. ad ripam Arteſis qua ſibi cōmodius fuit/profectus ad quoddā Patauinoruz oppidum (hec amica iam erant loca) Arteſim nauibus trāſijt. Ibi in tuto conſtituti: reficere ſe ex longa fluctuatiōe ⁊ quaſi naufragio perrexerūt. Amiſſi ſunt eo itinere pedites oēs: equiteſq̄ per multi: quicūq̄ videlȝ parū robuſti erāt. Illud aūt cenſuerūt oēs non aliū quemq̄ ducū preter vnū Augu. ex tantis difficultatibus ſeruare exercitū potuiſſe. Fuit enī dux rei militaria etate ſua olim peritiſſimus. Et erat tūc extrema etate: que prudentiā ⁊ cautionē augere ducibus ſolet. Nam iuuenes plerunq̄ feruor ⁊ audacia precipites agit.

Aſtutia in hoſte fallēdo.

§. XIII. Qua eſtate hec p̄ Galliam gerebantur: eadem alius Florētinorum exercitus Senarum menia pulſabat. Fuerūt autem in eo exercitu equitum quatuor milia: peditū vero mercede conductorum duo milia. Inter hos erant ſagittarij Genuēſes ad mille ducentos expugnationibus aptiſſimi. Omnes he copie apud Colle oppidū conuenerūt. Profectiq̄ illuc ex. x. viris balie vexilla publica vt moris eſt/duci tradiderunt. Obſeruatum eſt de celo in traditione ſignorū: fidelius tamen fuiſſet auxilium a deo poſtulando expectare q̄ ſyderum poſitionibus ſubijci. Dux exercitus fuit Loyſius Campanus: p̄ egregiā rei militaris famam euocatus. Is ergo armato ſtructoq̄ exercitu quaſi extra portas oppidi vexilla ſuſcepiſſet. Statiz mouēs in Senēſes duxit: ac prima die apud Iſclam fecit caſtra: poſtridie vero in Roſie plano: inde mox in alia ⁊ alia loca tranſijt. Cauſa vero crebre mutationis caſtrorū illa fuit: q̄ circa maturationē ſegetum erat: intra vrbez vero Senas cariſtia defectuq̄ annone plurimū laborabatur: ⁊ ſi noua perderentur frumēta: irreparabilē inopiam hoſtes ſubibāt. Ob eam rem maiori ſtudio adhibito cuncta populabātur. Cōmeatus ex Florentino Aretinoq̄ agro ei prebebātur. Capta ſunt quedam munita loca ⁊ incendio cōflagrata: pugne inſup quedā circa vrbem cōmiſſe: ⁊ capti ex Senenſibus ciues nobiliſſimi quidā. Quum ergo in Senenſibus Florentinorū exercitus eſſent: ⁊ maxima detrimenta cladeſq̄ inferrent venerūt nuntij Florentiā celeres narrantes Gallos extinctos ab hoſtibus vt dictum eſt: ſed ⁊ alium exercituz ſcȝ quem ducebat Augu. pariter oppreſſum. Quibus auditis ceciderūt animi Florentinorū arbitrantium hoſtes poſt tantam victoriā non quieturos: ſed ⁊ in Hetruriam deſcēſuros. Sed quum pauli poſt certiores facti eſſent: quia exercitus Augu. ſeruatus erat: ſpem ⁊ vigorē animi reſumpſerunt: ⁊ ſe ad bellū parantes Augu. ipſum in Hetruriam reuocarūt. Nam ⁊ Iacobus Vernius Veronenſis dux militie Mediolanē. ſuperatis alpibus deuenerat in Piſanos agros: deinde in Senenſium fines: volēs ⁊ cōfirmare ciuitatē ſuperiori bello afflictam: et copias q̄ apud Senenſes erāt ſibi adiūgere. Ea quū feciſſet retro cōuerſus ad colle ⁊ Bonitiū duxit: hīs equitū. xij. milia peditū mercede cōductorū tria milia. Sed ⁊ ex Senēſibus ⁊ Piſanis multitudo ingens voluntariorū ſequebatur. Bonitiū cōuenerūt duces ⁊ milites Florentini ppl'i: qui duces erant Loyſius Cāpanus: ⁊ Ioan. Aug. ex Gallia tunc euocatu. Habebant vero preſtantiſſimum equitatum ex Italia et Germania per Italiā militare cōſuetis. Sed erant diſpares numero. Hoſtes enī longe plures ⁊ potentiores habebātur. Noſtri tū opportunitate oppidorum freti/equeſtria prelia multa in his locis habuerunt. Et poſt mutationem caſtrorū p̄ diuerſa loca demum hoſtes in Piſtoriēſia trāſierūt: quos copie Florētinorū ſecute iuxta oppidum Zizani caſtrametati ſunt: diſtātes ab hoſtibus per duo miliaria. Inter hec magna auxilia Florētinis ſuperuenerūt A Bononiēſibus equitū duo milia: ſagittarij quadringenti. His preerat Ioannes Barbianus comes. Miſerunt ⁊ alij ſocij auxiliares copias. Itaq̄ neq̄ duces rei militaris periti: neq̄ magnitudo exercitus ciuitati defuit. Adeoq̄ pares erant: vt nō detractarēt pugnam: ſed vltro ſe fortune prelij offerrent. Apparatus certe fecerūt oēs tanq̄ haud dubie pugnaturi. Hoſtes vero territi de magnitudine copiaruz: que ſingulis diebus in caſtra Florentinorū confluebant: penuria etiam cōmeatus impediti abire ſtatuerunt. Quare ante lucem mouētes ad Vitolinum caſtrum duxerūt exercitū: ⁊ poſtea in ſubiectā planitiē circa Nebulam fluuiū deſcenderunt. Hoc poſtq̄ auditus eſt Florentinorū in caſtris: arma raptim ſumpta ſunt: ⁊ clamabant oēs ruendū eſſe poſt fugientes hoſtes. Aduerſus hunc temerariū motū precipitēq̄ voluntatē militū Aug. pertinaciſſime reſiſtebat. Sciebat enī prudentiſſimus dux q̄ periculoſum eſſet ad nutū hoſtis circumagi. Permulte quidez vel in ipſa fuga inſidie cōſueuerunt eſſe. Quare ſatis eſſe dicebat ſi hoſtes aufugerent: ſiue id ſimulatum ſiue verum eſſet. His verbis ac preſenti authoritate milites rigentes p̄ſtabāt. Miſſiſq̄ oēs in p̄tes exploratoribus iter ac p̄greſſum hoſtiū ſciſcitatur. Quū autez certior factus eſſet maiorem hoſtium partē circa Nebulā fluuiū deſcēdiſſe: in collib⁹ vero partem reſtare: validas equituz turmas ac pedites magno numero premiſit ad hoſtes q̄ in colle remanſerāt inuadēdū: ipſe cū reliquo exercitu ſtruct⁹ intētuſq̄ ſequebat̄. Qui premiſſi erāt equites celeriter p̄greſſi hoſtes qui in colle reſtabāt/inuaſere: ſtatimq̄ acris pugna cōmitti cepta eſt: ſed noſtri aucta continuo ad clamorem manu fiduciaq̄ ſequentis exercitus meliori ſpe dimicabāt. Hoſtibus vero cōtinuo decreſcebant vires: q: deſcendebāt aſſidue nec vlli regrediebant̄. Et iam multitudo peditū Florentinorū ſupuenerat: ⁊ magno clamore ⁊ impetu inuadebat. Quare tandē fracti hoſtes non ſine magna cede p̄fligant̄. Capti equites hoſtiū ſupra ducentos Inter quos Taddeus Vernius propinqu⁹ ducis: ⁊ Vānes Appianenſis Piſanus: ⁊ Gentilis Camertnēſis fuerunt. Pedites vero multi fuere: ingens preterea multitudo capta.

victoria florentinoruz in Mediolanēs.

¶ Ea victoria ſublatis militū animis: neq̄ iam ducis precepto: neq̄ iam vlla alia vi cōtineri potuerūt quin deſcēderēt ex collibus: ac poſtremū agmen hoſtiū inuadere p̄perarent. Erant iam hoſtes apud Plebemuenalenſē ſtructi ac p̄poſiti: ſuos expectabant. Qui quū inuaderent a noſtris conuerſi e veſtigio hoſtes incaute ruentes in ſe noſtros non ſine magno detrimento vſq̄ ad colles ipſos ex quibus deſcenderant precipites egerūt. Ita qui non paruerūt duci: temeritatis ſue penas dedere. Hoſtes poſt hoc cōtinuato itinere ſe in Lucenſem agrum receperūt: q̄ in agrum Piſanū p̄fecti aliquanto q̄ in Lucenſi diutius caſtra fecerūt. Et pugnā ſe poſcere iterato iactabant: nec tamen ſequebatur effectus.

§. XIIII. Erat iā autūni extremum: frigoraq̄ ⁊ pruine deducendum in hyberna militem ſuadebant. Belli autē clades hincinde inflicte pacem equabilē recipere poſſe videbantur. Fuerat iampridem mentio pacis inducta: primo per Petrū Gambacurtam Piſanorum dn̄m: eo maxime tp̄e quo dux Bauarie in Italiam venire dicebatur: deinde p̄ ducē Genuenſē ſiquū Gallorū exercitum tranſire in Italiam cognitū eſt. Verumq̄ tp̄a alienuȝ a pace Florentini exiſtimabant. Itaq̄ licet aperte illā nō repudiaſſent: tū differēdo ac ſocios allegādo rem in longū protraxerunt. Sed iam ceſſante Gallorum ⁊ Germanoruz ſpe animi Florentinorū ferebant̄ ad pacē. Quare intercedentib⁹ amicis: legati Genuam miſſi ſunt a Florentinis ⁊ ſocijs: ⁊ a Galeatzio Mediolanenſi. Adfuerunt ⁊ Romani pontificis legati ad pacē ſuadendam adiuuandamq̄. Magnus enī per Italiam motus fuerat huius belli. Et ad quietem omnium

pertinere

pertinere ſedatio eius videbatur. Legati Florentinoꝝ fuere tres ſcȝ: Philippus Adimar: Ludouicus Aretinus: et Guido Thomaſij. In tractãda vero pace multe difficultates oriebãtur: maxime pro Patauij negotio. Franciſcus eñ Carrarienſis liberationem parentis ab hoſte captiuati obſtinatiſſime flagitabat. Mediolanẽſis vero Patauiũ vrbem repoſcebat. De Senenſibus ꝙ non parua cõtentio erat ꝙ Florẽtini Ptolemeos ⁊ Malauoltas nobiliſſimas familias que ꝑ id bellũ domo pulſe exulabant: reduci in vrbẽ Senarum petebant. Erat quoqꝫ diſceptatio de Lucignano. Tandẽ poſt multas variaſqꝫ diſceptationes: quũ ſatis iam trite res viderẽtur: ⁊ quid honeſte peti vel negari poſſet / deprehenſum eſſet: ⁊ quibus in rebus ſupereſſent differentie appareret: quo pax cõcluderet ad arbitriũ amicorũ differentias retulere. Fuerũt autem arbitri tres: Richardus Charazolus Neapolitanus / magnus Rhodi magiſter. Is tunc aderat a pontifice Romano legatus. Et Antonius Adornus Genuẽſium dux ſuo priuato nomine. Additus honoris gratia eſt populus Genuẽſis in cuius vrbe pax agitabatur: ſed pro vna duntaxat pſona. Idqꝫ expreſſe actum: vt nihil ratũ foret: niſi quod ab oĩbus concorditer laudaretur. Ante ſniam quum de obſeruatione future pacis ſermo eſſet: ⁊ dicerent hi qui rem tractarent: fide

pacis inter Florẽtinos et Mediolanẽſes cõpoſite conditiones.

iuſſores idoneos ab vtraqꝫ parte preſtandos eſſe: reſpõdens Guido Thomaſij vnus ex legatis Florentinis. Enſis inquit fideiuſſor ſit. Iam eñ Galeatzius ⁊ quid nos poſſim⁹ expertus eſt: ⁊ nos quid ipſe poſſit experti ſum⁹: Hanc generoſam vocem aduerſarij quoqꝫ probauerũt turpe exiſtimãtes metum oſtendere quũ alij non metuerẽt. Arbitri igitur re mature diſcuſſa: demũ ex compromiſſo pacem pronunciarunt: his ſcȝ cõditionibus. Urbs Patauina cum oĩbus oppidis ꝗ in poteſtatẽ ſuam redegerat: Franciſco Carrarienſi adiudicata fuit. Damnatus aũt vt penderet Mediolanenſi quingẽta milia Floreñ. in annos quinquaginta: ſingulis vcȝ annis. x. milia. De parente liberando nil expreſſe actum: ſpes tantummodo dabatur Galeatziũ propria liberalitate illum dimiſſurum. Caſtella hincinde ablata excepto Lucignano (id enim in pendenti remanſit) vt redderẽtur pulſiqꝫ: vtqꝫ exules Senenſium bonorum ſuorũ fructus perciperent. Idem actuȝ de Patauinis exulibus. Id inſuper additũ: ne Galeatzio Mediolanenſi exercitus vel copias vllas vltra aquam Frigidi verſus Hetruriã mittere ſeu habere liceret: niſi Senenſes ⁊ Peruſini vel eorũ alteri a Florẽtinis socijſve ac cõplicibus vexarẽtur: tũc eũ mittere ⁊ auxiliari licere. In hac ſola maxime querelam habuit penſio pecuniariũ Patauino impoſita. Nam cetera equis animis Florẽtini ⁊ ſocij pertulerunt. Hoc vnum indignati ſunt. Non vero clam fuit ducẽ ⁊ populũ Genuẽſem pro Mediolanẽſi ſtetiſſe: his tamẽ laudantis Florentini acquieſcere ſtatuerunt. Per hunc modum pax recepta eſt: ⁊ ceſſatum armis.

§. XV. Principio anni ſequen

tis etſi pax erat ſuſpitiones tamẽ nequaqꝫ parue exorte ſunt ex hmõi cã. Actũ fuerat in pace: vt puideret ab alterutris ne equites vel pedites ꝗ apud Florentinos ⁊ ſocios vel apud

latronũ copie odãs iter Mediolanẽſes ⁊ Florẽtinos renouãdiſ occaſionem prebuere.

Mediolañ. militaſſent: ita dimitterẽtur vt in ſocietatẽ latrocinij non coirẽt. Id duabus cautelis aſſequi poſſe videbat: vna ſi nõ tota ſimul agmina: ſed paulatim dimitterẽtur: altera ſi duces ad eã rem idoneos penes ſe retinerẽt. Florẽtini igit̃ ⁊ ſocij id bona fide ſeruaturi erãt. At eñ qui cũ hoſte militauerãt: ductores quidã non diu poſt pacẽ factam ſecedere ab illo ⁊ in ſocietatẽ coire ceperũt: iterqꝫ a Bononiẽſibus ⁊ Ferrarienſib⁹ poſtulare. Qđ ſi nõ concederet: in eos ſe trãſituros minabant. Ea res ſuſpitiones maximas peperit: ne ſimulata ab hoſte miſſiõe / vires ſibi reſeruaret: ac ſub alteri⁹ nole Florẽtinos ſociosve adoriret. Negare igit̃ iter placuit: ⁊ auxilia Bononiã a Florẽtinis miſſa ſunt: quo illorũ conatibus repugnaret. Et ſimul Galeatzio ſcriptũ pro obſeruatiõe conuentorũ. Sed tamẽ ductores illi de quorũ tranſitu dubitabat diuerſo itinere ꝑ Parmẽſem: inde Lucẽſem / Piſanũqꝫ agrũ ſecus inferũ mare in fines Senenſiũ deuenere: poſtea inde mouẽtes in Picẽſibus cõſtiterũt: maiorẽ latronicij ſocietatẽ augẽtes. Ibi quũ ſatis aucti roboratiqꝫ fuiſſent: reuerti in Hetruriã ac ciuitates vexare minabũdi ceperũt: et ad redẽptionẽ ſui populos cõpellere. Hec magnã ſuſpitionẽ Florẽtinis ſocijſqꝫ afferebãt. Augebat ſuſpitionẽ obſtinatio Senẽſium ꝙ poſt pacẽ infenſis nimiũ animis remãſiſſe cernebant. His addebat̃ inhumana tractatio legatorũ Florẽtinoꝝ: qui duũ apud Alexãdriam capti fuerãt: ꝑcipue Ioannis Ricij cui poſt pacẽ factã additi fuerãt ⁊ cõpedes: ⁊ triginta milia indicta redẽptio. Accedebat inſuꝑ ꝙ Frãciſcũ Carrariẽſem ſeniorem nihilominus captũ retinebat. Ob eas ſuſpitiones Florentini ⁊ ſocij ſedus inter ſe renouare cõſtituerũt. Quãobrem Bononie conueniẽtes ſingulorum legati / ſocietatem

eiſdem ferme conditionibus quibus erat prius renouarũt. Fuerunt in eo ſedere Florentini: Bononienſes: Patauini: Ferrariẽſis marchio. Illudqꝫ in ſedere adſcriptum: vt cuiqꝫ aut ciuitati aut principi venire in ſedus volenti locus eſſet. Ob quã facultatẽ haud multo poſt Mãtuanus in ſocietatẽ ſeduſqꝫ acceſſit. Ita Florentini ⁊ ſocij pacẽ verbis predicantes: optimo conſilio ſe aduerſus futuri belli inſidias muniebant. Cõmouit tñ maxime Galeatziũ Mãtuani ꝯfederatio: nec verbis querelisqꝫ pepercit: ac Florentinos pacẽ nolle: ſȝ bellũ optare conqueſtus / eſt: ſuoſqꝫ iꝑe apparatus clã ⁊ aſtu

Ludi eqſtres florẽtie exhibiti.

te moliebat: vt poſtea de Piſanis apparuit. ¶ Eo anno ludi magnificẽtiſſime facti ſunt ob honorẽ Francoꝝ regis. Significauerat eñ rex ad gaudiũ ⁊ letitiã florentini ppl'i filiuȝ ſibi primogenitũ natũ. Hoc ergo ſuſcepto nuntio: ciuitas ob eã reȝ ludos ſolẽnes ad diẽ certã ſtatuit: idqꝫ late per Italiã diuulgauit: Genus hoc ludorũ torneamentũ appellant. Eſt autẽ pugna equeſtris armis apparatu ⁊ certamine verũ preliũ repreſentans: Iuuenes ⁊ equi eorum ornati inſigniter: thorace ⁊ caſſide ⁊ oĩbus armis affatim muniti. Nec quicꝙ deerat ad verã pugnam: niſi ꝙ enſes quibus pugnabatur nec aciem nec cuſpideȝ habebãt. Erãt tñ ferrei ⁊ graues ⁊ ad feriendũ accõmodati. Fecerũt aũt iuuentuȝ turmas duas: et ſingulis turmis dux ſuus erat. Pugnã vero cõmiſerunt certa die: modo cumulatim mõ ſparſim ſeſe mutuo ꝑuadentes inſectationeſqꝫ ⁊ fuge ⁊ cõuerſiones ⁊ dimicationes ſpectaculo digne. Hec tñ oĩa vanitas immo iniquitas: qꝛ ꝯ mandatũ eccleſieqꝫ prohibet torneamẽta. extra eod. ꝑ totũ. Hec tñ apud regem Francorum ⁊ alios principes relata famam ciuitatis magnam grandius extulerunt.

§. XVI. Poſt huiuſmodi ludos

legati Mediolanenſes florentiã venere. Ii quum optimam principis ſui voluntatẽ erga pacis obſeruationẽ multis verbis predicaſſent: ⁊ ſiqua ſuſpitio ſubeſſet: ad eam ſe reſponſuros ac ſatiſfacturos ſe obtulerũt. Nihil eñ gratius illi fore ꝙ oẽm ſuſpitionẽ de medio tollere: vt quẽadmodum pura

Mediolanẽſiũ oratores florentiaȝ miſſi.

mente incedit: ita exiſtimet. Quũ ad hec generaliter reſponſum fuiſſet: Florẽtinorũ ſcȝ pplm de illius voluntate optima nõ ambigere: putareqꝫ ſe pacẽ firmã ⁊ certa hꝫe verba: vn⁹ ex legatis. Nõ eſt ſatis (inquit) o Florentini iſto modo agi. Nõ eñ ideo miſſi ſumus: vt gñaliter ageremus: ſed vt reſpõderemus his ꝑpter ꝙ vos ſuſcepiſſe ſuſpitiões princeps noſter cognouit: Ea qñ vos taceti amos exprimemus. Tria vt ab oratore veſtro intellectũ eſt: ſuſpitionem de illius voluntate apud vos pepererũt. Unũ dimiſſio copiarũ: ꝗ mox aucto numero in ſocietatẽ latrocinij coierunt. Alterũ obſtinatio Senenſium ciuiũ. Tertiũ ꝙ Frãciſcus Carrariẽſis ſenior ⁊ legati veſtri nõ ſint dimiſſi. Horũ ſingulorũ excuſationes legitimas audire vos rogamus: vt deſinatis aliqñ ſuſpicari. Primo ꝙtum ad copias attinet: erant apud illũ permagne equitũ copie: multiqꝫ ⁊ preclari ductores: quos oẽs magno ſuo incõmodo retinuit apud ſe: ea ſolummodo cauſa ne dimiſſi patrie pacẽ conturbarẽt. Tres tantũ ex multis diſceſſerunt: Broglia videlȝ ⁊ Brãdolinus: quos ꝑpter conuentiones cũ illis ab initio initas retinere non potuit: et Biordus Peruſinus: qui cõducente ac poſtulante Romano pontifice dimiſſus eſt: cui etiã Bononienſes ſocij veſtri ab eodem põtifice rogati iter liberum conceſſere. De Biordo igitur nulla vobis iuſta querela eſſe poteſt: quod de ſuperioribus illis duobus multo minus. Ii enim vos ſocioſqꝫ veſtros attingerent: per longa itinera ac prope deuia in agrum Picenum vnde conducti fuerant / ſunt reuerſi. At poſtea in ſocietatem latrocinij coierunt. Quid ad ipſum? neqꝫ eniȝ preſtare debet ne huiuſmodi hominum genus poſtꝙ ab eo diſceſſerit: latrocinetur. Quinetiam ex his qui vobiſcum durante bello militarunt: magna ex parte ſocietas illa latrocinij conflata eſt. Quid duritiam Senenſium an quiſꝙ illi imputare debet: qui ſtatim recepta pace illos ad quietem exhortatus eſt: Reliqua eſt querela de Franciſco Carrarienſi patre ac de legatis veſtris: Que quidem iuſta forent: ſi de liberandis illis in pace conueniſſent. Sed quum eorũ liberatio non fuerit promiſſa nec conceſſa: quis admirari vel imputare principi noſtro debeat: ſi illi non dimittãtur? Sed ⁊ legati veſtri apud Alexandriã iure belli capti in eorũ qui ceperũt manus deuenerunt: quos nos redimere ipſe debuit: nec illis qui iure belli ceperant auferre. Ex his tñ ſplendidus miles Rainaldus Gamfiliatij ſatis humaniter dimiſſus eſt. Ioanni Ricio fortuna contigit veniſſe in manus militis durioris animi: qui infinita quedam ab eo ſperaret. Hec vt videtis nihil ad ſe. Si igitur quiſꝙ fuerit de optimo illius animo ſuſpicatus: eam ſuſpitionem deponere debet. Ipſe certe ſi ſuſpicari vellet: plures probabilioreſqꝫ cauſas haberet ſuſpicandi: ob receptionem Mantuani in viſceribus eius dominij exiſten

tis et ob fedus tanto ſtudio renouatum et ſecutum. Legati Mediolanē. iſta dixere. Florentini aūt quum legatorū dicta recēſſerent: admirabātur in primis q̄ illi dixerūt ex legato Florētini populi tria illa ſuſpitionē afferētia cognouiſſet: cōſtabat eīm nunq̄ de hac re mandatū alicui legato tradidiſſe. Tandē compertū eſt Gratiā quendā ſic nominatū ordinis eremitarū ea tēpeſtate inſignē theologū/ qui alijs de rebus ad Galeatziū miſſus fuerat: monēdo et exhortādo/ illa dixiſſe ex ſeipſo. Itaq̄ rñſum legatis datū eſt: Nunq̄ Florentinū populum de illi⁹ optimo aīo poſt pacē dubitaſſe. Qd̄ aūt de illis tribus quererētur: dictum eſt ſe certiſſime ſcire nunq̄ legato ſuo talia cōmiſiſſe. De facto autē Mantuani non debere admirari. Non eīm amicitiā eius Florētino pplō nunc incipere: ſed eſſe peruete rem. Nec pro bello cuiq̄ inferendo in ſocietatē fuiſſe receptū: ſed pro pace quieteq̄ ſeruāda. Betiq̄ expreſſe fuiſſe in eo federe quod renouatū eſt: vt pax ſeruaretur: nec aduerſus illius quecunq̄ conuenta quicq̄ fieret. Cum hoc reſponſo legati remiſſi ſunt.

§. XVII. Petrus Gambacurta

Petri gābacurte mors indigna.

princeps Piſarum interfectus eſt eodem anno. Pro cuius rei pleniori notitia ſciendū quod hic fuit modeſti animi vir: ſub cuius gubernatione ciuitas Piſana diu requieuit. Populo autem Florentino in primis amicus erat. Habuit vero adiutorem rerum gerendarum Jacobum Appianē ſuum ſcribam ſeu cancellarium: quem ab adoleſcentia ſua vt filium educauerat et eruditū fecit in multis. Quumq̄ per multos annos ei eſſet obſecut⁹: cūcta etiā ſecretiſſima et arduiſſima eius tractabat: et in eam paulatim aſcendens deuenit potentiam: vt dñatori etiam ipſi formidabilis eſſet. Multa eīm per manus eius diſponebātur. Unde amicitias plurimas acquiſiuit. Factionem etiam ſibi non mediocrem cōparauerat in Piſania: preſertim eorū hominū qui Mediolanēſi fauebāt et Florētinis aduerſabātur. Nam has quidā partes Jacobus ipſe vehementer augerat. Filiumq̄ eius Vannē vigente nuper bello ad Galeatzium palam miſerat aduerſus Florentinos militaturum. Hic Vannes in fuga illa hoſtium ex agro Piſtorienſi facta captus a gentibus Florentinorū fuit: que res facinus iam cōpoſitum longius retardauit. Oſtēdit vero Galeatzius quāti faceret iſtum iuuenē: quāq̄ ſibi placerent illius cogitata: q̄ Joannem Ricium (de cuius captiuitate ac retentione ſupra dictū eſt) Appianenſi conceſſit quo filium redimeret. Redēpto igitur iuuene ac Piſas reuerſo: ſuſpitiones maiorem in modum creuerunt. Multi Petrum monebant vt ab inſidijs caueret. Nam cōparari ab Appianenſi vires ac ſe premunire non oſcurum erat. Nec ſane ipſe negabat: ſed aduerſus Lanfrācos inimicos ſuos ne q̄d mali pateretur ab eis ſeſe munire predicabat. Petrus aūt Gambacurta vetere vir bonus: qui de alio non crederet qd̄ ipſe non faceret: q̄uis ſepe admonitus fidē nō adhibebat. Precipue ſuper hoc cautū eum reddidit vicarius vallis Nebule et plures Piſani. Sed paucis diebus ante dñs Jacobus prefatus occidi fecerat in domo dñm Jacobū de Lanfrancis et filium et famulos amicos dicti Petri. Et iam potuiſſet remediū adhiberi interfectioni eius ſi voluiſſet: et permiſiſſet armari ciues amicos ſuos poſtq̄ ciuitas cepit tumultuari. Sed exiſtimauit tumultum poſſe ſedare colloquium habēdo cum ipſo Jacobo. Qui facta magna collectione peditum ingreſſus ciuitatē occidi fecit proditorie dictum dñm Petrum iuxta domum ſuam. Jacuitq̄ corpus exanime ante oſtium domus. Quum ergo ſero factū eſſet: delatū eſt corpus eius ad eccleſiam ſine luminaribus vel aliqua ſolemnitate exequiarum. Diſcurritq̄ per ciuitatē pro parte Gibellina dñium eius ſibi vſurpans: duoſq̄ filios dñi Petri vulneratos et captos veneno extinxit: miſitq̄ pro copijs ad Mediolanenſem ad ſui adiutorium. Predē etiam exponi fecit domos aliquas mercatorum precipue Florentinorum. Eodemq̄ menſe Octobris ſumpſit ſibi nomē capitanei et defenſionis Piſarum vt fuerat dñs Petrus. Et miles factus creauit et ipſe quatuor milites: ex quibus duo erant filij ſui. Talem ergo retributionē Jacobus de plano vt ingratiſſimus et perfidus proditor et homicida reddidit tanto ſuo benefactori. Qui deinde male fortunatus eſt.

Jacob⁹ Appianēſis Piſanum inuadit dñium.

Ea tempeſtate quum quidam proceres Siculi cepiſſent inſulam Sicilie vt dñi regina filia regis ad quam ſpectabat dñium illud/ aufugit in Aragoniam. Multi autē populi illius inſule ſe ſubtraxerunt a dñio illorum procerū: et miſerunt pro regina ipſa vt reuerteretur. Rex autem Aragonum dedit eam in vxorem cuidā ſuo conſanguineo: et cum galeis armatis remiſit eam in Siciliam. Que vt applicuit: partem eius recuperauit. Proceres illi qui cauſa rebellionis fuerunt: queſierunt cum ea concordiam. Que reſumptis viribus fecit illos capi et interfici: et comitē Claromontis fecit decapitari.

§. XVIII. Ipſo anno Antoni⁹

Adornus dux Genuenſium: relegauit quoſdam ciues et timens ſibi de reuolutione ſtatus ſui adiutoriū bellatorū petijt et obtinuit a Mediolanenſi: ſcʒ centū equites et .ccc. pedites. Quamobrē indignati Genuenſes inſurrexerunt ꝯ eū. querentes eū expellere a dñio cū auxilio exulū: qui vna portam frāgentes ciuitatis ingreſſi fuerant. Et ſeditione facta et bello ciuili inter eos: poſt homicidia plurium preualuit et victor remanſit in dñio dux ille: qui trecētos ex ciuibus exilio tradidit: aliquos etiam occidi mandauit. Quum autē dictus dux male ciuitatem gubernaret: et tyrannice nō ferentes populus et nobiles iniuſtitias eius/ inſurrexerunt ꝯ ipſm poſt aliquas rixas ſeu bella cū eo demū expulerunt eum de ciuitate: et fecerunt aliū ducem ſcʒ dūm Antonium de monte alto. Prior aūt dux clam aufugit ad quoddā caſtrum ſuum.

Antonius adornus dux Genuēſes exulabant.

¶ Tunc etiam in regno Appulie comes Albericus et dñs Otho capitanei gentis armorū regine Margarite et filij ei⁹ Ladiſlai/ preliū inierunt cū comite Ericarici principe exercitus Ludouici ducis Andegauie. Porro pſligati et ſuperati ſunt q̄ p regina et Ladiſlao erant: et pene oēs capti vel mortui. ¶ In illo anno Luce Lazarus Frācīſci de Ginniſijs vn⁹ et primoribus ciuibus ſeditionem faciens ingreſſuſq̄ palatiū Antianorum: occidit Fortiguerrā de Fortiguerris vexilliferū iuſtitie: et domos ei⁹ pdari fecit: et ipſe fact⁹ eſt vexillifer. Poſtea captus fuit et occiſus Nicolaus de Colliſtoris ſtrenu⁹ vir militie: q̄ plures honores in pilijs in militia p Luceſib⁹ obtinuerat. Poſt quē et dñm Barptolomeū Fortiguerrā ſimili ſnīa condēnauit: et aliquos alios de ciuitate expulit. ¶ Mēſe Junij eiuſdē anni, congregati ſunt ſimul armigeri multi: q̄ dicebant ſocietas latronū: in territorio Peruſino. Horū capitanei erāt comes Joānes de barbiano: et Azus de caſtello: et Brogle et Brādolinus: Joannes Teutonicus de Petramala cū quatuor milibus armigeroꝝ: vt facerēt ppłm diuerſarū ciuitatū ſe redimere a vexatiōib⁹ eoꝝ. Maxime aūt minabant Florētinos moleſtare: niſi eis darent centū milia florenū. Et cum viderent Florētinis nimis exceſſiua poſtulationes decreuerūt eis non acquieſcere: ſed cū copijs ſuis et aliis procurādis illis pugnaciter reſiſterent: additis ad ſuas quibuſdam copijs auxiliaribus ex Bononia et Ferraria: miſerunt eas in territoriū Aretinū. Quāuis aut ēſufficerent ad defenſionē: tn̄ q: multa damna inferebāt illi quotidie in diuerſis locis mutarunt ppoſitū: iudicantes minus detrimenti recipere in cōponēdo cū eis in parte quantitatis poſtulate q̄ damnis eorū quotidianis affici. Un̄. xl. milia florenū. cōuenerūt eis dare: ita vt nīl offenſionis eis inferrent p annum integrū. Poſtmodū proceſſit latronū illoꝝ ſocietas ꝯ Senēſes et Piſanos: et poſt damna illata a Senenſibus receperunt vij. milia florenorum: a Piſ. vo. xij. milia. Lucenſes autē antequā inuaderentur ab eis concordarunt cum eis pro octo milibus. Poſt hec reuerſi ſunt Peruſium predas diuidentes et per diuerſas regiones diſperſi ſunt.

Latrones ingentem vim pecunie ab Italie ciuitatibus extorquent.

§. XIX. Mēſe Auguſti dicti an

ni. M. ccccij. Florentini quum non valerent amplius ſuſtinere tanta grauamina preſtantiarū ꝑpter nimiā ꝯductionē ſtipendiariorū: decreuerunt ſolū ſibi retinere .ccl. equites: et cc. pedites: et alios licentiauerūt honeſto modo. Et q: debitū erarij creuerat ad nimiam quantitatē/ ſtatutū fuit p cōſilia opportuna/ q̄ annuatim retineret ciuibus creditorib⁹ montis rōne preſtantiarū ſolutarum quarta pars eorum qd̄ debebāt ipſi ciues a mōte recipere de intereſſe. Verbi grā. Si ſolueret cōmunitati in pſtantijs in totū mille: a mōte debebat hr̄e annuatim quinquaginta. Sʒ dēpta ſeu retēta quarta parte .l. recipiebat .xxxvij. libras et duos ſolidos. Et poſtea in capite quatuor annorum illa quarta pars q̄ retenta fuerat reſtituebat ciuib⁹ ex integro. Fuit inſuper ordinatum q̄ q̄cunq̄ in preteritū emiſſet illa iura montis a ciuibus: teneretur reuendere ipſi cōmunitati eo precio quo ipſe emerat: additis tn̄ duobus p centenario. Quāuis aūt nō videret honeſtū cōitatē fidē frāgere ſuis creditoribus in pmiſſo: tn̄ q: neceſſitas impotētie nō hʒ legē: et nulla eſt impoſſibiliū obligatio ex quo cōmunitas nō poterat: excuſabat ab iniuſtitia et iuſte ſic ꝓuiſum fuit. ¶ In illo etiā tpe quum ciues Alexādrie que eſt ſita in Gallia citeriori: eieciſſent rectorem ciuitatis qui ibi poſitus erat a Mediolanēſi vicarius ſuus: ille quidem ſimulauit ſe hoc non curare: ſed miſſis illuc gentibus armorū/ paulatim poſtq̄ fuit ſufficienter ꝓuiſum ne ſe rebellaret: totā expoſuit eam prede illorū. ¶ Anno autē dñi M. ccccij. fuerūt allate Florentiā quedā reliquie ſctōrum et largite arti mercatoꝝ: ac collocate in oratorio ſancti Joannis bap. et a quodā nobili vnum os ſecūdi digiti manus beati Joā. bapti. quas reliquias firmiter aſſerebat ſe recepiſſe

Uarie reliquie florētiā allate.

a quodam

a quodam milite imperatoris familiariſſimo ei. A quadam etiam nobili matrona olim vxore cuiuſdã Florentini qui fuerat cubicularius imperatoris Conſtantinopolitani: fuerunt ex Venetijs Florẽtiam adducte multe reliquie diuerſorum ſanctorum in diuerſis locellis quarũdã tabularũ collocate. Et inter eas erat ibi de oſſe colli beati Joã. bap. ⁊ maxilla ſiniſtra cum parte dẽtis que omnes recõdite ſunt in dicto oratorio Joã. bap. cũ magna veneratiõe ciuiũ ⁊ ꝓceſſione cleri. Et cõſules artis mercatorum cõſignarunt predicte matrone ob retributionẽ tãti muneris annuatim ĩ vita ſua. lx. florenõ. qđ obſeruatũ ei fuit. ¶ Ipſo anno in Sicilie inſula ppl'i diuerſorũ ciuitatũ ⁊ primo Panhormitani rebellarũt ſe regine ⁊ Cathalanis: ⁊ reduxerunt ad diuerſas arces ⁊ fortalitia: Sed rex Aragonũ miſit illuc claſſem armatorũ ꝯ illos: indeq; multiplicata ſunt bella in regiõe illa. In Galeata Romãdiole fuerunt terremotus magni ⁊ multi ruentibuſq; edificijs nõ paucis oppreſſi ſunt eorum habitatores.

§. XX. Ea tempeſtate Florẽtini

⁊ ſocij ſe corroborantes: Ariminenſes / Fauentinos / Rauennates / Imolenſes / Cyphernates / in ſocietatem fœduſq; ſuſceperunt. Quo aũt plures accedebãt ad ſe tũ eo crebriores moleſtie ſequebantur ob copias in ſocietatem latrocinij plures per Italiã coactas: q̃ cõfederatis terrores ⁊ dãna varie inferebant. Domi ꝟo eodẽ anno mot⁹ fuit: ſumpſitq; arma ppl'o: ⁊ cõtentionẽ egit armat⁹. Per eã cõtentionẽ q̃dam Albertorum pulſi: reliquis eius familie honores adempti. Cauſa huius fuiſſe creditur: nõ tam recens aliq̃d amiſſum q̃ vetus partium cõtentio: ex eo tpe cepta: quo Benedictus eius familie princeps armatus in foro adfuit: dum ſupplicium illud indignũ de Petro Alberico ac ceteris optimatibus ſumeret. cuius rei indignatio atq; dolor in mẽtibus filiorũ atq; agnatorum reſederat: ꝑ eandem ꝯtentionẽ certo numero ciuium delecto reipu. reformãde. Iſtam tamen nouitatẽ ciuitatis quã Leonardus ſic abbreuiat: chronicum diffuſe proſequitur: qđ ſatis fidele exiſtimat. Menſe Octobris. M.ccc.xcij. detectus fuit quidã tractatus dñis Prioribus a duobus exulibus: quo aliqui ciues cũ. xiiij. artib⁹ diſponebãt ciuitatis ſtatum mutare: Et ex nominatis de illa cõſpiratione tres capti fuere: qui tortu ſocios denũtiarũt: precipue Albertacci⁹ ⁊ dominus Cyprianus de Albertis / ⁊ vnus de Adimarib⁹. Hi aũt vocati a dñis: cauſam ignorãtes cõfiſi de innocẽtia (vt creditur) ſua ſubito ſe preſentarũt. Tũc etiã plures lr̃e preſentate fuerunt dñis de ea re ſignificantes. Tres aũt illi prenominati ad rectorẽ miſſi fuerunt tanq̃ rei. Hoc aũt inuentum ſiue verum ſiue fictũ fuit: publicatũ fuit ciuib⁹ multis ad hoc req̃ſitis: ⁊ dies qua rumor fieri debebat expreſſa. Decretũ igit a ciuibus vt tractatus iſte diligẽter examinaret: ⁊ rei punirentur. Et fuit facta cõmiſſio huiꝰ examinationis octo guardie officialibus: adiunctis eis. xxxiiij. ciuib⁹. ¶ Illis dieb⁹ quum quidã a familia Poteſtatis duceretur captus: q2 hora ꝓhibita noctis incedebat. Joãnes de Bucellis vexillifer ſocietatis mandauit militi vt captũ relaxaret. Quod quũ non faceret: exclamauit ille Joãnes. Hec iniuria fit Guelfis. Audiẽs clamorẽ cetus ruſticorũ aduocatus de comitatu ad cuſtodiã ciuitatis: collocat⁹ in ecc'ia ſancti Apollinaris: egreſſus eſt ecleſiam ⁊ clamare cepit / Viuãt Guelfi. Cũ his ꝯgregati cõplures armati cum eodẽ clamore ꝓcedentes vſq; ad plateam dominorũ: ⁊ interrogati ex parte dominorũ quid peterent: r̃nderunt interfectionẽ Albertaccij ⁊ domini Cipriani: intendentes introire in palatiũ domini capitanei vbi illi detẽti erãt: vt ibi occiderẽt eos: ſed a duob⁹ notabilib⁹ viris verbis mollibus fuerunt retracti ab inceptis. Et duo illi de Albertis vt tuti⁹ ſeruarẽt: de palatio capitanei trãſlati ſunt in palatiũ dominorũ. Quum timeret ſeditio ciuitatis: poſuerunt vigiles noctis qui cuſtodirẽt ciuitatẽ: ⁊ multos etiã ex comitatu aduenire fecerunt: ac dñm Cortonij cum. xxv. equitibus ⁊. cl. peditib⁹ ꝓ cuſtodia ⁊ ad obuiandũ ſeditionibus. Exinde fecerunt pulſare cãpanã ad parlamentũ iuxta morem: data libertate oĩbus vt venire poſſent ad audiẽdũ que tractãda erant ꝓ bono reipub. Cõgregato igitur omni pp'lo in platea: dñi Priores cũ collegis ſuis in Aringheria ſe collocarunt: ⁊ per Seruinianũ notariũ reformationum fuit ꝓpoſitũ pp'lo / q̃ ꝑ ꝓuiſionem. lx. ciuib⁹ / qui tunc fuerunt corã omnib⁹ ſimul: cũ dñis Prioribus ⁊ collegis ⁊ capitaneis partis Guelfe ⁊. viij. Guardie ⁊ ſex mercantie: daref facultas et balia predictis ſimul adunatis ꝯcordantib⁹ vel ſaltem duabus partib⁹ eorũ oĩm: ad reformãdũ ciuitatẽ prout eis videbitur et placebit: qđ totũ pp'lo placuit ⁊ approbauit. Deinde ſubito predicti habentes baliã ⁊ ꝑtãtem: vt multis placerẽt oẽs de familia Albertina declararũt magnates priuãtes eos omni adminiſtratione reipub. ſeu officijs: exceptis tamen filijs domini Nicolai de Albertis. Et ad ꝑficiendum ſcrutiniũ officiorum / addiderũt prefatis de balia tot ciues vltra officiales: vt eſſent. xxvi. ꝓ quolibet quarterio vrbis ac etiã ad capitudines artiũ vnum pro qualibet adiungi decreuerunt. Sequenti vero die ipſi elegerunt vnũ capitaneũ balie: qui rõnem nulli reddere teneret de geſtis per eũ: ſeu ſyndicari a quoq̃. Hũc declararũt ⁊ noiarũt fore dñz Frãciſcũ de Gabrielis de Cantiano. Cui aſſumpta virga cũ officio: aſſignatus fuit locus habitationis ſue: manſio ſancti ſepulchri: que eſt ordinis ſancti Joãnis Hieroſolymitani in ponteveteri ſita. Exinde ꝑ officiũ balie deliberatũ fuit: vt ſcrutinium partis Guelfe quod tunc erat in vſu: igni traderet: ⁊ aliud nouiter formaret. Similr̃ etiã ſcrutinia oĩa ſeu imburſationes oĩm officiorũ ab extra ciuitatẽ cõbuſta ſunt: vt per eos noua reficerẽtur. Et eodẽ modo ſcrutiniũ cõfectũ tpe Bardi Martini combureret: ⁊ reſeruarentur alia duo facta anno dñi. M.ccclxxxi. ⁊ aliud cõfectũ anno. M.ccc.xci. cũ hoc etiã addito q̃ qui obtineret in illo pñti ſcrutinio anni vel. M.ccc.xci. admitti ad officia: poneretur ⁊ cõnumeraretur cum alijs in illis duobus ſcrutinijs anni. M.ccc.lxxx. ⁊. M.ccc.xci. Qui aũt non obtineret in pñti: extraheret de illis duobus vt priuat⁹ officio Deliberauerunt inſuper q̃ noui Priores elegerẽtur ad manus. i. voluntatem eorũ ex nouo ſcrutinio per nouos acceptatores. Item q̃ eligeret duo vexilliferi ſocietatis ex quolibet quarterio extracti d' nouo ſcrutinio. Die aũt. xxiiij. dicti menſis tota ciuitas fuit ſub armis exclamando publice / Viuat populus ⁊ pars Guelfa. Quidã aũt qui clamabãt / Viuat populus ⁊ artes: fuerunt profligati. Et vnus eorum qui videbatur audacior / Leonardus ſcz incole tinctor occiſus fuit. Venerunt ergo oẽs vexilliferi ſocietatis cum vexillis ſuis aſſociati cum ſuis armati in plateam dñorum clamãtes / Viuat populus ⁊ pars Guelfa. Et tunc a dominis Prioribus fuit datum vexillũ inſignitum armis populi dño Donato de Acciaiolis militi: ⁊ aliud vexillum cum ſigno partis guelfe. ſ. aquila rubea datũ ab eis fuit dño Rainaldo Ganfiliazi. Et cũ dictis vexillis ſimul cum capitaneo balie aſſociati pluribus ciuibus pluries circũierunt plateam dñorũ clamantibus oĩbus / Viuat populus ⁊ pars Guelfa. Et circa finem diei reuerſi ſunt oẽs vexilliferi cum vexillis ad domũ ſuam. Et duo milites dicti cõſignarũt vexilla ſua Prioribus que in feneſtris palatij eorum appenſa ſunt. Mane ſequenti tota platea dñorum repleta eſt hoĩbus armatis Guelfis: ⁊ tunc fuerunt ad confines iudicati dñs Cyprianus: ⁊ Albertacci⁹ / ⁊ Nerozius / ⁊ Petrus de Albertis in diuerſis locis: ⁊ aliqui alij in pecunia condẽnati: ⁊ alij carceri perpetuo mancipati. Tunc etiã ad requiſitionẽ artis lane fuit decretũ ⁊ ſub certa pena ꝓhibitum: q; non poſſent intromitti in vrbem pãni lanei alienigenarum: niſi ex certis locis ⁊ paucis. Et porte ciuitatis clauſe ea die manſerunt vſq; ad horam nonam: q2 timebat nouitas. Et ſeptem homines in diuerſis locis tunc fuerunt occiſi. In palatio aũt continue ⁊ ſolicite intendebatur confectioni ſcrutinij. In ſortitione autem nouorũ Priorum in fine menſis multi armati ad plateam concurrerunt. Illis autem nominatis ⁊ in palatio acceptatis: reuerſi ſunt omnes quiete ad domos ſuas: ⁊ octo guardie mandarunt ꝑ preconem omnes arma deponere et ad artificia ſua redire. Quinq; tamen diebus ciuitas manſit ſine pulſatione horarũ propter ſuſpitiones. Fuit etiã determinatum per conſilia: q̃ de aliquo maleficio perpetrato in illis rumoribus non poſſet cognoſci ſeu quiſq; puniri. ¶ In Nouembri autem noui Priores pacifice officium ſuſceperunt. Sed inde ad paucos dies orta eſt aliqua ſuſpitio ſeditionis. Unde quidã qui tumultuantes clamauerant / Viuant artes: capti fuerunt ⁊ capite plexi. Aliqui alij ex illis fugientes exilio relegati. Et ꝓ cuſtodia maiori platee fuerunt conducti ducenti ſtipendiarij ibi reſidentes. Fuit autem ſcrutinium ex toto perfectum. xxi. Decembris. Tunc etiam ſtatutum eſt quod nullus valeat aſſumi ad vexilliferatum iuſtitie: niſi cõpleuerit etatis ſue. xlv. annum. ¶ In Februario ſequenti fuit interfectus vnus ex vexilliferis ſocietatis in foro nouo, Captus aũt occiſor: cõdignam recepit retributionem. Nam in Curru poſitus nudus / ⁊ tenalijs ignitis ſepe extrectatus: in illo loco ſuſpendio vitam finiuit: vſq; ad veſperam in patibulo dimiſſus. Sequenti autem Martio Joannes Auguſt. militie dux diem obijt iuxta ciuitatẽ in ſua habitatione ſita: in loco qui dicitur Puluerosa: publicoq; ciuitatis funere elatus eſt maximis honoribus ſepulture eius impenſis. Fuit Augu. genere Anglicus: ſed longa militia per Italiam aſſuet⁹: in multiſq; verſatus bellis famã gloriã rei militaris ſibi precipuam cõparauerat. Sepultus eſt in eccleſia cathedrali.

Guelforum inſigne.

Joãnis Augu. militie Florẽtie neoucis obitus.

§. XXI. anno dñi. M.ccc.xciiii.

vt ſcribit Leonar. in hiſto. Florẽ. magni rerum motus nouiter exorti ſunt: ⁊ ad bellum reditum eſt: non tamen aduer

ſus Galeatzium Modiolanenſem apertum fuit bellum: ſed aduerſus alios eo ſubmittente. Mortuo ſiquidem Alberto Ferrarienſi domino: Nicolaus filius eius eſtī illegitim⁹ admodū adoleſcens de voluntate patris ⁊ Ferrarienſium ſucceſſit in principatu. Actius vero ex eadē familia ob ſuſpitionem affectati imperij Ferrarie commorari veritus: primo Uenetias inde Florentiam ſe contulerat: vbi morā trahens ſatis honeſte ac magnifice ⁊ in honore apud ciues habitus: quum per aliquod tempus eo mō perſtitiſſet: demum cupiditate dominādi per ſeipſum ardens: ⁊ ab alijs inſuper quibuſdam incenſus: clam Florentia abijt cum paucis comitibus: ⁊ in Flaminiam ſe cōtulit. Inde mox propius accedēs per amicos ⁊ clientes contractis ſubito viribus: repentino tumultu cūcta inuoluit: vt nō ſolum in ijs locis que ad Argentam ⁊ Rauennam conuerſa exiſtunt: verūetiam in Mutinenſi defectiones varie fierent ac extremo in periculo ſtatus Nicolai poneretur. Cognouit ciuitas ſtatim Actiū non ſuis viribus/ſꝫ alienis iſta moliri: ⁊ quis eſſet author machinatorq́ ⁊ qua de cauſa non ignorauit. Itaq́ primo reducere Actium pro amicitia familie ad arbitrium conatū eſt. Mox vbi illum alieniorem ſenſit: ad tutelam Nicolai vt pote ſocij ⁊ confederati ſurrexit. Non paruꝰ quidem fuit cōtentio: nec exigui temporis. Fauebant enim Actio Rauēnates ⁊ Foroliuiēſes. Joānes vero Barbiani comes vir militaris ⁊ magnū habens equitatum/domi ſue Actium receperat ⁊ enixiſſime adiuuabat: defectionesq́ oppidorum ab ea quidē parte plurime ſunt ſecute. In Mutinenſi vero alie equitū turme: quibus p̄erat Philippus et Marconaldus Piſani omnis p̄dabantur: nec deerāt etiam accolarum fauores. ¶ Per id tempus alia multitudo equitum ⁊ peditum in ſocietatē coacta quibus p̄eerāt Broglia ⁊ Brandolinus: Gargonſam caſtellum agri Aretini furtim occupauit: diſcurſiōeſq́ hoſtiles p̄ multa loca faciēs rapinis ac p̄elijs cuncta inuoluerat. Ob eas turbatiōes .x. viros publica authoritate ad curam belli creare placuit Florentinis. Hi et aduerſus Gargonſam militem oppoſuerunt: qui a populationibus hoſtem cohiberet: ⁊ Ferrariam magna equitum auxilia miſerunt: quib⁹ p̄fuit Conradus comes: ⁊ ita bellum in Aretinis ⁊ Ferrarienſib⁹ eodem tempore cōcitatur. Utrobiq́ Galeatzij factum fuiſſe non erat obſcurū. Nam qui Gargonſam occupauerant equites: paulo ante ab eo dimiſſi fuerāt: ⁊ qui Ferrarienſem p̄mebant: ab eodem authore proficiſci cernebātur. Actiū nequaq̄ per ſe tanta poſſe manifeſtiſſime apparebat. Florentini igitur iſta cernentes ita ſuſceperunt Ferrariēſe bellum: vt non aliena ſed propria res agi videretur. Nam Bononienſes ſiue metu copiarum que in Mutinenſi conuenerāt ſiue amicitia Actij/velut medij quidam perſiſtebant. ¶ Per idē tempus legati imperatoris Romani qui dicebatur Uentzeſlaus: Patauium primo/inde Mātuam veniētes ſignificarunt imperatorem ipſum ac regem Bohemorū exiſtentē audiſſe contentiōes que illis ⁊ ſocijs eorum ſint aduerſus Mediolanū. Itaq́ conſtituiſſe ob eam rem ſi modo cōfederati vellent in Italiā tranſire ad Mediolanū. potentiam retundendam: quo rebus ſuis contētus ſit: alienas nequaq̄ inuadat. Hec legatorum oblata ⁊ Patauino ⁊ Mantuano optima videbantur. Illiuſq́ aduentum in Italiam ſuſcipiendum adiuuandumq́ cenſebāt. At enim Florentini periculoſum nimis cōſilium exiſtimabant: ob metum ac ſuſpitionē Mediolanū. alium maioris faſtigij principem in Italiam accerſere. Itaq́ peruicerunt tandem Florentini vt legatis reſponderet/nullum ſibi ad preſens eſſe bellum aduerſus Mediolanū. ſed pacem agere quam ſeruaturum illum eſſe confidunt. Quod ſi aliqū ſecus fieret: tunc ad principem cōfugituros eſſe: ac benignis illius pollicitationib⁹ vſuros. In Galliā tamē haud multo poſt legatis miſſis fedus cum Frācor rege queſierūt: putātes per hanc maxime viam Galeatzium cōtineri poſſe.

§.XXII. Anno ſequēti ſcilicet

M.ccc.xcv. quum bellum gereret apud Gargonſam ⁊ apud Ferrariam: vtrūq́ feliciter confectum eſt a Florētinis. Nam Galeatzius Mediolanū. ductores illos ⁊ equites quos miſerat occulte Gargonſam ad alias opportunitates traducere volens: author fuit vt Gargonſa Florentinis redderetur. Qua ex re ⁊ gratiam inijt vt mediator: ⁊ rem ſuam egit. In Ferrarienſibus vero longius ⁊ durius fuit certamē: nec viribus ſolum/ſed etiā fraudibus certatū. Barbianēſis eni pactus magna pro mercede Actium interficere: talium quēdam Actio valde ſimilē: ⁊ veſtitu illius indutum occidit. Quem quum eis cum quib⁹ pactus erat/ceſum ac ſanguine fedatū inoſtēdiſſet: mercedem accepit: ingentem vcꝫ vim argenteorū vaſorū: ⁊ duo inſuper Nicolai oppida Lucam videlꝫ ⁊ Felicē. Quibus receptis: haud multo poſt Actius viuens incolumiſq́ maximo cū riſu ⁊ letitia ſe oſtendit. Ex hoc iam deterior Nicolai conditio effecta eſt: ac rebelliones crebriores inducte. Miſcuerat ſe huic certamini Fauentinus Aſtorgi⁹ qui ⁊ ſua ſponte quū eſſet Barbianenſis inimicus: ⁊ Florentinorum rogatu bellum ſuſceperat: ⁊ crebris diſcurſionibus Barbianenſem Actiumque vexabat. Inter hec multitudo agricolarum ⁊ colonorum inter Ferrariam ⁊ Argentam: inſurrexit: armiſq́ aſſumptis nouis rebus ſtudebat. Quorum fiducia quum Actius ſine Barbianenſi Padum tranſiſſet ac ſeſe illis admiſcere pergeret ſentiēs hec Fauentinus Aſtorgius: cum ſuo a Florentinorum equitatu (ad mille ducentos equites fuere) cumq́ peditum multitudine Fauentis profectus/Padum nauibus traiecit. Inde Actium ⁊ ſuos repente aggreſſus: eos ſine magno certamine profligauit. Et (qđ maximum fuit) Actius ipſe a Conrado comite Florentinarum copiarum duce captus eſt: ⁊ Fauentiam ductus ibiq́ carcere aſſeruatus. Per hunc modum conatus cecidere: etſi poſtea reliquie huius belli ⁊ in Mutinenſi ⁊ in illis ipſis locis diutius permanſerunt. Capto Actio rebuſq́ eius profligatis: Florentini ductores ſuos ⁊ milites quos per illa loca habebant: ad obſidendum Barbianum miſerunt. Erat enim Florentinis aduerſus Joannem Barbiani indignatio quod dudum ab initio tumultus Actiani quuꝫ oratores Florentini populi pro rebus componendis ad Actium veniſſent ac eum deterrerent a bello: Joānem etiam Barbiani comitem ne aduerſus Nicolaum Ferrarienſem bellum inferret/liberius commonerent: ac Florentinos nequaq̄ id laturos eſſe proteſtarentur: hic inquietus ⁊ militaris vir cōtumelia verborum vſus Quanta (inquit) hec veſtra Florentini arrogantia eſt: Jam vero Italia tota nemo ſtrepitum facere poterit: cui intereſſe noſitis. Quicquid per Hetruriā/Galliam Flaminiam emergit: pertinere ad arbitriū exiſtimatis. Magiſtri ⁊ gubernatores omnium eſſe vultis: et nunc aduerſus Actium ex illa familia ortum quam vobis amicam predicatis: q̄ iura ſua proſequi velit/denuntiatis bellū: ac mihi ceteriſq́ eius iuſtitie fautoribus ſi illi auxilio fuerimus/comminamini. Ite igitur ⁊ vos cum equitatu me intra fines veſtros expectate. Nec enim alibi q̄ in terra veſtra armatus rem vobiſcum tranſigam. Quum ſupra contumeliam verborum facta improba ſequerentur: non tulit populus Florentinus: ſed copijs ad Barbianum miſſis iactantiam illius ſic retudit: vt qui ſe armatum expectari in terra Florentinorū minabūdus denūtiauerat: ⁊ eū domi ⁊ intra p̄pria menia obſideret. Uenit etiā Fauentinus Aſtorgius/⁊ Nicolai Ferrarienſis cuius res gerebatur copie: ⁊ circa Lucam ⁊ alia eius oppida conſederunt. Tota res tamen atque ceptum magis Florentini populi videbatur. Quāobrem Bononienſes conqueſti ſunt palam: ⁊ indignātes q̄ Florentini illis in locis oppida acquirere ⁊ poſſidere vellent: ac Joanni comiti aduerſus Florentinos non occulte fauebant. Idem faciebant Rauennates ⁊ Imolenſes nequaquam amantes Florentinorū vicinitatem. Militabat per hec tempus apud Galeatzium Mediolanenſem Albericus Barbiani comes huius Joannis propinquus. Erat vero Albericus vir magnus ac princeps militie Galeatzij. Hic ergo dolens oppida ſua obſideri commeatum a Galeatzio petierat: ⁊ omnia parauerat quaſi ad opem ferendam venturus. Id Galeatzius per oratorem ſuum Florentinis denuntiauerat nec ſe poſſe continere Albericum quo minus ad ſuccurrendum domui ſue veniret. Hoc igitur nuntio ⁊ ſimul indignatione Bononienſium: ⁊ q̄ iam ſatis penarum ille dederat proteruie ſue: obſidionem ſponte ſua Florentini diſſoluerunt. In reductione vero exercitus Florentini Caſtrocarum a papa conceſſum eis obſeperūt: ſuper quo Bononienſes grauiter indignati ſunt: adeo vt dicerent oratoribus Florentinorum qui Bononie erant/populum Bononienſem nunquam eſſe paſſurum Florentinos in Flaminia habere dominium ſatis illis Hetruriam eſſe debere. Similiter Foroliuienſes ⁊ alij vicini ita egre ferebant: vt magnas copias congregarent ad reſiſtendum Florentinis. Sicq́ bellum Caſtrocari intercedentibus Venetis ceteriſq́ amicis depoſitum eſt. Unde quia nec maturum nec ſatis conſideratum huiuſmodi belli ceptum fuit: adeo finem habuit non congruentem honori ciuitatis. ¶ Eodē anno Mediolanū. tractauit facere ligam cum Florentinis ⁊ eorū colligatis cōtra ſocietatē ſtipendiariorū latrocinantium ſimul collectā ad defenſionē ſuorū ſtatuū cōtra eos: ne cogerentur ab ipſis ad redimendū ſe. Et prima vice poſt prolixum tractatū adinuicē quū cōcordari nō poſſent: nihil eſt concluſum. Poſt aliquot mēſes reſumpta practica in eadē re colligationē fecerūt ad id qđ dictū eſt. Colligati aūt ex vna parte fuerūt Mediolanū/Piſani/Senēſes/⁊ Peruſini ⁊ ex alia pte Florentini/Bononienſes/Lucenſes/marchio Ferrarieū. dn̄s Cortonienſis/dn̄s Patauinus/Malateſte/Aſtorgius Fauētinus/dn̄s Imolenſis/⁊ Ciphernates. Et cōtractus in hmōi

fuit

Actius magni tumultus per Italias excitator.

Actius capitur

In actiū caput tē dunt inſidiarū laquei.

fuit ſtipulatus in pñtia dñorũ priorũ Florẽtie ⁊ oratorũ dictorum cõitatum ⁊ dñorũ: qui oĩa ratificauerunt. ¶ Ea tẽpeſtate initũ eſt magnũ certamẽ in partib⁹ Ungarie inter regem Ungarie ⁊ Baiſettũ filium Amorathi principis Turcorum In quo ſanguis eſt fuſus ẽ copioſus: occiſis plurimis ex vtroq̃ exercitu: multo tñ abũdantius ex Turcis: quis ipſi Turci in cãpo remanerẽt. ¶ Mẽſe Aug. eiuſdẽ ãni Florẽtini miſerũt copias: quarũ fecerũt ductorẽ ⁊ capitaneũ gñalem Rodulphũ de camerino/ ꝯ Foroliuiũ: faciẽtes oẽm deuaſtationẽ poſſibilẽ circa ciuitatẽ illã ob vindicandã iniuriã eis illatã: qi impedierãt adeptionem poſſeſſionis caſtelli Caſtrocari. Erat etiã cũ eis Aſtorgius Fauentinus ꝯ Foroliuiẽſes: ⁊ oratores Venetorũ deſtinati ad hoc ita operati ſunt: vt queſtio: ⁊ cõtrouerſia oĩs q̃ erat inter dictas partes: cõmiſſa fuit decidenda de iure ⁊ de facto ipſi dño Venetorum. Quãobrẽ ſoluta obſidione reuerſe ſunt copie Florentiam.

Galeatz⁹ dux primus Mediolanẽ.

§. XXIII. In illo tẽpore medio

lanum Galeatzius procurauit ⁊ obtinuit ingenti quantitate pecunie/ vt dicitur pluſq̃. c. milibus florẽ. ab imperatore Uuentzeſlao rege etiam Boheme dignitatem ducatus: vt in poſterũ nõiaref ⁊ eſſet dux Mediolanenſis. Quã conſecutus eſt per manus oratorum dicti imperatoris menſe Septembris cũ magna ſolẽnitate ⁊ gaudio Mediolañ. accipiẽdo biretum/ nomẽ/ ⁊ alia inſignia ducatus. Uñ poſtmodũ vocat⁹ eſt dux Mediolañ. qui pri⁹ dicebatur ⁊ erat comes virtutũ. ¶ Tunc etiam inter regẽ Francie ⁊ regem Anglie facte ſunt treuge ex guerris prius adinuicẽ habitis: vnde ſecuta ẽ pax magna: et ad firmitatẽ ei⁹ matrimonia ſunt inter eos celebrata: filiam vnius regis alteri dando in vxorẽ. ¶ Per extremum huius anni mot⁹ in repub. Florentina fuit ex huiuſmodi cauſa. Donat⁹ erat Acciaiolis miles Florentinus ex familia nobili admodũ honorata. Ipſe quoq̃ vir magne virtutis magneq̃ authoritatis: ⁊ in gubernãda repu. haud dubie princeps. Is quũ omni ſuperiori tempore eadem ſenſiſſet que ceteri qui vna ſecũ in repu. verſabanf: tũc quecũq̃ tandẽ illũ cauſa induceret/ mente cõuerteret ad eã partẽ ciuiũ q̃ excluſa erat ab honoribus reſtituendã. Idq̃ cũ Angelo Richouerii vexilliferi iuſtitie filio ⁊ cum alijs quibuſdam agitauerat. Res erat difficilis ⁊ ardua ⁊ nõ ſine contentione tranſitura tamen cõfiſus authoritate ⁊ potentia ſua ſe perfecturũ ſperabat. Quũ igitur hoc intellexiſſent qui rẽpublicam gubernabãt: cõfeſtim inſurgẽtes hmõi ꝓpoſitum exagitare ceperunt ac ita ſe cõparare: vt nullo modo paterenf tale quicq̃ fieri. Iamq̃ priores cõmonefacti ſeſe erexerãt ad rem ſi quisententaret/ improbandam: ⁊ quaſi inimicam publice quieti puniendam. Tunc metu deterriti Angelus Richouerii ⁊ Guido quidam ſcriba: qui totius ſecreti erant conſcij: impunitate pmiſſa cogitationem ⁊ ordinem rei magiſtratib⁹ aperuere. Donatus ergo ea de cauſa ad Priores vocatus: ab amicis et familiaribus ſuis: quorũ ſatis magna erat multitudo: retinebatur: ſuadentib⁹ vt domi manũ ſuã colligeret: quorũ pcurſu munitus aut perficeret qđ cogitauit: aut certe nihil mali pateretur: fautores quidẽ ⁊ ſuaſores ita monebãt. Ille vero inter ſpem ⁊ metum ambigu⁹ quum aliquanto ſteriſſet: tandem parere ſtatuit. plurimumq̃ confiſus authoritate ſua et ppinquorũ fauore quorũ aliqui in magiſtratu erãt: quum iã in palatiũ veniſſet: captus ⁊ detentus eſt. Quo facto omnes

Donat⁹ acciaio lus i exiliũ mittitur.

illius fautores diſſipati ſunt: ⁊ nunq̃ poſthac cõparuerunt: Ipſe biduo cuſtoditus/ tertia nocte demum ſic in exiliũ agif vt de palatio ad portam cum multitudine armatorũ deduceretur: ne inimici ei nocere valerent. Acti preterea in exilium ſunt plures ex eo genere hoim qui reſtitutionẽ affectabant Obfuiſſe huic magno viro duo maxime exiſtimabantur. Primum nimia potentia nec ipſis coercita: deinde libertas reprehendendi nimia: quarum altera inuidiam: altera maleuolentiã plurimorũ ſibi comparauit. Legati ad ciuitatẽ miſſi domum eius frequentabant: ⁊ omnes quibus aliquid negotij cum ciuitate erat: ad hunc tanq̃ ad patronum confugiebant: que quidem res non niſi ab amicis eius pbabatur inimici vero ducem ⁊ dominũ per calũniam vocitabãt: adeo excellẽtia oĩs in ciuitate libera moleſta eſt. Libertas reprehẽdendi nimia ſibi plurimum obfuit. Ipſe quidem vir integer vitia hoim ferre non poterat: crebroq̃ exagitabat. Ea vero res non tantum proderat reipub. quãtũ ſibi nocebat. Ciues enim in libera ciuitate benigne monendi et dirigendi ſunt non contumelia verborũ exagitandi. Ob hec ille pulſus ⁊ relegatus patria caruit. Cauſam vero relegationis publice litere ad germanum eius Romane eccleſie cardinalem ſcripte declarant. Inquiunt enim in eis ciues ⁊ ſe inuitis et dolentibus principem ciuẽ in exilium actum fuiſſe: qđ extraordinario tempore in ſpem nouorum ſuffragiorum nouẽq̃ reſtitutionis ciues quoſdam erexerat atq̃ parauerat: vt ſi non deliberatione publica obtinere poſſent: vi tamẽ ⁊ armis eã facere aggrederentur. In chroñ. additur q̃ quũ dñs Donatus detineretur in palatio: multi ciues armati venerũt ad plateam dominorũ petentes dñm Donatũ decapitari. Quibus a dñis ⁊ collegiis reſponſum eſt: q̃ patiẽtes eſſent nec rumores ſuſcitarent: qz ita ageretur de dño Donato q̃ contenti eſſent de punitione eius. Et quum tractaref in cõcilio de pena ei inferenda: ipſe de licentia magiſtratus intrauit locũ conſilij genibus flexis denudatus ter dicens. Miſeremini mei: confeſſus peccatũ ſuum ⁊ miſericordiam petens. Fuit autem relegatus Barlette: ad quem locũ adeundum ſe obligauit ſub pena. xx. milium florenorũ. Et pro huius impletiõe dedit filios duos obſides quibus ſeruatis filij liberati ſunt. Quidam pro huiuſmodi capti/ dimiſſi fuerunt: aliqui tamen exulati ⁊ aliqui officijs priuati. Ex Barletta autẽ dominus Donatus ſcripſit literas ſatis prolixas magiſtratibus Florẽtinis: oſtendens innocentiam ſuã in ea re. Inito poſtea pluries conſilio vtrũ deberet fieri alia inquiſitio ſuper ea re ad inueniendũ reos/ nunq̃ potuerunt concordare. Et ſic omiſſa eſt alia inueſtigatio. Illi aũt duo. ſ. Angelus Richouerii ⁊ ſer Guido inquiſiti a capitaneo abſoluti fuerunt vt non poſſet amplius procedi contra illos.

§. XXIIII. Anno dñi. M. cccxc=

Genuenſes Frãcorũ ditiõi ſubijciunf.

vi. quũ diſſenſiões multe fuiſſent inter Genuenſes ⁊ duces ſepe mutarentur: demũ rex Francie cepit dñium eius. Qui etiã ſignificauerat. Florentinis: q̃ qi nitebat copias ſuas ad ipſos Genuenſes: ipſi non impenderent eis auxiliũ aliqđ vel fauorem: ſed potius ſibi: ad qđ efficiendũ ſe obtulerunt. Miſit aũt rex Francie vicariũ ſuum comitem ſancti Pauli nobilem virũ ad gubernandũ eã: inferiora vero officia partim Guelfis ⁊ partim Gibellinis cõmittebat. Ad hoc autẽ vt rex obtineret dñiũ illud: multũ operat⁹ eſt dñs Antoni⁹ Adornus qui fuerat dux. Et p mercede opis eius accepit a rege. xl. milia florẽ. ⁊ duo caſtra in Frãcia. Hoc aũt egre tulit dux Mediolañ. qz diu cõcupierat ⁊ cũ multis impẽſis eam ſibi ſubiugare. Tunc et ã quũ oratores Florentinorũ eſſent in Francia: facta eſt colligatio inter regem Frãcie ⁊ Florentinos ad defenſionem ⁊ conſeruationem ſtatuum in Italia: reſeruata facultate cuilibet ex colligatis cum Florentinis/ vt qui vellet poſſet cum eis coniungi. Ea autẽ pactione dicta liga cõfecta eſt: vt quicquid terrarũ adipiſceretur in Hetruria/ eſſet Florentinorum ⁊ colligatorum cum eis. Quod autem extra Hetruriam acquireretur: regis Francie foret: hoc etiam ſeruato vt nihil fieret contra Romanã eccleſiã. ¶ Eo anno rex Ungarie cum maximo exercitu Ungarorum/ Teutonicorum/ Gallicorũ/ ⁊ Ualachienſium profectus eſt in bello cõtra Baiſettũ dñm Turcorũ. Erat aũt exercitus chriſtianorũ. xxxv. milium equitum. Turcorũ vero inter equites et pedites ducenta milia hominum ⁊ vltra. Et quum plura prelia adinuicem confeciſſent: demũ occulto dei iudicio chriſtiani ſuperati ſunt a Turcis: ita tamen q̃ eſſi de chriſticolis occiſi ſunt ad. xx. milia ⁊ aliqui capti: de Turcis interfecti ſunt ad ſexaginta milia. ¶ In illo etiã tempore nouitas fuit in ciuitate Firmana. Nã multis ex ciuibus arreptis armis inſurrexerunt cõtra dñm Antoniũ: qui paulo ante ſibi dominium vrbis vſurpauerat: ⁊ plurimos occidi fecerat: ⁊ alios exilio dãnauerat. Ipſe aũt dñs Antonius in ipſa inſecutione facta contra eũ in arce ſe cõmutauit: ⁊ inde miſit p comite Carrarienſi ſibi vicino cum copijs eius. Qui receptus in arcem cum ſuis proceſſit contra ciues qui ſe rebellarant: et poſt cedem multorum ciuitas pene tota prede expoſita eſt. ¶ Quo ad Florentinos in eo anno. M. cccxcvj. quãta nunq̃ prius certamina parabanf. Principio enĩ eius illi ipſi ductores ⁊ milites qui nuper Lucẽſes inuaſerant. Aretinũ agrum reuerſi vſq̃ prope vrbis menia pꝛedis/ rapinis/ et incendijs cuncta fedauerunt. Inde circa Burgum ⁊ Angliare tranſeuntes: ab ea quoq̃ parte oĩbus vexatis/ tandẽ inter Cortonã ⁊ Aretiũ cõſederunt: rapinis ⁊ incendijs oĩa miſcentes. Alia rurſum ingentior robuſtiorq̃ multitudo apud Joannem Barbianẽ comitem parari nũciabatur: ⁊ in ſocietatẽ latrocinij coitura.

Joãnes Barbianẽſis florẽtinorũ hoſtis.

Futuros aũt dicebant qui Barbiani conuenerant non pauciores ſex milibus equitum. Ipſe enim Joannes incredibili odio in Florentinos exarſerat: nec verbis minisq̃ parcebat ſed iactabundus denunciabat inuaſionẽ ⁊ bellũ. Aduerſus hec pericula inſurgentes Florentini: eos qui in ſuo iam ſolo inimice verſabanf: viribus ſuis oppoſitis excedere finib⁹ cõpulerunt. Aduerſus eã manũ que Barbiani parabatur: non viribus: ſed cõſilio ⁊ prudentia vſi ſunt. Ducibus enĩ equitũ qui iam Barbiani conuenire ceperant/ largita pecunia effecerunt vt inde cũ ſuo equitatu abirent in quorum numero fuerunt Ludouicus Cancelli et Philippus Piſanus cum equitibus mille quingentis. Hec fuga Barbianẽſis cogi-

ſatiões irritauit: recuſantibus poſtea alijs in eā ſocietatem coire q̄ prius diſſoluta erat ꝙ̄ pene incepta. Quū igitur Ludouicus Cancelli cum eo comitatu in fines Bononienſes ſe recepiſſet: Florētini ſumpta occaſione q̄m ꝛ ipſi eiſdem artibus oppugnabant: authores fuerūt vt Ludouicus cū Bartholomeo Pratenſi ꝛ Antonio obizi in ſocietatem coirent: quo ꝛ ipſi pari fallacia inimicos vlciſcerētur. Hi ergo duces conuenientes cū ſuis copijs Parmēſibus ꝛ Regiīs damna inferre ceperunt. Veniebant ad Florētinos a duce Mediolanenſis querele ꝓ rapinis ꝛ maleficijs hui⁹ ſocietatis. Cui reſpondebatur non eſſe illas copias Florentini populi: tātū modo eos obligaſſe ad futura ſtipēdia ſi requirant: interim ſui iuris eſſe ꝛ ſuo arbitratu vagari: quo iure et ipſe mediolanenſis dux Broglia Brandolinū ꝛ Biordum habebat obligatos. Exinde predicti duces cū ſuis exercitibus attritis rebellibus Nicolai ferrarienſis: fines Piſanorum cum magno tumultu ingreſſi ſunt. Conduxerāt eos illuc exules piſanorum: quoꝝ principes erāt familia de Gābacurta: ſecreto autem Lucenſes vt vindicarent iniurias, eis illatas non multo ante. Joannes aūt Barbianenſis cum ſuis venit in adiutorium Piſanorum vocatus ab eis. Miſerunt autē florentini auxilia ad Lucenſes vt defenderent ſe a Piſanis: nō vt Piſanorum fines inuaderent. Inter hec Florētinorum legati qui Mediolani erant/ſignificauerunt Albericū comitem ꝛ Leonardum Maleſpinam cū ingenti multitudine equitum dimiſſos a duce Mediolanenſi: qui ſocietatē coirent ad tutelam Piſanorum. Quo nūtio cōmoti Florētini: quaſi medios ꝛ ſequeſtres ſeſe inter piſanos ꝛ Lucenſes interpoſuerunt: miſſiſq; ad vtroſq; legatis concordiā ſuaſerunt: que tandē recepta eſt: ea cōditione vt Barbianēſis cum ſuis Hetruria diſcederent: ꝛ Pratenſis ꝛ ſocij ex finibus Lucenſium abirent: Barbianenſis iā recedens Ferrarienſi ꝛ Mātuano damna multa inferebat: ꝛ Florentini exulibus Piſanorum fauebāt: vt Appianenſis cum Piſanis infeſtius vrgeretur.

§.XXV. Stātibus in hūc mo-

dum rebus: quū bellū quidē apertū nō eſſet: ceterū ſuſpitionibus ꝛ querelis oīa redundarēt: Piſanoꝝ aūt exules a Lucenſib⁹ Florētiniſq; occulte fouerent. intelligēs hec Appianenſis: nō vltra tolerare hmōi pericula ꝯſtituit: ꝛ Galeatziū hocipſum iampridē cupientem meditantēq; magis incēdit ad bellum in Hetruria concitandū. Areta res eſt magno cōſilio magnoq; apparatu: nec vnq̄ vires hoſtis tātum q̄tū in hoc tempore patuerūt. Quum enim Florentinos inuadere ſtatuiſſet: magna vndiq; agmina multiq; ſimul duces quaſi ad preſcriptū Piſis conuenere. Ex inferioribus quidem Hetrurie locis Paulus Urſinus ꝛ Othobonus Parmenſis ꝛ Ceccolin⁹ Biordi frater: eodemq; fere tempore Broglia cū alijs itē copijs Piſas petebat. Hi quatuor ductores ex Hetruria. Ex Gallia vero Joānes Barbiani comes: et Paulus Sabellus: ꝛ Lucas de Caſalli cū alio item magno equitatu: et poſt hos Albericus dux militie venire nuntiabat. In hac tāta redundantia hoſtilium copiarum: Florentini plurimū trepidare ceperunt: ꝛ Bartholomeum Pratēſem ceteroſq; in ſocietatem coactos quaſi diſſoluta ſocietate ad ſtipēdium cōduxerūt: eoſq; partiti ſunt per oppida. Venerat per hoc tēpus Bernardo (vel Bernardon) militie dux a Florentino populo vocat⁹ ac ſumme rei prefect⁹: vir genere Aquitanicus: ceterum lōga militia per Italiā cognitus. Is ad ſexcentos equites delectos ſecum duxerat: pediteſq; militare conſuetos ſupra ducentos. Cum his copijs apud Miniate et Fucetium conſtitit. Rogati ſunt inſuper auxiliares Bononienſes ac ceteri ſocij: ſed parua ꝛ ea ipſa tarda ac lenta auxilia venerunt. Inter hec Paulus Urſinus ꝛ Othobonus Parmenſis cum ſuo equitatu Piſas mouētes/agrū Luceſem ingreſſi ſunt: ibi cum Joanne Barbianenſi coniuncti Albericum venientē ex Gallia preſtolabantur: ac hoſtilem in modum omnia ꝑdebant. Lucenſes in periculo conſtituti auxilia a Florētino populo implorabant. Quibus quū auxiliari placuiſſet: Bernardon dux Miniate ex oppido profect⁹: Fucetiū primo inde in Lucenſes tranſijt. Quum igitur in Lucenſibus eſſent Florētinorum copie: omnibus ad eas partes intētis: Jacob⁹ Appianenſis q̄d iampridē machinatus fuerat: aggreſſus eſt Miniate oppidum per proditionē auferre. Benedictus erat Mangiadorus Miniatenſis: vir domi nobilis ꝛ ad eam vſq; diem fidelis exiſtimatus. Hunc Piſis degentem Appianenſis magnis pecunijs impulerat ad facinus ꝛ maximum ꝛ audaciſſimum perpetrandum: vt occupato repente oppido ac tumultu excitato: per amicos homines ſue factionis et per auxilia que preſto ſibi forent id oppidum Florentinis auferret. Res opportuna videbatur: q; nulla Florētinorum ꝓſidia in oppido remanſerant: hoſtium vero ingentes ac robuſte copie Piſis ꝛ circum ea loca degebant: paucis horis ſi expediat adfuturē.

Bernardon copijs Florētinoꝝ ꝓficitur

Audax bñdicti Māgiadori facinus.

Ratio vero tranſigendi hec inita eſt. Erant edes preſidis in extrema parte oppidi ita conſtitute: vt extra ꝛ intus ingreſſumque haberent. Has occupare conſtituit: ac ꝑ edes auxilia hoſtiū ſuſcipere. His itaq; compoſitis Benedictus cum equitibus decē ꝛ ſeptem Piſis mouens de caſuro iam ſole Miniate peruenit. Ingreſſus autem oppidum ſic vt erat armatus cū ijs quos adduxerat comitibus/quaſi nuntiatur⁹ aliquid q̄d feſtinato opus eſſet: apud preſidem contendit. Admittit ſine vlla dubitatione ad preſidem. Ille vero ſtatim vt in conſpectum preſidis venit: educto gladio nil tale ſuſpicantē cum ſuis inuadit atq; interficit. Mox ſublato clamore: oppidaniſq; ad libertatem vocatis: igne ſignificat hoſtibus vt ad ſe maturēt. Oppidani attoniti primo atq; incerti quum hoſtes adeſſe cum exercitu putarent: nec alteri confiderent: maximo in metu perſtabant. Procedente autem tempore quum nulla hoſtiū auxilia adeſſe ſentirent: cōuenientes in vnū ac ſeſe cohortātes: inuadere occupatores ſtatuerunt. Facto igitur impetu ad preſidis edes: q̄q̄ quā ille munite forent: ꝛ ab ijs qui eas tenebant egregie defenderentur: tamen quum alij aliunde inuaderent: ac ignem foribus inijcerent: tandem diffiſi occupatores aduerſus tantam vim poſſe reſiſtere ac nulla venire auxilia cernētes: quid ad fugā reſpicere ceperunt: Benedictus ipſe per tenebras ſeſe extra oppidum abijciens: per prerupta quedam euaſit. Ex comitibus autem eius quidam capti ſunt: ceteri fugientes latitanteſque euaſerunt. Expugnate autem ſunt edes demum poſt mediam noctem quum primis fere tenebris occupate fuiſſent. Erat nox media quum Florentie nūtiatum eſt ceſum eſſe preſidem: atq; edes ab interfectoribus teneri: hoſteſque ab ijs vocari expectarique. Confeſtim magiſtratus exciti eo nuntio ciues trepidi vocauerunt: magnoq; in metu ciuitas ea nocte fuit. Oppidum enim natura munitiſſimum ꝛ multitudinis maxime capax: in quo perdidoneam belli ſedē conſtaret: ſi amiſſum foret: actum de libertate putabatur. Ac nimirum tantas hoſtium copias ad hoc ipſum conueniſſe interpretabantur. Quum igitur de his conſultaretur agerenturq;: ꝛ amiſſum omnino oppidū oēs putarēt: aliter ſub p̄ma luce nuntius veniēs ſeruatū oppidū proditoreſq; pulſos fuiſſe retulit. Ex hoc ſcdo nuntio tātā letitiā ciuitas ſuſcepit: vt maximo liberata malo videret. Admirātibus aūt cur auxilia occupatoribus nō remiſſent: ꝓpertū eſt quū venirent ꝑ noctē auxilia peditum: incidiſſe primo in inſidias noſtrorū qui alia de cauſa repoſiti exules capere volebant/ex hoc ſuſpicatos hoſtes rē eſſe detectā/retro abijſſe. Sic fortuna potius oppidū ſeruauit: q̄ vlla hoīm ꝓuidētia. Die autē facta Ceccolinus Biordi frater cū equitatu adueniēs pulſos occupatores reperit: quare e veſtigio cōuerſus Piſas reduxit. Poſt Miniatis detectam proditionem ꝛ fraudē: dux militie Florentini populi ex agro Lucēſi Fucetiū redijt: ac ſuperiori periculo Admonitus oppida cuſtodire intētus erat. Inter hec Albericus comes princeps militie ducis Mediolanē. cū ſuo equitatu Senas petierat: ac ceteros oēs ductores ad ſe vocauerat. Itaq; apud Senenſes tandē omnes vndiq; copie in vnum coierūt. Ob eā rem dux etiā Florentini ppl'i ab illa q̄z parte ſeſe opponere iuſſus/eo ꝓperauit. Q; erat virib⁹ admodum diſpar: neq; eū ſub diuo caſtra facere poterat ob imparitatē copiarū: ſed incluſus ꝑ oppida fines tueri cogebatur. Fiebatq; natura loci: vt neceſſario diſtraheret: incert⁹ quo tandē hoſtes forent euaſuri. Aretiū eni ꝛ Florētia tantidē diſtāt ab vrbe Senarū: vt quoquo verſus ſe conuerteret hoſtis pericula ſubeſſent. Fuit aūt tunc fama ꝛ opinio hoſtes in Aretinū agrū eſſe tranſituros: quāobrē dux quoq; populi Florentini ad eā ſe maxime partē cōuerterat. At eī hoſtes quū ſatis oīa parata fuerūt: preter expectationē oīm Florentiam petierunt. Erant aūt equitū ſupra decē milia: peditum vero incredibilis multitudo: in quibus exulū ꝛ latronū ꝛ facinoroſorū permagne erant caterue. Iter eorū ꝑ Chiantium fuit ſuperatoq; mōte circa Pāzanū prima fecerūt caſtra idq; caſtellum ceperūt. Indeq; ad Grieuem fluuium deſcēdentes tranſuerſis itinerib⁹ ad vrbem duxerunt circa Pozolaticū ꝛ Certoſam ꝛ ea loca inſtar diluuij cuiuſdam oīa inundantes Agmina infeſta vſque ad menia vrbis diſcurrebant. Agricole pauidi ꝛ ex improuiſo oppreſſi (neq; enim indictum erat bellū) cū cōiugibus ꝛ liberis raptaq; ex hoſtibus ſuppellectili fugiebant: pecora poſt ſe in vrbē agentes. Fumabāt ville incendijs: agri rapinis feruebant cuncta tumultu ꝛ trepidatione plena erant. Ad hec multitudo vrbana talium periculorū inſueta ad portas diſcurrebat: ꝛ quid fieret aut vbi nā eſſent incendia ſciſcitabant. Hoſtes quicquid erat villarum apud Giogoli ꝛ Marignollā ꝛ Sophianū populati: multiſq; incendijs factis in viam Piſanam deſcenderūt. Ibiq; villarū edificiorumq; quicquid ab ea parte fuit populati ſunt: ꝛ cōtra vrbē terribiliter imminebāt: vt etiā bellica inſtrumēta

alberic⁹ comes agrum Florētinum populabūdus peruagat.

ta ſuper

ta ſup ipſam portā ad repellendos hoſtes potterentur. Inter
hec dux ⁊ copie populi Florentini cōſpecto iam hoſtiū impe
tu Florentiā redierūt: ac opportunis locis cōſiſtentes quā-
tum fieri poterat a populationib⁹ cohibebant. Hoſtes trāſ-
miſſo Arno ac vltra citraq; populati / circa Signiā conſtite-
runt: idq; caſtellū omni ſtudio expugnare adorti ſunt: quo ſe
dem belli in eo loco haberēt. Eſt aūt ad hoc opportuniſſim⁹
Signie locus. Aliquot igitur dies ſumma vi oppidum oppu
gnantes / quum peruincere nequiſſent: abire demum ſtatue-
runt. Itaq; ꝑ Peſam ⁊ Elſam fluuios profecti: multis vbiq;
vexatis ⁊ afflictis: in agrum Senēſem redierūt. Facta ſunt
hec in extremo anni. M.ccc.xcvi.

§. XXVI. Anno domini. M.

ccc.xcvij. poſtq; hoſtes poſt multas deuaſtatiōes factas in di
uerſis locis territorij Florētini reuerſi ſunt in agrū Senen-
ſem: bifariā diuiduntur: pars em̄ eoꝝ vna in Politianēſes ⁊
Cortonenſes trāſgreſſa illic bellum intulit: altera vero pars
cū Alberico apud Senēſes remāſit ad bellū in illis locis cō-
tinuandū. Sed haud multo poſt minui vires ac debilitari ce
perunt. Nā ⁊ Paulus Urſinus ad ſtipēdia Florentinorum ſe
tranſtulit: ⁊ Biordus concordia cū Florentinis inita Cecolli
nū fratrē reuocauit: ⁊ Barbiaū. Jo. opa maxime Bononienſ.
in Flāminiā redhttita magis equatis virib⁹ bellū gerebat.
Dum hec in Hetruria gerebantur Galeatius Mediolañ.
quum bellū alibi nullū ſibi foret: alio magno exercitu in mā
tuanos miſſo: vrbē illam aqua terraq; obſedit: maximoq; in
periculo Mantuanus verſabat. Florentini aūt q̄q̄ domi p-
merent ab hoſtib⁹: tn̄ ſaluti deeſſe amici ⁊ ſocij noluerūt: ſꝫ
auxiliares copias nec eas quidē paruas ad Mātuanum mi-
ſerunt: quibus prefuit Hugo comes Montiſfortis. Certamē
hoc apud Mātuam eo anno maximum fuit. Certatū eſt em̄
aqua nauigijs ꝑ Padum ⁊ Mintiū amnes: terra vero binis
hoſtiū caſtris ⁊ magnis exercitibus. In Hetruria vero poſt
imminutas hoſtiū vires: circa Senas plurimū redierat bel
lū: ductores nāq; ⁊ milites florētini ppl̄i appud Collē ⁊ Bo-
nitiū cōſiſtētes magna virtute conat⁹ hoſtiū refringebant.
Et ipſi pariter Senenſibus Piſaniſq; inferebāt clades. Per
hoc tempus Bernabo princeps militie Barptolemeum Pra
tenſem ſupplicio vltimo affecit. Quod q̄dē ſuppliciū rē Flo-
rentini ppl̄i pene ſubuertit. Cauſa mortis illius fuit: q; ptra
ordinem ſitumq; ducis diſcurſiōe in Piſanos facta: magnas
inde predas abegerat: que iampridem a duce prouiſe ac vni-
uerſo exercitui deſtinate erant. Hinc indignatio exorta eſt.
nō tā ꝓ emolumēto q̄ ꝓ ptēptu maieſtatis. Uidebant iam-
pridē non bene inter ſe cōuenire. Barptoleme⁹ enim Pratē.
ſis egregius proculdubio bellator ac magnarū iam copiarū
ductor / nō ſatis equo aīo Bernaboni ſuberat. cui ſe non in-
feriorem virtute bellica putabat. Itaq; ſe maxime contēptū
exiſtimās dux / ⁊ predas tunc abactas inter oēs partiri iuſſit
⁊ ipſum ad ſe vocatū in oppido Colle ꝯprehendi atq; occidi
mādauit. Ex hoc Paulus Urſinus ⁊ Philipp⁹ Piſanus qui
vna cum illo predatū ierāt: ſe a cetero exercitu ſepararūt: ac
ſeorſum degentes: nec parere duci nec ad eū venire volebāt.
Multi quoq; ex alijs ductoribus mortē Pratenſis indigna-
bant / ac factū ducis improbabāt: ex quo euenit vt exercitus
Turpe facin⁹ a Bernabone pa tratum.
Florentini ppl̄i pene diſſolueret: vt etiā aliqū a decem viris
balie cogitatū ſit de Bernabone remouendo. Demū compo-
ſite res ſunt per aſſecurationē eorū q̄ receſſerant: ac Philip
po Piſano equites oēs q̄ ſub Pratenſi militabāt parere iuſ-
ſi: nec multo poſt Mantuam tranſmiſſi. Uenerat em̄ Florē-
tiam Carolus Malateſta magnus ea tēpeſtate vir: ac peri-
cula Mātuanis oſtenderat. Huic ergo Philippus Piſanus
cū equitibus mille traditus eſt: vt liberaret metu ſeditiōis
exercitus: ac ſocio indigenti auxiliū ferretur. Ceteri quoque
auxiliares equites quos florētini cū Hugone comite mātuā
premiſerāt: Carolo parere iuſſi ſunt. Habuit aūt Florētinus
populus ad ſubſidia mātuani equitū circiter tria milia. Hu
ius aūt Caroli virtus plurimū in eo bello claruit. Inter hec
per Hetruriam quaꝫ maximum ac periculoſiſſimū gerebat
bellum: hoſtibus quidem Florentinos Aretinos Lucenſes
vehementer infeſtantibus: Florentinis vero vel pares vel
maiores in Senenſes ⁊ Piſanos inferentibus clades. Per
hec ipſa tēpora quum extra maxime ferueret bellum: grauis
⁊ horrēdus intra vrbem emerſit caſus. Qui em̄ remp. guber
nabāt preſtantes quidem ciues nō oībus erāt accepti pariter.
Longitudo em̄ belli ⁊ inexhauſta tributorum collatio mul-
titudinem vrbanam gubernatoribus reddebat infenſam. Et
accedebat q; familie quedam inſignes ſuſpecte ac reiecte a
republica nō ſatis equo aīo id ferre putabantur. In hoc ſta-
tu rerū iuuenes quidā ex precipuis familijs cōſpirauerūt.
Initiū conſpirationis Bononie fuit. Ibi enim Benedictus
Spina et Baſtardinus Medix audaces iuuenes ac manu
prompti: quorum vterq; ob cedem Florentie dudum factam
exulabāt requiſiti ⁊ rogati a Bardē Hieronymo vt ſibi adeſ
ſent ad cedē inimici quam facere cogitabat: ei conceſſerunt.
Adſciti ſunt poſtea ⁊ alij ad facin⁹: inter quos Pichius Adi
mar ⁊ Maſinus Rictius fuere. Nec de vnius tantum: ſed de
pluriū cede cogitatū. Creſcenſq; paulatim ſpes eo perduxit
vt cogitarent mutationem ſtatus reipublice ex facto ſuo fie-
ri debere: idq; deinceps meditati ſunt. Et acceſſiſſe credi-
tur maioris authoritatis hominū conſenſus ⁊ operatio. Cō-
poſitis tandem rebus Florentiam noctu propter eos q̄ exu-
labant / acceſſerunt. Ingreſſiq; ꝑ Arnum in ediculis quibuſ-
dam recepti delituerunt. Prodeuntes deinde tertio die poſt
meridiem palam armati / ac tela in manibus gerētes ad ce-
dem patrandā ꝓfecti ſunt: erant vero iuuenes octo. Initiū
cedis facere conſtituerant a ſplendido equite Maſo Albitio
ea tēpeſtate magno viro et in republica admodum potente.
Illo enim interfecto faciliorem viam exiſtimabant fore ad
cetera que cogitauerāt obeunda. Sed Maſus a ſpeculatore
illorū obſeruatus paulo antequā illi ſuperuenirēt inſcius oīꝫ
forte ſeceſſerat in proximam aromatariā tabernam: atq; ita
caſu quodā ſeruatus eſt. Illi em̄ venientes ad locū vbi ſpe-
culatorē eū reliquerat: quū hoiem nō viderēt: nihil cōmorati
preterierūt. Profecti deinde in forum vetus ad multitudinē
opificum ad arma cohortati duos ex diuerſa factione homi-
nes ſibi obuiam factos interfecerunt. Sed quum multitu-
do ad eos inuiſendos concurrerent: nulli tn̄ arma ſumerent
nec ſe illis cōiungerēt abire cōſtituerūt. Profecti itaq; vſq;
ad ſeruorū templū / ac poſtmodū dēta ſpe reuocati: tandem
in edes ſacras Reparate ſe incluſerunt. Ibi demum obſeſſi
⁊ capti ſunt. Qui traditi in manibus capitanei ⁊ partiū exe-
cutoris: poſt paucos dies ad pedes palatij eorum capite ceſi
ſunt. Ciueſq; aliqui eorum confeſſionibus denotati ex vrbe
aufugerūt: abſenteſq; damnati ſunt. Unus etiā ex Adimari
bus Pigellus nomine poſt paucos dies detectus cōſcius ta
lis conſpirationis: in muro capitanei exteriori publice decapi
tatus eſt. Aliqui etiā vt ſuſpecti de hmōi pecunia mulctati.

§. XXVII. Poſt hec de bello

mātuano proſpera nuntiata ſunt: aduentu em̄ Caroli Mala
teſte cum auxiliaribus copijs / victoria parta eſt: hoſtib⁹ ter
ra aquaq; fugatis: capta ſunt hoſtium caſtra: equitum circa
duo milia in captiuis relata: nauigia vero omnis generis ſu
pra. cxx. in flumine Padi in manus eorum qui vicerunt / de-
uenerunt. Capti ſunt homines circa ſex milia: equorum duo
milia: ⁊ bombarde plurime in bello terreſtri. In prelio autē
conſerto in Pado multi occiſi: ⁊ galeones arrepti cum fulci
mentis eorū deſtructis pontibus fractis ab hoſtibus ſupra
Padum ⁊ ſupra Mintiū fluuios. Hac igitur plaga percul-
ſus Mediolañ. Albericū militie ducem ex Hetruria reuoca
uit: vt confirmaret ſuos aduerſo prelio conterritos: ac noui
ducis nouorumq; militū aduentu erigeret. Abeunte igitur
ex Hetruria Alberico et ſuum equitatum abducente. Florē
tini ſuperiores effecti / caſtra per hoſtile ſolū poſthac facie-
bant: ac Piſano primos vſq; ad menia populati ſunt: deinde
traducto in Senenſes exercitu: vaſtitate incendijſq; omnia
fedauerunt: ob vindictam incendiorū per Florentinū agruꝫ
nuper factorū. Et quum proſpere in Hetruria res eſſent: in
Galliā citeriorē cōuertit rurſus ⁊ laborare ceperūt. Qui em̄
apud Mantuā nuper vicerant nequaq̄ victoriā ſecuti ſunt.
Quaſi em̄ totum confeciſſent vires ſuas diſſoluerunt. Itaq;
hoſtes refecto exercitu nauigijſq; paratis: fines Mātuano-
norum aqua terraq; iterato inuaſere: ⁊ intra munimenta q̄
illi Seraglium vocant penetrarunt: multa caſtella ⁊ omnia
nauigia ceperunt. Uſ in magno rurſus periculo Mantua-
nus conſtituitur. Nam neq; Carolus Malateſta aderat: cu-
ius virtute maxime victoria parta fuerat: neq; Florentinoꝝ
auxilia preter paucos equites. Triremes q̄ ⁊ cetera nauigia
de Uenetis nuper conducta poſt victoriam abierant. Itaq;
hoſtes ſolitudinem defenſorum nacti: facile omnia peruade
bant Socij iampridem Mantuano bello fatigati: quū illud
renatum ignauia victoris cernerent: tarde nimium ac lente
auxilia remittebant. Spes quoq; pacis ſuperinducta redde
bat hoīes tardiores. Jam em̄ pridē legatis miſſis pax Imole
tractabat medijs ac diſceptatoribus legatis Romani ponti
ficis ⁊ Uenetorum. Mox ex Imola Uenetias fuerat agita-
tio traducta. Ab hac ſpe homines plurimū depēdebāt: ꝓſer-
tim quū Ueneti affectare pacem etiam ſui cauſa viderētur.
Inter hec motus ingens exortus eſt in Piſanis. Milites du
cis Mediolañ. qui Piſis erant maximas contumelias Piſa
nis inferebāt: quas quū illi non ferrent: ad verba primo et
minas: tandem ad arma ventum eſt: prelioq; per vrbem com
miſſo: ſuperāte populi multitudine milites franguntur: ⁊ mul
taq; cede ac vulnerib⁹ diſſipant. Uulnerat⁹ eſt in ea pugna

Paulus Sabellus equitū prefect⁹. Nicolaus vero Palauicinus ⁊ alij ductores capti. Arma ⁊ equi ⁊ oīa que Piſis habuerant milites: a furētī populo ſunt depredata ac direpta Iactabantq̄ Piſani ea mente ſumpta a militibus arma: vt vrbem caperent ac diriperent. Hec inimicitia ⁊ diſcordia magnam ſpem Florentinis prebuit Jacobum Appianenſem ac Piſanos tota mente a Galeatzio defeciſſe. Cōfeſtimq̄ litere gratulationis plene a Florentinis ſcripte: mox etiam oratores miſſi qui pacē ⁊ auxilia Piſanis offerrēt: ⁊ oratores quidem libenter ⁊ honorifice Piſis recepti ſunt: ac ſpes optima tradita federis ineundi. Sed fuit Galeatzius mirabili ingenio ad populos ⁊ amicos in bñuolentia cōtinendos. Fatēdo enim errorem ſuorum militum ⁊ ducum/ ac eos increpādo: Piſanos autē laudando ꝙ neceſſitate coacti prelium iniſſent pro iniurijs propulſandis: eos continuit. Appianenſis quoq̄ Florentinorum antiquus hoſtis haud facile eorum fidei ſe committebat. Itaq̄ demum irrita expectatiōe res Piſanorum fruſtrata eſt. Redintegrato igitur aduerſus Piſanos bello: dux militie Florentini populi cū exercitu profect⁹ inter vrbem Piſanam ⁊ proximum littus maris caſtra fecit: ⁊ quicquid erat Liburnū inter ac Piſas/ longe lateq̄ populatus: tandem poſt multos dies onuſtum preda militem reduxit. Per extremū ei⁹ anni Veneti apud quos de pace agebatur: cernentes per Mediolanenſem ducem ſtare quo minus ad pacem equaliter veniret̄: propinquitatem vero illi⁹ ⁊ potentiam nimiam formidantes: ad commune Florentinorum ſociorumq̄ fedus ⁊ ipſi acceſſerūt. Legatiſq̄ ad Galeatzium duces miſſis vt a bello deſiſteret hortati ſunt: alioquin ſe pro ſalute Mantuani bellum ſuſcepturos denuntiarunt. Hoc Venetorum factū maxime deterruit Mediolanēſ. verit⁹ ne ſi illi bellum ſuſciperent: ipſe impar ſtantis viribus reperiretur. Itaq̄ ſtatim de pace tractari efficacius ceptū eſt: volente ac poſtulāte Galeatzio: hic tractatus Papie agitabatur. Interim vero apparatus maiores fieri placuit: quibus hoſtis niſi pacē reciperet inuaderetur earum rerū gratia legati in Germaniam ⁊ Galliā miſſi ſunt ad duces ⁊ exercitus in Italiam conducendos. ¶ Per eadem fere tempora Biordus qui Peruſij ⁊ alijs ciuitatibus dominabat̄ a quodam Peruſino ſue factiōis interficitur. Hic ſecundū chroñ. abbas ſancti Petri de Peruſio fuit de Guidalottis: q̄ in principio menſis Martij cū germano ſuo nepotibus ⁊ alijs amicis acceſſit ad domū dicti Biordi dicētes ſe velle ei loqui ſecrete in camera. Qui quum amicos eos haberet fiducialiter in camerā ſecretam introduxit. Nam pater dicti abbatis fuerat amiciſſimus Biordi: quem venerabat̄ vt patrem. Illi igitur Biordū nil tale ſuſpicantē occiderunt: ita vt non perciperetur a quoq̄. Et regreſſi domū ſunt ⁊ ciuitatem. Putauit interfector illius cedē pergratam ciuibus ſuis ob libertatis recuperationem: idq̄ vt beneficiū ꝑcupide recepturos exiſtimauit. Sȝ nō eadem libertatis cura omnibus erat. Itaq̄ nemine ciuiū ſequēte factum illorū: ⁊ parētes ⁊ agnati interfectoris a fratrib⁹ ⁊ amicis Biordi interficiuntur. Populuſq̄ ad arma cōcurrens re diuulgata cucurrit ad domos illorum de Magalottis qui facinus perpetrarant ⁊ eis predatis igni expoſuerunt: ⁊ quo mater abbatis ibi reperta cōſumpta eſt. Vir autem ipſe interfector fugiens mortem euaſit. Florētini autem ad componendas ſedandaſq̄ hmōi turbas: partem equitum ſuorum Peruſiū miſerunt: ⁊ cū eis oratores qui de caſu Biordi condolerent: ac vires ciuitati offerrent.

Biord⁹ ꝓditor⁹ dolo in ſuis edibus confoditur.

§. XXVIII. Anno domini. M.

cccxcviij. comites Puppij ⁊ Balnei/ itemq̄ Vbertini cū oīb⁹ eorum caſtellis ad Mediolanenſem defecerūt. Hic rerū motus per ſeipſum magnus videbat̄: ⁊ augebat ſuſpitionem ꝙ diu agitata defectio fuerat occultis cōuētib⁹ apud Vrbinates ⁊ Forliuienſes frequenter actis: ex quibus maiora defectionis huius fundamenta eſſe credebantur. Accedebat inſuper ad terrorē: ꝙ Ciuitellā caſtellū Aretini agri ſatis nobile ⁊ opportunū ad bellum ſitu/ hoſtes per fraudem paulo ante occupārūt. Itaq̄ pluribus ex locis bellū inſurgere videbatur. Ciuitas hmōi periculis aſſueta aduerſus hos terrores remedia parabat: nec deſerebat iterum Mantuani curam. Inſuper ex Gallia Bernardum Armeniaci comitē germanum eius qui apud Alexandriam interierat: Florentini ad tranſeundum in Italiam excitabant. In Germania vero duces Auſtrie potentiſſimi a Venetis ſimulq̄ Florentinis legatis ſolicitabantur. Nec multo poſt Ciuitella obſeſſa a Florentinis tandem non vi expugnata: ſed pactione recepta eſt. Eo anno inducie cum Mediolanenſi per decennium facte ſunt. Quum enim alias fuiſſet tractata pax legatis Romani pontificis ⁊ Venetis mediantibus: ⁊ nihil fuiſſet concluſum: tāmo a Mediolanenſi denegatum: poſtq̄ Veneti ꝓteſtati ſunt ei ſe conferendos cū Florentinis ⁊ ſocijs ad pugnandū contra eū: cepit timore: ⁊ acquieſcere. Verum q̄r in tractāda pace multe difficultates oriebant̄: facilior viſa eſt via induciarum per modum treuge vt dictū eſt ꝓ decennium. Per hūc modū ab armis tūc ceſſatum eſt. In Galliā et Germaniam legatis ſcriptum eſt: ne amplius duces exercituſq̄ commouerent. Nec tamen quiete fuerunt inducie: ſed plene ſuſpitionū ⁊ inſidiarum. Haud enim multo poſt factas ipſas inducias: ductores quidā ⁊ equites qui apud hoſtem militauerant: quaſi finitis ſtipendijs ex Gallia in Hetruriam venerant. Ij fines Lucenſiū populati ſunt: ac ſubinde per Volaterranos profecti in Collenſem agrum diſcurſiones fecerūt ⁊ cū preda ⁊ captiuis hoībus in Senenſium fines ſe receperunt. Senenſes quoq̄ haud pacato animo eſſe videbantur: multiſq̄ de rebus cōtrouerſias renouabant. Comites autē ⁊ Vbertini nullo modo quieſcere poterant. Cauſa vero hui⁹ erat: ꝙ pleraq̄ caſtella eorū per Caſentinatē agrū ita circūdabantur a noſtris: vt niſi per ſolum Florētini populi ad ea importari nil poſſet. Florentini aūt vetabant per eorū ſolū commeatus importari. Qđ ſi vi ⁊ armis importare conarentur: vi ⁊ armis illis reſiſtebat̄. Itaq̄ neq̄ ſal neq̄ oleū neq̄ cetera que ad victum opus eſt habere valentes quaſi obſidebantur. Ob has difficultates perculſi turbare oīa cupiebāt. De his rebus querele apud Venetos q̄ fuerant induciarum authores quum ſepe ab alterutris deferrent̄: tandem effecerunt vt illi tedio victi ſatis exiſtimarēt fore: ſi in Gallia nil fieret aduerſus induciarum fidem/ in Hetruria vero ſi quid fieret nil curare viderent̄. Que quidē res ſagaciter animaduerſa per hoſtē/ demū effecit vt tota cogitatio ſua in Hetruriā cōuerteretur. Vbi ⁊ materiā habebat paratā ad agēdū: ⁊ ſine indignatione ſociorum poſſe agere cognoſcebat.

§. XXIX. Per hec ipſa tēpora

quidam de Barbialla duplicē tractatum proditorium perpetrauit. Nam cū Jacobo Appianenſi qui dn̄abatur Piſis: cōpoſuit vt traderet ſibi illud caſtellū Barbialle: ſtatuēs diem ⁊ horam qua mitteret gentes ſuas ad illud capiendum ⁊ ipſe idem reuelauit Florētinis ⁊ Bernardoni duci militie eorūq̄ ordinauerat cum Appianenſi vt gentes eius accederēt ad capiendū caſtrum: vnde Bernardo ex inſidijs illos aggrederetur: quod ⁊ ſecutum eſt. Nam ſtatuto tempore gentes Appianenſis euntes ad caſtellum capiendum. Bernardo cum ſuis inuaſit ⁊ profligauit: captis ex eis. ccc. hoībus: ⁊ quingentis equis. Remunerationem ille accepit a communitate de ſua proditione pecuniam non modicam. Idem Bernardo cum copijs ſuis hoſtiliter diſcurrens pene vſq̄ ad menia Piſarū tulit inde predam multam: inter cetera quinque milia iumētorum ⁊ duo milia pecorum. Defuncto Vanne filio domini Jacobi Appianenſis: quum ipſe Jacobus eſſet infirmus ad mortem procurauit cum ciuibus Piſanis vt filius ſuus Gerardus vocetus eligeretur a populo in capitaneum Piſarū loco ſui: ⁊ iurare fecit gentes armorum que a Mediolanenſi miſſe fuerant vt ei obedirent ſicut ⁊ ſibi. Poſtquam mortuo predicto Jacobo Appianenſi ⁊ honorifice ſepulto ſucceſſit in dominio dictus Gerardus filius eius: ⁊ anno precedenti duo commiſſarij qui erant Piſis ex parte ducis Mediolanenſis ſimul cum vno fratre magiſtro theologie ordinis minorum: ⁊ ſuaſerant ipſi Jacobo ꝙ multa beneficia recepiſſet a duce: propterea hortabantur vt traderet ſibi in cuſtodiā Piſas/ Plumbinum: Liburnum/ ⁊ Caſinam. Qui reſpondit ſeſe ſuper hoc cogitaturum. Et quum intelligeret per hec ꝙ querebat dux dominium ſibi vſurpare: ſignificauit Antianis: et ordinauit quod populus ſumeret arma et inſurgeret contra Paulum Sabellum ducem ſtipendiariorum qui miſſi fuerant a Mediolanenſi. Quod ⁊ fecerunt predantes illos cum duce ſuo ⁊ captiuantes. Et compertum eſt quod ordinauerat ipſum Jacobum occidere ⁊ filium eius et ciuitatem capere. Aliqui ciues huius conſcij fuerūt magna pena condemnati ⁊ relegati. Demum commiſſarij ⁊ capitanei bellatorum relaxati. ¶ Menſe Julij dicti anni fuerunt Genue magne rixe et diſſentiones inter Guelfos et Gibellinos ⁊ propter quod vicarius qui ibi erat ex parte regis Francie: non valens eos pacificare: ⁊ recedens profectus eſt ad Aſtenſem ciuitatem. Poſtea aliquam concordiam fecerunt: licet parum permaneret. Nam Gibellini inſurgentes contra Guelfos ſuperauerunt eos: auferentes eis regimen ſeu officia ciuitatis ⁊ totum remanſit in manibus Gibellinorū. Eo tempore Joannes Craſſolini Piſanus Florentiam veniens fedus ⁊ amicitiam Piſanorum Florentinis obtulit. Jacobo enim Appianenſi et Vanne filio eius defunctis vt dictum eſt: gubernatio eius vrbis ad Gerardum filium eius iuniorem deuenerat. Hic contrariis quam pater vias ad Florentinos mente et animo inclinari videbatur: ⁊ potentiam Mediolanen. habere ſuſpectam. Itaque Joanne Craſſolini occulte Florentiam

Florētini cū Galeatzio decē ānes inducie.

Gerardus Appianenſis Jacobo patri ſucceſſit

tiam miſſo per Rainaldũ Gianfiliatij et Guidonẽ Thomaſij magnos ea tẽpeſtate viros offerri fedus ⁊ amicitiã fecit. Poſtulabat vero pro tutela ſui ſtat⁹: vt ſexcẽtos equites ac ducentos pedites Florentinorũ impenſa ſibi tenere liceret. Nã ⁊ in Piſanis emulos quoſdam habere ſe dicebat: quos comprimere hac potentia opus foret ⁊ aduerſus vim externam ſe munire. Hec publice relata in concilio ciuium varias ſententias habuere. Utilis quippe videbatur amicitia ⁊ confederatio Piſanorum: ceterum et impenſam illam emere non ſatis decorum exiſtimabant. Erant etiam qui nos perſeueraturos Piſanos in federe dicerent pro innato odio Florentinorum / tandẽ legat oreſponſum eſt. Si velint Piſani ⁊ Gerardus in fedus amicitiamq; venire leto animo recipiẽtur: ac prompta erunt paratq; ciuitatis auxilia ⁊ omniũ copiarum Florentinorũ. Mercedem vero pro equitibus ⁊ peditibus certa pactione promittere alienum a dignitate Florẽtini populi id videri: qui amicitias non conſueuit precio emere: ſed fide ⁊ beneficijs promereri. Et ita res Piſana tunc remanſit infecta.

§. XXX. Altero anno qui fuit

M.ccclxxxix. inducie nuper facte valere ⁊ ſeruari dicebantur ſed in Gallia. Nam in Hetruria turbabantur omnia et plena erãt inſidiarũ. Galeatzius enĩ Mediolanenſis quantum nunq̃ alias conatum omnem ad rem Hetruſcam conuertens: Piſas in ditionem ſuam ac poteſtatem redigere ſtatuit. Idq; paulo poſt aſſecutus eſt. Gerardo quippe Appianenſi non id animi eſſe roborisve apparebat: vt tante moli rerum ſufficere crederetur: ⁊ timebant multi Piſanorum ne ad Florentinos declinaret. Ea occaſione inuitatus Mediolanenſis ad Piſas capiendas animum conuertit: ⁊ modo pollicendo modo pericula oſtendendo effecit: vt retento ſibi Plumbino ⁊ pecunia accepta: Gerardus Piſas duci traderet. Augebat terrorem q̃ alia ſubinde moliturus ferebatur dux ipſe Mediolanẽſis factus iam dominus Piſarum.

Galeatzius in ſuã poteſtatẽ Piſas redigit.

Nam poſt redactos in ſuam ditionem Piſanos de Senenſibus idem facere conſtituiſſe illum fama erat. Licet enim Senenſes odio Florentinorum ſe cum illo coniunxerant: tamen fedus erat ⁊ amicitia ⁊ voluntaria quedam obſecutio: non autẽ ſubiectio. Retinebat enim Senenſis populus vſq; ad id tẽpus ⁊ verbo ⁊ opere libertatem. Hanc igitur ille tollere ⁊ in ſuam poteſtatẽ arbitriumq; Senas redigere in animum induxerat. Id arcane per amicos quoſdam Florẽtinis nunciabatur. Ad Peruſinos quoq; ſpem animumq; extenderat. Exagitabat Peruſinos eo tẽpore metus ingens: q̃ Bonifacius pontifex Romanus quaſi poſſeſſionẽ Romane eccleſie Peruſium repetebat. Iamq; per Fulginatez Ugolinũ moueri bellum aduerſus Peruſinos effecerat: quo illi metu adhererẽ maiori alicui potẽtie cogebant. Florentinos nuper ab eis requiſitos Bonifacij reſpectus ne fedus cum illis coirent detinuerat. Itaq; neceſſitate cõpulſi ad Galeatzium legatos ſuos Peruſini miſerant: ac per eius potentiaz ſe tutos fore ſperabant. Per hec ipſa tempora Bononienſes Galeatzij legationibus delinitĩ / in eius amicitiam cõceſſiſſe putabãtur: ac veterem Florentinorum ſocietatem quodãmodo antiquaſſe. Lucenſes quoq; finitimi Piſanis ſiue metu ſiue beneuolẽtia poſt occupatas ab illo Piſas: magis ad eum incliuare ceperant. Quum tanta ac tam multa vndiq; parari conſpicerentur Florentini magnis in ſuſpitionibus verſabantur: ⁊ quo ſe verterent neſciebãt. Deniq; magiſtratus vocatis in conſilium ciuibus his de rebus ad eos retulit: ac vt ſaluti ſue conſulãt hortatus eſt. In dicendis autem ſententijs omnes vno ore ſumma pericula adeſſe fatebant: ſed de remedijs non idem omnes ſentiebant. Alij iã tunc creandos decem viros publica authoritate ſuadebant: qui conatibus Galeatzij obuiarent: alij creationem decem virorũ nihil aliud eſſe q̃ manifeſte bellũ ſuſcipere aiebant: id vero non concurrentib⁹ ad bellum ſocijs periculoſiſſimum eſſe. Quare potius diſſimulandum et alijs remedijs obuiandum cenſebant. Tandem plerique omnes ſententiã Rainoldi Gianfiliatij ſecuti ſunt. Subijciã hoc in loco quam tunc dixit orationem. Nam quum magiſtratus pericula que reipub. parabantur oſtendiſſet: ⁊ ad conſulendum hortatus eſſet: adſurgens ille magna expectatione et attentiõe facta in hunc modum locutus eſt.

§. XXXI. maximas vobis gra

tias preſtantiſſimi preſides ⁊ agere ⁊ habere omnes debem⁹ qui per hoc difficillimũ tempus quum omnia ſuſpitionibus redundent ac pericula vndiq; ſe oſtendant: referre ad ciues veſtros de ſalute reipub. decreuiſtis. Pericula enim ſine cõſilio a magiſtratu neglecta: ruinam plerunq; irreparabilem pariunt. Dicam vero fideliter que ſentio: ⁊ ſi licẽtius quedã

Rainaldi Florẽtini oro.

loquar: mihi peto ignoſci. Non enim omni tempore veritas ſilenda eſt. Equidem pericula iſta que nunc ciuitati parantur. quam q̃ illa magis eſſe fatear: tamen non tantũ propter ſeipſa / quantũ propter mores noſtros expaueſco. Uideo enĩ quantum ipſe memoria teneo: nos ſemper omnibus in rebus ob tarditatem ⁊ negligentiam noſtram prouidendi agendiq; tempora ignauiter perdidiſſe. Multus autem mali cauſa eſt: quod populus ac multitudo futurum non proſpicit: ⁊ nec fere prius ſentit mala quam incurrit. Excellentes autem viri ſi qui apud nos in reipub. gubernatione verſantur: quãq̃ proſpiciant pericula: tamẽ illis obuiare nec audẽt neq; poſſunt. Tanta enim in hac vrbe calumniandi licentia eſt: vt ſimul atq; oſtendit quis pericula et obuiandum ſuadet: continuo illum cupere bellum ⁊ quietem pati non poſſe multi proclament. Ac malignis legibus omnia ſepiunt: ⁊ mille difficultatibus prohibitionibuſque inuoluunt: vt etiam ſi velit quis ſaluti reipub. prouidere: nulla ſibi relinquatur facultas. Ex hoc autem fit nihil agentibus tempora nobis effugiant. Quum vero in lumine ſunt pericula: nec vitari iã poſſunt: tunc demũ trepidi conſultamus: tunc ducentorum conſilium ⁊ centum triginta vnius rem ⁊ negotium inextricabile conuocamus. Atqui ego non grauiter iſta ferrem ſi cuz alio populo nobis eſſet certandum: vtrobiq; enĩ vel par vel prope eadem conditio foret. Nunc autem non cum populo aliquo certamen eſt nobis: ſed cum tyranno qui euigilat aſſidue pro re ſua: neq; calumniatores formidat: ⁊ neq; malignis legibus impeditur: neq; multitudinis decretum: neq; populi deliberationem expectat. Itaq; mirandum non eſt ſi ille in rebus agendis anteuenit: nos autem poſt res perditas remedia cogitamus. Joannem Craſſolini Piſanum ſocietatẽ ⁊ fedus Piſanorum nobis offerentem malo admodum conſilio quidam noſtrorum ciuium reiecerunt: ⁊ ſpreta illorum ſententia qui periculum ne illa ciuitas in poteſtatem Galeatzij deueniret oſtendebant. Et periculo ſi tunc obuiatum fuiſſet: non in iſtis in quibus nunc ſumus periculis verſaremur. Nuper etiam profectos ad nos Peruſinorũ legatos in fedus ſocietatemq; reipub. venire flagitantes ac pericula ſua docentes malo item conſilio quidam reiecerunt eos qui recipiendos cenſebant nouum ordiri bellum aduerſus pontificem inclamantes. At illi ad Galeatzium conuerſi / iam vt opinor ab eo ſuſcepti / ſunt: nobis periculuz inde impendens nunc demum conſideramus. Non igitur alios accuſare debemus quam noſipſos. Nec vlla re magis per Hetruriaz creuit Mediolanenſis potentia: quam tarditate et ignauia noſtra. Uerum hactenus que facta ſunt mutari non poſſunt. In poſterum vero niſi nimias calumnias ⁊ nimiam obtrectandi licentiam ⁊ impedimenta tarditatem inducentia corrigatis: nullum veſtris rebus remediuz expectetis. Quod ſi corrigere habitum / mores ac recte nobis cõſulere volemus: ſpes magna ſupereſt: non libertatis modo: ſed et dignitatis conſeruande. Habemus enim ciuitatem magnam ⁊ opulentam latum dominium: multa inſuper oppida: plurimam ac validam hominum multitudinem noſtrorum: innumerabiles pene munitas arces: duriorem ſibi rem ſentiet aduerſarius noſter in opprimendis nobis quam ipſe opinetur ſi viri eſſe voluerimus: ac libertatem dignitatemq; a maioribus nobis relictam tueri. Sed ante omnia que ſupra commemoraui mala per hoc tempus ex ciuitate remouere neceſſarium eſt. Sint aliqui vigiles in repub. ⁊ poteſtatem habeant agẽdi: ne ſingula ad multitudinez referre ⁊ expectare illius decretum compellantur. Res enim plerumq; celeritatem ⁊ ſilentiuz poſcunt: quibus decreta multitudinis inimiciſſima ſunt. Ceſſent calumniatorum in preſtantes viros maledicta ⁊ crimina. Intelligant omnes pericula imminere: multaque virtute induſtria ac impẽſa opus eſſe ad illa repellẽda. His domi conſtitutis: foris iam prouidendum cẽſeo. Milites parandum ⁊ duces: qui preſto ſint expeditionibus noſtris: pluris enim fiemus ⁊ ab inimicis ⁊ ab amicis: ſi ſufficientem circa nos potentiam conſpexerint. Quod ſi potentia non aderit omnes contemnent. Hoc de toto genere dixiſſe volo. De Senenſium vero ⁊ Peruſinorum formidata occupatione: ac de ceteris in cõſultatione propoſitis: quid mihi videatur breuiter ſubijciam. Primum ne Senas occupet aduerſarius ego iam nullum remedium eſſe puto: preſertim quum illi nobis infenſi / omnem noſtram exhortationem ⁊ auxiliorum pollicitationem aſpernarent. Quamobrem neq; literas neq; legatos ad illos publice mittendos cenſeo. Priuatim autem ſuadeo cum potentioribus quibuſdam ex ciuibus experiri: pollicendo auxilia ac eos cohortando ad libertatem retinendã. Et de Senẽſibus quidẽ non mihi videtur multum laborandũ. Siue enĩ dñs: ſiue nõ dñs: tñ oia ad libituz de illis hactenus diſpoſuit. Itaq; parũ lucrabit nunc ſi dñs fiat. Peruſinos vero amicos ⁊ beneuolos nobis / vtinam non reieciſſent

Quidam noſtroꝝ ciuiū apud quos reſpectus Bonifacij plus valuit q̄ reſpectus proprie ciuitatis. Fuit aūt tunc meū ꝯſilium ⁊ eſt nunc etiam: in fedus ⁊ ſocietatem Peruſinos eſſe recipiendos. Poſtq̄ autem recepti fuerint: tunc Bonifacio pontifici quid egerimus: et qua de cauſa ſignificandū: ſibiq; oſtendēdum melius ſecum agi ſi a Peruſinis ciuibus q̄ ſi a Galeatzio Mediolanēſi Peruſium teneatur. Quare celeriter mittendū cenſeo qui fedus ac ſocietatem ab eis poſtulatam offerat: ⁊ ad cōſeruationem ſtatus ſui ac libertatis ſue omnes opes noſtras polliceat̄. Verū in his duobus nō multum ſpei collocandū mihi videtur: ꝓpterea q̄ Senēſes iam pridem a nobis totis animis abierūt. Peruſini autem verēdum eſt: ne iam cum aduerſario trāſegerint. Quod igit̄ tu remedium affers? dicet quiſpiam: an mouendū no'bis bellū putas: ⁊ conatibus Galeatzij obuiandū? Nequaq̄ periculoſuȝ enim nobis foret: ſi abſq; ſocijs bellum moueret̄. Sȝ in quo maximam ſpem habendam putem: queſo diligēter attēdite. Ad Venetos legationem prudentium virorum mittēdā cenſeo: illiſq; oſtendendū quanta ⁊ qualia per Hetruriā molitur: ⁊ cōtinuo apprehendēdo loca nos includere ac circūdare agit. Quū vero hec oſtenderint legati: nihil Venetos rogēt ne dignitatē ciuitatis noſtre imminuāt: ſed verbis ⁊ rationibus doceant nō minus ad illos q̄ ad nos huiuſmodi pericula pertinere. Neq; enim credendū eſt longinqua ⁊ remota cupere: propinqua vero nō deſiderare. Sed nunc arte quadam nos circūuenire atq; inuadere cogitat: quo nobis oppreſſis ⁊ a cōmuni ſocietate ſubtractis: ceteros deinde ſocios imbecilliores factos adoriatur. Cogitandū ab eis eſſe vtrum preſtet nūc obuiam ire illius conatibus: an expectare vt ille per otium ſine impedimēto vllo mēbra ſocietatis euellat: preſertim quū ſint cōtra inducias et pacem que ille per Hetruriā agit. Nos quidē ſi cōcurrant ſocij paratos eſſe in ceruicem eius clades inferre. Sin autem tepeſcant ſocij: Florentinos ſibi ipſis vt in rem ſuā putauerint proſpecturos. Hec eadem apud Bononienſes ⁊ Patauinum ⁊ Ferrarienſem per eoſdē legatos exponant̄. Spero autem neq; fruſtra hec dicentur a legatis noſtris: neq; fruſtra audient̄. Dixit que mihi videntur prouidenda: vos autē qđ optimum futurum ſit conſiliū ſumatis. Huius ſententiam ſecuti magiſtrat' ac ciues multa animi ac fortia quēadmodum ille ſuaſerat prouiderunt: ſȝ quātū ad Peruſinos tarde. Illi eīn cito recepti a Galeatzio ſe iam totos promiſerāt: apud Senēſes quoq; irrita Florentinorum opa fuit. Itaq; Galeatzius paulopoſt ꝓpoſitū ſuuȝ proſecutus. Senas ⁊ Peruſiū ſue dīiōi imperioq; ſubiecit. Hec omnia ſic ab eo fiebant: quaſi aduerſus induciarū cōuēta nihil prius ageretur. Nam Piſani ⁊ Senenſes illius cōplices in pactione induciarum fuerant: ⁊ Peruſini neutrius partis per id tempus habebantur.

Noua vtriuſq; ſex' hominum albis veſtib' ſeruitorū religio.

§. XXXII. Per hec ipſa tēpora

anni. M.ccclxxxviij. mirabilis factus eſt populorum mot'. Omnis quippe multitudo veſtes exteriores induit albas lineas tamē ad pedes vſq; protenſas: cum capitijs ad modum capparum religioſorum: quibus facies velabant: ad oculos tantum foraminibus ad videndum relictis. Oēs mares ⁊ femine/laici ⁊ clerici ⁊ religioſi cuiuſcunq; ordinis/grandes ⁊ paruuli ſimilibus veſtibus huiuſmodi incedebant: monialibus ⁊ recluſis exceptis: quibus nō licebat clauſtra exire. Incredibiliq; deuotiōis ardore longa horum dealbatorū agmina ad vicinas vrbes commeabant: proceſſionaliter bini pergentia: pacē ⁊ miſericordiam ſupplici clamore ſepe clamantia: ac laudes ⁊ hymnos in latino vel vulgari decantātia: p̄cipue ſequentiam illam quam dicunt Grego. edidiſſe. Stabat mater doloroſa iuxta crucem lachrymoſa dum pendebat filius. cum verſibus ſequentibus. Prorſus miranda res ⁊ q̄ſi incredibile negotium: niſi oculis noſtris vidiſſemus. Peregrinatio iſta ordinaria erat nouem vel decem dierum: ieiunantibus qui poterant illis dieb': et aliquibus in pane et aqua. Acceſſus vero in aliena oppida etiam parum antea pacata liberi fuerunt. Nemo per id tempus dolo fallere tentauit: nemo aduenarum oppreſſus. Tacite cum hoſtibus inducie fuere. Innumere paces ex mortiferis ⁊ diutinis inimicitijs in diuerſis locis confecte ſunt. Confeſſiones ⁊ communiones frequentate. Quumq; proficiſcerentur populi in alienas vrbes ⁊ alij in ſuas aduētarent: mira hoſpitalitas vbiq; ⁊ benigna ſuſceptio. A communitatibus prouidebatur de victu etiam mille hominibus ſine precio. Durauit hic motus per duos vel tres menſes ad plus. Unde autem hoc initium habuerit: obſcurum dei opus fuiſſe negari non poteſt. Et alij quidem dixerunt ex Hiſpania hoc habuiſſe exordiū: alij in Scotia: alij in Anglia ⁊ nonnulli ex Francia. De modo etiam dicebatur apparuiſſe beatam virginem Mariam cuidam ruſtico: et reuelaſſe ei filium ſuum contra mundum propter ſcelera eius valde turbatum. Unde ad reconciliandum eū ⁊ placandum/illud obſeruandum. Nihil tamen certi de hoc habitum eſt. Primi omnium Lucenſes fuere viri ⁊ mulieres induti hmōi albis numero circa tria milia: qui Florentiam aduenerūt. Nobiles ⁊ ignobiles viri precedebant: poſt eos ſequebant̄ mulieres (vt dictū eſt) faciebus velatis diuo decantantes: quib' de victu prouiſum eſt a communitate: et ad Lucenſes prius venerant. Genuenſes talibus induti cuȝ eiſdē cerimonijs. His conſpectis tantus confeſtim deuotionis ardor cōſecutus eſt: vt etiam qui ante rem auditam deriſerant: primi oim ſuorum ciuium veſtes ſimiles aſſumerent ⁊ quaſi a deo correpti motu ſimili vagabantur. Aduenerunt poſtea ex Piſtorio ſimili habitu induti numero quatuor milia: poſt hos ex Prato. Decretū igitur fuit Florentie vt dieb' nouem proceſſionaliter pergerent per ciuitatē vel extra prope ad diuerſas eccleſias laici ordinati per ſua quarteria cuȝ ſigno ſuo ⁊ viri primo bini cum clericis ⁊ religioſis albis lineis induti: quos ſequebatur epiſcopus ciuitatis etiam lineis coopertus. Nec aliquis ex tali habitu erubeſcebat: ſed milites/doctores/mercatores/ſapientes/et inſipientes aderant ſequentibus etiam mulieribus ſenibus cum iuniorib' cum canticis ⁊ laudibus. Circa finem Aug hoc inchoatū eſt Florentie. Et mane quidem omnes ſimul: poſt prandium vero diuidebantur in plures ſocietates: euntes extra ciuitateȝ ad diuerſa loca deuotionis: vt Feſulas/Miniatem/⁊ huiuſmodi. Deferebatur vero ab omnibus ſocietatib' imago crucifixi ſculpta vel ſaltem picta ante pro vexillo. Poſt nouem dies conuenerunt ſimul plures mares ⁊ femine/conſtituentes diuerſas ſocietates ad proficiſcendū longius per diuerſa loca diſtantia territorij Florentini: alique Aretium: alie ad ſanctā crucē vallis Arni inferioris: alie alio. Quocunque aūt perueniebāt albatorum agmina: eorū locorum incole ſimili exemplo mouebant̄. Et ita ex Gallia in Hetruriam: ex Hetruria in Umbriam: ex Umbria in Sabinos Picentes et Marſos ceteraſq; ſubinde gentes progreſſa cōmotio ad extremas Italie oras peruenit: nullos in populos non peruagata. Ex his diuina clementia quandam preparationem hominibus procurauit ad mortem eis propinquam. Multi enim ⁊ magni ⁊ obdurati peccatores conuerſi ſunt tunc ad penitētiam: quos deus ad ſe vocauit anno ſequenti peſte graſſante Florentie vt dicetur: ⁊ poſtea in Gallia: vt illud alludere videatur quod chriſtus dixit. Videte regiones: quia iam albe ſunt ad meſſem ſcilicet colligendā per falcem mortis. Jo. iiij. Dum hec religio tenuit animos: nihil de periculis belli cogitatur. Sed poſtq̄ finis fuit dealbatorū feruori: ad primas rurſus curas animi redierunt. Piſa/Senas/Peruſium eſſe in poteſtate Mediolanēſ. periculoſiſſimū videbatur. Comitum ꝙo ⁊ Ubertinorum caſtella ex parte alia regionem clauſiſſe. Acceſſit inſuper ad hec q̄ Huguitius Cortone dn̄ator deſciuiſſe a Florentinis credebatur ac Mediolañ. adheſiſſe. Signa certe peſſima erāt: q̄ ille noua quedam a Florentinis poſtulabat: ac frumentum deferri ad Politianenſes per ſue ditionis loca prohibebat: ⁊ in paludibus quas Claues vocant impedimenta poſuerat: vt nihil deferri per aquas ſe inuito poſſet. Lucenſes vero Piſanis finitimi ſiue ſponte ſiue metu coacti ad Mediolañ. amiciciam magis reſpicere videbantur nec fedus renouare cum Florentinis voluerunt.

§. XXXIII. Hec erat cōditio

rerum quum annus. M.cccc. ſuperuēit. Initio eius anni nihil prius quā aduerſus Cortonenſis Huguitij expeditionem prouiſum. Montanina eſt arx in extremis Aretinorum finibus poſita Cortone proxima. Hāc tenebāt quidā nobiles. Erāt vero Huguitij Cortonēſis ita familiares: vt oīa facturi illi' gratia putarentur. Natura vero huius loci talis erat: vt multum noſtris nocere poſſet: ſi inde bellū inferret̄: multū etiā Cortonenſibus: ſi nobis adeſſet. Igitur quibuſdam Aretinis commiſſo negotio Montanina per fraudem occupatur Venetorū enim ſpecie profecti: quum eos qui intus erāt in colloquiū vocaſſent: atq; illi nihil veriti deſcendiſſent: repēte ingreſſi arcē q̄ venerāt/fumo vt cōſtitutum erat ſignificarunt; ſubitoq; eo concurſum eſt. Per hunc modum Montanina poſſeſſoribus adempta ſuſpitionem ab ea parte imminuit. Deinde per Fabianū Boſcoli Florianum miſſum impedimenta in Clauibus poſita delere curauerunt: ⁊ ſimul Nicolao Albergotti negotiū datum: vt cū equitibus intentus circum ea loca eſſet: ⁊ ſi Huguitius accurrens tolli impedimēta vetaret: illū inuaderet: ac interficere ne cūctaret̄. Verū Huguiti' neq; accurrit ad prohibendū: neq; exire Cortona auſus eſt. Itaq; ſublata impedimenta ſunt nullo repugnante: ac preſidium qđ ille iuxta paludē munierat/crematum. ¶ Per idem tempus equites Galeatij Mediolañ. circiter quadringentos in Caſentinatē agrū venerunt. Ubi ne

enim

ecē. querelis ac difficultatib⁹ intricata Caſentini loca / ob eas quas ſupra diximus rationes: materiā belli cupiētibus opportuniſſimam afferebāt. Bellum ꝗ per hoc ipſum tempus inter Bononienſes et Fauentinū Aſtorgium fuerat exortum: ꝑpter caſtella Baraiogo nuper occupata. Huius ꝗ turbationis Galeatzius author nutritorq; credebatur. Albericus certe comes vir Galeatzio deditus: in ſocietatē cum Bononienſibus cōtra Fauentinū Aſtorgium coierat ſimulq; coniunctis copijs bellum grauiſſimum inferebant. ¶ Peſtis ſigna quedā ab initio huius anni terrere homines inceperant ꝙ mox per eſtatem plurimū deſeuijt cū incredibili ſtrage cuiuſq; ſexus atq; etatis. Unicum huius mali remedium in fuga repertū eſt. Fugerunt itaq; ciues populariter: Bononiam plurimi demigrantes: ⁊ tū inuacua deſertaq; vrbe: ſed. xxx. hoīm milia peſtis aſſumpſit. ¶ Eodem anno multa per Hetruriā innouata ſunt. Nam et apud Lucenſes Paulus Guinitius imperium ciuitatis arripuit: et Huguitine Cortonēſis de cuius fide dubitabatur e vita migrauit: ⁊ Robertus Puppij comes ꝗ aperte a Florentinis defecerat: diē clauſit extremū. Hec oīa varios effectus pepererunt. Cortone imperium ſuſcipit Franciſcus de Caſali Huguitij propinquus: melior ꝑfecto ac ciuilior ꝗ Huguitius fuerat. Robertus vero Puppij comes penitentia ductus ꝙ a Florentinis receſſerat: extremo vite tēpore filium ſuū Florētino pp̄lo cōmendauit: ac tutores ex ciuib⁹ cōplures illi reliquit. Per hunc modū recuperata gratia puer a pp̄lo Florētino fideliter ſuſceptus ac benigne tractat⁹ eſt: multaq; in Caſentinati ꝓ ſalute pueri ⁊ cōſeruatione oppidorū ꝑuiſa. Paulus aūt Guinitij⁹ poſt imperiū Luce ſuſceptū / medius ꝗdē haberi volebat: magis tū ad Mediolanū. inclinare putabatur: vtū a Florētinis requiſit⁹ de renouando fidē bonis verbis poſtulationem reijciebat.

§. XXXIIII. Eodem anno ma-

gna cōiuratio aduerſus rēpub. inita fuit: q̄ mox patefacta turbationes maximas in ciuitate peperit. Ciues eñ Florētini magna multitudine ob terrores peſtis Bononiam petierant. Ibi quum eſſent oīs generis hoīes: quidam ex his qui ob eū ciuitatis ſtatū infenſi erāt primorib⁹: colloquia ⁊ tractat⁹ habere ceperūt. Creſcenſq; indies multitudo ad grandē numerū ꝑuenerat. Cōſiliū eorū fuerat remp. inuadere: expulſiſq; potētib⁹ gubernationē ciuitatis arripere. Iā q; Priores ac ceteros magiſtrat⁹ quos ſtatim ꝯſtituerēt deſignauerant: partim ex ſuo corpore: partim ex mediocri genere hoīm. Quū hec ita ꝓpoſita eſſent: ac tēpus iam rei patrande veniſſet. Minias Ricius vnus ex cōiuratis: Syluestrū Adimarē adſciſcere volens: totā rem illi patefecit ⁊ cōſcios noīauit. Ea quū Syluester audiuiſſet: ambiguus atq; anceps illum dimiſit. Ipſe ad Bartholomeū Ualoris ꝑfectus negociū refert. Ille ſtatim vt audiuit ad magiſtratum deducit. Per hūc modū patefacta cōiuratione: de quibuſdā ſuppliciū eſt ſumptū: multi preterea abſentes dānati exulārunt. ¶ Per extremū huius anni Ioannes Bentiuoglia Bononiēſis: magnus in ciuitate ſua vir ac ſumme apud multitudinē gratioſus Bononienſib⁹ dñationem ſuſcepit. Hoc vbi Florētie auditū eſt: cōfeſtim oratores ad eū miſſi ſunt: q̄ ciuitatis noīe gratularēt. Quoq; res inſignior acceptiorq; foret: ex collegijs decēq; viris nouo exēplo oratores delegerūt: ⁊ hos tūc in magiſtratib⁹ ampliſſimis cōſtitutos. Ii Bononiam profecti magna atq; lata verborum ſerie ꝓ ſuſcepta poteſtate gratulati ſunt: ac vires oēs Florentini populi obtulerunt ad ſtatū dignitatēq; illius cōſeruandum. Miſit ⁊ Galeatzius Mediolanū. legatos ſuos ad hec eadē faciēda. Magna quippe vtriuſq; cura erat nouus eius vrbis dominatorē ſibi cōiungere magnūq; rerū agendarum momentū in cōiunctione illius vtriq; reponebant: propter magnitudinē potētie ſituſq; opportunitatē: quam quidē res vtraq; pars ſummo ſtudio ſibi vendicabat.

Ioānes Bētiuoglia bononieñ.

§. XXXV. Quum eſſet hic ſta-

tus rerū ꝑ Hetruriā: noue quedā ſpes nouaq; conſilia ſuperuenerunt. Initiū vero rerū hinc fuit: Carolus imperator (de cuius tranſitu in Italiā ſupra diximus) filios reliquit duos Uuenceſlaū ⁊ Sigiſmundū. Uuentzeſlaum q; erat maior natu: ante obitū ſuum Ceſarem appellauit: ac ſucceſſorem ſibi in imperio delegit. Eidem ꝗ regnum Bohemie per manus tradidit. Mortuo igit̄ carolo quum principatum multos ꝑ ānos Uuencēzeſlaus tenuiſſet: nullaq; illi⁹ actio cerneretur principatu digna: quum neq; in Italiam trāſire neq; cetera imperij munera obire curaret: ſolūq; tā ſummodo artes illius circumferrent: vna voluptatibus ſe dederet: altera cumulationi pecuniarū intenderet: cetera vero oīa negligeret: ſegniter atq; diſſolute ſe gereret. Ea quū diutius faceret ac nomen authoritaſq; Romani imperij in illo deperiret: electores imperij his reb⁹ permoti: de conſenſu et cōſilio alioꝝ procerum: illo antiquato ac remoto: Robertū Bauarie ducē magne rei virum / magneq; authoritatis ad imperiū delegerunt. Robertus igit̄ ſic vt diximus ad imperiū electus confeſtim oratorib⁹ ſuis in Italiā miſſis fauorē ⁊ gratiā ſedis ap̄lice ſibi ꝓcurabat. Nō; ſuberat cōtrouerſia: oēs eñ ꝑiter Alemānie ꝓceres ac pp̄li Uuētzeſlaum deſeruerāt: ſed erant ꝗ nihilominus illū imperatorē appellarent. Huic ergo nouiter electo: q; proſpera ei⁹ fama erat ac magna facturus credebatur: Florentini mentem intendere ceperunt. Circūdati eñ vbiq; a ciuitatibus ⁊ oppidis que in ꝑtāte atq; arbitrio Mediolanenſis erāt magnitudine inſuper potētie ac multitudine copiarū eius deterriti: ad externas opes reſpicere cogebantur. Itaq; et oratores illius Romā petētes omni ſtudio proſecuti ſunt Et ipſi confeſtim ad nouū principē legatis in Germaniam miſſis: tranſitum eius in Italiam hortari ceperunt: ⁊ opes auxiliaq; Florentini pp̄li veniēti offerrent. Ille vero legatos Florentinorū libenter audiuit: ad pecunias maxime reſpiciēs: atq; inde ſperās ſe multa poſſe cōficere. ¶ Altero dehinc anno ſtatim vere primo turbationes in Bononienſibus grauiores exorte ſunt. Ioānes eñ Bentiuoglia aduerſus Fauentinū Aſtorgium a Bononienſib⁹ iāpridem ceptum cōtinuabat bellū: Ad hoc Florētinorū ſimul ac Mediolanū. auxilia ꝑtraxerat. Incubuerat ꝗ huic bello Albericus comes: q̄ acerbas cū Aſtorgio inimicitias exercebat. Sed quū Aſtorgius ꝗ defenſores ſuos haberet: ⁊ i primis Carolū Malateſtā virū potentē ac bello inſignē: pax tandem fit inter Bononienſes ⁊ Fauētinū. Eam pacē Albericus comes indigniſſime tulit: quum eſſet Bononienſib⁹ federatus: ac ſe inuito cū cōi hoſte recepta pax eſſet. Itaq; ſe deceptum predicans atq; deluſum: irā ⁊ indignationes aduerſus Ioānem Bentiugliā cōuertit: ⁊ exulibus Bononiēſibus poſt hac fauens atq; eos ꝓmouens et adhortans ad bellum nouo dominatori inferēdū. Habebat vero Albericus equites ad mille ducentos: ⁊ cū eo equitatu exulib⁹ ꝯiūctis oīa peruadebat. Ex hoc iam defectiones opidorū fieri ſunt cepte: tumultuq; ⁊ trepidatiōe oīa miſcebant. Dñator autē ipſe volūtate quidē ac ſtudio partiū ad Florētinos ferebat: ſed formidabat Mediolanū. potentiā ⁊ ob hoc medi⁹ quidem eſſe cupiebat. Nec Florentinis petentibus fedus renouari cōſenſerat. Quū tū poſtea bello ac magis ſuſpitionibus premeret: neceſſitate cōpulſus: equitū ſubſidia a Florētinis poſtulauit. Florentini aūt quo manifeſti⁹ ille ſuarū precū pudor detegeret: nō ſolū eq̄tes quos petierat verū etiā Bernabonem militie ducē ad eū miſerunt. Ex hoc iam bellū in bononienſibus propalā erat: nec occulta Galeatzij opera aduerſarij fouebant. Per Hetruriā vero manifeſtum nō erat bellū: ſꝫ ita indies creſcebat Mediolanū. potentia: vt tandē apprehenſura oīa videret. Florentini vero iſta cernentes: magis ac magis ad Robertū imperatorē nouiter electū reſpicere pergebāt: ſperātes per illius aduētū in Italiā Mediolanū. potentiā vel oēm vel maxima ex parte eſſe perituram. Nā et odia inter eos ſuberāt acerbatē: veneno ſe a Galeatzio petitū Robertus publice ciuitatibus ac regibus ſignificarat. Deniq; in hac ſpe conſtituti: magna pecuniarū largitione aduentum eius in Italiam Florentini paciſcunt. Ducenta eñ florenorū milia polliciti ſunt. Huius ſumme partē prius ꝗ domo proficiſceret / dare illi conuenerāt: reliquā vero partē quū i Italiā veniſſet ac hoſtile ſolū Galeatzij intraſſet. Ex hoc iam apparat⁹ fiebant ab illo: vt tranſiret: a Florentinis: quo pecunias exoluerent. Crebriq; oratores ⁊ nuntij ad vtroſq; cōmeabant. Ad ꝓſoluendas vero pecunias q̄ſ immodice erat ſumma miſſus eſt Ioānes Bicci vir prudens ⁊ integer ac ſingularis apud mercatores fidei: q̄ ſolutionē Uenetijs curaret. Is ſumma cū fide ac diligentia omnia pegit. Fama per Italiā vulgauerat magnos exercit⁹ circa Rhenū parari nouo cū imperatore Italiā tranſituros: erectiq; ceteroꝝ animi in expectatione erant. Nec minor apud Mediolanēſem prouidentia vigebat. Equites parare: pecunias cōgerere: ciuitates ⁊ oppida in poteſtate ſua cōtinere: aditus locoꝝ ⁊ flumina diligentius cuſtodire. ¶ Conuerſis in expectatione noui principis animis: ingens incēdium in Piſtorienſib⁹ oritur. Sunt eñ apud illos non in vrbe modo: verū etiam per agros factiones due magnis cōtentiōibus inter ſe diſſidētes. Ricardus igitur eques Piſtoriēſis princeps alterius factionis in ſuſpitionem venerat res nouas moliri. Quum ergo inimici eum exagitarent: amici vero tuerentur: tādē metu aduerſariorum ⁊ fauore ſuorum adductus: caſtellum in Apennino / cui Sambuca nomen eſt: occupauit: venienteſq; aduerſus ſe inimicos egregie fudit. Ex hoc iam con-

Robertus deligit̄ ipē torē reiecto Uuēzeſlao.

Robertū igna torem Florētini euocant in Italiā.

curſus erat ad illū: nō ex Piſtorienſi ſolū agro: verūetiam et Bononienſi & Mutinenſi: ſunt enī finitima loca: & factionum ſtudiis iampridē per clientelas amicitiaſq; cōtraxerāt. In vrbe vero Piſtorio diuerſis ciuiū aīs & diuerſiſſima inter ſe ſentiētibus: periculū erat ne ciuitas illa vel cladē aliquā pateret vel inferret. Miſſe igit Piſtoriū equitū ac peditū copie vrbē cuſtodiebāt. Circa Sambucā vero preſidia q̄dā edita ſunt: ne diſcurſari liberi⁹ obſeſſi valerēt. Sz tāta erat Richardi prudētia: tātaq; eorū q̄ cū illo erāt audacia: vt ſepe fuſos fugatoſq; obſeſſores p̄cipites ageret: nocturniſq; ac diurnis inſultib⁹ cūcta circū loca redderent infeſta: maximūq; et ea re nomen Richardus eſt conſecutus.

§.XXXVI. Roberti vero in

Roberti impatoris in Italiā aduēt⁹

Italiā aduentus (vt pleriſq; euenire ſolet) tardior fuit q̄ ab initio crederetur. Per extremū enī Autumni Tridentum venit. Quū igitur Tridentū perueniſſet Robert⁹: quo celerius pecunie ſoluende conditionē appoſitam adimpleret: Brixienſem agrum cum exercitu ingreſſus eſt. Brixia eniz vrbs a Mediolanēſi Galeatzio tenebatur. Ipſe vero tunc pecunia de Florentinis habere pactus fuerat: quuz ſolum Mediolanenſis intraſſet. Sunt autem finitime vrbes Tridentum & Brixia: maxime circa Benacum lacuz territoria commiſcentes. In his locis quum eſſet nouus imperator: duces Galeatzij cum ingentibus copijs aduerſus illū conuenerunt. Habebat vero Galeatzius optimum equitatum & Italicis viris confectuz. Paſtq; contra Germanos equites Italici conſtiterūt: ac leuia prelia iniri cepta ſunt: mirabile quantum Italici preſtare videbantur. Germani enī frenis vtuntur leuib⁹ ac ſimplicibus. Huiuſmodi aūt frena vt ad celeritatē & curſum aptiora ſunt: ita ad flectendū in gyrum equos verſandumq; in prelijs inutilia exiſtunt. Italicis vero frenati erant equi in gyrum flecti ac verſari cōſueti. Itaq; & laceſſere hoſtē: & redire ad ſuos ac ex medio curſu deflecti facillimum erat. Preterea Italici equites armis affatim protecti/nullum periculum recuſabant. At Germani deterius armati erant: pleriq; eorum pectoralia duntaxat: & loricas habebant: quare in iaculatione magis confidebant. Ob hec illi cito ſpreti ab Italicis atq; contempti ſunt: vt auderent pauci Italorum equites multos Germanorum inuadere. Tandem vero maiori vi caſtra imperatoris agreſſi ita Germanos turbarūt: vt trepidaretur totis caſtris: multiſq; ſuorum amiſſis cedere: demum retro ſigna referre cogerentur. Ita proſtratis ſuorū animis ac metu deiectis: Tridentum imperator ſuos reduxit. Et quoniam res male ſuccedere videbantur: & alteri alteros incuſabant. Colonenſis preſul & Leopoldus Auſtrie dux/ab imperatore abeuntes/cum maxima copiarum parte domum redierunt. Imperatorq; ipſe Tridenti relictus pudore ſolummodo tenebatur: nec quid agendum eſſet facile conſtituebat. Nam et redire trans alpes irrito cepto/ permagnum dedecus ſui nominis: & remanere in Italia debilitatis viribus/ vanum exiſtimabat. Inter hec Franciſcus Carrarienſis et alij quidam proceres qui circa illum erant: & cum his Florentinorum legati. Patauium vt ſecū ferret hortati ſunt. Sic enī & famam eius ſeruari poſſe: et ſupereſſe adhuc ſpem magnarū rerū per Italiam oſtendebant. Ille vero q̄q̄ redire trans alpes cupiebat: tamen partim pudore: partim ſpe retentus/ſequi illorum conſiliū ſtatuit. Quare e Tridento profectus Taruiſium primo: & inde Patauium acceſſit. Patauij vero quum eſſet: noua Florentinorum legatio ad eum peruenit. Fuerūt autē legati quattuor: equites Florentini in primis nobiles. ſcz Rainaldus Giāfiliatij: Maſus Albitius: Philippus Corſin⁹: & Thomas Sacherus. Adduxerunt vero equites Italicos ſexcentos optime ſtructos: quibus preerant Sforzia & Baldaſſar Mutinēſis. Suſcepti igitur ab imperatore & benigne quū de reparandis rebus tractaretur: deprehēderunt mētem eius nō ſatis alacrem neq; magne fiducie plenam. Inquit enī neq; ſibi neq; Florētinis tantas eſſe vires: que ſuffectu re videantur ad Mediolanenſem euertendum: quare pontificem Romanum ac Venetos accedere ad ſocietatez belli neceſſarium fore. Pecunias vero tantas poſtulabat: vt palam eſſet ipſum de ſuo nihil afferre: ſed omnia Florentinorum ſumptibus peragenda eſſe. Ea quum deprehendiſſent legati: ſtatuerunt vt Maſus Albitius & Andreas Victorij (is enī in prioribus legatis apud imperatorē fuerat) Florentiā redirent: ad ſingula q̄ audiſſent & vidiſſent edocenda. Neq; enī ſatis commode literis oſtendi poterant. Hi ergo quum rediſſent: ac ſingula retuliſſent in cōcilio ciuiū debilitarunt omnium mentes. Nam & facere que poſtulabantur impoſſibile quodammodo videbatur: et ſi abierit imperator manifeſtum periculum ab hoſte remanebat: qui ductus eſtimatione ac ſuperbia victorie/nil non auſurus merito credebatur. Deniq; in concilio re diſcuſſa: decreuerunt omnia facere pro imperatore in Italia retinendo. Itaq; per legatos qui Patauij remanſerant: magna auxilia Italici equitatus & magnam inſuper pecuniam polliciti ſunt in Italia remanenti: vt per hyemē quacunq; poſſet bellum inferret: vere autem primo hoſtile ſoluz intranti: ac illic bellum gerenti: & illud inſuper promittenti: neq; pacem neq; inducias nec concordiaz vllam cum hoſte facere: niſi prius requiſito & conſentiente Florentino populo. Procuraturos interea omni niſu vt pōtifex ac Veneti cū eo iungerentur: quod non difficile factu aiebāt: ſi foret ſi bellū proſpere ſuccederet. Hec per legatos imperatori nunciata, tractatus varios apud illum habuere. Nam ſe his obligare non ſatis honeſtum videbatur: & erant alioquin difficilia factu. Oriebantur etiam controuerſie quedam pro pecunijs in aduentu ſuo promiſſis: quarum partē aliquam adhuc ſibi deberi contendebat. Eam vero eſſe ſummam nonaginta milia florenorum: quam ante omnia ſibi tradendā eſſe aiebat: poſtea vero ſi ita videretur /de nouis conuentionibus agitandum. Florentini promiſſas quidem pecunias ſub conditiōe dicebant: que quum cōditio ab imperatore impleta non ſit: itaq; nec pecunias deberi: et tamē ex ea ſumma. xxv. milia iam eſſe perſoluta.

Robertus imperator Venetijs exceptus honorifice

§.XXXVII. Per huiuſmodi

altercatiōes quū menſis fere cōſumptus eſſet: ac ſolutio pecuniarū penitus negaretur: indignatione concepta imperator abire conſtituit. Equitatu igitur per terram ad Taruiſium premiſſo: ipſe Venetias perhit: viſendi cauſa mirabilem ciuitatem atq; ſibi illam ſi qua poſſet conciliādi. Suſceptus autem a Venetis inſigni magnificentia: cunctiſq; exhibitis que ad honorādos principes exhiberi ſolēt: quuz de facto ſuo poſtridie loqueretur: grauiter & infenſe aduerſus Florentinos conqueſtus eſt: q̄ eum ſollicitaſſēt impuliſſentq; tranſire in Italiam feſtinanter nimium ac non ſuo tēpore: & nūc p̄miſſa cōuentaq; facere recuſent: ex quo fit vt deſtitut⁹ ac deluſus contra decus nominis ſui redire in Germaniā compellatur. Erant tunc Venetijs Florentinorum legati duo: Philippus Corſini & Rainald⁹/viri prudentes ac bn̄ morati: qui ea de cā imperatorē ſecuti Venetias fuerant. His querelis reſpondere: inſtar mortis acerbiſſime ſibi dixerūt eſſe aduerſus ea loqui que princeps dixiſſet. Verumtamen dandam ſibi veniam: primo q̄ nō ſponte ſed coacti: deinde q̄ pro excuſatione ciuitatis ſue: non pro cuiuſq; accuſatione ſint locuturi. Omnem igitur accuſationem & querelam circa pecunias verſari. Se fateri promiſſas fuiſſe pecunias a ciuitate: verum quomodo p̄miſſe fuerint attendendū. Nā in eo iudicium iuſte vel iniuſte querele verſari. Primo enī eius ſumme que p̄miſſa fuerat: pluſq; dimidiam partē anteq̄ domo ſe moueret imperator/pro parādo ornādoq; exercitu ſoluere cōueniſſe: eāq; partē ex fide fuiſſe perſolutam. Itaq; de ea conqueri imperatorem neq; poſſe neq; debere. Reliqua vero pecuniarum pars ita promiſſa fuit: vt annexam cōditionē haberet: & eſſe demum eſſe ſoluēdam: quum ipſe potenti cum exercitu in hoſtilē Galeatzij terrā veniſſet. Harum duarū conditionū (quod bona venia dictū ſit) nulla penitus impleta eſt. Nā neq; veniſſe dicit/qui non ſtetit: neq; potēti cū exercitu venit qui exercitus formidine hoſtiū tam ſubito retroceſſit. Verba quidem recto ſenſu non cauilloſe ſuſcipienda ſunt. Nec vero Florentinus populus tantam pecuniarū viz promiſit: vt tacto protinus hoſtili ſolo recederet: ſed vt ad ruinam hoſtis in ſolo p̄ſtaret. Quid ergo quiſq; cōqueri valeat de Florentino populo/non videmus. Ipſe certe populus ſi vellet/iuſte conquerī poſſet pro tantis pecuniarū diſpendijs/quantas iam erogauit falſa ſpe inductus. Veneti quum hec audiſſent: cauſam ciuitatis probare viſi ſunt. Concordiam tū pro cōi vtilitate ſuadebant: que quū haberi nō poſſet imperator abijt. Profectus vero vnius diei nauigatione quū apud Crauolam cōſtitiſſet: Veneti maiori conatu adhibito tandē aſſecuti ſunt vt Florentinorū legati remiſſionem in eis facerent. Id quū factuz eſſet: miſſis ad imperatorē ampliſſimis viris cum Venetias reduxerūt. Hic iā pecunijs ſuſceptis eq̄tatuq; reuocato: quū aliquot dies Venetijs cōſtitiſſet: ſumpta meliori ſpe Patauiū redijt et qd̄ reliquū erat hyemis in ea vrbe conſumpſit: ac modo expectationem dedit quaſi Romā peritur⁹: modo ademit. Tādem vero quū neq; pontifex Romanus: neq; Veneti in fauorem auxiliumq; eius palā deſcenderent: Florentini autē ea poſtularēt q̄ difficilia factu videbant: differre cepti ſuū in aliud tēpus cōſtituit atq; ita menſe Aprili Patauio mouens magnis itineribus trās alpes abiuit.

Robertus ex itinere Venetias reuocatus.

§.xxxviij.

§. XXXVIII. Per hoc ipſuz tēpus legati Mediolanēſi ad Venetos profecti querelam et incuſationes aduerſus Florentinos poſuerunt. Veneti autem quum ea audiſſent: vocatis Florentinorū legatis qui tunc alia de cauſa Venetijs erant: cuncta illis nota fecerēt ⁊ reſpondēdi ſi vellent facultatem prebuere. Subijciaꝫ vero que tunc obiecta ab aduerſarijs ⁊ que reſponſa ſunt: vt iuſtitia cauſe a legentibꝰ examinari poſſit. Mediolanenſis igitur legati a Venetis introducti orationem huiuſmodi in Florētinos habuere. Vobis potiſſimum o Veneti qui induciarum ⁊ pacis authores ſuaſoreſqꝫ fuiſtis: querele faciende ſunt aduerſus eos qui contra fidem ac iuſiurandū inducias ⁊ pacem violauerunt. Qui enim alicuius concordie author ac ſuaſor eſt: is ⁊ onus quodammodo ſuſcipere videtur eam ſeruatū iri. Ex quo fit: vt ſit non aliud/ac ſaltē quā meremur opinionē de vtriſqꝫ noſtrorū debeatis ſuſcipere. Dicimꝰ ergo illos homines eſſe maxime deteſtādos: quibus neqꝫ fidem ſeruare cura eſt: neqꝫ promiſſa conuentaqꝫ tueri. Quumqꝫ ſit omnis defectio promiſſorum ⁊ fidei turpiſſima. maxime tamē abominanda ac nefaria exiſtimari debet: que contra pacis conuenta bellum ⁊ turbationeꝫ per fedifragium inducit. Nam ſi fides ac iuriſiurandi ſanctitas ex hoībus auferatur: qđ tandē reſtat vinculum inter hoīes quo alter alteri confidere queat? Itaqꝫ quicūqꝫ fidē ac promiſſa in pace frangit: is cōmunem hoīm ſocietatem diſſoluit. Nota ſunt vobis o Veneti que nuper acta fuerūt in conuentione induciarum ⁊ pacis: ⁊ qꝫ ſolenniter promiſſa illa iurataqꝫ fuerunt. Vt autē Florētini ea ſeruauerint voſipſi vidiſtis. Stante enim pace nulloqꝫ tale aliquid ab eis expectante: Robertū (qui ſe Romanorū imperatorem fecit) per legatos ſuos in Germaniaꝫ miſſos concitarunt: vt aduerſus Galeatzium Mediolanenſem cū quo pacem fecerant ac ſolenniter iurauerant: in Italiam tranſiret. Eāqꝫ ob rem magnam vim pecunie tradere illi pacti ſunt: conuentione expreſſe inita: vt tunc pecunias traderent: quuꝫ ſolum illius cum quo paulo ante fecerant paceꝫ: hoſtiliter ad eius ſubuerſionem ac ruinam ingreſſus fuiſſet. Legatoſqꝫ palam apud illum iſta de cauſa habere non dubitarunt: vt admirari debeant omnes tantam doloſitatem ac fraudem in illis extitiſſe. Ad idem Florentini qui non per Italiam modo: verumetiam per Galliam ſepenumero ſuis nuntijs ⁊ literis vulgauerunt ſe pacis ⁊ quietis auidos imperi ab alijs atqꝫ vexari: nunc autez apparuit per effectum non pacem ſed bellum: nos quietem ſed turbationem atqꝫ vexationem aliorū ipſos querere: nec vllo modo poſſe quieſcere propter inquietudinem animi ⁊ ſuperfluitatem pecuniarum. Hec eadem ciuitas cōtra maiorum inſtituta ⁊ mores: Gallos ⁊ Germanos exteras ac barbaras nationes ⁊ Italico nomini infeſtas ⁊ inimicas/ tranſire in Italiam procurauit: vt quos natura ipſa oppoſitis alpibus ab Italia excluſit: eos in Italiam ac in ceruices Italorum inducerent. Tantaqꝫ eſt conſilij cecitas: vt nō intelligant ſi Galli ⁊ Germani in Italiam traducentur: communem oīm Italorum eſſe perniciē: nec minus in ceruices ſuas qꝫ ceterorū illos traduci. At populus Romanus in eo maxime laudem ⁊ gloriam promeruit/qꝫ Cimbros ⁊ Teutones Italiam inuadere parantes magna ſuorum exercituum dimicatione deleuit: qꝫqꝫ Gallos multis ac maximis prelijs fractos a ceruicibus Italorum remouit. Hi autem noui (vt ſeſe ipſi predicant) Romani illas ipſas barbaras immaneſqꝫ nationes etiam pecunia tradita in Italiam traducere curauerunt. Tanta eſt horum hominū inquietudo ac peruerſitas: ⁊ patrie gentiſqꝫ ſue deteſtanda obliuio. Etenim qui patriam ſolum inimicis produnt: quomodo ſint appellandi nemo ignorat. Odium certe Italorum omniū promerentur: qui exteras inimicaſqꝫ nationes ad conculcandam Italiam data pecunia traduxerunt. Dicent aduerſarios ſuos per Hetruriam a Galeatzio foueri: quibus reſpondemus. Non indigerent Piſani ⁊ Senenſes cuiuſqꝫ ope: niſi ab iſtis petulantiſſime vexarentur. Nunc autem ob pericula rerum ſuarum ad Galeatzium confugerunt. Nec ſane eū pudet ſi Piſanos ⁊ Senenſes paternos amicos ab iniurijs Florentinorum ſuperiori bello defenderit. Illud certe pluſqꝫ manifeſtum eſt: nō ſponte ſua Galeatzium ſeſe rebus Hetrurie miſcuiſſe: ſed vocatum ⁊ rogatum ab ijs qui magna ex parte ſpoliati ac rebus exuti/ferre amplius horum iniurias ⁊ contumelias non valebant. Quare illorum ſuperbia inuidioſa deteſtanda eſt. non Galeatzij ſubuentio reprehēdenda. Vt autē breuiter concludamus: tribus de cauſis ad vos o Veneti miſſi ſumus. Vna/vt iqueramus de pace contra fidem violatā. Altera/vt penam cōtractui appoſitam a violatoribꝰ poſtulemus. Tertia/ne admiratio vobis ſit ſi contra fractores pacis bello reſiſtemus. Quorum primum honeſtatem: ſecundum iuſtitiam continet: tertiuꝫ neceſſitatē. Et quum dixiſſent Mediolanenſes legati: finem dicendi fecerunt.

Mediolanēſiū in Florentinos oratio.

¶ Florentinorum autem legati quuꝫ hec omnia intellexiſſent: parumper inter ſe collocuti: quuꝫ ad ſingula obiectorum capita quid reſpondendū foret ſtatuiſſent: demum pro honore ciuitatis in hunc modum locuti ſunt. Nobis quidem o Veneti lucrū ingens videri debet: per aduerſarios noſtros hmōi ſermonem inductum fuiſſe. Nā ſi illi tacuiſſent: veritas forſan in obſcuro lateret: que a nobis illorū verbis excitata in lucem emerget. Inducias ⁊ pacem cum Mediolanenſi Galeatzio vobis authoribus ac ſuaſoribus ita facimus: vt putaremus illum nocendi inſidiandiqꝫ nobis animum abieciſſe. Ea nos credulitate inducti/nō modo ex manibus arma: verumetiam ex mentibus omneꝫ belli cogitationem poſueramus. At eū vt pote qui nunqꝫ niſi bella turbationeſqꝫ cogitauit: etiam poſt pacem hoſtili mente ſe geſſit. Omittimus ductores equitū ſuorum paulo poſt pacem factam Lucenſium ſociorum noſtrorum agrum hoſtiliter populaſſe: diripuiſſe Volaterranos: de Senenſibꝰ ⁊ collenſibus hoſtilem in modum predā ⁊ captiuos abegiſſe: ⁊ apud Senenſes ſue ditionis cum ea preda captiſqꝫ ſe recepiſſe. Que omnia contra iuſiurandum cōtraqꝫ promiſſorum integritatem ⁊ fidem ab eo ſunt facta. Omittimus inquam iſta ac preterimus: Verumtamen illud quo tandeꝫ ſpectat: qꝫ poſt eandem pacem maioribus copijs in Hetruriam miſſis Piſas finitimam nobis vrbem/omniaqꝫ eiuſdem vrbis opida caſtellaqꝫ occupauit: ac ditioni poteſtatiqꝫ ſue ſubegit. Senas item finitimam nobis vrbem in ſuū dominium traduxit. Peruſium ⁊ Aſſiſium ſibi ſubditas fecit. An hec qui faciebat: pacem ac iuſiurandum ſeruabat? Neqꝫ enim is ſolum inferre belluꝫ dicendus eſt qui menia iam percutit: verumetiā is qui parat aut fabricatur machinas ad expugnandum: licet nondū illas muro admouerit. Non eū oportuit Galeatzium pace facta belluꝫ meditari neqꝫ poſitiōe manibus armis mentem nihilominus armatam retinere. At quuꝫ circundabat nos apprehenſione tot oppidorum ⁊ vrbium: quum pro quaſi obſidione parabat et veluti machinas ad expugnandam fabricabatur: nō pacem frangebat? num aduerſus fidem ac iuſiurandum ſuum veniebat? Negari nō poteſt. Querellis que de violatoribꝰ induciarū ⁊ pacis ac fidei promiſſorūqꝫ defectiōe aduerſarij dixerunt: nos quoqꝫ magis aſſeueramus: illūqꝫ violatorem pacis/fractorem promiſſorum/defectorē fidei ac iuriſiurādi contēptorem oſtendimus: noſqꝫ reſtitiſſe aduerſus illius fidefragiū neceſſitate compulſos veriſſime allegamꝰ. Niſi forſan quiſqꝫ vſqꝫ adeo mēte captus eſt ⁊ hebes: vt qui ille miſſis in Hetruriam copijs Piſas capiebat. Senas poteſtati ac ditiōi ſue ſubijciebat: Peruſinos ⁊ Aſſiſinos ſibi ſubditos faciebat: quum Lucenſem omni ſtudio ad ſe trahere tentaret: atqꝫ idem de Cortonenſi facere nitebatur: non intelligat hec omnia ad opprimendum Florentinos cum quibus paulo ante pacem fecerat/cōparari: illumqꝫ dum hec agebat contra fidem ac iuſiurandū promiſſaqꝫ ſua: pacem violaſſe. Quare ſi per Italiā ⁊ alia loca publicauimus aliquādo nos pacis ⁊ quietis auidos ab illo impeti atqꝫ vexari: veriſſime publicauimus. Qui eū poſt pacem ac iuſiurandum contineri non potuit: quin ad oppreſſionem noſtram omnia pararet: quid feciſſe credendum eſt ante pacem ac iuſiurandum? Nam qꝫ (inquit) nos quieſcere non poſſe: ſinat queſo vt alij iſta dicant qui iſti quieti ſunt. Ipſi certe a quo nos gentiles/non agnati/ non propinqui / non ſocij/ non vicini eſſe tuti vnqꝫ potuerunt: qui Veronam et Patauium ſibi per fraudem ſubiecit: qui nunc Hetruriam totaꝫ ſibi ſubdere meditatur: nec vllo modo ſatiari cupiditas eius poteſt: iſta dicere de nobis nequaqꝫ congruit: qui cupimus quieſcere dummodo ſineremur. Nam qꝫ de Gallis et Germanis in Italiam traductis legati eius dixerūt: quis queſo ſumma huius traductionis cauſa fuit: niſi illiꝰ inquietudo ⁊ violentia: qui non contentus in Gallia dominari. Hetruriam inſuper ac Flaminiam ſibi ſubdere incredibili cupidine dominandi pergit: ac eouſqꝫ cupiditatis ambitioniſqꝫ proceſſit: vt regnum Italie ſibi repromittat: cuius nulla verba niſi ſimulata: nullum factum niſi doloſum: nulla fides niſi maculata vitiataqꝫ exiſtit. De quibus ſi nobis non creditur: Veronenſis ac Patauinus interrogetur: quos dolo ac fraude peruertit. Interrogentur Piſani et Senēſes: quorū tyrannidem concupiuit: ac doloſe arripuit. Nam in ſuos quid egit commemorare erubeſcimus. Aduerſus tantam cupiditatem: tantamqꝫ perfidiam ſi reſiſtere conamur: ac ex eo turbationes alique per Italiam oriuntur: vel gentes alique externe adueniunt: quis harum turbationū eſt cauſa? Ille ne qui mouet atqꝫ impellit: an nos qui neceſ-

Florētinorū ad obiecta rñſum.

ſitate coacti pro tutela noſtra ſubſidia quorumcũq; procuramus: quamq; imperatorem Romanum in Italiã trãſire alienum videri non debet. Ceteri autem qui tranſierunt/ non ſexcẽta milia vt Cimbri & Teutones: nec tales ac tanti fuerunt vt ab Italia vniuerſa fuerint formidandi. Ad extremum quam ipſi penam pro violata pace & inducijs poſtulant: eam nobis a Mediolanenſi deberi dicimus pro violatione ac fedifragio per eam commiſſo. Deq; ea re cognitionem veſtram et aliorum quorumcunq; flagitam⁹. Nam q̃ aiunt neminem admirari debere ſi nobis bellum inferat: iampridem certe omnes deſierant admirari: quũ illius conſuetudo ſemper fuit per fas nefaſq; prelium inferre: cuius violentie reſiſtem⁹: in deo & in iuſtitia noſtra ſpẽ habentes. Hec tunc a legatis dicta & reſponſa ſunt. ¶ Veneti autem audientes Florentinorum legatos valde probauerunt. Quumq; ſatiſfactum honori ciuitatis putarent ipſi tanq̃ medij quidam lenire iram grauibus ac prudentibus verbis conati ſunt. ¶ Ea tempeſtate Tamburlan⁹ incredibilis potentie imperator ethnicus moritur. Eõdẽ

Tamburlanus Tartarorũ imperator. fuerat hic apud Tartaros humili loco natus: ſed tãtas vires in proceſſu tpis adeptus eſt: vt oĩs Tartaroꝝ exiſtens duodecies centena milia hoim in caſtris ſuis diceref habere. Qua multitudine fretus/ aggreſſus eſt Amorath imperatorem Turcorum cum copijs maximis etſi non tantis. Qui quum magna victoria Turcos attriuit: dictum Amorath illorum dominum captum cathenis aureis vinctum currui ſuo quo vehebatur affixum/ quaſi triumphãs quo circunferebatur ducebat. Et ſuper humerum eius loco ſca belli in vilipendium pedẽ ponebat: quum currum vel equũ aſcenderet. Armenos pri⁹ pſtrauerat. Subuerterat Perſas Egyptios deſtruxerat. Damaſcum pene deleuerat. Et quocunq; eius tranſcenderat nomẽ ſola fama: quaſi a deo miſſus fuiſſet ſcelerũ vltor terribilis imminebat. Hic etiã poſtea cepit Smyrnas locum inexpugnabilẽ: quem Amorath dicebat vnicẽ impoſſibilem. Tunc Tamburlan⁹ decapitari fecit illum Amorath: qui Tamburlanus dicitur fuiſſe beneuolus chriſtianis.

§:XXXIX. Eo qui ſecutus eſt

anno qui fuit ſecundus poſt mille quadringentos: circiter Bononiam magnis contentionibus belligeratũ eſt. Ante receſſum enim imperatoris Galeatzius ſucceſſu rerum elatus/ partes copiarum in Bononienſes miſerat/ ad nouum eius vrbis dominatorem ſi fieri poſſet opprimendũ. Sed quum imperator abijſſet: tunc maiores omnino copias palam ac ſuo nomine in Bononienſes miſit. Preerant vero his copijs Mantuanus princeps nuper in gratiã & amicitiam Mediolanenſis reuerſus: & Pandolfus Malateſta: & Othobonus Parmenſis: alijq; ductores complures: ac ſtatiꝫ ob aduentũ hoſtiũ maximo in periculo ciuitas verſabatur. Exules enĩ extra vrbem ſatis potentes/ ad defectionẽ caſtella & oppida cõpellebant: ciues aũt intra vrbẽ non omnes odiatu ferabantur. Florentini vero hec pericula intuentes: confeſtim ab ipſo initio Bernardonem ducem cũ magno equitatu in Bononienſes remiſerunt. Addiderunt vero poſtea & alias copias: quũ hoſtium creſcere exercitũ cognouiſſent. Venerunt & a Patauino & ab alijs ſocijs ſatis magna auxilia: ſed Patauinus duos precipue ex filijs ſuis vna cum auxiliarijs copijs ad ſubſidia Bononienſiũ tranſmiſit: vt tandẽ omnes vires Florentini populi ac ſociorum/ omneſq; vires hoſtium circa Bononiã congererentur. Vtriq; vero circa vrbem faciebant caſtra: ſed hoſtes longius. Florentini propius: vt eſſent medij inter hoſtium caſtra & vrbẽ. Preerant autem noſtrorũ exercitui Bernardon dux militie populi Florentini: hoſtiũ vero exercitui Albericus comes. Quũ in hũc modũ aliquandiu ſtetiſſent tandẽ hoſtes (quoniã plures & potentiores erãt) inuadere Florentinorum ac ſociorũ ipſorum caſtra ſtatuerunt. Erant tunc Florentinorũ caſtra apud Caſeletium vicum procul a Bononia quatuor milibus paſſuum. Videbaturq; eius loci neceſſaria defenſio: propterea q̃ inde aqua ex flumine Beni Bononiam ducitur: quam ſi deriuaſſet hoſtis: permagne difficultates in vrbe ſequerẽtur. Hoſtes igitur e caſtris ſuis profecti/ ſtructo agmine caſtra noſtrorum repentino impetu inuaſerunt. Cõcurſuꝫ eſt acriter a noſtris: ac egregie repugnatuꝫ. Et aderat Bernardon milicie dux adhortator & moderator. Sed tantus fuit hoſtiũ impetus ac tam vehemens & repentinus: vt pontem qui eſt ſuper flumen/ deiectis noſtris occupaſſent. Simulq; nõ ex ponte modo: ſed pluribus ex locis aduerſus noſtros pene tratum. Nec poſthac prelium fuit: ſed cedes paſſiꝫ ac fuga.

Bernardon dux Captus eſt Bernardon exercitus dux: & ductores alij fere omnes: propter eos qui fuga arrepta in vrbẽ Bononiaꝫ ſe receperunt. Duo patauini filij fortiter dimicantes tandem Mãtuani principis ſe in manus permiſerũt. Caſtra ab hoſtibus capta ſunt cum ineſtimabili preda. Traxit mox poſt ſe huiuſmodi caſus ruinam maiorem. Ciues enim Bononienſes aduerſo prelio arrecti/ arma ſumpſerunt: diuerſeque factionis homines audaciores facti ceruices aduerſus dominum erexerunt: prelia que nocturna per vrbeꝫ commiſſa ſunt: in quib⁹ Joannes Bentiuoglia incredibili virtute pugnans: omnium iudicio commendationem maximaꝫ eſt cõſecutus. Primus enĩ ac princeps bellator & amicorum & inimicorum cõfeſſione exiſtimatus eſt. Sed quũ tota ciuitas eſſet in armis/ & hoſtes extra menia victores oĩa tenerent: pars illa ciuiũ que aduerſabatur: vna portaruꝫ capta exules ac partem copiarũ hoſtilium intra vrbem receperunt. Tunc demũ redundante inimicoruꝫ multitudine Joannes Bentiuoglia ſuperatur & tandem occiditur. Duo erant Bononie Florentinorũ legati: Nicolaus vzanenſis: & Bardus recta fides. Horũ Bardus in ipſo tumultu capte vrbis vulneratus paulo poſt interijt. Nicolaus vero captus ab hoſtibus ac Papiam ductus: miſerabili erumna detentus eſt. Bononie poſt reuerſionem exuluꝫ magiſtratus ciuiũ creati ſunt: & forma quedam reipubli. libertatiſq; reducta. Hoc enim Galeatzius exulibus promiſerat. ſed hec bidui ac tridui letitiam habuere. Quidam enĩ ex ducibus cum robore militum per vrbem diſcurrentes: ac nomen Galeatzij inclamantes: exauthorato ciuiũ magiſtratu/ dominatum omnem in Mediolanenſem redegere. Ita populus ſimul exuleſque deluſi ſubdere tandeꝫ colla ac iugum ſeruitutis ſuſcipere coacti ſunt. Florẽtini quũ & profligatum exercitũ & captum ducẽ cognouiſſent: maximo in metu ac trepidatiõe fuerũt. Quũ vero inſuper Bononiam in man⁹ hoſtiũ deueniſſe auditũ eſt: multo magis trepidarunt: hoſtes ſingulis horis adeſſe putantes.

Florẽtione milites capiuntur.

Joãnis bẽtiuoglie cedes.

§.XL. Amiſſo autẽ duce ac mili

tibus cuncta deſperationis plena videbãtur. Qđ ſi hoſtes ſequi victoriam properaſſent: irremediabile periculuꝫ ciuitas incurrebat. Sed illi ſiue ignauia ſiue diſcordia temp⁹ agendi inutiliter labi paſſi ſunt. Itaq; quuꝫ multi ſubinde dies interceſſiſſent: nec hoſtes cuꝫ exercitu venirent: ciuitas reſumptis paulatim animis inſurgere ac reparare vires perrexit. Et aduerſus Vbaldinorum clientes/ qui poſt victoriam hoſtium rebellauerant: & aduerſus Richardum Piſtorienſem/ cuius ſectatores poſt aduerſum prelij caſuꝫ multa inuaſerant loca/ miſſe auxiliares copie illoruꝫ conatus repreſſere. De remedijs vero tantorum periculorũ conſultantibus: duo potiſſimũ occurrebant: vnum ſi Bonifacius pontifex Romanus: alterum ſi Veneti belluꝫ ſuſciperent. Et ſuberat certa ſperandi ratio. Nam pontificem quidem Romanum occupatas vrbes Peruſium et Bononiam grauiter ferre nõ erat obſcurum: & veneti creſcere Mediolanẽ. potentiam nequaq̃ ſibi placere iampridem oſtenderant. Apud vtroſq; igitur ſummo ſtudio queſita ſocietas ẽ ſed ſubſtiterant ambo: et veluti timentes horrebant bellũ excipere: pacta certa non ſatis equa Veneti poſtulabant: vt et maiori impenſa Florentinorum quaꝫ Venetorum bellum gereretur: & nihilominus in poteſtate arbitrioq; Venetorum eſſet pacẽ quandocunq; vellent ſine vllo Florentinoruꝫ conſenſu facere. Hec dura ſane videbantur & aliena a Florentini populi dignitate. Inter hec ſpes ſupuenit pacis. Hoſtis enĩ poſt captaꝫ Bononiam pacem optare videbatur: atq; ea de cauſa Venetias miſerat legatos: & conditiones ſatis equas proferebat. Que audientes Florentini deceptionem & fraudem verebantur. Pacem tamen ſimul & confederationem recipere decreuerant: putantes ſimul etſi ſocietas iniretur/ durabiliorem fore pacem: & poſtulata illa venetorum poſt factam pacem nequaq̃ multi fore eſtimanda. Itaq; legatis ſuis ſcripſerant vt paucis correptionibus additis pacem cum hoſte ac ſocietatem cum Venetis firmarent. ¶ Quum his rebus intenta ciuitas eſſet fama ſuperuenit de Galeatzij morte. Ea mors primo a Pauło Guiniſio Lucenſium principe nuntiata fuit: non tamen ab initio certa: deinde rurſus certa & affirmata: ceteruꝫ ad modum arcana. Itaq; ſtatim ad legatos qui Venetijs erãt ſcriptum eſt ne paci noue ſocietatis conſenſum preſtarent. Veneti a Florentinorum legatis mortem illius primũ cognouerunt: quum nihil ante de ea re ſenſiſſent. Et ſigna cõſpecta ſunt: q̃ copie quedam per Placentinum et Lucenſem agrum in Hetruriam deſcendentes/ ex medio repente itinere reuocate fuerant: & quod ducibus exercitus Bononie exiſtentibus preceptum venerat/ ne ſe ex loco commouerẽt. Veritate demum cõperta: cognitum eſt Galeatziuꝫ non multo poſt Bononiam captam egrotare cepiſſe: morboq;

Baleatʒ Mediolanẽſis interitus.

hoc demum interijſſe apud Marignanum caſtellum Mediolanẽſis agri. Hec ab initio occulta fuerunt: tandem vero patefacta quum iam celari amplius non poſſent: ac funebris pompa magnificentiſſime perſoluta. Illud etiã cognitum eſt. Baleatʒium dum egrotaret: pacem cum Florentinis ſummo deſiderio affectaſſe: indeqʒ miſſionẽ legatoꝝ ad Uenetos ⁊ procurationẽ noue pacis fuiſſe exortas. Conſiderabat enim filios a ſe relinqui admodum paruulos in medio periculorũ maximorũ. Itaqʒ feſtinabat pacẽ facere prius ꝙ e vita diſcederet. Idqʒ aſſecutus fuiſſet: ſi vel parũ amplius ſuperuixiſſet. Ex illius cõfeſtim morte tanta rerũ conuerſio ſecuta eſt: vt qui prius vix vllaꝫ ſalutis ſpeꝫ reliquam habebant: tũ maxime cõfiderent: qui autem ſe viciſſe putabant: omnem ſpem amitterent reſiſtendi.

§. XLI. Hic facit finẽ Leonardus Aretin⁹ in hiſto. Florentina: quã in. x. libros diſtinxit

Que autem ſequuntur excerpta partim ſunt ex quodam libello ab eodem edito de quibuſdã notabilioribus geſtis tẽporibus ſuis: partiꝫ ex chronicã. Florentino: partiꝫ ex aliorũ ſcriptis ⁊ relatibus plurimorũ: que vidim⁹ vel audiuimus oculis ⁊ auribus noſtris. Secundũ chronicã. Florentinuꝫ hic Joannes Baleatʒius comes virtutis prius dictus: poſtea dux Mediolanẽſis creatus ab imperatore: magnus vtiqʒ dominus ſeu potius tyrannus fuit in Italia: ſicut quicunqʒ alius ex longis temporibus retroactis: ⁊ vt vir magnificus amicitiã cũ magnis principibus procurabat etiam infidelibus: magnis muneribus illos viſitans: vt nomen ſuuꝫ vocaretur in terris. Statura procerus erat ⁊ pulcher aſpectu: non mediocriter literatus: eloquentia clarus: callẽs ingenio / ⁊ in agendis aſtutus ⁊ ſagax: adeo ambitione deuictus: vt dei timore poſtpoſito proditionibus non parceret ⁊ veneficijs: vt omnib⁹ dominaret per tyrannidẽ: ⁊ demum rex Italie fieret. Duas vxores habuit ſucceſſiue: quarũ primam filiam regis Francie veneno extinxit: eã duos iaꝫ ex ea filios ſuſcepiſſet: hoc agens non ob aliã cauſam niſi ꝙ verbũ ſibi durũ: ⁊ graue protulerat. Secundã vxorẽ ſuſcepit conſobrinam: ſcꝫ filiam Bernabonis auunculi ſui ſine diſpenſatione: licet poſtea obtinuerit. Unum ex fratrib⁹ ſuis conſobrinis veneno perire fecit: ex ſuſpicione quã habuit cõtra eum: quaſi ipſe vnum ex filijs ſuis morte naturali defunctum veneno extinxerit. Exinde ſub pretextu deuotionis voti ſui implendi pergens Mediolanum Bernaboneꝫ ipſum ſibi paternaliter obuiantem capi ⁊ incarcerari mandauit: ⁊ veneno vitam finire: eiuſqʒ duos filios Bernabonis interfici iuſſit: alios duos perpetuo exilio relegauit: vt dominio eorum ⁊ patris vſurpato liberius potiretur. Et cum auxilio domini Paduani et Mantuani inſurgens contra Ueronenſe dominium: promittens illis portionem dare dicti dominij: Ueronam arripuit ſibi ſoli totum retinens. Poſt que et domino Franciſco de Carraria ſeniori Paduam abſtulit: ipſum in carcerem truſum veneno interimens. Plures ex conſiliarijs ſuis ſub pretenſis iuſtis cauſis ingulari fecit ſubſtãtias eorum rapiens opulẽtas. Regem Francie potionari tẽtauit: vt dux. Aurelianẽ. gener ſuus gubernacula illius regni ſuſciperet. Dominũ Petrũ Bambacurtam optimũ virum Piſis dominantẽ ordinauit occidi per Jacobũ Appianenſem: quo poſtqʒ Piſis regnauerat mortuo: Piſas ſue tyrannidi ſubiugauit. Robertum Bauarum imperatorem Romanorũ per medicũ ſuum magna corruptũ pecunia virulento cibo queſiuit conſumere. voluptatibus ⁊ lacivijs vt equus vacabat ⁊ mulus quib⁹ non eſt intellectus. Eccleſiam ⁊ eius preſidentes parum reuerebatur. Quũ hic tam proſperos quotidie haberet ſucceſſus: timentes ſibi Florẽtini / pluries tractauerunt cũ põtifice colligationem perficere: qui ad hoc tardus exiſtebat veritus potentiã ducis: Demum huic rei acquieuit his pactionibus: vt pontifex ad ſtipendium ſuum mille quingentas haberet lanceas. Florentini vero duo milia ad defenſionẽ ſtatus vtriuſqʒ. Interitu autẽ ducis turbata ſunt oĩa apud hoſtes: quũ ⁊ filios reliquiſſet paruulos: ⁊ militie duces ſtatim inter ſe de potentia certantes ꝙ ruinã principũ machinarent. Unũ ſecutũ eſt vt Ballia ciſalpina ipleretur tyrãnis diuerſis: diuerſa ſibi dominia ciuitatũ illarum vſurpãtibus. In Hetruria aũt non multo poſt data eſt pax Senenſibus: ⁊ cũ Piſanis tacito quodã conſenſu a bello ceſſatum. Et Peruſiũ ⁊ Bononia ex manib⁹ hoſtiũ ſublate / in poteſtatem Bonifacij pontificis deuenere: vt dicetur.

Baleatʒ ducis Mediolanẽ. vane ſpes ⁊ interitus.

§. XLII. Quum igitur ipſe dux

Mediolanenſis capta Bononia iam ſibi Florẽtie deſpondiſſet imperium / ⁊ vt rex fieret / coronam ceteraqʒ regñ inſignia preparaſſet quibus vti cõſueuerũt: diuina prouidẽtia qua regna conſtituuntur humana: inanes eius cogitatus reddidit. Nam tertia die Septembris in anno. M. cccclij. ex febre peſtilẽtiali de medio ſubtractus eſt: ꝙuis ex locis peſte infectis receſſiſſet: et mirabili cuſtodia remedijs cõtra infectionem vteretur: terminos adeo ſibi conſtitutos preterire non potuit. Et cometes menſe Martij prius exortus cum cauda nigra creditur eius mortem prenuntiaſſe. Corpus eius Mediolanum reductum / magnificis exequijs ſepultum eſt. Ex teſtamento vero ei⁹ ſucceſſit prior eius fili⁹ Joannes Maria nuncupatus in ducatu Mediolanẽſi cum omnibus territorijs eiuſqʒ pertinentijs. Inſuper ⁊ dominium Bononie / Senarum / Peruſij / ⁊ Aſiſij eſt illi adiectum. Secundo filio. ſ. Philippo Marie / Papia Uerona Uincentia / plurimaqʒ preter eas oppida ceſſere. Babrieli filio naturali Piſe relicte ſunt. Que ciuitatum diſtributio magna ex parte a ſapientibus viris vt a principe minime in eo prudente vt nimis fortune blandicijs credente facta culpatur. Nunquid enĩ vir ad cetera egregius ac prudens ita rerum ignarus erat: ꝙ ita fortune fidens fauorib⁹ vt que per vim fraudem / dolum ve de alienis ceperat: permanſura diutius penes filios exiſtimaret: quũ nullum violẽtum perpetuum: quinimmo gaudiuꝫ hypocrite teſte Job: ⁊ id eſt tyranni ad inſtar puncti. Et vt de reliquis taceatur: an põtifices oẽs Romanos ita paruifaciebat: aut ignauos inſulſoſqʒ putabat fore: vt que ſummo iure ad eccleſiã pertinerent: diutine a tyrannis poſſideri paterẽtur: ⁊ patrimoniũ Petri tanto tempore poſſeſſum: tantaqʒ impẽſis ſepius ab imperatoribus tyrannisqʒ recuperatum: auferri ſibi ꝑ ignauiam equo animo ferrent? Nunciata Florentie ducis morte: magna letitia populus exhilarauit: vt pote qui ex ſerpẽtis faucibus euulſis libertate omnia in tuto cõſiſtere iudicarent. Quum filij ducis dominiuꝫ pacifice cepiſſent paulo poſt orta eſt haud parua inter primores cõſilij ducis diſſenſio: trahentibus ſingulis rempublicam in priuataꝫ odia ꝙ priſtina inuicem renouantibus. Hoc primo ad ſimultatem: deinde ad aperta odia atqʒ arma deſcẽdit. Capita factionis erant Franciſcus Barbauarius: qui primum inter oẽs locum penes priorem ducem tenuerat: ⁊ Antonius vicecomes cum quo omnes nobiles ſentiebant. Hic populi tumultu excitato: domũ Franciſci occidendi cauſa profectus quum ille in caſtellũ vbi dux mater ꝙ eius erãt ꝑfugiſſet: ſpoliata domo: fratrem plurimoſqʒ ex amicis eius interfecit. Inde eius opera quidem per populum electi. quorũ cõſilio dux: qꝛ adoleſcentior erat regeret. Magnaqʒ in diſſenſione ciuitas Mediolanenſis fuit diutius. Uulgata ciuili Mediolanenſis diſcordia: Ugolinus ex familia nobili Cauilcaboum mota ſeditione Cremone dominium occupat. Ducis magiſtratu vrbe pulſo. Laudenſes reiecta extra vrbem Bibellinorũ que ante ceteros ſuppeditabat factione ⁊ ipſi ſibi tyrannum crearunt Joannem vinialem eorũ ciuem. Hos ſecuti Brixienſes / Bergomenſes / et Placentini a duce deſciuerunt: confiſi oẽs auxilio legati apoſtolici ſcꝫ Baldaſſaris Coſcie vel Coſſe diaconi cardinalis ad partes Lõgobardie a papa deſtinati: cum magnis copijs ſuis ⁊ Florentinorum ⁊ Caroli Malateſte ducis belli: qui ⁊ ad defectionem cohortati ſunt: ⁊ rebellãtibus auxilia pollicebantur. Brixiã primo Frãciſcus iunior Patauini dñi filius dedentem ſe preter arcem cepit: per quam paulo poſt intromiſſi equites illum vrbe eiecerunt. Erant omnia ducis in occaſum interitumqʒ tendentia: quuꝫ domi ciuium ſeditiones: foris rebelliones ⁊ vrbiũ eſſent defectiones: quũ Mantue dominus vnus ex ducis conciliarijs / Carolus Malateſta eius affinis cum prefato legato pontificis inſcio oratore Florentino qui Uannes caſtellanus erat: ducis nomine fedus inierunt de Bononia / Peruſio / ac ceteris eccleſie vrbibus ⁊ oppidis reſtituẽdis: ſi finibus ducis cum exercitu excederet. De Florentinis vero Tuſcie rebus nulla eſt habita mentio. Quod quum graue illis videretur ⁊ neqʒ id iure federis factuꝫ quererẽtur: omnis huiuſmodi res que ad Tuſciam ſpectat et: ad pontificis decretum reiecta eſt. Inter legatum ac ducem pace publicata. Bononienſes vt potius ab ipſis ꝙ a duce vrbs pontifici dederetur ⁊ armis ſumptis aduerſus ducis milites acri certamine euicerũt: vt abeuntibus illis vrbem legato / traderent. Peruſini quoqʒ certo de non recipiẽdis exulibus pacto federe: ⁊ ipſi fratri pontificis domino Janconello vrbem reſtituere.

Multarũ ciuitatum a Baleatʒ liberis defectiones.

§. XLIII. Licet autẽ pace facta

inter ducem ⁊ pontificem / Florentini ope pontificis deſtituti eſſent contra federis iura: non tamen animos ſubmiſerunt / ſed audacius bellum proſecuti / Ugolino qui Cremonam ceperat: mille ⁊ ducentos miſere equites: quibus ⁊ cũ copijs ſuis fultus Mediolanẽ. agrum adeo infeſtum redde

bar: vt populus ad arma ſumenda pre/tumultu ſepius cō-moueretur. Petro inſuper Roſſo parmenſi (cuius ope Parma a duce defecerat) auxilia ⁊ pecunie miſſe ſunt. Lacerabatur vndiq̄ ducis ſtatus: ⁊ magna calamitas vrbes eius oēs peruaſerat. Adeo ſua ſponte nullo impulſore Gibellinorum Guelforumq̄ factio exaſperatis odio animis mutua cede graſſabantur. Cōſpecta Florētinus populus tam aduerſa adoleſcentis ducis fortuna: vt eius vrbes tum a ſe deficerent: tum diſcordijs ⁊ inteſtino odio vexarentur: bellum neq̄ petita neq̄ data pace remiſerūt: ſatis in tuto res ſuas fore rati: quum hoſti nedum inuadendi aliena/ ſed ne metuēdi quidē ſua poteſtas eſſet futura. Turbata ēm̄ adeo erant omnia: vt nec quidem ciuitas ipſa Mediolañ. ei pro voluntate pareret: relique vrbes maiori ex parte in aliorū arbitrio eſſent communi inteſtina ſeditione nunc hac nūc illac factiõe vrbe pulſa/ militaris libido ſpoliauit. Alexandria/ Vercelle/ Nauaria/ a Marchione Montiſferrati occupate ſunt. Papia domeſtico odio lacerata eſt. Placētia ob domeſticas factiones ſepe a militib⁹ direpta: deſerta ferre ciuibus viſa eſt: Rare eius regionis vrbes iram auaritiāq̄ militum effugerunt. Brixiam Pandolfus Malateſta occupauit: prius tamen occupauerat eam dñs Patauinus qui vocatus a ciuibus in dominiū ſuū cum multis copijs equitum ⁊ peditum illam cepit excepta arce. Sed Fazinus Canis illuc cum copijs ducis pergens: per arcem ciuitatē ingreſſus: eam recuperauit pro duce Mediolañ. Fazinus Canis Papiam/ Alexandriam/ ⁊ Tortonam/ multaq̄ preterea ſibi ſubegit. Otho poſtmodum Bontertius Placentiam/ Parmam/ Rhegium/ pulſis prioribus dominis: vt tyrannus tenuit. Verona quoq̄ ad antiq̄s Scale principes q̄uis paruz regnarint: defecit. Que mala omnia a diuiſione Mediolani inter primores cōſilij exorta originē traxerunt: ⁊ Antonius Petrus ⁊ plures alij diuerſa cede perierunt. Et Laudēſes etiā Guelfi aſſumptis armis eiecerunt officiales ducis: ⁊ dñi/ ex eis ciuem dñm ꝯſtituerunt: expulſis Gibellinis ⁊ in parte occiſis. Idemq̄ in Crema actū eſt. ¶ Menſe Januarij dicti anni. M.cccciij. duciſſa vxor olim Galeatzij ducis Mediolani ⁊ mater Joannis Marie qui ſucceſſerat in ducatu: ordinauit vt oēs de cōſilio ſuo ad eaz accederēt in arcem ſeu caſtellū: vbi pro maiori ſui ⁊ filij tutela degebat. Et quū acceſſiſſent nil ſibi ſiniſtrū ſuſpicātes poſt etiā colloquia alios dimittens/ tres retinuit: quos decapitari mandauit: ſc̄z dñm Antonium ⁊ dñm Galeatzium Petrum ⁊ alium Galeatziū. Mane autē facto fecit corpora in feretris collocata in platea deponi: vt aſpicientes ceteri timorem haberent. Sed dominū Antonium vicecomitem in carcerem truſit. Ipſa etiam duciſſa quuz Alexādria defeciſſet a Mediolañ. miſit illuc Fazinū Canem cū copijs imponēs vt ſi eam caperet: omnes ciues prede exponeret. Quod ⁊ fecit: dominium eius pro ſe retinens. Demum ipſa diciſſa veneno extincta eſt. Dux autez prefatus Joannes Maria quū dominaretur Mediolani in adoleſcentia conſtitutus: crudelis/ immanis /et ferus ira erat: vt non ꝓcul eſſet ab inſania. Plurimos ex ciuibus ſine cauſa iuſſit occidi. Ipſe nonnullos viuos lacerandos canib⁹ magnis edendoſq̄ obiecit. Adeoq̄ eius dementia humanū ſitiebat ſanguinē: adeo efferatis erat moribus: vt a domeſticis interficeretur: verentibus ne ipſis quoq̄ aliud aſperius patiendum foret. Ob hanc tantam Longobardie cladem Florentini ab inferendo bello ceſſarunt: ſatis eſſe ducentes domeſtica mala: quibus ad internitionem tenderet. ¶ Audita fratris morte Philippus Maria: quū dominium ad eum hereditario iure deuolueretur: pergit Mediolanum: ſuperatiſq̄ illis qui ſibi vrbis dominium vſurparant: vrbem ingreſſus in ducatu ſuccedit. Qui poſtmodum paulatim recuperatis vrbibus amiſſis/ Pacem fecit cū Florentinis. Sed ſtatu ſuo firmato ⁊ ampliato dominio: fracto federe pacis grauia ⁊ diutina bella cum Florentinis exercuit: nō minus virulentus ſerpens q̄ pater: vt infra patebit. Ante mortem tamen duciſſe ⁊ filij eius ducis: anno domini. M.cccciij. menſe Aprilis mane fuerunt reperta quinq̄ corpora occiſorum ſine capitibus induta nigra veſte in porta ſancti Ambroſij: nec agnoſcebantur quorū corpora eſſent. Quā obrem ⁊ ob alia diſturbia frequētia: populus Mediolani correptis armis tumultuās per ciuitatem diſcurrit: petēs a duciſſa ⁊ duce q̄ duodecim ciues deputarētur ad gubernationem ciuitatis quos ipſi elegerant. Itemq̄ q̄ filij duciſſe ponerentur in manibus eorum ad cuſtodiam: quouſq̄ adoleſcerent. Item reditus ⁊ fortalicia ac conductio bellatorum eſſent in arbitrio eorum. Et poſt aliquam contradictionem ad ea omnia conceſſa fuit eis cum certa limitatione. Et tunc ex vrbe Laudenſi aduenit Mediolanum dominus Frācíſcus de vicecomitibus: arbitratus ſe fieri dominum ciuitatis. Quod ei non contingit: licet magnus potentia in ea haberetur. Deſtruxerunt autē ciuitatulas ei⁹ ſaluatis palatijs habitationis dominorū. Datus eſt ergo adoleſcens in manibus et ſub gubernatione illorum duodecim. Et licet ſub nomine eius omnia fierent: ipſe tamen quaſi honeſte vt captiuus tenebatur. Quum autē animaduerteret duciſſa male ſe haberet et periculis magnis cum ſuo filio duce ſupponi: decreuit ob maiorem ſui et filij ſecuritatem/ pergere ad habitandum in caſtellum Montie vallde forte et munitum et quia de caſtellano eius magis confidebant in fidelitate eius quam de quocūq̄ alio. Eis autē illuc ingreſſis/ ipſe caſtellanus proditionem fecit: tradens arcem et ciuitatē domino Franciſco de vicecomitib⁹. Qui ciuitate ⁊ arce captis: honeſte captiuauit duciſſam cum filio duce Joanne Maria. Simile quid egit dominus Zacharias de Papia erga filium ſuum alium iuniorem Philippū Mariam vocatum comitem Papie. Quum enim fuiſſet ſibi datus in cuſtodiam: vt perſone de qua magis dux pater eius confidebat eum detinebat vt honeſte carceratū: intēdens ſibi vſurpare dominiū Papie quū facultas adeſſet: concors in propoſito malo cum dicto domino Franciſco vicecomite.

§.XLIIII. Anno precedenti videlicet.

M.cccciij. mēſe Junij: quū rex Appulie Ladiſlaus fuiſſet vocatus a maiori parte procerum Ungarie in regē eorū: quū repudiaſſent eum quem tunc habebant/ ſc̄z Sigiſmundum de Bohemia filium Caroli imperatoris ⁊ Germanum Ladiſlai regis Bohemorū et ab imperio depoſitū: profectus eſt ipſe Ladiſlaus vſq̄ Jadriam cū magna comitiua. Ad quem acceſſerunt multi procerum et prelatorū Ungarie acceptando eum in regem ſuum ⁊ ei coronam regni imponi fecerunt per epiſcopū Strigonienſem: ad quē de more ſpectat talis coronatio. Quum autē miſiſſet comitem Zritaricum de ſancto Seuerino ſapiētem ⁊ prudentē virum cum lanceis trecentis ⁊ plurimis Ungaris vice regis ad capiendum poſſeſſionem regni: reperit multos barones Ungaros qui mutato propoſito volebant ⁊ petebāt dominum Sigiſmundum prius ad regnum vocatum: qui etiā alios qui vocauerant Ladiſlauz in regem ſuum ad idē conuerti fecerunt. Eam obrem decreuit reuerti in Appuliam relicto regno Ungarie cernens ſe deceptū ab Ungaris. ¶ Eodem anno poſtq̄ legat⁹ Baldaſſar ceperat Bononiam pro eccleſia: quidam ciues vt dñs Joannes Gozerini et dominus Bonifacius germanus eis ac plures alij factionis eorum/ fecerūt tractatum cum omnibus qui portas ciuitatis cuſtodiebant pro legato: vt eam auferrent eccleſie ⁊ legato eius: ⁊ vt redducerentur ad popularem ſtatum. Et facta congregatione. cc. militum ⁊ quingentorum peditum in caſtro plebis certi: ingreſſi ſunt Bononiam armati capiētes plateam. Sed ſubito populus aſſumptis armis in fauorem legati/ illos ingreſſos profligarunt. Captus autem dñs Bonifacius capite truncatus eſt. Unus etiam ex filijs domini Joannis captus detentus eſt in carceribus: vt pro eo redimendo reciperet duo predicta caſtella que reſeruabantur pro dicto dño Joanne. Et quum indies obtineri nō poſſent: illum decapitari fecit. Et quū dñs Joannes Uenetias perrexiſſet deſerens illoꝝ tutelā: a legato capta ſunt dicta caſtra. Uoluerunt autē Bononienſes et obtinuerūt a legato ciuitatulam cuſtodiri ab eis. Aſſiſium quoque per copias eccleſie reſumptum eſt cum arce: nec valuerunt hoſtes ipſum defenſare. ¶ Interea dum Longobardiam varij vexarent caſus: Florentini Andremo. Ubertino qui vallem tenebat Ambre/ ⁊ Petro Balneorū comiti qui partium prioris ducis fuerant/ bellum intulere: paucoſq̄ intra menſes ambo eorum caſtellis amiſſis aufugerūt extorres aliena ope vitam ducentes miſeram. In agrum quoq̄ Senēſiū maritime excurſiones predeq̄ facte ſunt. Et Caſtillione caſtrum quod Piſcarie dicitur: iuxta mare ſitum: quuz incole eius extra eſſent ad opera: copieq̄ Florentinorum eos inuaderēt: refugientib⁹ habitatoribus ei⁹ in caſtrū ſimul cum eis milites Florentinoꝝ intrarunt: capiētes ipſum ac arcem eius. Paulo poſt Senenſes pulſo externorū preſidio quod. ſ. pro duce Mediolanē. erat in libertatem ciuitatem redegerūt. Et mittentes oratores Florentino pro pace cōficienda: gratioſe fuerunt viſi ⁊ auditi: ꝯuentionib⁹ ⁊ pactis cōcluſis: in quibus auditi fuerūt large in poſtulatio. ¶ Septima April. M.cccc.iiij. perfecta ⁊ publicata eſt pax inter Florentinos ⁊ Senenſes. Eodem menſe dñs Ferrarienſis Nicolaus ex proditione abintra procurata cum ſuis cepit ciuitatem Regij: excepta ciuitatula eius que cuſtodiebat pro Othone Bostertio. Qui ſubito his auditis cum copijs illuc ꝓfectus per ciuitatulā ciuitatē ingreſſus: expulit

Galeat ʒ ducis vxor l ſe ditioni authores ad ſe conuertit.

Joānes Maria ꝯſuleſcatur.

Philippus maria.

Ungari ſibi reges dāt Ladiſlauz Appulum.

expulit gẽtes Marchioniſ: ⁊ dñiuz Rhegij reſumpſit. Idẽ Marchio Ferrarieñſis quũ haberet frequentẽ tractatũ cũ hoĩb⁹ regionis illius: vt data opportunitate auferret Venetis Puleſinũ Ronici: accidit vt quum quadã die vicari⁹ ibi ex parte Venetorũ cum oĩbus gentibus ſuis profectus fuiſſet ad capiendũ quoddã caſtrum in territorio Veroneñſi: Marchio tẽpus aptum intuitus: acceſſit cuz copijs ſuis: cepitq̃ plura caſtella: obſidenſq̃ Ronicũ poſt virilẽ defenſionẽ demum obtinuit. Sicq̃ Marchio poſſedit dñium totum Puleſinũ ſeu Pulegiũ. Quãobrem Veneti ad ſtipendium conduxerunt dñm Othonẽ Bontertiũ ad belluz contra eum: qui cũ ſuis multa dãna fecit belligerando in territorio Ferrarieñſi. Hic Otho Bontertius crudeliſſimus tyrannus: poſtq̃ Petrus Permẽſis ciuis cũ tribus milibus peditũ ⁊ ducẽtis equitibus ex ſuis caſtris accedẽs Parmã habito prius tractatu ⁊ aſſenſu cũ ciuib⁹ ſe rebellãdi a duce: ceperat eam dñm ſe ↄſtituẽs: ⁊ ſuperueniens ipſe Otho poſt paucos dies/ciuis ⁊ ipſe Permẽſis ingreſſum ciuitatẽ receptus fuit concorditer a dicto Petro ad participãdũ cũ eo dñium pro medietate: qui ⁊ arces ciuitatis etiã obtinuerunt. Erat tñ Petrus magis dilectus: vt magis ipſe dñs videretur. Quum autẽ Florentini tractarent dictũ Othonẽ ad ſtipendiũ ſuum cõducere: qꝛ nimia ⁊ indecentia ille poſtulabat: recuſatus fuit. Quãobrem valde indignatus contra Florentinos: decreuit auferre illam medietatẽ dominij

Othonis Bõtertij in Petruz Parmẽſem infidelitas

Parme ipſi Petro: qꝛ amicus erat Florentinorũ: licet eſſet frater eius iuratus: ⁊ in ſignũ fidelitatis ad conſeruanduz dominiũ ex vna hoſtia cõſecrata ſimul cõmunicaſſent. Qđ cogitauerat: vt proditor impleuit auferens Petro ex toto dominiũ Parme ⁊ ſibi arrogans: ⁊ complures ex ciuibus predatus eſt. Petrus autez ad ſua caſtra aufugit. Cui Florentiam venienti ⁊ vt amico ſe commendanti pro ſubſidio gentiũ ad recuperandũ iura ſua: ⁊ compatientes Florẽtini conceſſerunt plures bellatores. Demũ peſſimus ille Otho delectat⁹ i ſanguine hoĩm vt fera ſylueſtris: poſt aliquod tẽpus ⁊ Parmã amiſit ⁊ Regium ⁊ vitã. Nam ſemel occurrens Marchioni Ferrarieñſi aſſociato cũ Sforzia capitaneo ſtrenuo armigerorũ ⁊ ſalutãti eum vt amico tunc exiſtenti Sforzia illũ occidit: ⁊ Marchio Regiũ cepit. ¶ Eo tempore quũ comes Albericus de Barbiano bella plurima feciſſet contra Aſtorgium dñm Fauentinũ: ⁊ pluribus annis ſibi meſſes abſtuliſſet: propter qđ fame valida inualeſcente incole ad alias ciuitates ⁊ loca accedebãt ad habitandum neceſſitate ducti: Aſtorgius obtulit dñium Fauentie ⁊ alioꝝ ſuorũ locorũ Florẽtinis. Sed qꝛ petebat certas cõuentiones ⁊ prouiſiones ab eis q̃ nimis graues viſe ſunt nil concluſum extitit. Unde cũ põtifice Romano ⁊ legato eius q̃ erat Bononie: fedus inijt dando ei dñium. Sed qꝛ ei promiſſa ſeruata nõ fuerũt: abijt pauper ⁊ dolens ad habitandũ Urbinũ. Circa id tẽpus põſtremul⁹ defecit a duce. Et qꝛ illa ciuitas in diuiſione ita perſtitit: vt ſi q̃d vna pars ageret alia aliud quereret: vna pars ciuitatis ſe dedit Petro de Roſſis Permẽſi de quo ſupra: ⁊ poſſeſſionẽ ꝑ eo ſumpſit tẽpe Veronẽſis eius germanus: ⁊ quedã etiã caſtra ibi ꝓpinqua: alia pars alijs ſe tradidit. Papa autẽ Bonifaci⁹ vt dictũ eſt ſupra/defunctus eſt anno dñi. M. cccciij.

¶ De Innocentio ſeptimo papa: ⁊ alijs geſtis in diuerſis partibus. Capitulum. iiij.

Ex hac luce ſubtracto bo-

nifacio. ix. prima Octobris populus Romanus arma aſſumpſit. ⁊ tumultuans per ciuitatem ſeditiones ⁊ rixas ⁊ homicidia ꝑpetrauit ex ſuis maxime ad hoc operam dantibus Colũnenſibus ⁊ Sabellis: nec contradicentibus Urſinis. Cardinales autẽ intrantes conclaue. xvij. Octobris elegerunt canonice dominum

Innocẽtius. vij. papa.

Coſmam de Sulmone cardinalẽ Bononienſem anno dñi M. cccciiij. qui vocatus eſt Innocentius. vij. Seditq̃ annis duobus vel circa. Hic fuit vir etate grandeuus: ac multaruz magnarumq̃ rerum experientia callẽs. Ante electionem vero fecerunt ad inuicem promiſſionem cardinales: q̃ quemcunq̃ eorũ contigerit eligi: ille omni ſuo conatu operam daret ad ſchiſma tollendum. Audito autem tranſitu Bonifacij: rex Appulie Ladiſlaus q̃ citiſſime cum magnis copijs acceſſit ad vrbem: intendens operam dare vt ad ſedem Petri eligeretur ſibi beneuolus ⁊ amicus. Sed quuz

Ladiſlaus Appulie rex Romã pẽdit.

applicuiſſet reperit iam per electionem celebratam Innocentium ſublimatum. Ad hunc igitur pontificẽ Ladiſlaus primas gratulationes honeſtiſſimam ſalutandi congratulandiq̃ cauſam acceſſus ſui pretexit: gẽteſq̃ copioſas ſe duxiſſe in fauorem eccleſie: vt magis ad electionem faciendaz cardinales liberi forent. Erat autem re vera (vt creditur) augendi regni cupiditas. Purgato enim Appulie regno aduerſarijs ⁊ ſub manu eius redacto: in id potentie creuerat vt iam ⁊ pontifici Romano ⁊ Florentinis ceteriſq̃ populis ſuſpectus plane ⁊ formidabilis haberetur: preſertim quum in eodem rege ſumma calliditas eſſet cum maxima dominandi cupiditate coniuncta: nec domi ſedens per prefectos: ſed ipſe preſens exercitum ductaret: ac expeditiones obire conſueuit. Adiuuabat inſuper eum incredibilis populorum fauor: q̃ ipſe ſolus ex ſtirpe regia reliquus vnice colebatur. Quum igitur in vrbe eſſet: occulte Romanos ſua preſentia in pontificem concitabat: mentẽ erigens ad vrbem capiendam. Nec apertam moliebatur rex: nec in preſens rem ipſam vrgebat: ſed clam irritando ciues ac pontifici reddendo infeſtos. Putauit enim vt pontifex illorum petulentiam non ferens ex vrbe migraret: ⁊ Romani inde ad ſe conuerterentur. Et ſimulans fauorem pontificis quum in differentijs quibuſdam eſſet cum Romanis: conſtituit ſe quaſi mediatorem ad concordiam inter eos perficiendam: hac facta cõuentione vt gubernatio vrbis in tẽporalib⁹ penes populum reſideret in manu videlicet decez virorum per eos vocãdorum: illa autem pars que antiquitus dicebatur Leonina ſcilicet circa ſanctuz Petrum: pontifici remaneret cum caſtro ſancti Angeli. Senator autem vrbis de voluntate pontificis ⁊ conſenſu populi aſſumeretur. Hec tamen pacta parum permanſerunt. Rex autẽ ipſe pro quibuſdam gratijs ſupplicans: in aliquibus fuit exauditus: ⁊ et inter cetera q̃ per triennium totam Campaniam ⁊ maritimam ⁊ Aſculum poſſideret: ſicq̃ reuerſus eſt Neapolim. Dominus autez Iaconellus germanus dicti Bonifacij qui ꝑ eccleſia dominabatur Peruſij pacifice: dominium ei dimiſit quem Inno. gubernatorem miſit. Et alter germanus qui Marchiam regebat: gubernacula eius omiſit legato pape. ¶ Eodez tempore oratores regis Francie Genuam aduenerunt: ⁊ tantum operati ſunt: ⁊ perſuaſerunt: vt cõmunitas ipſa Genuenſis cuz archiepiſcopo ſuo ⁊ cũ cardinale de Fliſco qui ibi erat ꝓ Romano põtifice: omnes ſubtraxerint ſe ab obedientia priſtina erga Romanum: adherẽtes Benedicto vt vero pontifici: qđ magis imputatũ eſt ad leuitatem q̃ veritati melius cognite. Idem oratores regis Francie inde profecti Piſas ad ſidem reduxerũt Piſanos: cum dño ſuo Gabriele Maria filio illegitimo ducis Galeatzij. Unde ⁊ per ciuitatem ipſaz ⁊ per totuz territorium eius diuulgatum fuit ⁊ mandatũ obedientiam remotam ⁊ ablatã ab Innocentio/dari et offerri Benedicto. Non multo poſt Benedictus poſtq̃ cognouit Genuam

Genuẽſes ⁊ Piſani ad Benedictum papam deficiunt.

ad deuotionẽ ſuã ⁊ obediẽtiam conuerſam: illuc profect⁹ eſt cum curia ſua: vt valeret iuriſdictionez ſuam aptius ampliare. Qui honorifice vt ſummus antiſtes ſuſceptus eſt a Genuenſibus ⁊ veneratus. Sed ⁊ papa Innocẽtius Rome vt magis firmaret ſtatuz ſuuz. xi. creauit cardinales: pene oẽs Italicos. Quũ vero Romani inſolentia ſua frequẽter tumultuarentur ꝯ pontificẽ: propter qđ ⁊ cardinales ⁊ mercatores pro ſui ſecuritate ad habitandũ circa ſctũ Petruz ſe contulerant: ⁊ cum magna cuſtodia illius partis vrbis: decreuit pontifex ſe cum curia Viterbium trãſferre. Sz nõ impleuit id: deuictus aliquorũ precibus ex primoribus vrbis veniam poſtulantibus de patratis ⁊ offerentibus arcez Capitolij ⁊ inſtitutionem liberam ſenatoris.

§. I. Anno dñi milleſimo. cccc v.

orte ſunt diſcordie inter pontificez ⁊ Romanos. Populus ſiquidem Romanus paulo ante receptam immodice exercebat lebertatem: ⁊ ex principibus autem Collumnenſes et Sabelli plurimum poterant. Urſini vero electi atq̃ ſuſpecti populo tãq̃ pontifici fauere putabantur. Curia ſane plena atq̃ locuples. Cardinales ⁊ multi ⁊ magne dignitatis. Pontifex apud baſilicam Vaticani cupidus otij ⁊ preſente contentus ſtatu: modo frui ſineretur. Sed tanta peruerſitas quorundam potentum Romanoꝝ erat: vt nullus quieti relinqueretur locus. Et quibuſdã aſſerẽtibus Ladiſlaũ cum exercitibus ſuis ad vrbem capiendam venturum acceſſerunt. xliij. ciues principaliores vrbis ad pontificem poſtulãtes vt ꝓ bono ⁊ maiori tutela ciuitatis fortalitia traderentur in manibus ſuis: ⁊ precipue quod erat ad pontez Miluium ſupra amnem Tyberim extra vrbem: per quem ex Hetruria traſitur in Latium: ⁊ quum non ad libitum exaudirentur locuti ſunt audacius q̃ decebat tantũ pontificem audire: quaſi cõminantes. Que quuz audiſſet nepos pape Ludouicus nuncupatus de Migloratis: animis egre ⁊ indignanter tulit: ⁊ poſtea temerarie vindicauit. Romani igitur cupientes pontem in ſuam poteſtatẽ redigere: ne quando inde noceri Latio poſſet: nocte inuadentes ſubita vi capere pontem adoriuntur. Cui rei milites pro parte eccleſie ſibi deputati reſtiterũt: ac magna vi vtrinq̃ pugna-

Pontificis cum Romano pplo graue diſſidiũ

runt. Sub primam tandē lucem: re ex fumo cognita: celeri-
ter alij milites eccleſie Romanos in fugam verterunt ali-
quibus occiſis: pluribꝰ vulneratis. Illi in vrbē reuerſi in Ca-
pitolio cōſiſtūt: multitudinē conuocāt. Feſtus erat dies: et
plebs vino calens cōcurſat. Sumunt repēte arma: vexilla
promuntur: ad oppugnandas pontificis edes ire pergunt.
Milites eccl'ie cōtra inſtare: parare tela: cohortari. i. expe-
ctare forti animo ppl'i impetū. Ante molē Hadriani: q̄ ma-
le pacata erat: gentibus eccl'ie valli iacere. Nox deniq̄ cer-
tamen diremit. Ea nocte vigilie vtrinq̄ in armis acte. Se-
cutis mox deinde diebus de cōcordia agitatum eſt. Cuius
rei gratia Romani ciues .xiiij. venere. Ii poſt multa cū pō-
tifice agitata domū redeuntes: paulo ſupra molē Hadria-
ni inuaduntur: et capti ex eis .xi. Nā ceteri in ipſo impetu di-
lapſi euaſerant. Ad Ludouicū pontificis nepotē cuius iuſ-
ſu fuerant capti/adducunt. Deniq̄ dē .xi. crudeliter inter-
fecti ſunt. Inter hos duo fuerāt ex duodecim viris qui ad
gubernandā rēpu. creati fuerant: ceteri aūt nouem ex pri-
marijs ciuibus: et (quod dolendum fuit) nonnulli ex his qui
eas moleſtias inferri pōtifici permoleſte ferebāt. Huiuſce
autē rei quū celeriter fama per vrbem vulgata eſſet: itur
confeſtim ad arma: complētur omnes aditus clamoribus
et vociferationibus omnia reſonabant. Pontem Hadriani
caterua ingens occupat. Erant autem ij ceſorum agnati et
ppinqui. Stabatq̄ ferri acies mucrone coruſco ſtricta pa-
rata neci: ceſorū corpora iacebant media in via ſanguine
fedata magniſq̄ vulneribus cōfoſſa. Pontifex hec ſentiēs
miro dolore angebatur. Res enim tota eo inſcio tranſacta
fuerat. Vir erat vtiq̄ pacificus et mitis a cuius lenitate nil
magis abhorrebat q̄ cedes et humani ſanguinis effuſio.
Meſtus ſeſe ac fortunā deplorabat ſuam: oculos interdū
ad celū tollens/quaſi deum inuocaret teſtem ſue innocen-
tie erga Romanū populū. Pontifex igitur his curis anxiꝰ
nec quid ageret nec vbi cōſiſteret pre nimio dolore ſciebat.
Circunſtantium vero varie erant ſententie. Alij confeſtim
abeundū cenſebant: nec impetū populi Romani tam inſi-
gniter leſi irritatiq̄ expectandū eſſe: et inſuper haud procul
ab vrbe eſſe regias copias: quas pro Romanis ſtare non
ambiguū erat. Alij nullo modo abeundum: ſed obſidionē
tolerandam: auxiliaq̄ ex amicis oppidis accerſenda cen-
ſebant. Erant etiā qui poſtea vel altero die abeundū pu-
tarent: vt ſimul colligendarū rerum ſpacium eſſet: et vt nō
fuga ſed migratio videretur. Demum vicit ſententia eorū
qui ſuadebant eueſtigio abeundum. Igitur ſarcinulas col-
Pōtifex Roma aufugit
ligere et impedimentū cōponere contendunt curiales. Qd
vbi pro tēporis anguſtia factū eſt: primo turma equitū/ de-
inde impedimenta pediteſq̄ proficiſcūtur. Poſt hos ponti-
fex cū omni curialiū turba. Extremum fuit equitū agmen
qui aliquo interuallo ſecuti/vim ſi qua immineret a tergo
repellerent. Superauerant quatuor diei hore quum vrbem
egreſſi ſunt predicti: profecti non ſine magno timore circi-
ter ſecundā noctis horam ad vicum Ceſtonum duodecim
milia paſſuum ab vrbe conſederunt. Ibi per eam noctē cō-
morati poſtridie prima luce caſtra mouerunt: et circa ſextā
diei horam Sutrium peruenerunt. Sutrini omni multitu-
dine extra portam diffuſa alacri vultu pōtificē receperūt.
Sequenti die Viterbium aduenerunt: partem autē ſuarū
rerum curiales ſecum viterbium detulerunt: partem ex fe-
ſtinantia receſſus et ex defectu iumentorum ferentium reli-
querunt: que omnia remanētia Romani rapuerūt occiſis
etiam aliquibus ex curialibus. Joannes de Colūna pluri-
mos ſub ſe habens milites et primus Columnenſium: qui
ſimul cum populo fuerat ad predandum palatium pontifi-
cium: et ibi ſe collocauerat ad habitandum: miſit nuntiū ad
ſolicitandum regē Ladiſlaum vt ad vrbem accederet: pro-
mittens eis tradere dominium eius. Qui nō tardus adue-
niens cum multis copijs ad eccleſiam ſancti Petri deſcen-
dit. Nec tamen placuit populo aduētus eius: ſed multi ſu-
per hoc murmurabāt et obtrectabant. Et quotidie alij ſu-
peruenientes per vrbē in diuerſis locis ſe colocabant. Una
autem dierum quidam armiger de exercitu regis cōtētio-
nes habuit cum quodā Romano: et a verbis cōtumelioſis
ventum eſt ad verbera: magnaq̄ rixa cōfecta eſt inter Ro-
manos iuuantes cōciuem ſuum: et ſtipendiarios regis de-
fendētes cōmilitonē ſuum. Et in pluribus locis vrbis dif-
fuſa eſt talis rixa: quā ſecuta eſt occiſio plurium ex vtraq̄
parte et cōbuſtio aliquarū domorū: durauitq̄ rixa vſq̄ ad
noctem. Quāobrem rex patiens furorem populi Romani
receſſit ab vrbe cum ſuis. Et Colūnenſes et Sabelli aduer-
ſarij pontificis ipſi etiam ex vrbe egreſſi ſunt. Et depoſitū
irritatū fuit (officium id creatum pauloante ad regendam
vrbem) et aliam modum regiminis inuenerunt. Sicq̄ quie-
uit ciuitas. Quum autem eſſet pontifex aliquot mēſes Vi-
terbij cōmoratus: Romani penitentia ducti/vrbem ponti-
fici reddiderunt: ac multis legationibus miſſis reuocaue-
runt. Itaq̄ reuerſus Innocentius Romā miro applauſu
populi Romani ſuſcipitur. Non tamen nec tunc quieve res
quoniā moles Adriani in qua preſidiū regis erat/obſide-
bat: telaq̄ et machine per vrbē volitabāt: metuebaturq̄
a copijs regis. Demum poſt aliquot mēſes et rex recepta eſt
et pax cū rege ex ſuperioribus inculationibus facta. ¶ Eo
tēpore quū Aſtorgius dñs Fauentinꝰ cōceſſiſſet dominiū
ſue ciuitatis legato qui reſidebat Bononie: et licentiam ob-
tinuiſſet a legato habitandi in Fauentia et percipiendi fru-
ctus ſuorum poſſeſſionū/legatus profectus Fauētiā fecit
eū capi et decolari: aſſignans p cauſa q̄ volebat tractare
proditionē. ¶ Anno .M.cccc.v. quū longo tēpore familie
Ordilaffoꝝ diu tenuiſſent dñiū Forliuienſe: nullo in dicto
anno eorum remanente ſuperſtite/ppl's eiꝰ accepit ſibi dñiū
ſcribentes legato q̄ ſi dimitteret eos ſic regi: cenſum eccle-
ſie debitū darent. Sed legatus non conſenſit: immo cū co-
pijs ſuis perrexit ad capiendā vrbē. Qui reſtiterunt viril-
ter pugnantes. Demū quū timeret legatus ne ſe traderent
alicui alteri: permiſit eos ppl'ariter regere dando cenſum.
Aſtorgiꝰ Fauētinꝰ capite plectit.

§. II. Ex geſtis Innocētii. vii.

vertatur ſtilus ad bellum quo Florentini ceperunt Piſas
tēpore illo. Quum dominiū Piſarum a Petro Gābacurta
tranſiret in Jacobum Appianenſem per proditionem occi-
ſorū eius: et in filium Jacobi poſt mortē ipſius: deinde ab
eo dux Mediolanenſis Joannes Galeatzius illud accepit.
Qui moriens per teſtamentum ipſum reliquit filio ſuo il-
legitimo quem ex cōcubina ſuſceperat: Gabriel Maria nū-
cupato: cuius imperiū tenuit per tres annos vel circa. Hic
autem quum tyranni more viuens/plura iniqua minimeq̄
ferenda patraret: odium ciuium incurrit. Qua ex re vt tu-
tior ſtatus eius redderetur: nuntium ſecretum Florentiā
miſit petitū vt aliquē grauiorē ciuem ad ſe mitterent: quo-
cū de cōmuni vtilitate tractaret. Miſſus eſt Moſus Albi-
tius ordinis equeſtris vir prudentiſſimus in ſeculo: ad vi-
cum Piſanū quo Gabriel acceſſerat: agitaturus cum eo de
ineundo federe cū Florentinis: ſperans eoꝝ coniunctione
ſe fore in ſuo dominio firmiorē. Nil ibi cōcluſum eſt. Nihil
eīn mandatorū habebat Maſus: quū neſciretur que Ga-
briel eſſet poſtulaturꝰ. A quo ita diſceſſit: vt diceret ab eo
poſtulata Florentie ſe relaturū. Non potuerūt hec ita oc-
culte fieri: quin eorū fama ad Piſanos perueniret. Qui ali-
quid ſuſpicati de ciuitatis venditione: agitatū tumultum
populi libertatē clamantis excitarunt. Gabriel ſuperatus
a populo vna cū matre cuius potiſſimū conſilio vtebatur in
arcem fugit. Firmoq̄ relicto iam in arce preſidio: defuncta
matre Serezanā cōceſſit: vbi de tradenda Florētinis vrbe
agitari ceptū eſt. Oblata ſpe vrbis potiunde: Ginum ex fa-
milia Caponū virum prudentem et rebus gerendis accōmo-
dum ad Buccialdū: qui pro rege Francie Genuā tenebat:
alterum oratorem ad Gabrielē mittunt: vt de tradenda vr-
be tractarēt. Multis inde poſtulatis agitatiſq̄: tādē amiſ-
ſa omni recuperande vrbis ſpe. Gabriel Buccialdi cohorta-
tione ciuitatē cū omni eius ditione vendidit Florētinis pre-
cio .cc. milium florenorū: reſeruato ſibi oppido Serezane/
Fouētio/quibuſdā alijs caſtellis paruis illis finitimis re-
ſeruatis. Mandatū eſt Gino qui conuentionis author fue-
rat vt arcē reciperet pro populo Florentino. Eam aūt rece-
ptam tradidit Laurentio Raffacano: qui cū quingētis pe-
ditibus ad cuſtodiendam arcē miſſus fuerat. Capta eſt arx
munitiſſima pridie Kal. Septēb. anno .M.cccc.v. Fecerant
poſt reſtitutā libertatē Piſani ad expugandā arcē prepa-
ramenta. Itaq̄ Laurentiū monuit Ginus vt diligēter ar-
cis cuſtodie incūberet: oſtenditq̄ qua ex parte capi poſſet
que ve pericula imminerent: niſi ad omnia remedia animꝰ
intētus paratuſq̄ eſſet. Inde Florētiā rediit. Verum pau-
cos intra dies ignauia eorū q̄ arcis cuſtodie deputati erāt
contigit vt Piſani ea parte qua dictū fuerat/arcē ingrede-
rentur/militibꝰ ducibuſq̄ eoꝝ nō ad defenſionē: ſed fugā
intentis: ita arx capta ſoloq̄ tenus euerſa eſt. Inde Piſa-
num bellū difficile ſane ſecutū eſt .xiij. menſibus confectū.
Arce recuperata Piſani oratores Florētiā ad petendū pacē
miſere. Verū eoꝝ verba adeo inferendis excedebant cōdi-
tionibꝰ (nam caſtella per Gabrielē tradita reſtitui poſtula-
bāt) adeo preteritarū offenſionū memoria valuit: vt illis
recedere iuſſis: nō de pace aut federe: ſz de bello cogitarēt.
Multa equidem pplm Florentinū ad bellū Hēra Piſanos
tanq̄ neceſſario ſuſcipiendū incitabāt. Primū emptio op-
timo iure facta: vt nō iniuria: ſed iuſte arma ſumerent. De-
inde arcis amiſſe pudor incitabat alios: qd dedecus victo-
ria futura reſarciendū putabāt. Antiquū preterea odiū Pi-
ſanorū

Piſas emūt a Gabriele Maria Florentini

Piſani bellī rationes.

fauorū erga rempu. Florentinā:cui delende ſepiꝰ omnī ſtudio incubuiſſent. Studia inſuper Gibellinarū partiū quorū ſemꝑ fautores fuere:herentes imperatoribꝰ ceteriſꝗ qui aut imperium aut ruinam Florētine vrbis querebant. Accedebant ad oīa renouanda plurima aſperaꝗ bella inter Piſanos ⁊ Florentinos maiori odio ꝙ viribus geſta. Nunꝗ preterea quiſꝗ ſe Florentinorū hoſtem prebuerat cui non confeſtim ſponte ſua opem ⁊ auxilia ſubminiſtrarent exiſtimātes Florētini populi dāna ſuo accedere emolumento. Meminerant quoꝗ nuper Angliros qui in Italiam trāſcenderāt:premio ab eis cōductos:ab eiſꝗ Florentinū agrum multis calamitatibꝰ vexatū. Itaꝗ quū ſepius rem Florentinā publicam ſuis conſilijs ⁊ opere nutantem ac dubiam reddidiſſent:viſum eſt optimū/ciuitatem illam ſubigere:a qua indies tot pericula iminerent. Ad hoc etiā accedebat commoditas maritimi portus:qui in Piſanoꝝ arbitrio ſitus/mercaturas quibus Florentinus populus alitur impediret. Magna quoꝗ ſecuritas ab externo hoſte ⁊ future pacis ſpes oſtendebāt in poteſtatem redactis:qui ⁊ nouoꝝ belloꝝ cauſam indies preberēt:⁊ quieti pacique aduerſi forent. Quis eñ credere poſſet ab inſurijs eorū quieturos eos/qui ipſi inter ſe nullo cōtēti ſtatu diſcordes inſidijſꝗ inuicem domeſtica ſemꝑ factione mutuaꝗ cede vrbē ſuam fedarēt. Pacem igitur bello redimendā eſſe/nec pretermittendā eius vrbis oblatā expugnādi occaſionē. Hec in cōcilijs ⁊ vulgo iactata/ciuiū animos ad bellū erectos acrius incēderunt:vt vrbē tanto precio emptam maloꝝꝗ oīm caput ⁊ originem vi ⁊ armis adorirentur.

§. III. Decreto atꝗ idicto cōmuni conſenſu bello:parabant oīa ad expeditionē ſpectantia.

Belli Piſani apparatus.

Primū decem viri in annū creati:de quorū ſola authoritate gererent bellū. Hi exercitū pararunt. xij. miliū equitū peditumꝗ:quibus preficitur dux Bertoldus Sauone tomes. Qui ad hoſtes profectus accepto exercitu primū balnea montis piſani per vim capta diruit:deinde ad vicum Piſanū pergit:oppidū iuxta Arnū fluuiū maris turribus ⁊ arce munitū loco eminenti ⁊ ad expugnandū difficile. Erat in eo preſidium electorū militū a Piſanis miſſum. Id oppidum Bertoldus omni ex parte obſidere ⁊ ꝑ parte copiarum ⁊ oppugnare acri certamine cepit:reliquū exercitum ad vaſtandum hoſtiū agros deſtinauit:ꝗ late oīa populabātur. Erat ducis ſuiaſū eo caſtro poriref (qꝫ ꝑpe erat:diſtās. ſ.a Piſis octo miliaribus) faciliorē fore vrbis obſidionem. Ad obſidionem eius varia tormenta/machine/balliſte/⁊ quas appellāt bōbardas:erant ad expugnationē parata. Quotidie magna cum cede holm ad muros pugnabaꝫ. Qui intra oppidum erāt:adeo ab his viriliter defendebanꝫ:vt pluribus menſibus irrita obſidio euaderet. Culpata eſt hac in re ducis negligentia:vt artis militaris inſcij ⁊ parū in bello prudēti. Quo per ſex menſes dimiſſo:Orſinus Carolus ei ſuffectꝰ eſt. Ea tota hyems in obſidione vici Piſani ⁊ recipiendis caſtellis ac populationibus conſumpta eſt. Graue belli exteriꝰ Piſanis erat:qđ multo grauius inteſtinū diſſidium effecit. Erant in ciuitate factiōes due:altera Gibellinoꝝ:Guelfoꝝ alia. Prioris caput erat familia eoꝝ qui dicebantur Agnelli ſeu Raſpantes:alteriꝰ familia dicebatur Gambacurta:quos vocabant ⁊ Bergolinos. Initio belli Gibellini vrbem regebāt:expulſis ante Gambacurtis. Viſum eſt admodum vtile ad vrbis defenſionē Piſanis odia inteſtina ſopiri:exuleſꝗ in vrbē reduci:quo facilius plurium cōſilio auxilioꝗ vnita ciuitas defenderet. Aduocarunt igitur Joannē Gambacurtā cū ſua ſecta. Qui in vrbē reſtituti abolitis priorībꝰ vt videbatur odijs:firmataꝗ inter eos iureiurādo pace:publice vtilitati conſultare videbanꝫ. Addita eſt etiā religio:cuius vinculū frāgere nefas ⁊ ſceleſtū putatur. Ambo eñ earū familiarū capita eiuſdem hoſtie ſacramento fedus inter ſe firmarunt. At paulo poſt repetita prioꝝ iniuriarū memoria:neꝗ pluris religionē ꝙ fidem faciens Gambacurta:occiſo Joanne Agnello:multiſꝗ ex primoribus aduerſe factionis ciuibꝰ cede ſublatis:tyrānidem vrbis occupat:ſperans ꝑpter priſtinā ſue domus coniunctionem cū Florentinis ſe ſua voluntate ſuſceptā tyrānidem retenturū. Stulte id quidē:ꝗ ſibi perſuaſiſſet tātū exercitum paratū eſſe:tantā impenſam factā:tot labores aditos:vt ſolus vrbis dñio potiretur. Scripſit tū Florētinis:vt ſub fide publica liceret oratores mittere. Quod negatū eſt:niſi prius que dicturi eſſent ſignificaret:tunc quoꝗ an daturi eſſent deliberaturos:qua ſpe excluſi oīa ad tolerandam obſidionem parauerunt neceſſaria. Et quū ad ſingula que ad tutelam vrbis ſpectarent/eſſent intenti Piſani:tamen maxime illa angebantur cura:vt frumentū vndecūꝗ in vrbē cōportaretur. Nulli eñ ambigebant obſidionem diutine ferri poſſe ſi famē euitaſſent:que extremum malorum oīm videretur. In primis triremis in Siciliā ad triticum emendam miſſa eſt:que frumento onuſta quum ad littus valde hoſtes fugiens appuliſſet:incēſa eſt ⁊ frumētū omne abſumptum. Que res haud paruū terrorem Piſanis incuſſit. Ne tñ frumēta ſibi deeſſent:triremes alias in Siciliam miſere. Preparatis ꝗ pro maritimo cōmeatu agēda videbantur:ad curam terreſtris auxilij conuerſi. Angelum Perguſenſem primo mille equitum prefectum in ſubſidiū accerſiuerunt. Qui quū per agrū Senenſium/maritimū ad ferendā opem Piſanis pergeret:prope Volaterras a Florentinoꝝ equitibus ad id diſpoſitis interceptus/acie victꝰ eſt:ipſe cū paucis retrofugit. Gaſparē deinde Vbaldinū virum inſignē in armis cū mille quingentis equitibus/peditibus quadringentis conductum premio aduocarūt. Huic oppoſitꝰ eſt Ludouicus pontificis Innocētij nepos/haud paruo precio cū mille equitibus a Florētinis cōductꝰ. Hic additis copijs venientē Gaſparem inſultans fudit ac fugauit. Demandatū erat prefectis equitū ꝗ in locis finitimis vrbi erant. vt omni ſtudio curarent ne quid frumenti alteriuſve rei que ad victum pertinet deferretur.

§. IIII. Quum autem obſidio vici Piſani preter opinionem longius traheretur:

viſum eſt ipſas Piſas caput belli petendas atque obſidendas fore. Sed quū videref difficilis niſi fame tante vrbis expugnatio:tam infeſtis preſertim ciuium animis:vtiliſſimū viſum eſt prouidere vt cōmeatus terra mariꝗ intercluderetur:et terra quidem prefectis equitū negotium datum eſt:vt vndiꝗ a cōmeatu inuehendo prohiberentur. Multi deferentes rapti penas dederunt:quo metu perterriti ceteri ab importando abſtinuerunt. Ad maritimos aūt cōmeatus prohibendos pontem ſupra Arnum mare verſus vrbi propinquum firmiſſimis lignis ac trabibus extexere:defixis intra aquas ſudibus groſſioribus:quo aditus exituſꝗ precluderentur. In vtraqꝫ fluminis ripa pons caſtellis firmiſſimis munitus eſt:ne quis pontem diſturbare valeret. Vnicuiꝗ caſtello ſuus prefectus datus eſt cum valido preſidio:quo facultas hoſtibus diſſipandi pontem auferretur. Erant preterea Florentinorum copie ab vtraque vrbis parte haud procul a menibus caſtris poſitis:que omnem ſpem auxilij externi auferebant. Ad hec ex ordine preparanda Maſus Albiſius miles ⁊ Ginus Caponius decreti. Decreto inſuper publico cautum eſt:vt qui ciues ſubditiꝗ capite damnati aut mulctati ob norā pecunia aliave de cauſa exules facti/vſque ad finitum bellū ſua impenſa in caſtris militaſſent:aut alios ꝑ ſe miſiſſent:cōdonata pena reſtituerent. Multi inde ſpe reſtitutionis conuenere:que cohors plurimū in bello fuit operata. His rebus territi Piſani quum ſpes maritimi frumēti adempta eſſet:⁊ vndiꝗ terre obieſſi forēt:externam opem implorare coacti ſunt. Et primum ad regem Ladiſlaū miſere:ꝗ vrbē illi traderēt:aduocarentꝗ ad eam capiendā que ſe vltro in ſuam ditionē offerret. At is reiectis oblationibus nequaꝗ ſe cū Florentinis contra gratia bellum aliquod ſuſcepturum reſpondit. Eoꝗ reſponſo perculſa ciuitas (⁊ iā fames increſcebat) regi Francie:ſororiumꝗ duci Burgundie (is Joānes vocabatur) vrbem obtulere:ſe ſuaꝗ vtriꝗ libere dedentes. At rex Florētinis ciuitatē oblatā deditāmꝗ ſignificans/ducē belli ciueſꝗ qui bello gerēdo preerant per caduceatores ac literas rogauit:vt ab armis diſcederēt:quū regie ditiōis ciuitas facta eſſet. Reſponſum eſt a Florētinis emptā a ſe vrbē eſſe ab eo qui in illa ſummū ſuū imperiumꝗ a parte relictū haberet:⁊ credereꝗ ſi notum hoc regi extitiſſet:putare ſe nequaꝗ illum pro eius modeſtia animiꝗ equitate quicꝗ quod iniuſtum videri poſſet poſtulaturum:emptionem legitime factā eſſe ⁊ pecuniam perſolutam:vt nulli dubium eſſet quo iure ad eos ſpectaret:neꝗ ciuibus Piſanis vllum arbitrium iure permiſſum ſe aut ciuitatem dedendi. Venundatos eñ non ſui:ſed alieni iuris eſſe. Enumerata ſunt preterea mutua odia:Piſanorumꝗ in Florentinos iniurie:motaꝗ ab illis bella:quibus Florētina ciuitas maxima ſubijſſet pericula. Chariorē inſuper debere eſſe regie prudētie Florentinam vrbē quā ſui preceſſores inſtauraſſe fama erat ſemꝑ auxiſſe certe ⁊ cōſeruaſſe conſtaret:ꝗ ciuitatē Piſanam:que nō in regis gratiā/ſed in odium Florentinoꝝ deſperatis rebus ꝗ erat nunc antiquata deuotione atqꝫ amicitia/verbis diffidia iniiceret. Verumtñ miſſuros ſeſe ad regē oratores:qui eiuſmodi rationibꝰ docerent Florentinū ppl̄m iuſtum mouiſſe bellū:ſperarent quoqꝫ regem ſi id poſtularef:auxilia daturū. Acquieuit his verbis regis nūtius:⁊ vt vir prudēs regi reportaturum hec ex ſe dicens:ſperare ſe ait haud inratam illi eam reſponſionem fore. Burgundie ducis cadu-

Floꝛētī ceatoꝛ paucos poſt dies aduenīēs verbis minacibus iuſſit
nūucio exercitū inde abire confeſtimꝗ obſidionēꝗ reliquere eius
Burgū vrbis q̄ ſuo dn̄io a ciuibus tradita extitiſſet. Quibꝰ eiſdem
die illu rōibus ſuā cauſam tutarent Floꝛentinoꝛū prefecti: vir le
dunt co uis ꝛ ira feruidus commotus animo acrius inſultare ver-
ducea- bis: minas ꝛ cōtumelias addēs/ iuſſit lictores quidē̄ domi:
ſoꝛes. nem veluti dementē in flumē (qđ propinquū erat) deijcere
ope circunſtantiū ex aqua ne ſuffocaretur extrahit. Trire
mes interim ad naues obſeruādas in Sicilia pfectas pa-
rate/ quū frumento onerate redeuntes intelligerēt fruſtra
ſe aditum tentaturas vrbe vndiqꝫ obſeſſa: obqꝫ id retroce-
dere vellent: orto aduerſo vento qui illas in portuꝫ compu
lit/ paruo certamine cepere: ereptumꝗ frumentū dimiſſis
nauibus in caſtra oppidaꝗ q̄ fame vrgebantur cōportatū
eſt: ex quo inopia in copiam verſa eſt. Intenti ad omnē rei
bene gerēda occaſionē Piſani quū Arnus fluuius priamis
imbribꝰ excreuiſſet preter ſolitū: id q̄ accidit rati: vim ma
gnam ingentium trabiū quas de euerſis domibꝰ cepant in
flumen deiecerunt: quo ſa pronuꝫ delate pons aque impe
tu diſſolueretur. Accidit magna ex parte qđ opinati ſunt.
Nā maioꝛ pars pōtis diſturbata eſt: adeo vt nulli trāſitus
darētur: caſtellaꝗ ꝛ caſtra mutuo ſubſidio priuarent. Eam
rem cōſpicati ciues: cōcurſu olim ad id caſtellum qđ in ripa
erectuꝫ erat facto/ omni conatu expugnare adoꝛti ſunt. Sa
luti fuere pfecti equitū duo: q̄ quū alia de cauſa ferme ſoli
flumē tranſiſſent: aduerſo caſtelli expugnatione: cū qua-
tuoꝛ fere equitibꝰ magnis clamoꝛibꝰ iam exercitum aduē
tare clamitantes/ pugnantē ppl'm aggreſſi ſunt: adeoꝗ in-
ter hoſtes ſe immiſcuere: vt vni ex prefectis equus occiſus
ſit. Piſani credētes alias copias prefectos ſequi: territi ab
oppugnatione deſtiterunt: fugienteſꝗ in vrbē reuerſi ſunt.
Multi ex eis capti ſauciꝗ interfectiꝗ ſunt. Atrox ex aliquā-
diu certamen fuit. Piſanis in ea expugnatione ſolutis ſpeꝫ
ponentibus. Iſ qui in altero caſtello citra flumē erāt aſcē-
ſis lembis nauiculiſꝗ tranſito alueo opeꝫ ſocijs tulerunt.
Turbabant complura aduerſa Piſanoꝝ mentes: quibꝰ ad
deditionem cōpellerent. Nam ꝛ maxima pars oppidoꝝ ca-
ſtroꝝumꝗ tum vi/ tum fame a Floꝛentinis recepta erant: ꝛ
iam vicus Piſanus poſt decimū obſidionis menſem in po-
teſtatem venerat. Fames quoꝗ rebus ceteris periculoſioꝛ
populuꝫ vrgebat: ꝛ tum maritimi/ tum terreſtris auxilij ſpe
ſublata animos ciuiū debellitabat: ꝛ iā conſumptis herbis
radicibuſꝗ/ immūda aīalia comedere compulſi erant: mul-
tiꝗ indies fame ſteribāt ex plebe. Hoc fedo ſpectaculo ter-
riti Piſani/ mulieres ſeneſꝗ ꝛ imbellē turbā exinde foꝛas
eijciebant. At Floꝛentinoꝛum prefecti in vrbem redire con
pulerunt/ quo citius cōſumptis cibis cogente fame aut tu
multus eſurientiū excitaret: aut vrbis deditio fieret. His
tot malis deuicti ciues: creſcēte idies fame/ quū tabide coꝛ
poꝛa p viros moꝛibūdiꝗ añ oculos verſarēt/ oī deſperata
ſubſidiꝗ ſalute velut ſtupidi icerta ꝯſilia verſabāt aiotneꝗ
deditionē ſibi perſuadentes: neꝗ valentes tolerare fameꝫ.

§. V. Hanc ob rem ſibi metuēs

Joannes Gambacurta penes quem tradende vrbis pote-
ſtas erat: tādem oꝛatoꝛes noctu in caſtra data publica fide
miſit: qui de conditionibus agerent vrbis concedende. Id
tū ſecrete agi voluit Gambacurta: q̄ tū verebat ne ſe inuito
vrbs a ciuibus traderetur. Agebat de cōditiōibꝰ cū Gino
ꝛ barptolomeo Coꝛbinallo: qui ambo ex. x. viris erant. Re
pluribus noctibus agitata: tandem pacti ſunt decēꝫ viri da
re Joanni Gambacurte floꝛenoꝛū milia. l. ꝛ oppida que de
comite Bainei capta erant. Inſula preterea Goꝛgona Ca-
praria ꝛ Giliū cōceſſa. Exuleſꝗ Piſani oēs q̄ ſue factionis
erāt/ reſtituti ciuitati. Inſuper ꝛ familie Gābacurte immu
nitas data. Addita eſt preterea Floꝛētie domꝰ: pluraꝗ alia
cōceſſa: que ex authoꝛitate ppli ꝯfirmanda detulit Floꝛen-
tiam Ginus. Dati ſunt ppterea vtrinqꝫ obſides p ꝯſeruā
dis que fuerant cōuēta. Quāuis autem certi eſſent Floꝛen
tini paucos intra dies fameꝫ coacturam Piſanos ad vrbē
dedendam/ ꝛ eos per vim capi poſſe: tamē ſatius viſum eſt.
vrbeꝫ pacate ingredi: ne a militibus diriperetur: q̄ aut per
diſſentionem populi aut ſamia auxilio ciuitas periclitare
tur. Erat in conditionibus: vt Joannes primo vrbē deinde
oppida ſingulaque ſu poteſtate eſſent: Floꝛentinis trade-
ret. His conditionis per Ginum Floꝛentiam delatis iuſſu
qꝫ populi cōfirmatis: Ginꝰ authoꝛitate oīm magiſtratuuꝫ
ad recipiendaꝫ vrbem in caſtra redijt: confeſtimqꝫ deditio
Piſe in facta eſt. Floꝛentinoꝛumqꝫ preſidia in vrbē intromiſſa q̄n-
Floꝛētī to idus Octobꝛis anno a natiuitate ſaluatoꝛis poſt mille-
nouū oꝛ ſimum. cccc vi. Recepta ſummo cū otio ciuitate: panis abū-
tionēre de omnibus datus eſt: nec crudele quidꝗ aut aſperius vr
digunt be patratum. Poſt ingreſſum vrbem palatium in quo ma-
giſtratus ſupremus erat Ginus petijt: ab iſꝗ deditionem
cōpꝛobari voluit: claueſꝗ poꝛtarum in ſignum deditionis
tradi. Hic tanta foꝛtune cōmutatio nonnulloꝛum flexit ani-
mos ad contemplandā variam rerum humanarum ſorteꝫ.
Nam quū qui in magiſtratu vrbi prefuerant/ a Gino pete-
rent quid acturi eſſent: e palatio abire domos ꝛ Floꝛentiaꝫ
ire iuſſi. Et qui paulo ante imperare ceteris ſoliti erant: al
terius imperio parere coacti ſunt. Poſt idie quum ſtatus
ciuitatis eſſet conſtituendus: Ginus vtile foꝛe ratus ad mi Gini ad
tigandum ciuium animos ꝛ ad ſpem futuri erigendos: con piſanos
cione aduocata: Neſcio (Piſani ciues inquit) veſtro ne de- oratio.
licto an noſtra virtute veſtram ciuitatem in noſtrum arbi
trium dei voluntas redegerit. Sed exiſtimandum videtur
ſummi dei prouidentiam veſtroꝝum tum aduerſus eccleſiā
ſuam/ tum aduerſus voſmetipſos/ tum erga nos facinoꝛū
memoꝛem/ vos illis ſubdidiſſe quibus ſemper inimiciſſimi
extitiſtis. Nam ſcelus per vos perpetratum in dei antiſti-
tes: quos crudeli moꝛte in mari ſuffocaſtis: ꝛ inteſtine diſ-
ſentiones proditioneſꝗ ciuiles mutuis ſemper odijs inter
vos excitate: mala quoꝗ permulta quoꝛum authoꝛes con-
tra nos extitiſtis: ad vindicandam tantam iniquitatē cru-
delitatemꝗ altiſſimum prouocarunt. Quo eīm animo (vt
de nobis loquamur) erga nos fueritis: ipſi teſtes ſummus:
quos nullum ob noſtrum delictum ſepius in libertatis di-
ſcrimen deduxiſtis. Nam ꝛ Angloꝝ gentē noſtra memoꝛia
per vos in noſtram perniciē cōparatam noſtrū territoꝛiuꝫ
omni clade vexare iuſſiſtis: ꝛ nuper vicecomitū familiā li-
bertatem noſtram appetentem omni ope iuuiſtis: ꝛ ducem
Mediolani vt nos ſibi ſubderet/ in dn̄m accepiſtis veſtrū.
Multas alias a vobis in nos iniurias omittendas duxi:
vnū tū minime pretermittendū eſt: nemīnē vnꝗ fuiſſe Flo-
rentini populi hoſtem: q̄ vobis nō fuerit amicus: cui nō fa
uerītis alacres oībus malis que inferrent nobis. Nec cau
ſa nos maxime mouit ad conſulendū libertatis noſtre ſa-
luti quā dubiā per vos reddi conſpiciebamus. Veſtris igit
meritis/ veſtris operibꝰ coactus eſt merito ppl's Floꝛenti
nus: vt aliquando eos ſibi ſubijceret: qui ſe alioꝛū ſubditū
eſſe voluiſſent. Gratia dei factum eſt vt potiremur victoꝛia
pacatiꝗ ingrederentur vrbem milites noſtri abſꝗ alicu-
ius noxa. Nihil cuiꝗ ablatum: nulla vel parua quis iniu-
ria affectus. Id egimus: vt non veſtrā tantam ciuitatem
velle/ ſed conſeruare acceptā videremur. Hoc vobis argu-
mentum ſit: quo erga vos animo Floꝛentinus populus in
pace vobis ſit futurus: quum belli tēpoꝛe ꝛ victoꝛie licētia
(que ſolet eſſe inſolentioꝛ) tanta moderatione vſi ſumꝰ: ſer
uantes vobis ciuitatem: quam delere pro arbitrio licebat.
Seruati ad vnū eſtis oēs: ꝛ bona ſua ſingulis cōceſſa: ꝛ ci
bus inſup abunde prebitus: quo eſuriētia coꝛpoꝛa reficerē
tur. Mittite Floꝛentiam qui vos veſtraꝗ oīa illius iudicio
libere permittant. Certus ſum ꝛ humanitatem: ꝛ clemētiā
vberioꝛē apud hoſtes quōdam reperietis: q̄ ſitis apud ci-
ues veſtros experti. Sciūt oēs Piſanū ppl'm nō ſolū otij ꝛ
quietis impatientē: q̄ ciuiliū diſſentionū q̄ſꝗ cām prebeāt
ſed in periculoſiſſimo q̄ bello (qđ ſolet etiam diſcoꝛdes ci-
ues ad cōem ſalutē hoꝛtari) ciuilibus odijs hoīm cede ſeui
re. Itaꝗ haud dubium eſt eiuſmodi hoīm quieti cōducere
vt pareant melioꝛibus: quādoquidē neꝗ belli iura ſeruare
didicerunt: quū in otio diſcoꝛdes: in bello crudeles fuerint
in perniciem ciuitatis. Niſi dn̄i n utu ſub iuſto imperio cu
tate fidem ſeruare: at parere magiſtratibus q̄ nihil impera
biui niſi quod iuſtitia ſuadeat ꝛ vtilitas ciuitatis. Quum
hec dixiſſet Ginus: ſurgens Barptolemeus Ciampoliſnus
gratias egit: tum deo primū: tum pplo Floꝛentino: ſuiſꝗ le
gatis: quoꝝ opera cōſeruati eſſent. Multis in laudē huma
nitatis eoꝝ dictis: qui ſe perire noluiſſent: quum belli iure
licuiſſet tum fame/ tum incendijs: tum rapinis vrbem dele
re. Que tanta eſſent: vt niſi ingrati eſſe cuperent: perpetua
tanti beneficij memoꝛia nomē eoꝛum celebrare tenerentur.
Dimiſſa concione. xx. oꝛatoꝛes a ciuitate Floꝛentiam ſunt
miſſi ꝛ ducēti preterea ciues ire iuſſi poſtea Floꝛentie futu
ri: quoad prioꝛ arx inſtauretur: q̄ biennio perfecta eſt. Ciui
tatis regēde cura magiſtratibus qui iuri dicēdo preeſſent ꝑ
miſſa eſt. Pretoꝝ primus a ſenatu electus eſt hō prudens
atꝗ integer: qui ſicut bello gerendo vtilis fuiſſet: ita ꝛ pa-
ce gubernāde vrbi vtilis videretur. Multum hec victoꝛia
contulit Floꝛentinis: tum ad famam: tum ad cōmoda: tum
ad ſecuritatē. In ciuitate poſt gratias deo actas idem pen
ratū eſt: dies aliquot feſti cū letitia acti ſunt. ¶ Circa illud
tps Caſtrocarū caſtellū qđ emptū eſt a cōmunitate Floꝛen
tina a papa Bonifacio anno antequā eſſet id ecclie primo
nō poterat poſſidendū obtineri impedietibꝰ Bononiēſibꝰ
ꝛ Foꝛliuiēſibus: demū per caſtellanū eius recepta pecunia
deditum eſt Floꝛētinis. ¶ Anno dn̄i. M. cccc vi. dn̄s Colu-
cius

cius migrauit ad dñm:q̃ fuerat cācellari⁹ cōitatis per. xxx. annos vir iuſtus ⁊ rectus magne ſciētie ⁊ eloquentie ſpeci-pue in dictandi epl̃is: ⁊ maxime pro cōitate ⁊ magne effi-cacie ad flectendū: libros aliquos edidit poeticos: ⁊ ex libe ratione magiſtratus fuit coronatus laurea: mortu⁹ vt poe ta: ſepultus honorifice in eccleſia maiori.

§. VI. Exinde qualiter Vero-

nam ⁊ Paduā obtinuerint. Veneti videāmus. Quum igitur anno domini milleſimo quadringēteſimo quarto dominus Gulielmus de Scala qui ſolus remanſerat ex dominatori bus Verone: habitaret Padue tenuem vitam gerens: quia *Veneto*
tñ legitimus non erat: ipſum ad ſuſtentationem vite iuua- *rū ꝑ Ve*
bat dñs Franciſcus qui dominabatur Padue: certa officia *rona oc*
illi concedens. Hic igitur Gulielmus inuitatus fuit a ciui- *cupāda*
bus Veronenſibus ad capiendum dñium eius: ad quod ef- *conten-*
ficiendum ſi quum aliquibus copijs appropinquaret ad me *tiones.*
nia ciuitatis ſibi eam traderent duci ſe rebellantes. Hoc quum ipſe expoſuiſſet dño Patauino Franciſco auxilio ad hoc poſtulans: acquieuit hoc agere. Unde collectis oībus copijs ſuis ⁊ additis etiam gentibus Marchionis Ferra-rieñſis generis ſui: vna nocte oēs cum dicto Gulielmo pro fecti menſe Aprili ad menia Verone applicuerunt. Quod quum cognouiſſent Veronēſes: fracto in aliqua parte mu ris ciuitatis introduxerunt eos in vrbem. Ipſumq̃ Guiliel-mum creauerunt dñm ſuū ⁊ filium Brunorū noīe militem recenter factum. Quāuis autem dñs Hugolottus qui ibi gubernationem vrbis exercebat pro duce Mediolanenſi: fugiens in ciuitatulam aliquādiu reſtitiſſet pugnando: tñ de-mum deſperans ſibi adiutoria mitti: ipſam ciuitatulam ſeu arcem reddidit Franciſco dño Patauino. Qui eam ſuſce-pit vt vicarius imperatoris: viſus dolo non paruo: q̃ poſtea patuit. Nam capta arce ⁊ ea munita: proditionem exercuit erga dictum dñm Brunorum: ⁊ fratres eius paruos: ipſos capiens ⁊ carceri mancipans: ac dominium Verone pro ſe accepit: poſtea Brunorus dimiſſus eſt in Alemannia cum vno ex fratribus. Cauſam huius vt iuſtā aſſignabat: quia quum in captione Verone a duce fuiſſet ſibi promiſſa Vin centia: nec tñ ſibi cōceſſa: ideo pro ea Veronam acceperat.

¶ Eo tempore Veneti multū indignati ſunt ex eo q̃ quū perſuaſiſſent vt pacē faceret: ſcʒ cū dño Franciſco Patauino/cum duce Mediolanenſi: noluerat aſſentire. Quāobrē ſtatuerunt contra eum bellum mouere: ⁊ facere colligatio nem cum duce Mediolanenſi ad offenſionem Patauini: et hoc ante fuerat q̃ Patauinus obtinuiſſet Veronam. Qua capta quum in pactis lige poneretur q̃ interea dum bellū duraret contra Patauinū: Veneti in pignus tenerent Vin centiam ⁊ Veronam: quum ea amiſſa non poſſent capitula ſeruari: colligatio illa diſſoluta eſt. Poſtea tamen in dedi-tionem acceperunt Vincentiam Veneti: profligatis copijs Patauini que ad illam capiendam contendebant. Qui poſt hec miſit Marchionem Ferrarienſem ad Venetos ⁊ ſuos oratores alios: ad querelam exponendam contra eos: ⁊ ni-hilominus pacem cum eis ⁊ concordiam affectando. Cui data ſunt generalia verba: ⁊ cor eorum non erat rectum cū eo. Sed capta Verona magis exoſum eum habentes: de-creuerunt ſtatū eius iuxta poſſe ad nihilum deducere. Un-de ⁊ conduxerunt ſtipendio ſex milia equitum: ⁊ peditum magnam multitudinem: ducemque exercitus inſtituerunt Pandolfum de Malateſtis dominum Penſari. Quod in-telligens dominus Patauinus/⁊ ipſe cōduxit gentes mul-tas ad ſui defenſionem. Idemq̃ fecit Marchio Ferrarien ſis: qui adiuuabat vt affinis partes eius colligatus cū eo. Florentini autem hec videntes miſerunt oratores ſuos ad Venetos: querentes inter eos pacem componere. Sed nil horū voluerunt obtinere: gratias tamen agentes eis de la bore ſuo ⁊ bono affectu pacis ad eos. Pandolfus igit̃ dux exercitus ſumpta poteſtate officij perrexit Coruiſium vbi copie Venetorum erant congregate: ⁊ cum eis profectus eſt contra Patauinos: poſueruntq̃ caſtra ſua non longe a ciuitate omne genus damnorum inferentes contra eos. Habueruntque plures conflictus adinuicem: in quibus le ſe ſunt plures copie Venetorum. Fixi tamen ſteterūt in locis vbi caſtrametati erant. Et q̃ loca illa erant paluſtria: peſtis ibi orta eſt propter hocitum etiam quia penuriā ha-bebant victualium: lente exercebantur ad prelium. Dux au tem infirmatus fecit ſe Venetias deferri: ⁊ quia infirmitas perſeuerabat: Piſaurū infirmus delatus eſt: ⁊ alius capi-taneus loco eius inſtitutus. Et ad fortius prelium exercen dum auxerunt exercitum: conducentes Veneti dominum Mantuanum ⁊ dominum Jacobum Vernienſem: qui cum copijs alijs magnis miſſi profecti ſunt contra Veronenſes facientes magnas deuaſtationes in locis illis. Dominus autem Patauinus viriliter reſiſtebat illis. Eodem anno quum dominus Patauinus miſiſſet magnam partem ſua-rum gentium Veronam pro tuitione: copie Venetorū pro fecte ſunt ad locum qui dicitur Pieuatico di ſacho: locū val de fortem ⁊ circundatum muris ⁊ foſſatis: ⁊ violenter illuc ingreſſi magnā predam inde aſportantes: pro ſe munierūt in notabile damnum Patauinorum. Quumque continua-retur bellum inter Venetos ⁊ dñm Patauinum: cum quo vt dictum eſt colligatus erat Marchio Ferrarienſis gener ſuus quem vt filium diligebat: tante cariſtie victualium inuaſit terras Marchionis: vt ſubditi ſui magnas querelas mouerent contra eum: ꝓpter qđ ad querelas offerendas conſulens ſuis/deficiens a Patauino ſocero ſuo: concordiā egit cum Venetis: vnde magnum detrimentum Patauino ſecutū eſt. ¶ Anno aūt milleſimo quadringenteſimo quin to dñs Mantuanus ⁊ dñs Jacobus Vernienſis capitanei gentis Venetorum menſe Junij decreuerunt prope ciuitatē mouere bellum: vt auferrent Veronenſibus recollectionē frugum. Veronēſes autē quū iam paterent penuriā victua lium: ⁊ timerent famē ſequendā nimiā ſi meſſes amitterēt ac etiā exoſum habentes dñium Patauini ꝓpter proditio-nem factā dominis eorum antiquis illis ſcʒ de Scala Guliel-mo ⁊ Brunoro: armis correptis tumultū fecerūt: ⁊ aperue runt vnā ex portis ciuitatis copijs Venetorum. Qui ingreſſi diſcurrerunt per vrbem: capiētes dominiū eius ꝓ Venetis. Quāuis autē dñs Jacobus ſecundo genitus Franciſci de Carraria qui ciuitatē regebat/faceret aliquam reſiſtētiam cū gentibus ſuis: tamen ſuperati ſunt ⁊ aufugerūt in arcem. Gentes autē que cū eo erāt: cōuentione facta cū hoſtibus dimiſſe fuerūt: ſaluis earū perſonis ⁊ ſubſtantijs. Remāſit autem dictus dñs Jacobus obſeſſus in arce a copijs Vene-torum cū quibuſdā. Ad quā obtinendā quū preliarent: occiſio nes ⁊ damna ſecuta ſunt multa in obſidentibus ⁊ obſeſſis balliſtis bombardis ⁊ alijs vijs. Tandē cōuentionem dict⁹ dñs Jacobus fecit cū Venetis tradere fortalitia certis pa ctis: ſed prius voluit habere ſaluū cōductum ab eis eundi Patauium ad patrem: ⁊ in reditu ea tradere promiſit. Et quū ipſum ſaluū conductū liberū obtinuiſſet: pergens ad patrē in via anteq̃ applicaret/captus eſt a gentib⁹ Vene-torum: pro eorum excuſatiōe dicendo q̃ nō obſeruaſſet ꝓmiſ ſa. Captus vero miſſus eſt Venetias ⁊ carcere aſſeruatus. Eodem tempore q̃ copie Venetorum circa Patauiū inſiſte bant deuaſtationi frugū: propter hoc populus Patauinus hoc non eque ferens ne famem incurreret: tumultum fecit: ſed dñs Franciſcus ſuo opere ⁊ induſtria quietauit eum. Et animaduertens periculum ſuum queſiuit concordiā face re cum Venetis. Sed q̃ petitiōes Venetorum nimis erāt graues ⁊ difficiles: ideo nihil eſt cōcluſum. In menſe autē Nouēbri quū Veneti tenuiſſent Patauiū obſeſſum per plu res mēſes: adeo q̃ defecerāt eis victualia neceſſaria: quum dñs quereret ſe cōcordare cū capitaneo Venetorum: interea populus tumultuans contra dominum tradiderunt ſe Ve netis introducentes gentes eorum. Fugiens autem ipſe cum tertio filio ei⁹ capti ducti ſunt Venetias: ⁊ carceri vbi erat alter fili⁹ eius adiudicati. Poſtea in fine Januarij fecerūt eos veneficio vitam finire ⁊ viliter ſepeliri: quod ad ſeuitiā non modicam imputatum eſt eis.

¶ De Gregorio. xij. papa/⁊ Alexandro. v. papa: ⁊ quibuſdam geſtis diuerſorum partium terre. Capitulum. v.

Anno domini milleſimo cccccvi. menſe nouembri Innocentius ſeptimus migrauit ad dñm: graui infirmitate a dño vi-ſitatus. Poſt cuius honorabiles exequias mo-re ſolito celebratas: cardinales cōuenientes ſe oēs obliga uerunt ſub grauiſſimis iuramentis ⁊ ſolēnibus: ⁊ q̃ quiſq̃ eorum eſſet electus: laboraret ad tollēdum ſchiſma ⁊ vnio nem eccleſie procurandā. Et ingreſſi cōclaue intra paucos dies elegerunt in pontificē ſummū patriarchā Conſtanti-nopolitanum natione Venetū ⁊ nobilē ſm ſeculum iam ſe ptuagenariū. Qui ex Angeli priori vocabulo aſſumpſit ſi *Grego.*
bi ex papatu Grego. nomen. xij. ei⁹ noīs. Fuit vir iſte a pue *xij. papa*
ritia magne ſanctimonie ⁊ ſapientie. Hic electus iterum et denuo fecit iuramentū ⁊ votum oīa facere ſibi poſſibilia ad vnionem eccleſie dandum. Ut aūt fuit tranſitus Innocen *Joānes*
tij Florentie nuntiatus: vir religioſus ordinis predicatorū *cogno-*
per cuncta laudabilis frater Joannes Dominici: egregius *mēto Do-*
predicator: potens in opere ⁊ ſermone coram dño ⁊ omni *minici*
populo: qui pluribus continuatis quadrageſimis Floren *ordinis*
tie predicauerat in eccleſia cathedrali ⁊ ſancte Marie no- *pdica-*
uelle/⁊ bis in die cū maxima gratia ⁊ fructu: ⁊ ꝓpter fragrā *torum.*
tem odorē ſanctitatis eius ⁊ facundiā ⁊ ſapientiam: ⁊ vt ſeruē dus zelator eccleſiaſtice vnitatis: ⁊ tunc morā rare ne cum

multis fratribus in conuentu ſancti dominici Feſulanen-
ſis dioceſis ab eo funditus edificato: acceſſit ad magiſtra-
tum Florentinum: exhortans ipſum ⁊ perſuadens operam
dare cum eligendo pontifice pro vnione facienda. Qui eū
non ſurda aure audientes/ decreuerunt communi concilio
ipſum ad curiam deſtinare: futuram electionem preuenien-
tes. Quo facto: pedeſter ⁊ humilis ⁊ pauper Romam profe
ctus eſt: inuenitq̧ quum applicuiſſet/ conclaue cardinales
intraſſe. Quamuis enim mortuo Innocentio in ambiguo
eſſent procedere ad electionē: vel potius ſuperſedere ⁊ ex
pectare ſi forte Benedictus vellet renuntiare poſt literas
ad eum directas: vt vel ſic congregato vtroq̧ collegio car-
dinalium ab oībus ſimul vnus poſt renuntiationem illius
eligeretur: ad quam vnionem efficiendam principes ⁊ con
munitates chriſtianitatis pluries vtrūq̧ rogauerant: de-
mū cōſiderātes pericula magna que poſſent contingere in
tali mora que breuis eſſe non poterat: ⁊ iterum nullo preſi
dente ex illa parte cōfuſio ⁊ ruina poterat formidari diuer
ſis ex cauſis: demum decreuerunt electionem ſequi per chi
rographum: facta promiſſione iuramento ⁊ voto a quocū-
q̧ cardinalium: vt ſi contingeret eum eligi, daret omnē ope
ram ⁊ diligentiam abſq̧ fraude ⁊ dolo vllo ad vnionē effi-
ciendam: etiam ſi oporteret eum propter hoc papatui cede
re. Electo igitur Angelo et Gregorio .xij. nuncupato: imme
diate renouauit ipſe promiſſionem iuramenti ⁊ votum qđ
ipſe cum ceteris ante electionem fecerat. Quod quum per
literas ſignificari mandaſſet principibus ⁊ communitati-
bus plurimis: omnes gauiſi ſunt gaudio magno valde ſpe
future vnionis eum ad celum extollentes. Prefatus autē
frater Joannes Dominici in publico poſtmodum conſiſto-
rio opportunitate ſibi data: ex parte communitatis Florē
tine coram Gregorio ⁊ cardinalibus tam ſcientifice ꝙ lucu
lenter ſermocinatus eſt: ſupplicās: exhortans/ ⁊ perſuadēs
rationibus pluribus ipſam vnionem quantum in eo erat
conſequendam: ad qđ cōmunitas ipſa offerebat ciuitates
ſuas ⁊ caſtra pro loco: ⁊ omne auxilium ⁊ fauorem. Paulo
poſt Florentini miſerunt quatuor ſolennes viros in orato
res. ſ. dñm Jacobum Altouitam epm̄ Feſulanum ordinis p̄
dicatorum: dominū Maſum Albitiū: ⁊ dñm Rainaldum
Ganfiliazum milites: ⁊ Honofrium Strozum: ad viſitan-
dum pontificem ⁊ congratulandū de promotione ſua: et re
uerētiā vt ſummo antiſtiti exhibendā vt moris eſt. Qui ho
norifice ſunt ab eo ⁊ curia tota recepti: ⁊ gratiſſime auditi
quū idē deprecarētur: ſc3 efficiendam vnionē. Cognoſcens
autē Grego prefati fratris Joan. ſcientiam: ſanctam cōuerſa
tionē ei⁹ in dño: cuius olim familiaritatē habuerat Vene
tijs quū in minoribus eſſet: nec ignorās ſapiētiā/ facūdiā/ et
induſtriā ei⁹ in agendis (erat em̄ tenaciſſime memorie: vt
pene oīa in mente recenter haberet: qui fere cuncta pie
gerat ei mādauit vt a curia nō recederet: frequenter accer
ſiri faciens in conſilijs ſecretis.

§. I. Statim ergo Gregorius ad
uerſario ſcripſit Benedicto nuncupato: benigne ad pacem
illum inuitans: et ad abdicationem mutuam offerens. Ad-
uerſarius totidem fere ſyllabis reſcripſit. Eadē inuitatio
fuit: eadem cohortatio. Tractatur de loco vbi ſimul ha-
beāt cōuenire: Et poſt ↄuenitū de ciuitate Sanona quaſi
in medio conſtituta: ⁊ ad quā p mare ⁊ terrā eſſet acceſſus.
Et vt ſequi videatur effectus: incipiunt appropinquare.
Recedit ab vrbe Gregorius Senas pergens ⁊ exinde Lu-
cam: Benedictus vero Genuam. Interea patefacte ſunt
Gregorio a fide dignis inſidie ſibi parate Sanone a Be-
nedicto: et ciuitas illa pro ſe munita. Erat enim ille Bene-
dictus/ etſi literatus/ calidiſſimus hominum: verſipellis:
⁊ ſuis aſtutijs vt anguilla de manibus ſtringentis elapſa.
Gregorius autem vt agnus innocens ⁊ ſine felle columba
Percipiens ergo Gregorius aduerſarium non vere quere
re vnionem ſed ſui ſubuerſionē vt ſolus remaneret in ſede
Petri mutauit vt ſapiens propoſitum ſuum in eundo Sa-
nonam. Et ꝗuis quidam dixerint ꝙ trepidauit timore vbi
non erat timor: ⁊ has ſuſpitiones immitterent ſui: vel ipſe
ſimularet: ne papatum dimitteret: non ſic alij viri timorati
nos ſic: ſed ꝙ iuſtam cauſam timoris ⁊ deceptionis habue
rat. Miſerunt nihilhominus nūtios ⁊ literas alter ad alte
rū tractantes de alio loco: ⁊ nūq̧ cōuenire potuerūt. Bene
dictus vt magis ſimularet intentionē ſuā ⁊ votū ad vnio
nem efficiendam: ad huc ad Gregoriū magis appropinqua
uit/ ad portum Veneris veniens. Gregorius autem Luce
permanſit per plures menſes: ibiq̧ creauit quatuor cardi-
nales: ſc3 prefatum Joānem Dominici: quem prius archi-
epiſcopū Raguſinū inſtituerat nō illo querentē: ſed renuē
tem: preualuit tñ voluntas pōtificis: ne diuine volūtati vi
deretur obſiſtere. Scđs fuit dñs Antonius nepos ipſius
Gregorij Bononienſis primo ab eo epūs factus. Tertius Ga
briel etiam Venetus ⁊ dicti Antonij ſocius indiuiduus p̄us
Senenſis epiſcopus. Et hi duo ex religione Celeſtinorum
ſeu cōgregatione que Venetijs habetur/ fuerunt aſſumpti
viri timorati ⁊ mūdi contemptores: qui poſt Martinū ſuc
ceſſit in pontificatu vrbis dictus Eugenius: vt infra pare-
bit. Quartus fuit vir etiam multū religioſus ⁊ prob⁹ epūs.
Dictā tñ promotionē cardinalatus aliqui multū egre tule
rūt. Oratores pluriū pncipū Luce exiſtētes ſuadebāt Gre-
gorio vt iret Sanonā: ⁊ precipue regis Francie: q̄ merito
habebant ſuſpecti: q̄ aduerſario adherebat. Alij cōtrariū
conſulebāt: q̄ nō eſſet tut⁹ acceſſus Gregorij: vt Ladiſlaus
rex Appulie ⁊ alij intimi amici ⁊ timorati viri. Et quū poſt
multam practicā de loco cōuenire nō poſſent: ⁊ iam res de-
ſperata eſſet de vnione: creauit Gregori⁹ ⁊ alios plures car
dinales viros prudentes probos ⁊ peritos: ⁊ inter ceteros
magiſtrū Lucā ordinis humiliatorū ab eo pri⁹ Feſulanum
epm factū decrepite iam etatis: ſed magni ↄſilij virū: ſacre
theologie pfeſſorē peritū ⁊ magne fame pbitatis. Quod etiā
magis conturbauit cardinales antiquos ſuos.

§. II. Sublata igitur ſpe oīno
cōueniēdi ſimul inter Benedictum ⁊ Gregoriū: ⁊ cardinales
priores dum adhuc Luce eſſent: vnde ⁊ propinqui cardina
libus Benedicti habuerunt ſecretum tractatum adinuicē
vtriuſq̧ pontificis cardinales recedendi ab eis ⁊ vt in ali-
quo loco cōuenientes celebrarent generale cōciliū: vocan-
tes ad id oēs prelatos eccleſie. Quod executioni cito manda-
runt: recedētes illis Luca: ⁊ alij a portu Veneris ad terras
declinantes Florentinorū. Hic receſſus cardinaliū qui fuit
occultus (timebāt em̄ ne Gregorius faceret eos capi vt cō
ſpirantes ↄ eum) factus fuit anno dñi. Mil. cccc viij. menſe
Maij. Et primo conuenerunt aliqui eorū cū illis Benedicti
in Liburno: ⁊ ſequenti Junio mortu⁹ eſt Piſis cardinalis
Florentinus a de Acciaiolis. Gregorius aūt cū paucis crea-
tis ab eo cardinalibus reuerſus eſt Romā: ⁊ alter cum pau
cioribus in Franciā. Sup ea re Florentie diutius eſt diſpu
tatū p venerabilē virū dñm Laurentiū de Ridolfis militē
⁊ vtriuſq̧ iuris egregiū ⁊ famoſum doctorē/ cathedrā tenē
tem Florentie. Vtrū preſuppoſito p cōſtanti: ꝙ ambo pō-
tifices ſcandalizarent totā eccleſiā ex violatione manifeſta
pmiſſionis iuramenti ⁊ voti faciende vnionis eccleſie: quū
non darent ad hoc operā: ſed ſimulabant colludentes adin
uicem: ſicq̧ peſſimū ſchiſma valde eccleſie nociuum iam in-
ueteratum permanebat: poſſent cardinales cōuocare cōci
lium: ⁊ citato vtroq̧ ad veniendum ad ipſum non parentes
ſed in ↄtumacia perſiſtentes poſſent deponi: ⁊ ad alterius
electionem procedi. Ubi poſt longam diſputationem pro ⁊
contra per triduum factam in preſentia plurimorū doctorū
in theologia ⁊ iure vtroq̧/ nullo contradicente: ſed oībus
annuentibus/ determinatum fuit per illum licite ⁊ canoni-
ce fieri poſſe. Sed probandum erat preſuppoſitum in que-
ſtione eſſe verū. Nam etſi verū iudicari vel credi poſſet ex
parte Benedicti viri callidi ⁊ ambitioſi: qđ poſtmodum de
clarauit rei euentus (nam poſt conciliū Conſtantie in quo
tota chriſtianitas conuenit: etiam qui erant de obedientia
Gregorij: ille ſolus pertinax fuit: nec cōparere: nec mittere
voluit: nec renūtiare: ſed in ſuo ſchiſmate ſolus permanēs
deceſſit) tñ de Gregorio non idem apparuit: licet vulgus ex
diuulgatione cardinalium ⁊ aliquorū hoc ſentiret: ſcilicet
ꝙ colluderet vel ſimularet: qui imo cōtrarium oſtenſum
eſt. Nam concilium Conſtantie celebrandum ipſe approba-
uit: ſuos cardinales miſit: ⁊ quia decrepitus erat: ire nō va
lens procuratorem miſit Carolum Malateſtam ad renun-
tiandum. Nec tranſgreſſor iuramenti vel voti iudicari de-
buit: ſi non debito modo agere potuit quod promiſit alio
ei inſidiante: vt nondum clarificatus de iure ſuo id ſibi ſoli
vſurparet. Firmata igitur concluſione illa vt vera que in-
certa erat: conuenientes vtriuſq̧ pōtificis cardinales con
ferentes de loco determinando pro cōcilio celebrando vni
uerſaliter decreuerunt ciuitatem Piſarum vt locum aptiorē
cui rei cōmunitas Florentina conſenſit. Unde ſignificātes
geſta per nuntios ⁊ literas vocarunt ad concilium celebrā
dum Piſis omnes epiſcopos prelatos ⁊ principes ac com
munitates: exhortantes admittendum ad ipſum oratores
ſuos ac ſubtrahendum obedientiam a pontificibus illis: et
quos etiam citauerunt ad eundum illuc. Quibus peractis
paulatim ceperunt principes ⁊ communitates obedientiā
illis auferre de territorijs ſuis: Veneti in Italia ⁊ alij
etiam ſubſequentibus regionibus ⁊ dominijs ⁊ communi
tatibus: etiam ipſe imperator Sigiſmundus rex Ungarie
qui tunc erat nō multo ante nouiter electus mortuo ger-
mano

Cardinales a bñdicto et Gregorio diſcedūt ↄciliū piſis celebraturi.

mano eius Ladiſlao rege Bohemie: ⁊ depoſito prius ab imperio propter inutilitatem ⁊ multiplicem exceſſum: ac etiã Roberto qui ei ſucceſſerat ſed non coronatus defuncto: ⁊ cõcilio celebrando adheſit. Remanſit autem in obedientia et reuerentia Gregorij rex Appulie Ladiſlaus cũ ſuis: ac etiã quedam ciuitates Italie: precipue que erant eccleſie. Cum Benedicto autem pene nullus: a cunctis nempe fuit derelictus: niſi forte a rege Aragonum. Mare autem per nauem ingreſſus fecit quatuor cardinales nouos: ⁊ excommunicauit regem Francie ⁊ omnes alios qui receſſerãt ab obedientia ſua vt rebelles eccleſie. Gregorius autem cum gentibus armigeris Florentinorum pro ſui ſecuritate datis etiã obſidibus a Florentinis: ex Luca Senas: deinde ad vrbem reuerſus eſt excommunicans ⁊ pileo ⁊ omni dignitate et beneficijs priuans oẽs cardinales qui contra eum conſpirauerant recedentes ab eo: vt hereticos ⁊ ſchiſmaticos: ac etiam per orbem ſignificauit regibus ⁊ principibus de coniuratione eorum ⁊ indebito receſſu ab obedientia eius: vt non acquieſcerent nec crederent verbis eorum: quod tñ parum profuit omnibus ferevt dictum eſt geſta eorum approbantibus. ℭ Quia vero vrbs Romana erat in magnis ſeditionibus ⁊ rixis: Gregorius cum curia ſua de beneplacito regis Ladiſlai profectus eſt Caietam / vbi aliquandiu moram traxit. Sed quia in collatione beneficiorum ⁊ epiſcopatuum Gregorius vt iuſtus ⁊ timoratus nolebat regi obedire frequenter iniuſta petenti: ⁊ rex nil regalis cõditionis habens aut diuini timoris / priuatus omni pietate ⁊ fide vt caſtra continue ſequens ambitione ſubmerſus ad dilatandum imperiũ per fas ⁊ nefas demũ anno. M.cccc.ix. vel. M.cccc.x. licentiauit eum a regno: qui per mare tranſiuit cum curia ad Ariminum: vbi a Carolo domino Ariminenſi cũ omni honore ⁊ gaudio receptus eſt: qui ſolus perſeuerauit cum ſuis in obedientia Gregorij vſq ad renunciationem eius. Nam veneti: etſi diſtuliſſent ſubtrahere obedientiam ⁊ fidem a Gregorio: tamẽ celebrato concilio Piſis ⁊ creato Alexandro vt dicetur: quũ plures reges ⁊ principes ac etiam oratores deſtinati a concilio ⁊ Alexandro accedentes Venetis perſuaderent ad obedientiam ⁊ reuerentiam exhibendam Alexandro ⁊ non alteri: ipſi Veneti vt viri graues in agendis: collectis quos habere potuerunt ſibi doctoribus ⁊ magiſtris peritis in theologia ⁊ iure ad tractandam materiam ⁊ indagandam: in hanc ſententiam conuenerunt: Alexandro vt vero ⁊ indubitato paſtori eccleſie fore obediendũ: ⁊ eũ in omni reuerẽtia habendũ. Qđ ⁊ fecerunt. Interea quũ rex licentiaſſet Gregoriũ: Raguſinus cardinalis dominus Joãnes Dominici: vir magni animi ⁊ ſani cõcilij: de voluntate Gregorij in habitu trãſformato. ſ. ad modũ cuiuſdã plebani ſeu decani: per nauiculam fecit ſe deferri ad locũ vbi imperator Sigiſmũdus dicebatur eſſe: ⁊ ad eũ accedens ⁊ ſe manifeſtãs / cum eo ſecrete tractauit de modo tenendo in ꝯgregãdo cõcilũ aliud: vbi ex toto auferret ſchiſma qꝛ vbiq p Piſanũ ꝯciliũ vel cõciliabulum (quia nõ eſſet authoritate alicuius eorum qui ſe gerebant pro pontifice congregatum) nõ erat ablatũ ipſum ſchiſma ſed augmẽtatum: ⁊ ex duobus vel tribus iam ſe pro papa gerentibus. Inde alio recedens reuerſus eſt Ariminũ: quo ſe iam Gregorius cum ſuis contulerat.

§. III. Cõgregatione igitur facta pro cõcilio Piſis tempore ſtatuto

de diuerſis regnis ⁊ nationibus aduenientes numerati ſunt multi prelati. Et relatione olbus facta de ſcandalo qđ inferebant duo illi pontifices colludẽtes adinuicẽ: ⁊ nolẽtes vnionẽ eccl'ie querere prout ꝑmiſerant: decretum eſt vt oratores mitterent ad vtrũq: vt ad locum accederẽt: quorũ operã Benedictus deriſit: dicẽs cõtrouerſiã fore de iure papatus inter ſe: ⁊ Grego. ⁊ nihil ad eos ſpectare de re ipſa. Gregorius vero reſpondit nõ ad eos pertinere congregare ꝯcilium: ſed ad ipſm vt pontificẽ Romanum: qđ ⁊ celebrare volebat nõ Piſis: ſed in alio loco: videlicet in foro Julij circa Aquileiam: ipſoſq cardinales eum ſequi debere ad locum: nõ ipſe eos: qꝛ non decet a capite mẽbra diſcedere: ſed oĩa mẽbra caput ſequi. Unde ipſe Greg. cũ curia ſua etſi parua ad locũ determinatum ⁊ prelatis prin. ipibus ⁊ cõmunitatibus publicatũ acceſſit tpe ſtatuto. Sed ſolũ de obedientia ſua prelati q̃ adhuc vigebat in regno / ꝓfecti ſunt: alijs potius ad Piſanam ſynodum vel cõgregationẽ accedentibus. Ibi breuiter expleuerunt que viſa fuerunt eis expedientia illi negotio. Cardinalis Raguſinus inter ceteros adſiſtentes ab vno ex familiaribus ſuis ab aduerſarijs corrupto veneno potionatus vix mortem euaſit: ⁊ infirmatus grauiter: ⁊ ex vi veneni pellem vetuſtam dimiſit vt ſerpens. Ex concilio aũt ipſo redeuntibus Ariminum: in via parate fuerunt Gregorio inſidie ad capiendum eum. Quibus ſibi ſecreto inſinuatis: in habitu transformato cũ paucis alijs preceſſit: nos vt papa: aliuſq ſecutus in apparatu papali ⁊ comitiuis non modica illius ſe fingens captus eſt. Sed cognito eum non eſſe: dimiſſus eſt nõ ſine iniurijs. Sicq manus illorum euadens in noĩe dñi Ariminũ cũ ſuis reuerſus eſt. In tot aũt aduerſis ⁊ perſecutionibus tam ꝯſtans ⁊ magnanimus fuit: vt nil videretur de his curare: ſciens qꝛ ſm ꝓphetiam non eſt malũ in ciuitate: ſcʒ mundi: qđ non fecerit dñs: ⁊ de malo pene intelligendo: aut etiam de malo culpe: non agendo ſed permittendo. Sic fixus erat in his que ſibi cõſcientia dictabat: vt nullus poſſet eum a ſuo propoſito reuocare: ſic modeſtus: vt pbs videretur: ſic ſapientie deditus: vt a ſpeculatione ⁊ diſputationibus nõ ceſſaret. Cõgregati interea Piſis proceſſerũt in cepto ſuo. Poſt legitimas enĩ modo ſuo citationes / non cõparentes ſed cõtumaces: ⁊ cõtra eos ſulam depoſitionis ⁊ priuationis ꝓtulerunt Grego. ⁊ Benedictũ: ⁊ vt hereticos et ſchiſmaticos ꝓhibentes chriſticolis cũctis ne quẽ eorum papam nolarent: aut tanq̃ Romano pontifici obedirent. His peractis ad electionẽ alterius ꝓceſſerũt. Unũ cõclaue igreſſi cardinales vtriuſq partis: more cõſueto pertractãtes rem ipſam: elegerũt in preſulẽ ſummũ Petrũ de Candia cardinalẽ Mediolañ. ordinis minorum: virũ vtiq valde peritũ in theologia ⁊ ſpeculatiua: hũc nõiarunt Alexandrũ .v. anno dñi. M.cccc.ix. Qui anno vno ſedem Petri tenuit: ſm cõem opinionẽ. Et Piſis nõ multo poſt Piſtoriũ acceſſit: ex q̃ diebus aliquibus tranſactis Bononiam ſe tranſtulit. Ad eum accedens Ludouicus dux Andegauie filius alterius Ludouici: qui cum Carolo tertio de regno contenderat: ſed non preualuit: ⁊ veneratus eſt vt papam. Tandem migrauit a ſeculo (vt dicitur) toxicatus in clyſterio.

§. IIII. De iis que acciderũt tẽporibus ſupradictis in Lõgobardia / Tuſcia / ⁊ regno ⁊ principibus ⁊ cõmunitatibus alijs: ⁊ videndum eſt breuiter.

Superiori tẽpore. ſcʒ anno dñi. M.cccc.vij. quum Paulus Urſinus capitaneus multitudinis magne bellatorum in diſſenſione ⁊ turbatione maneret cum Gregorio papa: ⁊ eo q creditor eius exiſtens in. lx. millibus florenorum ⁊ vltra tũ ratione ſtipendij / tum ratione mutui ſibi facti in ſua coronatione: nil ab eo habere valebat pre paupertate: qꝛ habens ſub ſe duo millia equitum / nõ habebat ad nutriendum eos receſſit ab vrbe: ⁊ ad caſtra ſua perrexit verſus vrbẽ veterẽ. Poſtea requiſiuit ciues Tuſcanelle qui amici ſui erant: vt reciperẽt in ciuitate ꝯs aliquos ex ſuis ſtipẽdiarijs. Qui eos recipientes honorabiliter tractauerũt in domibus ſuis locantes. Non multo poſt perſonaliter cum reliquis ſui exercitus illuc profectus: vt mus in pera: ignis in ſinu / ſerpẽs in gremio / remunerauit hoſpites ſuos. Nam ꝓditorie vſurpans ſibi dominiũ ciuitatis predatus eſt eos / opponẽs eis pro excuſatione tanti ſceleris: q quererẽt proditionẽ eius. Audiuit Greg. ⁊ ingemuit ſed quid remedij afferret nõ habuit. ℭ Rex Ladiſlaus quũ in Appulia obſideret ciuitatẽ Tarentinã in qua dominabatur duciſſa vxor olim dñi Raimundelli de Balzo cũ filijs ſuis comitibus Licij / poſt multa prelia adinuicem geſta / demum concordiam cum ea fecit per hunc modũ / qꝛ illam (quũ ſpecioſa eſſet licet iam annorum. xxxviij). Neapoli duxit vxorem cum filijs Tarentum accipiens. Hec vocata eſt regina Maria / que longo tempore regi ſuperuixit ad ſua reuerſa. Aliam quoq vxorem habuit ante filiam regis Cypri / quã dicitur veneno extinxiſſe nullum ex aliqua filium habẽs. Ueneno ⁊ ipſe potionatus quum eſſet adoleſcẽs / exenteratis mulis calidis intromiſſus: maliciam virus eiicit. Siue autem ex eo ſiue ex cauſa alia quaſi balbutiens non prompte verba valebat exprimere. ℭ Ludouicus de Miglorotis nepos olim Innocentij pape / rebelles eccleſie ⁊ eius paſtori / quum multas ciuitates ſibi vſurpaſſet in Marchia / cernens ſe inſufficientẽ ad reſiſtendũ poteſtati eccleſie: amicitiam ⁊ concordiam cũ rege Ladiſlao iniit. Pro cuius rei federe Aſculum poſtq expoliauit ei conceſſit. In eius quaſi cõpenſationem rex eum comitẽ inſtituit Monopolis: ⁊ quorũdam circa illud caſtrorum. Sed nõ multo poſt rex ei abſtulit ſub aliquo pretextu. ℭ Menſe Junij eiuſdẽ anni Joannes Columnenſis ⁊ dñs Nicolaus eiuſdem familie cum pluribus alijs nobilibus ex Romanis: ad inſtantiam regis Ladiſlai quum ei ſpem dediſſent dominium vrbis ſibi tradendi nocte ingreſſi ſunt vrbem cum quadringẽtis equitibus ⁊ totidem peditibus tumultuantes: ⁊ diſcurrerunt cum clamoribus per ciuitatem exiſtimãtes: q populus Romanus inſurgeret in eorum fauorem. Sed cogitatio eorum maligna fellit eos in foueam incidentes quã fecerant. Nam ppl's ſubito correptis armis proceſſit cõtra eos / coniungens ſe cũ Paulo Urſino qui in

Gregorio tenduntur inſidie.

Alexander. v. papa.

Paulus Urſinus Gregorio pontifici infenſus

Ladiſlaus rex q̃ arte vix euaſit veneni.

vrbe erat ad ſtipendiũ eccleſie cũ mille equitib⁹: inſultũq
fecerunt cõtra Colũnenſes cum ſuis: ⁊ eos cito ſuperantes
ab vrbe expulerunt. Ceperuntq; Joãnem Colũnam ⁊ Nico
laum et alios plures: qui oẽs captiui fuerunt Pauli Urſi-
ni. Rex autem Ladiſlaus cũ exercitib⁹ ſuis ad menia vrbis
expectans rei proſperum ſucceſſum, eius nullum ſignũ vi
dens non eſt auſus ingredi: nec aliquod ſubſidium in tali
conflictu Colũnenſibus preſtitit/timens audaciam populi
Romani. Hoc tamẽ emolumenti rex percepit: ꝙ quum ali-
quis cauſa.lxxx. et equitibus Pauli Urſini ciuitatẽ egreſ-
ſi fuiſſent: ⁊ ignorantes factũ regis obuiaſſent ei capti ſunt
ab eo. Quum igitur intentum a rege non habuiſſet effectũ
cum copiis ſuis receſſit multum ſe elongans ab vrbe. Pau
lus vero Urſinus, poſt hec ad caſtra ſua acceſſit: ab eis exi
gens multa milia florenorum: Jpſa vero nocte Grego. cum
cardinalibus ſuis aufugit in caſtrum ſancti Angeli: et ali-
qui etiã Uiterbium ierunt. Sed ⁊ mercatores in magno ti-
more fuerunt ne prede exponerentur. Poſt hec menſe Au-
guſti Grego. conſignatis quibuſdam terris eccleſie Paulo
Urſino quo ſcʒ ad reditus pape pro ſatiſfactione ſeu debi-
to ei ſatiſfaciendo. Uiterbiũ/exinde Senas venit: vbi quũ
aliquandiu maneret cũ cardinalibus: multi reges ⁊ princi-
pes miſerunt legatos ad eum. Et aliqui quidẽ ⁊ rex Anglie
rex Appulie/imperator/⁊ aliqui alii/diſſuadebant eius ac-
ceſſum Saonã: propter qđ ab vrbe diſceſſerat: allegantes
cauſam q: ciuitas illa nimis erat in poteſtate regis Frãcie
⁊ ab aduerſario vt callido viro caperetur ⁊ deiiceretur. Alii
vero ſuadebant pgreſſum eius ad eum locũ vt tutũ nõ du-
bium: vt rex Francie: Florentini/oratores Benedicti. Ue-
neti dicebãt aliũ locũ eligendũ nõ ſuſpectũ. Sic tñ perple-
xus Greg. Lucã pergens/magis ad locum appropinquauit
Nihil vt ſupra dictũ eſt. ¶ Eodem anno quũ dñs Franciſcus de
non ſua Caſali poſt Huguitium defunctum dominũ Cortonienſem
det re- ſumpſiſſet dominium Cortonii: et ſatis prudenter regeret
gnandi amicus Florentinorũ: menſe Octobris Aloyſius frater ei⁹
libido. pſobrinus cũ quibuſdã cubiculariis ipſius dñi Franciſci in
quadam venatione tractauit ⁊ conſpirauit in mortem dicti
dñi Franciſci. Qđ ⁊ perfecit. Nam vna dierũ in palatio ſua
in ciuitate conſpirantes interfecerũt eum nil tale ſuſpican
tem multis vulneribus afficientes: vxor autẽ eius quũ cla
maret ſuccurſum petens: in capite vulnerata eſt. Populus
autem hec ſentiens arma corripuit. Aloyſius vero ad ſedã
dum populũ ⁊ quaſi timorẽ ei incutiẽdũ/iuſſit corpus illõ
ſic perforatũ p feneſtras ad terrã pĩici in plateam. Quo fa
cto vnuſquiſq; timẽs ſibi/reuerſum eſt in domũ ſuã ⁊ Aloy
ſius dominium Cortonii aſſumpſit.

§.V. Rex Ladiſlaus anno dñi

M.cccviii. Romã cepit. Paulo eñ ante exercit⁹ regis qui
erant in marchia Anchonitana: quorũ dux erat comes Car
rienſis: cõtinue ciuitates eccl'ie capiebant ⁊ iam Eſculum
(vel Aſculũ) poſſederat. Dñs etiã Camerinenſis cernẽs nõ
habere ſe poſſe ſuccurſum a põtifice: pcordiã cũ rege iniit:
aliiq; plures dñi circũſtantes. Uidens igitur rex q: tempus
eum iuuabat: ⁊ ad votũ ei proſperitas arridebat: decreuit
Romã capere ⁊ ſuo dñio ſubiugare. Et prius queſiuit per
oratores a Florentinis ⁊ obtinuit quod nullũ pſtarẽt ad
iutorium Romanis aut pontifici in aggreſſu huius rei: nec
impedimenta preſtarent. Menſe ĝ Martii ad vrbẽ appli-
cuit cũ.xii. milibus equitum ⁊ totidem peditũ: nõ quidẽ in-
greſſus in eã: ſed caſtrametat⁹ circa eã. Sed ⁊ quatuor ga-
leas armatas poſuit in faucib⁹ Tyberis. vt nil inde poſſet
victualium deportari in vrbẽ: ppter ꝙ citiſſime penuria
nõ modica in vrbe orta eſt. Ad defenſionẽ vero ciuitatis in
tus erat Paulus Urſinus cũ copiis ſuis. q tñ continue pra
cticã gerebat occultã pcordandi ſe cuʒ rege. Colũnenſes et
Sabelli alii plures ab intra cuʒ rege ſe intelligebant. Mẽ
ſe autem Aprili miſit rex exercitum ſuum ad fauces Tybe
ris vt caperet ciuitatẽ Oſtiã. Ciues autem eius quum non
ſperarẽt ſuccurſuʒ ab vrbe: poſt aliquam repugnantiã eam
in dominium eĩ tradiderunt. Oſtia capta ⁊ concordia cuʒ
Paulo Urſino habita: reuerſ⁹ eſt cũ exercitibus ſuis ppe
vrbem. Quãuis aũt pars copiarũ Pauli aliqua leuia bel-
la gereret cũ gẽtibus regis: tñ nocte Paulus ipſe ad regeʒ
in caſtra acceſſit ad danduʒ modum captionis ipſius vrbis
⁊ plures Romani ex Columnenſibus/Sabellis/⁊ aliis. Die
igitur.xxiii. Aprilis pars exercitus regis in vrbẽ introdu-
cta eſt. At ppl's Romanus aiaduertens pditionem Pauli
⁊ aliorũ: ſubito deſtinarunt oratores ad regẽ in caſtra ſibi
Ladiſla libere tradentes ciuitatem. Quo facto rex Appulie Ladiſ-
us rex laus.xxv. Aprilis dicti anni ingreſſus eſt vrbẽ cũ oĩb⁹ gẽti
cepit bus ſuis cum magno triũpho: cepitq; dñium eius: ⁊ de equo
Romã. deſcendens habitationẽ conſuetam camerario pape ad ha-
bitanduʒ iuxta palatium pape ingreſſus eſt. Eademq; die
Capitolium in deditionem accepit ⁊ alia fortalitia vrbis.
Officialiũ vero prior; vrbis vnuſquiſq; deſcẽdit in domum
ſuã: ⁊ vt priuata pſona. ¶ Eodẽ tpe preparata fuerat claſſis
Genuẽſium.xiii. galearũ bene munita. Sed eos recedentes
a Genua ex tempeſtate ſuperueniẽte oportuit declinare ad
portũ Ueneris. Jllic autem ſuperſedẽtes certificati ſunt ꝙ
rex Ladiſlaus iam Romã obtinuiſſet: quãobrẽ reuerſi Ge
nuam data tranquillitate depoſuerũt armamẽta. Nam p-
pterea mittebant Romã: q: declaruit/gubernator Genue
tractatũ fecerat cũ Paulo Urſino capiendi Romã p Pau-
luʒ Urſinũ p papa Benedicto. Et forte illud ſecutuʒ fuiſſet
niſi diuina puidentia per tẽpeſtatẽ illã exortã impediſſet.
Et hoc poterat deprehendi dolus Benedicti. Quum hec au
diuit Gregorius: cum letitia nuntiauit cardinalibus. ſcʒ vt
eis innoteſceret malitia Benedicti: qui non vnionem affe-
ctaret: ſed eius oppreſſionem ⁊ ſui exaltationem: ⁊ ideo nõ
facile ei credebat. Nec ex ſe procedebat quin fieret vnio vt
promiſerat: ſed ex parte alterius. ¶ Rex Ladiſlaus capta
Roma ⁊ aliis multis ciuitatibus eccleſie: cum magnis ex-
ercitibus deſcendit in Tuſciam verſus Senas. Quamobrẽ
Florentini miſerunt ad eos legatos ſuos: prius tamen ipſi
a Senenſibus inueſtigarunt de eorum intentione: ſi diſpo
ſiti erant permanere in federe colligationis inito cum eis
⁊ legato Bononie ad defenſionem ſtatuum contra infeſtan
tes eos. Quod quum feciſſent ⁊ inueniſſent eos omnino fi
xos in federe ſocietatis cõtracte: nec ab ea diſceſſuros quã
tacunq; damnificatione eis facta: demum acceſſerunt ad re
gem in caſtra: ac etiam oratores Senenſium habito ſaluo
conductu. Et primo quidem Florentini expoſuerunt quod
eis fuerat iniunctum: in hac videlicet ſubſtantia: ꝙ quum
cõmunitas Florentina ſemper fuerit amica ⁊ affectuoſiſſi
ma ad maieſtatem ſuam ⁊ ſuorum preceſſorum: plurimaq;
beneficia receperit ab eis ciuitas ipſa: ſatis admirabatur
ꝙ ita hoſtiliter copie ſue diſcurriſſent per territorium Se
nenſiũ: quũ ipſi eſſent colligati cum eis ⁊ ſocii: ⁊ in nullo
Senenſes ſuam maieſtatẽ leſiſſent: ſed in veneratione ha-
buiſſent ⁊ haberent. Optabantq; ab eo noſſe animũ ſuum
circa Hetruriam: quũ tñ alias promiſiſſet de prouincia illa
non ſe intromittere. Senẽſes poſtea perorantes quaſi idẽ
expoſuerunt. Et Florentinis quidẽ reſpondit/ꝙ vtiq; obli
tus non erat magne amicitie ⁊ dilectionis ſuorũ circa ciui
tatem illã: ⁊ ipſe etiam eam cõſeruabat. Mitteret in breui
ſuos oratores Florẽtiam: qui exponerent in quo querelas
haberet cõtra eos: ⁊ ab ipſis que requirebat. Senenſibus
autem reſponſum dedit/ꝙ ſue voluntatis minime erat vel
fuerat ꝙ copie eas dãnificarent: ſed nõ poterant tales gen
tes coerceri quin talia agerent: quũ etiã in terris ſuis ideʒ
operarentur. Uerum ad eos deſtinaret oratores ſuos ex-
pmẽtes voluntatẽ ſuam ad eos. His reuerſis ad ſuos pau-
lo poſt venerunt Florentiã legati regis: exponentes quere
las eius magiſtratibus. Jn primis quidem ꝙ ſtipendio cõ Quere-
duxerant Florentini exules Peruſinos contra eum in mar la ladiſ
chia Anchonitana: et quorũ opere damnum ſuſceperat.lx. laiʒ flo
milium florenorũ. Nam quũ papa ei cõceſſiſſet exactionem rẽtinos
pecuniarum que debite erant camere apoſtolice in regione
illa propter deuaſtationes factas a Peruſinis illas nõ va
luerat exigere. Secundo ex eo ꝙ confederationem egerãt
cum legato Bononienſi inimico ſuo: ⁊ copias ei mittẽdo in
auxilium contra eum: quum tamẽ ipſe legatus abſtuliſſet
terras comiti Alberico Barbianenſi eius amico ⁊ confe-
derato. Tertio q: conceſſerant cardinalibus facultatem et
locum faciendi concilium ad deponendum veruʒ ⁊ ſanctuʒ
pontificem Gregorium: quod tẽdebat ad ſui exterminium
⁊ ſuper hoc exaggerabat querimonias. Quarto ꝙ Floren-
tini leſerant dñm Luce ſibi cõmendatum: in querẽdo ei au
ferre montem Caroli: quia non voluerint. His obiectis re
ſponſum eſt a magiſtratu per ſingula: ⁊ non vere ſed calum
nioſe contra eos inuehi: ⁊ maxime de facto concilii: ꝙ ideo
Piſas cardinalibus pro loco concilii cõceſſerant: vt aufer-
retur ſchiſma de eccleſia: ad quod efficiendum quemlibet
fidelium intelligebant teneri operam dare: ⁊ nõ inde alicui
cõmunitati vel principi ſequeretur aliquod detrimentum
ſemperq; ſui ſtatus fuiſſe ⁊ futuros eſſe fauorabiles. Et quuʒ
vltra ea dati fuiſſent aliqui auditores: ſi quã vellẽt expone
re: demum ex parte regis petierunt fedus colligationis cũ
eis ad conſeruationem ſtatus tunc preſentis ⁊ dominii con
tra ipoẽs ei aduerſantes. Qui habito ſuper his a ciuib⁹ con
ſilio: vnanimiter decreuerunt nullã tunc cum eo colligatio
nẽ faciendã. Quãq; res non ita cito expediret: ⁊ ſollicitabant
oratores regis reſponſionẽ faciendã. Et q: arbitrabantur
ꝙ petita nõ exaudirent: ⁊ q: erãt diuerſe opinionis inter ſe:
ideo magiſtrat⁹ ad tollendã eam ſuſpitionẽ congregari fe-
cit in

eſt in cõcilio o&c notabiles ciues: oratoribuſq; preſentib⁹ vt intelligerent aperte voluntatem pp̃li: exponere nullo mõ tunc dictam colligationem cõgrue facere poſſe: ex eo q̃ iaʒ erant colligati cum Senenſibus et cum legato Bonoñ. ea conditione ꝛ pacto: vt cũ nullo alio colligationẽ liceret facere: niſi de conſenſu ſocioꝝ Senenſiũ ꝛ legati: vñ cũ bona honeſtate ꝛ fide non poſſe infringere fedus cũ illis: quum ipſe prius veniſſet hoſtiliter ſine cauſa iuſta ↄtra Senẽſes eoꝝ colligatos. Sed ꝛ ſolitus federibus lige prefatis ſemꝑ excepiſſe in liga domum Francie ꝛ regnum Appulie ꝛ eccleſiam dei: cõtra quos agere nolebant. Sed quũ receſſerint gẽtes ſue cũ eo a territorio Senẽſiũ: tũc poterit aliquid de liga pertractari. Qđ ſi non faceret cogebant ad auxilium Senenſiũ colligatorũ agere contra ipm̃ vt fidẽ ſeruẽt. Receſſerunt deinde legati iſta regi referentes: q̃ parum ei placuerunt. Miſſi quoq; legati regis ad Senẽſes vt requirerent ligam cũ eo contra o&c: aſſerentes ciuitatẽ ipſaʒ velle ſua libertate gaudere: reſpõſa acceperũt in preſentia quingentoꝝ ciuium in concilio ordinatoꝝ: quod non poterant ſine cõſenſu Florẽtinoꝝ cõfederatoꝝ. Audiẽs hec rex turbatus eſt ꝛ oĩs exercitus ei⁹. Qđ ꝛ facto oſtendit. Nam cum ſuis excurſiones egit ꝑpe Senas oĩe damnũ inferẽs. Et deficientibus eis victualibus: nõ multo poſt profectus eſt prope Aretium ad mille paſſus oĩa deuaſtans/ nil rapine ꝛ iniurie omittens. At Florentini non dormiebant: ſed conductas ſtipendio gentes mittunt ad repugnandũ eius nequitie. Ad vnam portã facientes inſultũ copie regis quum ad ingreſſum acriter cõtenderent: qui intus erant reſiſtentes viriliter pepulerũt ab ea. Exinde ꝓfectus vers⁹ Cortoniũ (vel Cortonã) cepit ſecrete tractare cũ eo q̃ dominabatur Loyſio (q̃ vt dictũ ẽ ſupra: occidi fecerat fratrẽ ſuũ conſobrinũ dominantem ante eum) de traditione ciuitatis. Et q꞉ cõfederatus ſeu cõmẽdatus erat Florẽtinis illuc ad eũ ꝓ defenſione miſerãt dñm Jacobũ Gianfiliaʒũ cũ q̃ngentis peditibus. Quuʒ rex per ſuos inſiſteret collectioni aut deſtructioni frugum que iam erãt albe ad meſſem: timentes Cortonenſes ſegetes ſuas auferri: et non minus ad manus Florẽtinoꝝ deuenire: quoꝝ dñium non multũ diligebãt: occulte noctu miſerũt ad caſtra regis ciuitatem ei in deditionem offerentes: diem ſtatuentes qua menib⁹ ciuitatis appropinquaret. Dñs aũt Jacob⁹ ꝑfatus de ea re titubãs cautũ reddidit dñm: ſed obaudiuit: ꝛ q̃rens inde Aretium ire: licentiã obtinere non valuit ab officio. x. Factuʒ eſt ita vt iuxta cõdictum appropinquantibus copijs regis ad menia Cortonenſes ciues eius ianuas aperuere. Quibus ingreſſis captum eſt Cortoniũ ꝑ rege. Nec Loyſius dñs: nec Jacobus cõmiſſarius Florentinoꝝ euaſerũt manus bellatorum: ſed captiui ducti ſunt in caſtra ad regem. Quorum Loyſius miſſus Neapolim diu in carceribus eſt detentus penam luens ſui fratricidij. Jacobus vero pecunia nõ modica a cõmunitate redemptus.

Cortonius capit ladiſlaus

§. VI. Miſerunt Veneti oratores

Miſerunt Veneti oratores ſuos ad regem Ladiſlaum quum adhuc eſſet peruſij: vt perſuaderent ei de pace facienda cum Florentinis: Et quũ tractaſſent negotium cum vtraq; parte videntes rem indiſpoſitã: reuerſi ſunt Venetias: gratijs tñ eis exhibitis ab vtraq; parte de affectu ꝛ labore accepto. Rex auteʒ Appulie animaduertens nõ proſperari opus ab eo intentum: dimiſſis copijs ſuis in diuerſis regionibus in ducatu Spoletano ꝛ patrimonio eccleſie/ in Marchia/ ꝛ peruſio ad bella exercẽda: cum aliquibus reuerſus eſt Neapoliʒ. ¶ In diebus illis quum audiſſent Ludouicus dux Andegauie ꝛ filius ipſius Ludouici qui deſcenderant in Italiam contra Carolum regem Appulie patrem regis Ladiſlai: exiſtens tunc Auinione: oppreſſiones et congreſſus hoſtiles quos Ladiſlaus rex contra Florẽtinos ꝛ eoꝝ colligatos agebat: miſit oratores ſuos Florentiam: exponentes pro parte eius ſe optare colligationẽ facere cũ eis cõtra ꝑfatũ Ladiſlaum occupatorẽ regni ſui: multa offerendo in futuruʒ. Et quia Piſis in cõcilio qđ tũc celebrabat (ſi cõciliũ dici poterat qđ nullius pontificis fuerat authoritate firmatum) erant qui ſuper his habebant plenuʒ mandatum: duo ex decem balie Piſas acceſſerunt cũ oratoribus illis ꝛ cũ habentibus id mandatum: fuit fedus lige initum inter Florẽtinos/ Senẽſes legatum Bononienſem ex vna: ꝛ Ludouicum Andegauenſem regem Appulie pretenſum ex parte altera cum his pactionibus: vt Ludouicus q̃ngentas lanceas et quinque galeas armatas teneret: et Florentini cum ſocijs mille lanceas in offenſionem regis Ladiſlai. His firmatis: Ludouicus notificatione geſtoruʒ ſibi facta: galeas quinq; in prouincia Prouincie armari fecit. Et eis paratis: mare ingreſſus eſt: ꝛ Liburnum cum eis applicuit. Menſe Julij equites per terram Piſas premiſerat. Cui in terram deſcendenti cardinales obuiam proceſſerunt Piſas vſq; aſſociantes. Alexandrum ibi tunc papam creatum viſitauit ꝛ adorauit. Is enim in illo concilio ſeu congregatione fuerat ad papatum ex cardinalatu Mediolañ. aſſumptus. In quo cõcilio cõuenerunt. xxij. cardinales: quorum aliqui fuerunt Greg. alij Benedicti. Tres patriarche. Centum octoginta archiep̃i vel ep̃i. Trecenti abbates. Ducenti octoginta ſacre theologie ꝓfeſſores ꝛ oratores ꝛ mandatarij diuerſorũ principum chriſtianitatis. Ibi congregati poſt citationes legitimas vtriq; pontifici factas (ſi tñ facere q̃bant) vt contumaces ꝛ non comparentes ↄtra eos ſniam ꝓuationis et depoſitionis ꝓtulerunt: hereticos ꝛ ſchiſmaticos declarantes. Poſt que cõclaue ingreſſi dicti cardinales. xxvj. Junij elegerũt ꝛ publicarũt Petrũ de cãdia: quem Alexandrum. v. nominarunt. Ab ipſo igitur Alexandro Ludouicus Andegauẽſis poſtulauit ſibi cõcedi regnum Hierlm̃ ꝛ Sicilie ſibi debitum. Qui cũ cardinalibus habito tractatu poſtulata ꝯceſſit: quũ ſcʒ vacaret dictum regnum: ꝛ ad eccleſiam deuolutũ eſſet. Et q꞉ alias per Benedictum fuerat de dicto regno Auinione coronat⁹: nõ eſt eis viſum cõgruum illud iterare. Menſe aũt Auguſti ſequentis anni. M.cccix. fact⁹ eſt idem Ludouicus vexillifer eccleſie datis ſibi inſignijs ad procedendũ cõtra Ladiſlaũ eccl'ie inimicũ: quũ faueret Greg. iam ab eis depoſito ꝛ cõcilij inimico. ¶ Eodẽq; menſe decretũ eſt ꝑ Alexandrũ ꝛ cardinales: atq; Florentinoꝝ capitane⁹/ q̃ erat Malateſta de Malateſtis: cũ duobus milibus lancearũ ꝛ mille q̃ngẽtis peditibus: ꝛ legatus Bonoñ. cũ copijs ſuis ac Ludouic⁹ cũ ſuis ꝓficiſcerent i bellũ verſus Romã ↄ Ladiſlaum q̃ eã vſurpauerat. Et multas q̃dem ciuitates ꝛ caſtra eccl'ie receperũt ad obediẽtiã Alexandri vt vrbẽ veterẽ: Viterbiũ: Mõtẽfiaſconẽ: ꝛ alia. Ipſe autẽ Alexãder quũ Piſas peſtis aliquãtulũ inuaſiſſet: inde receſſit cũ curia ſua Piatũ: exinde Piſtoriũ petens: vbi ꝛ hyemare cõſtituit. Comes aũt Troie q̃ vnus erat ex principalioribꝰ capitaneis regis Ladiſlai: quũ tũc eſſet Peruſij: audito q̃ nõ ſolum copie Florẽtinoꝝ legati/ ꝛ ludouici Andegauenſis ſimul collecte ꝓficiſcerent ↄ Romam: ſed ꝛ Paul⁹ Vrſinus ꝛ comes Talliacotij a Ladiſlao defecerant ꝛ hoſtibus adheſerãt conducti a Florẽtinis ꝛ legato: dubitans de reuolutione vrbis ꝛ amiſſione: copijs collectis regis q̃ hincinde diſperſe erant: cum duobus milibus equitum ex Peruſio ad vrbem concitus acceſſit: ꝛ illuc adueniens cum Joanne columnẽſi ꝛ domino Nicolao ꝛ Baptiſta cum alijs Sabellis ad reſiſtendum ſe parabant: loca munientes opportuna: ꝛ ſuſpectos ex vrbe emittẽtes. Quum autem multe copie legati ꝛ ducis Andegauenſis ꝛ Florentinorum tẽtaſſent ad capiendũ vrbẽ: ꝛ oĩs eorũ fruſtraret conatus viriliter reſiſtẽtib⁹ hoſtibus: legat⁹ Viterbium reuerſus eſt. Dux Andegauenſis receſſit: ꝛ galeam aſcendens applicuit demum Florẽtiã: poſtea Piatũ ſeu Piſtorium ad Alexandrũ põtificẽ: ꝛ cũ eis tractãs de agendis in vere futuro: ꝛ ob pecuniã procurandam in prouinciam profectus eſt.

Alexander in papã v. nominatur in ↄcilio piſano.

Ludouicus Andegauie dux aduerſus ladiſlaum copias ducit.

§. VII. Interea dominus Malateſta

Interea dominus Malateſta dux exercitus Florẽtinoꝝ: vna cũ Paulo vrſino qui remãſerãt circa Romã: decreuerũt vrbẽ ipſam capere pro Alexandro pontifice: ꝛ ad hoc efficiendũ habuerunt ſecretum tractatum cũ quodã ex primoribus ciuitatis Lelio nomine: q̃ habebat magnã ſequelã in vrbe. Et quum plura ad hoc ordinaſſent/ quib⁹ obuiabat ꝑpter diligentẽ cuſtodiã quã comes Troie ꝓcurauerat: vna dierũ Malateſta capitaneus cum copijs ſuis per. xij. miliaris elongauerat ab vrbe. Quod intelligens comes Troianus: ꝛ exiſtimans poſſe in conflictu Paulum vrſinum cum ſuis proſternere abſentibus copijs Florentinoꝝ cum ſuo capitaneo: inſultum fecit trans tyberim pergens cõtra gentes Pauli vrſini: ſed fruſtratus eſt ſpe ſua. Nã in eo belli congreſſu Paulus vrſinus viriliter dimicans ſuperauit comitẽ Troianũ: multis occiſis ꝛ alijs captiuatis. Sicq; gentibus comitis ꝓfligatis ꝛ hinc inde diſꝑſis: Lelius hoc audiẽs: cũ ſuis clientelis excitauit tumultũ i ciuitate. Paulus vrſinus in adiutoriũ eorum miſit ex equitib⁹ ſuis. Unde factũ eſt vt Paulus cum Romanis ſe regi rebellantibus Romã caperet ꝑ Alexandro pontifice. Comes autem Troianus ꝛ barones qui cum ſtabant: ꝛ imperiũ Romani populi non valẽtes ferre/ ex vrbe fugã arripuerũt. Paulus vrſinus ad domos eorum antiquas in mõte Jordane pergens reſedit. Romani vrbe dedita deuotioni ꝛ obedientie Alexandri officia ſolita inſtituerunt ad gubernationẽ vrbis. Malateſta aũt dux exercitus Florentinorũ audita vrbis deditione: ſubito cum ſuis ꝓfectus eſt ad vrbem. Et quũ ingredi vellet cum inſignijs ꝛ vexillo Florẽtinoꝝ: Romani aliquãtulum reſtiterunt: deindeac-

Rome in alexãdri põtificis obediẽtiam redigit.

quieuerũt ei. Qui ingreſſus quaſi triũphũ gerens in campo Flore ſe collocauit menſe Januarij. Nec multopoſt oĩa fortalitia vrbis vi acceperũt: et Tyburtina ciuitas et Oſtienſis etiã ſe tradiderunt. Hec Florẽtie nũtiata magnã letitiã populo attulerunt. Quum autem Florentini ſuaderent Alexandro non Bononiam pergeret prout tractauerant ſed romam: vt magis firmaretur populus Romanus in obedientia eius: non eſt ei viſum bonum: ſed melius vt legatus Bononienſis eo ſe conferret ad conſolidandum que geſta erãt: et poſtea ipſe accederet. Recedens ergo Alexander cum curia de piſtorio Bononiam profectus eſt: et honorifice ſuſceptus. Romam autẽ miſerunt oratores Florẽtiam: vt et ipſi Florentini cum eis deſtinarent ſuos oratores ad Alexandrum: vt perſuaderent ei Romam adire pro firmiori ſtatu ſancte eccleſie. Qui ſimul applicãtes Bononiã quũ expoſuiſſent ei commiſſa: quia pluribus ex cardinalibus videretur idem et conſulerent: perſuaſione tamen legati Bonoñ. Baldaſſaris decreuit protunc nõ ire: ſed promiſit mittere vnum cardinalem: et poſtmodũ in breui ſe ventururum. Dux exercitus Florentinorum Malateſta Februario ſequẽti reuerſus eſt Florentiam cuȝ copijs et inſignijs et cõmendatus de ſua induſtria et victoria belli/ licentiatus eſt: quia eo opus non erat: et cum optima gratia ciuium reuerſus eſt ad pp̃ria. ¶ Quũ n rex Ladiſlaus eſſet neapolim reuerſus: iterũ queſiuit pacẽ facere cũ Florẽtinis mediante quodam ciue Florentino Gabriele. ſ. Brunelleſco. Et poſt multos tractatus ſuper hmõi quũ multa peterent Florentini capitulis faciẽde pacis: vt ꝙ dimitteret terras eccleſie libertas: et obediẽtiã pſtaret Alexãdro et nõ Gregorio: et alia qdam: pene oĩa aſſentiebat ſe facturũ: cũ hoc ꝙ Florẽtini Ludouico Andegauenſi nec ſexcẽtas lanceas prout cõuenerant cum eo: nec aliqđ adiutoriũ ei pſtarent pt ra ceũt. Qđ quũ recuſarent Florentini et papa cũ cardinalibus: nihil eſt concluſum. Paulopoſt Alexander quũ circa annum vt papa pene ab oĩbus fuiſſet veneratus/ diẽ clauſit extremũ Bononie: et vt cõmuniter dicitur veneno interemptus.

Alexander Bononie vita defũgitur.

§. VIII. Ad ſuperiora aliquãtulum tempora redeundo.

Anno domini. M.cccc.viij. Genue detecta eſt quedam que parabatur proditio: qua tractatuȝ fuerat per Gabrielem Mariam filiũ illegitimũ ducis Mediolañ. premortui ſcȝ Galeatzij: q̃ Florentinis pcio tradiderat Piſas vt dñs ciuitatis eſſe cũ Fazino cane cum gentibus armorũ et exulibus Genuentiũ vẽturos ppe Genuam pretendẽtes alio ſe proceſſuros ad bellum. Ordinatumq; erat cum aliquibus ciuibus ab intra dare eis ingreſſum in vrbẽ per vnã portarum et capere ciuitatem. Quũ aũt veniſſet Genuã pfatus Gabriel ante terminũ pfixum proditiõis cuȝ quinquaginta quaſi quedaȝ alia negotia acturus: captus fuit a gubernatore Genue: et ab eo decapitatus vt proditor regie maieſtatis Francie vice cuius ibi fundebatur gubernator: et priusipſi Gabrieli abſtulerat Sereȝanã. ¶ Anno vero milleſimo. cccc. ix. quũ diutinum et graue belluȝ fuiſſet inter marchionẽ Ferrarienſem et dominũ Othonem Bonterțium qui dominabatur per tyrãnidem Parme et Regij et alijs in locis ceperent tractare adinuicem de pace componenda. Et vt citius perueniretur ad effectum pacis: conuenerunt in hoc: vt in certo loco cuiuſdã prati ſibi inuicem occurrerẽt: vt mutuis collocutionibus rem expeditius perficerent. Die igitur ſtatuta vterq; pceſſit cum quingentis equitibus ad locũ determinatũ. dimiſit tamen vterq; equites ſuos circa locum prefixum illius prati: et cum quinquaginta ſocijs ad pratũ id vterq; concurrit. Aliter tamen taliter. Nam ſocij Marchionis erant bene armati: ſocij vero Othonis inermes vt pote nõ ſuſpicãtes quod Marchio cõceperat. Quũ ergo in prato cõuenientes colloquerent: dominus Otho vulneratus fuit a ſocijs Marchionis. Siue Marchio fuerit prim⁹ ad percutiendum: ſiue Sforzia qui cuȝ Marchione aduenerat capitaneus ſui exercitus: ipſum alij omnes ſecuti totũ perforãtes dilacerauerũt: quem occiſum ſocij aufugiẽtes dimiſerũt. Sicq; vir ſanguinũ et doloſus: q̃ per ſeuitiã vt fera peſſima plauſtra occiſorũ implẽs propter partialitates: non ſine ſanguine ſuo canes ſuos deduxit ad inferos: vt vt q̃ ſanguinẽ ſitierat: ſanguine repleret.

Feda proditio.

¶ Eodẽ anno Joannes nũcupat⁹ Buccialdus: q̃ Genuam gubernabat pro parte regis Francie: quũ frequenter infeſtaretur ab exulib⁹ Genuenſiũ et Fazino cane et q̃ribuſdam etiã ab intra ciuib⁹: vt quietius degere valeret: iniẏt fedus colligationis cum domino Mediolañ. et quibuſdam alijs vt ex eo efficacius Genuenſes ſibi ſubiugatos teneret: et et Fazinum reuinceret. Egreſſus vero quadam vice cum multitudine armatorum: profect⁹ eſt in Longobardiaȝ aliqua diſpoſiturus. Hoc ſentientes exules Genuenſium ſimuȝ adunati tractarunt cum quibuſdam Gibellinis qui intra ciuitatem erant: et reddituum ſuum ad vrbem. Unde cum adiutorio Fazini et Marchionis Montiſferrati et gentibus eorum venerunt iuxta menia Genue. Qui et introducti ſunt in vrbem per eos cũ quibus tractatũ fecerant: et rumore in ciuitate ſuſcitato correptis armis occiderunt quem dimiſerat Buccialdus loco ſui gubernatorem cum ſuis ſocijs: et clamantes/ Uiuat libertas. Sicq; excuſſerunt a ſe iugũ ſeruitutis illius. Cõſtituerũtq; .xij. ciues gubernatores ciuitatis: et ſeq; reconciliarunt Guelfi cum Gibellinis. Marchionem Montiſferrati principalem inſtituerũt gubernatorẽ. Poteſtatẽ vero elegerũt vnũ ex ciuibus Gibellinum. Poſtmoduȝ Gibellini e ciuitate principales ex Guelfis pepulerunt. Unde nouitates plures ſecute ſunt. Erecta autem Genua in libertateȝ: Buccialdus ſua incautela dominiuȝ amiſit.

Genueſes in libertatẽ ſe vindicant expulſo bucciaȝdo.

¶ Eodem anno quũ is rex Ladiſlaus noſſet ciues Giadrie q̃ eſt in Sclauonia magnũ odium et inimicitias habere ad Venetos: ex eo qđ Veneti ipſi precedentibus tpibus cõtra eos egerant in bellis: et ipſe q̃ rex multa obſequia et magna a Giadrienſibus accepiſſet: quum pfect⁹ fuiſſet in Ungariã ad regnũ illđ recipiendũ: tñ pditione rex vẽdidit ciuitatẽ illã centũ milibus florẽ. et menſe Auguſti dedit eis poſſeſſionẽ vrbis. Prius autẽ eduxerat de ciuitate illa plures ex principalioribꝫ ſub aliqua ſpecie boni. Si eñ illi ad fuiſſent ciues: nõ ſatis credit eos non obtinuiſſe. Ob hoc indignati plurimi ex Giadrienſib⁹ quaſi venditi fuiſſent: in ſer uos: et recedẽtes per diuerſas regiones domicilia ſua ſibi cõſtituerunt. Ex eo regi magnum dedecus ſecutuȝ eſt. ¶ In diebus illis Gallia ciſalpina tota prelijs conquaſſabatur: et quũ multi tyrãni ſibi ciuitates plures vſurpaſſent filij aũt ducis defuncti nullam fere poteſtatem exercere valebant: et quis cuncta nomine eoruȝ fierent: regimen tamen erat in manibus Gibellinorum et Fazini canis. ¶ Circa id tẽpus quidã Bordialaſius illegitimus tñ tractatũ fecit cũ Foroliuienſibus capere dñium ciuitatis Forliuij: et rebellare eã facere legato. Et quũ ciuitatẽ ingreſſus eſſet cũ adiutorio aliquorũ: tñ a quibuſdã miſſis a Florentinis ſuperati ſunt et profligati. Sed et caſtra que ſunt in valle Lamonarſe rebellarunt legato Bonoñ. que in deditioneȝ accepit Joannes Aſtorgij dña Fauentinus de volũtate eorũ: dicens ad ſe illa pertinere iuridice. Et hic finem facit Joannes Uillanus chronici ſui Florentini quod in vulgari edidit.

Proditio Ladiſlai.

¶ De Joanne. xxiij. papa: quem Ladiſlaus Appulie rex ex Urbe profugauit. Capitulum. vj.

DEfuncto Alexandro .v. Bononie: cardinales in conclaui adunati vt moris eſt: elegerunt in Romanuȝ pontificem qui Ualdaſſar (vel Baltaſſar) Coſſa nolabatur: et cardinalis diacon⁹ ſancti Euſtathij: vocat⁹ in ſua obediẽtia Joannes. xxiij. de regno Appulie oriũđ⁹. Uir quidẽ fuit in tpalibus magnus in ſpiritualibus null⁹ oĩno atq; ineptus: vt ſcribit Leonar. Aretinus. Anno. M.cccc.x. a natiuitate dñi creat⁹ fuit. Ab initio vero mundi q̃nquies milleſimo. ccclxxij. ſm minorẽ numerũ. ſm maiorẽ numerũ ſexies milleſimo. dcix. Poſt creationẽ vero ſuã Bononie fere per annũ conuerſatus cũ curia. Romã tandẽ petere conſtituit. Fuerat eñ illa prius aliquantulũ de Ladiſlai regis manibus erepta: vt patuit ſupra. Iter eius per agrũ Florẽtinũ et Senenſem inde ad vrbem fuit. ¶ Poſt hec apparat⁹ facti: et miſſe aduerſus Ladiſlaũ copie. Duces militie erant Paulus Urſinus et Sforzia. Aderat q̃ Ludouicus Andegauenſis cui poſſeſſio regni querebat: iampridẽ ab Alexãdro rex appellatus. Ab his cõmiſſo in finibus regni prelio: Ladiſlaus pfligatur. Qđ ſi duces militie qui erant pro parte pontificis et ducis Andegauenſis et alij ſequi voluiſſent: aut ſciuiſſent vti victoria: actũ fuiſſet de regno: ſed inmorando ac tpꝰ terendo recipiendi ſeſe ac reparandi vires facultatẽ victo regi dederũt. Uox poſtea fuit Ladiſlai: qua dic profligatus eſt: et ſui corporis et totius regni poteſtatem in manibus hoſtium fuiſſe. Secũda vero die corporis ſui poteſtatem amiſiſſe: regni tñ adhuc dños eſſe potuiſſe: ſi proſecuti victoriam fuiſſent. Tertia vero die nec iam ſui corporis nec regni capiendi habuiſſe poteſtatẽ: qm̃ aduerſus illorũ vim iam remedia compararet. Poſt hec fortuna varia fuit: et vt modo pax inter pontificem et regem: modo bella vigerent. Ad extremum vero rupta pace: ac Paulo Urſino cum pontificis copijs in Picentibus obſeſſo: pontifex Joãnes Roma pulſus a Ladiſlao rege et copijs ſuis: Florẽtiam venit. Quum enim non multo ante pontifex pacem feciſſet cum rege: preſtita ei obedientia dimiſſo Grego. nec tamen multum de eo cõſideret: et ſciens eum facile fractorem eſſe fidei non tamen credebat pro tunc contra eum aliquid attentaturum.

Ioãnes xxiij. papa.

turum. Nam eſſi diceret regem verſus Romā accedere cauſam huius diuulgauerat:ꝙ q̄ꝛ pontifex cito ad conciliū eſſet iturus: expediret nō longe eſſe ab vrbe ad compeſcendos inſurgentes tumultus: ne nouitas fieret. Sed re vera dñium intendebat vrbis reſumere: ad quod cum Romani exules excitabāt. Quodā igitur mane fractis menibus in aliqua parte ingreſſus eſt rex vrbem. Quod audiēs Joannes pontifex: ⁊ intelligens cum hoſtē: aufugit cum curia quū non haberēt defenſorem. Rex autē vrbem capiens in primis mercatores Florentinos ſpoliauit doloſe. Nam quum ſua mercimonia ⁊ alia precioſiora occultaſſent paulo ante hoc timētes: preconizari fecit oēs tutos eſſe ⁊ ſubſtātias eorum: propter quod illi aſſecurati occultata palam produxerunt. Quo facto eos ⁊ omnia bona eorū/nō vt rex: ſed vt pirata peſſimus predatus eſt. Factiones magne ꝑ illud tēpus in Florentinis vigebāt: alijs pontificialijs regi fauentibus. Ob eas factiones pontifex intra vrbem inuitatus non eſt: ſed in ſuburbano epiſcopij reſedit: curia aūt intra vrbem recepta. Rex igitur prefatus per hec ipſa tēpora vrbē Romam ⁊ alias oēs vrbes vſqꝫ ad fines Senenſiū Florentinorūqꝫ occupauit. Qui quū terribilis ac potens eſſet: lateqꝫ per Italiam dñaretur: nec vlla reſiſtendi cerneret ſpes: Joannē pontificem impulit ad externa tranſalpinaqꝫ auxilia reſpicere.

Roma ab Ladiſlao capta pōtifex aufugit Florentiam.

§. I. Sigiſmūdus per id tēpus

Sigiſmūdus imperator.

imperium ſuſceperat: germano eius Venētzeſlao rege Bohemie imperio priuato propter ineptitudinē eius: ⁊ Roberto Bauaro poſt illum electo ſed iam defuncto. Ad hunc igitur Sigiſmundū vt ſtrenuū ⁊ magnanimū regem etiā Vngarie quū in finibus Italie eſſet: Joannes pontifex duos ex cardinalibus Romane eccleſie legatos miſit: iampridem tamē inter eos agitata re literis ⁊ nuntijs. Vnicum quippe remedium ⁊ imperatori ⁊ pontifici videbatur generale conciliū aduocari. Sed erāt circa hoc ipſum cōſtituenda permulta: ceu locus tēpus ⁊ modus. Miſſi ſunt igitur his de cauſis ad Sigiſmundū legati. Horū miſſio legatorū ruine pontificis initium fuit: ſed amotionis ſchiſmatis ⁊ vnionis faciende non modica pars. Qua in re non videtur preterenadum (inquit Leonardus Aretinus in his perſonaliter ſe reperiēs) mirabile quoddā quod tunc accidit: vt omnia celitus gubernari cognoſcamus. Cōmunicauerat (ait) mecum pontifex arcane (ſecretarius enim eius erat) mentem ⁊ cogitationem ſuam dicens. In loco concilij totum eſt. Nec alicubi eſſe volo: vbi imperator plus poſſit. Legatis igitur iſtis qui a me mittuntur/mandata ampliſſima poteſtatemqꝫ maximam ad honeſtatis ſpeciem dabo: que palam oſtētari poſſint atqꝫ proferri: ſecreto autem mandatū reſtringam ad loca certa ⁊ ipſa enumerauit. Quū in hoc propoſito multis diebus fuiſſet: tēpus aduenit quo legatos proficiſci oportebat. Tunc remotis ceteris preter me vnū (inquit Leonardus) legatos ſecreto allocutus eſt: multiſqꝫ verbis cohortatus ad munus legationis diligentiſſime obeundum: obſtendens quanti ponderis illa res eſſet: cuius rei gratia mitterētur. Deinde conuerſus ad beneuolentiā: quum eorum prudentiam fidemqꝫ laudaret: ac melius illos cognoſcere qui facto opus eſſet ꝙ ſeipſum diceret: dum iſta cōmemorat atqꝫ inculcat: affectus ipſa beneuolentia ac propoſitū diu cogitatū momento temporis immutauit. Decreueram (inquit pontifex) loca quedā nominare a quibus nullo modo diſcederetis: ſed in hoc tēporis puncto ſententiā muto: ac veſtre prudētie totū permitto. Vos quid mihi tutum quid formidandum cogitetis. Chartulamqꝫ in qua ea loca ſcripta erāt in eorum conſpectu lacerauit abſqꝫ vlla alicuius loci notatione. Legati igitur ad ſignificandū profecti/ Cōſtantiam pro loco cōcilij delegerūt vrbem ⁊ trāſalpinam ⁊ imperatori ſubiectam. Quod ipſi imperatori multū placuit. Sed hoc vbi intellexit Joannes pontifex: incredibile quantū indoluit: ſeipſum ⁊ fortunā ſuam deteſtatus: ꝙ tam a cogitatione propoſitoqꝫ illo priſtino reſtringēdorum locorum deſciuiſſet. Sed volūtati dei reſiſtere nemo poteſt. Jam eñi decreuerat deus vt fieret vnū ouile ⁊ vnus paſtor: ꝙuis poſt. aliud intenderet. Joānes igitur principio hyemis e Florentia Bononiā adijt. Nec multo poſt cōgreſſum Sigiſmundi petens/in Galliā profectus ciſalpinā: Placentiā primo cū illo cōgreditur. Inde ad Laudenſem vrbem ꝓfecti/ambo mēſe fere toto in ea vrbe fuere. Ex Laude tandē Cremonā petierunt. Conditio Gallie mihi per id tempus nō peſſima modo: verumetiā miſerabilis viſa eſt. Adeo quaſſatas vrbes ac regionē totam bello afflictā vaſtatāqꝫ oſtendim⁹. Dux Mediolañ. erat Philippus Galeatz primi ducis filius. Is iuuenis tunc velut ex longo principatus morbo vires reſumere incipiebat. Necdū tantum poterat: vt ceteras vrbes recuperare de manibus occupantiū valeret. Itaqꝫ ſingulis fere ciuitatibus ſinguli dominabantur tyranni. Vbiqꝫ magna pars ciuiū pulſa aut necata: vbiqꝫ ville ⁊ edificia exuſta. Joannes relicto apud Cremonam imperatore Mantuā petijt. In ea vrbe paulo longius cōmoratus: tandē exacta hyeme tota/ Bononiā rediit. Ea eſtate quū Bononie reſideret Joannes: ſuſpenſis omnium animis ⁊ ad concilium ſe preparantibus Ladiſlaus rex Appulie preter ſpem expectationemqꝫ omniū moritur. Quum eñi exercitu coacto magnis copijs Peruſiū vſqꝫ veniſſet: Florentini cōterriti relicta pontificis ſocietate per ſeipſos receperūt pacē. In qua inter cetera obtinuerūt Florētini ab eo: vt Cortonium eis traderet: certam magnā pecunie ſummā recepturus ab eis: qđ factū eſt. Et per hunc modū Cortoniū tranſijt ad dñiū Florentinorū. Quib⁹ pactis retrocedēs rex nō ſatis bona valetudine Neapolim rediit: ibiqꝫ poſt paucos dies e vita migrauit. Eius mors Florentinos ceteraſqꝫ liberas ciuitates magnis ſuſpitionibus ⁊ manifeſtiſſimo certiſſimoqꝫ periculo liberauit. Nullum eñi diffugiū erat eo viuēte: ꝙn colla tandem ſubmittenda fuiſſent: preſertim quū magna pars ciuium iā tūc ad illū inclinaret. Nec credendū eſt regē pacē illā cū Florentinis egiſſe/vt quietē affectantē ⁊ amicitiam: quū inimicus dīs vere pacis eſſet: ſed vt ſub ea negligentiores redderet ⁊ incautos: ſicqꝫ improuidos occuparet: vir ambitioſiſſimus ⁊ dolo ⁊ infidelitate pleniſſimus. Nec ſuis ſe ipſe credebat: vñ ⁊ in caſtris non ordinarie vt regalem maieſtatē decet: ſed vt ſcurra nūc cum iſto nunc cū illo e ſcutiferia cibum ſumebat veneni ſuſpectus. Et quū iam ad extrema veniſſet: dicebat: Florētia/ Florentia. Camus Florentiā: ſuos vocabat: ⁊ Paulum Vrſinū capite ⁊ teneret: huiuſmodi ⁊ ſimilibus verbis vitā finiuit quod cōtigiſſe videtur circa annū. M.cccc.xiij. Cuius morte quieuit ciuitas Florētina annis fere. x. vſqꝫ ad annū domini. M.cccc.xxiij. Interea vero conciliū generale celebratum eſt Cōſtātie vt dicetur. Et regina Joanna ſcđa/germana regis Ladiſlai ei defuncto ſucceſſit in regno Appulie. Et dux Mediolanēſ. Philippus vires reſumpſit ⁊ ciuitates Longobardie amiſſas recuperauit. Pōtifex maxime illius morte releuatus eſt: vt iam nil eſſet quod illū cogeret ad Sigiſmundū reſpicere. Sed tamen q̄ꝛ cōciliū a pontifice ſimulqꝫ imperatore in eorum cōgreſſu illo Gallicano ſolenniter fuerat publicatum: ⁊ locus Conſtantie indictus: ⁊ tēpuſqꝫ ꝑfixū quo adeſſe oporteret: noluit pōtifex promiſſis deeſſe: ꝙuis multi eū temporaliter diligentes ſibi contrarium ſuaderēt quod ſibi accidit formidantes ⁊ annunciantes. Exiſtimauit tamen ipſe in breui reuerſurum ſe firmiorem in ſede Petri.

Mors Ladiſlai regis Appulie.

§. II. Itaqꝫ circiter Kalendas

Cōciliū gñale Cōſtantie celebratū.

Octobris Bononia ſe mouens per Veronenſem Tridentinūqꝫ agrum tranſmiſſis alpibus Conſtantiam acceſſit. Cui imperator Sigiſmundus cum magna ⁊ decenti comitiua ꝑ aliquot miliaria obuiam venit: ⁊ ipſum vt papam venerans: ⁊ ſummo honore in Conſtantiam introducens. Incredibiliqꝫ principum prelatorumqꝫ frequentia cepit concilium celebrari: ita vt eſſent in eo loco equorū ſupra. xxx. milia: ex quo multitudinem hoim licet coniectari. Illuc quoqꝫ acceſſit cardinalis Raguſinus dñs Joan. Dominici ordinis predicatorum ꝑ obediētia ⁊ parte Grego. ꝗ a multis deum timentibus ⁊ peritis adhuc reputabatur pontifex ſummus: ꝙuis ab extra ſoli Malateſte eum venerarentur. Predictus igitur cardinalis vt legatus miſſus a Gregorio confirmauit concilium ipſum eius authoritate. Treſqꝫ alij cardinales Grego. vt dominus Gabriel qui poſt Martinum electus dictus eſt Eugenius/dñs Antonius cardinalis Bonoñ. ⁊ alij illi⁹ acceſſerunt. Et ex illis duabus obedientijs: ſcilicet Gregorij ⁊ Joānis factum eſt vnum ouile. Deſtinauitqꝫ Gregorius ipſe iam decrepitus Arimini reſidens: dominum Carolum Malateſtam ad concilium: inſtituens eum ſuum procuratorem cum ſpeciali ⁊ ſufficienti mandato ad renunciādum. Vir iſte Carolus princeps illius familie fuit. Arimini pro eccleſia dominium tenens. Huic nihil deeſſe videbatur ad excellentiam laudis. Idem robuſtiſſimo ac pulcherrimo corpore/⁊ conſilij maximi ac magnitudine animi pene immenſa. Idem egregia liberalitate ⁊ religione chriſtiana deuotus: ⁊ (quod rarius eſt in dominis inuenire) ſtudiorum literarumqꝫ peritiſſimus: in bellis tamen non multum fortunatus. Diſcordie inter Joannem pontificem Sigiſmundumqꝫ oriri ceperunt: ⁊ alterum alter ſuſpectum plane inimicumqꝫ reddidere. Que quum procederent longius: ac indies magis pericula cernerentur: Joannes clam abire conſtituit: veritus ne quod accidit/ſibi contingeret papatu oportere cedere vel priuari: qui ad hoc venerat vt apoſtolicus permaneret. Adiutus ad hoc ⁊ plane inuitatus factione Maguntini archiepiſcopi ⁊ Frederici ducis Auſtrie: ⁊ ex Arthen: qui quum imperatori aduerſarentur: creſcere eius authoritatem ex oppreſſione pontificis condolebant. Joannes itaqꝫ quum iam

Joānis pontificis ⁊ Sigiſmundi congreſſus.

Philippus dux Mediolanēſis.

ampliꝰ quatuor menſibus in cõcilio fuiſſet tãdem propter ſuſpitionẽ noctu incognitus cum paucis comitantibus: fugiens Scafuſam abijt. Cardinaliũ nemo fuerat cõſcius. Secuti ſunt tamen poſtea pleriq; eorũ ſub ſpecie reducendi reconciliandiq;. Qui quũ nihil pficerẽt: in concilij verẽtes Conſtantiã redire: ne forte ſuis dignitatibus priuarentur. Joannes autem pontifex Burgundiã petere feſtinans: iuſſu Frederici ducis Auſtrie predicti per viam retentus imperatori traditur. Timuit enim magnitudinẽ rei Fredericus: preſertim quũ per id factũ imperatorẽ ſimul & concilium in ſuã ruinã prouocaſſet. Itaq; ex protectore proditor factus: vel potius ex malo promiſſo fidẽ reſcindẽs & penitẽs: reducere illũ ac tradere cõſtituit. Non tamẽ Conſtantiã reductus eſt: ſed

Joãnes papa depoſitus eſt a cõcilio Cõſtãtieñ.

alia per oppida captiuus detentus ſeu ſponte ſiue inuitus (quod magis videtur) ſe abdicauit. Multis enim articulis enormiũ ſcelerũ de eo in concilio perlectis: tanq̃ eccleſiam ſcandalizans / & maxime q2 vnionem non querebat: propter quod conciliũ congregatum erat: ſed ſchiſma cõtinuare: qd ex fuga patebat: etſi nõ ceſſerat: tamẽ depoſitus fuit iudicio concilij. Tentum deinde cõcilij negotium fuit: quũ & corrigere in eccleſia permulta: ac tollere penitus ſchiſmo niterentur: que tẽpora non breui agebant. Viuebãt enĩ adhuc Gregorius & Benedictus: ambo etſi in cõcilio nuper Piſano dãnati: tñ pontifices ſe nuncupabant. Sed Gregorius vir ſanctus vtpote qui eccleſie & vnionem & reformationem ſemper optauerat: per Carolũ Malateſtam procuratorẽ ad hoc ſuũ offĩ iure ſuo qd in papatu haberet renũtiauit ſolẽniter: hoc petentibus congregatis in concilio expedire vnioni faciende. Qua recepta cum magno iucunditate: patres nihilominus

Gregoriꝰ papa tu ſe abdicat.

ad venerandũ illum omni laude digniſſimũ antiquum dierum ex Greg. ad Angelũ primũ ſuum nomẽ reuerſum / legatum illum inſtituerũt in Picentibus cõſiſtentẽ. Qui durante concilio non multo poſt renuntiationẽ obdormiuit in dño plenus dierum ſepultus Arimini. Sed Benedictus nõ ſic: ſed in ſua pertinacia pſeuerans: Quis pluries fuerit ad cõciliũ vocatus: quinimmo imperator ipſe perſonaliter ad cũ acceſſerit & alij principes ad perſuadendũ acceſſum eius ad conciliũ: vel ſaltem cedendum vel renunciandũ: vt aſpis ſurda aures obturauit. Et ne cogi poſſet: ad quandã inſulã paniſculam dictã cum paucis acceſſit locũ inexpugnabilem. Cuius obſtinatione percepta: poſt omnẽ diligentẽ admonitionẽ & citationem & prolixã expectationẽ depoſitus fuit ab omni cõcilio: declaratus nil iuris in papatu ei remãſiſſe: ſed vt hereticus & ſchiſmaticus a cunctis haberet. Unde & egre-

Benedictꝰ papa ſi dignitate priuatur.

gius apoſtolicuſq; predicator natione Cathalanus magiſter Uincentius / qui fuit ſanctorũ Cathologo aſcriptus propter eminentes virtutes eius & miracula a Caliſto papa: vt dicatur. J. qui prius erat ſub obedientia eius: et predicabat pro iure eius: pſpecta eius obſtinatiõe: predicauit poſtea publice cõtra eum q2 nõ erat catholicus: ſed apoſtaticꝰ. Et ipſe ſeruus pater adheſit cõcilio: & veneratus eſt geſta eius. Ipſo cõcilio durãte defunctus eſt cardinalis Florẽtinus videlʒ dñs Frãciſcus de zambarelis: Patauinus natione. Doctor egregius vtriuſq; iuris & eloquens: qui edidit notabilem lecturã ſup Decretales & ſuper Clementinas. Hic ex vicariatu epĩ Florentini aſſumptus fuit ad epiſcopatũ ipſum: & ab ea dignitate in cardinalem promotus.

Dñs Frãciſcꝰ de zombarellis cardinalis.

§. III. In ipſo etiam concilio

Joãnes hus hereſiarcha dãnatus.

damnatus fuit & combuſtus Joãnes Hus hereſiarcha: vnde denominãtur heretici qui dicuntur huſſei: licet habuerit aliquod initium a Joanne Uuicclef Anglico: tamẽ iſte magis dilatauit & ampliauit errores: ex quo hereſi infecti ſunt pene omnes Bohemi. Multi erãt errores eius. Nam aſſerebat nihil temporalitatis & iuriſdictiõis tẽporalis licite poſſe ab eccleſia et eccleſiaſticis poſſideri: quum tamẽ multi ſanctiſſimi pontifices hoc egerint. Corpus Chriſti verum non eſſe in ſacramento altaris: niſi momento poſt conſecrationem. Ipſum ſacramẽtum debere dari omnibus etiam laicis etiam infantibus ſub vtraq; ſpecie: ex eo q2 Chriſtus dixit. Niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis: quod Auguſtinus exponit de ſumptione ſpirituali ſacramenti: que eſt per charitatem quam habent paruuli baptizati. Sed adulti ſumere debent tempore ſtatuto ab eccleſia: & ſub ſpecie panis corpus & ſanguinem ſumunt: quia concomitãter totum eſt ſub vtraq; ſpecie. Reprobabat etiam imagines Chriſti & ſanctorum quaſi idololatriã: quum tamen olim in concilio vniuerſali fuerint approbate: non vt eas adoremus: ſed illud quod nobis repreſentatur per eas: vt dicitur de cõſe. diſtin. iij. Venerabiles. Quum ergo in his et alijs erroribus permaneret obſtinatus: nec rationibus & authoritatibus ſanctorum acquieſceret: combuſtus publice fuit. Et poſt eum alius quidã Hieronymus nomine eius ſectator: quũ ad pbandum ſuos errores ad concilium veniſſet publice diſputaret cum magna audientia & apparenti eloquentia: captus eſt: & hereſim ſuam abiurare nolentem cõdemnari decretum eſt per concilium ad ignem. Et q2 imperator non videbat hoc equanimiter ferre propter ſaluum conductum ei datum: reſpondit ei ſacroſancta ſynodus: eum argui non poſſe de fide mentita: quia concilium ipſum non dederat ei ſaluum conductum & concilium maius eſt imperatore: & ideo non potuiſſe contra voluntatem concilij id concedere: precipue in factis fidei. Cui determinationi vt bonus filius eccleſie acquieuit: & ille combuſtus fuit: & cineres pro miraculis relinquẽs. ¶ Prelati autẽ in concilio innumerabiles congregati ex omni natione que ſub celo eſt chriſticolarum: diſtincti ſunt in quinq; nationes: videlʒ Italicã / Gallicã / Anglicã / Hiſpanicam / et Germanicã: & ſub his comprehenſa ſunt omnia regna principatus fidelium. Ordinatumq; eſt ſpirituſancto ſuggerente / qd nunq̃ alias puto ſeruatum: & hoc ad maiorem concordiam & firmitatem rei gerende: vt vltra voces cardinalium qui erant ex triplici obedientia. ſ. olim. Grego. Joan. et Benedicti: adhererentur ex quolibet dictarum nationũ quinq; p̃lati: qui vocem cum cardinalibus in electione facienda haberent. Ad qd aſſumpti viri venerabiles & omni reuerentia digni: vt nullus ambigeret a deo factum: quod vnanimiter a tot cardinalibus & tot nationum vocibus geſtum eſſet. Cõclaue igitur eis intrantibus: intra paucos dies electus eſt

Martinus. v. eligit in concilio Conſtãtienſi.

ab oĩbus poſt aliquã diſcuſſionẽ & vocum variationẽ vnanimiter & concorditer dñs Otho cardinalis de Columna: vocatuſq; Martinus quintus: & cõſecratus eſt omni letitia & ſolẽnitate. ¶ Verum ad tollendũ oẽm ſcrupulum & cõtentiones q̃ innumere poterant exurgere circa beneficia olim collata: & grãs conceſſas & ordinationes factas & alienationes q2 quilibet illorum trium aſſerens ſe verum & indubitatum Romane eccleſie pontificẽ / p̃ ꝯſequẽs alios reputabat & predicabat ſchiſmaticos: nihilq; valere qd ab eis fiebat: ideo ſanctiſſime ſtatutum fuit: vt quodcunq; fuiſſet factum in partibus obedientie alicuius illorũ: ibi eſſet ratũ firmum & ſtabile. Epiſcopi ergo facti & cardinales a Gregorio & Joanne et Benedicto ante diſpoſitionem vel renuntiationez alicuius eorum: remanſerunt in ſua dignitate & honore: omnes cenſure quas aliqui contraxiſſent in tali ambiguo / oblate ſunt. Et temporibus illis quibus durauit dictum ſchiſma in duos: & poſtea in tres: laici & alij ſimplices qui ſequebantur veſtigia maiorum ſuorum credentes in iſtum vel in illum & communiter iudicantur excuſati coram deo & hominibus: quum eſſet in eis ignorantia quaſi inuincibilis et iuris poſitiui: quantum ſcilicet ad iſtum vel illum papam tenendum. Sed qui cauſa honoris vel temporalitatis alicui eorum adherebat: contra conſcientiam venerans illum: non excuſabatur. Et ad cautelam fuit facta quedam relaxatio generalis omnium cenſurarum quas quicunq; incurriſſent ratione dicti ſchiſmatis: ac etiam omnes indulgentie plenarie poſite in quibuſcunq; locis ad inſtar alterius indulgentie poſiti alicubi annullate ſunt. Qui vero erant in aliqua vna dignitate plures conſtituti que diuidi non poſſet: vni eorũ dabatur alteri aliud recompenſatorium. Sicut in ordine predicatorũ erant duo magiſtri ordinis in duabus obedientijs: magiſter Leonardus de Florentia in obedientia Joannis: et quidam alius notabilis magiſter in obedientia Benedicti. Decretum fuit vt magiſterium totius ordinis quum vnum ſit ſicut & ipſe ordo: remaneret Leonardo: & alteri loco eius conceſſus eſt epiſcopatus Catinenſis notabilis dignitas in Sicilia: & et ſic in ſimilibus. Dicitur etiam bullas ſolennes regni Appulie adeundi et poſſidendi fuiſſe conceſſas per concilium duci Andegauenſi Ludouico et ſucceſſoribus eius.

§. IIII. In ipſo aũt concilio edi

te ſunt quedam conſtitutiones ſalutifere: quarum vna talis eſt. Contra ſimoniacos (multe enim contra ſimoniacam prauitatem edite ſunt conſtitutiones: quibus morbus ille non potuit extirpari) volentes de cetero vt poſſumus prouidere ſacro approbante concilio declaramus: q2 ordinati ſimoniace ab excommunicatis ordinum ſuorum ſint eo ipſo iure ſuſpenſi. Electiones aut poſtulationes confirmationes & queuis prouiſiones ſimoniace eccleſiarum / monaſteriorũ / & dignitatum / perſonatuum / officiorum & beneficiorum quorumcunq; deinceps facte: nulle ſint ipſo iure: nullumq; per illas ius cuicunq; acquiratur. Nec promoti / confirmati / et prouiſi iuſto titulo poſſideant fructus ſuos: ſed ad illorum reſtitutionem tanq̃ inique ablatorum percipientes teneantur. Statuentes inſuper: q2 dantes et recipientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant: etiam ſi ponti-

ficali

ficali aut cardinalatus preſulgeant dignitate. ¶ Item alia conſtitutio contra mendicantes tranſeuntes ad alias religiones monachales ſine diſpenſatione pape: excepto ſi tranſeant ad Cartuſienſes. Ex concilio Conſtantienſi. Nullus religioſus de ordinibus mendicantium quorũcunq; cuiuſcunq; ſtatus cõditionis aut religionis exiſtat: quomodocunq; et qualitercunq; poſſit vel debeat virtute cuiuſcunq; licentie aut indulti apoſtolici ſeu penitẽtiarie pape curã gerẽtis/vel alia quauis authoritate hactenus etiã per bullas apoſtolicas facultatẽ quorumuis tam legatorũ et nuntiorũ ſedis prefate: nec non et penitẽtiarie pro tẽpore curã gerẽtis: q̃ aliorum quorũcunq; ſub quauis poteſtate aut authoritate maxime transferendi fratribus: aut aliquibus preſertim ordinum mendicantiũ profeſſoribus in genere vel ſpecie: ab hmõi ordinibus mendicantium ad monaſticos ordines ſub quacunq; verborũ conceptione valeant admitti aut recipi: per aliquos etiã ſuperiores ordinis etiam ſeu monaſterij ſeu loci monaſtici: ſeu alter in monachũ vel fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis tam ſancti Benedicti q̃ Ciſtertienſis: Cameldulenſiũ: Valliſumbroſe: canonicorũ regulariũ ſancti Auguſtini: vel alijs expreſſis et non expreſſis: ordine Cartuſienſi dũtaxat excepto: ſub pena excõmunicationis quã tam recipiẽtes q̃ recepti ipſo facto incurrãt. A qua ſentẽtia nullatenus poſſint abſolui citra ſedẽ apoſtolicã excepto mortis articulo et nihilominus taliter facta non tenent: nec vllius exiſtunt efficie vel momẽti. Hec ibi. ¶ Item alia cõſtitutio ſeu decretũ illius cõcilij circa excõicatos. Inſuper ad vitanda ſcandala et multa pericula que cõſcientijs timoratis contingere poſſunt Chriſtifidelibus: tenore preſentiũ miſericorditer indulgemus q̃ nemo deinceps a cõmunione alicuius ſacramentorũ adminiſtratione vel receptione aut alijs quibuſcunq; diuinis intus et extra pretextu cuiuſcunq; ſentẽtie aut cenſure eccleſiaſtice a iure vel ab homine pmulgate generaliter teneatur abſtinere: vel aliquẽ euitare aut interdictũ eccleſiaſticũ obſeruare: niſi ſentẽtia aut cenſura huiuſ fuerit: vel cõtra perſonã collegium vel vniuerſitatẽ eccleſie cõmunitates vel locum certum vel certã a iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter et expreſſe cõſtitutionibus apoſtolicis et alijs in cõtrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq;. Saluo ſi quem pro ſacrilega manuũ iniectione in clericũ ſententiã latam a canone adeo notorie cõſtiterit incidiſſe q̃ factum nõ poſſit vlla tergiuerſatione celari: nec aliquo ſuffragio excuſari: nam a cõmunione illius licet nõ fuerit denũciatus: volumus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones. Et nota q̃ licet aliqui dicerẽt iſtam cõſtitutionem non fuiſſe ab õibus approbatã: alij eſſe temporalem et vſq; ad ſequens conciliũ inde ad quinquẽnium celebrandũ duraturã. Martinus papa interrogatus ſup hijs: reſpõdit fuiſſe ſimpliciter et abſolute editam et approbatã ab eo. Nota et aliud ſcz quod ordinatũ tunc fuit: q̃ inde ad quinquenniũ aliud celebraretur cõcilium: q̃ vtiq; pfunctorie impletũ fuit. Nam in capite quinquẽnij concilio aſſignato Senis et miſſis qui in concilio preſiderẽt vice pape: ſcz magiſtro Leonardo Florẽtino ordinis predicatorũ generali: et quodã epo: conuenientibus aliquibus epis et prelatis ſed paucis ceperũt pgregari. Et factis modicis ſeſſionibus ſine vllis ordinationibus ibi editis: in breui completũ et reſolutum eſt.

¶ De Martino. v. papa in Conſtantienſ. concilio electo. Capitulum. vij.

Martinus igitur natione Romanus: prius Otho vocatus: ex familia Columnenſium: ſedit in ſede Petri vt verus vnicus et indubitatus paſtor eccleſie: anno domini milleſimo. ccccxv. Ab initio mundi quinquies milleſimo. ccclxxxviij. Secundum maiorẽ numerum ſexies milleſimo dcxiij. Sedit autem annis. xiiij. Imperator Sigiſmundus poſtulauit a Martino: vt legatum mitteret in Bohemiam ad cõuertendo illos hereticos (iam enim multum infecerat peſtifera illa hereſis patriam) venerabilem virum et omni laude digniſſimum (de cuius laudibus alias dicemus) dominum Joannem Dominici cardinalem Raguſinum ordinis Predicatorũ. Quod fecit. Hic ergo aſſumpta legatione poſt diceſſum Martini a loco conſilij ſoluti: profectus eſt ad partes illas. Expertus autem illos fore dure ceruicis et incorrigibiles: perſuaſit Imperatori vt illos gladio exponeret: anteq̃ totam illam regionem inficeret hereſis illa. Nõ enim ita inualuerat: quin multi adhuc immunes ab errore illo remanerent: et ideo cum adiutorio illorum facile poſſet infectos extinguere. Sed Imperator nimis compatiens illis: quia regnum ſuum erat: cogitauit in proceſſu temporis poſſe ſine materiali gladio illos medicari et ab errore reuocare. Sed contrarium accidit. Nam quum quotidie augerentur auerſi a veritate in errorem illum declinantes: coacti in magno exercitu armis vtebantur: cogentes varijs cruciatibus omnes ad aſſenſum ſui erroris. Monaſteria religioſorum/quia contraria predicabant eis: combuſſerunt et euerterunt: occidentes eis retinentes vel de patria eijcientes. Sicq; in breui totum illud regnum Bohemie a fide deuiauit: quia cancer vlceroſus non cito vt oportuit aduſtus eſt. Ita cardinalis Raguſinus cernens rem irreparabilem nec verbis ibi opus eſſe ſed gladijs: quibus falſa pietate motus Sigiſmundus parcendum exiſtimauit: in ſe recedens Budam ciuitatem Vngarie adhesit: ibiq; infirmatus ad mortem dies ſuos finiuit in gloria. Et licet omnẽ põpam exequiarũ ordinaſſet reſecandam: tñ prelati et proceres non ſunt paſſi ſine magnificentia honoris corpus eius ſepulture mandari. Sepultus eſt aũt in eccl'ia fratrũ ſancti Pauli primi eremite regulariter viuentium: qui vſq; in hodiernũ diẽ habetur in magna veneratione: et clarere dicit miraculis. Bñdictus aũt apoſtaticus relictus ab oĩbus in inſulã Paniſcule cũ paucis ſe contulit: vbi manẽs in ſua pertinacia trãſiuit annos Petri ad cumulũ ſue dãnationis: nec mirũ q̃ nos in ſede Petri: moriẽſq; docuit ex ſuis eligendũ vnũ. Quo mortuo creatus eſt quidã dictus Eugenius: ſed rex Aragonũ cũ illo compoſuit et Martino: vt renunciando oĩ ſuo iuri quod pretẽdebat: q̃uis tñ nullũ haberet: illi dedit quandam honorabilẽ dignitatẽ et opulentiã: ac etiã Martinus duos cardinales creauit de partibus Aragonie put poſtulauit ipſe rex Aragonum: ſicq; nulle remanſerunt reliquie ſchiſmatis.

De Bohemis ab errore dimouendis agitur.

Joãnes cognomento dñici miraculis claret.

Benedictus antipapa moritur.

§. I. Peracto demũ cõcilio Martinus papa quintus in Italiam reuerſus: per fines Mediolanenſium/Mantuanorum/Ferrarienſium/Rauennatum/Forliuienſium/Florentiam venit: Bononiam vitans q̃ ſe per id tẽpus in libertatẽ vindicarat. Florentie vero p biennium reſedit cũ curia ſua per opportuna loca ad rem eccleſie cõponendã. Braccius eñi Peruſinus tunc tpis magnus habebatur. Nam et dux rei militaris peritiſſimus et magnitudine animi conſilioq; pollebat: et aderat ei quedã ciuili adumbrata moderatione honeſtas. Hic ex oppido Montone Peruſini agri nobilibus admodum parentibus ortus: ſtatim ab adoleſcẽtia rei militari ſe tradidit: multiſq; vulneribus atq; laboribus peritiam tandem authoritatemq; boni ducis eſt aſſecutus. In fide et chriſtiana religiõe pene nullus. Exulabat per id tps Peruſina nobilitas fere omnis: inter quos Braccius licet admodum iuuenis/conſilio tñ et authoritate princeps habebat. Deniq; varia militia per Italiã acta multiſq; rebus proſpere geſtis in id potentie authoritatiſq; accreuerat: vt Peruſinos diuerſe factionis qui domi erant: vi et armis compulerit nobilitatẽ recipere. Ipſe vero dominus Peruſine vrbis a pplo ſimul nobilitateq; ſit delectus. Prius enim qui domi erant potentiam eius formidantes ſimul cũ Ceccolino etiam Peruſino vocauerant Carolum Malateſtam ad gubernationem Peruſij et expugnationem Braccij contra eos venientis. Qui Carolus cum Ceccolino profecti in prelium: ordinatis aciebus contra Braccium et Tartagliã cum copijs eorum: in primo quidem congreſſu Carolus profligauit eos: ſed nimis elati de ſua victoria: de ſuo minus ſolicati periculo: quum ſe refectioni darent armis depoſitis: Braccio cum ſuis inſultum faciente contra eos imparatos: vix tẽpus habẽtes ad arma reſumẽda ceperunt viriliter repugnare. Conſertoq; certamine ſuperati ſunt/captis Carolo Malateſta et Ceccolino: licet Carolus magnanimiter cateruis hoſtium circumdatus dimicaret: ſed equo eius occiſo ſe Braccio dedidit. Et Ceccolinus quidem quia emulus et inimicus Braccij erat: in carcere obſeruatus vitam finiuit ſiue veneno ſiue gladio vel alio modo. Carolus vero diu in tuta cuſtodia tentus eſt: donec magna pecunie ſumma redemptus eſt. Ipſe quoq; Braccius proſecutus victoriam ad Ariminum poſſidendum perrexit. Sed Ariminenſes implorato Venetorum auxilio/vexilla Venetorum in ſignum in menibus erexerunt: propter quod ille a ceptis deſtitit. Hinc capta vrbe Peruſina: magnificentius cepit vires extendere ac multas ſibi vrbes ſubditas faceret: precipue ciuitates et eccleſie oppida. Quem quum Martinus argueret de iniuſtitia: et terras eccleſie vſurpatas repeteret: et in contumacia perſiſtentẽ publice et nolatiz excõmunicauit: et excõmunicatum denũtiari mandauit: et Florentie et per alias ciuitates Italie et oẽs ei fauentes in hmõi: graues alias cenſuras contra eũ fulminando. Ille vero adeo contẽnebat cũ complicibus ſuis: vt ipſi excõicarent papã in deriſum et opprobrium. Demum Florẽtinis mediatoribus cõpoſita eſt concordia inter Martinum et Braccium: ipſo veniã petente ad pedes põtificis: quibuſdã ciuitatibus ſibi relictis et oppidis per mo-

Braccij Peruſini ſucceſſus.

dum vicariatus: alijs eccleſie reſtitutis. Sicq; recõciliatus fuit eccleſie. Sʒ parum pax illa permãſit. Nam poſtea vt patebit/ maior eſt inimicus effectus.

§.II. Per hec ipſa tẽpora poſtq̃

Joãnes q̃ papatu irenũciauerat Florẽtiam ad martinũ cõfugit.

Martinus aduenit Florentiam: Joannes qui depoſitus papatu fuerat in concilio Conſtantienſi ꝛ Baldaſſar nuncupatus venit ꝛ ipſe Florentiam. Poſt captiuitatem enim illam de eo factam ꝛ abdicationeʒ/ in Bauaria ſeruabatur in carcere. Erat autem ſcrupulus quidam apud multos: quoniã depoſitio abdicatioq; illius violentia fuerat nõ iure ſubſiſtere. Quod ſi illa dubia: Martini quoq; electio in ambiguum vertebatur: quoniã non vacante eccleſia prouideri de nouo paſtore non potuerit. Ob hunc timorem ꝛ ſimul ne Germanie principes hoc habẽtes idolum/ per eam occaſionem aliquid quandoq; molirentur: redimẽdum Joannem ſeu Baldaſſarem ꝛ in Jtaliam reducẽdum prouidit igitur per hunc modum exemptus a carcere: quum in Galliam perueniſſet: concilio Martini cognito(id erat vt perpetuo carceri Mãtue ſeruaretur) anteq̃ Mantuam veniret: rurſus aufugiẽs in Ligures abijt adiutus ab alijs. Hic quum eſſet liber ꝛ ſui iuris: ſiue conſcientia ductus: ſiue quia deſperabat aliquid poſſe proficere: ſiue quia periculum illis erat qui iuuerant fugam ſua ſponte Florentiam venit: ac ſeſe Martini pedibus ſubijciens/ cum vt pontificem verum ꝛ vnicũ recognouit. Jn aduentu eius tota ciuitas obuiam profuſa multis lachrymis ꝛ incredibili cõmiſeratione reſpexit hominẽ e tante dignitatis faſtigio in tantas calamitates prolapſum. Jpſe quoq; q: miſerabili prope habitu incedebat: omnis cõmiſeratio populi augebatur. Suſcept⁹ a Martino tandẽ intercesſione ciuitatis primus cardinalis efficitur: nec tñ annis integris ſupereſtes e vita migrauit: ꝛ ſcdm aliquos veneno adiutus. Solẽniſſime eccleſiaſtice exequie ſunt ei exhibite. Sepultusq; ſolus in oratorio Joan. Bapti. in ſepulchro partim eneo ſeu orichalceo: partim marmoreo. Martinus autẽ pace cum Braccio facta: quum ꝛ oppida recepiſſet: ac omnia pacata viderentur: Romam petere conſtituit. Hoc autem munus ꝛ dignitatem ciuitati conceſſit id ſupplicanti: vt eccleſia cathedralis Florentia ex epiſcopali ad Metropolitanam promoueretur pallio decorata ꝛ cui epiſcopus Feſulanus et Piſtorienſis vt viciniores pro ſufraganeo conſignati ſunt ꝛ non alij. Nec tamen ſatis beneuolo animo erga Florentinos recedere videbatur: carminibus quibuſdam que de ſe vulgo circunferebantur cõmotus: que a pueris frequẽter per orbem cantabantur in vilipendium eius et laudem Braccij. Jncipiebat autẽ cantilena illa. Papa Martino non vale vno quatrino. Nec credẽdum eſt illam pueros edidiſſe: niſi quidam filij Belial eos docuiſſent. Hec quũ percepiſſet Martinus: non ita equanimiter tulit: quin vel ex ſuis ſecretarijs Leonardo ſcʒ Aretino ſibi ſoli colloquenti illud referendo indignationem oſtẽderet. Cui Leonardus. Quid eſt inquam? Nam ad aures quoq; meas he puerorum nuge peruenerunt. Jlle vero nihil ad hec: ſed iterato ſubiunxit q̃ cantabatur a pueris. Statuit autem Leonardus pro ciuitatis honore/ vt vulneri infenſionis huius ſi mederi poſſet: quedã placabilia depromere. Quum alia (inquit) ciuitas beatiſſime pater tibi ꝛ Romane Sedi tantas commoditates vtilitateſq; attulerit: quantas dum in ea reſediſti/ Florentia contulit: nihil glorioſius q̃ pontificatus iſte tuus reperiri poterit. Veniſti Florentiam quum nihil temporalis dominij poſſideres occupatis vbiq; per aduerſarios oppidis: Bononia quoq; parere abnuente: vt tibi neceſſarium foret quum ex Ferraria Florentiam venire velles: per Rauennatem et Forliuienſem agrum longo ambitu iter deflectere. Te quætem Florentie commorante: et cetera oppida in poteſtatem ſuam redière: et Bononia ipſa que prius abſtulerat ceruicem ſubmiſit. Contulit ad hoc plurimum opportunitas huius vrbis: propterea q̃ Braccius amicitiam fidemq; Florentini populi ſecutus/ ad te venire non dubitauit: ꝛ intercedẽte ciuitate diſcordias omnes componere atq; oppida reddere. Jlliusq; poſtea tu fretus opera/ Bononiam tibi parere vi adhibita compuliſti: vt longe lateq; nunc tua potentia dominetur. Te inſuper Florentie commorante: quum proſpera de te ac de loco tue reſidentie circunferrentur: Cardinales ab Hiſpania deſerto Benedicto: hunc ipſum locum aduenientes: te vt verum atque vnicum pontificem recognouerunt. Quo facto tres obedientie dudum ſeparate/ in te vno conglutinate ſunt. Ad hec duo incrementa hoc in loco ſuſcepta: tertium illud preſtantiſſimũ excellentiſſimumq; omniũ felicitate mirabili cumulatur: quod qui nudum fuerat Joãnes pontifex: de cuius depoſitione propter vim adhibitam multi dubitabant: ſecuritate atq; fiducia huius loci Florentiam venit: tibiq; ſe ſua ſponte ſubiecit: ac dominum ꝛ pontificem veriſſimum recognouit. Quo facto ꝛ omnis ſcrupulus ambiguitaſq; ſublata eſt. Neq; enim de vi vlla aliquis ſolicitus eſſe poteſt: quum ipſius voluntaria ſit in loco tibi tutiſſimo conſpecta ſubiectio. Et acceſſit q̃ paulo poſt defunctus eſt: vt admiratio ꝛ querela ꝛ(vt ita dixerim) fortune ludibrium tolleretur. Jllud certe conſtat: nullo alio loco illum ad te venturum fuiſſe / niſi in hac vrbe: in qua permagnam amicitias priuatim ꝛ publice ſe habere ſentiebat. Hec ſunt pro quibus gratiam tuam Florentia promeretur: cuius vel opportunitate vel obſequio vel auſpicio tanta pontificatui tuo ſuperacceſſerũt incrementa. Nam puerilibus qdidẽ nenijs aures admouere: quid illa etas loquatur attendere: vix tue videt grauitatis. Martinus hec audiens letari admodum viſus eſt: loquentemq; laudauit: ac veriſſima dicere conſenſit. Et quum abire ſtatuiſſet: vocato ad ſe Florentinorum magiſtratu. Valde (inquit) obligor huic ciuitati: cognoſco enim quam multa mihi in illa et per illam proſpera acciderunt. Deinde illa enumerans: eodem ordine quo ſibi a Leonardo dicta fuerant: cuncta recenſuit. Qua autem die receſſit: ea conſecrata fuit eccleſia ſancte Marie nouelle: in qua eccleſia ꝛ conuentu reſidentiam fecerat: ac etiã eccleſia ſancte Marie noue: quarum cõſecrationes per alios factas ipſe vltimis orationibus in itinere conſtitutus perfecit: relinquens indulgentiam ſeptennem perpetuo duratureʒ die conſecrationis eas viſitantibus.

§.III. Hic igitur põtifex Martinus

Martinus antea nequaq̃ vir ſagax exiſtimatus: ſed benignus in pontificatu tamen ita opinionem de ſe priua habitam redarguit: vt ſagacitas quidem in eo ſumma: benignitas vero nõ ſuperflua nec nimia reperiretur. Romam applicatus/ reſidẽtiam ſuam iuxta eccleſiam apoſtolorum domibus ſatis humiliter edificatis elegit. Hoc in eo communis fama redarguit: nimie cupide inſiſtere cumulationi pecunie/ vt nequaq̃ dicere valeret id primi apoſtolici/ Argentum ꝛ aurum nõ non eſt mihi: q: in celeſtes theſauros ea portarunt pauperũ manus. Sed ipſum theſaurum temporalem valde augmentatum manus propinquorũ precipue nepotis principis Salernitani(ad quem eo moriente deuenit) in ſtipendiarios et hoſtes eccleſie erogantes cõſumpſerunt. Creauit iſte plures cardinales/ ꝛ inter ceteros virum religioſiſſimum dominum Nicolaum ordinis Cartuſienſium. Hic Nicolaus Bononienſis quum eſſet prior in monaſterio Bononiẽſi dicti ordinis: vna voce cleri ꝛ populi vocatus fuit in epiſcopum Bononiẽſem quum vacaret eccleſia. Quem plurimum renitentem confirmauit ꝛ inſtituit Martinus Conſtantie pontifex creatus.

Nicolaus Cartuſienſis cardinalis ſeleq; Bononienſis epũs.

Epiſcopus aũt factus/ nihil dimiſit de obſeruantia ꝛ auſteritate ordinis ſui: ꝛ in humilitate eximia domino ſeruiens/ redditus ſuos pauperibus erogabat: ꝛ reparatiõi eccleſie ꝛ cultui diuino ampliando multaq; bona opera operatus eſt dñs per eũ in dioceſi ſua Bonoñ. Quorum ciues ingrati ꝛ immemores: q: ciuitatem rebellem eccleſie de mandato Martini pape interdicto ſuppoſuit: mortem eius intentarunt. Sed occulte mutato habitu fugiens: manꝰ eorũ furoris eorũ euaſit. Qui poſtmodũ cardinalis preſbyter a põtifice creat⁹: ſicut in epatu fuerat antiſtitũ exemplar inſigne: ita in cardinalatu extitit cardinalium ſpeculũ. Deſtinatusq; legatus ad hoc inter Florẽtinos ꝛ Venetos colligatos ex vna ꝛ ducem Mediolanenſem ex parte altera iam feſſos expẽſis ꝛ laboribus diutini belli cõpoſuit pacẽ. Legatusq; miſſus poſtea in Galliam tranſalpinam/ ſatis laborauit ad concordiam ponendam inter regem Francie ꝛ ducẽ Burgundie. Demum reuerſus quum Eugenius ſucceſſor Martini cum ſua curia Senis reſideret infirmatus ex calculo nullo remedio fieri potuit vt illum eijceret. Nec mirum: nã corpore poſt mortẽ exenterato/ repertus eſt lapis in collo veſice incarnatus groſſus ad modum oui parui Galline: cuius exequijs honorabiliter funeri exhibitis preſente pontifice delatũ eſt corpus ad monaſteriũ Cartuſienſe ſancti Laurentij prope Florẽtiã: ibiq; in eccleſia ſepultum prout ipſe mandauerat. Fuerũt quoq; ꝛ alij plures cardinales a Martino creati altera vice: vcʒ nepos ipſius Martini dñs Proſper de Columnenſibus ſatis iuuenis ſeu adoleſcens. Dñs quoq; Julianus Ceſarinus vir ſciẽtia ꝛ virtutibus clarus: q: ab eodẽ miſſus fuit Baſileã ad celebrandum concilium: ꝛ exterminandum hereſim Bohemorũ: vt infra patebit. Predicti duo ſimul publicati ꝛ pileati incedebãt per vrbẽ. Dominus quoq; Dominicus de Capranica vita ꝛ ſciẽtia laudabilis valde: cardinalis fact⁹ ꝛ acceptatus fuit ab alijs ſed non publicatus: tũc aũt pileatus ppter quod in electiõe Eugenij Martino defuncto non fuit cum ceteris admiſſus: ſed poſtea opere imperatoris Sigiſmũdi ꝛ cardinalis ab Eugenio receptus ꝛ inter cardinales terre honorabiliter collocatus.

Bracci⁹ Martini pontificis hoſtis acerrimus.

§. IIII. Paſſus eſt autem Martinus perſecutionem non modicam a Braccio Peruſino ſupra nominato. Non enim permanſit in recōciliatione ⁊ amicitia eccleſie: ſed reuerſus ad vomitū ſue rebellionis ⁊ contemptus pontificis: ita vt comminaretur ei ethnicus ipſe et publicanus ſtatus eius ſupprimere: ⁊ ad celebrandū miſſas priuatas pro vno baiocho compellere. Et quia Florentini videbantur ei fauere: ſiue ratione priſtine amicitie: ſiue timore potentie ſue/ ne aduerſario eorū adhereret: ſed potius ipſis in adiutorium eſſet: ⁊ Martinus papa indignationem adauxit contra Florētinos. Humiliauit tamen deus cito ſuperbiam ſuam vt patebit. Inſuper papa Martinus miſit in Marchiam gentes armorum ad extinguendum gladio materiali hereticos Fratricellos ſcilʒ de opinione: qui ibi multum abundabāt: ⁊ aliqua caſtra errore illo tota infecta erāt vt Maſſarum/ Meliorata: cuius homines vel occiſi vel expulſi ſunt deſtructis locis habitationis eorum. Qui fugientes in Greciam ſe tranſtulerunt.

Fratricelli heretici.

Nec preterire volo horribile quod accidit circa illud tempus in Fulginatibus. Quum enim Nicolaus filius Hugolini Trince patri ſucceſſiſſet in regimen Fulginei: alijs duobus germanis eius Conrado et Barptolemeo quedam caſtra poſſidētibus pro portione ſue hereditatis paterne: accidit vna dierum vt circa ciuitatem Nucerie conuenirent dictus Nicolaus ⁊ Barptolemeus fratres vna cum Braccio prefato cognato ſuo ⁊ domino Camarienſi cauſa recreationis et venationis. Quum autem ſero factum eſſet: declinauit Nicolaus cum germano ſuo ⁊ domino Camerinēſi ad arcem Nucerie. Dn̄s enim dicte ciuitatis eos inuitauerat vt quieſcerēt. Bracci⁹ etſi inuitatus noluit ire. Caſtellanus autem arcis Fulginas odiuʒ tenebat occulte in corde ſuo contra dictum Nicolaum: quia in adulterio cum vxore ſua permanebat. Nactus ergo horam ſe vindicandi de tanta iniuria: in lecto quieſcentes nocte Nicolaum ⁊ Barptolemeū occidit: Camarinenſem tantū ligauit. Mane autem facto vexilla erexit eccleſie: patenter eijciens corpora occiſorum extra ad terram: exiſtimans fauorē ab eccleſia obtinere in tanto ſcelere: que tamen flagitij erat ignara.

Caſus memorabilis.

Quidem qui erat in coniuratione ad excutiendum iugum ſeruitutis de ceruicibus ſuis: ab illis trincis profectus eſt ꝗcitiſſime ante rem detectam ad quoddam caſtrum vbi reſidebat Cōradus germanus occiſorū/ ſub pretextu alicuius negocij allocuturos: ſed reuera eum interfecturus. Sed premonito Conrado ab alijs ſecreto quod ille nuntius agere intenderat: Captus ab eo et diris ſupplicijs interemptus. Braccius autem rem deteſtatus obſedit ciuitatem illam et quum nullū videret vel ſperaret caſtellanus ſuccurſum voluit caſtellanus ſe vt mortuum tradere in manibus Braccij: dummodo dilaceratus in poteſtate aliorum nō traderetur. Quod quum nō aſſentiret: deſperatus homo ille primo quidem vxorem ſuam viuam de arce proiecit ad terras deinde ſeipſum proiecit ex loco ita eminenti vt in terra totus confractus expiraret. Recepta igitur arce: Camerinenſis e vinculis eductus eſt ſoſpes. Conradus autem frater illorū ſuſcepto dominio Fulginei vt ſeuiſſimus leo rugiēs ita efferatus eſt in ſanguine conſaguineorum illius caſtellani ⁊ vxoris eius ⁊ amicorum: vt nec etati nec ſexui parceret: pregnātes etiam ſecans ⁊ fetus in vtero perdens in vltionem necis fratrum ſuorum: ita vt oportuerit pontificem legatum velociter mittere ad ſedandū inſaniam furoris illius. Qui Conradus tyrannidem exercens in ſubditos: ⁊ inimicis eccleſie fauens: demum poſt plures annos captus a legato Eugenij dn̄o Joanne Cornetano: decollatus eſt. Sicq̄ progenie illorum de Trincia extincta: Fulgineū cum oppidis ſuis ad dominium eccleſie abſolute reductum eſt.

Eorū familia q̄ de Trincis cognomi⁊nantur miſeruʒ finē ſortiga eſt.

§. V. Braccius autem Peruſinus adaugens quotidie dominium/ diuitias/ et numerum bellatorum: vocatus in regnum Appulie a regina Joanna ſecunda in adiutorium contra aduerſarios ſuos: plura bella ibi egregie egit. Ob quorum remunerationem regina ſibi Capuam conceſſit: que vna dicitur eſſe ex clauibus regni: qua ſcilicet faciliter intratur in regnū. Sforzia vero de Cotignola dux et ipſe ſtrenuus non minoris eſtimationis (alij enim rei militaris peritiam maiorem q̄ in Braccio: alij parem arbitrabantur) hic multas ⁊ magnas res geſſerat: et per omnes militie gradus ad fame atq̄ culmen glorie aſcēderat: ⁊ precipue in partibus Appulie dux exercitus regine Joanne effectus: ⁊ plures ibi ciuitates et oppida a regina cōſecutus. Inter hunc et Braccium tandiu amicitia fuit: quamdiu vtrique minores fuerunt: Auctos vero atq̄ potentes emulatio atq̄ contentio irritauit. Itaq̄ ⁊ prelia inter ſe nonnunq̄ commiſere: ⁊ quum inſimmati plurimum eſſent animi contra ſe inuicē: ad certamē ſe parārunt. Sed Sforzia dum eſſet cum copijs ex parte vna fluminis Piſcarie: et Braccius cū ſuis ex altera: equeſter alios precedens tranſiens flumen ibi ſubmerſus eſt: nec corpus eius queſitū vnq̄ valuit reperiri. Non multo prius Sforzia ipſe vexillifer eccleſie in ciuitate Auerſe decapitari fecerat Tartaglia: in militia non mediocris conditionis: propter proditionē quandam quam tractabat perficere. Copie autē Sforzie filio ſuo remiſerunt etſi iuuenculo: tamen iam armis ſtrenuo: cuius virtus militie ⁊ dignitas quantum poſtea creuerit infra patebit. Prefatus igitur Braccius hoſtis publicus factus eccleſie: propter quod ⁊ anathematizatus notorie: in tantum ſuperbie culmen aſcendit: vt ſibi perſuaderet regnum Appulie adepturum. Nec erat nimis difficile: ſi ciuitatem Aquilanam quam obſederat/ accepiſſet: que altera dicitur eſſe clauis regni. At Aquilani cernentes a regina auxilia neceſſaria ſe habere non poſſe propter debilitatem viriū ſuaruʒ ad pōtificem oculos direxerunt: ſuppliciter ſuffragia poſtulantes ob obſidionē illius hoſtis remouendam. Quibus non defuit pius ⁊ prudens antiſtes: ſed inuocato prius diuino adiutorio per proceſſiones ſolennes ⁊ orationes iniunctas generaliter cum munere indulgentiarum: collectis copijs eccleſie/ ⁊ comitis Franciſci Sforzie ⁊ exulum Peruſinorum/ deſtinauit ꝯ Braccium: mandato ſibi prius facto vt obſidionē ſolueret: quum nil iuris ibi haberet. Contra que contemnētem deum ⁊ eccleſiam: ⁊ ad acies ſuas inſtruendas in habitu nō proprio (ne ab hoſtibus cognoſceretur) diſcurrentem: eccleſie milites proceſſerunt ad pugnam. Omnis autem intentio ⁊ conatus eorum erat ad perſonā Braccij inuadendam: ⁊ precipue Peruſinorū exulum: qui eum recognoſcentes (etſi mutata habitu) impetum fecerunt vnanimiter in eum: ⁊ ad mortem vſq̄ affecerunt. Eductis autem e caſtris non multo poſt ſubmerſus in anima ⁊ corpore mortuus: quia hoſtis eccleſie excommunicatus ſepultus eſt in inferno. Sepultura quoq̄ non eccleſiaſtica: ſed ſubiugalis corpus eius meruit. Sicq̄ ſublata eſt obſidio: ⁊ eccleſia a comminationibus ſuis ⁊ perſecutionibus liberata. Nec enim debuit de hac vita tranſire aliter q̄ ceteri hoſtes eccleſie: quorum ceruices erectas cōtriuit altiſſimus. Peruſium ⁊ alie ciuitates ab eo vſurpate ſub dominio eccleſie redierunt.

Bracci Peruſi nicedes.

¶ Eo tempore quidam fuit ordinis minorum frater Bernardinus nomine. Senenſis natione: venerabilis vite/ ⁊ fame preclare/ egregius predicator: quotidie poſt miſſarum celebrationem populis predicabat diſcurrens p ciuitates ⁊ oppida Tuſcie Longobardie et ducatus Spoletani: ⁊ cum tanta gratia vt eccleſias ⁊ plateas audientibus impleret: ⁊ fructum plurimum deo offerret ex verbi dei ſemine per eum ſparſo. Hic quedam ſcilicet melliſluum adinuenit: vt creditur pia intentione: vt ſcilicet in illiſtuum nomen Jeſu: quaſi obliteratum in cordibus fidelium incaleſceret. Nam pictum vel ſculptum in magna tabula ornata populo oſtens faciebat adorare. Hoc etſi ſimplicibus videretur deuotionem afferre: ſapientes arbitrabantur idololatriam: vel ſaltem ad ſuperſtitionem tendere: quum populi magis venerarentur illas literas: q̄ ſignificatum per eas ſcilicet Jeſum chriſtum. Imitati ſunt eum aliqui predicatores ordinis minorum: tales tabulas cum illo nomine in proceſſionibus ferentes: ⁊ cruci que de more anteferri ſolet preferētes. Hinc orte ſunt magne in populis contentiones: alijs factum commendantibus: alijs reprobantibus: quum etiā aliqua ad exaltationem illius nominis predicando Bernardinus proferret: que veritati non videbantur inniti. Demum ad curiam Romanam citatus ſuper his fuit. Et Martinus papa habita prius ſolenni per magiſtros ⁊ prelatos diſcuſſione materie ⁊ rationis adinuentionis illius vt ſuperſtitioſa ⁊ periculoſa oſtenſa: Martinus prohibuit illud amplius fieri nec populis ſic oſtendi. Quod Bernardinus filius obediētie humiliter mandatum acceptauit: ⁊ integre obſeruauit. Et ad hoc facit quod habetur. ꝗ. q. v. conſuluiſti. Quod ſanctorum patrum documento non eſt ſancitum: non eſt ſuperſtitioſis adinuentionibus preſumendum.

Diuus Bernardinus.

§. VI. De ijs que tēporibus illis acciderunt nouitatibus in regno Appulie: Rome preſulāte Martino ⁊ ſub regina Joanna ſecunda: aliqua breuiter perſtringentur. Hec ſiquidem Joanna ſatis inconſtans et parum pudica: filia Caroli tertij regis Appulie: et germana Lanſlai regis: eo defuncto anno domini. M.cccc.xij. vel circa ſucceſſit in regno. Que duxit in virum comitem Marchie prouincialem nomine Jacobū: ad quorum nuptias magnifice celebratas deſtinati ſunt a Florentinis oratores nobiles ciues: qui honorifice ſunt recepti: ⁊ duo ex eis milites effecti ſcʒ Laurenti⁹ de Ridolfis doctor iuris vtriuſq̄: ⁊ Pallas Noſri de Strozis. Sed ſine multo temporis interuallo

Joanna ſcda appulie regina.

orte ſunt diſſenſiones graues ⁊ querele adinuicem in ignem iracundie mutue ſuſurrationibus ligna miniſtrantibus. Que adeo excanduit: vt procurante regina illum oportuerit eam dimittere ⁊ ad propria ingloriũ redire. Metuens autem regina regnum ſibi auferri vel a pontifice vel a duce Andegauie ad ſui robur ⁊ regni firmamentum / vocauit regem Aragonum Alphonſum nomine ſatis iuuenem ad regni conſortium: illũ adoptans in filium ⁊ heredē inſtituens. Qui cum decenti apparatu ad eam Neapolim acceſſit: de immenſo munere magnificas gratias agens et dilectione eximia ſe offerens ad omnia que decet filium tantam ⁊ talem matrem venerari. Poſt tamen breue tempus ceperunt ſuſpitiones oriri inter matrem et filium: illa quidem verente ne nimium dominij ſibi preſumeret: illo vero ne vt mulier inſtabilis ſtra cõuelleret: quum non deeſſent qui ad hoc inſufflarent. Ea propter decreuit filius rex Aragonum ſuorum concilio habito: matrem ad regionem transferre: ne ad propoſitum mutandum impulſores haberet. Statuitq; diē qua hoc aptius perfici valeret. Deo tamen diſponente res non fuit ita occulte ordinata: quin regina preſenſerit cauta reddita. Unde et ipſa ſibi prouidit: vt ad eam accedens detineretur in caſtro. Quum igitur vna dierum rex ad caſtrum ſeu palatium Capuanum vbi reſidebat accederet quaſi matrem viſitaturus: re autem vera eam honeſte captiuaturus: egreſſus ipſe de caſtro nouo vbi habitabat: quod in alio extremo Neapolis ſitum eſt: fortiſſimum acceſſum habens per terram et per mare: iuxta portum in quo naues conquieſcunt / applicuit ad locum. Et quum iam equus cui inſidebat / pedes priores ponere inciperet in ponte ligneo per quē intratur in caſtrum: qui ſuper hoc fuerat edoctus nimis cito erexit põtem: extimans equum iam totum aſcendiſſe. Quod rex perpendens: ⁊ ſuſpicatus inſidias retroceſſit cum equo: velociter recurrens ad caſtrum nouum. Detectis igitur vtriuſq; inſidijs ⁊ dolis: regina omnes Siculos ⁊ Cathalanos quierant in ciuitate detineri fecit: rex autem Aragonum retinuit in caſtro ſuo magnum Seneſcallum qui gubernabat regnum pro parte regine. Hic tunc ſe reperit in caſtro nouo. Et quia regina multum afficiebatur ad ſeneſcallum ſiue amore carnali ſiue amore amicitie ⁊ vt ſibi neceſſarius. Capti autem a regina ſeculi et alij nobiles ⁊ barones valde erant intimi regi: ideo de communi concordia facta eſt permutatio: vt omnes Siculi ⁊ alij dimitterentur: ⁊ Seneſcallus regine redderetur. Quibus peractis: quum iam nota facta eſſent odia matris ⁊ filij adoptati ſibi ⁊ alijs: rex Aragonum claſſem ſuam quam parauerat ad pugnandum contra Maioricas / miſſo nũcio celeri ad ſe vocauit Neapolimq; intra paucos dies ad portum applicuit in regis auxilium cum pluribus nauibus magnis et galeis armatis. Hoc regina audito: pro tutiori loco ad aliam ciuitatem tranſiuit vicinam. Sforzia tamen qui tunc in humanis degebat: princeps exercitus regine, cum copijs ſuis deſcendit ad littora portus: ad repugnandum deſcendentibus ex galeis ad terram, Chatalanis ⁊ Siculis. Quumq; a mane vſq; ad meridiē obſtitiſſet: cernens hoſtes preualere / cum ſuis ex vrbe aufugit: ciuibus autem in nullo reſiſtentibus: ſed cum vxoribus et filijs ſecum precioſiora geſtantibus Neapolim deferentibus: rex cum gentibus per mare adductis ciuitatem ſine cõtradictione accepit in feſto beati Barnabbe menſe Junij anno domini. M.cccc.xxiij. Igni domos et apothecas ſtrate que dicitur Rubettina expoſuit nocte illa: ⁊ domos multis bonis refertas in predam ſuorum per biduum cõceſſit. Sed nec ſtipendiarij Sforzie ſuis pepercerunt amicis. Nam obuiantes Neapolitanis qui ad diuerſa loca migrabant: que ſecum pauca deferebant abſtulerunt. Hec vidi oculis meis: quum illis diebus ad viſitandum conuētum Predicatorum profectus Neapoli me reperiſſem. Regina autem Joanna attendens ꝙ ignominioſe et iniurioſe ad eam ſe habuiſſet: omnem adoptionem factam et irritauit ⁊ annullauit propter vitium ingratitudinis regni exheredem faciens. Sed loco eius in filium adoptauit primogenitum ducis Andegauie Ludouici: qui cum Ladiſlao pugnauerat pro regno / ius in eo pretendens. Qui cum magna comitiua accedens honorifice et affectuoſe receptus eſt in ciuitate Auerſana. Nam Neapolim poſſidebat rex Aragonum: ſed in proceſſu ipſam ex proditione Jacobucij Caldora amiſit ⁊ et cõplures alias ciuitates regni: vt modica ſibi portione regni remanēte / ad Siciliam declinaret. Et regina Neapolim reuerſa eſt cum curia ſua et adoptiuo filio Ludouici naturali legitimo. Eique extunc ducatum Calabrie conceſſit heredem regni relinquens. Sed quum Conſentie in Calabria reſideret: vbi et vxoris nuptias celebrauit: morbo correptus migrauit ad Dominum filios non relinquens et ſuperuiuente regina.

Alphonſus Aragonum rex filius Joanne adoptiuus.

Joanne ⁊ Alphōſus ⁊ Alphonſi Joannē detegũtur inſidie.

Ludouici Andegauie ducis primogenitũ adoptat Joanna.

§. VII. Ea tēpeſtate magnus ſe-

neſcallus aſtutus ⁊ ſagax gubernationem regni exercebat ad placitum cuncta diſponens: adeo vt maieſtatis regie regina nomē tantum: ille vero executionem ⁊ reditus habere diceretur. Quãobrem proceribus regni exoſus eſt effectus ⁊ ipſi regine: ambitione ſua ſingulos ipſe contemnens. Factũ eſt autem quum vna dierũ celebiaret nuptias filio ſuo Neapoli: cui in vxorem dederat filiā Jacobucij Caldora principis exercitus reginalis: multi notabiles ⁊ barones aduenerunt congratulantes ⁊ feſtiuantes. Ipſe vero fere nunq̄ viſus eſt tanto effundi gaudio ⁊ iucunditate vt die illa: aſſerens ita firmatum ſtatum ſuum: ꝙ amplius ei formidandum non eſſet. Sed ſubito conuerſum eſt gaudium in merorem, et vox cantus ⁊ ſymphonie in luctum ⁊ planctum amarum. Nam nocte media quum iam omnes in ſtratis quieſcerent ⁊ ipſe ſeneſcallus in palatio regine remanſiſſet: ecce ſiccarij ſubmiſſi a proceribus et regina (qui vna conſpirauerant in mortem illius) cum magno clamore et inſtanter pulſant cubiculi hoſtium: excitantes eum ⁊ admonētes vt feſtinus exurgeret: quia ex repentino accidente regina periclitabatur ad mortem. Euigilans ille mandat puero vt aperiat oſtium quo peracto armati inermem ⁊ ſe induentem aggrediuntur ⁊ vulneribus multis confoſſum mortuum reliquerunt. Diuulgatur homicidium: nullus muſire auſus eſt nedum tumultuare: neſcientibus omnibus: vnde illud proceſſiſſet: corpus vero illud ſine honore aliquo vt pauperrimi ⁊ abiectiſſimi delatum eſt in eccleſiam ſecretiſſime tumulandum. Regina autē pro ſui excuſatione ſine ſcitu eius aſſerebat illud peractum. In qua re oſtenſum eſt ꝙ vana gaudia mundi: et vita incerta. Demum regina Joanna fere per annũ poſt mortem eius quem in filium adoptauerat Andegauie ducis filij ſuperuiuens diem clauſit extremum: regnũ relinquēs Renato germano premortui adoptiui eius filij. Cuius exequijs ſolenniter celebratis miſerũt proceres regni ⁊ maiores oratores ſuos in Franciam qui vocarent Renatum ad regnum Appulie ſibi a regina collatum capiendum. Sed quia in bello recenter concerto inter regem Francie ⁊ ducem Burgundie Renatus cũ pluribus alijs fuerat captus ab hoſtibus ⁊ adhuc detinebatur: illuc proficiſci non valuit: vxor tamē eius mulier virilis ⁊ prudēs / vna cum filio ſuo primogenito aſſociata oratoribus illis ⁊ alijs plurimis: Neapolim perrexit honorabiliter exoptanterq; recepta: quũ communiter regnicole dominum Francorum affectarent: Aragonenſium horrerent. Elapſus eſt annus ⁊ vltra anteq̄ ille Renatus liber dimitteretur: ⁊ in regnum regrederetur. Interea rex Aragonum audita morte regine: ex Sicilia ad Appuliam reuerſus eſt: tractans cum aliquibus dominis regni prioribus amicis ſi forte regnum ipſum obtinere valeret. Sed que poſtea ei acciderunt aduerſa ⁊ proſpera infra patebit.

Joanne mortē Renatũ Ludouici Andegauie fratrē regni reliquit heredē.

§. VIII. His breuiter decurſis

geſtis in partibus regni Appulie: iam ad narrationē preliorũ que in Hetruria ⁊ Gallia ciſalpina peracta ſunt per Uenetos ⁊ Florentinos et vnam ducē Mediolanũ ex parte alia reuertamur: vt appareat miſeria mundi nunq̄ a motu quieſcentis quum tamen omnes quietem appetãt: ſed niſi in ipſum deum, nunq̄ inueniant. Sed anteq̄ prelia carnalia ingrediamur: libet referre aliquid de pugna ſpirituali que illis temporibus accidit. Uenerabilis vite quidam Manfredus nomine Uercellenſis religioſus ordinis predicatorum erat peritus ⁊ timens deum. Hic predicans in partibus Longobardie: neſcio quo ductus ſpiritu populis nuntiabat propinquum antichriſti aduētum: ⁊ quaſi tempore ſuo eſſet futurus inducebat ad hoc ſuas rationes ex ſcripturis: precipue apocalypſis. Ex terrore huius doctrine exprimētis horribilia que facturus ſit quum venerit antichriſtus: in quo omnes concordant: multi vtriuſq; ſexus contemnentes ſeculum iuuenes ⁊ virgines ſenes cum iunioribus habitum ſub eo receperunt tertij ordinis ſeu de penitētia beati Dñici: ita vt tranſcenderent numerũ quadringentorũ: mares centum ⁊ femine trecente ⁊ ſupra. Hi in communi viuebãt ſeparatim viri a mulieribus / de labore manuum ſuarum in ſudore ſuo non omiſſis diuinis officijs: ⁊ frequētantes confeſſionē ⁊ cõmunionē in ſumma honeſtate ⁊ charitate cõuerſantes: omni poſſeſſione ⁊ reditu carebant omnino. Omnes Longobardi erant ⁊ ſimplices. Qui ex Longobardia Bononiam profecti ſunt cum eorum patre Mãfredo predicto. Martinus papa attendens genus illud periculoſum poſſe ſcãdala generare: conatus eſt congregationē illam diſſoluere ad propria remittendo: ſed nõ valuit: tum illis ita affectis ad illum Manfredum ſpũaliter: vt ab eo nulla poſſent ratione diuelli: tum quia ita redolebat eorum conuerſatio in conſpectu laicorum: vt

Manfredi Uercellēſis et ſequacium eius noua religio.

ab omnibus moleſtantibus defenderentur. Ex Bononia Florentiam applicauerūt: in arctiſſimo victu honeſtiſſime ⁊ letanter dn̄o ſeruiebāt. Et licet Martinus tunc Florētie exiſtens prouideret aliquid eis eleemoſynaliter dari: vt in patriam ⁊ ad ſuos redirēt: non obediebatur ex cōpaſſione ⁊ deuotione populi cōcepta ad eos. Examinari fecit papam illū Manfredum: ⁊ nihil reprehenſione dignū in eo inuentū eſt: nec in cōgregatione illa. Pontifice cum curia ad vrbem accedente ſecuta eſt congregatio illa: quam cum magno rigore diſcipline regebat: pro minimis cōtentionibus ⁊ ad cippos mittens ⁊ lacte doctrine frequentis nutriebat. Maior pars earum in breui in dn̄o obdormiuit Rome. Remanentes in magnis anguſtijs vite degebant vexate complures earum a demonijs. Aliquibus maioribus apparebāt ſpūs in veſtibus albis: vt angeli lucis: ſi tamen ipſi erant: ⁊ afferētes eis pater noſter minima vitrea ⁊ perforata euaneſcebant. Sperabatur ab illis Manfredus papa futurus: ⁊ a multis eorū antichriſtus manifeſtādus. Tranſactis pluribus annis tēpore Eugenij Manfredus ipſe nimis aliquādo credulus viſionibus illarū quieuit dn̄o: in conuentu Minerue ſepultus. Poſt quod diuiſe ſunt in duas partes mulieres: que ⁊ paulatim defecerunt per mortem: ⁊ alique in ſpiritu. Et que expectabant non viderunt: nec illum papam: nec antichriſtum. Predicabat Bernardinus contra eum arguēs factum illud: ⁊ Manfredus contra Bernardinum in aliquibus doctrine ſue eum ſugillans.

¶ De Philippo Maria duce Mediolaneſi. ⁊ prelijs eius cum Florentinis. Capitulum. viij.

Diuturnā Florentini populi pacem primo excepit bellū cum Philippo Mediol. duce ceptū anno ſupra. M.cccc.xxij.

ita vario geſtū marte: vt penes eos ſteterit victoria: qui ante ferme pro victis habebant. Eius initiū tum ducis culpa parū pacis iura ſeruātis contractū fuit: tum aduerſante pontifice Martino: qui Florētinorū opes debilitari frangiq; cupiebat. Que vt notiora fiant: paulo videtur altius eius origo repetenda. Recuperato poſt fratrem interfectū Mediolano: pluribusq; paterne ditionis vrbibus in poteſtatem redactis ⁊ ampliandi dominij cupidine Philippus animū adiecit ad oppugnandam ciuitatē Genuenſem varijs factionibus laborātem: cuius dux erat Thomas Fregoſius vir prudens: magniq; animi ⁊ ad reſiſtendū parati. Veritus ergo ne a Florentinis illi ſubſidia ſuppeditarētur: omni ſtudio pacē cum illis queſiuit. Et primo ſancti Antonij abbatē ad tentādum Florētinorum animos deinde ſex oratores qui de pace aperte inter eos firmanda (quū iam pluribus annis tacita odia viguiſſent) agerent: Florentiā miſit. Summa poſtreme legationis fuit: nulli ignotum eſſe quātas attulerint Italie clades bella que inter vicecomitū familiam ⁊ populū Florentinū hactenus extitiſſent: cupere ducem vt nedū ſubmouerentur bellorū que oriri poſſent occaſiones: ſed ſumma perpetuaq; cōcordia inter eos ſtatueretur: omniſq; armorū (a quib' ducis animus abhorreret) tolleretur ſuſpitio. Scire ſe Venetos ſemper pacis Italie fuiſſe amatores: pōtificis animū ſibi compertū eſſe a diſcordijs maxime alienū: nihil abeſſe ſi pax ſequeretur / quo minus vniuerſa Italia in otio eſſet diutius quietura. Sibi mentem immemorē eſſe preteritarum diſcordiarum: quin potius meminiſſe poſt paternam mortem quū Longobardia omnis bello flagraret. Florentinos quū parua impenſa plurimū damni ſibi inferre potuiſſent: ab armis ceſſaſſe: hortari ſe Florentinos ad ſumēdum eam pacem quā ſinguli appeterēt: quū eſſet oībus profutura velle ducē eos habere parentis loco: neq; quicq̄ male q̄ notum eſſe vniuerſis nihil ſibi antiquius pacis ⁊ quietis cupiditate. Hanc ſe proculdubio maiorum ſuorum ambitioni longe anteferre. Vis in frequēti ſenatu recitatis: fuere plurimi ⁊ ſeniores preſertim / qui dicerēt eam pacē tanq̄ inſidam reijciendam eſſe: ⁊ (id quod poſtea re ipſa comprobatū eſt) legatorum verba plena videri inſidijs: omniaq; ad fallēdum ſpectare. Ducem vnum ore loqui: alterū animo occultū gerere: pacem ab eo oſtentari: bellū intus latere: cui nulla pax cordi eſſet: ſed cupiditas regnandi: non queri ab illo concordie fedus: qui dn̄ari cuperet: oñi ſpe externi auxilij deſtitutos iugū ſeruituris ſubituros: optare illum ſopiri ſpecie pacis Florentinos: quo ſecurus Genuenſes expugnet. Simulatq; ij in poteſtatem redacti ſint: paternū ampliandi dñium ſumpturum animū: ardere illum cupidine regnandi: ⁊ ab eis incipere qui eſſent proximiores. Emerſurā paulo poſt eam flāmam latius q̄ reipubli. expediat: ſi pacis titulo intus ignis nutriatur. Eandē filio mentē fore: que fuerit patri. Expugnatis Genuenſibus trāſlaturū illum arma in Tuſciam ſiquo fuerit facultas: cōſultius videri preſidio adeſſe Genuēſib': quo vicino bello diſtineat: q̄ contracta ſimulata pace illos deſertos auxilio pati: tutiora ſemp cōſilia dubijs eſſe: pferēdamq̄ tn̄ preſenti ſed futuro quoq; prudendū eſſe. Alij dandam petenti pacem cenſebant: neq; pretermittendam preſentem quietem futuri belli: neq; Genuenſibus in poteſtatem redactis / ducem adeo potentem fore: vt ab eo occupāde Tuſcie periculum immineret: quum omnis eius patria adeo diutinis inteſtiniſq; factionibus et bellis vexata iaceat: vt multis annis nequeat exurgere in priores vires. Poſſe fieri vt vera ab oratoribus dicerentur: neq; deſperandum pacis illum federa ſeruaturum: cuius nomen adeo mortales allicit: vt abominandum videatur oblatam vltro repudiare pacem. Reſtitiſſe Florentinos quondam per annos duodecim parenti: cuius opes imperium longe lateq; etiam in Tuſcia diffuſum erat multo facilius filio imbecilliori admodū obſiſti poſſe: ſi quid inſaniet. Neq; enim eius res adeo ſecundas eſſe: vt multis annis occupande Tuſcie vacare queat: ⁊ tempora interim conſilia ſecum ferre. His varijs orationibus agitatis: ſeu ſatis volentibus: ſed quia pacis nomen plurimos monebat fedus cum oratoribus firmatum eſt. Cuius conditiones inter ceteras extitere: ne dux citra Pontremuli oppidum Tuſciam verſus: citraq; Mutinam arma mouendi: aut citra cruſculum fluuiū verſus Bononiā vllas copias mittendi: ſocietatem ineundi: vrbemve aut caſtra capiendi: aut oblata tenendi: aut auxilia cuiq̄ mittendi ius eſſet: nulloq; federe cuipiā citra hos fines iungi poſſet. Que iureiurā do firmata ſunt.

Fedus iter Florētinos et Philippum martez ducem Medio lanēſez ictum.

§. I. Pace cōſtituta dux Genuātum longo bello: ⁊ tū inteſtinis factionibus debilitatam capit.

Egre autē tulit empeū de Genuēſibus belli tpe Liburni portum: qđ fuerat ditionis Piſanorum: propter pecuniā illis ad vſum belli datā: quā poſtea occaſionē pretulit pacis violande cupiditati. Erat tunc ciuitas Florētina lōga pace admodum opulenta: opes ampliſſime: pecunijs affluebant ciues: ⁊ vt fieri ſolet ex rerum copia orta ſuperbia: neq; pōtificē vereri neq; quēuis aliū magnipēdere ſinebat. Qđ aūt Martinum offendit: fauor erat Braccio Peruſino bellicoſo duci multaſq; ciuitates eccleſie occupanti per Florentinos preſtitus. Cōcordia deinde opera Florentinorū cū pontifice de reſtitutione quorundam captorū facta: ad vrbē proficiſcitur. Indignatus plurimū vt poſtea queſtus eſt: ob verborum contumeliam puerorū non repreſſam. Poſtmodum Alphonſus ſancti Euſtathij cardinalis legatus ad regendam Bononiam deſtinatur: cuius fauore prima cū duce belli origo manauit. Animaduerſa enī populi mobilitate: quū defectionem timeret: quo recentem ſtatum aliquo firmiori auxilio muniret ⁊ ſocietatis federe cum Florentinis iungi per oratorem poſtulauit: quo ob eam rem denegato ne noue contentionis aut belli cauſa oriretur: legatus idem petiuit a duce. Ille pacem pertēſus / nouarumq; cupidus rerum / eā ſocietatē amplectitur inito federe: in quo vtriuſq; animus idem ſentire videbatur. Unde malorum omnium initium eſt profectum. Nam violata hoc federe per ducem pace: cuius cauebatur nominatim ne Bononiam ſociam recipere / aut federe aliquo cum ea iungi liceret: Florentini pacem ab eo non ſeruatam per literas queſti ſunt. Dux ad ſimulandum ac diſſimulandum promptus: miſſis Florentiam oratoribus: fedus illud ea ratione tutari conatus eſt: vt dicerent Legati non ad infringendam pacem (cuius eſſet cupidiſſimus) ſed ad ſecuritatem ſuo ſtatui timentis id a ſe factum eſſe: multiſq; verbis de ducis animo ad ſeruandam Florentinorum amicitiam diſſeruerunt. At qui culpam excuſare non poterant: abierunt animis dubijs ac ſuſpenſis. Superuenit obitus Georgij Ordelaffi vicarij Foriliuienſis: qui ſuperſtitibus filio impubere ⁊ Lucretia vxore Ludouici Alidoſij vicarij Lindenſis filia deceſſit e vita. Vicarios autem eos appello qui ciuitates aut oppida vicario pontificum nomine tenent. Lucretia parum ciuibus fidens propter Catharinam que viri ſoror fuerat: et alterius. i. Gibelline factionis fautrix erat: non paterno conſilio in ciuitate regenda vtebatur: quod Catharina egre ferens ſuos ad defectionem hortabatur. Lucretia cum ijs quos ſibi fidos putaret: quo filij ſtatus firmior eſſet: ſocietatem antea cū Florentinis initam renouauit: reliqui ciuium ſuadente Catharina in ducis fauorem inclinarunt: ij qui vrbis illius capiunde oblatam ſpem minime repudiarunt. Lucretiam dux primo tentat: vt abrogata Florentinorum ſocietate ſibi herere ⁊ federe iungi vellet: auxilia inſuper pollicitus ſi op' ſit pro filij tutela. Illa cupiens ceptam cum Florentinis ſocietatem ſeruare: benigne reſpondit: ſi caſus tulerit ſe opem illius imploraturam. Eadem ⁊ Catharine per internuntios

Philippus maria ſibi Genuā ſubiugat.

Lucretia Georgij Ordelaffi vxor.

ſignificauit: hortatu ſuo ſi ſuaꝫ ſectã ſequi vellet: multo plura ei quã Lucretie pollicitus. Sata inter duas mulieres ciueſq; diſcordia: plures equitum turmas in agrum miſit Bononienſem contra pacis cõditiones. Quod admirati admodũ Florẽtini: et eam rem minime ſpernendã vt maius incendiũ excitaturam rati: legato ſcripſere: mirari ſe quid ſibi tam ſubitus tot equitum aduentus vellet: neq; recte ab ea factum que ducis equites ad perturbandũ otium in agro Bononienſi otioſos eſſe ſineret. Suſpicari ſe aliquã occultiorem fraudem contra ſe a duce machinatam eſſe: rogare vt eum equitum cõuerſum miſſum faceret. Ad ea reſpõdit legatus: eos equites ſuo rogatu a duce miſſos: quibus ad recuperãdum caſtrũ Bononienſe vteretur: neq; vllum ab eis Florẽtinis periculũ imminere. Reſponſum eſt ab oratore: ridiculũ id neq; veriſimile videri tãtum equitũ numerũ pro tam paruula re a Longobardia excitatũ. Verum dies palam facturos quem hi dolum ſecum portarẽt. Hanc auxit ſuſpitionẽ Marchio Ferrarienſis: qui et ipſe ſcripſit eos equites ſua cauſa veniſſe: qui paulo poſt Lugum oppidũ pceſſere Forliuio propinquũ. Ibi quum aliquãdiu morarentur: dum ſolita calliditate vtriq; et Lucretie et Catharine ſcripſit ſe eius cauſa miſiſſe equites quo volenti auxilio eſſe poſſet. Lucretiã Florentinorũ ſocietate repudiata ducis federe pſcuerat. Catharina quiq; cum ea ſentiebant / oblata auxilia cepere: excitatoq; tumultu a Lucretia deficiũt: captamq; in cuſtodiã tradũt: vnde fugiẽs Forũ popilij petijt: ducis equites a ciuibus in vrbẽ recipiuntur. Capta proditiõe ciuium vrbe: varia Florentinorũ cõſilia agitabãtur: quidã bello vindicandã tantã iniuriã cenſebant quidã tentanda omnia priuſq; ad arma deueniret. Violatũ pacis fedus erat: trãſgreſſiq; longo interuallo fines in eius cõditionibus ſtatuti. Defendendã Lucretiam oẽs vociferabantur: et vim vi repellendã. Nunc tandẽ emergere fructus pacis tantopere a duce hactenus petite. Quo autem facilius de bello ſi opus foret agi poſſet: decem viri creãtur qui e veſtigio duos equitũ prefectos cum ſexẽtis equitibus ad Forum popilij mittunt pro Lucretie tutela. Ne aũt inconſulte bellum appetere viderẽtur: viſum eſt in primis et literis et oratorib⁹ queri de violata pace: ſi quo modo poſſet abſq; certamine res componi. Queſti ſunt igitur primum per literas cum duce pacem ab eo interruptam eſſe: quum ſciret federe ſe ne id faceret prohiberi: equum videri vt reuocaret equites: vrbẽq; relinqueret quam p iniuriã cepiſſet. Marchioni deinde Ferrarienſi Nicolao ſcripſere: vt ducem cohortaretur ad ſeruanda pacis federa: q̃ eſſent inter ſe more ſolẽni firmata. Ad ea reſcripſit dux: ſe per oratores quos Romam miſſurus eſſet / reſpõſurũ. Id tantũ ſcire eos velle: ſe pacẽ optare: queue cõmiſſa forẽt preter ſuam voluntatẽ geſta. Oratores quũ Florẽtiam veniſſent: multis verbis ducẽ ab eo incepto excuſare conati ſunt: afferẽtes illũ omnino ſeruaturũ pacẽ: equites inſuper reuocaturũ ac vrbem redditurũ polliciti: ſi eorum ſecuritati a quibus vrbs tradita erat / conſuleretur: nolle enim eos qui ſecum ſenſiſſent / aduerſe factiõis iudiciũ arbitriumq; ſubire: ſperareq; ſe ſi qui ciues ex maioribus ad ducem mitterẽtur: rem procuſdubio eſſe conuẽturam. His dictis quum ſummã ſpem concordie oſtendiſſent: Romã profecti ſunt. Ad pontificẽ vero miſſo oratore Marcello iuriſcõſulto geſta per ducem narrantes et eius fraudes multiplices queſti ſunt: et Alphonſi legati iniurias: cuius fauore et aſtutia Forliuium in ducis poteſtatem veniſſet. Quod factum Marchionis ſimulatione excuſaretur: obteſtãtis ſuo nomine iam vrbem captam teneri. Rogabant pontificem vt ciuitatem ſuam a tyrannis eximeret: mandaretq; duci vt omnẽ equitatũ ad ſe reuocaret. Ad hec Martinus (qui et belli fautor putabatur) reſpondit ſe Bracchij bello Aquilã obſidentis impeditũ: de quo dictũ eſt ſupra: ideo minus rebus Flaminie vacare poſſe. Egit tamen orator vt aduocato ad curiam Alphonſo cardinalis Senenſis dñs Gabriel qui factus pontifex Eugenius dictus eſt e Piceno vbi legatus erat Bononiam proficiſceretur.

§.II. Dum hec agitantur Nicolaus

Marchio eam ciuitatem ſuo nomine teneri et gubernari palam dictitans: per oratorem nuntiat Florentinis: ſi paterentur Forliuium a ſe aut tueri aut ſuo nomine teneri: curaturum ſe vt copie ducis in Longobardiam redirent: et quo fieret vt omnis belli occaſio tolleretur. Huic reſponſum eſt: non pati honorem reipubli. Florentine a ſe ſtatum ſocij et amici pro derelicto haberi: recteq; fore: ſi daret operam Marchio vt ciuitas Popilie reſtitueretur. Neq; enim aut ſua aut ducis eſſe vt aliena raperent. Neq; eſſe prudentie ſue alienam culpam in ſuam traducere velle. Aperteque cognoſci hec omnia a duce confingi decipiendi gratia: vt oſtenderet nullo iure pacem violaſſe. His longe contraria narrauit paulopoſt archiepiſcopus Genuenſis ad vrbem vadens: qui mandatum ſibi ab eo referre Florentinis aiebat: que fecerit Martini gratia feciſſe: miſiſſe enim equites qui pontifici auxilio eſſent. Vrbem Forliuij ab eis de pontificis voluntate captam tanq̃ locum idoneum: in quo in eundo et redeundo quietem capere et impedimenta tuto relinquere poſſent. Huiuſmodi fallendi artibus et aliam dux adiecit: miſſo Florentiam oratore Franchino iuriſconſulto ſumme authoritatis viro: qui ſuis verbis diceret ſe pacem omnino cum eis cupere: quacunq; pontifex et Veneti conditione vellent: quorum arbitrio leges pacis eſſet permiſſurus. Suaſitq; vt oratores ad ducem mitterent: per quos ſperaret procuſdubio rem facile componi poſſe. Ei quoq; oratori parum fidei adhibitum / quum eius verba ad dolum ſpectare viderentur. Ne tamen oblata pax ab eis ſperni videretur Bartholemeus Valoris vir egregij animi conſilijq; et Nellus iuriſconſultus Mediolanum miſſi. Qui ad vrbem Laudi quum perueniſſent. xx. milia paſſuum Mediolano propinquam: ducis iuſſu propius adire prohibiti ſunt aſſerentis ſe quum a loco peſte infecto venirent: niſi poſt. xl. diem eos non auditurum: miſſurum tamen qui eorum poſtulata audirent: et ſuo nomine que agenda eſſent / tractarent. Ad que oratores ad ducem ſe non ad alios ire iuſſos reſponderunt: neq; peſtem ſe ſed pacem ſecum ferre: quam ſi reſpueret: armis decernendum eſſe. Re infecta oratores reuerſi / ciuitatem ſummo aduerſus ducis calliditates odio incenderunt. Oratio Bartholemei preſertim dolos detegentis animos ciuium commouit: qui publico in concilio quum de legatione ſua deq; ducis tergiuerſatione referret huiuſmodi habuit orationem. Si cum eo viro Florentini ciues nobis res eſſet: In ducẽ Mediolanẽſem oratio. que vlla federis aut iuriſiurandi iura aut ipſe noſſet: aut a ſuis maioribus accepiſſet: et non cum eo qui ab adoleſcẽtia totus ex fraude penderet: forſitan oratorum eius ceterorumq; qui de pace nobiſcum locuti ſunt / verbis aliqua ex parte credendum putarem. Sed quum bellum acerrimum inſtet nobis ab eo qui nullas niſi perfidie leges norit: non quid dicat: ſed quid agat: non quid loquatur: ſed quid moliatur: animaduertendum eſt. Pacis federa miſſis equitibus abrupit: fidem ſoluit: iuſiurandum contempſit: capto Forliuio / non ſua ſed aliena id factum opera ſimulauit: multis varijſq; verbis ac legationibus eluſi ſumus: multis fraudibus appetiti: multis dolis decepti. Omnia tyranni huius conſilia eo pertinent: vt receptaculum nobis propinquum habeat quo nobis bellum inferre et parua impenſa vires noſtras debilitare queat. Parentis animum aſſumpſit: et eius veſtigijs heret: qui nos ſemper per pacis ſpeciem oppreſſit. Hec fuit cauſa querende quondam nobiſcum pacis: vt ſubactis Genuenſibus liber vicinorum metu in nos arma facilius verteret. Bello hec immanis ambitio reprimenda eſt: que exeſtuat imperandi cupiditate. Proinde fraudes ſuperande ſunt viribus: et aperto marte illius inſidie reprimende. Paremus igitur que ad bellum gerendum ſpectent: ne ſerpens ille nos imparatos inueniat: et a ſe tanq̃ nullius conſilij homines deluſos glorietur. Pacem interim ſi vera non ficta offeratur: minime repudiemus. Eo tendant conſilia et opera noſtra: vt non mouiſſe bellum: ſed motum repreſſiſſe videamur. Hac legatione renunciata: conſpectoq; ducis ad decipiendum animo et a concordia alieno: de gerendo bello decreuere.

§.III. Martinus pontifex qui

ducis rebus timebat ob potentiam Florentinorum: et quia Braccius qui tunc circa Aquilam occupabatur (vt patet ſupra) vir bello egregius: ſperabatur (id enim pollicitus erat) cum tribus equitum milibus in auxilium Florentinorum venturus: conſpiciens maiorem belli excitari molem q̃ que per ducem ferri poſſet: rogatu quoq; oratoris Florentini id magnopere petentis: Antonium Luſcum virum ſue etatis prudentia et eloquentia ſingularẽ oratorem ad ducem deſtinauit vt pacem ſuaderet. Qui multis rationibus pacis cauſam egit. At ducis animus conſueta animi ſimulatione vtens: omnem preteritorum culpam a ſe reiecit: illam in Marchionem transferens: cuius opera vrbs capta eſſet: omnino pacem ſe velle: ſed vrbis reddende nequaq̃ penes ſe arbitrium eſſe. Marchio interim et ipſe noui belli infamiam fugiens: per oratores Florẽtinos ſollicitat: vt pro redintegranda pace cuius dux cupidus erat legatos ad ſe mitterent. Mandata enim habere ab eo ſe quibus pacem aperte polliceatur: qui conditionibus ante petitis aſſenſurum ſe promittat. Miſſis legatis pluribuſq; diebus varijs locutionibus nequicq̃ cõſumptis: quum ad interponendam moram omnia agi viderentur: fruſtrati ſpe pacis Florentiam redeunt. Interea quum varie incurſiones vtrinq; rapineq;

in Fla-

Imolaȝ cadit Mediolanēſe.

in Flaminia fieret: Ludouicus Alidoſius neq̄ duci neq̄ Florentinis aperte fauens omiſſa Imola captiuus ad ducem perducitur. Capta eſt autem predicta vrbs proditione militis: qui ad hoſtem trāſiens qua arte ⁊ loco ciuitas capi poſſet edocuit: ducem ſe conſtituens proditionis. Nouerat enim que pars arcis parum firma cuſtodijs eſſet. Fertur hanc calamitatem ob vmbra paterna poſt eius obitum multis annis antea predictam tempuſq̄ vrbis ⁊ diem deſignatam. Ob eā cauſam decreta iterum ad pontificem legatio: que diceret duas iam vrbes ſue ditionis cum omni territorio a duce occupatas: rogaretq̄ vt pro communi pace vrbes eas repeteret. Fore ſi id egiſſet: ab armis ceſſaretur. Ille vt antea nō eſſe ſibi id integrum reſpondit: propter Bracchi moleſtiam eis notam. Satiſfeciſſe tamen quoad potuerit eorū precib⁹ quum legatum eis acceptum Bononiam deſtinaſſet. Sȝ tamen paulo poſt ad preces ducis: qui legatum nimis fauentem Florentinis apud volentes incuſabat/remouit ⁊ archiepiſcopum Arelatenſem Ludouicum qui poſtea cardinalis ob eo eſt factus vrbi Bononie prefecit. ¶ Diuerſis in locis dum hec aguntur Florentini deſperata quam tāto tempore queſierant pace: ad bellum gerendum conuerſi: eius adminiſtrandi pro reipu. ſalute poteſtatē decē viris dedere. Multa interim Florentie varijs ſententijs iactabantur. Aſſerebant ex melioribus quidā neceſſarium ad tuendam libertatem bellum ſuſcipi aduerſus ducē. quum leuis aut nulla fides potius habenda Philippo videretur qui tam aperte pacis leges violaſſet: captam cōtra fedus vrbem ſociam atq̄ vicinam/ ⁊ dum ſe pacis auidum oſtentat/quo remiſſiores eorum animos reddat: proditione Imolam ſuo imperio adieciſſe: procliuē eum ad peierandum: et multa alia mala eius recenſentes. At vero nonnulli ex ſenioribus amplius cenſebant conſulendum: minime inutilem aut pernicioſam parui temporis moram videri ſi conſilio regatur: cui nil tam aduerſum habeatur q̄ feſtinatio. Ducem aperte profiteri pacē ſe cupere: pōtificiſq̄ decreto qđ equites ſui egiſſent: corrigi emendariq̄ poſſe. Expectandum igitur paululum: ſiquo modo daretur reſarciri pacem Legationibus mittēdis abijciēdis/purgandiſq̄ criminibus circumacto fere anno: quum ducis abhorrentis pacem milites Flaminiam vaſtarent: decem viri qui prioribus ſuffecti erant: decreto bello copias equeſtres ac pedeſtres comparant: ad ſex milia equitum et tria milia precio cōducunt quibus preerant prefecti rei militaris multū periti: Pandolphus Malateſta: Urſus ex familia Urſinorum: Ludouicus Obitius Lucanus: Nicolaus Tolētinus: Arditio Camerinenſis: multiq̄ preterea equites nobiliſſimi: quibus preficitur belli dux Carolus Malateſta vir bello ⁊ pace inſignis: de quo plura dicta ſunt ſupra. Hic coacto in vnum exercitu: caſtra prope Forliuium metatus eſt: ſiqua occaſio aut ſeditio ſe offerret vrbis recipiende. caſtella quoq̄ aliquot vi expugnauit: prede parum tulit: quuȝ omnia pecora agreſteſq̄ in vrbem comportatis eorum reb⁹ refugiſſent. Summa erat decem viroruȝ balie ſollicitudo in exercitu terreſtri cōparādo: quo ſuperior copijs ducis eſſet. Sed non minor erat cura: vt fauore exulum Genuenſiū dux poſſeſſione Genue pelleretur. Eorū hortatu claſſem comparant viginti quatuor triremium cum Infante Hērico regis Aragonum fratre: auxilium pecunijs datis. Que inſtructa parataq̄ portum Genue ingreſſa eſt: ſiquo modo ſeditio in vrbe oriretur. Oſtendebāt ſe ex nauibus exules: ⁊ in primis Thomas Frigoſius antea illorum dux: ciues ad liberandam de tyranno vrbem exhortantes: aſſerentes q̄ ſi occaſionem p̄ſentem amiſiſſent: poſtmodum fruſtra eorum auxilia imploraturos. Sed obturauerunt aures ciues ad eorum voces: apud quos plus valuit odium in Cathalanorum gentem ſibi admodum infeſtam: q̄ exulum beneuolentia. Ea res prohibuit nouitates in vrbe fieri amica Thome/ et eum recepturā ſi alio auxilio niſus eſſet. Re infecta capto Delphini portu ea eſtate/vere maritimam infeſtā frequētibus incurſionibus reddiderunt.

§. IIII. Carolus interea quum

Forliuiuȝ obſideret: ciues egre paſſi vaſtari late agros: ſeq̄ intra menia clauſos teneri: maiora ſubſidia ad ſe tuēdos vocant (nam ad eam vſque diem ſexcenti tantum equites vrbis ſubſidio aderant) ⁊ a duce petierunt. Miſſi ſunt equitū quatuor milia: quibus Gelus Pergulenſis prefectus eſt: qui his ceteris quoque equitibus in vnum coactis caſtrum Zagonarie quod comes Albericus tenebat federe cum Lucretis iunctus/obſedit: ſibique expugnandum vt q̄citiſſime Forliuiū ire poſſet: caſtris illic poſitis caſtroque ac foſſa circundatis ſumma vi oppugnare adortus eſt. Albericus ſe diutius oppidum tueri aduerſus tantam belli molem diffiſus Caroli opem ad tollendam obſidionem implorauit: qui multū ad belli famam conferre arbitratus eam obſidionem ſua opera ſolui: veſperi cum omnibus copijs caſtra mouet: e veſtigio copijs iter ingreſſus/tanta procella continuus imber exortus die noctuq̄ tota via effuſus eſt: tantaq̄ noctis obſcuritas incubuit: vt ſummo cum labore ad decem milia paſſuum conſiderent. Plures aqua vndiq̄ redundante itinere fatigati: in itinere p̄ſtitere: alij per ignotas ſemitas delati/longius procul a ſocijs aberrarunt. Tandem quū paulo poſt exortuȝ ſolem in conſpectum hoſtium: veniſſent: ſubito in aciem nullo adhibito ordine deſcenderunt. Nā quuȝ maior pars quidem firmandis caſtris: alij iumēdo cibo quieteq̄ feſſis corpora occupati eſſent: appeterent conflictum reliqui ⁊ in his Arditio: nulla ſumpta quiete neq̄ curatis corporibus: repentino impetu in hoſtes irruerunt: eiſq̄ in fugam verſis/in predam impedimentis relictis hoſtibus conuerſi ſunt. Locumq̄ illis ſe a fuga colligendi inq̄ prelium redeundi dedere. Qui facto agmine victores in fugam vertūt. Alij ſubinde prefecti ſuis fugientibus occurrunt. Haud dubium eſt Carolū victoria potiturū fuiſſe: ſi ceteri prefecti priorum impetū ſecuti fuiſſent. Sed dum cunctantur: dum imperiuȝ

Florētinus exercitus vincit a Mediolanēſi.

duci expectāt ab hoſtibus ſuperantur. Equo marte aliquādiu pugnatum eſt. Demum Florentini tum nocturni itineris labore: tū certamine limoq̄ terre (omnia enim imber occupauerat) viribus exhauſti profligantur. Et prius hoſtis ad locum vbi Carolus erat peruenit: quaȝ ſuos fugatos ſciſſet. Hac in acie ducis prouidentia deſiderata eſt: qui neq̄ loco neq̄ tempore rem fortune commiſerit. Plures capiuntur inter quos Carolus. Multi ſibi fuga ſalutem parauere. Urſus ac Ludouicus eo prelio occubuerūt. Pandolfus Rauennam: Tolentinus Ceſenam: reliqui in p̄tātem hoſtium deuenerunt. ¶ Ea victoria elatus Angelus Ceſenam Ariminūq̄ petens/multis in ea regione oppidis ⁊ caſtellis receptis: Ariminum haud dubie in poteſtatem redegiſſet: niſi prohibitus fuiſſet a duce. Nam vt Carolus eſt ad eū deductus: non pro captiuo aut hoſte habuit: ſed vt tutorē ſibi fratremq̄ a patre relictum in honore habuit: abire illum quo vellet venariq̄ (quo exercitio admodū delectabat) permittēs. Tādē eū multis cumulatū donis in patriā Philippus remiſit. Tanti exercitus clade que anno. xxiiij. ſupra. M. cccc. accepta eſt: decē viri nouis copijs cōparandis vacāt. Inter hos optime ſpei adoleſcētē Othonē Bracchi apud Aquilā in p̄lio interfecti filiū quum magna parte eius equitatus parte videlȝ. M. ducē eorum cōducūt. Huic quū p̄fecti munia nequaquā per etatē paruā exercere poſſet: Nicolaū Piccininū qui cuȝ ala equitum ſub patre militauerat: conſiliariū adiutoremq̄ dederūt. Is quū in Tuſciam veniſſet: p̄imū expeditionē ⁊ eaȝ infauſtam fecit in valle Lamonis: q̄ ditionis erat Ludouici Manfredi loci ⁊ amici ducis. Nā incurſione in eā vallē incōſulti⁹ facta: ab agreſtibus ⁊ montanis ita intercluſus eſt: vt neq̄ regredi neq̄ progredi facultas eſſet. Pugnando interficitur dictus Otho fili⁹ Bracchi: reliquis aut captis aut diſſipatis. Nicolaus Fauentiā captus perducit: quā ciuitatem Guidantonius Manfredi tenebat: ducis in eo bello partes ſecutus. Eum Nicolaus qui in libera cuſtodia erat hortari nō deſtitit: vt Florentinis potius propinquis: quorum opera promptiori ad ſe iuuandum vti poſſet: quā longe abſenti domino (cuius auxilia in aduerſis tardiora futura eſſent) faueret. Magis enī pendendū eſſe propinqui hoſtis nutū: quā ſpem auxilij longe remoti. Idē quoq̄ Guidantonius quum Carolum auunculum ſuū in bello captum viſitaſſet: ab eo redargutus eſt q̄ amicitiā ducis pretuliſſet amicitie Florentinoruȝ quū vicinior eſſet: ⁊ reſpublica Florentinorū diuturnior ⁊ beneficia ab eis recepiſſet nonnulla. Hec verba quū altius pectori heſiſſent: facile apud eū valuere. Acceſſit ad flectēdū animum: q̄ ingentis ducis promiſſa nullo loco apparebant: ⁊ decemviri tum pecunia tum promiſſorum ſpe impulerunt: vt meliora conſilia ſecutus animum applicaret: ad tuendam tempu. Florentinam: que maxime eo bello opere illius ſuſtentata eſt ac defenſa. Oīs enī ferme belli moles in Fauentiā eſt cōuerſa: ⁊ duce defectionis iniuriā vlciſci querēte ⁊ Florentinis pro illi⁹ vrbis tutela, tanq̄ p cōmuni patria pugnantibus. Nicolaus q̄ȝ a cuſtodia liberatus eſt factuſq̄ oīm equitum qui ſub Othone erant prefectus.

§. V. Poſt acceptam cladē plu-

raq̄ amiſſa caſtella: Rainaldus Albitius Urſuſq̄ oratores ad pontificem decernuntur: qui petāt vrbes captas p ducem etiā ſe adiutoribus recuperare. Sublata eſſe Bracchi q ante retuliſſet impedimenta: facillimū fore ſi animū intendat/ducis copias Flaminia pelli. Eamq̄ reſtitui in eccleſie ditionē. querātur q̄ nimios fauores per legatū Bononiēſem ȝ Florentinos hoſtib⁹. ſ. ſuis impendi: quibus equi/arma/veſtes/cōmeatus/liberū iter ſubminiſtraret: ſuos vero his olb⁹ in-

terdici: vt plus odij in ſe q̄ aduerſarij oſtentari videret. Per iniquū videri tantas ſuppeditari opes illis cuius pater, patruus/auus/ꝓgenitores/ſemper hoſtes ſe Romanoꝝ pontificum ꝓbuiſſent: eoꝝq; ciuitates ac ꝓuincias occupaſſent: oppugnari aūt eos qui omni ope/impēſa/fauore/Romanam eccleſiam defendiſſent: quarum rerum recēs adhuc extaret memoria: Rogare pontificē vt illi mādet/ſi aut nequeat aut nolit Florentinis adeſſe: ſaltē ab iniuria abſtineret: requirere pontificis honorē: vt ſe equū iudicem nulli fauentem parti inter armis decernētes prebeat: q̄ equius videretur et pontificia officio dignius iis fauere qui pro reſtitutiōe rerū ſuarum ſumpſiſſent arma: q̄ cum eo ſentire qui bōa eccleſie vſurpaſſet. Hec quoq; legatio a Martino cōtēpta eſt: aſſerēte: Quia Braccius ſublatus eſſet: Peruſij tn̄ ceterarumq; vrbium quas ille inique poſſediſſet/recuperādarū que propinquiores vrbi eſſent curam rebus ceteris preferre. Quo ad legatum attineret: diſplicere ſibi ait ſi in partē ducis declinaret: ſcripturum ſe tū vt in neutrā partē declinet. Quo reſponſo exiſtimatū eſt cupere Martinum trahi in longinquū bellum: vt in eo ducē ſuperiorē eſſet. Alia ſubinde legatio Venetias decreta eſt: Pallas videlꝫ Strozius eques ⁊ Joannes de familia Medicoꝝ: qui exponerent dolos ⁊ fraudes ducis in violādis pacis federibꝰ per eum experite. Qui per varias ſimulationes diſſimulationeſq; duas eccleſie vrbes ceperit: multaq; preterea ſocioꝝ ſuorum oppida: quo ex propinquis locis inuaderet Florentinos. Palam ab eo ſuis dictitari: nō omiſſurum bellum ducem quoad paterni dominij in Tuſcia vrbes et loca recuperauerit: que oīa partim pōtifici/partim ſubdita eſſent populo. Florētino cogitarēt ꝯſultarētq; quid agēdū foret. Non eſſe tutum ducis potentiam augeri: reprimendū videri ruentis ambitioſi imperū non tolerandū: illū verbis offerre pacem: re acerrimum bellū gerere: nō finiturum cupiditatem dominandi: ſi Tuſciā ſubegerit. Appetiſſe illum pacē Florentinorum: quo Genuam expugnaret omni auxilio derelictā. Feciſſe poſtea cum ipſis Venetis per decēnium pacē: quoad Florentinos debellaret. Et ſibi obedientes fecerit. Venetos proculdubio inuaſurum: quo recuperet paternas vrbes. Et ideo quū ſint prudentiſſimi: future tempeſtati dum tempus detur prouidendū. Salubre videri obuiam ire futuris periculis. Aut eſſi paci ⁊ quieti Italie conſulendū eſſe: aut bello inſanā temeritatem contundendam. Se quidē optare pacem: quā ſi dux reſpuat: armis decernēdum potius q̄ ſeruiendū illi. Veneti oratores ſe qui de pace agerent ad ducē miſſuros reſpōdere. Qui quum ad eum veniſſent: verba ambiguaq; dolis plena retulerūt. Miſſi quoq; ſunt ad Sigiſmundum imperatorē legati: qui iniurias erga ſe ducis narrarent: hortarenturq; ad coronā in vrbe capiendam ad eam rem ⁊ impenſam ⁊ milites polliciti. Dum hec a pontifice ⁊ Venetis poſtularētur: Pergulanus partitis ipſe cum ſuis in agrum Florentinorū ingreſſus: Porticum oppidum a ſe captum diripuit. Dandala deinde Caſſianoq; ⁊ cōpluribus caſtris: in Flaminia in poteſtatē redactis: Caſtrocarum obſedit. Reliqui in vallem Balneā deſcēdentes: quū quedam caſtella ſe eis dediſſent: omnia rapinis/incendijs/ſpolijs/cede/nullo ſexus diſcrimine perfedarunt. Arcē Barzant ad quam cum omni ſupellectili precioſiori/ Gerardus Gambacurta eius vallis dominus confugerat: diutius oppugnatā deſperata victoria reliquere: obſidioq; Caſtrocari aduenienteh yeme omiſſa eſt. His actis Pergulanus dimiſſis in hyberna militibus a duce accerſitus abijt. Florētini augendis copijs intēti: Bernardinum ex familia nobili Ubaldina virum armis inſignem: in eorum preſidium cum duabꝰ turmis equitū exciuerunt. Piccinino quoq; equites qui ſub Othone conducti erant tradiderunt. Qui omnes decem virorum iuſſu Fauentiam profecti ſunt. ¶ Philippus interim vt nouo bello Florētinos deſtrueret: in Hetruriam ad oppidum quod Burgum ſepulchri vocant: ditionis Caroli Malateſte: eos equites quos Angelus habuerat Pergulanus/ pluresq; alios miſit: quibꝰ Guidonem prefecit Torellum: vt agrum Aretinū vicinaq; oppida infeſta bello redderet. Franciſcum vero Sforziam/quem patre defuncto fauore pontificis cum duobus equitum milibus conduxere contra Fauentiam ire iuſſit: quo diſtractis duplici bello hoſtium copijs: ſuis robore impares eſſent. Ad eius regionis tutellam/ ne deſtituta preſidio videretur deſtinatus eſt Ubaldinꝰ qui plurimis leuibus prelijs cum hoſte commiſſis: tandem Torelli aſtutiis in inſidias pugnando deductus: quum diu eſſet ſummis viribus vtrinq; certatum: tandem numero ⁊ viribus impar hoſte ſuperante rapitur: multi eo prelio ceciderūt: pluribus captis paucis euaſere. Nō minor hec q̄ apud Zachonar/iam aduerſo tempore accepta plaga multorum animos terruit: quum omnis ea ora ad victoriam ducis mentem flexerit.

Torellꝰ Philippi prefectus debellat Florentinos.

§. VI. Uigeſimuſquintus ſupra

M.cccc. annus difficilis formidanduſq; Florētinis fuit. Nā ⁊ plura Aretini agri caſtella ad hoſtē defecere ⁊ Nicola Piccinini ad ducem tranſitus magnū pauorem Florentinis incuſſit. Quum enim Nicolaus Tolentinus ſubſidio Florentinis miſſus eſſet. Piccinus quoq; cum ſuis copijs ad Fauentiam ire iuſſus fuiſſet: iter per vallem Arni equitibus premiſſis fecit exploratiſq; ⁊ ſitu ⁊ munitionibus oppidorum: quū in territorium Aretinorum veniſſet: relictis Florentinis Torello adheſit: ſiue maioris ſpe premij: ſiue vt ipſe aſſeruit/ decem virorum multa pollicentium pauca ſeruantium iniurijs compulſus. Fauentie tamen inter eum ⁊ ducem pacta inita dicuntur. Hac prudentiſſimi prefecti defectione maxime Florentini ciues ſunt conſternati: et ſue enim vires diminute erant: ⁊ hoſtis adaucte. Nec dubium erat: quia ſi Torellus Piccinini conſiliū ſecutus eſſet: magnam calamitatem Florentina reſpub. acceptura fuiſſet. Hortabatur enim Torellum cuius ſuprema poteſtas in ea regione eſſet: vt e veſtigio in vallem Arni deſcenderet. Profligato enim Ubaldino nullum preſidium in his locis eſſe: facileque fore vt vallis Arni oppidis potiretur eam oram omnem intermediam ⁊ Aretinam ⁊ Florentinam eſſe. Sperare ſe primo impetu ea oppida conſternata metu ſuiſque auxilijs diffidentia / in poteſtatem deuentura. Quod ſi accideret: ſecluſa a preſidio Florentinorum Aretina ciuitas omniq; ſpe deſtituta deficeret ad ducem. Cortonam quoq; Aretinorum exemplum ſecuturam. Et haud dubium ſi eius conſilio Torellus ſtetiſſet: magnum iam diſcrimen adeſſe reipub. Florentine terre: preſertim omnibus ad reſiſtendum repentino hoſti imperatis. Sed dux cautus necdum Piccino ſatis fidens: ſalubre conſilium omiſit. Ita in eiſdem locis captis pluribus caſtellis acta hyeme eſt commoratus. Dum hec inter ſpem metumq; agitantur: tres a Florentinis oratores ad pontificem mittuntur: Ramaldus Albitius de ordine equeſtri: Nellus iuriſcōſultus: Angelus Philippi: oratū vt pacem inter ſe ⁊ hoſtem quereret. Hi multis verbis id eius officium dignitatemq;/ quum pater eſſet communis chriſtianorum omnium ſpectare affirmabant: primum tutari ciuitates et prouincias Romane eccleſie ſubditas eaſq; a tyrannis eruere: deinde authorem ⁊ arbitrum eſſe pacis: ⁊ quum ſciret qui fructus ex bellis prodeant: ⁊ martem eſſe cōmunē: ſepiuſq; eos qui primo viciſſent/mutata poſtmodum fortuna victos ſuccubuiſſe debilitatem eſſe multorum proditiōe ſuā rēpu. ſed adhuc multum ſupereſſe ⁊ viriū ⁊ pecuniarū: quibus exterorum ſiquę deeſſent auxilia implorarent. Miſſus inſuper Venetias Laurentius de Ridolfis iuriſconſultus magne vir authoritatis qui eos ad ſocietatē ⁊ commune fedus hortaret cōtra potētiam tyrannicquē doceret nō eſſe eo animo vt rebus ſuis et parta de ſe victoria acquieſcat. raptū illū dominandi cupiditate ad violandum contractā ſecū pacem: ſimulat Florentinos debellaſſe: arma aduerſus Venetos moturus. Deſtinaſſe illum ſibi Italie imperium: qđ vt facilius conſequi poſſet: Genuenſes primum ſubegiſſe: quo par eis claſſe maritima eſſet. Appetiſſe deinde debiliorē partem: vt ea victa validiores appeteret. Eo illum ſocietate Venetis iunctum eſſe: quo Florentinos deſtituerent: ſi aduerſus eos mouiſſet arma. Sed tanti facturum Venetorum fedus: quanti fecerit Florentinorum. Nullā fidem habendā eſſe verbis aut promiſſis eius qui tam aperte ſe contra pacis conditiones fefelliſſet. Proinde Florentinis adhuc vires ſuppetere quo eis ſumma gloria/ingentes opes magnum imperium pararetur. Recuſarunt primo fedus Veneti: Quis vera dici cōſtaret: propter ſocietatem cum Philippo ante initā. Oratores tamen decreuerunt ad eum primarios viros qui pacem illi ſuaderēt: neu vel derē aliena per iniuriā appetere. Trahebatur verbis a duce res: ⁊ procraſtinando: terebatur tempus: vt appareret illum maiora cupere quam dicendo oſtentaret. Ea res dilatioque nonnullam Venetis iniecit ſuſpitionem: ſi ſuperior Philippus fuiſſet: oēm belli molem ad ſe conceſſuram. Suſpenſos conſilijq; incerti animos erexere ad ſuſcipiendam belli curā verba Franciſci carmiuiole qui antea a duce aufugerat inuidorum: qui mentem eius a ſe alienauerant metu. Is quuz omnia ducis conſilia calleret: affirmauit proculdubio illius eſſe animi: vt ſubactis Florētinis Venetos appeteret bellorumq; verbis perſuaſit ad fedus cuz eis incundum pro cōmuni defenſione. Orator quoq; Laurentius hortando: monēdo/ſuadendo: futura monſtrando pericula / iam multorum animos flexerat ad ſocietatem. Quod preſentiens dux (multorum quippe iam vulgate ſententie erant) ſuis oratoribus Venetias miſſis: iiſdem quibus ſe pacis cupidum ſimularat artibus rem protrahebat. Ii vero qui apud pontificem erant oratoribus vt de reconciliatione Florentino-

rum

rum agerent: per literas mandabat (id quod optabat) ſuſpicari fore dum par tractādo differretur: ſe quas vellet pacis conditiones Florentinis in Tuſcia oppreſſis daturū. neq̃ q̄ fore contentum infinite ambitionis virum ſpolijs Florentinorum. maiora illum appetere/q̄ que oſtenderet: verbis nullam fidem nullum iuſiurandum apud eum ſtatum eſſe. maiora auſurum ſi prima ſuccedāt: proinde cogitent de ſalute propria. At Laurentius eorum que in vrbe tractabant ignarus occulta ⁊ ad dolum ſpectātia ducis verba p̄ſtiliq̃ euolnens horrebat Venetos vt priuate quoq̃ libertatis que ſua p dita in diſcrimine verſaretur rationem haberent/ Fraudulentam eſſe ducis mentem. iam palam eſſe pacis federa ab eo violata. ⁊ quo magis oſtentat verbis ſe pacem cupere: eo intenſius de inferendo bello cogitare. Rogabat vt ducis fidem a ſe cognoſcerent: quos ille ſemper fallaci pacis commemoratiōe decepiſſet: Venetorum quoq̃ agi rem ea ſocietate aſſerebat: qua profecto aut vtraq̃ reſpublica ab illius inſidijs tuta eſſet: aut ducis vires minuerentur. Que verbis ſepius iterata multorum ciuium mentem inclinarunt ad firmandam cum Florentinis ſocietatem. Legati vero eius non a Philippo: ſed a Florentinis teſtabantur pacem abruptam eſſe: quum Liburni caſtello diruto Thomam Genuenſium ducem cui bellum intulerat/ grandi pecunia iuuiſſent. Laurentius manifeſtum id nouumq̃ calumniandi genus aſſeuerabat. nulla enim lege/ nullo inſtituto/ nullo federe prohiberi Florentinos emere portum: qui paulo antea ditionis territorijq̃ Piſane ciuitatis extitiſſet: que cum omni ſuo iure a Gabriele ducis fratre ducentis milibus aureis fuiſſent empta. Itaq̃ nullam cenſeri debere iniuriam cuiq̃ factam eſſe: ſi iura ciuitatis Piſane preter iuſtitiam occupata/ ſua impenſa recuperaſſent bene eſſe dicebat: nihil aliud a duce ineptius ferri poſſe: quo a ſe exorti belli culpa amoueri queat.

Carminiola veneno a Philippo appetitus.

§. VII. Carminiola interim q̄

Carminiſſi morabatur: aſtutia ducis veneno appetitus/ re per ancillam detecta ac ſceleris anthore ſecuri percuſſo/ Venetias venit: palamq̃ eſt queſtus Philippi qui ſe immeritum veneno tollere curaſſet/ iniquitatem: multa diſſerens de infeſto illius erga Venetos animo: non ad pacem/ ſed ad bellum ſpectantis: quod in tempus magis opportunum differret: arriperēt ergo occaſionem eo tempore oblatam peſſum dandi ſerpentis/ dolo ⁊ nequitia miſcentis omnia. Se duce ſi velint/ vices tyranni debilitari confringiq̃ poſſe: et eo deduci/ vt nihil ab eo timēdum poſſe videretur. Quum varie ſententie ciuium eſſent: partim preſenti/ partim future paci conſulentium. tandem ⁊ Laurētij ⁊ Carminiole cōſilijs moti/ de ſocietate agere ceperunt. Oratoribus ducis reſponſum per legatos illi antea ſignificaſſe qua in ſentētia tum etiam perſiſterent niſi intra Longobardie metas quas ſuo beneficio dilatarit acquieſcat: Venetos ei hoſtes futuros: qua in ſentētia perſeuerare in animo eſſe niſi ab armis deſiſtat. Illam rem verbis trahere ſpe pacis: atque Rome inter ducem ⁊ Florentinos iam pro confecta habebatur. Egreferebat dux Venetos preter fedus antea inter eos initum ſibi belligerandi leges imponere: preſcriberēq̃ quib⁹ terminis acquieſceret. Ideoq̃ pacem equam a Florentinis poſtulabat: vt poſtmodum tutus ab Hetruria Venetos ſecurus aggrederetur. Ipſi quoq̃ eam rem veriti ſocietate cum Florentinis iungi cupiebant. Sed lentius id agebatur: quo meliori conditione ſua leges federis fierent Florentinorumq̃ animi ad eorum ſocietatem: q̄ ad pacem ducis ſemper dubiam: quis conditiones eſſent equiſſime: proniores erant. ¶ Pontifex autem qui pacem ante aſpernabatur: ſentiens Venetos ad eam ſocietatem procliues: querebat ac ſuadebat pacem: nō tantum ſuo quantum amicorum conſilio impulſus. Erant enim plures infenſi Venetis: quorum vices quoniam authoritatem pontificis contemnere atq̃ inſolentius abuti rebus eccleſiaſticis viderentur: diminui cupiebant. Et iam de pace equis conditionibus conuentum erat vt vtriq̃ ablata reſtituerentur: vtq̃ equites pediteſq̃ omnes in Galliam redirent: ignorantibus legatis Florentinorum que Venetijs tractarentur. Sed a decem viris (iam enim conditiones pacis acceperant) tabellarij venerunt: iubentes eam concluſionē in octauum diem differri. Interim Laurentio ſignificant de pace conuentum eſſe cum duce: niſi intra biduum de ſocietate decernant Veneti: neceſſarium fore per pontificem cōcordiam ſtatui. Illi autem nō ignari ducis animum a ſe alienum ⁊ ad vlciſcendum paratum ſtatim ſocietatem ad ducis vitam cum Florentinis pepigere. Conditiones adiecte: vt ſedecim equitum/ octo peditum milia mutua impenſa belli tpe conducerent: cōmuni quoq̃ impenſa claſſis maritima ⁊ in Pado haberet: vtq̃ pacis belliq̃ arbitrium penes Venetos eſſet Que in Longobardia caperent: cederent Venetis que in Flaminia aut Toſcia que ditionis pontificum non eſſent Florentinis. Publicato federe: Marchio Ferrarienſis Nicolaus ⁊ Mantue dn̄s Frāciſcus in eā ſocietatē venerunt. Idq̃ additū in federe: vt Nicolaus dux fieret copiarū que a Florentinis conducerent. Vtq̃ Parma ſi expugnaretur aut deficeret a Philippo: Nicolao tribueretur. Miſſo tertia preſtitutum tempus Romam nuntiatis: legati ducis pace poſtpoſita Florentiam redeunt. Et quum rogaret ſepius pōtificem Antonius ne ducis ſaluiferam pacem negligeret: arbitrari enim ſe nunquam permiſſuros Venetos vt Florētini in eo bello ſuccumberent: reſpondere ſolitus erat Martinus. Sine paulo amplius caſtigari ſuperbiam Florentinū que nondum ſatis repreſſa eſt: neq̃ verendū eſſe vt Veneti pro aliorum ſalute ſuā in diſcrimen adducerent. Erant qui dicerent concupiſſe Martinum bellum protrahi longius: quo feſſi ac debilitati Florentinorū animi/ ſe ob ducis odium ſua ſibi ſubderent: que admodum vana cogitatio fuit. Eidē quoq̃ adheſerunt Fredericus et Amedeus Sabaudie dux: cui Philippi potentia ſuſpecta erat: neq̃ pace neq̃ bello vtilior: in Toſcia Senenſes. Alphonſus quoq̃ rex Aragonum ⁊ Philippo ⁊ Genuenſibus exoſus: fratrem cum claſſe haud parua contra Genuam ſe miſſurum ſpopondit. Equitatus inſuper ⁊ Veneti ⁊ Florentini condicunt ſe ad bellū ſi opus ſit parentes. Hoc rerum apparatu belli ducē deſignant Carminiolam virum tum bello ea tempeſtate clariſſimum: tum odio vt predicabat aduerſus Mediolanenſem ſingulari. Antea tamen quam noui quicquam tentaret: iterū a duce per oratorem poſtulant. Veneti vt conditiones in pace Florentinorum adſcriptas obſeruet: vt intra metas conſtitutas ſe teneat: que in bello cepiſſet reſtituat his quibus ablata eſſent. Se fideiuſſores ſpondent pacis acte cum Florentinis ſeruāde. Que ſi a duce denegarentur: vtatur mandatore bellum indiceret Philippo. Interim copie que multe conuenerant/ in agrum Veronenſem ⁊ loca Brixianis propinqua ire iuſſe. Dux perplexe: vt certa ſententia elici nequiret reſpondit. Nequaquā igitur denuntiatione belli territus: ⁊ ipſe copias ſuas que diſperſe erant contrahit: equitatum peditatumq̃ oēm qui in Tuſcia: qui in Flamīa bellum gerebat/ acceſſit nihilo conſultius rem gerens: ſed priſtino more ſecluſus/ conſpectumq̃ hominum fugiens bellum per internuntios adminiſtrabat.

§. VIII. Magno ab vtriſq̃ ap-

paratu facto: ſtudebat Carminiola aliquod egregium facinus initium fieri decertandi. Primo arcis Brixie ſublimioris cuſtodes pecunia ⁊ ingentibus promiſſis ad proditionem tentauit. Id quum pacum voto reſpondiſſet: Guelforum ſectam duci aduerſam tentare ſtatuit ad defectionem. Quos in ſuam ſententiam traducta: noctu effracta muri parte cū magna exercitus parte vrbem ingreditur: eamq̃ partem (quarta enim eſſe dicitur) occupat quam ſoli Guelfi habitabant. Eodem die (ſic enim conſtitutum erat vt duci imponeretur) Nicolaus Marchio Ferrarienſis agrum Parmenſem depopulatus magnam hominum pecorumq̃ predam abegit. Carminiola igitur eam ſuis Brixiam obſedit. Que quum tribus arcibus ſit firmiſſimis munita: prima in monte ſita eſt: que imminet vrbi preter menia vrbis: ſecunda paulo inferius: tertia que noua eſt ⁊ iuncta ſecunde. Infra hanc planities eſt ad quartam vrbis partem: duabus tantum portis diſtincta: in qua Guelfi habitabant. Cetera vrbis loca a Gibellinis incoluntur. Carminiola hac vrbis parte cui noua arx imminet/ per deditionem recepta: vna cum ciuibus e veſtigio quo tutiores ab incurſu propinque arcis eſſent: foſſam latam propinquamq̃ fecit. Eamq̃ frequentibus caſtellis ⁊ militibus partem muniuit: quo tutiores ab iniurijs hoſtium eſſent. Deinde arcem nouam inferiorem que fere ſextam partem vrbis occupat/ aggreſſus eſt. Eam tanto militum ardore tot prelijs/ tot machinis oppugnauit vt decem continuis diebus/ nulla quiete/ nulla ab aſperrimis prelijs nulla a vulneribus intermiſſione/ aut die aut noctu data: cogerentur feſſi labore: vulneribus debilitati defenſores/ octo dierū inducias ad ſe dedendos petere. Quibus omnis via ferendi ſubſidij ecluſa hoſti foret: arcem tradidere ea cōditione: vt eos cum rebus ſuis liberos abire liceret. Dux interea Philippus accerſis que in Hetruria erant copijs/ mandat vt reſtitutis que erant pontificum ditionis vrbibus et oppidis: cetera firmis munirent preſidijs. Ii ergo ex Hetruria deſcendentes numero quatuor milia equitum et mille peditum ſe coniunxerunt cum alijs Philippi copijs. Simul ergo adunati quindecim milia equitum et peditum conficiebant: quibus quum deeſſet imperator: datus eſt eis Carolus Malateſta Piſaurienſis. ſed tamen hic tantus exer-

Pacis aduerſus Philippū Mediolanē ſem inite conditiones.

Brixiam diu obſeſſam tandem expugnat Carminiola.

citus ad impediendam obſidionē Brixie profect⁹/parum pfecit. Qui autem erāt in arcibus expectātes ſubſidiū a Philippo: poſt cōmiſſum certamen eoꝝ qui erant cū Malateſta cum copijs Carminiole: dum viderunt ſuos victos abire: de ſperata ſpe ſalutis poſt aliquot dies arcē reliquerunt. Et ſic primam et ſecūdam arcē cepit Carminiola. Demū tertiā arcē montanam ceteris difficiliorem ad capiendum: diuerſarum machinarum multitudine et bōbardarū magna vi turris in medio ſita deiecta eſt: et reliqua edificia ictu lapidum contrita ita ſunt: vt poſt duos mēſes tolerata obſidiōe eius de tradenda arce pacti/cum rebus ſuis incolumes abierunt. Fuit igitur in expugnandis arcibus tum muris et turribus mora obſidionis protracta in ſeptimum menſem. Id vero in expugnatione Brixie et poſt deuictam et captam vrbem perarduū fuit: comparatio cōmeatus quo ciuitas ſuſtētaretur: quum Philippo duci omnia vrbi propinqua loca parerent: nec frumenti inuehendi locus daretur: et tamen mirabili induſtria et maximo ardore procuratum eſt vt importaret annona: et ciuitas ſuſtentaretur. Dum autem Brixia pari ferme conatu et oppugnatur et defenditur: nullo nondū certo in quam partem fortuna inclinaret indicio. Paulus Guiniſius Luce tyrānus ſperans per aliorum diſſenſiōes ſuas augeri opes: ad ſexcentos equites ex diuerſis locis coegit quib⁹ pfecit maiorē filium Ladiſlaū nomine: et vt eius ſtipendia ſequeretur qui veriſimiliter videretur bello ſuperior futurus. Id autē egit vt et per incrementum filij regnaret tutius: et ſibi obnoxios redderet quorum fuiſſet partes ſecutus. Florētini quū parari ab eo equites preſenſiſſent: mille ſibi equitū prefecturam detulere: quam aſpernatus quum exiſtimaret belli victoriā penes Mediolanēſ. fore: filiū ad eum ſe ire iuſſit. Qua ex re et Venetis et Florentinis ſumma aduerſus indignatio coorta eſt. Ea poſtmodum cauſa fuit: vt federe pacis excluderetur: quoniam neutrius partis fautor fuiſſet. Fertur Venetorum ducē virum prudentiſſimum poſt pacem factā Florentinis oratoribus dixiſſe/eos recte facturos ſi memores Pauli iniuriarum inſanum tyranni conſilium caſtigarent. Florentini interea quum Philippi copie Tuſciā reliquiſſent: ſummam curam ad recuperanda que amiſerant caſtella adhibuerunt. Quorum partem quum vi expugnaſſent: reliqua poſtmodum pacis conditionibus ſunt reſtituta. At vero Veneti vrbe Brixie recepta: ad capienda oppida caſtellaq; agri Brixiani ſumma diligentia vacant: et nonnullis caſtellis vi captis faciliorem comportande annone aditum prebuere.

Paul⁹ Guiniſius Luce tyrānus.

§.IX. Circa hec occupato Carminiola duce exercitus.

Martinus pontifex cuius opera vt credebatur a multis/bellum antea tractatum fuerat: veritus ne amiſſa Brixia reliquarum quoq; vrbiū diſcrimen ſubiret de pace agere cepit literiſq; ducem/Venetos/Florentinos ad pacem cohortatus illius ſpe minime preſcia cardinalem ſancte crucis virum ſanctiſſimum Nicolaum prudētia et equitate inſignē primo Venetias legatum miſit qui quū ciues haud abhorrere concordiam ſenſiſſet: Mediolanum profectus: Philippum quoq; pacis cupidum comperit: Florentiam non adijt: quoniam ſciebat ciuitatem diutino bello exhauſtam pacem optare: et apud Venetos paci et belli arbitrium eſſe. Sabaudie dux Amedeus de pace eſt poſtulatus. Egit igitur legatus vt ſinguli oratores decernerent qui Ferrarie conuenirent: de concordia ſe authore ſuaſoreq; acturi. Qui omnes quum ad locum conſtitutum veniſſent multis vtrinq; agitatis: tertium tandem poſt menſem kal. Ianuarij pax concluſa eſt his conditionibus: vt omne territorium Brixienſe qđ nondum Veneti ceperant valle quadam excepta a duce Venetis traderetur: atq; omnia oppida caſtellaq; citra Ollium ditionis Cremone/Bergomū inſuper omniſq; eius ager Venetis cederet: et que de Florētinis ceperat Florentinis reſtituerentur. Amedeus vero capta teneret. Hec vt a Philippo rata haberētur: legatus Mediolanum abijt: hortatus illum vt acquieſceret. Satius eſſe ait partis alicuius ꝙ totius principatus periculum ſubire. Prudentis viri parere in tempore ea quo conſilia omnia ſumēda eſſent. Viri ſe certe fore nolle certare cum aduerſa fortuna. Omnia non in eodem ſtatu ſemper futura. Accidere poſſe vt minori impenſa recuperet amiſſa ꝙ qua ſint perdita. Deniq; eam eſſe pontificis mentem: vt quacunq; conditione preſentibus conſulat rebus: ſe quoq; illum hortari vt concordiam appetat: et pontificis authoritatem ſequatur. At vero dux tum Florētinorum qui ſe pontifici reſtituere ciuitates eccleſie querentem impedierint/ſuperbiā incuſabat: tum Venetorum quibus federe iunctus erat/aliena occupādi grauiter queſtus. Legati tamē viri grauiſſimi verbis commotus: in totas pacis ꝯditiōes deſcēdit. Ea vtrinq; facta accepto p ducē pacis federe: cū Carminiola ad recipienda oppida caſtraq; in pace conuenta profectus/a menibus omnium repulſus eſt: contēptis ac pro nihilo habitis legibus pacis: quare indignatione permotus legatus Romam rediit. Uarijs moribus varia q; reliqui a natura dux fuit. Inconſtans animo: et noua in diem verſans conſilia: nulli credens: in nullo penitus fidens: promiſſorum haud fidelis cuſtos: quem dilexerat paulo poſt procul a ſe eijciebat: callidus ingenij et variabat: qui nunc bellum cuperet nunc pacem. Suo innixus conſilio ſpernebat ceteros: et ſemper procul a cōſpectu hoim occluſus: atq; oīa p internuntios agens. Fertur initio belli primores Mediolanenſium magnam vim auri obtuliſſe Philippo: ſi eorum conſilio ſineret geri bellū: illum vero admodum ſuſpitioſum ac ſi nemini crederet/obſtantibus adulatoribus oblatam pecuniam repudiaſſe: quum aſſereret precludendam populis oēm belli gerendi facultatem: eam eñ ad appetendā libertatem optimā viā eſſe. Itaq; ſiue ſuopte ingenio: ſiue bellū paci preferentiū impulſu: abiectis concordie legibus (et iam hyems erat) armis ſe tutari atq; hoſtem aggredi parat. Multos eñ equites conduxerat: quos Veneti firmā fore pacē exiſtimantes vt parū vtiles miſſos fecerant: quibus ille fiſus agrū mātuanum: quo oēm timorē ſuſpitionis repelleret hoſti: incurſionibus populationibuſq; vaſtauit: quod facinus tū Venetos tū Florentinos ad inſtaurandū bellū ſeriores reddidit ac paratiores. Hinc naq; ducis fidei per ducē violate iniurie: hinc Mantuani federati damna ſtimulant: ad vltionem animos. Additur ad federatos Venetorum Marchio Montiſferrati: et Orlādus Parauiſinus: qui arma inferrent Philippo: Dux Sabaudie neq; bello neq; paci vtilis fuit: vt qui ſola cauſa pecunie capiende moueretur. Genuenſes quoque exules ſuam operam ſunt polliciti in ſue vrbis oppugnatione: qui tamen vnico prelio ſuperati ſunt.

Martinus pōtifex pacē curat cōponendam.

Philippus inita federa violat.

§.X. Conducto nouo equitatu

Veneti Florentinorum copijs additis in breui magnū exercitum conficiunt. Philippus exiſtimās apud eum qui prior mouiſſet arma/prerogatiuā belli fore: copiarū parte agrum Brixienſem populando vrendoq; tecta multiplici calamitate affecit. Claſſe quoque confeſtim in Pado parata/caſtella quedam in quibus Caſale maius fuit: et ceteras nauibus que ſecus aquas ſunt/expugnata cepit. Videbantur res ducis meliori ꝙ prius fortuna eſſe. Non eñ Venetorum copie conſilio Carminiole ducis ad balnea ob aduerſam valetudinem profecti vti poterant. Quo abſente res Venetorum nō eodē quo ante conſilio viribuſq; agebantur: vt videretur ſuperiore loco fortuna Mediolanēſ. eſſe. Ut his autem obſiſteret: parate ſunt e veſtigio a Venetis naues .xxx. oblonge (quas galeanas appellant) inſtructe armamētis machiniſq; oībus que ad oppugnanda hoſtium munimenta pertinerent. Datus eſt illis dux maritime expeditionis admodum peritus: nauteq; omnes maris exercitio aſſueti. Que claſſis ingreſſa Padū ad occurſum naues proficiſcitur: et armorū vſu et arte nauigandi peritior hoſte. Ceperat ducis claſſis ꝑ nuā proditione quod Venetorum ditionis erat Bricelliū oppidum prope flumen: et arx munitiſſima in fide manens ſumma cura defenſabatur: ad cuius expugnationem quum machine varieq; ad diruendum arcem tormenta a Cremona comportata forent: adueniens Venetorum claſſis viribus ſuperior/et ſoluit obſidionem: et recepto oppido his que importata erant potita eſt. Inſecuta deinde naues hoſtiles: commiſſo certamine in fugam verſas ſuperat octo nauibus captis: pauloque poſt Cremoniam verſus claſſe ducta: repagula oppugnaculaque omnia fluminis aſcenſum prohibentia magno certamine ſuſtulit. Parta vbiq; victoria quum naute iniuſſu ducis egreſſi aquam predatum in agrum Cremonenſem deſcendiſſent: palanteſq; nullo ordine vagarentur ſpolijs agreſtium intenti: prefectus equitum in vrbis tutelā relictus diſſipatos aggreditur: et trecentis et vltra occiſis: multis captis/reliquos turpi fuga ad naues compulit. Relicta Cremona claſſem Ticinum verſus quum mouiſſet: lembis veritus inſidias Cremonam reuertitur: exiſtimanſq; eiſdem copijs eodemq; prefecto defendi vrbem: acceptam contumeliam vlciſci parat dumq; milites incautius exponit populabundos: maiori ꝙ ante equitatu (nō eñ aduenerant equites) repulſus parua iactura ſuos reuocat ad naues. Et iam eſtas aderat: quum dux Carminiola recuperata valetudine a balneis Patauinis venit: inde Brixiam petens quinto ab vrbe lapide cum paucis conſedit: copijs omnibus quas interim Veneti multas coduxerant/ſe ſequi iuſſis miſſis in vrbem decem equorum milibus. Albericus Cunij comes treſque alij equitum Philippi prefecti ab Octolingo oppido (id octo milibus paſſuum diſtat a Brixia) prodeuntes vſque ad vrbis portas excurſione facta: omnis generis onerati preda redibant.

Philippi claſſē Veneta ſuperat

Carminiola ducatū exercit⁹ reſumit.

Sed

Sed emiſſo ex vrbe equitatu / & preda recuperata eſt: & vnus ex prefectis cum parte equitum captus. Eodem die Carminiola vrbem ingreſſus egre tulit nõ ſuo ductu ſecundum id equeſtre prelium factum. Cõuenerant ex venetis equitum xviij. milia peditum ſex milia cum magno numero curruũ qui cõmeatum & machinas bellicas portarent. Cum his in agrum hoſtilem menſe Martio prefectus carminiola primo Montem clarum (id opulentũ eſt oppidum) obſedit: pluribus prelijs tẽtato oppido: quum egregie defenderetur: ex eo loco Octolingum mouit caſtra: ſperans perfacile ſe oppido potiturum. Sʒ nocte precedẽte ad mille equitum Mediolanenſe oppidũ ignorante Carminiola intrarũt: qui ſe intra portas continuere: quoad hoſtes metarẽtur caſtra. Qui per negligentiam nihil eſſ hoſtile timebant: per calorem curantes corpora diſſolutius ꝙ par erat ſe habebant vagi incompoſitiq;: tanꝗ in pacato forent. Solus Joannes Strozꝛus eques Florentinus: quem prefectum diximus turme equitũ quos Marchio Ferrarieñs ex formula habebat & ad exercitum miſerat: in armis cum ſuis tantum: perſtabat: ſtationẽ tenens in cuſtodiam ceterorũ. Conſpiciebatur ab oppidanis hoſtium negligẽtia. Eruptione igitur poſt meridiem vt eſt⁹ increbꝛuerat facta: magno impetu caſtra inuadũt nullis munitionibus firmata. Solus cum ſuis Joannes conſerto cum hoſtibus prelio rem ſuſtentat: & et dum paruo numero cum maioribus hoſtiũ copijs pugnat: occubuit. Jlli magna ſtrage edita: mille quingentis equitibus captis: tandem excitatis a ſomno militibus intra oppidum compulſi ſunt. Carminiola deinceps caſtra quo ab hoſtium incurſu tutiora forẽt curribus (q ad duo milia erãt) circundedit. Conſiderãs aũt oppidorum agri Brixienſis expugnationem longiorem fore: ne reliquum eſtatis inutili bello cõſumeretur. Cremonam obſidere ſtatuit: exiſtimãs ea capta facile reliqua in poteſtatem venire. Ut autem a Mãtua commeat⁹ machineq; vſui belli atq; obſidionis neceſſaria Pado commodius in caſtra deferri poſſent: arcem cui Bina eſt nomen: ſupra Ollium cũ ponte ſita: maximo conatu vi cepit: impoſitoq; preſidio valido firmatis muris atq; arce que crebris machinarum ictib⁹ confracta erat inſtaurata caſtra prope Cremonam ſecundũ Padi ripam milia ſex poſuit. Hac re perterritus Philippus omnibus qui ſua ſalua vellent ſequi iuſſis qđ nunꝗ antea fecerat: Cremonam cõtendit. Luſtratoq; exercitu (multi eñi ad eum confluxerant vndiq;) prope hoſtem tribus milibus paſſuum caſtra locauit. Erat eorum qui ſecuti erant tũ equitum: tum peditũ ingens ſʒ plurima minime apta bello multitudo. Erectis omnium ad ducis aduentum animis ad pugnam: ne fruſtra aduenifſe viderentur: vtq; aliqđ ſue virtutis opus quiſq; ederet: quo beneuolentiam principis iniret: hoſti pugnandi copiam fecere. Carminiola apud Summum (id nomen ville eſt) habens caſtra minime abnuit certamen: ſʒ eductis aciebus in pugnam prodijt. Pluribus horis et ſinis menſis Junij erat acriter eſt pugnatum: nullam in partem belli fortuna inclinante: tandem feſſis diutino prelio omnibus equo marte diſceſſũ eſt. Fert ſigno receptui dato adeo vtriuſq; exercitus milites inuicem bellando immiſtos fuiſſe: vt plurium equitum turme quum ad ſuos ſe recipere opinarẽtur: in hoſtium manus incaute vi exorti pulueris deuenirent: quum neq; ſigna inſpiciendi: neq; ſuos preter vocis ſonum internoſcẽdi facultas daretur. Dũ hec apud Cremonam geruntur Amedeus Sabaudie dux / & Marchio montiſferrati aliquibus equitum turmis omnẽ Mediolañ. agrũ vſq; ad vrbis portas depopulati ſunt. que res Philippum coegit rebus ſuis timentem relicto exercitu Mediolanum paucis copijs redire: paruoq; equitatum impetus hoſtium eſt repulſus.

Atrox ſcilicet certamẽ

§. XI. Diffiſus Carminiola tã-

tam vrbem tanto exercitu munitam obſideri a ſe poſſe: Caſale maius oppidum iuxta Padum petit: iuſſo claſſis Venete prefecto eo deducere naues: quo facilius expugnaret. Franciſcus cognomento Sforzia haud inferior ex prefectis equitum Philippi abeuntem exercitum inſecutus: poſtꝗ nulla in parte carpi hoſtem a ſe poſſe vidit: itinere ad Binam flexo expugnatiſq; arcibus potitus impoſito preſidio in caſtra redit. Ea re per Carminiolam comperta: confeſtim cũ expeditis equitũ ad Binam aduolat: ſi forte ibi Frãciſcum oſtenderet: quem quum abijſſe cognouit: denuo arcem expugnat. Quãq; eius cuſtodes e muris ꝑcipitatos audiſſet: eius iuſſu milites a Frãciſco impoſiti in flumẽ dejciunt. Statimq; ad Caſalis obſidionem (id firmo preſidio defendebatur) reuerſus oppidum continente flumineq; circundatũ oppugnat. Non muro ſed alto depreſſoq; aggere cingebatur oppidum: ideoq; locus ab ictu lapidũ tut⁹. Turris prealta porte imminet que ducit ad Padũ: ea bombardarũ lapidib⁹ quaſſata in ſubiectã corruit foſſam. Per has ruinas dum ingredi milites nituntur: veriti oppidani ne vi capti preda eſſent hoſtibus: certa ſeſe conditione tradiderũt. Quo recepto aliꝗdiu eo loci exercit⁹ caſtra ſtatiua habuit. Interim ſimulãs ſe ad diuerſa loca oppugnanda cũ omni exercitu aditurum hoſtes eo in ſubſidiuʒ profectos ſepius eluſit: qđ illi egre ferebant: quum nullo certo conſilio vti poſſent. His ſepius ſimulatis: demum Macrobium oppidum maiori ex parte circũdatum palude / ſubitaobſidione cingit: eo conſilio vt ſi hoſtes ad tollendam obſidionẽ pergerẽt: ex difficultate loci facile ſuperarentur. Jd egre maior pars ducis prefectorum ſerens rem indignam clamitabat. Sinere hoſtẽ que velit loca petere nulloq; obſiſtente expugnare. Largiri eo modo audaciam hoſti: ſuis imminui. Dediturosſe omnes ſimul ac ſenſerint ſe obſideri: ſi nemo in defenſionem occurrat. Perdi cauſam eius a quo ſtipendia accipiat: ſinendo ſua prout hoſti placuerit capi. Tentandam igitur belli fortunam: neq; ſinendos fideliſſimos ſubditos ludibrio ſimul & libidini hoſtibus eſſe. Vociferare omnes ferme armis imbellem hoſtem appetendũ magis palude quam viribus fidentem. Quidam etate & armorum vſu peritiores maturo non precipiti conſilio vtẽdum cenſebant: hoſtes eo loci eſſe ſolum: vt via ſinuoſa arcta & perangusta ad eos adiri queat: & eam magis pediti quã equiti vſui eſſe: reliqua oĩa aquis paluſtrib⁹ teneri nequaꝗ equiti peruia: obſecrare vt eam ſententiã abrogent hoſtem cunctando magis ꝙ decertando vinci poſſe: ſi ſecus agitur: magnam ex eo euenturam calamitatem. Carolus dux exercitus Philippi neq; etate neq; vſu doctior / iuniorum ſententiam ſecutus hoſteʒ aggredi decreuit: ac ſingulos prefectos in ordinem ſtructa acie ire iubet. Carminiola ſuos excipere aduentum hoſtium mandat: & conſerto prelio pedites in paludem miſſos haſtis ac ſagittis a lateribus ferire hoſtem precipit. Que res maximo momento victorie fuit. Non enim poterant aut egredi e via: aut vitare crebros ictus: quibus latera patebant. Quum aliꝗdiu haud equis artibus pugnatum eſſet ſuperati tandem hoſtes in fugam verſi ſunt. Prefecti ferme omnes euaſere cuʒ equitatus parte Captus eſt Carolus: & cum eo ad mille equitum: omnia impedimenta amiſſa cuʒ maxima iactura habita. Conſtans eſt inter omnes fama Philippum ea die ſpoliari potuiſſe principatu ſi Carminiola captos equites detinuiſſet: omnes enim fere nobiliores & bello vtiles capti erant. Sed dum obſequitur preſentibus moribus: dum cunctatur: dum prede partiẽde vacat dũ equites liberos dimittit (vt a quibuſdam creditur: Philippi fortune aduerſe miſertus) victoria de manibus lapſa eſt. Actum enim de ſtatu illius principis erat: ſi prefectos fugiẽtes inſecutus e veſtigio parta victoria caſtra ad Cremonam mouiſſet. Tantus enim timor incuſſerat omnes: tanta rerũ deſperatio animis hominum inerat: tanta victorie fama veris falſa adijciens increbꝛuerat: vt proculdubio omnes ferme in Venetorum ditionem venturi fuiſſent omni ſpe fortune melioris preciſa. Poterat proculdubio obſidere Cremonã ponte Adduam nullo reſiſtente iungere & populatis agris ad ipſum Mediolanũ proferre arma. Que omnia ab eo neglecta prebuere Venetis immutati animi proditoriſq; ſuſpitionem. Nam dũ expugnandis recipiendiſq; Brixieñs agri oppidis atq; ad leuiora circumagendo exercitum tardeque omnia exequendo / tempus terit ſpatiũ dedit Philippo exercitus recuperandi. Quum enim prefecti equiteſq; integri ad vnum omnes rediſſent: facile fuit equorum armorumq; iacturam reſarcire. Arma & veſtem Mediolañ. equos diuerſarum vrbium ciues oppidani quoque permulti ſubminiſtrarunt. Pecunia vndecunque contracta breui tempore inſtaurato exercitu: prefecti Philippi continuis incurſionibus Carminiole oppida Brixiana expugnant: infeſtique impedimento erant quo minus pro toto victoria vteretur. Quibus Philippi copie diminute eſſent: ſuamq; rem ſummis viribus tutarentur: tamen multa timens ſibiq; diffidens Philippus Sigiſmundum imperatorem in ſuum auxilium exciuit. Ut terrorem ſuſpitionemq; Venetis incuteret. Brunorum ex familia Scala / que antea Veronẽ. & Marſilium Carrariẽſem cuius pater auuſque Patauij imperitauerant: vt in Italiam ad recuperandas auitas vrbes exercitum traducerent hortatus eſt: ſperans eorum auſpicio eas ciuitates a Venetis deſcituras. Cum Sabaudienſi vero datis per cauſam matrimonij (filiam enim eius occulte deſponderat) Vercellis pacem redemit: quo ab ea parte tutior omnes copias Venetis opponeret. Intelligens autem auxilia externa non ſatis in promptu eſſe: ea autem ad terrendos hoſtes aduocabat quo facilius deſcenderent ad pacem cum pontifice Martino per oratores egit occulte: vt velut ſi ſua ſponte pacem quereret. Obierant inſuper nonnulli ex ſuis prefectis / qui in re militari admodum preſta-

Carminiole ꝗ Venetos ducebatꝗ clara de Philippi copiſ victoria.

bant:vt pace ſibi opus eſſe referret deſtitutoſq; viris in qui-
bus maxime reſidet belli cura. ¶ Ineunte hyeme legatum
eundem qui priorem pacem firmauerat:cardinalem ſancte
crucis ad componendam pacem miſit:iuſſis omnibus quoꝝ
intererat bellum/oratores Ferrariam decernere. Florētini
diuturna impenſa exhauſti pacem optabant. Sabaudie du-
cis qui iam cum Philippo occulte pacē fecerat:oratores pa
cem ſuadebāt:haud quaꝙ Philippi poſtulata improbātes.
Veneti inter ſpem metumq; dubij hoſtis vires minui cupie
bant. Hinc ambitio ⁊ maiorum rerum appetitus bellum cō
tinuare ſuadebat. Philippi quoq; ea poſtulata erant:que
omnem belli timorem excutere viderentur. Interim q̄uis
hyems eēt aſperrima:tamē a Carminiola multa oppida tū
Cremonenſi:tum in Brixienſi agro ab hoſte capta. Re pacis
contentionibus varijs diu protracta:tandem virtute legati
authoritateq; poſt quintū menſem eſt cōſtituta menſe Mar
tio anno ſupra. M.cccc.xxvij. Conditiones he ſunt addite pa
ci:vt Brixia cum omnibus eius ditionis oppidis caſtelliſq;
etiam que ad eam diem Philippus teneret:his quoq; addi-
tis que de Cremonenſi agro capta erāt:vſq; Bergomum cū
omni eius vſq; ad Adduam territorio Venetorū eſſent:vtq;
omnia que de Florētinis teneret:intra certam diem reſtitue
retur. A Venetis dicti ſunt ſocij Mantuanus Ferrarienſis/
Palauiſinus:Mōtiſferrati marchio. A Florētinis ſocij Se-
nenſes/nōnulliſq; extreme Ligurie dominis federe cautum
eſt ⁊ paci conſultū. Adiectū eſt inſuper vt:vxor liberiq; Car-
miniole:qui in Philippi poteſtate ad eam diem fuerant:bo-
naq; per eum poſſeſſa reſtituerentur. De Paulo Lucenſi ty-
ranno nullam is partem eſt actum:verbis tantū ſignificatū
ꝓ amico ab vtriſq; hꝛi. Et dicti tū indiſcuſſi termini finium
agri oppidorum ꝗ ex Cremonenſiū ditiōe ſunt Venetis at-
tributa. Cuius rei arbiter Ferrarienſis dictus eſt.

Philippus cū venetis ⁊ Florētinis fedus percutit.

¶ De bello Florentinorū cōtra Lucenſes. Cap. ix.

AMbigebat nemo poſt pu
blicatam pacem:Florētinis quietem ab armis
longinquam fore:ſed deo permittente ⁊ homi-
num vitio operante bellum Lucenſe nullis id
ſuſpicantibus ſubito exortum eſt. In miſſione
quidem equitū peditūq;:que poſt pacem fieri conſueuit:Ni-
colaus Fortebrachius Florentinorum equitum turme prefe
ctus coactis militibus qui miſſionem egre ferebant:armis
ſua manu agrū Lucenſem populabundus adoritur. Cauſaꝫ
quā pretenderit neſcio:inanem crederim eam:que armis diſce
ptanda foret. Occupabat autem eius vrbis tyrannidem(vt
dictū eſt) Paulus Guiniſius qui in bello Philippi nulli he-
rens precipue extra pacis federa relictus eſt. Nicolaus autē
prefatus ſiue ſponte ſua predandi cauſa:ſiue nōnullorū Flo
rentinorū quibus bella queſtui erant/ſuaſu arma in Paulū
mouerit incertū relinquitur. Opinio tamē quorundam fuit
Florentinorum aliquorum cōſilio id actum. Publicatum de-
cretum quo poſtmodū aduerſus tyranū bellum fuit ſum-
ptum dorū effecit. Improuiſo bello laceſſitus Paulus ne id
Florentinorum opere fieret addubitans:per oratores Nico-
lai iniuriā queſtus petijt vt ſe velut amicū auxilio tuerētur.
At ſi id videretur graue:ne hoſti pecunia/ope/ſubſidioue fa
uerent. Scire enim ſe non eſſe vnius equitum prefecti vires
adeo validas:vt diutius in armis poſſit ſuis opibus perſi-
ſtere. Reſponſum ambiguū datum eſt:neq; tyrāno fautores
ſe:quum federe exceptus eſſet:neq; inimicitiam armati ⁊ pa
rati ad bellum in ſe velle ſuſcipere. Quicquid Nicolaus ege
rit vltro ⁊ nullius impulſu non eſſe ſue authoritatis dimoue
re eum ab incepto qui ſui iuris eſſet ⁊ Florentinis amicus.
Ratus qđ futurum erat Paulus:verituſq; Florētinoꝝ cal-
liditatem:qui alieno nomine ſecum certarent:ad Mediola
ni ⁊ rem ad Venetorum duces Nicolai iniuria expoſita:ſub
ſidium poſtulauit. Captis nōnullis de Lucenſibus caſtellis:
quum tyranno vires ad defenſionē deeſſent:ingraueſcente
in dies bello hortatus eſt Nicolaus Florētinos ad eam vrbē
a tyranno eripiendam. Facile quidem id fore ciuitate nullo
preſidio ſuffulta:ſe quidem ſi pecunia fauoreq; adſiſterent:
intra paucos menſes vrbē illis traditurum:⁊ Philippus ad
ineundam cū populo Florentinorū amicitiam ad id bellum
cohortatus equites ſi opus ſit ⁊ auxilium pollicef. Re Flo-
rentie inter paucos primum bellum ne aduerſus tyrannum
ſumendum eſſet:⁊ talis vrbs in poteſtatē redigēda:ſepiuſq;
queſitis cōſilijs diſcuſſa/varijs ſentētijs diſceptabatur:par-
tim noua reprobantium bellum quietemq; ſuadentium par
tim id probantiū certamen:⁊ ex quo ciuitas opulentior tali ſu
bacta vrbe eſſet futura. Maior populi pars tyranni ꝑdendi
odio bellum affectabat:prudentiores ſenioreſq; vt rem diſ-
ficilem inhoneſtamq; abhorrebant: tandem varietatis vtrin-
q; ſententijs Rainaldus Albitius ex equeſtri ordine populi

Belli a Florētino pplo in Lucēſes geſti ꝑma initia.

partes ex voluntate ſecutus in hūc modū diſſeruit. ¶ Scio
Florentini ciues(inquit)hanc rempublicam diutino bello
fatigatam otio egere ⁊ quiete a turbine bellorum. Sunt duo
hec quibus populi maxime gaudent:non ſolum ſalutaria:ſꝫ
⁊ neceſſaria:adeo vt qui hec improbet:non videatur conſule
re ſaluti vrbis ſue. Sed ea niſi depulſo belli timore non poſ
ſunt eſſe diuturna. Otium quidem ⁊ quies appetenda ſunt:
niſi in his lateat ſuſpitio vel potius ſemen occultioris mali.
Scitis belli quod nobiſcum cum duce Mediolanen. viguit:
Paulum Guiniſium fautorem et adiutorem licet occultum
fuiſſe. Scitis illum nobis ſpretis qui ſocietatem eius queſi-
uimus filium ſuum cum turma equitum in auxilium hoſti
miſiſſe ⁊ iuuiſſe pecunia. Scitis hunc tyrannum fuiſſe nobis
ſemper infenſum:neq; palam hoſtem nobis:⁊ ſed hoſtili ſem-
per animo letum noſtris rebus aduerſis:ſecundis anxium.
Proximo certe bello hoſtis partes ſecutus/contra nos erat
moturus arma:niſi Venetorum belli ſocietas emerſiſſet:vt
non voluntati ſed metui ſit tribuendum:ſi ab armis deſtitit
quod potuit tamen id egit. Nam quum noſtra ſtipendia vl-
tro oblata contempſiſſet minori commodo dignitateque ad
Philippum tranſijt:quo maior nos alterius opibus oppu-
gnandi facultas eſſet. Nunquam ille nobiſcum federe iungi
voluit:quoniam ſemper alienus a noſtra vixit ſalute. Neque
id fortaſſe mirum:nature enim ita eſt comparatum:vt tyrā-
ni oderint reſpublicas:quum non niſi per libertatis amiſſi-
onem regnare queant. Nihil eſt inter ſe contrarius ꝙ reſpu.
⁊ tyrannis:qua nihil magis publice vtilitati infeſtum. Alte-
ra legibus viuit:alteri pro legib9 eſt libido. Quid ille nobis
faceret ſi poſſet:qui ꝓprie matri eripuit libertatē:peſſunda
tamq; tenet in mācipij modū? Nunc niſi quū datur facultas
tollamus penit9:obſeruabit tempus memor Nicolai iniuria
rumq; quas nobis authoribus ſe pati eſſeuerat:ſemperq; in
vltionem paratus erit. Si quis emerſerit ad nocendum ca-
ſus:nihil eſt quod ab eo negligat:vt nos poſſit perdere. Ho-
ſtes noſtros ſibi noſtri odio conſtituet dominos:malens ſe
perire ꝙ nos eſſe ſaluos. Eſt preterea ciuitas illa propinqua
Piſane vrbi que quanta cura propter incertos rerum caſus
retinenda ſit:quis ignorat? Tollenda ſedes eſt noſtris hoſti
bus ex qua non paruum diſcrimen imminere videtur. Nul-
lus preterea nobis immineat Longobardis timor:niſi per ci
uitatem Lucanam:quam ſcimus ab externis ſepe fuiſſe poſ
ſeſſam. Preterea vtilitatem agnoſcite que plurima futura eſt
ciuibus noſtris:tum fertilitate terre:tū maris opportuni-
tate. Nā ꝙ quidā otiū ⁊ quietis ſpeciē pre ſe ferant:ipſi teſtes
ſumus quāto dāno nobis cōſtet pax olim cū duce Philippo
facta:bellum et nefarium ex pace ingens eſt ortū:⁊ adeo an-
ceps ſtatus noſtri diſcrimen:vt in periculum ventū ſit liber
tatis. Itaq; nō ſemꝑ pax ſalutaris fuit:ſed ea ex qua requies
longinqua ſperetur:non cui ſuſpitio fraudis inſit. Quapro-
pter quum ſit tutiſſimū prouidere ne quis obeſſe queat:⁊ id
facile videatur:quoniam omni externa ope tyrannus defici
tur:vos hortor quibus reipublice cura eſt:quiq; otiū futurū
appetitis:vt accipiatis quod vltro offertur:quodque parua
impenſa breui tempore Nicolaus ſe daturum ſpondet. Am-
pliores erant opes Piſane vrbis quum illam emimus a Ga-
briele vicecomite:opulentior certe ⁊ ciuium numero virtute
atq; fortunis validior:⁊ tamen poſt amiſſam arcem decreto
bello omnes rerū ⁊ temporum difficultates conſtantia ⁊ vir
tute ſuperauimus:eaq; vrbe potiti ſumus:que autem fuerat
nobis inimiciſſima:vt non voluntate ducti:ſed extrema ne-
ceſſitate coacti deditionem fecerint. Itaq; poſtmodum ſecu
ri ad hanc diem ab his viximus:a quibus in diē aut ſuo aut
alieno marte oppugnabamur. Itidē quo ſecurius fruamur
pace:hic a nobis tyrannus eſt exterminādus. Neq; eſt vt exi
ſtimet aliquis illo mortuo eam ciuitatem recuperaturam eſ
ſe libertatem. Extant plures filij quorum maior penes Phi-
lippum eſt:cuius preſidio in tyrannidem perſeuerabit. Nec
haud incerta diſcrimina euitare ſi cupimus:delenda eſt no
bis inimica tyrānidis ſedes. Equidem perfacilis victoria re-
ſpondet nobis:⁊ parui laboris opus fore videtur. Impara-
tus tyrannus eſt:nullo neq; ſuo neq; externo ſubſidio muni
tus. Odio preterea omni populo eſt:vt veriſimile ſit nolle il-
lum pro tyranni ſtatu pugnare:quin potius cupere vt excu-
tiat ſeruitutē. Quanta vero ſit futura vtilitas:quanta ſecu-
ritas rerū ea ciuitate deuicta a qua plura nobis monſtran
tur pericula:facile eſt ei qui ſano vtatur conſilio iudicare.
Intercludet quidē vis ⁊ facultas Mediolanū.ducibus in Tu
ſciam tranſcendendi:quum duo veluti clauſtra quibus op-
pugnari noſtra reſpub. poſſit / fuerint hoſtibus interſepta.
Ideo ciues preſtantiſſimi id bellū mea ſententia ſuſcipien-
dū decerno:qđ neq; diuturnū erit:neq; magno negotio con-
ficietur. Commoda vero tot tantaq; ex hac victoria parabū-
tur:vt nulla maiora ad preſens ſit optare.

Oratio Lucēſis belli ſuaſoria.

§.I. His dictis erat vicarius in

concione ſermo: partim eũ impugnantibus orationem partim cõprobantibus. Seniores quidem & qui prudentia & rerum vſu precellere exiſtimabantur: vt inutilẽ & iniquũ maximiſq; diſcriminibus impugnabant: neq; eſſe cõducere ciuib' nouis indiẽ bellis implicari: videriq; tanq̃ inquietos hoies pacem atq; otium odiſſe. Tandẽ Nicolaus Uzanus quietem ceteris preferebat / in hunc modum verba fecit.

Oratio belli diſſuaſoria

¶ Vetus ſapiẽtiſſimorum virorum ſententia eſt prudẽtiſſimi ciues eos qui hunc locum ad dicendum aſcendunt: omni priuata affectiõe depoſita liberos accedere debere ad conſulendum omniaq; ſua conſilia referre ad reipu. ſalutẽ: quo circa mihi ille optimus videtur ciuis qui id ſuadet: id agit: quo ſui ciues otio & quiete ſeruantur: que duo ſunt nobis maxime ſalutaria. Et profecto id nos reſpicere in dicendi ſentẽtia decet: quod certa coniectura poſſit aſſequi: ſalutarem exitum habiturum. Nã qui in rebus dubijs certam ſibi ſpem futurorũ pollicent: raro ſui deſiderij cõpotes fiunt. Rerum humanarũ dominã cõſtat eſſe fortunã: que raro conſilijs hoim reſpondere conſueuit. Quapropter id conſilium amplecti oportet: qđ certa ratiõe ſuſceptum procul abſit a temeritate fortune. Verũ quoniam de re grauiſſima agitur: & diſceptando veritas elici ſolet: agendorumq; ratio inueniri equa mente feram ſi aliene ſententie author ero. Mihi quidem vtiliori reipu. cõſilio videtur vti. Certus ſum ciues preſtantiſſimi / probatiſſimum atq; integerrimum virum Rainaldum que dixit omnia bono animo dixiſſe: idq; ſuaſiſſe qđ pro ſalute reipu. duceret faciendum. Hortatur ad ſuſcipiendum bellum aduerſus tyrãnum Rainaldus / vt putat / vtile: parui temporis: atq; impẽſe. At vero mihi multiſq; preterea ſecus videtur bellorum varietates / pericula / fortune / mutationes / diſcrimina cogitanti. Mouere quidem bellum in noſtra eſt ſitum volũtate: ſuſceptũ vero deponere & ab armis deſinere / in fortune eſt arbitrio cõſtitutum: quo magis principia metuenda ſunt & futuri caſus extimeſcendi: in eo preſertim bello quod iniuſtum eſt: & nobis dedecus ac maleuolentiam & multorum ſimultates ſecum trahat. Cõſiderandum etiam atq; etiam videtur: qua mente vicini noſtri hoc bellum ferant: partim inuidia / partim odio / partim ſui timore / nobis aduerſabuntur. Cum pontifice olim & cum Venetis ſepius egimus vt bello quod inter nos & ducem vigebat / finis imponeretur. Queſti multis verbis nos adeo pecunijs exhauſtos: vt amplius ea impenſa nequiret ferri. Urbem auro exinanitam: ciues oppreſſos cenſu / mercaturam interruptam / multotiens deplorauimus: ſupplicum more poſtulantes pacem non vtilem ſolum ſed neceſſariam nobis: noſtro ſuaſu noſtris precibus concordia ſecuta eſt preter ſociorum voluntatem. Quid nunc dicet pontifex: quid Veneti: reliquiq; apud quos paupertatem noſtram oſtẽtauimus: ſi nondum deletis prioris belli veſtigijs ſi nondum exiccato ſcripturarum attramẽto: nouo nos implicuerimus bello? Proculdubio nõ inopiam / non labores / non defatigationem / cauſam pacis predicabunt fuiſſe: ſed aliam quãdam / vt inuidiam aut maleuolentiam aut odium extitiſſe: que omnino a nobis fugiẽda ſuſpitio eſt. Mihi certe vtiliori conſilio videntur vti qui poſt diutinũ bellum pacem querunt: & poſt longos labores quietem ſequuntur q̃ q̃ poſthabita pace bella ex bellis ſerentes: requiem aſpernabantur. Suſcipi enim debent (vt ſapiẽtibus placet) bella vt in pace viuatur: non vt poſt vnius finem alijs nos minime neceſſarijs implicemus. Hoc enim eſſet ſemper in continua calamitate et miſeria verſari. Bellum nuper geſſimus periculoſiſſimum cum duce Mediolani: in quo futuri eramus inferiores: niſi aliorum ope auxilioq; illius potentia concuſſa eſſet. Equidem id bellum alacres ſuſcepimus longo laſcinientes otio tanq̃ parui temporis & haud magne impenſe / vt omnes dictabant / futurum bellum: at fortuna poſtmodũ preter ſpem noſtram & grauiſſimum iſtud reddidit: & temporis longioris magno cum ciuium detrimento. Hoc quidem bellum facillimum multi putant et parue more: ſed quis nouit ex vobis quid ſit ſuſcepto bello euenturum ne fors illius immineat nobis? Quis nouit hominum partim nobis inuidentium / partim ſibi proſpicientium conſilia? Quis ſcit an Philippus ſit tyrãno ſuas copias ſubminiſtraturus? Quis ſit an pontifex qui diutius infenſum animum in nos geſſit: eam vrbem nobis ſubdi fuerit permiſſurus? Cui notum eſt an Senenſes de ſua libertate ſoliciti ſibi timentes pro defenſione tyranni illius nobis inferant arma? Quis eſt e vobis tam prudens: tam conſilio prouidens: vt ſibi certam victoriam repromittat? Quis fortunam ſemper in bellis dubiam ac dicentem nobiſcum ſpondeat futurã? Multa ſunt diſcrimina que bellorum caſus ſecum ferũt: qui maiorem timorem incutere; q̃ ſpem vllam promittere debent. Equidem huius belli magis euentũ horreo: quo vim alteri inferimus q̃ quo repulimus illatum. In altero iniuſtitia verſatur / iniuria / & dei offenſa / in illo / quia cauſa iuſta: defenſio legum & equi boniq; fauor & apud deũ / ſui tuendi locus. Sperandum quidam deum magis fauturum repellenti iniuriam q̃ inferenti: magiſq; proſpecturum ſaluti eorũ qui ſe iuſte defendũt: q̃ qui oppugnant iniuſte. Nõ eſt aut equa cauſa aut iuſta que nos impellat ad inferendũ Lucano bellũ. Si non ſenſit nobiſcũ nõ eſt loco miraculi habendũ. Sibi & patrie quieti proſpexit: procul a bellis eſſe voluit: qđ cõſiliũ haud quaq̃ reprehendendum videt. Qđ ſi qua data eſt nobis indignandi occaſio aduerſus eum qui hoſtem noſtrum iuuit [?] prefectura: quid meruit ciuitas vniuerſa: ſemper eiuſdem factionis vt plurimum ſocia & amica nobis? Nunquid plecti pro tyrãni (quẽ ſumme oderunt) culpa merentur ciues? Si eo pulſo ad nos ciuitas queſtum mittat: quenam ratio eſt quam propter eos armis ſubigere queratis: a quibus nulla in re aut offenſi eſtis aut laceſſiti? Quid his reſpondebitis? Quam probabilem cauſam veſtri afferetis belli? Nullam certe: niſi ambitionis & dominij nimiam cupiditatem. At nullo neq; diuino neque humano iure permittitur per iniuriam & iniquitatem aliena vſurpare. Iuſta cauſa debet eſſe bellorum: que aut pro iniurijs propulſandis ſuſcipi debent aut pro patria conſeruanda: & horum bellorum felices exitus eſſe ſolent. Iniuſta vero arma / rara victoria comitatur: infamia / dedecus / opprobrium ſequi ſolet. Si Piſanam vrbem vi & armis cepimus id optimo iure a nobis actum eſt. Nam primo ab eo empta eſt cuius vendende ius poteſtaſq; erat. Tum eam inuaſimus vrbem que vt plurimum hoſtili in nos animo fuit et odio fere immortali: & ob ea multa diſcrimina nobis ſumma cum noſtra pernicie emerſerunt. At Lucane ciuitatis contraria Piſanis natura fuit. Nam & ea alterius factionis partes / et nunquam nos perijt bello: ſed multis bellorum turbinibus nobiſcum ſenſit: vt abominandum videatur nos velle eam ſubigere vrbem: que plura in noſtram rempu. recenſere q̃at. Nihil in hominum vita iniquius facinus neq; pernicioſius ingratitudine: que ſola omnia complecti ſcelera videt. Neq; enim aut amicitie iura tueri: aut venerari parentes: aut colere deos: aut alicui beneficio ingratus reſpõdere poteſt. At quid ingratius reperias: q̃ bene de nobis meritos armis peſſundare: & eius moliri ſeruitutem ciuitatis: que ne nos ſeruiremus / omni ope auxilioq; pugnauit? Quemobrez hortor vos oroq;: vt non tam repente ad bellum proſiliatis eius preſertim ſuaſu cui bella queſtui ſunt: & cuius nil refert victi an non victores habeamus: cuius maxime intereſt bellum trahi longius: quo plus ſtipendiorum a nobis accipiat: qui id offert quod dandi nullam habet poteſtatẽ. Mea quidem opinio eſt ab iniuſtis armis abſtinendum eſſe: potiuſq; pro honore preteritas tyranni iniurias equo animo tolerandas q̃ propter illius odium ciuitatem de nobis optime meritã oppugnandam. Deum oro: vt eam vobis mentem deſiderando preſtet: que ſit conſentanea noſtre reipublice ſaluti.

§.II. Varius deinde diuerſa ſen

tientiũ anim' fuit: prout quẽq; propriũ cõmodum trahebat: tamen vt ſepiſſime contingit: melior pars a maiori ſuperata eſt: belliq; decretum decembri menſe anni. M.cccc.xxix. pro eo adminiſtrando decem viri creati ad ſex menſes. Maxime ad id bellũ populũ incitauit memoria filij a tyranno in auxilium ducis miſſi: dum maxime bellum arderet deſtinati animi quorundam ciuium ambitione cupiditateq; quibus bella viui erant: opeſq; eorũ alior dãno augebant: plus equo valuiſſe tradunt. Nicolaumq; priuati cuiuſdã ciuis conſilio ad arma i tyrãno inferẽda motũ. Nicolao itaq; cõfeſtim ſcriptũ eſt: vt qđ bellũ ante ſua ſponte mouiſſet: anthoritate populi Florentini illud adminiſtraret: caſtella traderet que cepiſſet ſtipendia inſuper prebita ſunt. Bernardinus ex ſtirpe Ubeldina nobili perantiqua vir bello egregius cũ duabus equitum turmis ad id bellũ conductus: pluresq; additi tũ equestrium mercenarij. Ad purgandum Florentinos ab iniuria ſuſcepti belli: ad pontificem Martinũ: ad Philippũ: ad Venetos: ad Senenſes Bononienſeſq; & legatũ oratores miſſi ſunt & ad marchionem Ferrarienſem. Oẽs perplexe reſponderũt Philippo excepto: qui rem laudauit: ſuamq; in Florentinoꝝ gratiam ad id bellum pollicitus eſt operam: callido quidem animo quo noua moleſtia vexarentur.

Bellum in Lucẽſes a Florẽtinis decernitur

§.III. Paulus poſtquã publico

Florentinorum conſenſu ſe oppugnari animaduertit: legationeſq; auxiliũ poſtulantes fuiſſe irritas: in primis Senẽſes ſolicitauit: ſi quo pacto excitari poſſent ad belli ſocietatem: ſuadendo / hortando / monendo / predicabat ſe deuicto Florentinos Senarum imperium appetituros: eiſdem que

armis eis libertatē oblaturos quibus ſibi ocium arripuiſ-
ſent. Expergiſcerētur itaq dum tempus ⁊ facultas daretur
conſulendi: ⁊ dum ſibi proſpicere poſſent. Nullam ſecuritatē
eis dari ſe deuicto: neq quieturum pplm Florentinum poſt
adeptam victoriam: neq vlla pacta aut federa ſeruaturū eā
gentē: apud quā nihil ſanctum eſſe aut inuiolatum ambitio
ſineret. Quum egent aut in periculo aliquo verſarentur: mul-
ta Florentinos polliceri ſolicitos: trāiecto periculo nulla p
miſſa nulla pacta nulla conuenta ſeruare: ſed omnia penſa-
ri pro eorum vtilitate. Veriſimiliuſq videri Florētinos ap-
petituros eam vrbem quę cum ſepius manus conſeruiſſent
q̄ queſierint eius calamitatem que ſemper i ſocietate fideq
vixiſſet. Hec pluraq alia in eam ſententiam dicta excitaue-
runt Senenſium animos iam ſua ſponte titubantes ad con
ſultandū quid cōduceret rebus ſuis: ⁊ infenſa et dubia erat
eis Florentinorum potentia: neq dubitabāt quin deuicta ea
ciuitate a Florentinis arma eis mouerētur. Multe ad id ſu-
ſpiciones eos impellebant: ⁊ id precipue q audierant Florē-
tie a nōnullis in vulgus iactata verba hec ac decantata: ſci-
licet Aue maria gratia plena. habita Luca adibitur Sena.
Quibus verbis haud obſcure bellum Senenſibus annūcia-
batur. Igitur oratores Florentiam euestigio tum Venetias
mittunt: Hos vt hortarentur bellum nulla iuſta cauſa ſuſce
ptum omittere: ne cogerētur per vim oppreſſo Lucano opē
ferre: illos vt rogarēt vt pacis componende authores eſſent:
⁊ ſimul peterent ſe adiutores fore: ſi cōtra eos a Florentinis
mouerentur arma. A Florentinis reſpōſum eſt haud iniuria
illatum tyrāno bellum: tum quia filium in rebus eorum du-
biis aduerſus ſe miſiſſet hoſtiliter: q̄ falſa calumnia culpaſſet
tyrannus Nicolaum Florentinis hortantibus ſe armis appe
tiſſe: equum videri eum qui iuſte et pro alterius iniuria que
ratur: iuſtā dare cauſam criminandi. Se vero cum Senenſi
bus antiquum ſeruaturos fedus: nihilq acturos que ab eo-
rum ſocietate deſiſtere viderētur. Venetorum oratio fuit etiā
ſi a Florētinis in Senenſes intentarētur arma poſſe ſe equo
iure illorum libertatem tueri: quum in federibus ante acte
pacis ſocii a Florētinis ſint deſcripti. Reuerſi oratores quū
que acta eſſēt expoſuiſſent: maior in ciuitate ſuſpitio coorta
eſt. Ceptum tractari quo maxime modo tyranno opitularen
tur: nam ſi is occubuiſſet: Florentinorum vires timebant: ⁊
auxilia deſperabant: quum neq Mediolanēſem neq Vene
tos ſibi confiderent fauturos.

§. IIII. Nicolaus interea atq

Vbaldinus Lucanum agrum tum populationibus tū oppi-
dorum que multa ceperant: prede infeſtū reddebant. At tyrā
nus quū Senenſiū aīos fluctuantes ſenſiſſet: pecunia ſe il-
los impulſurū in ſuum ſubſidiū ratus: grandē vim auri Se
nas miſit: qua equites pediteſq contra Florentinos deduce
rentur. Et quū plures pecunias ſe daturum pmitteret eue-
ſtigio de inferendo bello ſtatuerūt. Antonio Petructio optā
ti quęrentiq comparandi militis negotium datum eſt et pe
cunia impenſa. Is Romam profectus copias cōduxit: annuē
te pontifice egre bellum Lucenſe ferente: que mari Lucam
delate ſunt. Alie item copie in agro parari Bononienſi: que
poſt ad Florētinos defecere. Quū hyems iā appeteret: q̄ſq
tam apud obſidentes q̄ apud obſeſſos futura fore videret
Antonius Senenſis Florētinis aduerſus cuius magiſtratu
tyranni defendēdi cura demādata erat: Genuam ac Medio
lanum profectus/ vtrumq ducē hortatus eſt ad preſidia Lu
cano impendenda tyrāno. Superbam ambitionem Florenti
norum culpabat: qui dominandi cupiditate ſemper cum fini
timis decertauerint. Aſſerebat minime in eorum rem vide-
ri: talem ciuitatē ſubiici populo Florentino: dari aditum ter
ra hoſtibus pugnandi cupidis ad inuadendam Liguriam et
in Galliam tranſeundi. Multaq in eam ſententiam diſſe-
ruit: atque Philippum mouerunt in auxilium tyranni: et a pa-
ce ad belli curam animū cōuertit. Sed calliditate aſtutoq
nō aperto cōſilio vſus eſt. Nam decreuit Frāciſcum Sforzia
mille equitum prefectum/ veluti ⁊ tyranni ⁊ Senenſium ſti-
pendiis conductū/ auxiliū obſeſſis ferre. Conduxerat inſu-
per Antonius nōnullos piratas Cathalenos: qui litt᷒ Pi-
ſanū infeſtum mercaturis reddebant: littuſq ſepius egreſſi
pecorum agreſtiūq predas abigebant. Ac Florentini quum
nulle aut parue copie Lucanum tyrannū tutarent (nondum
eni externa ſubſidia aduenerant) obſidere vrbem parant et
commeatum prohibere. Igitur Nicolaus ⁊ Bernardin᷒ par
titis copiis binis caſtris cingere vrbem: ſingulilq portis ſin
gule ſtationes erectis caſtellis oppoſite: additeq machine
permulte quibus porte murique lapidibus quaterentur. Ex
contemptu hoſtis negligentia in caſtris (vt fit) exorta eſt:
Luce obſidio, omniſq rei militaris cura omiſſa. Qua re animaduerſa tum
electe iuuentutis ciues: tum mercenarii milites, qui ad duo
milia erant) ſub ortu ſolis eruptione facta Nicolaū adoriun
tur: pelluntq caſtrianı in fugam omnes verſi ſunt. Fuiſſet
eo die magna clades accepta/ niſi eruptione audita Bernar
dinus ſubſidio fugientibus occurriſſet: cuius aduentu re-
preſſi hoſtes in vrbē redierez: nonnullas Bombardas raptim
ſecum ferentes. Tentatis omnibus quiz neq obſidiōe neq
preliis tyrannum ad deditionem cōpellere quibant: alia ra-
tione vrbē expugnare aggrediuntur: authore Philippo Bru
nilleſco maximo omnium ea tempeſtate architectore. Hic
enim eſt qui modum adinuenit et formam edificandi illam
teſtudinem maximam cupule eccleſie maioris Florentine ſi-
ne armatura aliqua: que etiam perfecta eſt. Igitur Philip-
pus regionem vrbis propinquam contemplatus primuz flu
men Auſerim oppoſitis repagulis reprimere ab aquarū cur
ſu: ita vt in immenſum excreſceret: deinde lata foſſa aque
curſum in vrbem inducere: tum ceteros riuulos in alueum
fluuii deriuare ad augendam aque vim duo plana vrbis
aquarum inundatione mergerentur ſtatuit. Maximi labo-
ris id opus fuit: licet incaſſum euaſerit conſilium. Nam ci-
ues poſtq̄ veluti diluuium ſibi parari intellexerunt pacis-
tis aggeribus circa vrbem et qui vim aquarum continerent e
regione fluuii erectis id periculum euitarunt: deductaq eni
verſus vrbē aquam repulerunt aggeres: a quibus ſecuri ci
ues facta eruptione diſturbatiſq hoſtium operibus aquas
ad caſtra Fortebrachii defluere ppulerunt. Et ita magno ac-
cepto incōmodo caſtra mutare cōpulſus eſt. Erāt apud Me
diolanū ducē Venetorū Florentinorūq legati: hortantes in-
ter cetera (ob certas enim pacis conditiones acceſſerant) vt
nil noui tentaret quo pax violaretur. Preſenſerāt enim ani-
mum ſuapte natura mobilem atq inconſtantē: de mittendo
Lucenſi ſubſidio cogitare. Qui vnum ore aliud in pectore ha
bens: nil ſibi antiquius pace reſpondit: nihilque acturum ſe
quo turbate quietis aut odii vlla oriretur ſuſpitio. Ideoque
prefectos equitū quibus ad eam diē ſtipendia miniſtraſſet
miſſos ſe facturū. Callidū id reſponſum fuit: quum pro euitā
da belli ſuſpitiōe eis commeatū ſe daturū eſſe diceret quos
ad bellū Lucanū iam deſtinaſſet. Egit igitur cum Franciſco
Sforzia: vt aſpernato armatorū otio miſſionem flagitaret.
Is magnopere tanq̄ in re noua multis verbis palam contē
dit cum duce vt abire liceret: velleq ſe Beneuentum profici
ſci: quoniam in rem ſuam eſſet bellis que in regno Neapoli-
tano orta dicebantur intereſſe. Accepta clam pecunia a Me
diolano cū equitib᷒ peditibuſq veris principio mouit Par-
mam verſus. Vbi ſuos expectare ſimulans: premio omnib᷒
qui ſequi vellent propoſito: multos ex compoſito a duce di-
miſſos conduxit. Magna coacta manu quum plures ad eū
conueniſſent: dubitabat a multis qđ poſtea euenit. Sed q̄
veriſimile erat illū ex aio loqui: qđ optabant facile credide-
re. Perierat paulo ante miſſionem comes Antonius ex prefe
ctis ducis vir audax ⁊ Florētinis infeſtus. Hunc ſecuti ſunt
octingenti equites ferme ex his qui ſub Philippo duce milli-
tabant: tanq̄ ei᷒ ſtipendio defuncti. His p fraudē actis Anc.
Lucā petēs: ⁊ vires ⁊ aīm addit obſeſſis. Oīa eni fere caſtel-
la a Nicolao capta euestigio ad tyrannū defecere.

§. V. Franciſcus Sforzia dein-

de via Pratenſi quū montes ſuperare nequiret (ſolt᷒ enim
omnes ab ea parte firmiſſimis preſidiis tenebantur) Por-
tremnium deflexit: tuteq in Hetruriaz deſcendit: cumq plu
ribus equitum turmis peditibus octingentis Lucam appro
pinquās: Nicolaū obuiā profectū prelio fudit. Qua ex re Flo
rentinorum copie retro Piſas verſus tribus paſſuum mili-
bus ceſſere caſtellis quibuſdam portis vrbis oppoſitis cum
preſidio relictis. Que Franciſcus quū Florentini acie certa
re nollent: breui tempore expugnauit. Dolum ducis conſpi-
cati decē viri maioribus copiis exercitū duxere. Franciſcus
tum ſpe predarum vt hoſtis potius ſuis tuendis quam op-
pugnandis alienis vacare cogerentur: vna cum tyranni filio
vallē Nebule regionē pacatā atq opulentam ingreſſus/ ca-
ſtrum Stilliani magna vi cepit atq diripuit. Vrgente dein
de commeatus inopia/ Lucam reuerſus eſt. Vbi quum ſtipē
dium a tyranno peteret: is auarus vt magna ex parte pecu-
nia exhauſtus erat: rem procraſtinabat. Interea decem viri
ad relinquendum tyrannum Frāciſcum ſolicitabāt pecuniis
nō vt a fide deficeret: ſed poſt ſemeſtre quo conductus fue
rat Beneuentum vt ante iactauerat peteret. Tyrannum q̄z
magnis promiſſis ad vrbem tradendam alliciebant. Que a
Frāciſco comperta Philippo nunciantur. Ille dānata dolo
auaritia qua e ſtatu deiici malebat q̄ pecunia carere: cepit
ſuſpicari qđ verebatur futurum. Incitabat Philippum Ar-
tonius Senenſis ad priuandū vrbe tyrannum: augens inie-
ctam ſuſpicionē, ⁊ ſimul afferens magnam vim auri ⁊ argen
ti ab eo poſſideri. Ille ſpe ductus prede: deiecit aīm ad eius
ſubuer-

ſubuerſionẽ. Mandat igitur Frãciſco: curet ne quid priuata eiuſmodi cõſilia afferant detrimenti: Genenſi Antonio datum eſt negotiũ tyranni capiendi: ſi quid moliretur noui. Erãt in Florentinorũ caſtris qui cõfictis literis & Frãciſcũ & tyrãnum in mutuũ odium acuerent: alteri alterius cõſilia ſecreta ſignificantes: qua ex re vtrinq; proditionis aucta ſuſpitio eſt. Haud paruo contracto odio Frãciſcus decreuit tandem populum ad defectionem impellere: cõmunicatoq; cum Genenſi concilio: ſecreta cum Florẽtinis colloquia culpans: facile ciues ad rebellandũ Paulo cõmouit. Preſtituta die Antonius Genenſis acceptis ſatellitibus arcẽ ſub alterius negotij ſpecie ingreſſus tyrannũ cum filio cepit: direpta ſupellectili: pecunia multo minore quam fama erat / partim ad Philippum miſſa: partim vſui reſeruata: captiui ambo pater cum filio ad ducẽ miſſi ſunt. Ciuitas libertati reſtituta: ãtiquos magiſtratus creãt. Frãciſcus ſimulata profectione quo promiſſos a Florentinis nũmos acciperet (qui fuiſſe dicunt circa octoginta millia) a Genẽſibus poſtulat vt oppida que paterne ditionis fuerant ab eis poſt obitum occupata / reſtituerẽtur: qđ ſi negligerent: armis ius ſuũ vendicaturũ. Hac ſpe Florentinis iniecta: grandẽ illi pecuniã ob receſſum perſoluunt. Acceptaq; a ciuibus pecunia: ſe veris principio reuerſurũ pollicetur. Inſtare etenim hyemem: que tum eiat cum ſuis equitibus ex annone cariſtia grauis eſſet admodũ futura: ſed in tẽpore ſe adfore promittit. Inde abiens cõuerſo itinere Longobardiã verſus Mirandolam oppidũ petit.

Paul[9] Lucẽſium tyrann[9] cũ filio captus ad Philippum Mediolanũ mittitur.

¶ Poſt receptã libertatem Lucani Florentiã legatos mittunt: paces orãtes quã pulſo tyranno ſe habituros ſperarẽt. Rogare vt potius ſuorũ quodam erga Florentinũ populum meritorum meminiſſent: ꝙ iniuriarũ tyranni: que ſe inuitis ac gementibus accidiſſent: ſe equis cõditionibus poſtulare pacem: que vtriq; populo videretur profutura: commemorare pericula bellorũ & varios fortune caſus: ac certã pacem dubie victorie preferendam. Reſpõſum tulere: non deſerturos bellum Florẽtinos: quod iuſtis ex cauſis ſuſcepiſſent: nõ libertatem ab illis adeptã: ſed nouam tyrannidẽ illis queſitã eſſe. Proinde abirẽt ac rebus preſentibus tẽpore conſulerẽt: meliori conditione futuros ſi vrbẽ ſponte traderent: ꝙ ſi coacti vi & armis ſuperarẽtur. Legati dato reſponſo Lucam reuertuntur: populũ ad defenſionem hortãtur: aſſerentes dei operam non eis defuturã: vt ſimul & a Philippo & a Frãciſco ſpes ſubſidij eſſet collata.

§. VI. Decem viri balie conſiſi

Franciſci receſſu / omni Lucam preſidio ſpoliatã cito in poteſtatem peruenturã nouis conductis copijs auctoq; exercitu denuo vrbẽ obſidione cingunt: caſtelliſq; ad ſingulas portas erectis: cluſos & fame & cõtinuo labore feſſos vigẽt acri[9]: adeo vt obſidionẽ minime laturi amplius viderentur. Philippus qui bellum ad eam diem alucrat: ſciens Florentinos in belli ſumptus auro argentoq; exhauſtos / & iam pertęſos cepti: quo illos nouo implicaret bello: cũ Genuenſibus egit / vt Lucanos primum in federe reciperent: tum denuntiarẽt Florentinis vt ab illo bello deſiſterent: quum eorũ ſocij facti eſſent. Igitur poſt contractũ fedus / oratores Florentiã mittunt: poſtulãtes vt ab armis deſiſterent: neq; deceter o bello ſocijs eſſent moleſti: quos ſibi tuendos ſuſcepiſſent. Ad ea reſponſum eſt: mirari populum Florentinum ciuitatem natura ſeruam / neq; tunc ſui iuris ſed alteri ſubditam / petere quod eorũ arbitrij minime foret. Nihil enim a Genuenſibus agi poſſet que ad publicã rem ſpectarent: niſi quatenus ab eo qui eis imperaret permitteretur. Ideo docerent ſiqua a duce Mediolani eorũ domino mãdata de ea re ſuſcepiſſent: quum non eſſent eorum iuris aut velle aut nolle: niſi quantum ducis eſſet voluntas. His verbis legati admodũ commoti animo abiere: minitãtes paucos intra dies cogniturõs Florentinos liberi ne an ſerui forent. Confeſtimq; quum Genuam rediſſent. Nicolaum cognomento Piccininum: equitum ducis precipuum prefectum: qui apud Ligures in oppidis Genuenſium hyemarat: prout a duce iam conſtitutum erat: ad Luce defenſionem miſere. Dum hec parantur: obſidioni vrbis intenti Florentini ducẽ belli Guidantoniũ Vrbini crearunt: eiuſdem nominis Fauentinum vicarium ad ſua ſtipendia ſumpſere. Erat equitum ſex millia / peditũ vero quatuor milium numerus qui in exercitu Florentino militabant: preter auxilia que multa decẽvirum iuſſu ad id bellũ conuenerãt. Interea Philippi cõſpecta fraude Veneti qui Genuenſiũ nomine Nicolaũ aduerſus Florentinos miſſum intelligerẽt per oratorẽ apud ducem queruntur violata eſſe ab eo federa pacis: qui preter cõuenta prefectos ſuos verbis fallacijs cõfictiſq; tabellis in auxilium Lucanorum ire iuſſiſſet. Non eũ tanta calliditate id machinatũ fuiſſe quin aperta veſtigia apparerent: omnia ea cõſilia a ſe profecta. At ille in ſolita perſiſtens ſimulatione: nulla ſua opera id factum fuiſſe tuebatur. Genuenſiũ id opus eſſe: qui ſocio & amico auxilia decreuerint. Neq; vero id a ſe potuerit prohiberi. Quamuis enim ſub ſua ditione forent: nullo tñ pacto / nulla lege vetari: quin cui velint / proprio ſumptu auxilio eſſe queant. In multis enim libertatem illis conceſſam: qua ſuo iure vti di facultas admiſſa eſſet. Licere qz & Venetis ſm federis formulam ſubſidia Florentinis ꝗ velint mittere. Hoc dato reſponſo quum Venetias orator reuertiſſet: haud ignaris Philippi conſilij (palã enim erant Venetis) viſum eſt nil tunc noui tentandũ eſſe. Suadebatur tñ a Florentinis vt bellum inſtaurarent: quũ magna pars abeſſet: prefectorũ: qui ſub Philippo militabant. at illi prioris belli impẽſis debilitati / decreuere haud quaq; nouo implicari bello. Venerat Piccininus tranſito Macra flumine ad Petram ſanctam oppidum Lucanorum. Guidãtonius cum exercitu per ripã Anſeris que ad Lucã vergit poſuerat caſtra: foſſaq; circũdederat: quo tutiora ab incurſu ciuium redderentur. Piccininus enim vis aque (media enim fere hyems erat) prohibebat a tranſitu: cuius copie duarũ ferme legionũ numerum conficiebant. Erat in caſtris Piccini rerũ oim ꝗ nauib[9] a Genuẽſibus ſubuehebatur copia: apud Florentinos vero ex difficultate annone comportande ſumma inopia: adeo vrgente fame: vt multi deſertis abirent caſtris: quidam ad hoſtes trãſirent: ꝗ res conſultandi cauſam duci ac prefectis dedit mutanda ne eſſent caſtra: an fortuna certaminis expectanda. Inter cõſultandi tempus Aoſer paululũ imminutis aquis facultatẽ prebuit fluminis trãſeundi. Premiſerat ad ripã fluminis Nicolaus agaſones iumentaq; cum frumento: vt qđ ſuperato fluuio in vrbem fame oppreſſam cõportaret. Dubitabat tñ vadi ignarus Nicolaus aquã ingredi: qua in re quũ heſitaret: paululum iumenta cũ cuſtodibus vltra ripã vagantia atq; longe a militibus diſperſa conſpicatus equitum Florentinorũ prefectus quidã predãdi cupidus: cum turma equitũ noto vado vlteriorẽ ripã tranſgreſſus: nonnulliſq; nil tale ſuſpicãtibus ex improuiſo captis ad ſuos rediſt. Interea tumultum ſentiens Nicolaus: cõſpecto hoſtiũ regreſſu: ademptoq; tranſeũdi timore ſuos ad tranſeundum flumẽ hortatus eſt. Iuq; primus ipſe aquã ingreſſus (& iaz veſper erat) ad hoſtes cum equitatu omni peruenit. Superataq; foſſa quũ eos fere incõpoſitos reperiſſet: hortatus ſuos ad pugnã commiſſo prelio fudit ac fugauit. Superuenire quoq; ab vrbe plures ſubſidione cohortes: que precipue ad victoriã cõtulerunt. Profligati oẽs ſunt: maximaq; ex parte capti. Qui ſupfuerũt profecti Piſas poſt ſolis occaſum peruenere. Culpantur hac iniuria tñ dux exercitus parũ ad bellũ inimici prouidus: & tñ profecti equitũ nõnulli: inter ſe diſſidẽtes: ꝗ mutuo odio ab hoſte malebant vinci: ꝙ aut ſe tueri aut potiri victoria: dummodo alterius pernicies ſequeretur: nihili pendẽtes aut eorũ famã aut reipu. pericula. Piſis timore amiſſi exercitus pauor ingens fuit atq; tumultus. Territe quippe conſternate erant oim mentes: vt ſi hoſtis eo caſtra poſt victoriam mouiſſet: vrbes procul dubio abſq; vllo certamine fuiſſet capturus. Caſtra cũ oi tormentorũ belliq; apparatu amiſſa: perdita quoq; impedimenta oia: ceteraq; militari vſui neceſſaria. Pauci & hi egreſſes interfecti: plures vulnerati: ceteri ad quatuor millia in hoſtium poteſtatem redacti. Potuit Nicolaus vel Piſas petere metu territas: vel pdabũdus in agrũ Florentinum nullo impediente ſi libuiſſet tranſire: ad que multorũ preſertim Genuenſiũ ſuaſiones hortabantur. Sed vtrũq; renuit ille ſatis a ſe factũ dicens: qui vrbẽ obſidione & fame liberaſſet. Id ſane Philippi conſilio factum conſtat: qui nulla in re pacem a ſe violatã videri volebat: recipiẽdis tñ ꝗ defecerãt caſtellis operã Nicolaus dedit quo magis ciuitas quieſceret ab hoſtium metu: & ſimul vt cõmeatus ex propinquis locis facilius in vrbem comportaretur.

Florẽtini a Nicolao Philippi prefecto vincuntur.

Florẽtini denuo Lucam obſidẽt.

Genuẽſes bellũ in Florẽtinos deſumũt.

§. VII. Accepta exercitus clade

decem viri inſtaurandis copijs ſumma cura incumbunt: ſingulis equitũ prefectis impenſa pecunia qua equites repararent: que tñ cura erat precipua ciuitatis. Orta deinde ſuſpitione Genenſes pro Lucanorũ defenſione quaz cũ ſua cõiunctam dicebant / arma ſumpturos orator a Venetis et decẽ viris Genas miſſus eſt: qui peteret ne eo bello ſe immiſcerent: in quo nihil eis preiudicij fieri poſſet: neq; enim ad eos vllam belli cauſam ſpectare: nec debere eos pro aliena quiete ſuſcipere laborem belli ſatius eſſe ſi finitimis ac propinquis amicitiam ſeruaret ꝙ externos et procul a ſe remotos tueri. Sibi cum Genenſibus pacẽ & fedus eſſe videãt diligenter ne quid ab eis tentaretur: quod vtriſq; non parue calamitatis materia eſſe poſſet. Creatus conſultũ fuerat populi capitaneus / ꝗ ſupremus eſt vrbis magiſtratus / Antonius Petrucius: antea vt retulimus miſſus ad excitandos

tum Philippum tum Genuenſes ad ferendum ſubſidiū Lucanis. Is aſperū reſponſum dari oratoribus iuſſit. Non eſſe in rem Genuenſiū vrbem Lucam ſubijci Florentinis: nam ex eorū damno ſua calamitas penderet. Si Florentini ea vrbe potirentur: facile in ſe verſuros arma: ſe tamen ex tēpore cōſiliū capturos: in quo ſalus patrie cōtineretur. Apparebat his verbis eos obſecuturos Philippi quietē aſpernātis voluntati: bellumq; eius nutu decreturos: fedusq; paulo poſt cum Genuenſibus fecerunt: vt cōmuni impenſa bellū gererent pro Lucane vrbis libertate. Huic federi additus eſt Martini pontificis ſuaſu Ludouicus Plumbi dñs: parum memor beneficij a Florentinis ſuſcepti: qui teſtamento patris tutores filij relicti ad etatem vſq; adultā in dñio ſeruarent.

Mors pape Martini.

His rebus moti decem viri Franciſcū qui Mirandole hyemarat vna cū Venetis magnis pollicitationib' ad ſua ſtipendia traducere conati ſunt. Quorū poſtulatis quū exquiſite cōditiones efferrētur aſſentiri videbatur. Philipp' trāſitum eius ad hoſtes veritus oblato filie nondū nubilis matrimonio: ab eo propoſito auertit: atq; ſuas traduxit partes. Suſpenſis tum Venetis tum Florentinis ad mouendū Philippo denuo bellū ſuperuenit Martini mors pontificis: qui ducis cauſe admodū fauerat. Id tum ſpem/tum metum incuſſit multis: hijs preſertim qui eum habuerāt nouorū authorem conſiliorū. Sciendū q ante mortē quaſi per annum Martinus miſerat non ſolum dñm Julianū cardinalē Baſileam & pro concilio & contra Bohemos ſed etiā cardinalem Bononiēſem ſcʒ Cartuſienſis ordinis dñm Nicolaū in Franciam: ad componendā pacem inter regem Francie & ducem Burgundie: lōgo enim tēpore fuerāt grauiſſima bella inter eos. Et quodā tempore dux Burgūdie preualuit multū contra regem Francie: quē ducem adiuuabat rex Anglie: & multas terras ei abſtulit. Poſtea reſumptis viribus rex recuperauit amiſſa: & multa arripuit oppida & ciuitates etiam Burdegalam de territorio Anglorū.

Joāna puella Frācie aduerſus Anglos dimicat.

Tunc autem obtulit ſe regi Francie quedā puella filia ruſtici aſſueta gregē paſcere: dicens ſe miſſam ad iuuandū exercitū eius: etatis .xvij. annorum vel circa. Que in multis eos inſtruxerat in bellando & ciuitates capiendo. Hec equitabat apte vt miles: in exercitum ibat cum eis: inſidias inimicorū detegebat: & modū ad capiēdas ciuitates docebat: & multa alia admiratione digna agebat: quo autem ſpiritu ducta ſit ſciebatur. Credebatur magis ſpiritu dei: hoc patuit ex operibus ſuis. Nihil enī inhoneſtū in ea videbatur: nihil ſuperſtitioſum: in nullo a veritate fidei diſcrepabat: ſacramenta cōfeſſionis & cōmunionis frequētabat & orationes. Et poſt multas victorias regis Francie in vno conflictu cum Burgundionibus captiua regis Francie capta ab eis occiſa eſt. Deinde facta eſt pax inter eos: poſt millia militum vtriuſq; partis occiſorū & regiones vaſtatas & deſolatas. Habuit initium hoc bellū propter interfectionem vnius ducis Burgundie violentia alterius eorum.

Eugenius papa creat.

Creatus exinde Eugenius pontifex Venetus natiōe multorum animos auxit: nonnullorū debilitauit. Acceſſerāt Romam de more gratulatū pontifici: Philippi Venetorū/ac Florentinorū legati: petentes maxime vt authorem prebe ret ſe pacis ſeruande. Is ſeuerioribus verbis ſingulos ad pacem hortatus: ſe hoſtem futurū illi minatus eſt: qui pacem & ictum fedus violaſſet. Deprecantibus tamē Florētinis Micheletū mille equitū prefectū vt eius ſubſidio belli eſſet (inopia enim equitatus vrgebantur) cōceſſit. Genas inſuper miſit cardinalē Bononienſem legatū: qui oēs ab armis & bello mouendo deterreret. Que res ducis pacem horrētis animū a pōtifice alienauit: cauſamq; prebuit multarū Eugenij quibus poſtea vexatus eſt calamitatū. Hoc bellum a Florētinis motum contra Lucenſes/maxime attriuit Florētini populi opes: ac in ſummū diſcrimen adduxit: quū & ipſe vix & anxie retente ſint in poteſtate: & omnia caſtella a Piſani Volaterraniq; agri fuerint amiſſa: & in Aretinis fluctuarent omnia: & in Florentino agro caſtella quedā Senenſes occupaſſent: & intra vrbem crebris intolerabilibuſq; tributis ciues exinaniti: & erarium pene eſſet exhauſtū. Querelarum itaq; plena erāt omnia: vt fieri ſolet in populo male ſuccedentibus rebus: nec quicq̄ erat odibilius q̄ ij ciues quorū opera bellum fuerat ſuſceptū. Et cōiter a ſapientibus & non paſſionatis bellū illud iudicabatur iniuſtum ex parte Florentinorū. Si enim tyrannus leſerat: & iam punito tyranno ciuitas liberata erat: quid cauſe iuſte cōtra eam habere poterāt: quum quererent cum eis pacē? Verba etiam Nicolai de Vzano in ſua concione in cōcilio ſatis hoc oſtendūt. Vnde ve illis qui infinitorū malorū cauſa extiterunt: & inde ſecutorū procurantes & perſuadentes bellum iſtud.

§. VIII. Aucti nouo equitatu

Florētini rurſus Lucā infeſtis armis aggrediūtur: qua permoti re Genuenſes portū Piſanū duabus onerarijs nauib' & quinq; triremibus infeſtū reddidere. Conſpecta ad violāda pacis federa Philippi pertinacia: Venetos de bello aduerſus eum inſtaurando concilium capere coegit. Renouato igitur cum Florentinis federe: cui Montiſferrati Marchio & Orlandus Parauiſinus acceſſere: Carminiolam belli ducem in agro Brixiano tenentem copias ſui cōſilij conſcium fecere. Philippus id quod erat/ſuſpicatus Venetorum ducem aliqua re inſigni quemadmodū antea bellū eſſe moturum: diligentiori cura aſſeruabat oīa miſſis preſidijs ad loca ſingula a quibus periculum imminere arbitraretur que res illi admodū profuit. Nam Carminiola ſicuti priori fecerat bello: alicuius vrbis defectione arma inferri queritans/cum cuſtode arcis Laude vrbis egerat de illius proditione: qua patefacta in proditorem eſt animaduerſum. Philippus vt illum ſuis vleiſceret artibus: Guncini Cremonēſium oppidi cuſtodi arcis mandat/vt fingat ſe Carminiole arcem die conſtituta traditurum: tranſactis conditionibus qua die quaq; ratione arcē traderet. Ad preſcriptum tēpus cum magna parte exercitus noctu acceſſit Carminiola: nonnulliſq; in arcem intromiſſis: Nicolaus Tolentinus ac Franciſcus ex inſidijs cum magna equitum manu prodeuntes hoſtem nil tale verentē inuadunt: qui poſt acre prelium tandē fuga ſalutē petens ad mille equites amiſit. Non tñ his deterritus in agro Cremonenſi metatus eſt caſtra. ¶ Dux hec agunt a Venetis: Nicolaus Piccininus quū audiſſet renouatū in Lōgobardia bellū: ex Genuenſiū Luce propinquis & his q̄ receperat caſtellis: profect' in agrū Piſanū incurſione facta plura caſtra tum vi expugnauit: tum voluntaria (vt que Florentinos deſpondiſſent) deditione facta cepit. Addiderat ſe ei Antonius Piſanus: quē dixim' in primis a Philippo in Luce preſidiū veniſſe. Qui quum ſingulos ad defectionē ingentibus promiſſis ſollicitaret: multi patrie extorres ad eū cōfluxere: ſpe libertatis Piſane vrbis recuperande. Et forſan ſecuta eſſet defectio: niſi detecta proditiōe quidā equites mulctati capti fuiſſent: relegati tñ Florentiam ciues fere oēs: ne quid noui moliri poſſent. Relicto ad infeſtandum vrbē cū cohorte exulum Antonio: ipſe verſus Volaterras proficiſcitur: captiſq; nonnullis in itinere caſtellis plura intuliſſet vrbi mala: niſi Micheletus auxilio premiſſus impetus Nicolai coercuiſſet. ¶ Suadebat interim Senenſibus Nicolaus: vt aduerſus Florentinos mouerent arma. Qui quū reſpondiſſent ſe a Philippo promiſſa expectare duorum milliū auxilia tunc ventura: ſpopondit Nicolaus quū Florentinis mouiſſent bellū: & ex eorū agro predas abegiſſent. Ea re mature cōſultata vallem Ambre ex improuiſo inuaſerunt: comes Lunij Albericus cū duabus equitum turmis ad Nicolaū: iſq; ad Senēſes ire iuſſus. Erat in valle Elſe Nicolaus regione oppidis referta: que expugnatiōi opportuna erāt: niſi illū potiūdi Aretij ſpes oblata a propoſito auertiſſet. ¶ Aretini poſtq̄ ſub ditione Florentina venere: cōſtāti aīo ſemp in fide pſtiterāt. Sed Mariottus quidā ciuis nec ſuis cōtentus rebus & aliorū fortunis inuidens Nicolaum allexit ad ſpem vrbis potiūde. De q̄ tradēda cogitās duos in eandē ſniam traxit. Tertius ab eo tētatus dolo facto: ſaluādē ciuitatis cauſam preſtitit. Nā appropinquāte hoſte: oīs ciuitas ad defendendā vrbē vna cōcurrēs: ſupplicia de pditorib' (qui capite puniti ſunt) poſtulauit. Fruſtratus ea ſpe Nicolaus nōnulla caſtella cepit atq; diripuit: & vallis Ambre oppidula tria a Senenſibus capta.

§. IX. Interea quū Cremona

binis obſideret caſtris: copie vero Philippi diminute eſſent quoniam Nicolaus Tolentinus ad Florentinos tranſierat atq; ad opitulandū Eugenio miſſus pontifici erat. Piccininus ad reprimendas hoſtium vires ex Tuſcia reuocatur a Philippo. Erant enī in Venetorum exercitu ad millia hoīm vigintiquatuor: Philippi vero nequaquam pares. Claſſem q̄ʒ maiorem Veneti q̄ ſuperiori anno in Pado parauerunt nauiū ſexaginta: inq; ea decē peditū millia locauerāt: preter remiges aliamq; calonū multitudinē: q̄ ferme pedites equabat. Huic Nicola' Teruiſinus preficitur. Armauerat Philippus etiam in Ticino claſſem: ſed paulo numero inferiorem: militib' tñ apparatuq; non diſparem. Eius prefectus deſignatur Joānes Grimaldus Genuenſis vir belli naualis peritiſſimus. Dum apud Cremonam variat fortuna belli: Micheletus Florētinorū dux cōgreſſus acie apud collā oppidū cum Alberico equitatus Senenſis prefecto: qui oibus copijs agrum Florentinum populabundus intrauerat: & fudit ac fugauit: ad mille aut amplius equitibus captis. Qua victoria Florētinorū res in Tuſcia ſuperior viſa eſt. Id quoq; admodū profuit: q̄ Albericus Philippo in ſuſpitionē proditionis equitum venit: eoq; in Longobardiam eſt reuocatus.

Rei

Rei bene geſte gloria irritatus Fortebrachius: egreǵ ferēs ſibi Micheletū eſſe prelatū: relictis Florentinis Typhernates inuaſit. Pontifici pollicitus ſe eam vrbē (ab eo em̄ deſecerat) in ditionē eccleſie reddacturū. Cuius receſſu Florētinorū equitum vires paulo exhauſte ſunt: lētiuſq; iam in Hetruria bellū ferebatur. Apud Cremonā vero acrius certabatur. Et quū Venetorū numero ꝛ robore ſuperior foret potentia: viſum eſt Philippi prefectis claſſice expeditionis fortunam experiri. Prouocabāt ſingulis diebus Philippi equites leuibus prelijs hoſtē: quo animus illorū auerteretur ab armande claſſis ſuſpitione. Statuto vero tēpore Nicolaus ꝛ Franciſcus precipui Philippi duces / naues aſcendunt: impoſitis electis ex equitū numero viris qui tecti armis aduerſus nauales milites certamine ſuperiores eſſent. Erat Venetorum claſſis ad certamen prompta: ſed ignaua Philippi. Hec Cremonam applicuerat equitibus munita. Neq; id prius eſt animaduerſum: q̄ in prelio fulgētia aduerſariorum arma cōſpecta ſunt: quū ipſe aque impetu claſſis Philippi in hoſtē ferretur. Excepit eas haud inferior animo Venetus. Cōmiſſaq; pugna quū inſolitos aquis conſpicerēt armatos (idq; erat ſuſpicatus dux claſſis) ꝛ ipſe Carminiolam rei admanēs / poſtulauit vt ꝛ ipſe ſuis qui in ꝓpinquo erant opem ferret: niſi forte mallet hoſtem victoria potiri. Ille ſeu dolo (vt quidā ſuſpicati ſunt) ſeu ſupbia cuius erat impotentior: prefecti ſpreuit poſtulata verboꝝ addita cōtumelia: ſuo illum cōſilio ad eā diem rem naualē adminiſtraſſe ſuiſmet viribus certaret deſtitutus ſuorū auxilio Venetus: quū ad noctē vſq; pugna eſſet protracta: tandē quatuor amiſſis nauib⁹ ſuos reuocauit. Poſtera die auctis virib⁹ Philippi prefecti maioribuſq; etiā nauibus impoſitis copijs: ad hoſtem diluculo ꝓgunt. Atrox atq; aſperum certamen fuit: nec abſq; multorū finitum cede: nam altera alteri naui incerta veluti collato pede pugnabat: ſaxis / verutis / ſagittis / gladio igne certabatur: ardentes volabant faces: omnia ſanguine ꝛ cede redūdabāt: nulluſq; fuge relinquebat locus. Ad hec bombarde multis mortalibus vitā abſtulere: vulnera ꝛ ſanguis ante ora obſeruabātur: nec quicq̄ niſi de inferenda agitabatur morte. Aderant hortatores: hinc Philippi prefecti: illinc dux Venetus ceteriq; quibus nauiū cura ſingularū demandata erat. Tandē Philippi claſſis integris ac nouis munita viris: qui equos vehebāt vnita Venetos Carminiole culpa qui eos ſuo deſtitui auxilio eſt paſſus: ſuperat: atq; in fugā vertit. Quinq; tantum naues ex tāta claſſe euaſere: reliquę cū omni bellico apparatu in ptātem hoſtiū deducte. Ad duo milia ex vtraq; acie (qḋ raro ante contigit) deſiderati ſunt: preda ingens fuit: partim deſtributa militibus: partim in caſtra cōuecta. Vnde de triginta ex maioribus nauibus Papiā ſubducte gratū Philippo ſpectaculū prebuere. Vt qui Venetos maritimis expeditionibus aſſuetos nauali prelio ſuperaſſet. Magnū ex amiſſa claſſe Venetis detrimentū acceſſit: ad quadraginta em̄ aureorum milia calamitas eſtimata eſt: non tamē minuit ea clades animos Veneti ſenatus: ſed acrius ardentiuſq; ad belli curam incubuerūt.

Venetorū claſſa Philippo vincitur.

§.X. E veſtigio enim nulla aduerſa cōterriti fortuna viginti triremes paruo tēpore armarunt: duce Petro Lauredano: cuius virtus pluribus naualib⁹ claruerat pugnis. Et inſtructas paratasq; in mare inferum aduerſus Genuenſes miſere: quo acceptā ab illis contra pacis antique federa iniuriā vlciſcerent. Huic claſſi ad idus Auguſti quatuor longas naues inſtructas milites Florentini addiderūt: quibus virū mari expertū prefecerūt Raimundū Mauelliū: cuius opera potiſſimū victoria parta eſt. Ingreſſi q̄ ſunt nauales nobiles quidā Genuēſes patria extorres: q̄ multū tum cōſilio tum virib⁹ ad rem agendā ꝓfuerunt. Genuenſes ad famā parati: claſſem ꝛ ipſi quatuor ꝛ viginti triremes ac onerariā nauem ex naualibus deduxerūt. Huius claſſis ꝓfectus creatus eſt Frāciſcus ſpinola: vir primarius: magneq; inter ſuos authoritatis. Appropinquauit Genue claſſis hoſtiū ad milia paſſuū decem: in ſinū quendā quem Rapallū vocāt delata. Qḋ quū eſſet in vrbe nunciatū iuſſus eſt Frāciſcus in hoſtē ferri. Ille libēs ſpeiq; plenus vt qui victoriā preteritā verſaret alorū in cōſpectū aduerſarioꝝ delat⁹: ſuos corpora curare: arma expedire: ſeſeq; ad pugnā parare iubet. Inde premiſſa oneraria naue: que terrore incuſſo deſiſteret: ſuo impetu triremes hoſtis petit: qui ſimulata fuga cepit cedere: vt inſequendi veluti fugientes cupiditate Genuenſis claſſis dimiſſo ordine diſſiparetur. Inde in primā pretoriā nauem a ſuis remos flecti ꝛ vela verti iubet: quem impetū impauid⁹ prefectus excepit: pugnabat vtrinq; preſertim animo ꝛ viribus: tres Venetorum triremes a Genuenſibus premebantur: quas capiendi ſpe ductus Spinola: proram ad eas vertit. Tunc Florētina nauis cui Raimūdus preerat / ſuorum cōſpicatus periculum: magna remorū vi fertur in Genuenſem: latuſq; imperit: parumq; abfuit de textis remis: quin eo impetu pretoria ſubigeretur. In eā Florentinus inſiluit miles: acerrimoq; edito prelio ſuperatam nauē deuictamq; capit. Capto duce quū cetere naues metu conſternate deficerent animis: octo a Venetis non tū abſq; cede ꝛ vulneribus capiunt: relique in fugam verſe. Diutius tū equis vtrinq; viribus maioribus odijs certatum eſt. Nam Veneti vincere aſſueti: acceptam Genuenſium opera in Pado cladem vlciſci cupiebant. Genuenſes vero ne minoris viderentur animi etiam ij qui in claſſe Philippi pugnaſſent: ſumma vi pro victoria certabant. Florētini etiam Genuenſium odium principium dederunt victorie. Hi tum in pretoria naui capienda / tum in expugnandis alijs / ſtrenui militis ac prefecti operam nauarunt. Parta victoria claſſis Piſas rediit. Non eſt enim fugientes proſecuta: quoniam multi interierant: plures vulneribus erant confecti. Ad octingētos partim gladius partim mare abſumpſerat: ad duo milia erant vulneribus debilitati. Capti in ea pugna ipſe claſſis prefectus: multiq; alij ex nobilioribus qui captis nauibus preerant: primoq; Florentiam / indeq; Venetias ſunt miſſi. Hanc naualem victoriam ſecuta eſt in Tuſcia Micheleti pſperitas: qui nonnulla de Volaterranis oppida: et item de agro Piſano qua Florentiam itur / recuperauit: quoq; tutior via foret migrantibus prope vicum Piſanum ſtatiuam habuit. Nam Antonius Piſanus cū naui exulum ex caſtellis Lucanorum agrum hoſtilem infeſtum populationibus reddebat. His mari terraq; in Tuſcia geſtis aliqū in Longobardia geſtum eſt ea tēpeſtate memoratu dignum. ¶ Suſpecta fide Carminiola apud Venetos erat propter denegatum conſilium ꝛ auxilium laboranti claſſi. Diſſimulabant tamen omnia: que ab eo aſſeuerabat maturo conſilio facta: in fortunam claſſis deuicte culpam reijcientes. Id agebant ne auerteretur ducis animus a conſilijs belli: qui tū indices magis ſigna proditoris oſtendebat. Nam quū in principio autūni capiende vrbis Cremone facultas oblata eſſet eam occaſionem ſponte omiſit. Delituerant apud Cremone pomeria noctis ſilentio Venetorum militum cohortes plurime: ac tam diu quieuere: quo ad murorum excubie circa ortum ſolis cuſtodias relaxantes ſomno ſe darent. Ille ſcalis admotis murum quum aſcēdiſſent nullo impediente nō nulla propugnacula turreſq; preſidio valido firmarant. Venerat ad tertium ab vrbe lapidem cum exercitu Carminiola cum peditatu omni ſilentio noctis: vt ceteris ſubſidio foret. Premiſſi primi qui murum aſcenderant: confiſi venturo preſidio: e muro eiſdem ſcalis diſſiluere: ortoq; ad clamorem occurrentium certamine: vi portā ꝓpinquā ceperūt: repellentes ciues militeſq; qui eo defendende vrbis gratia cōfluctabant. Duos dies porta a ſe capta defenſa eſt: tandem nullo preſidium afferente: deſerti a reliquis: vigilia / labore / ꝛ vulneribus cōfecti deſperata ſalute amiſſa porta viriliter occubuerunt. Potuit facillime ciuitas capi: ſi Carminiola exercitū ad menia admouiſſet. Sed dum cunctat omni ſimulato metu inſidias ꝛ inanē timorē oſtentat milites admiſſos pdidit: ꝛ id egit vt merito poſtmodum ſupplicio afficeretur. Illi em̄ nō erat tanto exercitui timendū: quū militū cohortes biduo portā abſq; diſcrimine tenuiſſent. Erat autumni tēpus cōtinuis imbribus moleſtū: multiq; in caſtellis equi interibant: eoq; exercitus eſt in hyberna miſſus.

Veneto rū de genuēſib⁹ victoria naualis

Carminiola ꝙ reproditionis ſuſpitionē venetis inieciſt.

§.XI. Nicolaus interea piccininus quū occidentale Genue littus (cui⁹ multa loca authore Barnabba Adurno deſciuerant) non abſq; nimie crudelitatis nota in ptātē redegiſſet: tranſtulit arma in Mōtiſferrati Marchionē ſedere Venetis coniunctū: atq; intra paucos dies illum exuſtis agris / incēſis villis oīq; clade vaſtatis regionib⁹. xxx. oppida ſpoliauit. Inde in Cremonēſem agrum deſcendens ꝓuo oppida de Venetis iuxta Padū ſita cepit. Que res maiorē ſuſpitionē prebuit Venetis Carminiolam aīo a ſe alieno eſſe. Quū em̄ in propinquo plura oppida forent in quib⁹ milites hyemabāt: vt facile his ſuccurri poſſet nunq̄ vel parui auxilij ſignū oſtendit. Hec tam aperta illius animi corrupti oſtentatio Venetos compulit: vt ſecreto de illius ſupplicio cogitarēt. Iactabantur em̄ vulgo multifarie eius proditiones deprehenſe. Dicitur eam conſultationem octo menſes ante agitatam q̄ caperetur: miranda ſenatus Veneti taciturnitas ꝛ priſce virtute Romanoꝝ cōparanda. Nā quum ducenti ferme viri conſilio quo de ei⁹ pena eſt agitatum interfuiſſent: nunq̄ vel parua eius ſuſpitio emanauit. Vocatus demū vna cum Mantuano dn̄o Venetias per ſpeciē tractāde pacis / quum ciuitati appropinquaret: multi preclari viri obuiā de more ꝓdeuntes eū ad palatiū principis deduxere. Ibi primo cōgreſſu benigne except⁹: quū per

conſilij capiendi cauſam ad noctē vſq; verba ꝓtracta eſſent: oībus eius comitibus abire iuſſis: ipſe in carcerē conijcit. Queſtionibus adhibitus: literiſq; quas inficiari nequibat/ productis: ad hoc domeſticis teſtibus ꝓductionis ꝯuictus: vigeſimo poſtq̄ captus fuerat die/ in foro inter duas columnas ore ne loqui poſſet occluſo: capite plexus eſt. Capita criminum duo in vulgus manauerūt. Unum denegati in claſſem ſubſidij: alterum neglecte Cremone culpa: quum biduo obſeſſis peditibus nullaʒ opem tuliſſet. Hic finis ducis fuit bello preclari: quē ex fortuna humili virtus ad ſummū prouexerat. Juſtitia ſeueritaſq; in eo ſumma viguit: latrocinia in caſtris acerrime vindicata: predonib⁹ infenſus: honoris cupidus: multorū ſupplicio vias tutas a latronibus etiam inter arma reddidit. Venetorū mores perteſum ac fide prolapſum dicūt. Hac morte pacis mentio de qua Ferrarie per oratores partium tractari ceptum erat/ ſublata eſt: atq; in bello perſeueratum. Sublato belli duce: gerendi belli ratio Mantuano tribuſq; Venetis/ eſt concredita. Sed dum tardiuſcule armorū munia ſuſcipiunt: Piccininus fortunā etiā Carminiola preſente ceptā ſecutus: quū de Cremonenſium ditione multa cepiſſet: in pontis Olij expugnatiōe/ occipiti ex ſagitta percuſſus ex equo cecidit mortuo ſimilis. Leſus erat is neruus quo leua pars corpis alitur. Ideoq; poſt medicorum curam vſumq; balneorū ſiniſtrum latus eſt debilitatum. Que res Philippi ſcđas ꝯpeſcuit: plures atq; oppida oppulenta que preſente Carminiola defecerāt a Venetis recepta ſunt: quedam machinis expugnata. Joannis inſuper Marchionis Montiſferrati aduentus (is patria pulſus ad Venetos cōfugerat) multū animi adiecit ad bellum gerendum: afferentis ducis Philippi opes ⁊ animū eo bello debilitatum. At in Tuſcia Nicolaus Tolentinus aucto equitum numero de volūtate pontificis (cuius ſtipendia recipiebat) accepta pecunia ad Florentinos tranſijt. Is Sauonam veniens Urſinorū oppidū populata maritima regione Groſſetum capiēs: vſq; in agrum Florētinorū deſcendēs ſe Micheleto coniunxit. Cōmuniq; cōſilio multa de Senēſibus: atq; omnia ferme q̄ ditionis Piſane amiſſa erant/ recuperarunt. Quumq; ad oppidū Topolum (vbi plures Philippi equitum prefecti cum magno equitatu tranſituri Senas cōuenerāt) perueniſſent: prelium inter eos cōmiſſum eſt haud inferius ceteris que antea eo bello in Tuſcia erant commiſſa. Superatus Philippi equitatus quāuis numero ſuperior fugatus eſt: captus Bernardinus eorum dux: et cum eo equites amplius mille. Antonius quoq; Piſanus quum ad caſtrū pontis here fugiſſet: in poteſtatē hoſtium peruenit.

Carminiola de necha capite plectit.

Sigiſmūdus imperator coronandus Romā contendit.

¶ Inter hec quum imperator Sigiſmūdus nondū coronatus ex Germania ꝑ Longobardiā iturus Romā hortatu Philippi in Tuſciam tranſcendiſſet: reſedit ad tēpus Luce: expectans que multa fuerūt/ promiſſa Philippi. Pollicitus eñi erat inter cetera ſuis eum copijs opibuſq; deducturū. Sequebātur eū Ungari/ Bohemi/ Germani/ equites pediteſq; ad duo milia. Qui quū audiſſent Florentinū ducem apertis patentibuſq; campis habere caſtra: ad ſexcētos equites ex robuſtioribus cum Lucanorum preſidio hoſtes de improuiſo inuadunt. Unus pre ceteris fortitudine inſignis quū ad tentoriū Micheleti penetraſſet: claua ferrea caput eius percuſſit. Irritus tamen is fuit ictus propter caſſidem qua tectum habebat caput: non tamē abijt inultus. Barbarum enim Micheletus gladio tranſfixū peremit. Hoc repentino tumultu arreptis armis Florentini in hoſtes feruntur: diſſipatoſq; in fugam pluribus interfectis vertunt. Id Sigiſmundus quum non culpa ſua factum excuſaſſet: poſt duos mēſes pacato ſimilis Senas petijt: tum infenſus pontifici: tum Florentinis hoſtis. Ante vero q̄ Luca decederet: Lucenſis ager omnis ab hoſte igne ferroq; vaſtatus: ſeges omnis correpta eſt: nullaq; arbor fructifera relicta. Tenebāt ad eam diem Senēſes caſtella q̄ in valle Ambre ceperāt: in quibus oppidū erat natura munitū quod Caput ſylue appellāt: proditiōe captum infinib⁹ vallis Arni ſuperioris: vnde varijs hoſtiū incurſionibus loca propinqua reddebātur infeſta. Suaſerant imperatori Senenſes vt arma aduerſus Florētinos ſumeret. Ille imparatus bello: vt qui pacē pre ſe tuliſſet: ſuis ſi qui vellēt arbitriū permiſit gerendi bellum. Quidā ad tuendū id oppidum acceſſere. Plures in arce cui nomen eſt Caſtellina (decem milia paſſuū abeſt a Senis) ſimulata proditione deprehenſi penas dedere: multi occiſi ſunt: plures truncati mēbris ſue temeritatis teſtes Senas reuerſi ſunt. Quū vires Florentinorū in Tuſcia ſupiores eſſent: placuit vt coactis copijs ager Senēſis deuaſtaret. Qđ ⁊ factū eſt citra vrbē oībus depopulatis ⁊ ꝑdis peractis. Inde Caput ſylue oppidū obſeſſuʒ poſt multā cedē captū eſt. Genuēſes quidā accepta a Venetis claſſe: oriētale lit⁹ nōnullis receptis oppidis rapinis ſine edijſq; afflixerūt. Genuēſis ꝟo claſſis amicis trib⁹ circa Siciliā tēpeſtate triremib⁹ Genuā redijt. Mutatis belli ducib⁹ ⁊ Venetorū fortuna mutata eſt. Nā oppidū Bordiſlanū q̄d ꝑſente Carminiola defecerat: vi expugnatū deletūq; ꝓditiōis penas dedit. Deinde Romaninghum ⁊ Fontanella opulentiſſima oppida recepta ſunt a Venetis: deinde preclarum oppidum Suncinum poſt obſidionem per duos menſes: ⁊ poſt multas oppugnationes omnibus modis factas: demum deditum fuit ſaluis equitibus ⁊ peditibus cum rebus ſuis. Quinq; menſes iā Senis degerat Sigiſmūdus: quū miſſis ad Eugeniū legatis q̄ de ſe coronādo agerent: certo inito federe Romam mēſe Januarij proficiſcit: anno dñi ſupra .M. cccc.xxxij. ad coronam imperialem ſuſcipiendam.

¶ De Eugenio .iiij. papa: ⁊ defectione ab eo: ⁊ ꝯtractatu captionis ſue detecto. Capitulum .x.

Hiſtoriam belli inchoati

inter Philippuʒ ducē Mediolanē. ⁊ Venetos ac Florētinos colligatos/ ſequebat intermiſſa coronatio Sigiſmūdi imperatoris ab Eugenio. Sʒ q2 ab ipſo Eugenio ⁊ ſub ipō multa magnifica geſta ſunt ⁊ memoria digna: ne vt ſupra ſicco pede tranſeamus: de eo nunc altius repetamus. Siquidem Martino de hac vita ſubtracto qua die eclipſim naturaliter paſſus eſt ſol: poſt ſolennes exequias eius dominis cardinalibus in cōclaui cōſtitutis in cōuētu Minerue ordinis predicatorū: intra pauciſſimos dies creatus eſt ſummus antiſtes dñs Gabriel cardinalis Senenſis natione Venetus: Eugenius .iiij. in papatu nūcupatus: qui cathedrā Petri tenuit annis .xvj. anno dñi .M.cccc.xxx. menſe Martio. Hic ſtatura fuit procerus: gratioſus aſpectu: nec alio minor: liberaliſſimus ad pauperes: ad reparatiōnē eccleſiarū munificus: religioſos deū timentes eximio fouebat affectu pariter ⁊ effectu: cultus diuini ⁊ chriſtiane religionis dilatande zelator precipuus. Ipſe ab adoleſcētia bonis ſuis pauperibus erogatis/ ſtatum clericorum ſecularium religioſe ⁊ in cōmuni viuentium (qui Celeſtini dicuntur) Venetijs deuotus apprehendit. Ex quo poſt annos plures a Gregor. xij. in epiſcopum Senuēſem aſſumptus eſt: ⁊ inde ad cardinalatum: ⁊ demum in preſulem ſummum. Statum quidem eccleſie inuenit ſatis potentem ⁊ opulentum ac quietum: ſed ſub eo permittente deo/ ⁊ demeritis hominum exigentibus/ ac malitia tyrannorum operante: precipue ducis Mediolanē. valde perturbatus eſt ⁊ diminutus. Multaſq; perſecutiones Eugenius paſſus et inſidias vite iniuſte/ equanimiter tolerauit. In primis autem creatus pontifex dominum Julianum Ceſarinum cardinalem diaconum ſancti Angeli: quem Martinus predeceſſor eius legatum deſtinauerat in Baſileam ad celebrandum ibi cōcilium eius authoritate: maxime ad extirpandam hereſim Huſſitarum: que totum fere Bohemie regnum infecerat: in idipſum confirmauit. Et quia pecunias eccleſie a Martino relictas diligenter requirebat: Laurentius de Columna ⁊ quidam alij proceres Romani rebellantes ſe eccleſie/ hoſtiles excurſus cum armigeris vſq; ad vrbem fecerunt. Quam ob cauſam ad reprimendam violētam audaciā eorū/ ad ſtipendiū conduxit eccleſie Nicolaū Fortebrachium: ⁊ Antonium comitem pontis here. Qui poſt tempus aliquod inimici eius ſunt effecti: ipſam eccleſiam impugnantes ⁊ oppida eius ſibi vſurpātes. Quidā etiā religioſus nomine ex ordine minorū: qui tranſitū fecerat ad monaſticū prior cuiuſdam eccleſie ſatis familiaris Martino pontificī ⁊ in agibilibus mundi vt induſtrius ab eo occupatus: quis poſt mortē Martini notam fecit Eugenio non modicam pecunie quantitatē ad eccleſiā ſpectantē: occultatam ab officialibus quibuſdam Martini ⁊ ſibi ipſis attributā: ob eam rem in gratiā Eugenij receptus eſt ⁊ honoratus ab eo. Sed peſſimus hic et ingratiſſimus in tantum facinus ſacrilegij ꝓſilijt: vt cū aliquibus alijs ꝓditionem tractaret: in procurādo mortē pontificis vi armorum ⁊ vſurpatione caſtrū ſcti Angeli. Qua detecta captus ⁊ cōfeſſus: mercedem ſue iniquitatis accepit: ⁊ degradatus ⁊ a curia ſeculari ſuſpenſus. Cuidam autē nobili ciui Romano qui conſcius fuerat conſpirationis: ex benignitate ⁊ clementia plurimorum ſupplicationibus deuictus pepercit. Quidam Carmelitarum ordinis magnus predicator natione Gallicus ⁊ quum pluribus annis per Franciam predicaſſet cum maximo populorū concurſu: magnas faciens commotiones in bonum etſi non ſm ſcientiā: ad vrbē veniens cū oratoribus Venetorum: qui affectuoſe eū pontifici cōmendatum faciebant: captus ad inſtantiam cardinalis Rothomagenſis tunc vice cancellarij ⁊ procuratoris ordinis ipſius Carmelitarum: pro hereſibus predicatis examinatus/ ⁊ vt relapſus conuictus/ degradatus ſolenniter ad ignem adiudicatus conſumptus eſt. Utq; innoteſcat conſtantia ⁊ iuſtitia Eugenij: fallacia aduocatorum: ⁊ aſtutia mulierum: quod tunc eo in vrbe exiſtente accidit: breuiſſime referam. Romanus quidam non infime cō-

Eugeni⁹ quart⁹ papa.

Mira matris in filio a...

ditionis

Mortē li berā io aſtutia. ditionis pannos quoſdā furatus eſt non modici valoris captus a ſenatore vrbis: et maleficio veniebat morte mulctandus. Quod quū intenderet ſenatoꝛ: propinqui eius ⁊ amici quęſierūt de manibus illius cauſam ſubtrahere/ vnde ſubmiſerunt aduocatos qui in publico cōſiſtorio pie querularentur de ſeueritate ſenatoris contra eum exponētes ꝙ abſtuleret quedā parui valoris/ ligna ſcʒ igni apta quorum oīs nō curoꝛe: illum recepiſſe. Unde quū in re tam vili ſenatoꝛ durius videretur procedere ꝙ̄ equitas dictaret: ſupplicabatur de ſue: vt alteri cauſam cōmitteret decidendā. Sed nil profecerunt verba mendacioſa aduocatorum: nec preces amicorum: nec amoueri valuit a iudicio ſenatoris qui ſententiam ſuſpendij in eum protulit. Quum vero duceretur ad mortem: ecce mater eius in via occurrens mulieribus cōſtipata verſus filium acceſſit: ſimulans oſculari eum ⁊ vltimū valefacere. Cui quū omnes locum dediſſent: inclinata ad filium inciſorio quod ſecū detulerat/ funē circa collū confregit: ⁊ alia vincula manus. Et a circūſtātibus adiutus: per turbā diffugiens facta aliqua rixa inter familiam Senatoris et populi multitudinem adſtantis ⁊ ille reus inter adſtantes fugiens quolibet ei locum cedente ⁊ ad domum aliquam declinans mortem euaſit.

§.I. Sigiſmundus Imperatoꝛ

Sigiſmū dus coronatur impera toꝛ. quum vrbi appropinquaret: toſte Eugenius obuiā deſtinauit aliquos cardinales ⁊ plures prelatos ac proceres Romanorum: qui in vrbem aſſociātes cum honore maximo ⁊ ingenti gaudio introduxerunt. Et in gradibus eccleſie beati Petri cum ſolenni apparatu ⁊ comitiua cōſiſtens ipſe Eugenius imperatorem genibus flexis pedē oſculantē ad oſculū oris reuerēter excepit: ⁊ poſt aliquot dies ſeruatis ꝯſuetis cerimonijs ⁊ iuramento preſtitio fidelitatis: corona aurea ab eo in imperatorē coronat⁹ eſt. Imꝑatorū coronādorū modus. Locus ipſe poſtulare videtur poſtꝙ̄ Sigiſmūdi mentio de coronatione incidit: vt paucis de hoc coronationis more nouo imperatorū differatur. Coronabantur priſci tēporis viri (vt quidam inquit) laurea corona: qui poſt deuictas bello vrbes aut ſubactas prouincias exercituſqȝ hoſtiū fugatos ac ceſos: a ſenatu vel exercitu imperatores appellati triumphabant. Ceſar dictatoꝛ geſtande diebus ſingulis lauree ius a ſenatu impetrauit. Carolus magnus Grecorum defectu apud Latinos ob eius in Romanā eccleſiam ⁊ pontifices merita adeptus imperium/ primus a Romanis dictus eſt imperatoꝛ ⁊ a Leone pōtifice coronatus. Atqȝ hinc noua coronandi a pontificibus imperatoris cōſuetudo eſt exorta. Qua vero corona Carolus ⁊ qui ab eo manarunt vſi fuerint/ incertum eſt. Sigiſmundus aūt diebus noſtris coronari viſus eſt aurea corona: margaritis gemmiſqȝ diſtincta: ſemicirculo ſupra caput in crucem reflexo: per Eugenium apud beati Petri Baſilicam: ⁊ eam capiti impoſitā deportare. Inoleuit autem vſus vel abuſus potius/ vt ante coronationem reges Romanorū: poſtea vero imperatores dicantur: quaſi minus fuerit regem ꝙ̄ imperatorē eſſe que barbara peruerſitas dicenda eſt. Nam regium antiquiſſimū nomen eſt: ⁊ apud Romanos dum liberi erant/ propter Tarquinij ſuperbiā execrandū. Imperatoriū vero in libera ciuitate conſuetū ac laudabile: cuius gloria plurimi fuerūt nobilitati. Neqȝ poſt actū triumphū id nomen reſiſtebat. Et hi viri triumphales appellabātur. Marcus Cicero oratoꝛ (vt innumerabiles pretereantur) imperatoꝛ eſt ab exercitu dictus: cuius triumphus belli ciuilis clade impeditus eſt. Hec ſcripta ſunt: vt plene conſtet quantū differt hec ſimulata nullaȝ ob rem geſtam coronatio/ ab illa vera q̄ alicuius ſingularis virtutis in bello gratia cōcedebatur. Nam eligendi imperatoris noua extitit inuentio: ⁊ a Greg. v. Romano pontifice ⁊ natione Germano adiuēta anno dn̄i. M. iij. Que cōſuetudo ad hanc diem Italorū culpa ꝑſeuerat: vel potius diſpēſatione diuina: qua regna cōſtituūtur humana ſcd̄m propheciā Danielis. Digne aūt hic Sigiſmundus virtutibus ſuis ⁊ victorijs contra Turcos ⁊ laboribus pro eccleſia toleratis meruit coronari. Ipſe enim maxima cauſa fuit ⁊ operam dedit vt ſchiſma trium pontificū tolleretur. Et poſt coronationē ab vrbe recedens cōcitus Baſileā profectus eſt: vbi cōgregatis iam multis prelatis ⁊ pluribus cardinalibus Eugenij/ intendētibus depoſitionē Eugenij ⁊ creationem alterius/ omnino ſub terribili comminatione prohibuit ne ſchiſma fieret: licet poſt ipſo recedente temerariā preſumptionē ſuam illi nō dimiſerint: vt infra patebit. Fuit hic ꝓculdubio vir inclytus ꝑclara facie: corpore tū ſpecioſo tū robuſto: magnitudine animi ſiue pace ſiue bello eximia: liberalitate vero tāta: vt hoc vnū illi vitio daretur: ꝙ largiēdo ⁊ erogando ſibipſi facultates detraheret ad negotia bellaqȝ obeunda. Nimis etiam compaſſus eſt Bohemis: eorum regno ſuſcepto hereditario iure: fratre eius ſine filijs defuncto rege Bohemie. Nam quum iam eſſent infecti illa hereſi Huſſitarum: nō tñ ita multiplicati ⁊ roborati erant quin facile gladio poſt obſtinationem deprehenſam potuiſſent eradicari: vt ſibi conſultū fuit a legato illuc ꝓpter hoc directo cardinale Raguſino dn̄o Joanne Dn̄ici exiſtimante illos aliqū poſſe verbis conuerti. Sed in ꝓceſſu tꝑis ita ʒiʒania iſtius erroris creuerunt: ⁊ totum agrū Bohemie impleuerūt: vt poſtmodum nec igni nec gladijs potuerint eradicari: etſi bellis ex parte diminuti. Quum primum Sigiſmundus Romam dimiſiſſet: vbi per menſes aliquot pacifice reſederat: per Tudertinum agrū ac Peruſinum tranſiēs Ariminū perijt. Optauerat ſatis ac poſtulauerat per Florentiā iter agere: ſʒ nō acquieuerūt ciues formidātes ex ingreſſu ei⁹ nouitates exurgere: quū non vſqȝ quaqȝ eſſent vniti: ſed adinuicē emulantes cōtenderent q̄s eoꝝ videretur eſſe maioꝛ. Inde ꝑ Rauēnatē ac Ferrarieñ. ⁊ Mantuanū in ciuitatibus plurib⁹ conferens militiā/ doctoratum ⁊ varias dignitates/ trans alpes abiuit: ⁊ quidem tanta varietate animi vel fortune: vt inimiciſſimus Philippo Mediolañ. abierit: cui⁹ fauore ⁊ opibus Italiā intraſſet. Venetorū aūt quibus maxime inimicus venerat (vñ arduus tꝑib⁹ preteritis prelia multa cū eis peregerat) ꝓ recuperādis ciuitatib⁹ quibuſdā a Venetis in quibus pretendebat ius habere: duce exercitus Venetorū Carolo Ariminum amiciſſimus tñ ipſis Venetis receſſit. Florentinis q̄ʒ (licet grauiter apud Lucā ab eis fuiſſet offenſus) non inimico animo eſſe viſus eſt. Demum in Germaniam redijt viſitatis prelatis in Baſilea: vt dictū eſt. Fere poſt trienniū reuerſionis in Ungariā ad patres ſuos appoſitus eſt. Moꝛs ſigiſmū dus ipe ratoꝛ. Cui ſucceſſit in imperio ac regno Ungarie Albertus Auſtrie dux. Sed nō multo tꝑe ſuperuiuens/ ad coronā imperij nō peruenit. Reliquit tñ filium ex vxore filia Sigiſmundi ſupradicti: q̄ maſculū nullū habuit: ſed tñ feminā. Qui fili⁹ adult⁹ fact⁹ nunc Ungarie poſſidet regnū. Sʒ in imperio Alberto defuncto Fredericus hui⁹ noīs. iij. ſucceſſit de quo infra. Et vt magis innoteſcat de virtutib⁹ Sigiſmūdi ⁊ Florētini ducis exercit⁹: q̄ dictus eſt Pippus Scholari⁹ miles Florētinus: ſciendū ꝙ ipſe Sigiſmūdus. xx. ampli⁹ bellis varijs tꝑibus geſtis Sarmatas ⁊ Teucros in chriſtianos Europe irruentes ſuperauit/ ⁊ proprijs in ſedibus quieſcere cōpulit. Imꝑauit autē annis. xxv. ⁊ de hac luce ſubtractus eſt anno dn̄i. M.cccc.xxxvij.

§.II. Interea Venetis ⁊ Florē

tinis ex vna ⁊ Philippo Mediolañ. ex altera parte inimicitiā adinuicē ⁊ bella gerētibus: Eugenius viſus eſt nō in medio conſiſtere: ſed magis Venetis ⁊ Florētinis adherere fore: quia arbitrabatur illos magis iuſtitiā fouere. Quamobrē non minimā Philippi indignationē incurrit in magnū detrimentū ⁊ diminutionē ſtatus eccleſie. Unde multa aduerſa a Philippo ei procurata ſunt. Varia i Eugeniū pontificem odia. Et quum nec ſatis fama proſpera Eugenij foret: preſertim ꝙ pōtificatū tranquilliſſimū a Martino ſuſceptū ipſe cōfeſtim magnis ꝑturbationibus inuoluiſſet cardinales plēs ab eo receſſerūt: alij clā inſalutato hoſpite: alij patēter occaſione inuēta alicui⁹ bone rei faciēde: ⁊ Baſileā pergētes vbi cōciliū gn̄ale celebrandum decretū fuerat per Martinū/ ⁊ poſtea ꝑ Eugeniū cōfirmatum ſimul cū multis alijs ep̄is ⁊ prelatis cōuenerūt. Nā Philippus oēs ſue iuriſdictiōis ciuitatuʒ ep̄os illuc mandato direxit cōtra Eugeniū conſpirātes. Frāciſcus aūt Sfoꝛzia q̄ cū equitatu apud Mediolañ. militauerat per ſpem alleuiande militie dimiſſus in Picentes deuenit. Ibi quū dedentia ſeſe oppida ꝑmulta ſuſcepiſſet: ⁊ elat⁹ ſucceſſu iter in Appuliā ab initio deſtinatū omittere ſtatuit: ac circum ea loca vires extēdere. Huius ꝓpinquitas Eugeniū intra vrbē Romā trepidare coegit. Et accedebat terrori ꝙ Nicolaus Bracchij ſororis filius: ⁊ q̄ aliter Fortebrachi⁹ cognominabat: q̄ ſub Eugenio paulo ante militauerat: alienatus atqȝ infenſus pontifici quaſi euʒ opprimere dolo tentaſſet magno tumultu Tyburtinā ciuitatē occupauerat. Indeqȝ Rome bellū grauiſſimū inferebat. Intra vrbem vero nihil ſani neqȝ pacati videbatur. Nam ⁊ Romani egre ferre geſta Eugenij propter excurſus hoſtiles qui fiebat circa vrbem ⁊ rapinas pecorum: ⁊ non minus inſtigati (vt credebatur) ab amicis Philippi: et ſollicitati iam cōſpirabāt ad captionē eius. Suſpitionibus hoꝝ vehemētius ꝓmotus: ⁊ clā ne deprehenderetur: in habitu monachali ad Tyberim cū paucis ꝓgēs: ⁊ in paratā ſibi nauiculam deſcēdit ꝑ fluuiū ipm ad Oſtiā trāſiēs. Eugenius papa fugit ex vrbe. Quē vt ꝓpēderūt q̄riētes: cōtumelijs ⁊ ſagittis inſecuti ſunt eū aliqūtulū. Reuerſi aūt ad vrbē ingreſſi palatiū pape oīa ꝑdati ſunt q̄ inuenire valuerūt. Armiſqȝ correptis tumultuoſis rumorib⁹ ꝑplē cōcitat⁹ ſe pōtifici rebellauit/ caſtro tñ creſcētij ſeu ſcti angeli bn̄ munito pōtificis dn̄io reſeruato: qd̄ diu oppugnatū ⁊ viriliter repugnātē ꝑ abbatē ſcti Gaudētij caſtellanū/ obtinere minime valuerūt. Verū qd̄ agere nequiuerāt in ꝑſonā Eugenij

ſuppleuerāt in nepotē ſuum dñm Franciſcū Venetū Cardi
nalem ab eo creatū in principio ſue ꝓmotionis tunc camera
riuſ: quē captū in Capitolio ſuo honeſta cuſtodia detinebāt
ꝑ plures mēſes. Demū Eugenius ex Oſtienſi portu triremi-
bus Florentinorū ibi paratis vectus eſt Piſas quaſi ſpolia
tus: ſed cum omni honore ibi ſuſceptus ⁊ copioſe ꝓuiſus Flo
rentiā profectus cum ingēti ſolennitate ⁊ gaudio proceſſio-
naliter clero ⁊ populo cū magiſtratibus omnibus obuiā proce
dentibus: tandē in cōuentu beate Marie nouelle cum decē
ti ornatu collocatus eſt: vbi curiā tenuit: collocatis cardina
libus ⁊ alijs prelatis in diuerſis per vrbē locis. Hoc quoq̄
in loco multa ab eodē pontifice tentata haud ſatis quieti ⁊
paci conueniētia. Et illud in primis atq̄ Bononienſes vi ⁊ ar-
mis cogere in ſua imperia perrexit. Ex quo turbatiōes orte
graues: ac pene in bella rediſſe. Bononienſes em̄ ab illo vexa
ti Mediolani auxilia confeſtim vocauerūt: copijsq̄ hincinde
coactis equitatus Venetorū Florētinorumq̄ pontifici con-
ceſſus/ non longe ab Imola a Piccinino profligatur. Dux q̄

Nicolaus tolētinus florētini dux exercitus Mediolani captiuus ducitur.

copiarum Florentini populi Nicolaus Tolentinus Medio-
lanū captiuus trāſmittitur poſt paucos dies ibi defunctus:
vt dicitur veneno extinctus. Cui honorabiles valde exequie
in maiori eccleſia celebrate ſunt.

§. III. Ea tempeſtate vehemens

in repu. Florentina mutatio facta eſt/ Coſma relegato Ve-
netias in ciuitatem reducto. Sed vt plenius negotiū intelli-
gatur: oportet prius relegationem eius ⁊ cauſam enarrare.
Anno igitur dñi ſupra. M.cccc.xxxiiij. Eugenio adhuc Rome
reſidente: quū ciuitas Florētina ſecta eſſet in partes duas:
ſibiq̄ inuicem aduerſarentur emulātes ⁊ obſeruantes acci
dit vt quidā prioratus ſorte exiret omnino cōglutinatus vni
dictarū partium. Tēporis igitur opportunitate captata: ci-
ues illius factionis vnanimes decreuerūt operā dare effica
cem ad deiectionē partis aduerſe: hoc cum magiſtratu prin
cipali tractātes. Et q2 partis illius cenſebatur primarius Co-
ſmas de Medicis pre diuitijs amicitia ⁊ prudentia vna ole-
rum vocatus eſt ab ipſo magiſtratu ſine cauſe expreſſiōe. At
ille licz ab amicis diſſuaderet acceſſus formidātibus quod
euenit (nihil ſibi conſcius de leſione reipub. cōfidens in in-
nocentia ſua parere diſpoſuit ⁊ ſine mora eis ſe preſentauit.
At illi conſpirationē iam in eum factā exequi cupiētes/ eum
tenuerūt ſub arcta cuſtodia in palatio: ne quis eū alloquere
tur cepitq̄ in ꝯcilijs agitari q̄d de eo agendū: quibuſdā emu-
lis eius dicētibus. Si dimittimus eū ſic: oēs ad ſe trahet: ⁊
ciuitatis dñium tollet: vnde reus eſt mortis. Alij non ſolum
amici ſed naturales ad bonū ⁊ pacem reipub. intendentes
ecōtrario loquebātur dicētes. Quid mali fecit iſte? Nil mor-
te dignum egit. Suſpitionibus nō eſt iudicandū: ſed ⁊ his p
relegationē obuiari pōt. Qui primi erāt inter emulos ſuos/
ad mortē inſtabāt: ⁊ ſchiſma erat inter eos. Denīq̄ pecunie

Coſme de Medicis exilium.

cui obediunt omnia: oblata nō modica ſumma aliquibus prin
cipalibus per amicos ſuos ſecreto/ redēpta eſt vita eius. Nā
placati muneribus verſi ſunt in mitiorē ſententiā: nō mortis
ſed relegationis. Quod citius fuit executioni mandatū. Re-
legatus em̄ fuit Venetias cum fratre germano ſuo Lauren
tio. Et immunitate ſibi cōceſſa: ne in via ab inimicis inuade
retur illuc profectus eſt. Diuina aūt prouidentia operante
hoc ei accidit qd̄ quaſi nunq̄ relegatis illo modo euenit. Nā
in capite anni a ſua emiſſione anno ſcz. M.cccc.xxxiiij. magi
ſtratus tunc reſidens ei beneuolus arbitratus iniuſte ⁊ per
inuidiā non p ſuum exceſſum fuiſſe relegatū: ſtatuit eum re
uocandū ad vrbem. Qd̄ quum ꝑcepiſſent primores alterius
factiōis inimici eius: armati cum ſectatoribus ſuis ad pala
tium dñorum ꝯcurrerūt cōmotionē querētes in ciuitate ex
citare ⁊ ꝯtra priores inſurgere: ſz illi bene muniti ſibi ꝓuide
rant. Et q2 ſequelā non habuerūt Eugenius etiā q̄ illo anno
ciuitatē aduenerat/ ad ſedandū rumorē ⁊ remouendū ſediti
tionē ⁊ ſcandalū ciuiū ſuaſit illis qui inſultum fecerāt: vt ar
ma deponerēt ⁊ res quietarētur. Quod quū factū fuiſſet qui
ſic armati diſcurrerāt/ non putantes ſe tutos vrbem egreſſi

Coſmas de Medicis ab exilio reuocat.

ſunt. Exinde ad parlamentū pulſatū eſt: ⁊ ꝯcurrente omni po
pulo/ in plateā dñorum/ quedā ordinata ſunt pro bono reipu.
quibus publice plectis omnis populus aſſenſum prebuit. Re
uerſus eſt igitur Coſmas a dñis Prioribus euocatus cū omni
bus ſuis fratre filijs ⁊ alijs: ac etiā qui cū eo relegati fuerāt
amicis. Qui cū ingēti gaudio populi ingreſſi ciuitatē pon-
tificē viſitauerunt. Magnifici dñi Priores ⁊ oēs noti de re-
uerſione ſua cōgratulati: deo gratias egerunt. In tanta aūt
mutatiōe bifaria hoc bonū accidit: vt nullus ſanguis effunde
retur. In proceſſu tēporis ordinatū eſt q̄ quidā ex ciuibus di
cti Accopiatores/ ex imburſationibus ciuiū in officio Prio-
ratus certo modo aſſumerētur: quaſi in poteſtate eorum cō
ſtituto quis ad officium illud vocaretur. Quod p plures an-
nos ſeruatū eſt. Scrutinia quoq̄ officiorum ſingulorum de
nouo facta. Qui fuerunt principales in illa cōſpiratione: vn
de ⁊ poſtea in illo diſcurſu cum armis ad palatium fauto-
res: ad tempus certū in determinatis ciuitatibus relegati.
Et qui confinia non ſeruarunt: vt rebelles perpetuo exula-
uerunt. Et q̄ fuerant in priori mutatione relegationis Co-
ſme amoti .i. ab officijs remoti/ in ſecūda poſtea reuocata eo
fuerunt exaltati ad officia oia admiſſi cū amicis ſuis. Et ecō
trario qui fuerāt alterius factiōis ad officia admiſſi: rema-
nentes in ciuitate vt ſuſpecti fuerunt amoti ab ipſis. Mul-
taq̄ alia ordinata ſunt ad cōfirmationem illius ſtatus. Qui
autē fuerat vexillifer iuſtitie in relegatiōe Coſme quū eſſet
capitaneus Piſis: vocatus ad iudicium in via ſiue ſubitanea
morte ſiue veneno perijt. Coſmas cito vexillifer iuſtitie per
ſortitiones accopiatorū factus eſt. Nec viſus eſt vindictam
expetere de aduerſarijs ſuis niſi iuſtitia exigente.

§. IIII. In illo tpe quum turba

plurima Baſilee cōueniſſet epōrum ⁊ aliorum prelatorū vna
cū quibuſdā cardinalibus qui ab Eugenio receſſerant: vcz
Placentino/ Bononienſi/ domino Antonio Veneto/ Arela-
tenſi/ Aragonenſi/ Hiſpano/ Cypriano/ ⁊ domino Iuliano Ro
mano cardinale ſancti Angeli legato in concilio generali ibi
deputato: animaduertens Eugenius ex fideli multorum re-
latione: illos congregatos non vacare ad extirpationē here
ſis Bohemorū ⁊ reformationē eccleſie: propter qd̄ conciliū
fuerat ordinatū: ſed ad deformationē ⁊ conſpirationem con-
tra ſe ad eum deponendū tanq̄ fautorem bellorum ⁊ diſcor-
diarum: ac bonorum eccleſie dilapidatorē ac virus ſanguinū
vnde ⁊ eccleſiā ſcandalizantem ne ſchiſma ſequeretur/ deſti
nauit ſolennes oratores eccleſie prelatos Baſileam: Inter
quos fuit abbas de Sicilia tunc Panhormitanus epūs (qui
ſuper decretales notabilē lecturam cōpoſuit) ad monendum
illos vt deſiſterent ab inceptis: rationibus reuincendo intē
totū opus eorū ipſumq̄ cōſilium authoritate aplica diſſolu
tum eſt: ⁊ legatus reuocatus ab ea preſidētia. Illi tñ obtura
uerunt aures ſuas non audientes vocem domini: ſed congre
gatione illa facta conciliabulo nullas vires habente: niſi vt
ſynagoga ſathane authoritate ſue temerarie preſumptionis
ceperunt Eugeniū ad concilium adeundū citare: ſolicitati ad
hoc a duce Mediolani egre pontificatum eius ferente/ quia
non ſibi fauebat. Imperator Sigiſmundus iam coronatus
illuc adueniens/ omnino ſub cōminatione hoc fieri prohibe
bat: quum ſchiſma immediate preteritum cum tāto labore
vix fuerat ablatū. Cardinalis etiā ſancte crucis ordinis Car
tuſienſiū: qui a Martino fuerat in Franciā legatus miſſus
ad pacē inter regē ⁊ Burgundie ducē componendā: ſuperue
niēs ad obuiādū malis idē omnino diſſuadebat. Veneti quoq̄
ſe mediatores conſtituerunt ad recōciliandum cardinales
aduerſos Eugenio. Quo peracto inde abeundo reuerſi ab eo
benigne recepti ſunt: ⁊ in dignitatibus ſuis permiſſi: excē-
ptis Arelatenſi ⁊ Hiſpano: qui in Baſilea remanſerunt. Nō
multo ante dux Sabaudie potens in dominio ⁊ non minus
in diuitijs magnis congregatis: ſpiritu vt creditur et rei exi
tus demonſtrauit. ambitionis ductus: curam regiminis tē-
poralis filio relinquens: habitum eremiticum ſimulata reli
gione aſſumpſit: locū quendam Ripaliā ad habitandū cum
alijs eligens. Qui igitur in Baſilea congregati erant: inter
quos aliqui priuati epatu ⁊ dignitatibus ſuis ab Eugenio
ꝓpter ſcelera ſua: ſuā temeritatē proſequētes: depoſito Eu-
genio a papatu erexerunt ſibi in idolū predictū ducem Sa-
baudie Amedeum dictum: quem apoſtaticum factum Feli-
cem nuncupauerunt. Qui inthronizatus non in ſede Petri:
ſed Luciferi: qui ſedem ſuam poſuit ad aquilonem: aliquos
cardinales inſtituit: ⁊ inter eos magiſtrum Ioannem ſacre
theologie profeſſorem ordinis predicatorum/ qui multum
laborauerat in ſermonibus et diſputationibus in fauendo
cōciliabulo: ſed cito morte ſubtractus eſt. Alter fuit abbas
Siculus de quo ſupra: q̄ ſtipendiarius vna cum dño Ludoui-
co Romano magno ſalario eximij iuris profeſſores a rege
Aragonum ad Eugenium parum affectum: ex eo q̄ iuſtitia di
ctante ei prohibuerat terras regni Appulie inuadere: quum
ibi nullū ius obtineret: multū operabantur in fauorē concilia-
buli ⁊ infelicis creati. Sed q̄les oro veritatis amatores: qui
prius dignas verborū p Eugenio fecerāt multas: a veritate
auerſi ⁊ venales effecti: iam ꝯ ipſum pro infelice preliabantur.
Et abbas quidem in mercedē ſue iniquitatis pileū recepit:
quē tñ poſtea inde recedēs dimiſit Panhormū reuerſus. Lu
douicus aūt in breui vita functus eſt. Et p hūc modū Baſilea
peperit baſiliſcum. Hic tñ ne veneno ſui ſchiſmatis inficeret
alios: Eugenius Florentie degens maturo conſilio ſup hoc
habito cū cardinalibus ſuis ⁊ alijs prelatis eccleſie ⁊ cōſenſu
in publico cōſiſtorio orationibus ſolēnibus premiſſis ne vide
retur

Baſilee ſe ꝯciliū iubet Eugenius diſſolui.

Felix antipapa.

Abbas ſiculus.

retur liuore vindicte nõ zelo iuſtitie procederet ſententiā excõicationis fulminauit contra illum Amedeū apoſtaticū ⁊ oẽs eius ſequaces. Et ſiquidẽ immenſa cupiditas eum non deuiciſſet: ſed theſaurū ſuū per tẽpora cõgregatū exponere voluiſſet: ſatis dilataſſet obedientiā ſuam: que tantum fines territorij ſui non exceſſit: ⁊ ea quaſi a ſuis violenter extorta. Deus aūt eliciẽs ex malis bona: maiorẽ permiſit in eo auariciam ⁊ ambitionẽ ſuperare: quū pro exaltatione ſummi pontificatus ſui pecunias ſuas non acquieuit diminuere: ſed ex ipſo ſtuduit augere: beneficiorū vacantiū fructus ſibi reſeruans/ ⁊ alia exercẽs ex quibus diuitias accumularet. Permāſit aūt hoc ſchiſma vſq; ad tẽpora Nicolai quinti ſucceſſoris Eugenij immediati: vt infra patebit.

§. V. Quū Florẽtie Eugenius

cum ſua curia reſideret: tractaret vt pro aliquo tẽpore cauſa recreationis in curia ēpali ſancti Antonij extra ⁊ prope muros Florēt. permaneret: quidā Longobardus ep̄s tāte audacie ⁊ temeritatis ſacrilege extitit: vt cū Nicolao Piccinino qui tunc in Etruria cum copijs erat: tractaret vt illuc ſi accedere ⁊ manere cõtingeret: noctu veniẽs ſocietate ad id opportuna Eugenium caperet ⁊ captiuatum ſecum duceret. Sed detecta proditione ep̄s ille ad domus cuiuſdā ex cardinalibus ſe cõtulit: quū immunitas in domibus eorū non valeat violari. Et q2 murmur multū erat in populo hoc proceſſiſſe a Philippo Mediolano: ille habita ſecuritate vite (quam ex tanto flagitio merebatur degradatus amittere) in publico cõſiſtorio ſcelus cõfeſſus declarauit Mediolan. eius proditionis minime conſcium vel participē: ſed propria ſue nequitie intentione id egiſſe. Veniamq; poſtulās a clementiſſimo principe impetrauit a curia dimiſſus. ¶ Ea circa tẽpora Eugenius plures eccleſie cardinales inſtituit vt3 Cornetanum natione dn̄m Joannē de Vitelleſchis archiep̄m Florentinū: Camaricē. dn̄m Albertū de Albertis Florẽtinum Gallicū Ep̄m Maurieñ. Capuanū archiep̄m de regno oriundum Genuēſem archiep̄m: magr̄m Joannē Hiſpanū ordinis Predicatorū: qui multū laborauerat in Baſilea pro defenſione iuriū Eugenij: dn̄m Petrū Venetū nepotē ſuū. Aliū ſuū nepotē cardinalē creauerat Rome cum dn̄o Agnolotto Romano. Poſtea Grecos Nicenū ⁊ Rutinum ⁊ dn̄m Ludouicū Paduanū: deinde dn̄m Joannē Hiſpanū ⁊ Thomam Bononienſem. Ex prioribus aūt iam migrauerāt Rothomagēſis ⁊ Aragonenſis/ ordinis Predicatorū: ⁊ poſtea vt ſinas cardinalis in balneis. ¶ Et vt zelator precipuus religioſe cõuerſationis multa monaſteria monialiū diſſolute ⁊ inhoneſte cõuerſantium euacuauit: dignitatē abbatiſſalem extinguendo: moniales eorum ad alia monaſteria trāſmiſit. In via ſancti Galli monaſteriū ſancti Syluestri: illud cõcedens ſeruitis de monte Sonario. Monaſteriū ſancte Marie de niue illō cõferens canonicis regularibus abbatie Feſulane. Monaſteriū ſancte Lucie: illud tribuēs Carmelitis: ſ3 poſtea illis ſponte dimittētib⁹/ ſororib⁹ de pnia beati Dn̄ici. Monaſteriū quercetiorū hoſpitali dn̄i Bonifacij ſibi cõtiguo cõſignās. Monaſteriū Chiaritinū eremitanis de obſeruantia elargiēdo: licet poſtea dicti fratres auctoritate apoſtolica ad eccleſiam ſancti Barnabe trāſierint. Monaſteriū ſctē Vrſule nō longe a dicta eccleſia ſororibus tertij ordinis beati Frāciſci concedens. Monaſteriū de Ricolbolis eremitis illud attribuendo. Monaſteriū Ciſterciēn. monaliū in via Pinti monachis Ciſterciēſibus regulā obſeruātib⁹ aſſignādo. Aliud extra ciuitatē ſc3 ſcti Donati diſſolutiſſimū: electis q̄buſdā ad vitā regularē reformando. Sub eo q̄ monaſteriū Septimi Ciſterciēſe valde diſſolutū ⁊ diſſipatū/ reductū eſt ad vitā regularē ex monachis nigris abbatie Florentine quā cardinalis Firmanus haberet in cõmēdā. Similiter ⁊ monaſteriū ſancti Saluij ex monachis etiā abbatie Florentine. Monaſterium etiā ordinis minorū de Monticellis multū deformatum ad normā reduxit optimā. Rome eccleſiā Lateraā. conceſſit canonicis regularib⁹. Eccleſiā ſancti Pauli monachis ſctē Juſtine: ⁊ multa alia monaſteria illis conceſſit in diuerſis ciuitatib⁹. Conuentū Aruernie fratribus obſeruātie ſancti Frāciſci. Tunc etiā inchoatū eſt monaſteriū a fundamentis monialiū: quod dicit Muratarū: ſub titulo annūtiate ⁊ regula beati Bn̄dicti: ſub abbatiſſa Agata: q̄ prius habitabāt in oratorio ſito ſup pontē Rubacõte valde arto: nunc ſpacioſo loco pulcherrimo in ſtructuris/ officinis/ clauſtris/ et hortis: que nunc tranſcendunt numerum centenariū in magnis obſeruantijs/ ieiunijs/ ſilentijs/ exercitijs/ tenuitate victus ⁊ veſtitus/ diuinis officijs oẽs concurrentes. Extra canonicas horas continuo die noctuq; due ex ſingulis choris in eccleſia viciſſim alie alijs ſuccedētes pſalteriū perlegunt: ſub cura dioceſani domino militant frequentātes confeſſionem ⁊ communionē cum ordine indeficiēti. Nedum aūt proprietas apud aliquā reperiat: ſed nec poſſeſſiones aut reditus in cõi habent monachis conceſſas victum ſibi parcum laborare manuū ⁊ eleemoſynis eis largitis pcurant: in ſumma charitate vnū cor ⁊ vnam animā in dn̄o habentes. Quod monaſteriū per Joannē de Bẽcis cõſtructū a principio vſq; in finem per eū conſummatū eſt prope vrbis menia ab interiori verſus portā q̄ crucis dr̄. Inſuper quum monaſteriū ſancti Marci Florentie inhabitarent monachi ſylueſtrini ſub regula benedicti militantes: ⁊ fama eorum obſcura eſſet ⁊ ingrata pplo dicte eccleſie: placuit Eugenio viſitationem dicti monaſterij quibuſdā prelatis imponere: et de eorū vita inquirere. Quib⁹ peractis relatione facta põtifici, de relaxatione ⁊ diſſolutione conuerſationis illorū: ad ſupplicationes principaliter Coſme ⁊ Laurentij de Medicis ac etiā popularium dicte eccleſie: dictū monaſteriū ſcti Marci fratrib⁹ p̄dicatoribus ſub obſeruātia degētib⁹ in cõuentu ſcti Dn̄ici Feſulane dioceſis ⁊ cõuentum ſcti Georgij Florentini vnitis p viam permutatiõis ſeu trāſlatiõis ea ordinatiõe diſpoſuit: vt fratres predicatores habitātes in ſctō Georgio ad ſctm̄ marcum habitaturi tranſirēt: ⁊ monachi Syluestrini econuerſo ad ſctm̄ Georgiū trāſferrent cū bonis etiā immobilibus ſ. ſcti Marci quodā in agro: q̄d poſtea factū eſt pomeriū cū q̄buſdam domiculis iuxta eccleſiam exceptis. Cui ſentẽtie ⁊ dn̄i nitioni p̄dicatores paruerunt. Syluestrini autē locū ſancti Georgij accipiētes nihilominus ad cõcilium Baſileēſe appellarūt. Q̄d nil eis pfuit. Sūpta igit poſſeſſiõe cõuent⁹: Coſmas vt vir magnificus cepit edificare ⁊ dirutis priorib⁹ officinis vt ineptis ⁊ inutilib⁹ nō deſtitit quouſq; oīa pſummauit q̄ nunc apparēt: eccl'ie ſolū addēs maiorē capellā. Primo ⁊ ſcdo clauſtro pfectis: ex agro priori cohorto contiguo viridarium ſpacioſum arborib⁹ fructiferis conſitū muris altis circumdatum conſtituit. Armarium longum ⁊ latum fieri fecit: ita notabile ſicut in tota Italia: libris notabilibus in diuerſis facultatibus non ſolu3 Latinis: ſed ⁊ Grecis: qui fuerant Nicolai de Nicolis viri ſtudioſi lingue vtriuſq; periti: illud exornans. Ipſa autem eccleſia conſecrata fuit per cardinalem Capuanum in die epiphanie: domino ipſo Eugenio cum cardinalibus et alijs curie prelatis ex conuentu ſancte Marie nouelle vbi reſidebat ad ipſam eccleſia3 ſancti Marci accedentibus: ⁊ miſſarum ſolennijs per dictum cardinalē celebratis intereſſentibus indulgentiā reliquente annorū. vij. quadragenariū totidem die illa viſitantibus eccleſiā ipſam perpetuo duraturā: ⁊ die illa cū nocte ſequēti ibi requieuit: quod fuit anno domini. M.cccc.xlij.

§. VI. Priori autẽ tempore per

plures annos paulo antequā Bononiam pergeret Eugenius eccleſia cathedralis q̄ olim ſctē Reparate: nunc nūcupata eſt ſctē Marie de flore: p ipm̄ Eugeniū cõſecrata eſt cū mira ſolẽnitate. Nā pons ligneus incredibili celeritate ac mirabili ope edificat⁹ eſt ab eccleſia predicatorū vbi pontifex habitabat: ad ipſam baſilicā dedicandā. Is vero pons non ſolū ad magnificentiā pertinuit/ verūetiā ad neceſſitatem. Tantus em̄ ipſa dedicationis die (q̄ fuit dn̄ice annūtiationis) concurſus hoīm fuit ex agro ⁊ finitimis oppidis ⁊ ipſa vrbana multitudine: vt compleretur oēs aditus dīq; vie. Non em̄ pontifex cū cardinalib⁹ ⁊ prelatis pre nimia turba apte tranſire valuiſſet. Incepit aūt is pons a porta ipſa eccleſie predicatorū: inde nouā plateā ſecās vſq; ad caput vie que ducit ad ecclīam ſctē Marie maioris: ⁊ p ipſamq; viam continuato ponte vbiq; vſq; ad tẽplu3 Baptiſte primarī q̄ ſubinde baſilicā puenit. Erat vero latitudo pontis circiter brachiorū quatuor: pedeſq; lignei tranſuerſa ſuſtentabāt ligna ſup quib⁹ tabulata erāt. A lateribus vero colūne paribus inter ſe diſtātes ſpacijs inſurgebāt in altitudine brachiorū ſeptē: ⁊ q̄b⁹ colūnis alia exiliora ligna in extrema altitudine iūgebant. Sup his vela erāt quibus pons tegebatur vniuerſus cū papilionib⁹ vtrinq; pendentibus. Pauimentum rurſus ab vtroq; latere vſq; ad zonā holo a vicis erat munitum. Per hunc pontē incedēs pontifex magna ⁊ ipſe põpa magnoq; ornatu cū dn̄m cardinaliū prelatorumq; multitudine ad baſilicā cõſecrandā peruenit: ſpectāte pplō de inferiori loco ⁊ cū letitia tantū apparatū intuente. In quo officio vexilliferū iuſtitie q̄ tūc erat militē fecit. Indulgentiāq; ſeptenā cum quadragenis totidē perpetuo duraturam eccleſiā illā in die illa annuntiationis viſitantibus dereliquit. Et peracto officio per eundē ponte3 ad eccleſiam predicatorū reuerſus cū comitiua ſua eſt. Factū eſt hoc anno dn̄i. M.cccc.xxxvj. Ante vero ipſam cõſecrationē p aliquot annos Eugenius ipſe cultū diuinū in officijs ampliauerat inſtituendo ſcholā clericorū q̄ quotidie intereſſent cū ſuperpellicijs miſſe decantāde ⁊ horis diurnis: completorio dēpto: ſub magiſtro eis pficiendo: q̄ in gramaticalibus ⁊

Cathedralis eccleſie Florentine dedicatio.

cantu eos inſtrueret ⁊ non minus in monibus terre puſiõe pro mercede ſui laboris ſtatuta. Locus autē quo clerici illi pro inſtructione eorū conuenirēt: prope eccleſiā ipſam deputatus eſt. Et ꝗ quidē legitime ſeti a.x.anno vſqꝫ ad.xv.aſſumendi ⁊ deſcribēdi vſqꝫ ad ſacerdotiū retinendi ab artiſti re ciuitatis: ⁊ cõſulibus artis lane: quibus etiā certa proui ſio ſingulis decreta fuit: nouē vel florenoꝝ annuatim in ſub ſidiū aliquod librorū. ⁊ victus a monte ꝫ loretino recipiēdoꝝ. Vacāte em̄ ſede archiep̄ali Florētina per annū ⁊ vltra: ex reditibus archiep̄atus dicti tēporis ipſe Eugenius tantā pecunie ſummā in monte poſuit vel credita emit: vt poſſet ex pagis dicti crediti de quātitate predicta ſingulis clericis prouideri. Sed poſtea ꝑpter guerras ſuperuentētes exhau ſto erario per multos annos nec ipſis clericis a monte colla tum eſt aliquid: ſed nec eccleſijs/monaſterijs/capellis/hoſpi talibus/⁊ alijs nō ſupportātibus onera cõiratis.i.collectas quas preſtantias vocant/creditoribus montis redditū eſt/ nec redditur: ſtatuto edito ſuꝑ his ſic dictante. Que aūt iu ſtitia/que equitas/q̄ charitas hoc dictet: vt ſic defraudētur pie defunctorū voluntates ipſi viderint qui legem dederūt. Magnificauerat ꝑ prius ipſam eccleſiā Greg.xij.⁊ Joannes xxiij.preceſſores ad inſtantiā ⁊ requiſitionē cõiratis q̄ curam in tēporalibus conceſſerat artis lane conſulibus: ſicut ⁊ ora torij Baptiſte mercatorū artis cõſulibus ad numerū duode narium canonicorū qui prius erat in ipſa eccleſia deputat⁹: ⁊ alios.xij. addendo quos cõſules ipſi quū vacarēt dicti ca nonicatus/haberēt preſentare: ⁊ archiep̄s confirmare: qui bus de prebēdis prouiderēt cõſules ipſi de ſubſtātijs artis: ⁊ tantūdem maſſe quantū prius eccleſia habebat pro diſtri butionibus quotidianis q̄ ijs qui interſunt officijs dant/ſu peradderent: quod adhuc minime adimpletū eſt. Martinus aūt quintus ſucceſſor predictoꝝ ad magnificentiā decoris eius hoc ſuperaddidit vt ex ep̄ali ſede in metropolitanā pmo ueret. Et ſic ornatus ſp̄alis eccleſie īndies auctus correſpō deret exteriori pulchritudini marmoribus varijs exornate.

§.VII. Interea cõcordia inter

Eugenium ⁊ Philippum Mediolaū. ſecuta eſt: Imolaqꝫ et alia quedam Flaminie oppida pontifici reſtituta. Stabilita quoqꝫ pax iterum cum Florentinis ⁊ Venetis: inita confede ratione in qua ⁊ Veneti ⁊ Mediolaū.ac Florentini cõpre henſi ſunt; eo pacto vt ſi quis eorū alterū offenderet: ceteri omnes adiuuare eã partē que offenſa foret/tenerētur. Hec etſi ſolemniter facta ⁊ plena maxime ſpei forent: durationem minime habuerūt cuius cauſa infra dicetur. Quū adhuc Eu genius ipſe cum curia reſideret Florentie: quoddā horribile dictu geſtū eſt. Fabriani notabili oppido ⁊ populoſo: quale ⁊ ethnicos dedeceret. Nam quū Thomas vocatus de clauel lis: qui cum filijs tribus ſcilꝫ Baptiſta Guidone ⁊ Bulgaro dñabatur ibi: ⁊ quibuſdam alijs caſtris vicinis pro eccleſia tanqꝫ vicarius eius: ⁊ ꝑ longa tēpora ante ſ ralem tenuiſſent vicariatū cum ſuis precipue Clauello vocato viro ſtrenuo in armis: in feſto Aſcenſionis dñice intereſſet miſſe ſolenni que cantabatur in eccleſia maiori: infra miſſam quidā qui cō ſpirauerāt in mortē eius in eccleſia preſentes armis accin cti inſultum gladijs fecerūt in patrē cum duobus filijs (ter tius aberat a loco illo) ⁊ interfecerunt in ipſa eccleſia infra miſſarū ſolennia. Nec contenti tanto ſacrilegio: filios eorum paruulos occiderunt gladio vel veneno. Et euacuatis domi bus eorū ſubſtātia (que multa erat) ſtatuerūt inter ſe quis quid acciperet: erexeruntqꝫ ſe in libertatem: nō recuſantes dñium eccleſie ſed tyrannidē Clauelloꝝ. Cauſa que mouit illos ad tātum flagitiū: fuit durum iugū ſeruitutis quo pre mebantur impoſitionū nimiarū. Et dura locutio ad eos quā do querulabātur in hmōi. Poſtea queſierunt abſolutionē a pape. Recepta autē ab Eugenio ciuitate Bononie poſt Me diolaū. confederationē haud multo poſt dedicationē baſilice prefatam/Eugenius cum curia ſe Bononiā tranſtulit. Sed ante acceſſum quidā Baldaſſar de Offida miles factus deſti natus ab eo pīās illuc: aſpectu deſpicabilis ſed animo audatiſſimus: iuſtitiā populo miniſtrabat ſcdm equitatē cordis ſui magis q̄ ſcdm iura. Et vt callidus/amicos ſibi ⁊ familia res fecit magnis ⁊ notorijs ſceleribus irretitos: ea intentio ne (vt patuit) vt alios malefactores per eos notificatos ex tingueret. Quibus punitis ⁊ eoſipſos quorū flagitia ⁊ ſibi ⁊ omnibus pene nota erāt: ſupplicio affecit. Et gratia exēpli/ de iudicijs eius aliquid appareat: vnum riſu dignū in medio afferatur. Amiſerat vnus diues aureos.ccc. aureos vel circa in ſacculo contētos. Ipſos inueniens in via pauper quidam fidelis ⁊ bonus: ſacculū vt erat cum pecunia illi reſignauit amiſſione audita. At ille florenos numerans reperit vnum aureum deficere de quantitate quam aſſerebat amiſſam. Et quū pauper ſe ſacculū nō aperuiſſe/ſed prout inuenerat red

Attēde ſolas iu dicia vto baniſſi mam.

didiſſe reſponderet: diues illum trahit ad iudicium coꝛā dicto poteſtate. Petit ſibi reſtitui ab inuentore quod amiſe rat.ſcꝫ.ccc.aureos: a qua ſumma vnus deficiebat. Reſpon dit pauper ſe qđ inuenit ⁊ ꝓut inuenit cõſignaſſe. Profert Baldaſſar ſuiaꝫ deſinitiuā dicēs. Ex q̄ ſūma aut pecunia tua aureorum amiſſa/eſt trecētorum: ⁊ inuenta a paupere iſto eſt ducētoꝝ nonagintanouē: ꝑſtat qꝫ iſta nō eſt pecunia tua quam amiſiſti. Et quia non inuentus eſt adhuc dñs ſumme huius.ccxcix.iſti inuentori conſigno ⁊ cōcedo vt ex eo filias nubiles quas habet nuptui tradat dotando. ¶ Ceterū quū dominus Antonius Bentiuoglis reuerſus Bonoſiam/ma gnam ſequelam ciuium haberet: eandemqꝫ nō modicā ſecū traheret comitatiuum: coorta eſt ſuſpitio vehemens con tra eū: ne forte ciuitatem eccleſie ſubtraheret. Quamobrem ſub pretextu alicuius honeſte cauſe Pīās ipſe eum ad ſe vo cari fecit. Ille nil contra ſe tractari ſuſpicatus ſe ilico pre ſentauit: ⁊ mandato eius detentus ſine mora capite plexus eſt. Ob multis diſplicuit: ⁊ cauſa ignota fuit: quum tamē nō multo ante ipſe dominus Antoni⁹ Bononiā reuerſ⁹ opera fit vt deficeret a duce ⁊ perueniret ad Eugenium. Nondum tamen papa Eugenius illuc acceſſerat: qñ decapitatus fuit. Poſtqꝫ autem Eugenius Bononiam pergens illic aliqꝫdiu manſiſſet ⁊ Comes Franciſcus Sfortie filius circa illas par tes maneret ad ſtipendiū lige: vbi dictum ille Baldaſſar de Offida profectus eſt ad comitem ſub pretextu alicuius rei opportune: re autem vera eum capturus ⁊ forte peremptu rus. Notificate ſunt ei inſidie ⁊ proditio: tunc autē erat obſe quijs lige.ſ. Florentinorum ⁊ Venetorum. Itaqꝫ quum perue niſſet ad eum Baldaſſar: comes preueniens eum: tentū ⁊ in la queo quem abſconderat cōprehenſus eſt: ꝑ eius inaudituqꝫ captiuum diro carceri mancipauit: ⁊ crudeliſſimo affecit ſupplicio. Nam (vt dicitur) ipſum nudū in pellem animalis recenter ex coriati inuoluens ligauit: vt in nullo ſe poſſet manibus iuuare: eiqꝫ ad comedendum ⁊ bibēdum miniſtra ri fecit: ſed vermes ex pelle orti paulatim conſumpſerūt eū. ¶ Caſtrum Butrij magnū ⁊ opulentum tunc a gentibus ar morum eccleſie Petri ⁊ Pauli ⁊ alioꝝ totaliter in predam expoſitum eſt: propter illud comes Franciſcus valde indi gnatus eſt contra Eugenium: adſcribens proditionem ſibi paratam: cuius tñ vt creditur non erat cõſcius: quum non eſſet vir ſanguinum neqꝫ doloſus: ſed clementiſſimus ⁊ ma gnanimus. Depredatio aūt Butrij ipſi Eugenio imputata fuit ſaltem indirecte: quia a gentibus eccleſie a ſe cōductis factum hoc fuit quas coercere potuit ⁊ debuit. Deus autem iudex iuſtus ⁊ patiēs dolis iuſto ſuo iudicio etſi nobis occulto permiſit. ¶ Inter hec Luca iterū a Florentinis obſeſſa eſt ex huiuſcemodi cauſa. Venerant in agrum Lucenſem per magne equitum copie Philippi Mediolaū. Ducebat autem eas Piccininus: petebatqꝫ a Florentinis: vt pacate ſibi trā ſire in Senenſium fines liceret. Florentini aūt ſuſpicantes fraudem aliquā ſubeſſe: tranſitum negauerūt. At ne forte vi tranſitum adorirent: Franciſcum Sforziam celeriter vocatū (erat em̄ Venetorum Florentinorumqꝫ militie dux prius fa ctus) venientibus oppoſuerunt. Initium hyemis erat quū hec facta ſunt; ſtatimqꝫ habita eſt per vniuerſam hyemem ambigua pax: quum fines agri Florentini Piſaniqꝫ a cor his ſuis defenderentur: ab hoſtibus vero circum ea loca deſidē tibus ſuſpitione magis q̄ apertum bellum inferretur. Sed reſeruatis tñ ⁊ alia quedam Lunenſis agri caſtella per eam hyemem ceperunt hoſtes: ⁊ duo parua loca in agro Piſano ad extremum occupauerunt. Tranſacta demum hyeme: no ſtros maiori apparatu Piſis egreſſos non expectauerunt hoſtes. Erant enim afflicti longa hyemis militia: ſed trans Apenninum abeuntes in Galliā ciſalpinā ſe receperūt. Flo rentinorum copie receptis omnibus caſtellis primo amiſſis: cū materia deerat belli: Lucēſes inuadere cõſtituerūt: eis ſic cēſentes/q̄ hoſtib⁹ auxilia preſtitiſſent: eiqꝫ eos cōmeatu ceterisqꝫ rebus q̄ ſunt ad vſum belli ſuſtentaſſent. Itaqꝫ in Lucenses verſis ſignis cuncta ferme eoꝝ caſtella ceperunt ⁊ Lucā ipſam obſederunt: vt parua admodum vel nulla eua ſionis ſpes ſupereſſe videref. Nā hoſtiū copie per ſuperio rem hyemem diuti⁹ in agro Lucēſi cōmorate: omne quaſi fru mentū eius vrbis cõſumpſerāt: noua autē frumenta priuſqꝫ matureſcerent/Florentinoꝝ copie vaſtauerunt: quare in ex tremo cõſtituta ciuitas frumēti defectu peritura credebat. Nutriebat tñ eorū ſpem Nicolaus Piccininus qui ſe ventu rum ad obſidionē ſoluendā minitabatur: ⁊ apparat⁹ quoſ dam ad oſtentationē faciebat. Quid autem poſtea acciderit de Luca: dicet infra: ſed prius de reductione Grecoꝝ enarrandum: que fuit circa illud tempus: res vtiqꝫ digna perpe tua memoria: poſtea de bello contra Lucam.

Interfectū Baldaſſaris ſupplicium.

obſidio Luce a Florentinis.

¶ De reductione Grecorum: ⁊ Bello Venetorum ⁊ Florentinorum contra ducem Mediolaū. propter Lucam. Cap.xi.

Quum

Quum Eugeni⁹ Bononie in curia reſideret: Greci patriarcha. ſ. ⁊ imperator eoꝝ cū pceribus imperij ipſius tractare ceperunt p oratores cū eo de cōcordia ⁊ vnione facienda eorum cū Latinis: vt vnū eſſet ouile ⁊ vnus paſtor. Ad qḋ efficiendum poſtulabāt conciliū generale celebrari: in quo preſente Romano pōtifice ⁊ patriarcha Cōſtantinopolitano ac imperatore ſuo/p doctores vtriuſqꝫ partis diſceptaretꝰ rōnibus quid tenendum reſpuendūve foret de veritate chriſtiane religiōis. Quibus annuit ſummus antiſtes. Unde ex Cōſtantinopoli prefati patriarcha et imperator cū fratre ſuo ⁊ magno comitatu numero fere quingentoꝝ ſe mouētes Venetias applicuere. Ibi pcipiētes cōciliū gñale Baſilee cōgregatum diſſentire ab Eugenio: aliqādiu ſuperſederunt a ſuo ſuſpēſi de loco acceſſus ſui: nec eī congregati Baſilee poſt diſſolutionē ⁊ irritationē factā cōcilij per Eugeniū deſiſtebāt a pſecutione incepta: ſed ſolicite inuitabāt grecos Baſileā ad conciliū id accedere. Preualuit tamen authoritas Eugenij cū ſuaſionib⁹ plurimoꝝ: vt ad ꝑ preſentiā ſuam ſe conferrēt. Et vt ſatiſfaceret petitioni eoꝝ conciliū gñale indictū eſt ⁊ publicatū Ferrarie celebrandū quo ipſe Eugenius cū ſua curia e Bononia profectus eſt: ⁊ venientibus Grecis epis/⁊ alijs prelatis qui haberi poterāt ſiue inuicem vocatis: cepit materia agitari de proceſſione ſpiritusſancti: qḋ quē a patre ⁊ filio pcedere Latina fatetur eccl'ia Greca negabat. Verū qꝛ peſtis Ferrariam cepit inuadere: tranſlatum eſt cōcilium aſſentientibus cūctis Florentiā. Et quū Eugenius eo tendere ſtatuiſſet: inſidie ei in via parate ſunt ad capiendū eū. Sed detectis eis declinans a via recta alterā inſuetā aſſumens ⁊ periculū euadens. Florentiam ingreſſus ſummo cū honore ⁊ gaudio ſuſcipitꝰ locatus in eccleſia predicatoꝝ. Paulo poſt ſecutus eſt eū patriarcha ⁊ imperator Conſtantinopolitani cū doctorib⁹ ſuis ⁊ pceribus: cū magna ſolēnitate in vrbem ingreſſi ⁊ honorabiliter collocati in diuerſis manſionib⁹. Patriarcha vero Cōſtātinopolitanus plenus dierum/paulo poſt in fide Romane eccl'ie migrauit e ſeculo: ⁊ ſepultus in eccleſia ſancte Marie nouelle. Conuenientib⁹ igitur Latinis ⁊ Grecis die ſtatuta in loco determinato reſidente ſpe pape in cōuētu predicatorū publico cōſiſtorio: loca vnicuiqꝫ decētia omnes ſortiti ſunt. Et pontifex ſummus in trono eminentiori ornato reſedit facie verſa ad orientem: iuxta quē reuerēdiſſimi dñi cardinales a dextris et ſiniſtris deſtincti paulo inferi⁹. Imperatori vero Grecoꝝ ſedes parata eſt decora econtra pontificē in aliquali diſtantia: vultu conuerſo ad occidentem. Doctores Latini diſputātes in latere per trāſuerſum ſedes accepērūt verſi ad meridiem. Greci vero magiſtri ꝯſidebāt v̄ſi ad aquilonē: ceteri circunſtātes plurimi aliqui ſteterūt: aliqui in nuda terra ſubſtratis tapetis ſe locauerunt. Et ex Latinis quidē aſſumpti ſunt ꝙtuor: duo epi: vnus Colocenſis ordinis predicatorū in theologia doctor egregius/⁊ vtriuſqꝫ idiomatis peritiſſimus: alter ordinis minoꝝ doctiſſimus: ⁊ duo alij: abbas generalis Camaldulēſiū. vtriuſqꝫ lingue peritus dñs Ambroſius: ⁊ magiſter Joannes de mōte nigro profundus theologus ordinis predicatorum prouincialis Lōgobardie. Et in capite eorum reſidebat dñs Julianus cardinalis ſancti Angeli qui nuper venerat ex Baſilea dimiſſo ꝯciliabulo. Ex Grecis eps Nicenus: ⁊ eps Epheſinus: ⁊ quidā alij. Arguens autem in ea diſputatione magiſter Joānes de mōte nigro prefat⁹ ſolus: et reſponſalis Epheſinus ſolus. Ut autē dca intelligerent cūcti arguens idiomate latino vtebatur ⁊ reſpōſalis Grecus. medius cōſtitutus eſt vtriuſqꝫ lingue peritiſſimus ꝗdā: qui ꝓ̄ptiſſime fideliſſime ⁊ eloquēter verba latina arguētis referret in greco reſpōſali: ⁊ verba greca eius interꝑ̄taretur in latino. Poſt aliquas propheticas ⁊ ſubtiles rōnes ⁊ raſiones inductas: placuit partib⁹ pcedere per locū ab authoritate: ꝗ eſt potiſſimus i theologica facultate. Inducte ſunt authoritates multorū doctorū grece ſcribētium: vt Athanaſij/Cyrilli/Dydimi/Chryſoſtomi: ⁊ maxime magni Baſilij/qui habetur apud eos in magna veneratiōe ſanctitatis ⁊ doctrine: qui in libro ad Eunomiū de ſpiritusſancto expreſſe aſſerit ſpiritūſanctum pcedere nō ſolum a patre: ſed a filio. Et quum reſponſalis iam nō haberet quid diceret: ſubterfugiū ꝗſiuit negans hoc Baſiliū in eo libro ſcripſiſſe: ſꝫ mēdoſe interpretatum: quum in codicib⁹ ſuis grece ſcriptis ſecū delatis hoc minime reperiretꝰ. Adducti ſunt plures codices Baſilij ad Eunomium grece exarati: quorū aliqui erant apud Grecos: ⁊ alij penes Latinos noſtros Greci ſermonis peritos. Et quū in noſtris ⁊ aliquibus Grecorū de Conſtātinopoli adductis liquide haberetur ſpiritū ſanctum a patre ⁊ filio pcedere: deprehenſa eſt malitia grecorum q. ſ. corruperāt ſcripta Baſilij filium ſubtrahendo in ipſa proceſſione. Et quū imperator Grecorum diceret in partibus ſuis plurimos haberi taico libros Baſilij grece ſic continentes: ⁊ illis non paucis tunc in mediū adductis ſtandum: reſpondit dñs cardinalis diſputationi prepoſitus. Dñe imperator quū decreueritis ad certamē venire oportuit magnificētiā veſtram arma veſtra vobiſcū adducere: non in certamine ipſa expectare. Sicqꝫ Greci confutati fuere ⁊ deuicti. Huic diſputationi preſens fui. Sed et alijs diebus conuenientes in diſputatione: demum: conuicti errorem ſuum confeſſi ſunt: ⁊ ad emendationem parati: ⁊ ad vnionem ac incorporationem cum Romana eccleſia diſpoſiti apoſtolice ſedi ſe ſubijciētes. Ille tamen Epheſinus acerrimus diſputator permanēs in ꝑfidia ſua cū alijs ad veritatem fidei reuerti noluit. Verū ad patriā rediens quū cardinalis Venetus deſtinatus legatus in regionē illā/Conſtantinopoli morā traheret: ⁊ in eius ſocietate eſſet venerabilis eps Coronē. dñs Bartholomeus de Florentia ſacre theologie profeſſor egregi⁹: ⁊ Greci idiomatis nō ignarus: placuit eidē imperatori Grecorū ⁊ proceribus eius: vt fieret publica concertatio inter epm Epheſinū prefatum ⁊ Coronē. epiſcopum ſam fama ibi celebrem. Quo facto Epheſinus prefatus iterū ab eo ſuperatus ⁊ confuſus eſt: tanta ex eo abſorptus triſtitia: vt intra paucos dies expirauerit cum ſua perfidia.

Concilium Florentinum in quo greci romane ecclesie fuerunt reconciliati.

Sic tunc concilio interfuit dñs Antoninus huius operis autor.

§. I. Et eo anno ſcilꝫ. M. CCCC.

xxxviij. in die dñica menſis Julij celebrata eſt ſolēnis miſſa in eccl'ia maiori Florentie. Et pñtibus Eugenio papa cū cardinalib⁹ ⁊ alijs multis epis ⁊ abbatibus: ac etiā imperatore Grecorū cū alijs Grecis ⁊ dñis prioribus Florē. cū vexillifero ⁊ maximo populo ibi congregato cum ingenti gaudio: facta ē dicta recōciliatio cōſtātinopolitana cū eccl'ia Romana ⁊ confeſſio fidei ſecundū ſymbolū qḋ cātatꝰ in eccleſijs Latinis per Grecos: ⁊ ſuper his facta declaratio fidei tenende ab omnibus fidelibus Latinis ⁊ Grecis que ſic incipit. Eugenius ⁊c. Ad perpetuā rei memoriā conſentiente ad infraſcripta chariſſimo filio nro Joanne Paleologo imperatore illuſtr. ⁊ locatenentibus venerabiliū fratrū noſtroꝝ patriarcharū: ⁊ ceteris orientalem eccl'iam repreſentantibus. Letentur celi ⁊ exultet terra ⁊c. ⁊ infra. In noie igitur ſcte trinitatis pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti: hoc ſacro vniuerſali approbāte Florentino ꝯcilio definimus: vt hec fidei veritas ab oībus xp̄ianis credatꝰ ⁊ ſuſcipiatꝰ: ſicqꝫ oēs ꝓfiteātꝰ: ꝙ ſpūſſctūs ex pr̄e ⁊ filio eternalr̄ eſt: ⁊ eſſentiā ſuam ſuūqꝫ eſſe ſubſiſtens hꝫ ex patre ſimul ⁊ filio: ⁊ ab vtroqꝫ eternaliter tanqꝫ ab vno principio ⁊ vnica ſpiratiōe procedit: declarantes ꝙ id qḋ ſancti patres ⁊ doctores dicūt: ex pr̄e p filiū pcedere ſpūſſctm̄: ad hāc intelligentiā tendit: vt p hoc ſignificetꝰ filiū quoqꝫ eē ſm̄ Grecos quidē cauſam: ſꝫ Latinos principiū ſubſiſtentie ſpūſſancti ſicuti ⁊ patrē. Et qm̄ oīa que pr̄is ſunt: pater ipſe vnigenito filio ſuo gignendo dedit: preter eſſe patrē: hoc ipſꝫ ꝙ ſpūſſctūs procedit ex filio: ipſe filius a patre eternaliter hꝫ: a quo etiā eternaliter genitus eſt. Definim⁹ explicationē verborum illorum filioque veritatis declarandi ⁊ iminente tūc neceſſitate licite ⁊ rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitā. Itē in azimo ſiue fermentato pane triticeo corpus xp̄i veraciter confici. Sacerdoteſqꝫ in alto ipſum dñi corpus cōficere debere: ⁊ vnūquēqꝫ. ſ. iuxta ſue eccleſie ſiue occidentalis ſiue orientalis conſuetudinem. Itē ſi vere penitentes in dei charitate deceſſerint anteqꝫ dignis pnie fructibus de commiſſis ſatiſfecerint et omiſſis eorum aīas penis purgatorijs poſt mortē purgari: vt a penis huiuſmodi releuentur pdeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia: ⁊ miſſarum ſcꝫ ſacrificia orationes ⁊ eleemoſynas/⁊ alia pietatis officia que a fidelibus p alijs fidelibus fieri conſueuerunt ſm̄ eccl'iarū inſtituta. Illaſqꝫ aīas que poſt baptiſma ſuſceptū nullā oīno maculā incurrerint: illas etiā que poſt cōtractam pcti maculam vel in ſuis corporibus vel eiſdē exute corporib⁹ (prout ſuperius dictū eſt) ſunt purgate: in celū mox recipi: ⁊ intueri clare ipm̄ dñm trinū ⁊ vnū ſicuti eſt: pro meritorum tñ diuerſitate aliū alio pfectius. Illorū aūt aīas qui in actuali mortali pctō vel ſolo originali: mox in infernū deſcēdere: penis tamē diſparibus puniendas. Itē definimus ſanctam aplīcā ſedem ⁊ Romanum pontificem in vniuerſum orbē tenere primatū: ⁊ ipſꝫ pontificē Romanū ſucceſſorē eſſe beati Petri principis apoſtolorū: ⁊ verū chriſti vicariū: totiuſqꝫ eccleſie caput: ⁊ oīm chriſtianoꝝ patrē ⁊ doctorē exiſtere: ⁊ ipſi in btō Petro paſcendi regendi ⁊ gubernandi/vniuerſalē eccl'iam a dño nr̄o Jeſu chriſto plenā ꝑ̄tātem traditā eſſe quēadmodū etiam in geſtis ycumenicorū cōciliorū ⁊ in ſacris canōib⁹ cōtinetꝰ. Renouantes inſup ordinē traditū a canonibus ceterorum venerabiliū pr̄iarcharum: vt pr̄iarcha Conſtātinopolitan⁹ ſcḋs ſit poſt ſanctiſſimū Romanū pontificē: tertius vero Alexādrin⁹ quartus vero Antiochenus: ⁊ quintus Hieroſolymitanus: ſaluis videlꝫ priuilegijs oībus ⁊ iuribus eorū. Datū Floren-

tie in ſeſſione publica ſynodali ſolenniter in eccleſia maiori
celebrata: anno incarnatiõis dñice. M.cccc.xxxix. pridie no-
nas Julij: pontificat⁹ noſtri anno.xi. Errabãt Greci in trib⁹
communiter. Primo ꝙ ſpũſſctũꝰ procederet a patre: ſed non
a filio. Scdõ ꝙ non erat purgatoriũ poſt hanc vitam. Tertio
ꝙ eccleſia orientalis ⁊ Cõſtantinopolitana nõ eſſet ſub eccle-
ſia Romana: nec patriarcha Cõſtantinopolitanus eſſet infe-
rior Romano põtifice. Horũ quodlibet eſt hereticũ. In aliis
ritibus ſuis qui nõ importãt hereſim (licet rationabiliores
ſint ritus eccl̃ie occidẽtalis ſeu Romane) fuerũt ꝑmiſſi ma-
nere: ſicut ꝙ celebrent in fermẽtato: ꝙ baptizent in alia for
ma ꝙ nos videlicet Baptizet ſeru⁹ dei. N. in noīe. p. ⁊ f. ⁊ ſ. ſ.
amen. Item ꝙ ordinati in ſacris vtant̃ matrimonio ꝯtcto añ ſu
ſceptionẽ ipſorũ ordinũ ſacrorũ. Itẽ ꝙ nutriãt barbã. Itẽ q̃
dant ſacramẽtũ euchariſtie ſub vtraꝗ ſpecie omnib⁹ etiam
puulis ⁊ multa alia. Inſup ⁊ armeni ⁊ aliq̃ ex India miſerũt
oratores ſuos Florẽtiã ad dñm Eugeniũ: poſtulãtes ⁊ ſuppli
cantes inſtrui ⁊ erudiri in his que ſunt fidei a Romana eccle
ſia: ⁊ vniri cum ea in charitate chriſti. Qui examinati in pau
cis reperti ſunt diſſentire a catholica fide: ⁊ in illis ſubiece-
runt ſe correptioni aplĩce ſedis. Que de cõſilio prelatorꝝ de
creuit in ritib⁹ ſuis qui nõ ſunt cõtra veritatẽ fidei/ permit-
ti: ſicut ⁊ Greci: licet diſſimiles ſint a moribus Latine eccl̃ie.
In aliquibus vero q̃ a fide vera diſcrepabant/ ꝓhiberi: vt ꝙ
ſacramentum cõfirmatiõis nõ habebãt in vſu cõferendi illi
nationi: declarato eis ꝙ illud ſicut ⁊ cetera ſacr̃a deberẽt ac
cipere credere ⁊ ꝯferre: ⁊ aliqua alia que nũc nõ occurrunt
menti. Quibus determinationibus acquieuerunt.

§.II. Sed ne geſta inclyta i Ap-

pulie regno ex toto poſt tergum dimittamus: de his aliqua
breuiter inſeram⁹: quum etiam ad Mediolañ. ſpectet aliq̃
pauca repetendo. Poſt mortem Joãne ſcdẽ regine Appulie/
Renat⁹ andegauie dux idẽq rex appulie — quum vocatus a proceribus regni ex ordinatiõe eius fuiſſet
Renatus dux Andegauie ad ipſum capiẽdum: q̃ capt⁹ a du-
ce Burgundie detinebatur: retardauit aduentũ. Et interea
Alphonſus rex Aragonũ e Sicilie regnũ ingreſſus plures
ciuitates vſurpauit: ⁊ aliquos ex principib⁹ regni amicos et
confederatos fecit. Exinde cũ magna claſſe Caietam ꝑ mare
⁊ terrã obſedit: vt nil victus poſſet inferri. Et quũ victualia
intra deficere inciperent: ſtatuerũt Genuenſes eis ſuffragia
miniſtrare. Unde de volũtate Mediolañ. (cui tunc ſubditi
erãt) onerata naue frumẽti cum claſſe armata profecti ſunt
verſus Caietã: ⁊ quũ ꝓpinquaſſent ad ciuitatẽ claſſis Ara-
gonũ ꝯtra eã egreſſa eſt: ⁊ in ea erat rex Aragonuꝫ Alphonſus: ⁊
duo ex germanis eius multiꝗ ꝓceres nobiles ⁊ prelati. Cõ-
ſertũ eſt prelium nauale atrox ⁊ horrendum: vt ſe inuicẽ facie
ad faciem gladiis ⁊ ſagittis impeterent. Deinde claſſis Ara-
gonũ. ſupata eſt a Genuenſib⁹. Capto rege Alphonſo ⁊ fratre
Alphonſus aragonum rex a genuenſib⁹ in conflictu nauali capitur. — eius ⁊ multis nobilibus regnicolis Siculis ⁊ Aragonũ. Sol⁹
vnus ex fratribus regis Petrus Infans ex dignitate voca-
tus/ cum triremi aufugiens euaſit. Soluta ex hoc obſidione
Caiete: de victualibus ꝓuiſum eſt abundanter. Et q̃ ducem
claſſis Genuẽſis deputauerat Mediolañ. ſibi fidelem ⁊ iuſ-
ſis eius omnimodo obtemperantem: mãdauit Philippus re
gem Aragonũ. cũ germano etiam rege captos ad conſpectum
ſuum adduci. Quẽ dux Mediolañ. nõ vt hoſtẽ recepit: ſed vt
amicum ⁊ familiarẽ humaniſſime ⁊ honorificẽtiſſime tracta
uit: ⁊ poſt nõ multos dies liberaliſſime dimiſit: mirabili cer
te magnificentia in duob⁹ ſimul regib⁹ ac tot procerib⁹ libe
randis. Quid aũt adinuicẽ cõdixerint vel pacti fuerint in tã
ta beneuolentia oſtenſa ignorat̃: ſed ea liberalitas amittẽdi
Genuã cauſa fuit. Genuẽſes eñ vſqꝫ adeo indigne tulerunt
regẽ Aragonũ. inimicũ ſuum abſqꝫ aliquo ſui reſpectu fuiſſe
dimiſſum vt Mediolañ. ſeruitutis iugo repulſo in libertatẽ
ſe vindicarent. Florẽtini vero ⁊ annona primum ⁊ mox auxi-
liis multum eos iuuarunt. Rex igitur dimiſſus reuerſus eſt
ex captiuitate ad regnum: ⁊ non multo poſt plures ciuitates
⁊ oppida regni arripuit: ⁊ ipſam Caietam in deditionem acce
pit ⁊ caſtrũ inexpugnabile in cacumine (in quo pars ciuita-
tis magna ſita erat) edificari fecit. Demũ dimiſſus dux An-
degauenſis Renatus tardeꝗ veniens propter detentionem
de eo factã a duce Burgundie: ingreſſus regnũ Neapoli que
pro eo tenebatur/ cum honore magno ⁊ gaudio ſuſcept⁹ eſt.
Indeꝗ plura certamina inter eũ ⁊ regem Aragonuꝫ de iure
regni contendentes inuicẽ cõſerta ſunt. Augebantur vires
regis Aragonum gentibus ⁊ ciuitatibus ſeſe ei dedentibus
Petrus infans Alphonſi frater occidit̃. — vltro vel vi coactis: ⁊ econtra Renati minuebantur: vt poſt
breue tempus ipſa ciuitas Neapolitana obſideretur a rege
Aragonum. Una autem dierum germanum eius petrũ In-
fantem dictũ virum valde bellicoſum circũeuntẽ menia ci-
uitatiſq́ſ ſunt iuxta litus maris: lapis ex bombarda emiſſus
ꝑcutiẽs caput eius totũ aſſumẽs in mare traiecit: nec vnꝗ
valuit reperiri. Sicꝗ truncatũ corpus in eccleſia ſancti Pe
tri martyris cũ ſolenni põpa ſepultum eſt. Quũ aũt obſeſſa
eſſet ciuitas: noctu per cloacã ſubterraneaꝫ hoſtes ingreſſi
eã ceperũt. Renatus aũt in caſtrũ nouũ refugiẽs/ quũ nullũ
ſperaret ſubſidiũ: caſtrum dedit liber abire permiſſus. Qui
Florentiã adueniẽs vbi erat Eugenius cũ curia ſua/ aliquã
diu ibi morat⁹ ⁊ humane ⁊ honorifice tractatus: tandem ad
propria eſt reuerſus. Totumꝗ regnũ Appulie rex Aragonũ
nullo reſiſtente poſſedit de facto quum tñ Renatus bullas
apoſtolicas prius obtinuerit in concilio Piſano/ ⁊ (qḋ mai⁹
eſt) in ꝯcilio Conſtãtienſi conceſſionis ſibi facte ab eccleſia
de dicto regno. Paulo poſt ſolennes nuptias celebrauit filio
ſuo illegitimo Ferdinando nuncupato: ad quas etiam deſti
nati oratores Florentini congaudentes interfuerũt: nondũ
enim litem mouerat Florentinis ſed pacem habebat cũ eis.
Miſſus fuit orator ad ꝯgratulationẽ dñs Jãnozius de Ma
nettis miles Florentinus cum alio. Qui Jannozius multũ
perit⁹ in lingua latina greca ⁊ hebraica/ ſermocinatus eſt lu
culentius corã eo publice: multũ cõmendando a patria vñ
erat: a potentia: ab induſtria: adiiciens quoddã exẽplũ cuiuſ
dã prepotẽtis dñi valde bellicoſi ⁊ ſemꝑ ad alia anhelantis
qui vna dierũ colloquiũ habuit cũ vno ſapienti barone mul
tum familiari ſibi de his que intendebat agere in mouendo
prelium contra terram vicinam: cui ait ille. Dñe mi poſtꝗ ce
peritis illam ciuitatem cum multo labore: quid vltra facie-
tis? Qui reſpondit. Ibimus poſt cõtra talẽ aliã ciuitatẽ. Et
ille. Capta ea: quod cuꝫ magna expenſa ⁊ periculo fiet: quid
poſtea fiet? Et dñs. Laborabimus ꝓ alia patria. Et poſt mul
ta ſic enumerata ⁊ reſponſa ait baro. O dñe nonne meli⁹ eſt
vobis ꝙ latum illud dominium in pace habeatis ⁊ gauden-
tis: quam quotidie alia querere: ſemper laborare: periculis
ſe exponere: ⁊ nunꝗ quieſcere? Certe ſic.

§.III. Quum autez Franciſcus

omnem ferme ad vrbem Luce aditum/ tum foſſis: tum vallo
precluſiſſet: captis nonnullis humilioribus caſtellis Nico-
laus ad oppidum Bergam diuerterat: tum loci natura/ tum
defenſoribus munitum. Id poſitis caſtris quũ obſideret: mi
liteſꝗ nil hoſtile timentes (triginta enim paſſuũ milia Frã-
ciſcus aberat) cuſtodias obirent negligentius: ſummũ adijt
diſcrimen. Nam miſſus a Franciſco cũ leuis armature pedi
tatu prefectus/ incõpoſitos de improuiſo adortus hoſtes: et
ſimul qui in preſidio caſtri erant/ ex preparato egreſſi porᷓ
tas: maiorem quam pro numero tumultum exciuere. Aſpera
vtrinꝗ dimicatio fuit: tamen fuſi fugatique Nicolai milites
Ludouicus marchionis mantuani filius capitur — Ludouicus adoleſcens domini Mantuani filius qui cuſto-
die caſtrorum preerat/ accepto vulnere captus eſt: reliquus
exercitus facto globo armis ſumptis ſuis auxilio accurre-
runt: prefectuſꝗ paratior ad manus venerat: at Franciſcus
cum Ludouico redũt: obſidio poſtmodum ab hoſtibus reli-
cta eſt. Inſtabant vero apud Florentinos Ueneti: vt quo-
niam Luca in poteſtatem eorum procuiduhio ventura erat:
Franciſcus ad ſe mitteretur: vt additis copiis flumine Ad-
dua ponte iuncto Mediolañ. agrum depopularetur. fore vt
dux propinquo fatigatus bello curas abiiceret Luce tuende.
Uerum quum id impetrare nequiſſent (id enim tentari opi-
nio perſuaſerat: quo Lucani obſidione liberarent) ipſi ſuis
viribus fabricato ponte exercitum traducere conati ſunt.
Et id ſucceſſiſſet conſilium niſi continuus imber rem diſtur
baſſet. Propter ſuperiorum enim regionum nocturnas plu-
uias adeo flumen excreuerat: vt nulla facultas daretur pa-
los aut naues in alueo ſiſtendi: nauicularumꝗ vſus nullus
eſſe poterat. Uidentes Ueneti eorum conſilia ſecus vt rati
erant cecidiſſe: ⁊ Nicolaum fore bello ſuperiorem: rurſus a
Florentinis petiere vt Franciſcum trans Padum in eorum
ſubſidium deſtinarent. Id quum difficile videretur (vulgo
enim iactabatur id cauſa aduertende Lucane obſidiõis qḋ
neꝗ in rem Florentinã fore tam longe a ſuis preſidiis talem
ablegari ducem belli) impetrarũt vt regium Franciſcus pete
ret: Parmenſemꝗ agrum popularetur: quo tuẽde illius vr-
bis cauſa Nicolaus ab obſidione Bergomi amoueretur. Ce
perat enim demolitiſꝗ erat nonnulla carra de Bergomo: ⁊
ipſius expugnationi incumbebat. Sed quum ſciuiſſet Nico
laus Regium veniſſe Franciſcum timens Philippi reb⁹ tune
ſtigio Parmam relicto Bergomo conceſſit: eoꝗ ad ſe maiore
ducis copiarum parte conuenire iuſſa: fabros lignarios/ cur
rus/ iumentaꝗ/ pontibus ligneis ſcalis commeatuꝗ feren-
dis accommodata cogens: palam vociferabatur ſe ad liberã
dam obſidionẽ Lucaꝫ profecturũ. Hoc apparatu territi Flo
rentini/ cum Venetis egere vt ſinerẽt Franciſcum ad obſidẽ
dã Lucã reuerti: cuius auxilio Nicolao obſiſti poſſet. Id Ue
neti aſſenſere: ſatis ſibi factum rati eam belli molẽ ad ſe in
Tuſciã trãſlatã. Retro igitur Frãciſcus per mõtes Murioſ

ſco

ſed tranſito Apennino verſus Lucam pficiſcit. Secutus eſt eum alio itinere Nicolaus. Poſtulauit aūt Frāciſcus a Florentinis obnixe augeri ſibi copias. Sz quum nulli eſſent in propinquo equites: Venetos rogarūt vt Guidantoniū Manfredum equitū quingentorum prefectū ad Franciſcū ire ſinerent. Quod facile cōceſſum fuit. Frāciſcus aūt auctis copiis a Venetis & a Florentinis preteriti temporis merita ſtipendia poſcebat. Pari enī ſumptu conductus fuerat. Quod poſcebat a Florētinis/ꝗprimū ſatis eſt ei factū. Veneti autem ob denegatū antea ad ſe Frāciſci aditum indignati/ſtatuerūt nulli niſi qui cis Padum militaret ſtipendia pberet: ideoq varias cauſas afferre cur ab eis niſi certa conditione deberetur. Multaq aduerſus eū ſunt oblocuti: que mētem Frāciſci ſatis turbarunt. Exiſtimabāt plures (id quod haud ambiguum videbat) hoc reſpōſum eo ſpectare: vt Frāciſcus ira motus obſidionē desereret ceptam. Florētiniq cū ignominia pellerent. Franciſcus vero paululū commotus: a Florētinis etiam que a Venetis debebant volebat ſolui: ſigna quedam pre ſe ferēs animi cū Philippo reconciliati. Nam & oratores eius ad ſe miſſos preter opinionē benigne excepit humaniterq eſt allocut⁹: neq verbis ſimultatē aliquam aduerſus eū oſtēdit. Hac difficultate ducti Florētini/cum Frāciſco egerūt vt paruper differret poſtulata: quoad mitterēt ad Venetos p pecunia ſoluēda. Miſſus eſt ad Venetos cōfeſtim vir prudētia virtuteq inſignis Coſmas de Medicis: qui ad id munus potiſſimum eſt electus: tū qꝛ ciuis optim⁹ erat & in repub. preſtans: tum qꝛ acceptus Venetorum ducis multiſq ciuibus ſumma beneuolētia coniunctus: ſperabat eo potiſſimū oratore rē communē abſq difficultate cū Venetis & Frāciſco tranſigi poſſe. At Veneti quum bellum ab eis remotum eſſet: paucam de ſociis gerebant curam. Multis rationibus oſtēdit Coſmas Venetis pro iure federis adpromiſſa ſtipēdia petiſſe: ita enim illum fidem mereri/qui magno ſuo incommodo Regiumq ipſi a Piccinino tuti eſſent tranſiſſet. Periculum fore ne conteptus ab eis Philippo hereat qua ſola re haud dubiū foret illum fore ſuperiorem bello: ſed contepta Coſme adhortatio eſt: & poſtulata neglecta. Multi enim capi Lucam egre ferebāt. Re infecta: Coſmas Ferrariam inde Florentiam reuertitur.

§. IIII. Interea Piccinin⁹ trāſ

ſitu Apennini prohibitus/agrum Mutinenſem petit: commeatum vero quem Lucam erat cōportaturus/eiſdem iumentis Caſtillionem Lucanorum oppidum in iugis Apennini deferri iuſſit. Ipſe per agrum Bononienſem aut per Flaminiam ſe Lucam ſimulat iturū. Inde Bononiā verſus iter aggreditur: miſſis ad pontificem Ferrarie tunc reſidentem nuntiis: qui tranſitum pacatū peterent per territoriū Bononienſe. Quo conceſſo: ſpem dedit Eugenio ſe contra Franciſcum iturū: quo ablata per eū eccleſie reſtitueret: data vtrinq fide publica. Nicolaus quum Bononiam pretergreſſus neminem violaſſet. poſitis iuxta Judicē fluuium via flaminia caſtris: quum fingeret ſe in Hetruriam traiecturum: Aſtorgium Manfredum cum duabus equitū turmis ad obſidendum Oriolum Florentinorum caſtrum premiſit: ipſe eueſtigio ſecutus oppidum vi expugnatum hoſtili more diripuit.

Pacis cōditiōes. Deſperato Venetorum auxilio Franciſcus iam antea tētatā cum Philippo Mediolanēſi pacem pſequitur: haud inuuētibus Florentinis. Qui cognita eorum mente quū res ſue in arcto verſarentur: et hinc ſtaret hoſtis acerrimus: illinc Luce potiunde ablata ſpes videretur: per occulta tū cōſilia cū preſidia que illi ſubminiſtrabant: authores hortatoreſq ei⁹ pacis fuere. Verebāt enī ſe a ſociis deſtitutos: ſolos a Philippi copiis oppugnari. Hāc pacē iniit pepigitq Franciſcus nulla Florētinorū mētione habita. Conditiones pacis multe fuerunt: in quib⁹ ille erāt precipue: vti ei Philippus certa ſtipendia intra conſtitutū diē ſolueret: tum vti reuocaret Philippus equitatū peditatūq omnem Florētinorū damno: vtq de eorum ditione per ſuos capta reſtituerent. Luca liberata obſidione: fedus pacis in decēnium firmaret cum Florētinis: Caſtella & oppida amiſſa ab eis cederent Florentinis. Lucanorū ius poteſtaſq vltra ſex miliaria non protēderet. Qui eorum armis alterū laceſſeret: ſe eos bello pſecuturū oppugnaturumq pacis violatores. Filiam quoq Franciſco Philippus deſpōdit. Multaq preterea ꝯditionib⁹ adiecta: quib⁹ nulla in re federi qđ inter Venetos & Florētinos ictū erat (omnia enim Franciſci nomine acta erant) derogabat. Magna videbantur inter Philippū Florentinoſq iacta reconciliande gratie fundamēta. Verū anim⁹ ſubdolus quietem abhorrens/ex .xx. capitulis que in pace inita erāt: nullū preterq̄ de danda pecunia ſeruauit. His actis quū exceſſiſſet Oriolo Nicolaus: idq deſtitutum preſidio eius Florentini recuperaſſent: in finibus agri Foroliuienſis poſuit caſtra. Inde Rauēnā q̄ a Venetis tenebat: pfect⁹ quū diutius oppugnaſſet: deditione tādē facta eā recepit. Relictoq ibi preſidio Imolā/Foroliuiū/Bononiā/preter cōuentus cū pontifice ciuiū proditione cepit. Per dum contra pontificem aguntur Gatta melata vir bello ſtrenuus atq impiger rei militaris Venetorum gubernator factus (nā Marchio Mantuanus cōtracto in Venetos odio eos deſeruerat) accepto exercitu in agrum Bergomenſem profectus/oībus que a Nicolao erepta fuerant in pſtātem redactis: agrū Cremonenſem quū iam flaueſcerent blade: late populatus eſt. Qua re motus Nicolaus: cōtractis in vnū copiis preſidioq vrbibus a ſe captis impoſito: ipſe cōfeſtim magnis itineribus Padū traiecit: ac oppidū agri Cremonēſis Caſale dictū maius iuxta Padum obſidiōe cinxit: & quū muri turreſq machinarū ictu cōquaſſate eſſent: oppidani deſperato ſubſidio cū preſidio ſeſe dedidere. Rogabāt iterū Veneti Mantuanū vt ſuo exercitui preeſſe vellet: cuius dux vt antea crearet. Ille vero qui iam cum duce ꝯ eos occulte cōſpirauerat: pcul ſe a bellorū cura abeſſe velle aſſerebat. Neq enī militie labores amplius ferre poſſe pfitebat. Filiū quoq maiorē quū in militiā poſtulaſſent: negauit aſſerens animū ſibi eſſe nemini fauere. At Foſco equitatus parabat: quo ducis exercitui facili⁹ iungi poſſet. Solicitabat agri Brixienſis oppidanos Nicolaus ad defectionē: iuuentuſq erat ſigna poſſet Gattā melatam arte intercipere. Hortabat Gattaz Mantuanus (cui ad tria milia equites pediteſq erant) vt copias ſecū iungeret. Id veritus vir ſagax & prudēs: ac de Nicolai trāſitu deq ſubditorū fide dubius: duos equitū prefectos Veronā miſit. Id moleſtum fuit Mantuano: diſſuadebatq mittendi conſilium quo ſuccelius preſidio nudatis/deſciſcendi daretur facultas. Plures dies in fallendo hoſtem ſi poſſet Nicolaus cōſumpſit: ſz Gatta prudenter vitauit. Poſt hec quū Nicolaus cum omnibus copiis Mantuani opera Olium tranſiſſet: omnia ferme Brixiani planei oppida ſe illi tum ſponte dedidere tum meſſis amittende metu: kalende enim erant. Sola/Mons clarus/Vitium/& Placiolum/in fide manſerunt. Caſtra munierat Gatta prope Brixiam miliaria quinq. Cuius tū ſubitus aduentus: tum defectio oppidorū ciues conterruit. Et quū partem exercitus Gatta p cuſtodia in vrbem miſiſſet: ab altera ciuiū factiōe repudiata eſt: aſſerente ſuis ſe viribus vrbem tutari velle. Due namq factiōes: altera Gibellinorū/Guelforū altera ciuitatem diſtinent. Guelfi aliorum timore arces a ſe cuſtodiri ptēdebāt. Magnū motū ea res pciuitſ: ciuitate: et haud procul a ſeditione erant. Pretor in Veneti virtus (is Franciſcus erat Barbarius) prudentia & eloquentia ſingulari ſuadendo/hortando/monendo/deprecando/omnem compreſſit motum. Paucos deinde poſt dies in vlteriorem oram Veronam verſus traductis militibus omnia regionis illius caſtella triduo cepit Piccininus. Plures quoq montani qui in variis vallibus erant (ea gens mobilis & inconſtans) tranſiit ad Philippum. Miſſi tamē a Venetis eo nōnulli prefecti & aduerſe factionis viri/hoſtes exultantes letitia magna cede edita fuderūt.

§. V. Quum inferiores terre-

ſtri bello Veneti eſſent: claſſem maximā armare decreuerunt: vt ob priuatum diſcrimen Mantuanum ad ſua tutanda reuocarent: & ſimul vt ceteris in fide perſiſtentibus animus augeretur. Et claſſi que erat .cxiiii. nauiū ad varios belli vſus fabricatarū: dux preficit Petrus Lauredanus vir ea tempeſtate & belli & pacis artibus preclarus. Hā maiores naues lx. alie minores ſecute ſunt vſui neceſſaria afferentes. Apparatus claſſis ingens erat: tū machinis: tū omni tormentorū genere que ad expugnanda oppida pertinerent: ſiue aqua ſiue terra pugnandum foret. Rediens a Roadi obſidione Nicolaus/paucos & intra dies eo oppido potit & multis ſe tradentibus vltro. Erant Brixie maiori ex parte Venetorū copie duce Gatta. Ob eam rem parabat obſidere vrbem Nicolaus/cōfiſus ſe eā in pſtātem fame redacturū. Id timens Veneti/decreuere vt Gatta cum maiori equitū parte ibi & aliis in vrbibus opportuni defenſores locarētur. Data eſt ei quoq facultas maiorē equitū peditumq numerū cōducendi: quo Nicolao obſiſti & ſua defendi poſſent. Quum autem Vrtius oppidū nō armis/ſed proditione Nicolaus cepiſſet: qđ multū Brixiēſes perturbauit: ppterq hoc oēs ſunt erēt Gattaz ne equitatū & peditatū p vrbis defenſiōe retinendos: ſolus Franciſcus Barbarus prefectus ex parte Venetorū/ne nuda defenſorib⁹ paterēt hoſti alie ciuitates & precipue Verona hortat⁹ eſt Gattā vt modico preſidio ibi relicto: exercitū oēm non qua antea tentauerat via: ſed p montes trāſitus p pinguis paludib⁹ Veronā duceret. Quod ille fecit: & mōtes aſperrimos & infeſtis hoſtibus plenos p pcipites ſaltus & pene inuios quatriduo profectus: quū pluribus locis ferro via

Venete claſſis apparatus.

eſſet aperienda: tandē pluribꝰ prelijs octingētis equitibus amiſſis maximo labore Veronā venit. Interim quum maxima in expectatione claſſis parata foret: timens rebus ſuis Marchio Ferrarienſis Nicolaus (incertus em̄ erat quo duceretur) ad duo milia equitum ⁊ quingētos pedites aduerſus externam vim ſiqua ingrueret: precio cōduxit opa Eugenij pontificis qui tunc erat Ferrarie ꝓpter cōciliū quo Greci veneāt: renouato cū Venetis federe. Dum claſſis Padū ingreſſa expectat diutiꝰ ꝙ belli gerēdi ratio poſtulabat: ductum eſt Mantuano tēpus ea loca quibus claſſe noceri poterat minuēdi ac preſidijs firmādi. His em̄ caſtellis iuxta Padum egregie munitis: palos ingentes catenis colligatos iuxta ripam triplici ordine defixit: quibꝰ acceſſus ad terrā nauibus prohiberet̄. Propugnacula inſuꝑ frequētia ⁊ caſtella in locis opportunis diſpoſuit: ex quibus milites ripam ab aſcenſu hoſtium defenſarent. Inter cetera Hoſtiliā oppidū in Padi ripa omni arte ſepſit: tum palis: tum ꝓpugnaculis/ tum catenis/ quibus aditus nauium arceretur. Dum hec a Mantuano aduerſus claſſem preparantur: Nicolaus Piccininus ad obſidendam Brixiam a qua Gatta aberat vt ſupra patet/ intentus: aquas fiſtulis in vrbē peductas: flumina q̄ꝫ ⁊ propinquos riuos auertit: tribuſq̄ caſtellis vrbem cinxit.

Nicolaꝰ Piccininus obſidiōe validā brixianos vrget.

Erumpebant quotidie Brixiani aduerſus caſtellorum cuſtodes: et aſpera certamina certabātur. Nicolaus glorie cupidus Brixiā vi expugnare cogitāa: ſperabat aut vi (quū pauci milites vrbem cuſtodirent) aut fame: aut obſidiōis tedio ciues deditionē facturos. Igitur contractis vndiq̄ copijs ſimul coacta magna ruſticorum manu: multis machinis ⁊ bōbardis cōportatis: caſtris poſitis vrbem cinxit. Erat equitū Brixie prefectus Taddeus Eſtenſis vir bello vtilis: ⁊ pretor Franciſcus magni vir cōſilij: qui conductis in ordine militibus deſcriptoq̄ per cēturias populo eruptione facta quū in fugaꝫ hoſtes qua eruperāt vertiſſent magna edita cede: hoc veluti contēptu indignatus Nicolaus adito milites plures bombardis oppoſuit: quibus ⁊ menia ⁊ turres deijcerentur: alijſq̄ in locis ſimile tormenti genus erexit: quibus turres et muri cōquaſſarentur. Qui adeo diebus paucis confracti ſunt: vt plures ciues deditionem cogitarent: ſed pretoris diligentia qui ſingulis locis ſingula preſidia prefectoſque diſtribuerat: ad menium defenſionem ciuium animos ab vrbis liberorumq̄ defendendorum cura conuertit. Quo factū eſt vt omnes vna mēte obſidionis laboriſq̄ pericula ſe ſubituros denuntiarent.

§.VI. Pluribus diebus aſpera

prelia cū hoſtibus erant: ac multi ex vtraq̄ parte cadebant. naꝫ quū magnā murorum partē Nicolaus machinis ſtrauiſſet: et ipſius ruinis ciues cum hoſte pugnabant. Id aliq̄diu maximo labore ciuiū fuit: nocturna .ſ. reparatio murorum q̄ interdiu ciderant loco. Ad hoc q̄ꝫ opus perficiendū femine etiam mixte viris ſummo ſtudio velut in eo conſiſteret ſalus patrie inſiſtebant. Verū quum ea res haud ſatis firmū preſidium afferre: ibi aggere denſiſſimo a parte interiori murorum altitudinē equabāt. Cuniculis q̄ꝫ via in vrbem tentata eſt ab hoſtibus: ſꝫ in caſſum ij conatus euaſere: quum ciues ipſi ſimili ope occurrentes hoſti: igne/ fumo/ ferro/ eorū labores repuliſſent. Tentatum inſuper a Nicolao aliud vrbis potiunde conſilium. Nam partē muroꝝ a fundamentis foſſam verſus ciuitatem impellere: ac ꝑ ruinas vrbē ingredi cogitabat.

Mulierū in vrbe defendēda virtꝰ

Et prefecti q̄ venturā ad ſe ruinā ꝓſpexerant: ciuiū militū auxilio cōtis trabibuſq̄ impulſum ſupra hoſtes ruere feceriſt: qua ruina multi mortales extincti ſunt. Comperṫq̄ eſt omnis gn̄is feminarū maximā fuiſſe operā in vrbe defendenda/ magnāq̄ laudem cōſeruāde p̄rie tuliſſe. Non em̄ ſola viris arma opportuna ſubminiſtrabāt: ſꝫ etiā ipſe armate ꝓ viribus pugnabāt cominus: et certe locū quendā a ciuibꝰ labore defeſſis deſperatiōe q̄dā defertū ſole accurrentes femine hoſtē repreſſere paulliſper/ quoad integri ſuccederēt feſſis: nec virorū filiorūq̄ in earuꝫ aſpectu aut ſauciorum aut mortuorum dolor a tutela murorum auertit ⁊ vrbis defenſione. Vrgebat ciuitatem peſtis ꝑualida: q̄ plurimi interibant. Placuit igitur emittere voluntarios. Magna multitudo etatis imbecillis tū viri mulieresq̄ ac pueri vrbem reliquerūt. Fuit quoq̄ illa pretoris ꝓuidētia haud parua: qua mortuos publica impenſa ſepeliri: ⁊ ſaucios adhibitis medicis procurari ordinauit. Multa a Nicolao ad expugnandū vrbē ſunt excogitata: que omnia vrbē defendētium virtus ⁊ fortitudo ſuperauit. Nam fiſtulas aquarum in vrbē fluentiū interrupit: riuos procul ab vrbe deflexit: muros diruit: cuniculos egit: ꝯtinuis ꝑlijs ciues ⁊ milites defatigauit. Que oīa quū in vacuū cecidiſſent: ira motus Nicolaus ſtatuit omnibꝰ copijs viribuſq̄ ꝑ turris Morabeliane ruinā vrbem ſubigere. Cōmiſſa vtrinq̄ acerrima pugna: tandē obſtinatiōe ciuium hoſtes ſunt reiecti: quū pluribus horis equis viribꝰ pugnatū eſſet: multis vulneratis amplius ducētis ex hoſtibꝰ cecidere: ex defenſoribus .xl. Omiſſa eius loci pugna: Nicolaus oppidanos labore defeſſos ratꝰ quieti vacaturos: e veſtigio ad aliā partē vrbis cū oībꝰ copijs oppugnandā acceſſit. Ibi quoq̄ quū diutius ne q̄cq̄ aditū tētaſſet: reiectꝰ ciuiū ꝯſtāti ad defenſionē aīo/ oppugnationē reliquit. Peribāt em̄ multi ex ſuis: multi vulneribus debilitabant̄. Sepius deinceps diuerſis in locis que cōmodiora oppugnatione videbantur/ acerrima comportatis ad pugnandum varijs machinis prelia cōmiſit. Sed multis vtrinq̄ percūtibus: Nicolai equites peditesq̄ quum plures ictu lapidū interfectos laceratoſq̄: ⁊ multos vero actos e muris precipites: ſociorū turbā partim ceſam: partim ſemiuſtulatam vidiſſent: ſublato clamore duce increpabant: q̄ tot preclaros bello viros certe morti incaſſum addixiſſet: ita q̄ tum ſolis vocibus tum deſperatiōe vrbis recipiende adductus/ in fine mēſis Decembris exercitum in hyberna dimiſit. Octingenti amplius ex ciuibus ex mercenarijs vrbibus .cc. ex hoſtibus vltra duo milia ea obſidione ciderunt. Ne tñ diuo intermiſſa obſidio videretur: Italianus Philippi prefectus cum duobus equitum milibꝰ in captis oppidis ad impediendum cōmeatū relictus: varijs incurſionibus terrebat vrbem: nullo dato ſpiramento otio. Soluta obſidione precipua Venetis eo comportandi frumēti cura erat. Nicolaus quoq̄ꝫ ad id incumbebat maxime: ne quid frumētarij ſubſidij ad ciues deferri poſſet. Ereptis em̄ frequentibus in conuallibus ⁊ montibus caſtellis foſſiſque obductis ademerat vehende annone facultatem. Conatus eſt tamen Gatta (quem ducem exercitus Veneti conſtituerant) in vrbem frumenta mittere: ſed interceptum eſt in itinere a Nicolao: non abſq̄ deferentium detrimento. Accepta tamē per Italianum clade apud pontem Sarche fluuij acto eius preſidio ⁊ filio occiſo: paululum Venetorum res eſt reſtituta: reliqui ad montes confugientes: cōmiſſa pugna cū Venetorū prefectis profligati ſunt: quo prelio ad mille hominum ex Philippi militibus occubuere. Poſtq̄ obſeſſis itineribus oīs ſubſidij aditus erat precluſus: alia ratio a Venetis ſubueniendi vrbi eſt excogitata: res vtiq̄ ardua. Modus autem prouidendi ⁊ defendendi annonam Brixie fuit valde mirabilis ⁊ difficillimus ⁊ ingenioſus per Benacuꝫ lacum: ob breuitatem dimittitur.

§.VII. Que ad Brixie ſtatum

pertinebant compoſita: iam prouiſione facta de annona haud ignorabant Veneti Mediolanenſem numero ⁊ virtute exercitus ſuperiorem futura eſtate (ſicut accidit) Veronam aut Vincentiam inuaſurum. Neq̄ erat vñ nouos milites cōpararent: quibus hoſtis viribus obſiſteretur. Id vnum ſuarū rerum preſidium cenſebant fore: ſi Franciſcus ex Piceno in eorum auxiliū veniret. Id difficile dicebāt: propter contractam cū eis antea Franciſci indignationē. Nō tñ diffidebant illū in ſuā partē trahi poſſe: Florentinorū quibus erat amiciſſimus interceſſione. Sed verebantur ne id a Florentinis denegaretur: qui meminiſſent quanto cum faſtu ⁊ contēptu ſociorum Coſme ⁊ Juliano oratoribus olim de cōi re agētibus reſpōdiſſent. Suppudebat q̄ ꝓ ſubſidio orare Florētinos: faterique ſe eorū opera egere. Neceſſitas tñ pudore vicit. Miſſoq̄ Florentiam legato Jacobo Donato qui Coſme Laurentioq̄ fratri hi primarij habebantur ciuitatis viri ſumma familiaritate coniunctus erat: cum eis ceteriſq̄ ciuibus qui ad id opportuni videbant̄/ multis verbis contendit: vt Franciſcus in eorum ſubſidiū pergeret: quod haud magno certamine impetrauit. Sciebant em̄ Philippū niſi eorū ſeruaſſe q̄ ex federe promiſiſſet. Sepius quidē eius fidē dubiā ⁊ inſtabilē experti/ nolebāt illū bello Venetorū ſupiorē eſſe: q̄ꝫ veri erat ſimile/ ſi preterita aiaduerterent relictis Venetis Philippū in ſe arma verſurū. Venit interim mēſe Januarij Florentiā pōtifex Eugenius conciliū habiturus pro Grecis: qui oratoris Veneti ꝑcibus Frāciſcū hortatꝰ eſt ad capiēda a Venetis ſtipēdia: ipſe fide publica pollicitus ſe ei que de eccleſia Romana tenebat (id em̄ petebat̄) conſeruaturum. Contracto igiṫ ꝑ quinquēniū inter Venetos ⁊ Frāciſcū federe: he conditiones intere a ſunt adſcripte: vt tum Venetorū tñ Florētinorū vnicus dux belli eſſet: quatuorq̄ equitū ⁊ duo peditū miliū ſtipēdia ſibi impenderent. Vtriuſq̄ inſuꝑ populi tū coducte tū cōducēde ſibi parerent. Additumq̄ vt Nicolaus Ferrarienſis marchio cū mille qngētis equitibus: quorū Guidātonius eſſet prefectus: et Borſius Nicolai filius cū equitibus mille Venetorū Florentinorūq̄ ſumptu ſub Frāciſco militarēt. Id palā factū fedus Nicolaū pepulit vt copijs vndecūq̄ ꝯtractis agrum Veronenſem inuaderet: exiſtimans ſe facile ea vrbe potiturum. Itaq̄ a Benaci ora cū exercitu profectꝰ pluribus in locis Athēſim tranſire Mantuani

ſuani auxilio conatus/ſepius ab hoſte repulſus:tādē ductorū quibus id demādatū erat ignauia:pōte nauib⁹ iuncto copias traduxit. Tranſgreſſus flumē Prigineacū oppidum validū ac opulentum quū aliq̄diu ſummis viribus oppugnaſſet:facta deditione recepit. Deinde Baldū receptum eſt. Plurima inſuꝑ oppida de Veronēſib⁹ ac Vincētinis:tū ſponte:tū vi i ꝑtātē redacta. Omnib⁹ ferme agri veronēſis oppidis potitus Nicola⁹ vna cū Mantuano/vrbē cepit obſideret tū natura/tū copijs/tū fide ciuiū munitā:ſed annone que ſumma erat caritia debilē. Interea iuxta Benacū lacum paululum fortuna Venetis fauit. Nā quū Italianus eo cū magno equitatu peditatuq̄ ad Madernū oppidum deſcēdiſſet:iuxta Brixianorū copijs/tū militib⁹ q̄s triremes vehebant occurrentibus quū ab ortu ſolis ad veſperā vſq̄ acriter dimicatū eſſet:fuſis fugatiſq̄ multis ⁊ interfectis ipſe equo deiectus noctis bñficio euaſit. Quadringēti in ea dimicatione capti in quibus tres haud ignobiles equitū prefecti fuere.

§. VIII. Dū3 hec apud Veronā

et Benacum fortuna varia geruntur:Franciſcus cum ſuis equitibus ac peditib⁹ (ad ſex mile q̄ erant) a Piceno recedēs ad vicum ſe cōtulit antique Hadrie tribus milib⁹ paſſuū ꝓpinquū. Inde impedimentis alio itinere premiſſis:ipſe ꝑ ligneos pontes tum in Pado tū in paludibus iunctos nauib⁹ adhibitis galeonibus qui ab hoſtium incurſu tranſitē tam varijs in locis tutarent/in agrum Patauinum copias trāſmiſit. Expoſitis in terra ſuis:id egit cōfeſtim dux belli peritiſſimus:vt q̄primū oēs Venetorum prefecti cū ſuis equitibus atq̄ peditibus ad ſe cōuenirēt:vt iuncto exercitu hoſtē deprimeret victoria exultantē. Nicolaus ſummis virib⁹ Veronam oppugnabat:admotis ad menia machinis atq̄ bombardis ad proſternendos muros:quo aditus in vrbem pateret. Sed audito Franciſci cū omnibus Venetorū copijs aduentu:deſperata victoria obſidioneq̄ relicta/ad oppidum Suauum qđ in poteſtate erat exercitū duxit:miſſis Mantuā rurſus machinis atq̄ tormētis reliquoq̄ obſidiōis apparatu. Duo erant itinera ꝑ que Veronā iretur. Alterū per mōtes:alterum per planitiē:vtraq̄ via diuerſis modis erat preclusa:partim foſſatis:partim caſtellis et propugnaculis et multitudine magna ruſticorum:vt Franciſcus ire nō poſſet ob liberandam ab obſidione vrbem. Erat Venetorum exercitus .xiiij. equitum:peditū ſex milium numero. Nicolao nequaq̄ pores erant copie. Que res metū iniecerat:ne diſcrimen belli cederet fortune. Frāciſcus primo Leonicum oppidum .xx. ſtadijs Nicolao propinquū:validoq̄ munitū preſidio:in eius ferme conſpectu obſedit. Et quū acri certamine muros aggrederet:oppidani rebellionis conſciētia ne vltimo afficerent ſupplicio veriti:omni conatu reſiſtebant:plures ex eis equitibus grauiter ſauciati:⁊ in ꝗs ꝑfecti duo:ad iram Frāciſcū cōmouerunt. Qui minatus oppidi deſolationem/totis viribus ad eorum expugnationē incubuit. Deſperata illi ſalute ſponte ſe ei dedidere:magis veniā ſperantes ex ea deditione:q̄ ſi vi caperentur. Recepto oppido ac mitigata ira Franciſcus pepcit omnibus:exiſtimās ea clamētia ceteros q̄ deſciuiſſent illorum exēplum ſecuturos. Que res minime prudētiſſimum ducem fefellit. Paruo enim negotio oīa ferme de Veronenſibus atq̄ Vincētinis ad eam diē capta in ꝑtātem rediere. Quum vero ad Suauū duceret exercitum:cōperit ibi Nicolaū oēs copias contraxiſſe:ea mēte:quacūq̄ ſiue per planitiē ſiue ꝑ mōtes Veronam hoſtis peteret:trāſitū impediret. At Frāciſcus priuſq̄ Nicola⁹ ſuſpicari poſſet q̄ eſſet iter factur⁹:iuxta montē in loco quem Annogriā vocāt cōſedit. Inde Veronā miſſis qui milites populumq̄ ad inuadenda mōtana caſtella hortarent:ipſe ꝑ montes aciem direxit:expugnatis q̄ iter impediebāt caſtellis:ac partim direptis:partī3 preſidio īpoſito:Veronā nullo hoſte obuio proficiſcitur. Sed quū peſtilentia ingrueret:tranſito Atheſi ad tertium lapidē via qua itur Hoſtiliā caſtra menſe Auguſto locat. Nicolaus timēs ne a reditu intercluderetur:incenſis ꝓpugnaculis caſtelliſq̄ duobus in foſſa erectis:⁊ ipſe Atheſim tranſit. Frāciſcus e veſtigio ad oppugnandū Sarādo reuertit:poſt aliquā defenſionem tandem ſe dedidere. Eo accepto ad cetera q̄ adhuc in fide Philippi perſiſtebāt expugnanda in Vincentinum agrū cōceſſit. Recuperatis q̄ defecerāt oppidis ad atheſim rediȷt:atq̄ eo quo antea loco caſtra locat. Sūma ei cura erat cōmeat⁹ Brixiā cōportandi. Etenī preter famē ⁊ bellū cōtinuū q̄ vrbē vexabāt:accedebat ⁊ peſtis ingēs que ciues admodū terrebat:ſingula ꝑ ſe mala perniciosiſſima. Deferebatur tñ ex Benaco lacu per mōtana loca ad ciues annona:pauca tamē:q̄ haudquaq̄ ſatis ad eos alēdos eſſet:ex quo ⁊ herbis vndiq̄ cōquiſitis/⁊ fedis etiā alalibus famem ſedare plurimi cogerentur. Nicolaus qui caſtra in plano poſuerat:quo iter id īpediret:ſentiēs Venetoꝝ naues in lacu ſecus littus ſeductas/milites vagos ferri/ac negligētius cuſtodire oīa:cū paucis equitib⁹ egreſſus caſtris ad loca ꝑgit:coactiſq̄ q̄ circa erant copijs/nautas ⁊ milites nil tale ſuſpicātes aggredit. Cōmiſſo certamie ⁊ naues ⁊ milites oēs capiunt:exceptis paucis quos fuga per mōtes rutos fecit. Eo illato dāno quū Nicolaus in caſtra reuertiſſet Franciſcus ineunte hyeme bidui iuxta Atheſim iter emenſus:ea qua naues traducte erāt via ad lacū profectus/enixe operā dedit:vt claſſis ex materia q̄ multa erat littori propinqua de integro reſtaurarent. Ea breui tpe cōſtructa plurimo vſui fuit. Erant circa lacū ea parte que ad Veronam vergit:oppida plurima inter ſeſe partiū ſtudio bellātia:quedam venetorū:q̄dā Philippi quū fauerent parti. Hec ferme oīa Frāciſcus in ꝑtātem redegit. Qua ex re motus Nicolaus aduerſo littore ſuis auxilio occurrēs/ad extremū lacus oreq̄ Tridentū pergit:atq̄ apud oppidū qđ Riuā dicūt cū haud magna manu cōſedit:ꝓhibitur⁹ ne quid annone Brixiā cōportaret. Quū vtrinq̄ certamina iuxta locū cōmitterent:⁊ tandē in acie pugnatū eſſet diutius. Nicolai copijs fuſis ac fugatis multi capti ſunt:plures ad vicina caſtella mōteſq̄ fugere. Nicola⁹ in turrim quādā fugit occulte:q̄ faciliime expugnata eſſet:ſi eo loco tātū virū latere crediðiſſent. Noctu vero ꝑ hoſtiū ſtationes clam a valentiore viro portat⁹/nonnullis conniuentibus ad ſuos reuerſus periculum euaſit.

Nicolai poſt fuſas bello copias diſcrimen.

§. IX. Quum parum ſuccederēt

Nicolai aduerſus Franciſcū cōſilia:relicto lacu cū oī ferme ſuo exercitu Veronā rediȷt. Oblata ſpe ꝓditiōis eius vrbis capiende ꝑ arcē quā veterē dicunt:ingreſſus menia de improuiſo vrbem capit omnem:excepta arce quadam in monte ſita ⁊ ponte qui ſubeſt arci. Poſt Nicolai diſceſſum Franciſcus quū aſcendiſſet montē itinere verſus tridentum ſumpto mōtanis que defecerāt recipiēdis caſtellis intētus accepit Verone defectionē. Varia militū ac prefectoꝝ erat ſententia. Quidā vt abȷceret recuperende vrbis curā:⁊ aliarū cuſtodie ⁊ ſaluti vacādū:ab alijs alia tū pericula tū difficultates afferebant:quibus abſcinderet ſpes ois auxilij ferendi:iter niuibus eſſe īpeditū:quū ꝓ maiori parte per mōtes eſſet trāſeundū:atq̄ viā ferme .l. miliariū ⁊ difficultatū hyemis aſpere ⁊ frigoris conficiendā:verendūq̄ eſſe ne vrbis ꝓditioni clades ſuorum militū3 adderet:que futura eſſet extrema calamitas venetorū. Solus Franciſcus vir magnanimus:cōſilijſq̄ ⁊ ſentētijs olm poſtpoſitis 3ria ſentiens:honorem ſuū ⁊ Venetorū ſalutē expoſtulare dixit:vt quāprimu3 ad recuperandā vrbē ꝓficiſceret:⁊ e veſtigioq̄ ipſe cu3 electis equitib⁹ ⁊ peditib⁹ (⁊ iam adueſperaſcebat) per montes oppletos niuibus iter ingreſſus ad primam noctis horam .viij. milibus paſſuū cōfectis/parū q̄eti tpis dedit. Deinde ante diluculu3 (nihil eñ ea nocte aut equi aut homines cibi ſumpſerant) longa confecta via ad Atheſim flumen in planities deſcendit:ac .xx. miliarium confecto itenere iterū aſcendens .xij. milibus paſſuum iter faciens Veronā ꝑuenit. Qui in arce erāt quā nondū ceperat hoſtis/ſuorum aduentu cognito:multa letitie ob inſperatū ſubſidiū ſigna ediderunt. Qua ex re moti duces hoſtiū cū parte exercit⁹ portam qua venturus erat Frāciſcus egreſſi:certamen atrox cōmiſerūt:diuti⁹ eſt acri pugna certatū:vrgētē tñ Frāciſci militer acrius pugnā:tergo dare terga hoſtes ſunt compulſi:immiſti victi victoreſq̄ vna ꝓſequēte Frāciſco vrbē ingredit. Quo audito tātus hoſtem terror inuaſit vt de fuga cogitarēt. Nicolaus ac Mantuanus cū omnibus copijs quatriduo poſtq̄ vrbē ceperant/noctu abierūt. Recepta Verona (que res Venetorū ſtatum ſeruauit) aduerſariorū predam (multa eñ pervariis loca nil aduerſi ſuſpicantes reliquerāt militibus ſuis in reſtaurationē eoꝝ que multa tū ob veniēdi celeritatē/tū aſperitate3 viarum amiſerāt:diſtribuit. His geſtis Franciſcus ad Benacū ꝑgit priori via:vbi de reficienda de integro claſſe per quā Brixiani ab inopia annone ſubleuarent/ſedulo operam dedit:que accitis operarijs ex materia propinqua haud priori inferior inſtaurat:que ad comportanda frumenta ⁊ ad ei⁹ regionis tutanda oppida plurimo vſui fuit. Montes inde e regione Brixie aſcendēs plura caſtella deperdita quibus trāſitus annona3 ferentibus impediebatur/recuperauit. Aduertēs Nicolaus ſummis Brixiam defendi viribus atq̄ expugnande ciuitatis Franciſco duce ſpem dari nullam/conſilium ſumpſit in Tuſciam 3 Florentinos tranſcendēdi. Quidā id Philippi conſilio factū credūt:vt Joannis cardinalis Cornetani qui ſecu3 3 Florētinos conſpirauerat copijs min gerentur. Alij eo conſilio Nicolaū in Tuſciā tranſiſſe ferunt quo Franciſcus opem Florentinis relicto Venetorum bello ferre cogeretur. Et id ſimile vero facile videbatur:preſerti3 quū pauci admodū in Tuſcia milites relicti eſſent:qui eos defenſarent ab incurſantibus hoſtibus.

§. X. Anno dñi. M. cccc xl. geſta

ſunt hec notabilia que nunc referuntur: Eugenio Florentie cum curia ſua reſidente: poſt receſſum recentem Grecorum ⁊ prius de ipſo cardinale Joanne Cornetano: de quo tactum eſt enarrandū. Hic Joannes quum eſſet curialis: familiaris multum effectꝰ Eugenio: defuncto domino Americo de Corſinis primo archiepiſcopo Florentino/ poſt vocationē ſedis illius per annum ⁊ vltra inſtitutus ab Eugenio prefatus Joannes cornetanus archiepiſcopus Florētinus: ⁊ ex ea digni tate aſſumptus eſt ab eodem ad cardinalatū: prius tamē ad patriarchatum. Idē legatus deſtinatus ad vrbem et ad partes regni ꝓductis copijs multis Romam que rebellis pape per annos mānſerat: dominio eius reſtituit. Cardinalis autē nepos pape Venetus qui in rebellione vrbis fuerat captꝰ et per menſes multos detētus: tandem fuerat liberatus. Preneſtina etiam ciuitas que cōtraria eccleſie fuerat: vi armorū capta eſt. Cōtra aliquos qui fuerant illius rebelliōis ⁊ factionis cauſa/ proceſſum eſt: ⁊ precipue contra quendam plebiū dictum Boncellum: qui primus excitauerat tumultū in ciuitate: ⁊ quaſi prefectꝰ vrbis Capitolium i cuſtodia habebat. Hic cum magna diligentia queſitꝰ ne ex tāto ſcelere euaderet impunitus/ captꝰ fuit: ⁊ in curru per vrbē ductus ſuſpenſus eſt: ⁊ poſtea in quatuor partes ſectus. Hic etiā in regnum Appulie ingreſſus/ queſiuit regem Aragonū de regno eijcere bellū gerendo. Et vna dierum que ſolēniſſima erat: quum rex in caſtris eſſet verſus Caietā ⁊ diuina audiret: nil ſuſpicatus cōtra eū agendum ab hoſte propter feſti celebritatē: ⁊ hoſtis eccleſiaſticus eſſet: repēte cardinalis ipſe cum copijs ſuis profectus eſt cōtra eum. Et niſi per modicam morā ante regi fuiſſet prenūtiatus cardinalis aggreſſus propinquꝰ contra eum: vtiq̄ captiuus fiebat. Sed fugiēs velociter ſic euaſit manus eius. Parū exinde proficiens reuerſus eſt ad vrbem ⁊ circūſtantes ciuitates Tyrānus quoſ aliquos perſecutores eccleſie extinxit: ⁊ inter ceteros ꝑfectum vrbis qui multa mala intulerat terris eccleſie/ captum decapitari fecit. Antonium comitē pontis here Piſanum ⁊ cruentiſſimū hoſtem manifeſtū Florētinorum (⁊ eccleſie vſurpauerat aliqua oppida) in bello ſuperatū in arbore oliuarū in cāpo ſuſpendi fecit. Conradū dominum Fulginei: qui multum fauerat Braccio cōtra eccleſiam certāti ⁊ alijs inimicis eccleſie: capta ciuitate Fulginei per proditionē cepit cum filijs: ⁊ captum ī arcē Soriani trāſmiſit: qui tandē ſententiam capitalem accepit. Demū quū premiſſis copijs vrbē egredi vellet iturus Cornetū: facta conſpiratione contra eum quum eſſet in ponte iuxta Hadriani ſepulchrū/ qđ dicit̄ caſtrum ſancti Angeli: caſtellanꝰ ipſius locis egreſſus e caſtro q̄ſi ad obuiā dum ei ex reuerētia: tenuit manum eius: catenaq̄ vt ordinata cum fuerat: ſubleuata eſt a terra ne trāſire poſſet: a quibuſdam autem ſatellitibꝰ caſtri cū haſtis aduncatis trahebat̄ ad caſtrū. In quo facto quum q̄reret retroducere: lapſus eſt cū equo. Sicq̄ captus adductus eſt in caſtrū ſancti Angeli vulneratus. Vulnus nō erat incurabile: ſed veneno mors ei accelerata eſt. Cauſam vel occaſionē ruine predicti cardinalis: hanc ſcriptā reperi fuiſſe. Quum ipſe Joānes cardinalis legatus pontificis eſſet in vrbe cū magno equitū peditumq̄ numero: hoſtis admodum eorum exiſtimatꝰ a Florentinis ⁊ Venetis ꝯtemptis: ſpernēs ꝓmiſſa cōparato exercitu Fulgineū obſedit cepitq̄. Qua ex cauſa cōqueſti apud pontificē tantam iniuriā ⁊ veluti ꝓditionē ſocioꝝ legati/ ad iram atq̄ odium patriarchā cōcitauerāt. Incitabat inſup indignatio in Frāciſcū: a quo e Piceno turpiter eiectus erat: q̄uē. factū belli ducē grauiſſime ferebat. Per internuntios autē inſcio pontifice cum Philippo clam inito federe poſtulauit vt Nicolaus poſthabita Brixia ad expugnandū ſecum ipſum belli caput accederet. Florētinis nullos preter admodum paucos adeſſe milites. Haud magno conatu improuiſam vrbem opprimi poſſe: aut regnaturos in ea exules. Permulti enim erāt qui relictis Venetis duci fauerēt. Sibi quatuor miliū equitum/ duorum peditum exercitū eſſe: vt ſi Nicolao iungeretur: haud dubiā in manibꝰ fore victoriā. Fama vulgata eſt ſi ex voto res ceſſiſſet: illum ſubactis Florentinis/ ꝑ Eugenij mortem ſibi pontificatū vendicaturū. Quicq̄d eius animus fuerit ipſe nouit. Fedus certe cū Philippo ab eo ſancitum eſt de bello Florētinis inferendo qui literis interceptis ꝓperta eſt: mortis cardinalis cauſa fuit. Data eſt enim opa q̄rundā ꝯſilio: quibꝰ ⁊ patre pontificis ſalus erat ceteris rebꝰ antiquior. Verum q̄uis ſic quidam ſcripſerit: ⁊ q̄ alij aliter dicūt relinquat̄ iſtud iudicio dei: qui oīa nouit etiā anteq̄ fiant.

Joānes cornetanus. Eugenij legatus.

Joānis Cornetani cedes.

§. XI. Anno eodem Nicolaus

media hyeme aſſumpta equitum ac peditū electa manu (ad tria milia ij erant) Februario menſe traiecto Pado in reficiendis macie confectis equis/ in Placentino Parmenſiq̄ agro paululum ſubſtitit. Lento poſtmodum gradu (nam niues itinera occupauerant) menſe Martio Bononiam copias producit. Statuerat vero antea: quo quiq̄ loco prefecti bellum gererent. Quoſdam enim Brixiā infeſtare: alios circa lacum obſiſtere hoſtibus: nonnullos Veronā/ in quā Frāciſcus hyemandi gratia miſſis in hyberna copijs conceſſerat: continuis excurſionibus iuſſit laceſſere. Sed maior rerum moles quā primo ſe offerret: Nicolaus q̄rebatur: in ipſam Florentiam vrbem inq̄ eius ſtatum euertendum inſidie ⁊ vires parabantur Nicolaus igitur q̄uis iniquo tēpore a Bononia motis caſtris Flaminiam petijt: ac quedā de Florentinis caſtella dedit Guidātonio Manfredo tenenda: exiſtimans iam tempus adeſſe quo Apenninum tranſiret quum alium longe aditū fruſtra tentaſſet: paululum regreſſus per vallem Limonis fluentis: quamuis niues plurime quas per loci accolas ſubmoueri iubebat/ impedimento eſſent ad extremū vallis ſaltū vbi Manradi caſtrum eſt quod a Florentinis magno tenebat̄ preſidio ⁊ firmo/ ꝑuenit. Facillime aditu ꝓhiberi poterat ꝓpter locorum aſperitatem: ni varij ꝯſis milites ad cuſtodiam ſaltus poſiti: audito Nicolai aduentu adeo pauere cepiſſent: vt vix hoſte conſpecto relicta ſaltus cuſtodia in fugam verſi: liberum aditum Nicolao dederint qui ſuperato monte nullo obſtante in Mugellum deſcendit ad paruulum caſtellum quod vocant Politianum. Ibiq̄ aliquandiu ſtatiua habens/ nequaq̄ multis prelijs magno conatu caſtellum oppugnauit. Erant enim cū eo Florentini exules permulti: quorum vtebatur conſilio: expectantes ſi res proſpere ſuccederent/ in ciuitatem violentia reuerti. Id magnum timorem ciuibus incuſſit ac pontifici: cui ⁊ Philippi ⁊ Nicolai calliditates note erant: eoſq̄ hoſtes ſemper in inſidia eſſet expertus. Sed ⁊ exules Florentini non mirorꝭ conditionis conſanguineos ⁊ amicos in ciuitate non paucos habebant. Poſt patriarche cardinalis obitū fedus cum Venetis ⁊ Florentinis pontifex pepigit pro defenſione communi: ea inter ceteras conditione: vt equa omnium impenſe in milites fieret: ⁊ ueſtigioq̄ Ludouicum Patauinum archiepiſcopum Florētinū prius inſtitutū: quem poſtea cardinalem creauit: virum ſolertē ac magni animi ⁊ ad res gerendas prōptiſſimum pecunijs pro legato miſit: a quo equites pediteſq̄ qui ſub patriarcha militauerant/ denuo conducerentur/ atq̄ in Tuſciam deducerentur. Erant enim in Florentinorum defenſionem eis parue copie aduerſus tantam belli molē: deq̄ vrbis ſtatu admodum timebat̄. Et profecto ſi fortuna vti ſciuiſſet Nicolaus nequaq̄ dubiū eſt: quin magno in diſcrimine res Florentina fuiſſet. Erat magno in periculo ciuitas: non tam externi hoſtis ſollicita: quam trepida de aliquo ciuili motu: quem dubitabat fauore exulū excitari. Nec ſolum Mugelli oppida in periculo videbantur: ſed in vrbem ipſam timor penetrauerat: quum hoſtium vſq̄ ad quartum lapidem fierēt incurſiones. Erat preterea in vrbe annōe cariſtia: que ciues ſollicitos tenebat: ⁊ vt ſi Nicolaus ad ea loca ex quibus annona vehebatur/ exercitum duxiſſet: magnum motum in ciuitate cariſtia excitare potuiſſet. Sed diuina prouidētia (cui eſt cura de omnibus ⁊ maxime de eccleſia ſua: que in ciuitate ibi erat) non defuit illis in tantis periculis conſtitutis. Illique hoſti iniuſto clauſit oculos mentis: vt expedientia ad propoſitū ſuū non exequeretur: ſed contraria. Quum igitur reipub. Florentine fortuna minari videretur (oppugnatores enim multi erant: defenſores pauci) agitatum eſt ſepius inter vrbis primores varioſq̄ magiſtratus qui publicis conſilijs aderant: reuocandus ne eſſet Franciſcus in Tuſciam: an his copiolis que aderant ſalus defendenda. Cenſebant quidam tutiora conſilia ſemper eſſe capienda: que fore videbantur: ni dux egregius ad belli munia cū parte exercitus acceſſiret: nullam dari ſecuritatē. Nicolaū aliqđ caſtellum aut aliquā belli ſedē: vel vi vel exulū gratia nō recepturū: obſeſſurum itinere ſi velit quibus ſubminiſtrent̄ frumēta: ignotam eſſe populorū volūtatē ſemꝑ ad peiora mobilē: preſertim vbi ingruat fames. Si paululū Nicolao fortuna indulſerit: nouos timendos hoſtes: q̄ vt plurimū in rebus dubijs emergerent. Malū naſcēs facilius extingui poſſe q̄ ſi corroboretur: ⁊ non enim de aliquo oppido aut caſtello: ſed de patria: de ipſa vrbe: de ipſa repub. certamen eſſe. Ideo videri tutius vitare id periculum q̄ in eum locum deduci ex quo haud facile emergi queat. Alij maioris animi nec conſilij prioris viri ab ea ſententia diſſidebant. Arbitrantes Franciſcū nullo pacto reuocandū. Nihil enim eſſe qđ magis optet Nicolaus: quam Frāciſci diſceſſum: Brixia in Philippi veniat poteſtatē: quod procul dubio ſi ille abeat ſit futurū. Et eam profecto ſi Philippus ceperit reliquas vicinas vrbes recepturū. Franciſci enim viribus conſilijſq̄ ⁊ conſeruatam ad eum diem Brixiam et Veronam ſua virtute de manibus hoſtium ereptam: cupere Phi-

re Phi-

re Philippũ Venetos eius ducis auxilio priuarit:cui⁹ ope⸗ re ⁊ virtute ad eam horam ſtarent Venetorũ opes. Non ſuis ſed alienis fiſum viribus Nicolaum ſuperaſſe Apennini iu⸗ ga:propter patriarche ſedus cardinalitatis:ne ea ſpe deſtitu⸗ tum remiſſurum animos:neqꝫ commiſſurum rez fortune in qua verſetur Philippi ſalus. Solere in huiuſmodi tumul⸗ tu maiorem metum ꝙ pro re excitari:diem mitigare timo⸗ rem:et graues res vſu leuiores videri. Preſto futuras pon⸗ tificis copias:quib⁹ hoſtis vires comprimantur. Adequitaſ⸗ ſe quondam ad vrbis Rome menia cũ exercitu Annibalem vt obſidione Capuam liberaret:quam nequaꝙ omiſerit tã ti ducis aduentu. Eodem modo nequaꝙ Franciſcum accer⸗ ſiendum viderit:ſed aliis copiis rẽpu. tuendam: firmandas preſidio ciuitates et oppida validiora:neqꝫ imminere ſtatim periculum ſi qua ab hoſte capiantur:reditura omnia in fidẽ quum deferbuerit Nicolai impetus:quẽ neceſſe ſit in terra hoſtica quotidie fieri remiſſiorem:preſertim tã procul a do⸗ mo militantem. His dictis decretum eſt preſentibus tantum copiis obſeruare hoſtes:⁊ ab excurſionibus prohibuere.

§.XII. Penes politianũ ſtati⸗

cui ſucceſſit Joānes annis tribus: ⁊ poſt eum Germanꝰ annis. xv. eadem hereſi infecti. Poſt hos ſucceſſit Anaſtaſius annis. xxiiij. Et ſub eo defecit hereſis dicentium vnam voluntatem ⁊ operationem tantū in chriſto: ⁊ ſtatim incepit alia hereſis Jconomacorū. i. perſequentiū imagines: contra quos eſt capitulū de conſe. diſt. iij. venerabiles. vbi dicit̄. Uenerabiles imagines chriſtiani nō appellant deos neq̄ vt dijs eis ſeruiunt: nec ſpē ſalutis ponūt in eis: neq̄ futurū iudiciū ab eis expectant: ſed in memoriā primitiuorum eas venerant̄. Et in capitulo precedenti redarguitur Seruius Maſſilienſis ep̄s: qui imagines fecerat cōburi. vbi Gregorius ſecūdus illū reprehēdens ait. Aliud eſt picturam adorare: qḋ non licet: ⁊ aliud eſt per picturam quid ſit adorandū cognoſcere. Qḋ eñ ſcriptura ſapientibꝰ: ⁊ hoc idiotis preſtat pictura cernentibus. Primus autē perſecutor hmōi imaginū fuit Cōſtantinus qui ſucceſſerat Anaſtaſio in ſede Conſtantinopolitana: ⁊ eā tenuit annis. xij. quē ſecutus eſt Micheta annis. v. ⁊ poſt eum Paulus annis. v. Qui omnes fuerunt eiuſdem hereſis. Poſt hos factꝰ ē epiſcopus Conſtantinopolitanꝰ Theraſius catholicꝰ: q̄ ſedit annis. xxi. Jmperiū aūt tenebat Conſtātinus. v. cū Hirene matre ſua. Cuius temporibus celebrata eſt ſeptima ſynodus Hadriano primo ſedente in Roma. Et ſic anno domini dcclxxv. facto concilio eccleſia fuit vnita. ſ. Conſtantinopolitana cū Romana: que diuiſa fuerat a t̄pe Gregorij ſecundi/ vſq̄ ad Hadrianū primū. Et celebrata fuit ipſa ſynodꝰ in Nicea ciuitate Aſie: vbi p̄mo fuerat cōgregata t̄pe Syluestri pape ⁊ Cōſtātini imp̄atoris. Quū aūt Conſtantinus v. matrē Hirenē quaſi priuaſſet imperio: tāta ob id amaritudine repleta eſt: vt ipſum f. liū Cōſtantinū oculis p̄uaret ⁊ carceri manciparet. Ea tēpeſtate quidā Leo noīe Armenus genere occiſo Michaele imperatore: q̄ poſt conſtantinum ⁊ Hirenē imperabat: ⁊ pater Jgnatij patriarche erat de quo infra dicetur: tyrānice inuaſit imperium: ⁊ hereſim tam ſopitam a concilio. vij. iterum reſtituit.

§. IX. Octaua diuiſio facta eſt procurante Leone imperatore circa annos dñi octingētos xx.

Poſtꝙ eñ Theraſius ſupradictus mortuus eſt: ordinatus eſt Nicephorus patriarcha Cōſtātinopolitanus qui ſedem tenuit annis. ix. Et in fine dierū eius Leo Armenus inuaſit imperium: qui erat baro Michaelis imperatoris: ⁊ eo interfecto vt dictū eſt. §. Et hic iterum poſt quaſi extinctos cineres Jconomacite hereſis. i. deſtructionis imaginum poſt ſeptimū conciliū rediuiuos reſtituit. Cuius tempore Theodorus factus patriarcha Cōſtantinopolitanus in predicta hereſi perſeuerauit annis ſex. Poſt quem Antonius annis. xiij. quem ſecutus eſt Joannes annis. ix. Et hi tres heretici anathematizati ſunt noīatim in actis ſynodi octaue. Et ſub iſtis fuit iſta diuiſio octaua: ⁊ durauit circa annos. xxvij. Poſt quos ſedit Methodius vir valde catholicus: ſub quo totaliter defecit hereſis predicta Jconomachorum. i. perſequentium imagines: qui ſedem tenuit annis quatuor: ⁊ vnita fuit eccleſia. Poſt Methodium Jgnatius ordinatus eſt in ſede Cōſtantinopolitana: qui ſanctus fuit ⁊ miraculis claruit. Huius pater fuit imperator ſcilꝫ Michael ſupradictus. Qui quū tenuiſſet ep̄atū annis. xi. agente Uarda Ceſare auūculo imperatoris Michaelis: cui cognomentum fuit Amoricinus ſiue (vt cōmuniter d̄r) Ebrioſus: expulſus eſt de ſede ex eo q2 ipſe Jgnatius Uardam predictū d̄ſuis auūculū imperatoris excōicauerat: quia duxerat nurum ſuā in vxorem dimiſſa propria: nec voluit eū reconciliare: niſi rediret ad torum legitimum. Et violēter quēdam nomine Photium virum laicum fecit eligi in patriarcham Conſtantinopolitanum.

§. X. Nona igitur diuiſio procurata eſt per illū peſſimū virū Photiū.

Tenebat aūt tūc ſedem Romanā Nicolaus primus vir ſanctus et magne authoritatis anno dñi. dccclviij. Qui quū peteret̄ a Michae-

ſe imperatore vt predictũ Photiũ in ſede cõfirmaret: nullo modo acquieuit: ſed potius eũ depoſuit: ⁊ excõmunicauit. Photius tñ fauore imperatoris tenebat ſedem violenter. Queſiuit autem viã ⁊ modũ quomodo ſe ſubtraheret ab obediẽtia Romane eccl'ie. nec valens ſub aliqua hereſi nominata hoc facere: nouã hereſim adinuenit. Et vt videref hoc ordinarius facere: ⁊ hoc agẽdi authoritatẽ habere: concilium generale ſimulauit celebrare. Et qꝛ nõ hoc poterat fieri ſine legato pape nec ratũ haberef: eligẽs viros ignotos ſimulauit eos legatos: non ſolum Romane eccleſie: ſed etiã aliarũ ſediũ principaliũ: ſcꝫ Alexandrine / Antiochene / Hieroſolymitane. Et cõgregãs metropolitas ⁊ epiſcopos quaſi eſſet cõciliũ generale: ipſe per ſe omnia agebat: accuſans Nicolaum papã multis criminibus: ⁊ ipſe introducebat perſonas accuſantiũ ⁊ pſonas teſtiuꝫ. Et idẽ ipſe quaſi iudex cauſam Nicolai pape defendere videbatur: dicens qꝛ nõ lꝫ hoiem abſentẽ cõdẽnare. Et iterum fingebat in ſcriptis alios accuſatores ⁊ multitudinẽ teſtiũ ⁊ quaſi totã cõgregationem ſynodi acclamantẽ contra papã Nicolaum. tãdem victum ſimulans ſuccumbebat. ⁊ iudicabat fieri vt petebant. Tũc inter alias accuſationes hoc principaliter poſuit: ipſuꝫ fore excõmunicatũ: quia appoſuerat ad ſymbolũ ſpiritũſanctũ a filio pcedere. Similiter ⁊ depoſitum: qꝛ ipſe Nicolaus papa incidiſſet in ſententiã tertij cõcilij: qḋ ppoſitũ eſt ſupra. Durauit autẽ hec diuiſio dõs toto tpe quo Photius tenuit patriarchatũ Cõſtãtinopolitanum: ſcꝫ toto tpe Michaelis imperatoris qui ei fauebat: nouem videlicet annis. nõ obſtãte ꝙ papa Nicolaus ſcripſerit plures literas Michaeli: oſtẽdens Ignatiũ iniuſte depoſituꝫ: nec potuiſſe deponi ab inferioribus ſuis. De qua re agit in decretis. xxi. diſt. inferior ſedes. cũ. v. capl'is ſequẽ. ⁊ ſententias multas pmulgauit Nicolaus cõtra eundẽ Photiũ. Occiſo aũt Michaele iperatore a collega ſuo Baſilio: ne ipſe occideref ab eo: quum aliqñ ipſe Michael in furiam verſus amicos intimos occideret: Baſilius ipſe imperans vt ſatiſfaceret ſententie pape: ⁊ Photiuꝫ predictũ de ſede expulit et Ignatiũ reuocatũ de exilio in ſede ppria collocauit. Miſit inſuper Nicolao pape dicẽs. Qḋ meũ erat feci: que autẽ reſtãt pertinẽt ad vos iudicare. ſ. inter Ignatiũ ⁊ Photiũ. Quũ aũt nũtij imperatoris veniſſent Romã: Nicolao papa de hac luce ſubtracto: ſucceſſit ei Hadrianus ſecundus qui oĩa que fecerat Nicolaus cõtra Photiũ confirmauit: et multa addidit. Et de expulſiõe Photij ⁊ reſtitutiõe Ignatij gauiſus eſt valde. Et mittens tres legatos. ſ. Donatũ et Stephanũ epõs ⁊ Marinũ diaconum: commiſit eis vt facto cõcilio iudicarẽt cauſam Ignatij ⁊ Photij: qui concilio vocato inuenientes Photiũ in tot deceptionibus ⁊ fictionibus dec volẽtẽ penitere: nec culpã ſuã dicere: inſurrexerũt cũ tota ſynodo ꝯtra ipm: ⁊ anathematizauerũt cũ. xij. anathematib⁹: ⁊ expulerunt a ſynodo: ita ꝙ nec noie chriſtiano vtereſ: et ſic eccleſia fuit vnita. Hic ergo Photius fuit primus q̃ inſurrexit magis manifeſte cõtra eccleſiã dei ſub titulo pceſſionis ſpũſſancti a filio: ⁊ Grecos imbuit et irritauit cõtra Latinos. Sed cõdẽnatus eſt p ſynodũ in Grecia celebratã cõtra ipm vt hereticũ ⁊ rebellẽ eccleſie et falſariũ. Poſt aliquod tñ tẽpus circumuẽtus fuit Baſilius imperator a dicto Photio: ſub pretextu expoſitionis cuiuſdã prophetie ab eo callide cõficte. Nã ſcripſit fingẽs prophetiã quaſi antiquitus predictã: ⁊ ꝙ tpe illo deberet cõpleri. ꝙ Beclas quodã interfecto imperatore deberet regnare. Inuenta prophetia imperator Baſilius cepit eſſe ſolicitus ne ab aliquo hui⁹ noĩs interficeref. Quũqꝫ videret iã tẽp⁹ appropinquaſſe preſertim quũ ipſe Michaelem imperatorẽ interfeciſſet: cepit diligẽter inueſtigare ſi quis iſto noie vel pnomine vocaretur ſuis anteceſſoribus. Quum nihil inuenireſ: vocauit oẽs ſapiẽtes: ⁊ oſtẽdit eis ſcripturã: non fuit qui interpretareſ: neqꝫ defuerũt qui Photiũ accerſiendũ imperatori ſuaderent: qui multa ſecreta alia incognita reuelauerat. Quo vocato: oſtẽſa ſcriptura pphetie: petitoqꝫ ſpacio paucoꝝ dierũ ⁊ obtẽto: venit ad impatorẽ. Cui dixit: Ceſſet timor tuus. Non enim alius imperiũ / tibi ſubripiet: ſed hec prophetia de te ⁊ de filijs tuis a deo reuelata eſt. Nã tu es ille Beclas qui regnare debes interfecto imperatore. Quũ aũt ſup hoc miraretur: eo ꝙ nõs vocaretur Beclas: nec ab aliquibus anteceſſoribus ſuis quoquo modo hoc nomẽ ſortireſ. Rñdit Photius. Tu es vere Beclas. Nã nomen tuum eſt Baſilius: cui litera prima tua eſt. B. in greco autẽ dr̃ Vita: qꝛ ipſi nõ expreſſe habẽt. b. literã: ſꝫ vbi nos poſimus. b. ipſi ponũt. v. literã quã vocant Vita: qua litera nõ vtũtur p vocali / ſed p cõſonante: ⁊ carẽt. v. litera vocali: ſed p. v. vocali ponũt. o. ⁊. y. grecũ. quã figurant ſic oy. et habent p. v. vocali. Sed qñ in principio dictionis debet poni. v. cõiter ponũt literã Vita: quã formãt. b. Sic eiũ nomẽ tuũ incipit a litera tali. Vxor tua vocaf Eudochia. prima litera noĩs eius eſt. e. que tecũ conregnat. Et ſic Vita et. e. facit Be. Primogenitus tuus vocaf Cõſtãtinus: cui⁹ litera prima eſt. c. qua, litera greci carẽtes Cappa vtuntur que ſic formaf. k. Alius filius dicif Leo: cuius litera prima eſt. l. Alius vocatur Alexãder: cuius litera prima eſt. a. Ali⁹ vocaf Stephanus: cuius litera prima eſt. s. Et ſic ex principijs literarũ iſtoiũ nomẽ componitur Beclas. Sicqꝫ tu es Beclas ipſe cũ filijs tuis: qui debetis imperium poſſidere. Imperator aũt neſciẽs ipſum iſtud nomẽ ſic confeciſſe: vnacũ filijs ſuis tenentes ꝙ a deo fuiſſent iſta reuelata: vel ex ſua magna ſapiẽtia ipm inueniſſe: receperũt eũ ad gratiaꝫ: et ex cõſilio ſuo ceperũt oĩa facere quaſi nõ poſſent errare. Vnde Greci cõi vocabulo ipm Photiũ vocant Beclas: ex tali cõpoſitione huius noĩs. Ex hoc Photius fauore imperatoris non timens papã nec Ignatium: habitabat in palatio: ⁊ quaſi patriarcha ordinationes faciebat: ⁊ eccl'ias dabat / et oĩa que pertinebãt ad officium patriarchatus indigne exercebat. Ignatius hec ſciens nec potens obuiare / in magna tribulatione cõſtitutus / finem vite fecit. Mortuo aũt Ignatio tertia die ſtipat⁹ armatis ⁊ multis ſue factionis: iterũ eccleſiã ſctẽ Sophie inuaſit: clericis miſſam cantãtibus choꝝ intrauit: qui videntes eũ oẽs fugerũt. Multos aũt eorũ ad ſe trahẽs prece ⁊ precio alios terrore ⁊ minis iterum ſedit in ſede patriarchatus ppria authoritate. Imperator autẽ Baſilius ⁊ filij eius ſcripſerũt Joanni pape octauo: qui Hadriano ſucceſſerat: qui in oĩbus volens impatori placere: petitioni eorũ cõdeſcẽdit: ipſam talẽ preuentionẽ ſeu potius vſurpationẽ ratificãs: ſicut Leo papa de Anatolio: vt tã habitum eſt. Sed notandum ꝙ Stephanus archiepũs Neoceſariẽſis ⁊ Mapa metropolita: qui pro illo tpe florebãt opinione ⁊ ſanctitate: nũqꝫ Photium recepertũt in patriarchã Cõſtãtinopolitanũ: ſꝫ ſcripſerunt Stephano pape Romano: qui ſucceſſerat Joãni octauo: dicentes ꝙ predicta epiſtola que dicitur miſſa a Joanne octauo: ad cõſentiendũ pmotioni Photij fuit facta per dictũ Photiũ: vt melius reciperef in patriarchã a cunctis. Et reuera Joannes prefatus non eam miſit. Ex ea autẽ epiſtola ficta Photius cõgregauit conſilium Conſtantinopoli ſine ſcitu pape. Et quum aliqui epiſcopi miſſi fuiſſent a papa in Bulgariam: iſte Photius audiens iter eorũ. prece corruptos et precio induxit ad eos veniendũ Cõſtãtinopolim tãqꝫ miſſos a papa ad confirmandũ promotionẽ eius: ⁊ ſic oĩa ficta fuerunt. Tam malignus ⁊ omni malitia ⁊ ambitione plenus iſte fuit Photius: ꝙ hec ⁊ maiora poſſunt de eo credi. Nam ⁊ quũ mater eius eſſet grauida: in viſione nocturna viſum eſt ei in vtero geſtare ſerpentẽ: ⁊ qñ egreſſus ex vtero inficiebat totã illã regionẽ. Inſuper a pluribus ſanctis viris ex reuelatione prenuntiatũ eſt matri quũ eſſet pgnans eũ quẽ paritura erat futurũ peſſimũ virũ ⁊ perſecutorẽ eccleſie. Quo illa ita indoluit: vt tentata pluries fuerit ſe cũ illo quẽ in vtero habebat occidere: ne tantũ malũ ſequeretur ex eo. Sed prohibita fuit a marito: ⁊ perſuaſa a ſanctis viris ne faceret: ſed cõmitteret ſe diuine prouidentie. Quũ ergo Stephanus papa ſingula intellexiſſet: depoſuit ⁊ ipſe iterũ de nouo ⁊ priuauit oĩbus illũ Photiũ. Eo autem mortuo aſſumptus eſt in patriarchã Cõſtantinopolitanũ Stephanus germanus Leonis ⁊ Cõſtantini: qui mortuo Baſilio eorum patre ei ſucceſſerunt in imperio. Et quum multi ex prelatis nollent ꝯſentire tali electioni: pro eo ꝙ iſte Stephanus electus fuerat ordinatus in diaconum per illum Photium depoſitum: de cõmuni conſilio ⁊ aſſenſu miſſum eſt ad Stephanũ papã vt ratã haberet talẽ promotionem. Quod ⁊ fecit ſtatiꝫ diſpẽſans. Et ſic vnita fuit eccleſia abſq3 diuiſione: ⁊ multis annis manſit vnio.

Photij patriarche Cõſtãtinopoli. verſutia.

Photi⁹ imperatorẽ Baſiliũ miro cõmẽto circũuenit.

Photij iniq̃tas pregnanti matri prenunciatur.

§. XI. Decima diuiſio fuit factã

per Cõſtãtinũ imperatorẽ quintũ dictum Monomachum tpe Leonis pape nonĩ: q̃ Leo fuit anno. M. L. Quum igitur iſte Conſtantin⁹ Monomach⁹ teneret imperiũ ꝯſtãtinopolitanũ: ⁊ tũc Sicilia ſibi eſſet ſubiecta: ibi exiſtẽs multa mala fecit: multa pdatus vſqꝫ ad precioſa eccl'iaꝝ in lapidibus marmoreis: q̃ miſit Cõſtantinopolim ad cõſtruendum monaſteriũ ſancti Gregorij. Ex talib⁹ aũt depredationib⁹ irritati Siculi: recedente inde imperatore ſe ei rebellarũt: ſtatuentes ſibi regẽ. Quo audito impator Cõſtãtinus ſcripſit Leoni pape. ix. vt excõicaret Siculos: ⁊ ipſe manu armata veniret cõtra eos. Jã aũt Siculi ſcripſerãt pape Leoni cõquerẽtes de tyrãnide ⁊ preda ipſis facta ab impatore. Vnde Leo rñdens ei retulit q̃relas ſibi factas ab eis de ipſo: et ꝙ nolebat ſe de ea re intromittere: faceret ipſe qḋ ſibi placitũ eſſet. Qui indignatus ex tali rñſione: credens ꝙ papa manũ tenuiſſet ad illã rebellionẽ: nõ valẽs ſe aliter vindicare

Cõſtãtinus monomachus imperator Cõſtãtinopolitanus.

ſcipm

ſcilicet ipſum ⁊ totã gẽtem Grecorũ ſubtraxit ab obediẽtia Romane eccleſie: tradẽs ſe ⁊ gentẽ illã gehenne. Ut autẽ aptius hoc ageret: cauſam inuenit qꝛ ſemẽ peſſimũ qđ fuerat diſſeminatum in cordibus Grecorũ ꝑ plurimos annos priꝰ: ⁊ aliqñ repullulauerat: vberiꝰ irrigauit. Nã vocato patriarcha ſuo Michaele nole viro ſatis idiota ⁊ ambitioſo: tñ: pmiſit ei ꝙ ſi ſibi conſentiret (eũ vniuerſalẽ papã faceret: ⁊ oĩa inſignia papalia ei daret: ⁊ ipſm dextraret ducẽs frenũ equi ſui: ſicut imperatores facere ſolẽt põtificibꝰ ſummis. Qui prece ⁊ ambitione ſimul inductus ⁊ precio ad oĩa conſenſit. Et conuocata multitudine epoꝝ: papã Romanum ⁊ oẽs epos partiũ occidẽtaliũ denũciauit depoſitos ⁊ excõicatos: ex eo. ſ. qꝛ ad ſymbolũ Nicenũ addidiſſent ſpiritum ſctm̃ a filio pcedere: qđ nõ continebat in ſymbolo Niceni concilij: ſed tantũ dicebatur ex patre pcedentẽ. Et in alio poſtea cõcilio fuit determinatũ / ꝙ ſi quis aliã fidẽ doceret vel teneret. ſi clericus / eſſet deponẽdus: ⁊ alij excõicati. Et ideo qꝛ addiderũt Latini ad ſymbolũ: declarauit excõicatos ⁊ depoſitos. vnde ad ipſm non excõicatũ neqꝫ depoſitum pertinere regimẽ vniuerſalis eccleſie: quũ eſſet primus patriarcha poſt Romanũ. Et ſic imperator ille Conſtãtinus Monomachus oĩa cõplens / corã multitudine epoꝝ ipſum Michaelẽ pronũciauit patriarchã vniuerſalem totius orbis: quẽ titulũ ſibi poſtea retinuerũt ſucceſſores. ⁊ in huiꝰ ſignũ imperator ipſe dextrauit eũ ſuper equũ ſedẽtẽ per hippodromiũ palatij. Audiens Leo papa que Michael patriarcha Conſtantinopolitanus feciſſe: noue eum multum ꝑ literas redarguit: oſtendẽs in illa epiſtola quomodo in prima ſynodo Nicena preſente Conſtantino magno tẽpore Syluestri pape fuit decretũ cũ ſubſcriptione totiꝰ ſynodi ⁊ Cõſtantini: ꝙ ſumma ſedes. ſ. Romana a nemine iudicaretur: ⁊ Romano põtifici oẽs ſacerdotes in toto orbe ei ſubditi eſſent vt capiti ſuo. Quã ſententiã diuina inſpiratione promulgatã amplexe ſunt vniuerſales ſynodi. Conſtãtinopolitana prima preſentia ⁊ cõſenſu piiſſimi imperatoris Theodoſij ſenioris: Epheſina prior / ſub iuniore Theodoſio filio Arcadij: Chalcedonenſis / imperio Martiani imperatoris: Cõſtãtinopolitana ſcḋa / in preſentia Juſtiniani tertia Cõſtãtinopolitana / tpe Cõſtantini iunioris. Oẽs he vnanimi cõcordiqꝫ verbo ⁊ ſcripto confirmauerunt ſanctã Romanã ⁊ apoſtolicã ſedẽ poſt dñm Jeſum caput eſſe oĩm eccleſiarũ: ⁊ per cõſequens oĩa illa decreta vt preſumptuoſus ⁊ temerarius ſpreuerat. Quũ autẽ Conſtantinus Monomachus iſte pronunciaſſet patriarcham Conſtantinopolitanũ papã: proceres ⁊ milites ⁊ populus ceperũt in occurrentibus recurrere ad Michaelẽ vt ad papã: ⁊ ei honorem ⁊ reuerentiã exhibere vt pape. Imperator ergo Conſtantinus vidẽs deferri patriarche Conſtantinopolitano plus honoris ⁊ reuerentie ſolito: penituit eũ illud feciſſe: ⁊ ita eũ exaltaſſe: timens ne per eũ imperiũ pderet. Dicebat enĩ. Si papa Romanus qui multũ diſtat a me: qñ facio aliquid cõtra eccleſiã / mittẽs excõicat me: quãto magis quũ habuero hic papam apud me? Et quum papa Romanus me excõicabat: vitabant me barones ⁊ ppl'a: ⁊ ſic patriarcha iſte quũ excõicaret me ad placitũ ſuũ: poterit mihi facile auferri imperium. vnde paulo poſt vocato patriarcha Michaele quẽ ſic cõſtituerat papã; vniuerſalẽ: ⁊ corã omnibus ipſm a cũctis degradauit ſeu priuauit: ⁊ nõ ſolũ quantum ad inſignia papalia ⁊ priuilegia que contulerat: ſed etiam quantũ ad plura alia q̃ habuerat patriarcha ab antiquo ab imperatoribus prioribus: dicens. Exnunc non poterit concordare cũ pplo ⁊ excõicare me. Et ſic iuſto dei iudicio factũ eſt vt careret ppriijs: qui aliena iura cõtra ius inuaſerat. Extũc impatores Greci ita habẽt ſuos patriarchas ⁊ tenẽt ſubiugatos: ꝙ qñ volũt / deponũt: vt quẽ volũt ⁊ qñ volũt / inſtituũt. Et vt Greci nũqꝫ memorarent in bonũ de eccl'ia Romana: nec quererẽt vniri cũ ea: ⁊ lõge inde traxit eos iſte Cõſtãtinus peſſimus. Fecit enĩ edicto publice preconizari in pplo: vt quiſquis ſciret aliqđ cõtra eccleſiã Romanã: ſcriberet: ⁊ ſcriptoribus pollicebat premia. Et ſic factum eſt. vt enĩ placeret pplo imperatori: multi multa ſcripſerũt friuola ⁊ fatua cõtra Romanã eccleſiã. Unde ⁊ oẽs cõſuetudines q̃s habebat Romana eccl'ia quas ipſi Greci nõ habebãt: ppoĩnt pro hereſi. Sicut ꝙ cõficeret in azymis: ⁊ eſſet hereſis. Comedere carnes feria ſcḋa ⁊ tertia: radere barbã: ⁊ hmõi. Oĩa hec imperator Cõſtantinus quintus faciebat pplo nũciari vt heretica: vt ſic magis eccleſiã Romanã abominarent. Et ſic exijt fama in vulgus ꝙ Latini. xcix. hereſes habebant. Et quis maiores ſcirent hec oĩa falſa. ſ. talia eſſe heretica: tamen nõ phibebant populares a talibus dicendis. Jnde Greci magis ⁊ magis indies ſeparati ſunt ⁊ elõgati ab eccl'ia Romana vt nec amplius eccleſia Romana ſcriberet Grecis vt obſtinatis: nec aliqꝫ Grecorum Latinis: ⁊ minus. habeant conuerſationem cum eis: ⁊ precipue quum iam imperium per prius tranſlatum fuiſſet ab oriẽte in occidentẽ Carolo magno facto imperatore: circa annos dñi octingentos: qđ valde egre tulerant: ⁊ nuncupantes tamen ſuum imperatorem Romanorum.

Michael patriarcha Conſtãtinopo. ſummi põtificis titulum vſurpat

Cõſtãti ni ſacri lega in romanã eccleſiã edicta.

§. XII. Undecima diuiſio fuit

ꝑ Andronicũ filiũ Michaelis Paleologi imperatorẽ. Sed pro maiori horũ declaratione ſciendũ ꝙ tẽpore Innocẽtij tertij. ſ. circa annos dñi. M. cc. quũ Jſacius occiſo Andronico qui tyrãnice imperabat Cõſtantinopoli: ⁊ multa crudelia agebat: ⁊ ipſe ſibi de cõſenſu populi accepit imperium: filiũ habens Alexiũ noĩe. Quũ autẽ Jſacius multum confideret de germano ſuo vt imperij ſocio: ⁊ ei agere permitteret ſibi placita: ⁊ ille armis ſtrenuus: ſed mente malignus. ſ. proditor Jſaciũ imperantẽ oculis priuauit: ⁊ carceri cũ filio Alexio mãcipauit: ⁊ ſibi imperiũ vſurpãs. Alexius vero iuuenis ꝑ amicos occulte eductus e carcere / venit in Jtaliam: poſtulãs auxiliũ ad imperiũ patri ⁊ ſibi vſurpatũ recuperandũ: ⁊ pmittẽs multa agere ſi obtineret imperium: ⁊ inter alia vnionem cum Romana eccleſia ⁊ ſubiectionẽ. Ad Venetos pfectus inuenit claſſem maximã paratam Gallorum ⁊ Venetoꝝ ad bellũ cõtra infideles ꝑ recuperatione terre ſancte. Quã humiliter poſtulãs mitti Cõſtãtinopolim ꝑ recuperatione imperij ſui: ⁊ magna ad hoc offerẽs exauditus eſt. Et illuc pfectus modica pugna vſurpator imperij expulſus eſt: ⁊ Alexius cũ patre imperio reſtitutus. Qui adeo ingratus ⁊ malignus fuit cũ ſuis ꝑ tanto beneficio: vt primo quidẽ manẽtibus Gallicis ⁊ Venetis in nauigijs iuxta ciuitatẽ: occulte fecerit ignẽ in naues immittere ad cõburẽdũ: ſꝫ ſolertia nautarũ cito extinctꝰ eſt ignis. Poſtea ad apertũ preliũ pceſſerũt Alexius ⁊ pater eiꝰ cũ Grecis ſuis cõtra illos Latinos. Demũ cõſerto prelio preualuerũt Latini: Alexio cũ patre male pereũtibus. Imperio igit aſſumpto a Latinis ⁊ iuſte Grecis hincinde diſperſis: creatus eſt impator quidã comes Gallicus noĩe Balduinus: ⁊ patriarcha Cõſtãtinopolitanus q̃dã Venetus: vt. ſ. habitum eſt. Tenuerũtqꝫ Latini imperiũ illud Grecorũ annis circiter. l. quo tpe fuit volta eccleſia orientalis cum noſtra Latina. Et de iſta incorporatione fit mẽtio extra ꝺ heret. licet grecos. vbi dr ꝙ tolerant in ritibus ſuis: ſed nõ in his que ſunt cõtra eccleſiaſtica ſacramẽta vel reuerentiã ⁊ obedientiã Romane ⁊ apoſtolice ſedis. Sed poſt quinquaginta annos Greci recuperauerũt imperiũ de manibus Latinoꝝ ſoferẽtes adiutorio Genuẽſiũ cũ claſſe ſua. Factuſqꝫ eſt imperator Grecus Michael Paleologus. Qui miſit ad conciliũ Lugduneñ celebratũ per Gregorium decimũ: ⁊ offerens ſe velle cõcordare cũ eccl'ia Latina. Sed hoc vnũ videbat obſtare: ⁊ vcꝫ quũ Latina eccl'ia in ſymbolo confiteretur ſpm̃ſanctũ pcedere ex patre et filio. videbantur poni duo principia: quũ tñ dicat vnũ principiũ eſſe omniũ. Sed ad hoc excludendũ in ipſo cõcilio fuit decretũ ⁊ declaratũ ſpm̃ſanctũ pcedere a patre ⁊ filio: nõ ſicut a duobus principijs: ſed ab vno principio: ⁊ nõ duabus: ſed vnica ſpiratiõe vt habetur de ſum. trini. et fide catho. c. ſ. lib. vſ. Hanc confeſſionẽ fecerũt legati Michaelis imperatoris Grecoꝝ: ⁊ et receperunt: ac reuerſi publicauerũt in pplis decantantes ſymbolũ Latinũ ſcꝫ / Jn ſpm̃ſanctũ q̃ ex patre filioqꝫ procedit. Nõ tñ defuerũt q̃ cõtradicerẽt: ⁊ alij palã: alij occulte ſe ſubtrahẽtes. Jnter quos ⁊ patriarcha tũc exiſtẽs Joſeph noĩe magnus laqueus diaboli reſiſtebat di conatu imperatori. Qui nõ valẽs ad viã veritatis reduci: poſt. viij. annos ſui patriarchatus depoſitus eſt: ⁊ priuatus ſede illa: creatuſqꝫ aliꝰ Joãnes Vechus dictus. Multoſqꝫ abbates monachos ⁊ alios imperator Michael occidi ⁊ ſubmergi fecit obſtinatos in ſua pfidia: ⁊ nec rõnibus ⁊ authoritatibus ſanctoꝝ valẽtes rñdere cõfirmantiũ fidẽ Latinoꝝ: ſed permanentes in ſuo errore. Permãſit aũt hec vnio Grecorum q̃ diu vixit pater ſcꝫ Michael: qui cũ filio ſuo Andronico dicto ſimul coronatꝰ imperabat. Sed eo mortuo Andronicus vt puſillanimis / timẽs ne imperiũ ſibi auferret a grecis: ⁊ fratrẽ ſuũ (quẽ in carcere detinebat: qꝛ anhelabat ad imperiũ) imperatorẽ cõſtituerent: quũ Greci nõ eſſent adhuc bene firmati in fide: ſed multi ſequerent anteceſſores ſuos in malũ: ⁊ cõgregatis oĩbus Grecis in eccl'ia ſancte ſophie publice dixit. Vobiſcũ tenui ⁊ teneo fidẽ quam tenuerunt anteceſſores noſtri de pceſſione ſpũſſancti. Et alta voce maledixit patri ſuo ⁊ anathematizauit ⁊ oĩbus qui tenuerunt aliter: quũ tñ prius cũ patre ſuo iuraſſet ſemꝑ firmã tenere fidẽ Latinoꝝ. Cõgregati autẽ Greci ab ipſo imperatore petierũt vt iuramẽto dato cõfirmaret ſe nullũ omnino interfecturũ: q̃ ⁊ iurauit. Et extunc imperatores Greci quaſi lege data nullũ faciũt interfici; iuſticiã penitus ...

Grecoꝝ imperiũ latini ſibi ſubiugant.

Andronicꝰ ĩperator Michaelis Paleologi filius.

uantes. ⁊ ſic ab iſto Andronico reuerſi Greci ad vſitatum vomitū:diuiſi ſunt a Romana eccleſia. Sed iuſtꝰ dñs non ꝑmiſit eū inultū ire. nā timor quē timebat euenit ſibi. Ex vecordia eñ ſua quaſi totū imperiū amiſit. Nā totā Aſiam minorē occupātibꝰ Turcis amiſit. Alia parte imperij circa mare depopulantibꝰ Tartaris ⁊ Turcis in ſolitudinē redacta:⁊ alias ciuitates alijs regibus Aſie ⁊ Bulgarie occupātibus tyrānis:vix ciuitas Cōſtantinopolitana cum paucis ciuitatibus ⁊ caſtris adherentibus/ipſis etiam ex magna parte depopulatis: ipſi Imperio relicta eſt. Et vt magis a veritate ⁊ vnitate eccleſie elōgarent: Joannē vechuz catholicū patriarchā (qui fuerat cauſa ſalutis eorū) turpiter de ſede eiecerūt:⁊ repoſuerūt in ſede illū ꝑfidū Joſeph ōpoſitū quē qꝛ ꝑtinaciter reſtitit veritati fidei eccleſie Romane colūnā magnā cōfeſſionis fidei nūcupauerunt. Predictum Joannē depoſitū cū quibuſdā alijs:qꝛ ad ſuum errorem trahere nō valuerūt:carceri māciparūt. vbi poſt plures annos in cōfeſſione vere fidei ad dñm migrauerūt. Tādem circa finē vite cōſcius malorū ſuorū miſit ad pōtificē Romanū vt mitteret oratores ad eū: quaſi vellet reducere Grecos ad vnionē cū eccleſia Latina:ſed nō hoc meruit. Qui miſit quēdā ſacre theologie ꝓfeſſorē fratrē. ſ. Bñdictū ordinis ꝑdicatorum ad eum. Interea nepos eius. ſ. ex filio Andronicus ⁊ ipſe noīe:inſurgēs cōtra auū magnā partem imperij ſui occupavit. Quū ergo frater Benedictus ſe preſentans imperatori/expreſſiſſet cām ſue miſſionis:imperator timēs ſuos/negauit ſe miſiſſe aliquē ad papam. Et quū in faciem ſibi dicta miſſio oſtenderet:neſciēs quid reſponderet:dixit. Nō eſt modo tēpus. Timebat eñ ne nepoti ſuo inſurgenti contra eū alij adhererent. Qđ tñ ei cōtigit. Nā poſt modicū nepos eius ciuitatē noctu intrauit auū ſub cuſtodia tenuit:⁊ poſt modicū minis coegit eū vt tonſuraretur. Quod ⁊ fecit:reliquos dies in amaritudine vtriuſqꝫ hois agēs:priuatus celeſti regno pariter ⁊ terreno. Durauit hec diuiſio Grecorū vſqꝫ ad annum dñi. M.cccc.xxxix. Et iſto modo a tēpore Photij ꝗ ꝓcurauit diuiſionem eccleſie orientalis ab occidentali ſeu Latina:ſub occaſione proceſſus ſpūſſancti/quē Greci dicebant ab alio feducti/ꝓcedere tantū a patre nō a filio etiā vt Latini confitent̄ in ſymbolo:vſqꝫ ad vltimā vicē ſue reuerſionis anno. ſ. dñi. M.cccc.xxxix. fluxerunt anni. dc. demptis. xvij. vel circa/quibꝰ greci ꝓ maiori parte tēporis ſteterūt diuiſi heretici et ſchiſmatici:licet interpollatis vicibus reuerſi ſunt ad veritatē fidei ſm̄ Latinos:ſed parum durauerunt.

§. XIII. Eo aūt tēpore imperator

Grecorū Joānes Paleologus cū patriarcha Conſtantinopolitano ⁊ germano ipſius imperatoris ⁊ multis proceribus veniētes ad conciliū Florentie celebratū:poſt diſputationē ⁊ declarationē eis factā de erroribꝰ ſuis:precipue de ꝓceſſione ſpūſſancti:quā dicebāt a patre eſſe nō a filio quū tñ ꝑ rationes ⁊ authoritates ſanctorū ⁊ doctorū ſuorū Athanaſij/Baſilij/Cyrilli/Maximi/Didymi/Chryſoſtomi/ ꝓbatū eis fuerit ſpirituſſanctū ꝓcedere nō ſolū a patre ſꝫ ⁊ a filio:acquieuerūt ⁊ cōfeſſi ſunt idē cū eccl'ia Latina et hoc in eccl'ia cathedrali preſente Eugenio papa cū cardinalibus ⁊ alijs ꝑlatis ⁊ populo maximo. ⁊ ſic vnita eſt eccleſia. Qđ aūt appoſitū ſit ſeu adiunctū ad ſymbolum antiquum hoc qđ nūc cātamꝰ ſymbolo noſtro. ſ. ꝗ ſpūſſanctus ex patre filioqꝫ ꝓcedit. vbi in antiquo dicebat: qui ex patre ꝓcedit. certū eſt nec credendū ab alio appoſitū niſi a papa vel aliquo cōcilio quis eñ alius hoc preſumpſiſſet? Uerum a quo papa vel cōcilio nō vſqꝫquaqꝫ certū. Aliqui dicunt hoc fuiſſe additū in ſcđa ſynodo Cōſtantinopolitana. cccl. patrū: alij indeterminate circa ea tēpora:ſed in concilijs celebratis in Grecia. Unde ſi fuiſſent excōicati ⁊ depoſiti ꝗ addidiſſent ad ſymbolum Nicenū aliqua:eſſent excommunicati nō ſolū Latini/ſed ⁊ ipſi Greci:qui multa addiderūt ad ſymbolum Nicenum non multo poſt in alio concilio vt patuit. ſ. §. iij. huius capituli:qđ Greci nō dicūt:congregatos. ſ. in tali cōcilio excōicatos vel depoſitos:⁊ bene:quia etiā addiderunt multa verba ad ſymbolū Nicenū: addiderunt declaratoria ipſius ſymboli ad extirpandas hereſes inſurgentes:⁊ hoc nō fuit tradere aliā regulā fidei. Alius alia aliud/⁊ relatiuū diuerſitatis. Nihil aūt aduerſum ſeu contrariū fidei additū eſt ad ſymbolū Nicenū:ſed declaratoriū veritatis. Sicut Paulus apl'us inquit ad Galathas. Si quis aliud vobis euangelizauerit/etiā ſi angelus de celo:preter id qđ vobis euangelizatū eſt a nobis:anathema ſit. Et certū ꝙ nō ſoluꝫ alij predicantes Galathis addiderunt multa alia verba ⁊ ſententias:ſed etiaꝫ alijs vicibus Paulus ipſe poſtea illis predicās addidit multa alia verba ⁊ documēta. Sed non fuit per illa verba additū aliud. ſ. diuerſum ⁊ cōtrariū ei qđ predicauerat illis prius Paulus. Et ideo nullus dicit eos excōicatos ꝗ talia predicauerant. Demū poſt reductionē Grecorū ad veritatē fidei:⁊ confeſſionē publicā in cōcilio Florētino ꝑ imperatorē Grecorum Joannē Paleologū cum ſuis numero circa quingentos:reuerſi ſunt in regionē ſuā. Et modicus fructꝰ ab oībus cōiter dicit̄ ſecutus. Nā nō fuerūt ordinati doctores ⁊ ꝑdicatores ꝗ hec ppl'is ſibi predicarent. Et clerici eorum ⁊ multo magis monachi a quibꝰ ppl'i informabant̄ in doctrina credendi ⁊ viuēdi:adhuc ꝓ maiori parte ꝑmanebant in perfidia priori. Inde ſecutū eſt exterminiū illius imperij poſt annos. xiiij. vel circa. Nā capta Cōſtantinopoli a Turcis vt dicetur in ſequēti. §. alij ex Grecia ipſis occiſi ſunt a Turcis:vt imperator ⁊ multi ꝓceres. alij vēdūdati in ſeruos ⁊ miſſi in Turciam. alij fugerunt ex ſe ne caperent̄. alij expulſi a Turcis queſierunt diuerſas regiones mendicando. Sed ⁊ rex ipſe Turcorū Mahumeth peſſimus poſuit ad habitandum cū Grecis remanentibus Turcos/Judeos/et alios infideles. Et ſic pōt dici iſta. xij. diuiſio Grecorum a Latinis fidelibus:quia habitātes Cōſtantinopolim ⁊ in regiōe illa infideles modo ſunt. Uñ tota eccleſia orīētalis/oēs ſedes patriarchales eius/Conſtantinopolitana. ſ. Alexandrina/ Antiochena/⁊ Hieroſolymitana/ſeparate ſunt a Romana eccleſia:quū ille regiones poſſideant̄ a Turcis vel Saracenis. ¶ Euenit itaqꝫ Grecis ſeparantibus ſe a Romana eccleſia per ſchiſmata ⁊ hereſes:qđ contigit ppl'o Iſraelitico qui in decem tribus diſtinctus faciens ſchiſma ⁊ ſeparās ſe a tribu ⁊ regno Juda vbi erat tēpl'ū dñi. ſ. in Hier'lm/⁊ legitimū ⁊ ſummum ſacerdotiū ⁊ verus dei cultus:fecit ſibi regem Hieroboā poſt mortē Salomonis:ꝗ idola fabricauit vitulos aureos:ad quē adorāda totū Iſraelē induxit. Sacerdotes falſos ⁊ prophetas Baal inſtituens ſemꝑ ad peiora declinauit:⁊ aliqū licet vnitus fuerit pro aliquo tp̄e cuꝫ regno Juda. ſ. affinitate coniunctis Joſaphat rege Juda et Achab rege Iſrael:tamen aliqū intulit Iſrael regno Juda multa ⁊ magna mala. Demū ꝓpter ſcelera ſua ⁊ infidelitatem Iſrael amiſſo regno et toto tp̄e Ezechie regis Juda:tranſlatus eſt captiuatus rege ſuo Oſee occiſo in Aſſyrios ⁊ Indos. Ex aſſyrijs gentilibus miſſi ſunt in regnum Samarie:⁊ regnū ſcilicet Iſrael ad habitandum illis Iſraelitis nunqꝫ reuerſis a captiuitate in ſuum regnū. Sic etiā Grecorū imperiū ſe a Romana eccl'ia ſeparās:vbi eſt ſummum ſacerdotiū:verus cultus:⁊ verū imperiū:incidit in varias hereſes. Et licet aliqū reſipuerit:parū ꝑmanſit. Sꝫ ⁊ multa mala fecerunt Greci Latinis qū potuerunt:vt patuit. ſ. emulantes ⁊ egre ferentes primatū Romane eccleſie ⁊ imperiū Latinorū. Demū omiſſo imperio ſuo trāſlati ſunt in Turcos capti ab eis:⁊ miſſi in infidelibus ad habitandū in terrā imperialē Conſtantinopolitanā. Eccleſia aūt Romana ⁊ imperiū Latinorū etſi paſſa ſint multa aduerſa:tamen illeſa euaſit ſemper permanens ⁊ permāſura in veritate fidei. De captione Conſtantinopolis nunc dicendum.

§. XIIII. Anno dñi. M.cccclij.

ciuitas Conſtantinopolitana quum eſſet obſeſſa a Turcis:oratores miſerūt Greci ad Nicolaū papā:implorātes auxiliū gentium ⁊ pecuniarū. Quos nō exaudiuit Nicolaus:indignum ducēs Italiā exhauſtam pecunijs ꝓpter expenſas guerrarū grauare impoſitis oībꝰ:maxime quū ſciret ſe ſuis pecunijs poſſe iuuare:ſi exponere vellēt cōducendo gētes. Sed nudati omni amore reipublice ⁊ tantū priuate rei ſue cōſeruande intēti/in hoc inciderūt iudiciū:vt victi ⁊ capta ciuitate ſerui effecti:⁊ res priuatas ſuas ⁊ publicas perdiderint. Et ꝙ habuiſſent modū ſi voluiſſent ſua exponere patuit:qꝛ magne diuitie ⁊ theſauri reperti ſunt apud plures ꝑſonas etiā ⁊ mulieres:ſꝫ cupiditas excecauit eos. ¶ De ipſa aūt captione dicte ciuitatis per Turcos/reuerendiſſimus pater ⁊ dñs cardinalis Ruthenus tituli eꝑs Sabinēſis Grecus noīe Iſidorus:qui tunc erat ibi legatus pape ſic ſcribit qui preſens fuit:⁊ ſed manus illorū euaſit ne occideretur vel caperetur:qꝛ ingreſſis in ciuitatē Turcis habitum dimiſit ⁊ apparatū cardinalitiū:⁊ veſtibus vilibus indutus inter fugiētes e ciuitate ſe immiſcuit incognitus:⁊ et inde ad Peram ſe duci per mare procurauit. Audite hec cūcti in principio ſuarum literarum iſtud narrantiū. Audite oēs gentes:auribus percipite:qui habitatis orbē. Audite hec oīa:qui fidelē orbis partem colitis. Miniſtri/paſtores/ ⁊ principes oīm eccleſiaruꝫ chriſti:⁊ vniuerſi quoqꝫ reges et principes chriſticole:ac vniuerſus oñi populus cū religioſis cūctis:audite ⁊ notum ſit vobis:ꝙ precurſor veri antichriſti Teucrorū princeps ⁊ dñs:ſeruus aūt tot dominorū quot viciorū:cuius nomē eſt Mahumeth inimicus crucis chriſti:heres rei ⁊ nominis illius primi pſeudoprophete ⁊

Margin notes: An excōicati ſint cenſendi ꝗ nōnihil ad ſymbolū Nicenū addiderē. — Cōſtantinopoleos euerſio deploranda.

ſequens:

latoris legis ſpurciſſime Agarenorū: filius ſathane olim flagitioſiſſimus: qui furijs inuectus ⁊ inſanis ſanguinē chriſtianorum ſine intermiſſione ſitit: nec extingui valet eius ſitis poſt eorū innumeras cedes: tantoq; odio cōtra chriſtū et mēbra eius mouetur: vt eradere nomē eius de terra nitatur: ⁊ inſpecto aliquo chriſtiano ſibi obuiante: ſe inde exiſtimet ſordidatū: vt oculos abluat ſuos immundū ſe profitens prius. Hoc igit̃ tā terribile ⁊ horridū monſtrū exigentibus demeritis chriſtianorū / iuſto dei iudicio in eos ſeuire ⁊ graſſari ꝑmiſſum: ciuitatē imperialē nouā Romā: olī feliciſſimā: nunc miſerrimā ⁊ omni calamitate oppreſſam Cōſtātinopolim diu obſeſſam cepit: expugnauit: ſpoliauit oībus bonis: ⁊ pene deleuit. Quis aūt (vt verbis vtar prophete) dabit capiti meo aquā: oculis meis fontē lachrymarum: vt plorare valeam die ac nocte interfectos populi illi⁹ ⁊ ſceleſtiſſima ſacrilegia in captura perpetrata? Quis hui⁹ horribilitatis memor nō obſtupeſcat: nō lethargicus fiat: nō pre dolore obmuteſcat? Nec tamen cūcta enormia explicabo: nec pie aures audire refugiant: ſed ex pauciſſimis relatis cogitentur alia. Hic nefandus noībus blaſphemie plenus / ciuitate recepta poſt decapitationē imperatoris cum omni ſua progenie ⁊ nobilitate: plurimos ferreis manicis ⁊ compedibus alligatos / ac collis eorū funibus cinctis extra vrbem deduxit: nobiles / plebeios / monachos et monachas / mares ⁊ feminas: virtute ⁊ cōditione preclaros / vituperabiliter detractos: multis iniurijs refertas vt meretriculas ⁊ in lupanari proſtitutas trahebāt. Tanta ⁊ talia cōtra eos agebant: quāta de brutis aīalibus ⁊ qualia ſine rubore fari minime ꝗs valeat. Adoleſcētulos vtriuſq; ſexus a parentibus ſegregabant: ⁊ diuiſim de eis precio negotiabātur. Infantes corā genitoribus ſuis vt agniculos mactabāt. Matres filijs: ⁊ geniti genitricibus priuabantur. Germani a fratribus: vxores a viris: nurus a ſocrubus lugentibus ⁊ viulantib⁹ ſegregabantur. Diſiuncti conſanguinei ⁊ amici in diuerſas regiones ſerui vendiri ducebantur. O ꝗ amare lachrymę: quanta ſuſpiria: quot clamoſi ſingultus inter amicos ⁊ notos: que miſerabiles voces emittebātur inter tantas cedes / ſeruitutes / expulſiōes / ⁊ contumelias. Principes ⁊ barones ⁊ dn̄i / bubulcorū porcariorū homunciorum effecti ſunt famuli. Infra decennium pueros ad ritus ſue ꝑfide ſecte cōpellebant. Heu quomodo obſcuratum eſt aurum fulgidū ſapientie / per tenebras ignorantie. Aurū dignitatis / per ignobilitatē ſeruitutis. Quomodo mutatus eſt calor optimus Grece eloquentie / in barbariem Turcie. Lapides ſanctuarij ſiqui erant conſtantes in fide: diſperſi ſunt in capite oīm viarū iacentes proſtrati. De ceteris taceamus: humana ſunt. Sed de iniurijs ſubſannationibus / cōtumelijs / opprobrijs ſceleſtis erga diuina: que lingua valeat explicare / quis intellect⁹ capere? que auris patiēter audire? ni fallor: nūꝗ: ita horribilia fuerunt oīa. Deus venerūt gentes / gehēne dediti: in hereditatē tuam: q̄ Iſrael eſt te vidēs per fidem. Polluerūt templum ſanctum tuum: eccleſiam nobiliſſimā ſancte Sophie cū alijs: imagines dn̄i noſtri Ieſu chriſti ⁊ matris eius virginis glorioſe ac ſanctorū ⁊ ſanctarū dei inſignia viuifice crucis cōſpuentes / cōſtringentes / cōculcantes: ſacroſancta euangelia / miſſalia ⁊ reliquos eccleſie libros dilacerantes / deturpantes / cōburentes: ſacras veſtes ſacerdotū reliquaq; ornamenta eccleſie ſcindentes: ad indumentū ſuū ⁊ ornamentū ſumentes: vel vili precio cōferentes: vaſa dn̄i eius cultui dedicata rapientes / ⁊ in eis comedētes ⁊ bibentes: reliqua vero conflata ad profanos vſus trāſferebāt: Poſuerunt deniq; carnes ſanctorū tuorū morticina ſeruorū tuorū: reliq̄as beatorū corporū / eſcas volatilibus celi diſpergentes hincinde carnes ſanctorū tuorū quos occidebāt: beſtijs terre: q; non erat qui ſepeliret. Altaria ſuffoderūt: inuocātes nomē maledicti Machometi eū laudātes de victoria. Omitto pre pudore ꝗ mingebant: ſtercorabant: oīa vituperabilia exercebant in tēplis imaginibus ⁊ reliquijs ſanctis. Sancta canibus dabant: margaritas ſacramētorū ante porcos proijciebant. Quā recolo: totus ex horrore cōtremiſco: nec vlterius ſtilo exarare queo illorū piacula: ⁊ fidei chriſtiane religionis dedecora ⁊ irriſiones iniecta. Monaſteria tam monachorū ꝗ monialiū inuadētes / oīa diripiebāt: eijciētes illos de habitationib⁹ ſuis. Xenodochia infirmorū deſtruebāt. Etſi de multis ⁊ magnis excidijs ⁊ exterminijs ciuitatū hiſtoriographi etiā gentiliū referant: fere nulla poſſet deſolationi huius coequari. Nullū incolam intra reliquerūt: nō Grecū: nō Latinū: non Armenū: nō Iudeū. Urbem ipſam ſuis ciuibus nudatā quaſi deſertam effecerūt. Eorū actus ⁊ opera proprijs oculis vidi: ⁊ cū aliquibus conſtantiſſimis viris vna plura perpeſſus ſum mala ⁊ pericula: licet de manibus eorū me eripuerit deus: vt Ionā de ventre ceti. Expugnata Cōſtantinopoli: Perā nō multū diſtātem occuparunt: menia eius ad ſolū vſq; deducentes. Ex cāpanis eccleſiarum bomberdas cōflauerūt. Crucē que erat in cacumine turris ei⁹: cū ipſa turri contriuerūt. Rēpublicā ad nihilū deduxerunt: iudicē principē eius Turcum conſtituētes. Pedagia / guidagia / impoſitiones / ⁊ grauamina / illuc applicantibus vel permanentib⁹ ſuopte nutu ſtatuerūt. Uillas ⁊ oppida circūiacētia ſimili excuſſione detriuerunt. His atrociſſimis rebus nō cōtentus calidiſſimus et cruētiſſimus Mahumeth chriſticolarum ſummus inimic⁹ ad vlteriora ſe extēdit: ⁊ triremes inter magnas ⁊ paruas iam centum. lxx. preparauit: ⁊ ad mare Egeum miſit: ad inſulas Cicladas vel Cyclades ſibi ſubijciendas. Exinde ſe preparat cum infinito exercitu ad tres vrbes notabiles et potentes prope Danubiū ſitas transmigrare ⁊ expugnare: vnā quā videlꝫ Periſtō nūcupamus: aliam Fotobium: tertiam Belloſtadū. intendēs poſt hec totā percurrere Ungariam: ⁊ ſpoliare: deuaſtare et conterere vt neminem retro ſibi dimittat impedire ad alia valētē: tāq̄ ad Italiā ꝓcitiſſime transmigrare contendit. Preparare ꝗ conatur galeas magnas ⁊ paruas trecentas: naues magnas. xx. pedeſtriū et equeſtrium exercitū vltra centū milia: ⁊ ſic a Dyrrachio Brunduſium tranſire cōtendit: que ciuitas eſt in regno Apulie. Quapropter deprecor exoro atq; hortor oēs chriſticolas: vt zelo fidei ⁊ chriſtiane religiōis pro veſtra libertate gladio accingamini cōtra tam diros hoſtes diuini cultus et omnis ſanctimonie ⁊ vite mortalis. Et primo quidē abijcientes omnē diſſentionē ⁊ emolutionem: remittentes inuicem offenſas ſicut et chriſtus donauit oībus pacem: et vniōnē ſummopere inter vos amplectamini: vt vniti ⁊ inde fortiores effecti / cōfidētes in adiutorio altiſſimi (cuius eſt victoria ⁊ bellū nō multitudinis) ipſum ſathanā cū ſatellitibus ſuis ſub pedibus veſtris ꝯterere valeatis. Licet enim in multitudine confidat et feritate ſuorū: ⁊ plures tamē ſunt ꝗ nobiſcū ſunt: īmmo dn̄s ipſe omnium militiarū pro cui⁹ fide ⁊ religione pugnatis: ita ꝙ centum ex vobis perſequi ⁊ ſuperare valeant mille ex illis: ⁊ mille ex vobis decem milia. Ignauia eniꝫ ⁊ īperitia belli innata ſunt eis. Hec in ſubſtantia ſunt in literis predictis: et ſi aliqualiter verba immutata.

¶ De Calliſto tertio papa: et victoria ab Ungaris contra Turcos habita. Capitulum. xiiij.

Anno domini milleſimo cccclv. xxv. Martij: Nicolaus papa quint⁹ doloribus diutine infirmitatis grauat⁹: ſumptis omnibus deuote ſacramentis: ⁊ exhortatione facta ad cardinales: diē clauſit vite ſue extremū: in eccl̄ia ſancti Petri ſepultus. Poſt cui⁹ ſolitas exeq̄as intrātes cōclaue reuerendiſſimi cardinales: infra decē dies vel circa in palatio pape cōgregati: canonice elegerūt in Romanū pōtificem cardinalē Aragonēſē noīe Alphōſum. Sed mutato in papatu noīe ſcdm̄ morem antiquū: nūcupat⁹ eſt Calliſtus terti⁹. vir eſtimat⁹ magne iuſtitie ⁊ equitatis ⁊ bone vite et laudabilis fame: magnus iuriſta. Qui in principio ſue creationis votum publicū fecit pro poſſe quantū in ſe erat reprimendi conatus Turcorū: ⁊ cōterēdi vires eorū: et terras vſurpatas Conſtantinopolim et alias de faucib⁹ eius educendi. Qō multū letificauit diuulgatū per orbem principes ⁊ cōmunitates chriſtianorū: qui nō ſolum Italici ſꝫ vltramōtani oēs pene per oratores ſolēnes viſitarunt ſanctitatem ei⁹ cōgratulātes de ei⁹ ꝓmotione: debitā reuerentiam et obedientiā offerentes: ac ſupplicātes ad cōſeruationem ⁊ cōfirmationē pacis Italicorū inſiſtere: excitādos fideles ad inſurgendum ꝯtra hoſtes chriſticolarū et eliminandū de finibus ſuis: ⁊ ad cultū dei ampliendū. Qui etiā honorifice ſuſcepti ſunt a beatitudīe ſua et Romana curia. Hic in principio ſui pōtificatus. ſ. mēſe Iunij / in feſto apoſtolorū Petri et Pauli premiſſa diligēti examinatione facta ex cōmiſſione apl̄ice ſedis quibuſdā prelatis eccl̄ie in diuerſis mūdi partibus in quibus fuerat magiſter Uincenti⁹ de Aragonia cōuerſatus: ⁊ vbi verbuꝫ dei diſſeminarat: eū in ſctōs retulit. Qui per annos. xxx. ſingulis dieb⁹ poſt decātationē miſſe per eum preſente clero cum lachrimis copioſis ꝓplis cum maximo cōcurſu ⁊ fructu p̄dicauerat ꝑ Franciam Hiſpaniam / Aragoniā / vſq; Genuam declināſet: ⁊ multos cōuertens ad fidē Iudeorū ⁊ gentiliū: tandē plen⁹ dierum in pace quieuit in Britannia anno dn̄i. M. cccc. xvi. vel circa. Miraculis etiam claruit. Eodē anno. ſ. primo ſui pōtificatus impoſuit decimā papalē oī clero ⁊ ꝑſonis eccleſiaſticis: quā quibuſdā iniūxit integre exigendā certo modo et forma: in ſubſidium impenſarum faciendarum in expeditione claſſis maritime. Cōſtituit plures p̄dicatores diuer-

Calliſtus tertius papa.

Sancti Vincētij ordīs p̄dicatorū apoſ. Venetis minoris Britānie ſepulti canonizatio.

ſarū regionū:q̄ diſcurrerent p ciuitates ⁊ caſtella ad predicandam crucē cōtra Turcū: qui hortarentur plebes ad contribuendū elemoſynas ad tā ſanctū/tā pium/tam neceſſarium oībus opus: p cōducendis armigeris cōcedens indulgentiā plenariā pctōꝝ cōtritis ⁊ cōfeſſis ſemel in vita ⁊ ſemel in morte: cuicūq; elemoſynā quinq; ducatorū largienti: auctoritatē quoq; tribuēs abſoluendi ⁊ diſpenſandi in multis caſibus. Deſtinauit inſuper legatū in Ungariā cardinalē diaconū dn̄m Joānē Hiſpanū ⁊ in Alemanniam ad cōgregandū exercitū terreſtrē cōtra Turcos pfidos. Aliūz cardinalē Auinionēſem miſit in Frācīā ad decimā colligēdā ⁊ predicandā cruciatā ⁊ regē deprecandū Frācie: vt auxiliū ferret ⁊ operā vt chriſtianiſſimus princeps ptra tā pfidos hoſtes. Poſt annū quoq; miſit aliū legatū cardinalē dn̄m Ludouicū camerariū aplicū virū prudentē ⁊ ſagacem in his cū claſſe licet parua ad bellū nauale exercendū. Quid inde ſecutū ſit: infra notabit. ¶ Idē anno ſcdo pontificatus ſui mādauit p ſolēnes lr̄as aplicas vbiq; terrarū fideliū ſingulis dieb⁹ inter nonas ⁊ veſperas pulſari in oībus eccleſiis ad Aue maria ter. In pulſatione quicūq; diceret genib⁹ flexis ter Aue maria/⁊ Pater nr̄: cōſequeret indulgentiā annorū ⁊ triū quadragenarū. Item q̄ omni prima dn̄ica mēſis fieret pceſſio gn̄alis: ad quā cōuenirēt clerici/religioſi/⁊ laici: ⁊ cantaret miſſa cū predicatione ad materiā p victoria habēda cōtra Turcos. Et q̄ intereſſet: haberet ſeptē annos ⁊ ſeptē quadragenas indulgentiaꝝ. Itē q̄ in miſſa quilibet q̄ celebraret: ⁊ diceret oratione p victoria cōtra paganos: ⁊ q̄ hoc faceret/tres cōſequeret annos indulgentiarū. Et oīa ad impetrandū liberationem a Turcis ⁊ victoriā penitentib⁹ ⁊ cōfeſſis. ¶ In tertio anno ſui pōtificat⁹ videlʒ. M.cccclvii. aliū ſanctū virū de cōi cōſilio ⁊ aſſenſu prelatorū in curia exiſtentiū catalogo ſctōꝝ adſcripſit. Feſtū quoq; trāſfigurationis eodē anno celebrādū inſtituit p vniuerſuʒ orbē ſub officio duplici.vi.die Auguſti/cōcedens indulgentiā intereſſentib⁹ ipſi officio ſicut in feſto corporis chriſti. Officiū em̄ de ipſo feſto inſtitutū nouiter miſit recipiendū: qd̄ ⁊ ipſe vidi: ⁊ ſcribi feci. Cardinales creauit pzio duos ſuos nepotes ſatis iuuenes: quorū vnū legatū deſtinauit Bononiā: etiā anteq̄ cardo eccleſie fieret. Aliū legatū in Marchiā. Alios quoq; in ſcdo anno inſtituit cardinales quinq; videlʒ epm̄ Papienſem Longobardū: epm̄ Senēſem/de Senis oriūdū: archiepm̄ Neapolitanū: epm̄ zamonenſem dn̄m Joannē de mella: ⁊ quēdā aliū beneficiarū clericū. Eccleſiā ſancti Joānis Lateranenſis quā Eugenius.iiii. cōceſſerat cōgregationi canonicorū regulariū: q̄ dicunt de Friſionaria: ⁊ pacifice p annos poſſederant: importune a Romanis ſupplicatus abſtulit eis: cōcedens vt prius clericis ſecularibus officiandā ⁊ canonicatus laicales renouās. Sed de nouo creatus papa nepos dicti Eugenii vocatus Paulus ſecūdus/canonicis regularibus reſtituit: quam vſq; nunc poſſident.

Quo tē porecordinatus fuit pulſari aue maria.

Feſtum trāſfiguratiōis dn̄i.

§.I. Anno aūt dn̄i. M. cccclvi.

Chriſtianorū in Turcos victoria

pontificatus dn̄i Caliſti.iii. anno ſcdo/menſe Julii in feſto beate Marie Magdalene dedit domin⁹ victoriā magnā fidelibus bellantibus cōtra Turcos: quāʒ breuiter narrat ipſe Caliſtus in bulla inſtitutionis feſti tranſfigurationis dn̄i in hūc modū. Quū immaniſſimus hoſtis chriſtianorūʒ mahumeth rex Turcorū poſt hoſtiles diſcurſus ⁊ depopulationes in regionib⁹ chriſtianoꝝ Cōſtantinopoli vicinis factas venit cū exercitu ſuo obſidiōe caſtrum Belgradi in Ungarie regno ad ripā Danubii fluminis ſituatū: ⁊ quum multū coanguſtiatū menibus eius per bombardarū et machinarū iactū cōquaſſatis iam cū ſuis intraſſet: cruce ſignati ⁊ Ungari populares ⁊ quaſi inermes ſine cōparatione Turcis pauciores/cōtra eos pcedentes: ptecti ſcuto fidei et cōfiſi de dn̄i adiutorio: eos de caſtro ppulerūt. Et domino Joāne diacono cardinale ſancti angeli legato de latere ibi deſtinato/exiſtente ſub ſtrenuo fidei noſtre catholice acerrimo defenſore ⁊ p fide ⁊ chriſticolis feruētiſſimo propugnatore Joāne Uayuoda chriſtiane cohortis duce digniſſimo: pſente quoq; venerabili religioſo fratre Joanne de Capiſtrano ordinis minoruʒ viro optīo ⁊ meritis apud deum ⁊ hoīes eximio: noīe dn̄i noſtri Jeſu chriſti (in quo ſalus noſtra cōſiſtit) fiducialiter ⁊ aſſidue ab omni populo circūſepto voce vnanimi inuocato: vexillo quoq; ſanctiſſime crucis cū magnis clamoribus ⁊ lachrymis eleuato ad celū: vnde ineffabile (vti a cūctis dari ſperabat) aduenit auxilium. Mira res ⁊ ſemp memorie cōmendāda. In die pfata beate Marie Magdalene celeſti preſidio cōmunitus populus fidelium/impetu in hoſtes facto viriliter ipm̄ ferum principē Turcoꝝ cū ſuis ſacrilegis cōplicibus in turpem ⁊ dānoſam fugam conuertit. Dediſq; ipſe miſericors ⁊ miſerator dn̄s in manus paucoꝝ tā ferocis munitiſſimi ⁊ innumerabilis exercitus cū maxima ſtrage victoriā: vltra q̄ mens poſſit eſtimare humana. Dn̄s em̄ fortis ⁊ potens in prelio ſup oēs exercitus ⁊ tyrānos: q̄ Madian ⁊ orientales pplos ad numerū locuſtarū in manus tradidit Gedeonis cū.ccc.viris. Onie quoq; ſacerdoti ſummo contra Heliodoꝝ tēplū ſanctū pfanare moliētē preſidiū tribuit ⁊ iuuamē: proq; fidelibus cōtra inſolētiſſimos hoſtes miraculoſe pugnauit. Et gladiū ſuū ſup capita inimicorū fugiētiū intromittēs: nō pauciores ſeſe mutuo cede necantes: q̄ a noſtris in prelio fuiſſent interēpti occidit. Nam vt a fide dignis accepimus: in ea pugna ad.xl.millia occiſi: ⁊ reſidēq; ſuperſtites in turpē fugā verſi: ſeſe mutuo trucidātes. Caſtra incēſa: machine ⁊ inſtrumēta bellica oīa aqua et terra diruta ſunt: naues eoꝝ multe capte/vel combuſte/vel ſubmerſe ſunt/vt cōfuſus abiens ipſe tyrannus perfidiſſimus Mahumeth filius diaboli cū ſuis copiis: ⁊ pre timore iam multis menſibus nō apparēs: inter latebras ⁊ munita oppida ſe recepiſſe dicat: ⁊ diuinā perſentiens vltionē in ſuā perditionē futurā: inter Cōſtantinopolitanā Peràq; ciuitates ſe occluſerit/illāq; muris ⁊ antemuralibus munire fruſtra decertet. Sed niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē: fruſtra vigilat q̄ cuſtodit eā. ¶ Poſt victoriā magnā chriſtianoꝝ et multā ſubſtātiā receptā ab eis: ⁊ magnificas deo gratias pro magnificis beneficiis exhibuerūt. Sed poſt paucos dies Joannes Uayuoda felicis recordationis in pace quieuit: vt credit infirmatus ex maximo labore in bello. Sed non multo poſt et venerabilis pater frater Joannes de Capiſtrano ordinis minoꝝ ſancto fine quieuit. Aliqui tamē aſſerunt Joannē Uayuodā veneno interiiſſe a quodā magno dn̄o illius regionis/ſed peſſimo viro: q̄ poſtea occiſus fuit in preſentia imperatoris a filio Joānis Uayuode: ſiue ob vindictā pp̄ter patrē ab eo potionatū: vt quidā dicit/ſiue propter aliā cauſam. Emulatio nō modica erat inter eos/ ſicq; inter dn̄os Ungarie facta eſt diſſentio magna. Anno quoq; dn̄i. M.cccclvii. quum dn̄s cardinalis camerari⁹ Ludouicus legatus pape eſſet cū claſſe licet parua circa Rhodum: Turci venientes cōtra chriſticolas debellati ſunt: ſignis eorū captis ⁊ multis interfectis vel in ſeruos aſſumptis: ⁊ profligatiq; ſunt cum confuſione Turci.

Joannes Uayuoda chriſtianorum dux exercitus.

§.II. Anno domini Milleſimo

et antiquas auxerat: q̄ tanta erāt vt hoīes reſpirare nō poſ-
ſent: oīa remoueret: et ad morē antiquū deduceret. Nimie
fuerūt extorſiones eius ab hoībus regni. Et (vt de ceteris.

taceā) beneficia vacantia etiā minora nullus obtinere valebat in curia/niſi prius manus regis impleſſet ꝛ quātitate nō modica. Tertio vt pacē confectā ꝑ ſe cum eccleſia et alijs cōitatibus et principalib⁹ ipſe ſeruaret:nec a pacis federibus declinaret. Rege igitur Alphonſo ex humanis ſubtracto:ſuſcepit regnū Ferdinādus:nec repertus eſt q̄ obſiſteret: Florentinis ſcripſit habuiſſe in mādatis a parte: vt pacē cum eis et alijs faceret ſm̄ fedus initū qd̄ fecerat/ et ſumm⁹ pontifex firmauerat:qd̄ oīno parat⁹ erat iplere:ad idē eos perſuadēdo. Sed pontifex ipſe Calixtus morte regis percepta:ſubito contulit quedā magna bñficia epiſcopatuū que prius ↄferre nō valuerat:ipſo rege cōtradicēte et impediēte. Et (qd̄ plus eſt) per bullas patentes regnum Appulie vacans:vt feudū eccleſie ad eā ſoluȝ pertinere et de ipſo diſponere aſſerebat:mandēs Ferdinando vt illud dimitteret:nec ipſe vel alius quicq̄ ſub pena anathematis ſe illius regni regē vocaret. Sed ſi q̄s ius aliqd̄ ibi pretenderet prius ꝑ eū diſcuteretur negotiū. omniaq̄ iuramēta diſſoluit in illis qui fidelitatē ſeu homagiū ipſi ꝑſtitiſſent. Ab hac ſentētia Ferdinādus dicitur appellaſſe: in regno ſe tenens ꝛ regē ſe nominās. Dux aūt Mediolanenſis Franciſcus Sforzia hec audiens per literas ſuas Calixto ſe nimis egre ferre ſignificauit:q̄ regnum Appulie per Eugeniū quartū Alphonſo cōceſſum:vt ex literis oſtendebatur eius autēticis:ꝛ a Nicolao immediate ſucceſſore nō altercatis:filio Alphonſi heredi regni ab eo inſtituto Ferdinādo ſine cauſa vellet auferre. Cui quū eſſet affinis:illud nō pateretur:ſed ad ipſum retinendū pro poſſe iuuare. Per triennium enim vel circa ita cōuenerat rex Aragonum Alphonſus cū Frācīſco duce Mediolani:vt filius eius quem ex Blancha vxore ſua legitima ſuſceperat:in vxorem duceret filiā Ferdinandi ꝓdicti:quā ex vxore habuerat filia principis Tarētini. ꝛ duplicata affinitate filius Ferdinādi cum filia ducis Mediolanēſ. matrimoniū contraxit. Ipſumq̄ filium ſuū Franciſcus Sforzia ita exaltauit:vt cōuiuēte ducem inſtitueret Mediolani. Quū aūt hec agerētur:contigit pontificē Calixtū grauiter infirmari/vt de vita eius deſperaretur oīno:propter q̄ cardinales ꝓcurarunt caſtrū ſancti Angeli:quod in cuſtodia erat Cathalanorū:eis cōſignari. qd̄ et factū eſt:datis aliq̄t milibus florenorū caſtellano. Pōtifex aūt ipſe. vi. die Auguſti ex hac luce migrauit. lxxxiiij. anno etatis ſue. Quo mortuo reperta ſunt. cl. milia florenorū in ſcrinio ſub cubiculo eius.

Mors Calixti papa.

¶ Accidit in dieb⁹ illis ꝛ aliud lugubre:qd̄ vrbs tota defleuit. Nā Re. cardinalis Firman⁹ dñs Dominic⁹ de Capranica eiuſdeȝ mēſis. xiiij. die ex īfirmitate fluxus appoſit⁹ eſt ad pr̄es ſuos:cū multa deuotione ex hoc mūdo tranſitū faciēs:in aſpero repert⁹ cilicio:qd̄ ad carnē ferebat aſſidue. Multū triſtitie ꝛ doloris mors ei⁹ intulit cūctis qui nouerant eū propter eminētes virtutes eius. Uere hic homo iuſtus erat:propter rectitudinem eius a cunctis dilectus:prudētia et ↄſilio magnus:in iure peritus:religioſorū pater ꝛ refugiū:manus copioſe extendebat ad pauperes:ſobrietate ꝛ ſanctimonia preclarus:et deuotione non modica frequēter celebrans: ſtudio ſuo a lectione non ceſſans:in diuerſis partibus legationē eleganter exercens. Honorifice vita functus/ traditus eſt ſepulture in conuentu ſancte Marie ſupra Mineruā ordinis predicatorū.

Dñicus de Capranica cardinalis.

¶ Ea vero tēpeſtate quū Florētie communitas fluctuaret in prouiſionib⁹ eorū que reipublice expedire videbantur:ꝛ vota conſulentiū hꝭ que in petitionibus proponebātur a magiſtratu non conuenirent: factum eſt publicum parlamentum in platea / Luca de pactis vexillifero exiſtente:ꝛ ita prudenter et ſeriatim ordinatum: vt nulla ſanguinis effuſio/nulla ſeditio/nulla rixa/null⁹ contentioſus tumultus locum ibi poſſet habere. Nam Simonetto duce exercitus Florentinorum cum multis armatis et domino Fauentino cum pluris non inermib⁹ ad introitus per diuerſas ad plateam vias expoſitis in cuſtodiam: iuſſi ſunt omnes vexilliferi ſocietatis cū ceteris ſui vexilliferatus plateam intrare ſine quocūq̄ armorum genere. Et magnificis dominis Prioribus cum vexillifero iuſtitie in loco ſuo reſidentibus/lecta ſunt audiente omni populo capitula que petebant.

¶ De pio ſecundo papa:et pro obedientia Florentinorum oratio pulchra. Capl̄m. xvij.

Calixto igitur tertio debito nature ſoluto. vi. Auguſti honorabilib⁹ exequijs exhibitis more Romanorū pōtificū: ac in eccl̄ia btī Petri ſepulto:cardinales ↄclaue ingreſſi ſunt in palatio ſcti Petri:et intra triduū eccl̄ie vniuerſali de pōtifice prouiderūt. Nā canonice electus eſt cardinalis Senenſis nomine Eneas / et Pius ſecundus/vocatus. Hic natione Senēſis nobili et antiqua familia ortus:ſtudijs ab adoleſcentia deditus:iuris ſcientia peritus:ac literis gentilium valde eruditus:eloquētiſſimus vir: bonus et iuſtus reputatus eſt: amator pacis et zelator fidei. Unde poſt paucos dies coronatus verbo et opera expeditionem contra Teucros cepit intendere:et de communi conſilio pariter et aſſenſu reuerendiſſimorū cardinalium et aliorum prelatorum epiſcoporum ac oratorū qui tunc in curia Romana reperti ſunt:decreuit vt ipſe cū curia ſua ab vrbe recedens/ proficiſceretur ad alteram harum ciuitatum. Utinum in Foroiulio ſitum:aut Mantuam: Ibique preſentia ſua adeſſet kal. Junij:anno dñi. M. cccclviij. vt congregatis illic oratoribus regū principū ac communitatū chriſtianitatis quos deſtinarunt ad id vocatis cuȝ eis in hoc mandatum habentibus/ tractaret de modo tenendo ꝛ adiutorio preſtādo ad ſuperādos illos Teucros hoſtes fidei cum rege ſuo:ꝛ ciuitates et prouincias fidelium ab illis inuaſas ꝛ vſurpatas recuperandas inquantum dominus ↄceſſerit. Ideo locus ille elect⁹ eſt. preceteris vt magis accōmodus ꝛ aptus citramontanis ꝛ vltramōtanis que illuc habent conuenire:ꝛ ab Ungaris a Teucris magis ceteris infeſtatis non multum remotus: vt venientes valeant ſuas neceſſitates exponere:ꝛ diſcordie inter eos ſopiri. Et ſuper iſta deliberatione ſolennes literas apoſtolicas edidit:multa cepiſſime continentes circa materiam:ꝛ ipſas in publico conſiſtorio legi fecit. Interea tamen quia ille perfidus crucis chriſti inimicus quotidie ciuitates chriſtianorū inuadit et capit:et Amorreā pro magna parte ſibi ſubiecit:ne in vlteriora ſe extēdere poſſit:ſed reprimere impetus eius:in vere vel eſtate ſequenti intendit certā ſummam pecunie colligendā a principibus et cōitatibus Italie mittere Ungaris:vt valeant reſiſtere occurrentibus hoſtibus. Operā etiā ſollicitā dedit ad cōſeruāda federa pacis ſinite inter potentias Italie:ꝛ a preceſſoribus ſuis ↄfirmate. Unde ꝛ cū Ferdinando filio regis Aragonum Alphonſi ſcȝ illegitimo:qui regnum Appulie ſibi acceperat ꝓhibēte Calixto tūc in humanis agēte:cōpoſitionē fecit. Alphonſ⁹ enim rex Aragonum in extremis conſtitutus ipſi Ferdinādo filio ſuo legauerat regnū ipſuȝ Appulie:alijs regnis vt Sicilie ꝛ Aragonie Ualentie deuolutis ad alios ex hereditaria ſucceſſione. Allegabatur a Ferdinando regnū Appulie iuſte poſſeſſum a patre ſuo: vtpote ↄceſſuȝ ei ab Eugenio ꝛ ſucceſſore ei⁹ Nicolao:ꝛ ſuper hoc vt dī bullas habuiſſe:ꝓpter q̄ iuſte ꝛ licite a patre ſibi legatum poſſidere. Pōtifex aūt Pius regnū ipſm̄ ei dimiſit ſalue iure ſuo:ſine ꝓiudicio tn̄ alterius iuris:qd̄ ꝓ tāto fecit:q2 dux Andegauie Renatus pretēdit ad ſe pertinuiſſe et ꝑtinere dictū regnuȝ propter qd̄ et ipſe oratores miſit ad pontificem vt nemini illud regnum concederet:quū ſuum eſſet. Jacob⁹ aūt fili⁹ Nicolai Piccinini capitaneus gentis armorū:q̄ ab Alphōſo rege Aragonū cōductus fuerat dū viueret ad bellum inferendum Sigiſmūdo vicario eccleſie in Arimino pro certa ſumma pecunie:de qua aſſerebat eum debitoreȝ:nec reſtituere diſponebat:ꝛ iam magna damna intulerat ei:et caſtra ꝑlima abſtulerat:vacāte ſede Petri ſibi vſurpauit ciuitates Aſſiſij Nucerie ꝛ Gualdi. Sed ſuaſu pōtificis creati ad hoc ipſum īducētibus ſub cōminatiōe plurib⁹ cōitatibus ꝛ ꝓncipib⁹:ciuitates eccl̄ie reſtituit:ꝛ ab infeſtatione Sigiſmūdi ſe ſubtraxit:vt pax Italie firma maneret. Miſerūt aūt undique principes et cōitates Italie oratores ſuos ad viſitandū pontificem de nouo creatū:ꝛ gratulandum de ſua aſſumptione:ac exibēdū et debitā reuerentiā et obediētiam:vt chriſti vicario et Petri ſucceſſori. Inter quos cōitas Florentina deſtinauit in ꝓncipio Octobris dicti anni oratores ad idem/dñȝ archiepūȝ ciuitatis cū q̄nq̄ alijs ſpecialibus ciuib⁹:q̄b⁹ applicātib⁹ ad vrbeȝ die decimo dicti mēſis data fuit publica audiētia i ↄſiſtorio in ꝑſentia ſummi pōtificis ꝛ cardinaliū ꝛ aliorū ꝓlatorū ꝛ curialium. Un⁹ ergo eorum iſta publice perorauit.

Pius ſecundus papa.

Cōcilium Mantuanū pro expeditione contra Teucros facienda.

§. I. Beatiſſime pater ꝛ ſanctiſſime dñe:

Florētinorū legatorū ad pōtificē oratio.

Inclyti ac magnificentiſſimi populi Florātini nomine aplice ſedi tibiq̄ tum deuotiſſimi tuȝ deditiſſimi magnificas altiſſimo gratias agimus: tibiq̄ plurimū cōgratulamur de hac tua exaltatione ad pontificatus apicē ſummū. Quinimo letentur celi ꝛ exultet terra: commoueatur mare ꝛ plenitudo eius:orbis terrarū ꝛ qui habitant in eo. Letentur ſiquidē celi. i. diuinis dediti clerici:qui ſapiētia claritate ꝛ ſydereo ornatu ↄtutū enarrāt gloriā dei. Exultet terra laici. ſ. q̄ terrenis occupati: tn̄ ex influxu celorū in omni opere bono fructificant deo. Cōmoueatur in gaudiū mare peccatorū vitijs amarū:q2 pietate clauſum vocatur ad veniam Jocūdetur orbis terrarū:ſereniſſim⁹ imperator dñs

orbis:⁊ q̄ habitāt in eo:quirite:⁊ precipue ab eis veri
nati Florētini atq̄ Senēſes. Una quippe cūctis letitie cō
munis eſt ratio:eo q̄ nauicule Petri ſacroſancte eccleſie
proretam dederit:qui vita et morib⁹ ſapiētia et virtutib⁹
ipſam gubernare et ad portū ſalutis perducere optime va
leat. Florentie etenī media nocte quū primo clamor, fact⁹
eſt dicentiū: Habemus pōtificē ſummū Eneā Pium .oēs
qui audierūt:admirati ſunt:plurimūq̄ letati q2 virū talez
non ſolū patrie vicinū/liminibus noſtris limitibuſq̄ cōli
ctū/multiſq̄ e ciuibus noſtris charitate copioſa beneuolē
tiaq̄ coniūctū/diuinis chariſmatib⁹ locupletē/dn̄ico pre
fecerit gregi dicēs i corde ſuo: Quis putas paſtor iſte erit:
Etenī man⁹ dn̄i erit cū illo. Huius aūt magni gaudij exte
riora ſigna oſtendere ex cauſa optima ad tui coronationez
diſtulim⁹:que tūc fuere non modica. Nā precedētibus lu
minaribus/proceſſionibus/hymnis/et canticis/per vrbez
cū clero ⁊ populo:adiūcta ſunt magiſtratu preſente miſſa
rum ſolennia:ſuppliciter dn̄m exorando vt tibi copioſum
gratie munus ad ipſam optime gubernādā eccl'iam imper
tiri dignaret. Equidē diuina ꝓuidentia q̄ perpetua mūdū
ratione gubernat:gubernationis diuiniſſimū op⁹ ſua bo
nitate immenſa humano generi cōicare dignata eſt. cui⁹ gu
bernatiōis ꝓprius extat officium:id quod gubernatur ad
debitum ꝑducere finē. Sicut ⁊ nauis recte gubernari dici
tur (vnde iſtud aſſumptū eſt nomen) quū per naute indu
ſtriā recto itinere ad portū illeſa perducitur. Finis quippe
debitus et vltimus creature rationalis/eſt ſumma et per
fecta felicitas:que in dei viſione ⁊ fruitione conſiſtens/a
chriſti fidelibus expectatur poſt huius trāſitum miſerabi
Roma. vj. lis vite. Ad hāc vero fruitionē virtus humana nō ſufficit
aſſequēdā:ſed diuina reqrit. iuxta id Apl'i ad Romanos.
Gratia dei vita eterna. Idcirco gubernatio eccleſie que ꝑ
gratiā eſt:nō eſt humani operis ⁊ regiminis principaliter:
ſed diuini/illius videlz qui nō ſolū eſt homo verus:ſed et
in celis altiſſimus dn̄s:deus videlicet noſter Jeſus chri
ſtus:qui mortales hoīes dei filios per adoptionē efficiēs
eos in celeſtē gloriā transfert. Hic ſacerdos in eternuz ſm
ordinē Melchiſedech/et rex ſapiēs a ꝓpheta deſcribit:a
quo ⁊ regale ſacerdotiū deriuatur. Ut autē ſpūalia a terre
nis ſegregata eſſent:gubernationē eccleſie nō regib⁹ ſed ſa
cerdotib⁹ cōmiſit atq̄ iniūxit. Quū vero ipſe corpus aſſum
ptū ablaturus eſſet ab hoībus ⁊ illaturus ſyderib⁹:prius
vices ſuas homini delegauit. Petro videlz:quē ⁊ primum
ſui ouilis paſtorē/⁊ ſacerdotum oīm inſtituit principē. Li
cet enī poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis parez po
teſtatē tribuerit:dicēs/Accipite ſpiritū ſanctū quoꝝ remi
ſeritis peccata. remittuntur eis:tamen vt vnitatez oſtende
ret:vnitatis eiuſdem originem ab vno proficiſcentem pro
pria authoritate diſpoſuit:ſoli Petro inquiēs/Paſce oues
meas/collatis ſibi clauibus regni. Erant vtiq̄ apoſtoli ce
teri quod erat et Petrus:pari conſortio predicationis ho
noris et poteſtatis:ſed exordium ab vnitate proficiſcitur:
vt eccleſia chriſti vna eſſe monſtraretur:⁊ vt omnis iuriſdi
ctionis eccleſiaſtice influxus ſenſus et motus a Cepha et
quolibet ſucceſſore in ceteros deriuari noſcitur. Si quis
autē quacūq̄ ex cauſa a Petri ſocietate diſceſſit:nec pecca
torum veniam conſequi valeat:nec ingredi ianuam regni
celeſtis. Priſcis quidem temporib⁹ quatuor preceſſerant
monarchie orbem temporaliter gubernātes:que primā te
nenti Nabuchodonoſor in viſu oſtēſe fuere in ſtatua habē
te caput aureum/pect⁹ argenteū/femur ereū/in tibijs ⁊ pe
dibus ferrum terra commiſtum:deſignante iuxta Danie
lis interpretationem/quatuor regna precipua ſibijnuicem
ſuccedentia: Aſſyriorum/Perſarum:Medorum:Grecoruz/
necnon et Romanorum. Et certe nullum horum nec ani
mam vnam ad portum valuit perducere ſalutis eterne:ſed
poſt hec inquit daniel ipſe propheta. Suſcitabit deus celi
regnum aliud quod in eternum non diſſipabitur nec
regnum ipſum alteri tradetur:et cōminuet omnia regna
hec:⁊ ipſum manebit in eternum. Hec vtiq̄ monarchia eſt
chriſti ⁊ eccleſie non in quatuor incluſa:ſed quinta ſingu
lariter expreſſa et ab alijs diſtincta:potior ⁊ excellentior
cūctis vniuerſalitate:dominij dignitate:ac tēporis diutur
nitate. Uniuerſalitate quidem dominij:quia non in oriēte
tantum vel in occidente precipue vt priores regnauere:ſed
vbiq̄/q2 a ſolis ortu vſq̄ ad occaſum laudabile nomē dn̄i
monarche noſtri. Nec toto in orbe terrarum angulus fuit:
in quo nō agnoſceret chriſtus Jeſus:in oēm terrā exeūte
apoſtolica tuba. Unde ⁊ in canone diſ. lxxxiij. legimus. Et
Gallie et Britannie/Aphrica/Perſis/Oriens/et India/
vnū chriſtū adorant:licet poſtea ex his plurimi a veritate
fidei audicū auerterint. Quid vero dignius aut ſalubri⁹
hoc regimine eſſe poteſt:in quo et ſalus aīe queritur:⁊ ſpi
ritualia ⁊ celeſtia miniſtrātur: Ideo in illis prioribus mo
narchijs ſacerdotes regibus ſubijciebātur:q2 in eis a gen
tilibus tēporalia a dijs expectabant:et Hebreis a dn̄o ter
rena promittebātur. Sed in iſta q2 celeſtia offerūtur et di
uina per ſacerdotes:merito reges ⁊ principes ſacerdotib⁹
ſubijciuntur. Hoc atteſtatur Grego. Nazan. inter Grecos
theologos doctor pricipuus:qui imperatoribus ſcribens
ſic ait. Suſcipitis ne libertatem vbi an illibenter accipitis
q̄ lex chriſti ſacerdotib⁹ vos ſubdidit:atq̄ tribunalib⁹ iſtis
ſubiecit:dedit enī nobis poteſtatē:dedit ⁊ principatū mul
to meliorem principatibus veſtris. In iure quoq̄ habetur
ſacerdotes chriſti indubie regū et principū cūctorūq̄ fide
lium patres magiſtroſq̄ cenſeri. di. xcvj. q̄s dubitet. Adeo
aūt diutinū eſt regimen iſtud eccleſie:vt vſq̄ ad mundi cō
ſummationē perſeueret ꝑpetuo ſubſequēter continuatum:
et initiū habuerit in chriſti natiuitate:in cuius ſignum de
vgine natus glorificat ab angelis:adorat a regib⁹ magis:
tremēdus tyrānis efficitur:⁊ ipſe tunc monarcha Octauia
nus populo Romano ne eum dominū nuncuparet prohi
buit inſtinctu quodam diuino permotus:cuius tn̄ rei my
ſterium nō intellexit:ſicut nec Cayphas:quū de dn̄o pro
phetauit. Uerū hic noſter monarcha Jeſus chriſt⁹ etſi rex
regum et dn̄s dominantiū reuera exiſteret etia3 in hoc ſclo
nequāq̄:humilē tn̄ et abiectā vitā et cōuerſationē elegit ⁊
tenuit:vt excellentiorē viā ſanctitatis cūctis oſtēderet et
compendioſam magis et aptā ad regna celeſtia: Auguſto
interea Octauiano ⁊ ſucceſſorib⁹ ei⁹ orbē vtcūq̄ guberna
re permittēs. At vbi venit plenitudo tp̄is:quo chriſt⁹ fun
dauit monarchiam ſuaz atq̄ pfecit precioſo eius ſanguine
purpuratā:necnō et principis aploꝝ cum aplicis cunctis
per. ccc. ⁊. x. annos vel circa martyrio coronatā:⁊ innumera
bilis q̄ turbe cuiuſcūq̄ etatis ſexus conditionis ⁊ ſtatus
tunſionibus ⁊ preſſuris elimatā et decoratā:ſignis et ꝓdi
gijs innumeris roboratā:exinde tunc vſq̄ occultatam:⁊ ad
ipſam toti orbi ꝓpalandā/Cōſtantini religioſiſſimi impe
ratoris maieſtatē glorioſi⁹ deus ſollicitauit:in dn̄o ceden
tis Syluestro vt chriſti vicario ꝑut debebat:ex iure diuino.
In hac aūt ceſſione ſpirituale eccleſie dn̄iū adiunctū eſt tē
porali:ſpūali nihilominus in ſuo vigore manēte:q2 ipſum
primo ⁊ per ſe a cunctis eſt exquirēdū:tp̄ale vero ſecūda
rio:⁊ vt organice felicitati deſeruiēs. Sicq̄ beato eterne vi
te clauigero terreni ſimul ⁊ celeſtis imperij dn̄s iura cōmi
ſit. vt dr̄ in canonū. diſt. xxij. oēs. Et ex duob⁹ eccl'ie collatis
gladijs:alterū ſcz materialē in vaginē ſuā conuertere a do
mino iuſſus eſt. Petrus illi⁹ vſum dimittēs dn̄o tp̄ali ad
vindictā malefactorū:vnde nō ſine cauſa gladium portat.
Alium ſibi retinuit:ſcz ſpūalē paratū ad vlciſcendā omnē
inobediētiā hoīm:vt felici mucrone eꝛꝛorū ſacerdotū ⁊ alio
rū pericula reſecentur. Quis igitur hoīz linguis loquens
et etiam angeloꝝ explicare queat:aut quis exarare ſtilus
longitudinē latitudinē et ſublimitatez apoſtolice ſedis et
eccleſiarū dominij ⁊ iuriſditionis: Quippe quū gloria et
honore coronato in apoſtolico ſedenti throno oīa ſubiecit
deus ſub pedibus eius vt ſuo vicario oues et boues vni
uerſas inſuper ⁊ pecora campi. Oues videlicet fideliū ad
dexterā chriſti collocādas. Boues elatos Hebreoꝝ/ iugo
litere legis adſtrictos ⁊ inde victimandos. Pecora quoq̄
campi/ethnicos ⁊ inimicos ꝑ latam ⁊ ſpacioſam viā erroꝝ
⁊ vitioꝝ proculdubio currētes ad gehennā. Inſuper et vo
lucres celi/viros beatos:vt adorent a cunctis ſanctoꝝ ca
talogo adſcribēdi. Demū piſces maris/alas defunctorū iā
perambulant ſemitas eius in amaritudinib⁹ commorātes:
ex aquis penalibus ꝑ indulgentias ab inferis educendo.
Ad hanc igitur tam preclarā tam glorioſam tam excelſam
aplicam ſedem aſſequēdā quis idoneus:certe non niſi qui
oībus ſanctior/qui doctior/qui dei ꝟtute eminentior repe
ritur:cui nihil ſapiētie/nihil ſciētie/nihil deſit induſtrie:et
q̄ adſit oīs multitudo ſenſuum/omnis congregatio ſancta
rum cogitationum et affectionū:cuius vigilia oīm cuſto
diat domos eccleſiaꝝ/cuius labor ſit oīm ocium:cui⁹ occu
patio ſit oīm vacatio:qui ſe ſibi eripiat:vt orbi tot⁹ inten
dat. Sitq̄ vas auri ſolidū ornatū omni lapide precioſo vir
tutū:vt non ſolū fide/ſpe/et charitate precipuus:ſed ſem
per vt ſapiens in ſe habeat amictū prudentie ⁊ magnus cō
ſilio/rectus iudicio:equitate diſcretus. Summū bonuz in
rebus humanis qḋ eſt iuſtitia/diligēter excolat:verbo vel
facto neminē ledens:officia ⁊ beneficia ſine perſonarū ac
ceptione concedēs:⁊ ſingulis proportionata diſtribuens.
Religionē deo acceptiſſimā ſemper foueat:pietatē diuini
cultus vbiq̄ extendat:obedientiā ſacris canonib⁹ in ſe im
plens:ab alijs exigat. Tunc enī princeps iura ſua a ſubdi
tis obſeruanda exiſtimet:q̄n ipſe primus reuerentiam pre
ſtet. Liberalitate quoq̄ non vacuus/manus ſuas copioſe

extēdat ad pauperes:vt etymologiā noīs pape adimpleat: qua non ſolum pater patrum ſed ⁊ pater pauperū dicitur. Ueritati quoq̧ ſemꝑ innixus oſtēdatur oībus affabilis et amicus. Fortitudo ⁊ decor ſit indumentū eius:vſq̧ ad mortem agonizās ꝓ eccleſie iuſtitia. Sit magnanimus in honoribus:non hoīm gloriā querēs:ſed ardua queq̧ pro deo viriliter aggrediēs. Sit magnificus in ſanctitate ſumptuū pro eccleſijs reparandis aut exornandis:pro ſtudijs ⁊ doctrinis amplificandis:nec parcus in hoſtibus fidei debellandis. In aduerſis quibuſq̧ patientiſſimus:⁊ in omnibus bonis ad calcem vſq̧ continuus. Super oīa humilitate / qua in ep̄ali ceruice nihil ſplendidius:refulgeat:vt ſe ſeruū ſeruorum dei aſſidue recognoſcat. Pudicitiā demum ſobrietatem continentiā et modeſtiā deſeret nunq̄. Ad hanc cathedram Petri tātis margaritis ornatam te beatiſſime pater aſcendere iuſſit diuina clementia. Et ideo letētur celi ⁊ exultet terra cum gaudio ſummo. Nec iſtud ſine precedentibus meritorum tuoꝝ prerogatiuis per diuinā gratia actū eſt:ſed pro laboribus plurimis:pro moribus caſtis:ꝓ actibus ſtrenuis:quib⁹ celſioris gradus premiū debet. Eādem nobiliſſimis ortū natalibus inclyta Senarū ciuitas in Hetruria te in hanc lucē produxit. Que vrbs plurimis extat dei ditata muneribus viris beatis refulgens:quorum aliqui tam ſanctorum catalogo ſunt adſcripti. Hec ſtudiorū mater periſſimis viris ⁊ in diuerſis facultatib⁹ doctorib⁹ egregijs predicatoribus q̧ eloquētiſſimis abūdauit. Hec magnopere hoſpitalitati intenta fertilitate agri ⁊ aere ſereno amena eſt:aquis ſalutiferis ceteris plus dotata. Nō illi deſuere pōtifices egregij:non cardines terre reuerēdiſſimi:nō antiſtites ſummi. Inter quos Alexāder tertius vt iubar emicuit:⁊ in cathedra Petri.xxij.annis dempta die rum q̄ndena glorioſe reſedit:deo conſilia vniuerſalia celebrans:decretalib⁹ reſcriptis ⁊ ſacris cōſtitutionibus fecūdans:et Fredericū primū imperatorē vt aſpidē ⁊ baſiliſcū ꝑſecutorē ecclīe ꝓprio pede cōculcans. In ea igit̄ ciuitate magnifica enutritus/ſtudijs die nocteq̧ auidiſſime intentus/ad iuris peritiā nō mediocriter ꝓfeciſti. Literis q̄z ſecularibus:⁊ eloquētia inſignis effect⁹:laureā in ꝑcilio meruiſti:qđ in vita raro cōceditur. Exinde ꝟtutib⁹ tuis clar⁹ effectus in tue ciuitatis antiſtitem ea aſſumpt⁹. Prudentia tua q̧ ⁊ rerū experiētia copioſus plurima:inter ꝯſiliarios ſereniſſimi principis Frederici tertij fuiſti cōnumeratus:a quo ad felicis recordationis Nicolaū quintū / quum eſſes deſtinatus orator pro corona imperiali poſtulanda:exaudita eſt oratio tua ea ipſi collata. Poſt que reuerēdiſſimis dominis cardinalib⁹ vt inter patres orbis cōſcriptus. Demū Petri vacante ſede deliberatiōe matura ꝓuiſione non ſera:vocatione diuina:⁊ electione canonica:ad ſummum pōtificij apicē aſſumptus extitis. Licet autē me tui terreat magnitudo:⁊ tante fulgor dignitatis loquēdi pene ſubtrahat vires:inuitat tamen humanitas et pietas tua immenſa:a qua tibi nomen nouū extat impoſitū:vt Pius ſecundus dicaris a cūctis quaſi ea indut⁹. Quid autē hominib⁹ gratius:ad acceptabilius deo/pietate eſſe poteſt quū ipſa ſit dei cultus ſiue mia:quippe quum omnis ſumma chriſtiane religionis ſecundū Ambroſium in mia ⁊ pietate cōſiſtat. Fatiſcat igit̄ inuidia Romani culminis:receſſat ambicio a ſucceſſore piſcatoris diſcipli chriſti:cū fiducia loquor. A ſacerdote primo victima ſalutē a piſcatore ſummo ouis ꝑſidiū flagitat magnificat.ſ.et ꝑcelſa cōitas illa Florētina. Quis quidē manſuetudine ⁊ obediētia:quā tibi promptiſſime ⁊ deuotiſſime offert vt chriſti vicario. Leo tamen fortiſſimus beſtiarū quū expedit:ad nullius pauēs aſpectum:et rugiēs ⁊ oſſa eorū cōminuēs qui aliq̄n eccl̄iam chriſti ſunt perſecuti:vt patuit in Frederico ſcđo:⁊ filio eius Manfredo:Henrico ſexto:⁊ Bauaro Ludouico. Beatitudinē igit̄ tuam ipſa ciuitas precelſa ⁊ inclyta Florentina Romane eccleſie filia tibiq̧ deditiſſima:ꝑ nos oratores ſuos ſanctitatis tue famulos veneratur:de tui magnifica exaltatione gratulatur q̧ plurimū:⁊ ſanctitatē tuam hyperdulia adorat:reuerenter tibi genua flectit:affectuoſiſſime tuos pedes oſculat̄ beatos:te vicariū chriſti ſucceſſorē Petri publica voce fatet̄:⁊ vniuerſalis eccl̄ie vnicū verum et indubitatū paſtorē proteſtatur oīno. Quū aūt te Rome antiq̄ patrie diuina clementia preſulē fore decreuerit:parentem filius olim recognoſce:et que te magnis honorib⁹ extulit:illa a te ingētib⁹ officijs foueat̄:vt que olim orbis terrarū caput extiterit:chriſtianoꝝ principem et ducē te magiſtro omnes deprehendant:et cui preſides potentia:forma ſanctimonie ⁊ exēplo precedas. Bonus quidē paſtor eſt:cuius eſt ponere animā pro ouib⁹ ſuis. Tibi nempe quē nomine preferes/pij vita mores martyriūq̧ proponitur ſanctorum innumerabilium precedentiū oſtēditur virtus pontificum qui oīa pati et pro chriſto mori non dubitarūt. Te fide non diſſimilē fore aſſerūt oēs et arbitrātur. Quapropter quum eccleſie fundamenta iecerint:⁊ parietibus erectis tecta impoſuerint:tu extructam cōſeruabis ⁊ augebis:lapſam erigēs:languentēq̧ fouebis:et (vt ita dixerim) pene mortuam ſuſcitabis. En a tergo fidei hoſtes circunſtrepunt perfidi Teucri:toām̄a innumera irrogantes:ferro igne/direptionibuſq̧ cūcta inuoluunt. Fideles captiuos abductos ceu pecora immaniſſimis barbarorū natiōibus vendunt:quotidie eccleſie membra paſſim rapta miſerabiliter mutilantur:quotidie Italie finibus appropinquāt:triſtia inferūt:triſtiora minantur:quotidie vrbes capte:direpte prouincie populi innumeri captiui ducti nunciantur. Et licet chriſtiani hec nouerint:parum expergiſci/parum euigilare videntur. Et ſeu quia non credunt Teucros viciniora loca inuaſuros:vel quia aliqui occupati detinentur:imminētia eccleſie mala diſcriminaq̧ cōſiderare cōtēnūt. Sed hac tempeſtate bonus de⁹ bonū te paſtorē cōcedere dignat⁹ eſt nobis:cui tanta vis animi eſt:vt operante deo vnū ſolum his obuiare ſufficere poſſe ſperem⁹. Uix pater beatiſſime credibile eſt quantū tui pontificat⁹ primordia ſpei ꝓplis induxere q̧ grandia vnuſq̄ſq̧ te de mēte cōceperit. Te ſanctum autumāt oēs:tum vita ⁊ moribus tum variantijs ⁊ ꝓgnoſticationib⁹ quibuſdā cōijciūt te Teucros oppreſſurū:⁊ eccleſiā in melius ꝓuecturū plurimi opinātur. Hec de te oēs ſperant atq̧ exoptant. Et ideo letent̄ celi.⁊c. Ad hoc feruētiſſimis orationib⁹ fideliū ⁊ intētiſſimis votis adiuuaris. Exurge igit̄ pater btiſſime:et gladio authoritatis tue ꝟtutis/et zeli precinct⁹ ſilij exime ꝯtra tam duros fidei hoſtes. Nec eīm formidandū eſt qꝛ ſceleſtiſſim⁹ ille rex Teucrorum innumerabiles exercit⁹ dicatur habere. Nā plures eſſe nobiſcū ⁊ celeſtis militie vidit Giezi diſcipulus Heliſei. Quibus tanta ineſt fortitudo:vt vnus ex eis nocte vna.clxxxv. milia exercit⁹ Sēnacherib hoſt̄ a ꝓpli dei ꝓſtrauerit ſol⁹. Moyſes quoq̧ famulus dei magis orationibus q̧ armis:inimicorū impetū vimq̧ effregit. Sed ⁊ Theodoſius ſenior chriſtianiſſimus imperator primo Maximū:poſtea Eugeniū tyrannos potentiſſimos cū ſuis ꝓfligauit atq̧ peremit ⁊ plurimas victorias nō tam armigeroꝝ ſuffragio q̧ orationū glorioſe obtinuit. Sed ⁊ cur antiqua colimus:quū nouiſſima teneam⁹: Nōne Uayuoda Ungarorū dux inclytus cū cruce ſignatis diebus iſtis ingentes ſtrages intulit Teucris ipſis: Exurge igit̄ ſanctiſſime dñe:apprehēde arma et ſcutū cōtra crucis chriſti peſſimos inimicos:et confortetur cor tuum nil heſitans:qꝛ qui cepit opus deus ipſe perficiet:⁊ ad finē optimū cuncta perducet. Uerum pater beatiſſime qꝛ vicarius chriſti diceris ⁊ exiſtis:q̄ eſt pax noſtra:faciens vtraq̧ vnū:qui pacē humano gñi attulit pacē in mūdo predicauit:⁊ inter ſe inuicem hoīes habere iuſſit ⁊ pacēs diſcipulis delegauit:he tibi ſint artes:⁊ inter chriſticolas pacis imponere mores:vt iuxta apl̄i ſententiam ſi fieri poteſt qđ ex vobis eſt:cū oībus hoībus pacē habentes:et quū ipſam oīa appetant et exoptent. Ceterū qꝛ ſermonis modus plura dicere minime ſinit:iam oratione alio diuertendū eſt:vt q̄ciſiſſime veniat̄ ad finē. Non ſolum ad ea q̄ fortia ſunt pater beatiſſime:ſed ad ea que domi perſtrenu⁹ exiſtimaris:ad qđ efficiendū plurimū ſapientū conſilia adiuuabūt:⁊ ſi ipſe in te ſapiētia copioſus exiſtas. Ubi enim multa conſilia (inquit Salomon) ibi ſalus:et collectio ſapientum ſanitas orbis:qđ ⁊ ipſe diligētiſſime obſeruauit. Nam etſi ſapientiſſimus:totius ſapientie preclariſſimus eſſet:ſapiētes tn̄ conſiliarios ipm̄ habere non poruit:quorū cōſilia qꝛ Roboā filius ei⁹ contēpſit:maiorem ſui regni partē amiſit. Sed et ethnic⁹ ille imꝑator Alexāder cognomento Seuer⁹:quē optime orbem gubernaſſe referūt:etſi iuuenis ſapientes toto orbe queſitos ſecum habere curauit:quoꝝ nutu atq̧ ꝯſilio miro ordine leges nouas condebat:iura dabat:bella gerebat:munera diſtribuebat:⁊ oēs ſe alloqui poſtulantes ⁊ audiebat et reſpondebat. Inde non pauper:non ignobilis/nō excluſus /ois diligenter auditus/ nullius contēptus. Principū q̧ ſapientum cura fuit ſemper ꝑcipua in reqrendis ⁊ ſecū habēdis miniſtris idoneis ⁊ qui qđ per ſe agere nō valēt / vel qꝛ nō decet ꝑ ipſos miniſtros tum fideles/tum ſtrenuos diligēter exequētur /quorū opa ſtrenua ⁊ recta tue ſanctitatis iuſſu florebit eccl̄ia:te ꝓuidente ſimoniace hereſeos virus ab vrbe ⁊ orbe ꝓcul abijcitis:⁊ gubernāte omnē pompā /oēm ambitionē /oēm faſtū plurimi ꝓſcriptū iri ſuſpicant̄. Non lana ⁊ lac tantū ſed vita ⁊ ſalus requiret̄. Paſtores nō mercenarij ad eccl̄ias admittent̄. Canes muti nō valentes latrare ꝯ inſidias demonū et inſolētias hoīm/ſed detractiōibus ⁊ ſuſurrationib⁹ mordētes/atrociter in caueis recludentur. Nihil eīm ꝓdeſt (inq̄t Pius papa prim⁹ ⁊ martyr gl̄ioſus in decretis ſuis) orare

Sena-rū vrbis laudes.

exhortatio ducē dorū in turcos copiaꝝ

prouerbioꝝ.xi.

orare ⁊ alia religionis opa facere: niſi mēs ob iniq̄tate ⁊ li-
gua obtrectationib⁹ coerceat. Pigebit eccl'iam te dirigēte
iniq̄tas: exultabit iuſtitia lux⁹ fugabit: delitie exulare co-
gent. Sanctimoniaq̧ ſine qua nemo deū videbit: fulgebit
in clero. Appellationes friuole lites conſtruentes immoꝛ-
tales nō facile admittent. Ad oꝛdines et eccl'iaꝝ regimina
nō pueri/ nō ignari/ nō dyſcoli: ſed etate ⁊ moꝛib⁹ graues ⁊
litterarū ſtudioſi aſſumment. Salutaris doctrina ⁊ ſacraꝝ li-
terarū ſtudia accendentur. Nec pater. b. iſta dixerim vt Mi-
neruam inſtruā/ oīa iura in ſcrinio pectoꝛis ſui habentem:
ſed vt filius affectuoſiſſimus patri optimo: vt ſeruus dño
ſuo innumeris et grauiſſimis rebus occupato recolā et ex-
primā que bona et his potioꝛa pp̄ls chriſtian⁹ a te exquirit
exoptat/ atq̧ expectat. Et iō letent celi ⁊ exultet terra gra-
tulatione permixta. Sed hec iam omittēda ſunt: ne ſermo-
nis p̄lixitate ſanctitatē tuā faſtidio laſſitudineq̧ offendā.
Ad rem igit ab inclyto Florentinoꝝ pp̄lo mihi iniunctaꝫ
redeo: q̄ vt optimi filij tibi patri ac dño ingēti deuotiōe ſtu-
dioq̧ ſe aſſignant cōmendātes: ⁊ btitudinē tuam omni ob-
ſequio omniq̧ affectu cōplectētes: eoꝝ oīm noīe ſanctita-
tis tue pedes oſculati ſumus beatos. Eoꝝ ergo ſanctitatē
tuam deſideria ſunt tam ardentia tam prompta tam gran-
dia: vt nō ſolū a te recipi: ſed diligi amari fouerīq̧ ſumma
ope totiſq̧ virib⁹ mereant. Eodē rurſum pacto eadēq̧ ra-
tione me minimū famulū tuū/ clericūq̧ meū tuo obſequio
deditiſſimos plurimū recōmendo. Utroꝝ opera beatitudi-
ni tue eoꝝ plane noīe offero dominiū inclytū Florentinū
et oīs eius magiſtrat⁹. Deniq̧ te patrē te paſtorē recogno-
ſcēs: vt filioꝝ tuoꝝ opera pollicet ſi opus fuerit: ⁊ exeque-
tur ſi vnq̄ foꝛſitan opoꝛtebit. Mihi q̄ pater btiſſime ſup-
plico parcas ſi p̄lixus fui: vel ſi nō recte/ nō apte: non ido-
nee pronūciauerim iniūcta. Sed quicq̄d a me omiſſum eſt:
ſocioꝝ meoꝝ ſpectabilium ciuium ſapiētia prudētius ⁊ co-
pioſius ſupplere valebit. De quibuſdam alijs nobis iniun-
ctis ab ipſa magnifica republica ſanctitati tue explicādis:
quū oppoꝛtunitas dabitur ⁊ tibi placuerit: ſermo erit.

Titulus. xxiii. De oꝛigine et cō-
firmatione oꝛdinis predicatoꝝ/ et conuerſatione ſanctoꝝ
patrum eiuſdem oꝛdinis.

¶ De excellentia et preconijs ſancti Dominici predicato-
rum patriarche. Capitulum. i.

IN hoc mari magno ma-
nib⁹ demonū ⁊ raptoꝝ ſpatioſo: per animalia
magna geſta dignitate poteſtate ⁊ diuitijs tā
eccl'iaſticos q̄ ſeculares breuiter enarram⁹.
Sꝫ omiſim⁹ ab Inno. iij. q̄ cathedrā Petri te-
nere cepit: anno dñi. M. cc. paulo ante de nauib⁹ illic tran-
ſeūtib⁹ religioſoꝝ: q̄b⁹ plurimi ipſi⁹ maris pcula euaſerēt
⁊ puſillis aīalib⁹ nō virtute: ſed hūilitate ⁊ mūdiali cōtēptu
qui mirabilia fecerūt: quoꝝ nō eſt numer⁹. Et hoc ideo ne
otiū ſanctū cū inq̄etudine belloꝝ: ſanctitatē cū armis: ſa-
piētiam ſanctoꝝ cū prudētia hui⁹ ſeculi miſcerem⁹. Uerū
q: mihi non min⁹ eſt cure de his puſillis q̄b⁹ cōplacuit pa-
tri oīm dare regnū/ referre: vt pote magis eccl'ie congruē-
tia: eapropter ab eo tpe ipſa reſumem⁹. Equidē diuina pro-
uidentia q̄ perpetua mundū ratione gubernās/ minus in
neceſſarijs deficiēs q̄ natura/ ſed oīa ſuauiter diſponens/
vnicuiq̧ oppoꝛtuna tpe ſuo cōcedens/ animaduertens pon-
tifices loca tenentes apoſtoloꝝ paꝛochialeſq̧ ſacerdotes
ſucceſſores. lxxij. diſcipuloꝝ: quos ad predicandū dñs Je-
ſus chriſtus eligens deſtinauit per oꝛbē: ab officio p̄dica-
tionis quaſi ceſſare: ⁊ multo magis ab hereſum extirpatio-
ne: ⁊ in zelo animaꝝ tepeſcere: eccleſie ſue ſacroſancte af-
fluenter prouidit: ſuſcitando tpe illo oꝛdinē mendicantiū:
q̄ his tam ſolerter q̄ ardenter inſiſterēt. Hic aūt oꝛdo biſa-
riam diſtinct⁹ inuenit in predicatoꝛes vcꝫ ⁊ minoꝛes: q̄b⁹
tamē adiuncti ſunt ex puilegio eremitani ⁊ carmelite. Hi
vtriq̧ ſunt due ouile pīguedine dilectionis et deuotionis:
et duo candelabra lucentia ante dñm oꝛbem doctrina illu-
ſtrantia. Hi duo cherubin; ſapiētia plena obūbrantia pro-
piciatoꝛiū: nec nō ⁊ duo ſeraphin charitate ardentia clamā-
tia/ Sanctus: ſanctus: ſanct⁹ domin⁹ de⁹ ſabaoth: implen-
tes oēm terrā gloria ei⁹ documentis et exēplis. Hic ſtatus
mendicantiū vtrūq̧ ſtatum videt cōprehēdere: prelatoꝛuꝫ
eccleſie epiſcopoꝝ et alioꝝ quoad actū doctrine et predi-
cationis ſpectantis ad vitā actiuā: et ſtatū religioſoꝝ ſeu
monachoꝝ deſeruientiū contēplatiue quoad cerimonias
regulares ⁊ officia. Unde dici poteſt vita mixta: quā vt p̄fe-
ctiſſimam tenuit chriſtus. Primi patres inſtitutoꝛes eoꝝ
fuerunt beatiſſimi dñicus et Franciſcus contēpoꝛanei: ſe
fratres ad hoc ſimul deputatos ex domini reuelatione in
eccleſia ſancti Petri in vrbe primo recognoſcētes ⁊ in oſcu-
lo ſancto mutuo amplexantes. Et Dominicus patriarcha
predicatoꝝ prioꝛ quidē tēpoꝛe quoad mūdi ingreſſum et
ex eo egreſſum: ac etiam ad cōuerſationē religionis ⁊ actū
predicationis. Nam per. x. annos anteq̄ confirmationem
oꝛdinis p̄curaret: in Hiſpania: ⁊ Toloſana regione iam re-
ligioſus et pauper predicando diſcurrebat. Patriarcha au-
tem minoꝝ Franciſcus prius cōfirmationē ſui oꝛdinis p̄-
curauit: non ſolēnem tamē: ſed vt permiſſionē pro tunc ta-
lis ſtatus: vtpote vicinioꝛ curie ab Innocē. iij. Dominicus
vero ab eodē promiſſionē cōfirmationis habuit: ſed execu-
tionē a ſucceſſoꝛe eius Honoꝛio ad curiā reuerſ⁹ accepit.
Ab eo igit vt proprio patre quē honoꝛare dñs iubet/ reue-
rendo ⁊ collaudendo: ⁊ vtinam veſtigia ei⁹ imitari merea-
mur: ſumem⁹ exoꝛdium ⁊ de oꝛdine ſuo ⁊ alijs.

§. I. Ego feci inquit diuina ſa-
piētia: vt i celis oꝛiretur lumē. Eccl'i. xxiiij. Incarnata eniꝫ
lumen gratie ſapientie/ ⁊ demū gloꝛie effudit in celis eccle-
ſie militantis ⁊ triumphantis: vel in celis. i. ſanctis: e quí-
bus copioſiſſime fulſit patriarcha dñic⁹. Quod nomē tri-
pliciter etymologizatū inſinuat. Nam Dominicus quaſi a
dño cuſtodit⁹ ſcꝫ a coꝛruptione peccati. Et vnde niſi quia
in benedictionibus dulcedinis gratie a dño eſt preuētus:
ita vt in ipſa ſui etate tenella coꝛ ei iam ineſſet ſenile. Se-
cundo Dominicus quaſi domini ſui cuſtos: vinee videlicet
ſue que eſt eccl'ia/ per latratus predicationū contra lupos
rapaces tam demonū q̄ hereticoꝝ: quoꝝ inſidias detege-
bat: ne oues dominice raperētur. Tertio Dominicus quaſi
totus dñi: vt chriſt⁹ ſit dñs abſolute ⁊ authoꝛitatiue: i Do-
minicus aūt participaliter ⁊ poſſeſſiue: vt merito dicat ci-
uitas ſuper montē poſita. Ambro. Mons ipſe chriſt⁹ eſt:
ſuper quē Dominicus vt ciuitas: q: oēs ſenſus ſuos inte-
rioꝛes et exterioꝛes ac opera vniuit in deū: ⁊ ideo ciuitas
quaſi ciuium vnitas. Ciues aūt anime ſunt cogitationes
et affectus. qui quanto ſunt magis vniti in deuꝫ tanto fer-
uentius ferūtur et frequentius in deū ad diuina intuēda.
Beati mūdo coꝛde/ dicit Matth. v. q̄m ipſi deū videbunt.
Quanto enī ſenſus ⁊ affectus magis abſtrahūtur a terre-
nis et ferunt in deū: tanto mens ſit purioꝛ ⁊ mūdioꝛ ad vi-
dendū diuina. vnde p̄pter maximā munditiā ⁊ vnitatē af-
fectus cū deo habuit multas viſiones diuinas: ſicut quuꝫ
vidit chriſtū velle mundū iudicare ⁊ finire: ſed virgo Ma-
ria rogauit q̄ expectaret ⁊ mitteret p̄dicatoꝛes Dominicū
et Franciſcū ⁊c. Et iterū quū vidit Petrū ⁊ Paulū mitten-
tes eū ad predicādū. Et quū vidit celū apertū: et de omni
genere religioſoꝝ fratres in gloꝛia: ⁊ ſuos nō vidit: ſed a fi-
lio fuit dictum q̄ erant ſub chlamyde virginis Marie q̄s
ibi vidit ⁊c. Et dicit quidā magiſter oꝛdinis minoꝝ qui cō-
poſuit librū magnū de btō dñico valde magiſtralē: q̄ in di-
cta hmōi viſione poſſet dici ſcolaſtice nō aſſertiue: q̄ tunc
viderit Dñicus deum p̄ eſſentiam vt Paulus in raptu. Et
ideo ciuitas poſita eſt in monte. i. chriſto: quia totus con-
formatus et transfoꝛmat⁹ in eo. Pauciſſimiq̧ reperirent ſan-
cti: quoꝝ vita et cōuerſatio ſit ita ſimilis chriſto: nō q̄ chri-
ſto velimus eū coequare: abſit a nobis ſermo iſte: quum in
infinitū diſtet ipſe ⁊ quilibet ſanctus ab eo in gratia et ſan-
ctitate. Non enī ad mēſurā dat deus ſpm̄ ſcꝫ chriſto. Joā.
iij. ſed gratiā infinitā habuit. Sanctis aūt p̄ partes ⁊ ad mē-
ſuram datur. Apparebit aūt magna ſimilitudo ei⁹ ad chri-
ſtum ex diſcurſu vite et operū ei⁹. Itaq̧ q: chriſto ſimilis:
a dño chriſto aptiſſime denominat⁹ eſt Dñicus. Ego ſum
lux mūdi (ait dñs) Joā. viij. Et de Dominico canit eccleſia.
Uos eſtis lux mundi. Lux mundi naturalis eſt ſol: ⁊ q̄ dicit
dñs planetarum: principalius illuminans ⁊ influēs in iſta
inferioꝛa. vnde ⁊ diem ei attributam a gentilib⁹ dominicā
nominamus. Lux vero ſpiritualis ⁊ que illuminat omnem
hoīem venientē in hunc mundū: eſt dñs ſine quo nullus il-
luminatur. Et quia maxime dñs illuminare dignatus eſt
eccleſiā ſuā beati Dominici meritis ⁊ doctrinis: ideo Do-
minicus lux mundi quaſi ſol refulgens ſic refulſit in tem-
plo. De dño multifarie multiſq̧ modis prenuntiatum eſt.
Huic enim (inquit princeps apoſtoloꝝ) oēs prophete teſti-
moniū perhibent. Actuum. x. c. De Dñico et oꝛdine ſuo Za-
cha. xi. cap. quum ait in perſona dei. Aſſumpſi mihi duas
virgas: vnā appellaui decoꝛem: aliā funiculum ⁊c. Exponit
abbas Joachim duas virgas eē duos oꝛdines mēdicātiū: q̄
tamen fuit ante eoꝝ inſtitutionem. Uirgas rectas ſanctita-
te exiles ⁊ graciles auſteritate: percutientes doctrine au-
thoꝛitate. Decoꝛ eſt oꝛdo predicatoꝝ: per habitum decoꝛū
quaſi prelatoꝝ. Funiculus dicit oꝛdo minoꝝ: q: funiculo
manifeſto cingūtur. Et ſequitur. Et paui gregē. i. populum
chriſtianū doctrina eoꝝ. Sed apertius p̄dicatus fuit ⁊ de-

Beati Dominici cōmendatio.

cleratus particularius in pictura quadam que reperta eſt
in eccleſia ſancti Marci Uenetijs: vbi anteq̃ Dominicus
naſceret̃ in mundo: imagines duorum depicte cernebãtur
a cunctis. quarum vna erat ad modum religioſi in habitu
ordinis predicatorum cũ lilio in manu: altera ſimilitudinẽ
habebat apoſtoli Pauli: prout pingi cõſueuit ſuper quam
ſcriptum erat Agios Paulus. i. ſanctus. Sub figura vero
ad pedes ſic. Per iſtum itur ad chriſtum. Super figuram al
teram ſcriptum erat / Agios Dñicus. Sub ipſo vero: Faci-
lius itur per iſtũ. Nec mireris de ſcriptura hmõi: qꝛ doctri
na Pauli ſicut ⁊ ceterorum apl̃oꝝ erat doctrina inducens
ad fidem ⁊ obſeruantiã preceptorum: doctrina Dñici ad ob
ſeruantiã ↄſilioꝝ: ⁊ ideo facilius per ipſum itur ad chriſtũ.
Naſcitur dñs ſuper terrã nudã: ſed ne nimis ledat̃ a frigo-
dñi do rꝫ a matre virgine in preſepio collocat̃. Nat⁹ Dominic⁹ in-
minici fantul⁹ ſub nutricis cuſtodia poſit⁹. egreſſus e lectulo q̃ſi
ad chri- iam carnis delicias abhorreret: ſuper nudã terrã iacere ſe
ſtum cõ pius eſt repertus. Nato dño ſydus coruſcãs emicuit: quod
paratio magos ad ipſum perduxit: per eum mũdũ vniuerſum illu-
minandũ inſinuans. Oritur Dñicus: et ſuper baptizandum
mater ſpũalis ſtellã aſperit in fronte: nouum iubar premõ
ſtrans ſeculi. Duodẽnis dñs a parentibus in tẽplũ adduct⁹
in eo permanſit puer ſolus. Dñicus a ꝓpinquis in puerili
bus annis ad eccleſiã fertur: diuino imbuendus officio: in
ea relictus. Nec vſquequaq̃ a ſimilitudine parentũ deuiãt
nomina. Pater enĩ Dñici Felix dr̃: mater ſo Joanna. Pater
vero domini noſtri Felix imo ipſa felicitas ⁊ deus totius
conſolationis: et mater ſo plena gratia ab angelo declarat̃
virgo Maria. hoc enĩ Joanna interpretat̃. Ab inde vſq̃ ad
iuuenilem etatem de dño authentice nil reperimus: niſi qꝛ
dominus Jeſus proficiebat etate vt verus homo: ſapientia
et gratia apud deuꝫ et hoĩes: ſed hoc apparenter. Nos enĩꝫ
adiectione indiget plenitudo. Uerbũ enĩ caro factum ple-
num fuit gratie ⁊ veritatis ab initio cõceptionis: ⁊ ideo au
geri non poterat. Dñic⁹ aũt non ſolũ corpe creſcebat: ſed ⁊
mente virtualiter: miſſus Ualentiam ad ꝓficiedũ in ſapiẽ-
tia: et vt melius transferret animũ ad ſapientiam: vinũ per
decenniũ nõ bibit: eiuſq̃ auiditate noctes pene ducebat in
ſomnes. in gratia ſo vt lux ſplendens creſcebat vſq̃ ad per
fectum diem. Juuenis dñs factus quũ a Joãne baptizare-
tur in iordane: deſcendit ſpũſſctũs in columba ſuper eũ ad
deſignandã plenitudinem gratie in eũ infuſam. nõ quidem
tunc ſed in vtero matris: ſm̃ Tho. in. iij. ſenten. Deſertumq̃
petijt. Dominicus fame inualeſcente in vniuerſis Hiſpanie
partibus quum videret egentes plurimos neminẽq̃ cõſo-
latorẽ: in feruore ſpũs venditis libris et ſupellectili admo-
dum ſibi neceſſarijs: preciũ pauperibus diſperſit et dedit:
et ſpũſancto quaſi nouiter et apparẽter repletus / ſtatũ re
gularem ſub Didaco epõ apprehẽdit vt alterũ baptiſmum
et ſpũale deſertũ a delitijs et mũdialibus ſequeſtratũ. Poſt
hoc dñs diſcipulos congregat paucos: ⁊ in breui multipli-
cat mittens eos binos ad predicandum regnuꝫ dei. et Do-
minic⁹ ex modicis ad vitã religioſaꝫ ſecũ aſſumpt⁹: ad mul
titudinem ꝓuehitur copioſaꝫ: quos ad euãgeliꝫãdũ deſti-
nauit et ſanãdũ infirmos: vt diſperſa creſceret ſcientia ver-
bi diuini. Normã vite de⁹ diſcipulis dedit q̃ ipſe perficeret
edocendo. Paupertatẽ ſiquidẽ elegit dñs in ſe ⁊ apl̃is non
aliquid viſcoſe cupiditatis ex poſſeſſiõibus et reditibus
etiã in cõmuni haberent: nec ex quotidiano queſtu nimie an
xietatis: ſꝫ habebat dñs loculos a fidelib⁹ oblata ↄſeruãs:
vt ſuis ⁊ aliorũ neceſſitatibus ꝓuideret: vt inquit Auguſt.
eoſq̃ Judas deferebat. Sic Dñicus verus erat pauperta-
tis amator: in oĩbus actibus ſuis ipſam oſtentans: fratres
ſuos ad ipſum exhortans / vt nec ſuũ quicq̃ aliq̃d dicerent:
ſed eſſent illis oĩa cõmunia que haberent̃ in loculis: imo-
bilibus oĩno reiectis. Auſteritatem in victu diſcipulos te-
nere oſtendit: quando ipſe ducebat eos ita famelicos / vt p
ſata trãſeũtes ſpicas vellẽtes manib⁹ confricarent ad edẽ
dum. Et quum iam hora eſſet. i. meridies circa ꝑncipiũ eſta
tis: fatigatus ex itinere miſit ipſos in Sichar ad emendum
cibos: ⁊ inde forte pre fame non lotis manib⁹ mãducabant
aliquando. De qualitate ciboꝝ dicit magiſter in ſcolaſ. hiſto.
ſatis credi non comediſſe carnes niſi agnum paſcalem pro
pter obſeruantiam legis. vnde ⁊ in conuiuijs ſuis quũ pa-
nes multiplicauit: nõ carnes / ſed piſces et modici ſunt rep
ti. Hoc aũt dicimus: non q̃ creaturã dei ſcꝫ carnes anima-
lium indignam iudicemus: ſed vt abſtinentiã religioſis cõ
gruã eſſe monſtremus. Dominicus patriarcha qui aliquã-
do totam quadrageſimam / non quidẽ ſine cibo / ſed pane et
aqua peregit / hanc aſperitatem ſuis moderauit / vinũ ⁊ la-
cticinia ↄcedens. Comedite inquit dñs / que apponunt̃ vo
bis / ne habeatis ſolicitari et alios anxios reddere in prepa-
ratione particulari ciborũ / ita tamen q̃ carnẽ cuꝫ ſangui-

ne nec ſine ſanguine niſi infirmi nõ comedatis: ⁊ ieiunium
ſepẽ menſiũ continuetis. ¶ Fortea liquis dicat a ſimilitu Chriſt⁹
dine diſcrepare nos parũ q̃ chriſt⁹ diſcipulis dixerit. Neq̃ et apl̃i
calciamẽta habebitis in pedibus: quũ tamẽ Dñicus cum an inceſ
ſuis calciati procedãt in publicũ. Sed ſciendũ q̃ mandatũ ſerit cal
illud tẽporale extitit: ſup quos diſpẽſauit ſeu abſtulit in vl ceciti.
tima cena. Nam ⁊ chriſtum dñm calciatuꝫ videre poſſum⁹
in eo q̃ ait Baptiſta. Cuius nõ ſum dignus ſoluere corri-
giam calciamẽtorũ eius. Quod etſi ſpũaliter intelligat̃ de
incarnatione: literã tamẽ quum poteſt verificari oportet.
Petro quoq̃ in actib⁹ apoſtoloꝝ dictũ fuit ab angelo. Ac
cipe caligas tuas: etiã q̃s dicat caligatũ fuiſſe ſꝫ nõ calcea
tum: qꝛ nõs eſt cõſuetũ. Et Marcus eius optimus imita-
tor calceamentũ ſuũ fratrũ cerdoni obtulit ad reſarciẽdũ.
Sic igitur dñs et diſcipuli aliquãdo calciati: aliqñ diſcal-
ciati inceſſerunt. Et Dominicus in vrbibus calceatus: ex
tra in itinere frequenter diſcalceatus abibat.

§. II. Sicut autez dominiũ na-

tum non alia perſona q̃ mater ſua virgo Maria pannis
inuoluit: ſic pie credi põt q̃ iam adulto tunicam ſuã incon
ſutilem et alias veſtes mater ipſa cõſilio manuum ſuarum
texuit. Cuius autẽ coloris fuerit non inuenit̃: qõ non ſine
cauſa factũ eſt: ne videlicet eo noto falſi ꝓphete induti mĩ
nus agnoſcerent̃ eſſe lupi rapaces. Dñico ⁊ ordini ſuo bea
tiſſima virgo Maria habitũ geſtandũ oſtendit ac etiam co
lorem. Nam beato Reginaldo doctiſſimo viro grauiſſime
infirmãti et vigilãti ipſa apparuit ⁊ ſanauit: habitũ oſten
dens quo Dñicus cum filijs ſuis eſſet induendus: capa vi-
delicet nigra / deſignãte humilitatẽ: et tunica cum ſcapu
lari albis / deſignãtibus puritatẽ: que virtute maxime ful-
ſerunt in dño et matre eius. Uirgo vtraq̃ mente et corpore
⁊ hũilis valde: vt ſcripture conclamant. Sic Dñicus ẽgo
puriſſimus ⁊ humilis multũ vt opera ſua bona et magna
hoĩbus occultaret: et dignitatẽ prelature renueret: ſicut ⁊
de dño factum legimus in euangelio Joan. vi. quia quum
turbe eum regẽ facere voluerunt: fugit ab eis et leproſum
mundatũ et ſurdum mutum ſanatum. Matthei. viij. tace-
re mandauit. Erat deus pernoctans in oratione dei: vt te
ſtatur euangeliſta. Dñicus cum chriſto propriũ non poſſi
debat lectulũ: poſt lachrymarũ fluuiũ vix humi dans cor-
puſculũ. Oratio dñi ſemper fuit exaudita quũ voluit: vnde
et patri dixit. Ego ſciebã qꝛ ſemper me audis. Nam etſi in
horto quũ orauit calicem a ſe transferri: non fuerit exaudi
tus: hoc ideo qꝛ ſm̃ ſenſualitatẽ poſtulãs / ſm̃ rationem ex
audiri nolebat. Dominicus aũt cuidam religioſo viro ſibi
familiari in domeſtica locutione inſinuauit: qõ tamen in vi
ta ſua ab eo occultum haberi voluit: nunq̃ ſe a deo aliquid
poſtulaſſe qõ ad votũ non obtinuerit. Et quũ ille ſubiũge
ret. Cur ergo pater nõ petis magiſtrũ Cõradũ tibi dari in
filium: cuius in ordinem tuũ ingreſſum fratres tui tantuꝫ
anhelant? Hic erat magiſter in theologia conduct⁹ ad le-
gendum Bononie valde famoſus. Rñdit Dñicus. Chariſſi
me rem difficilẽ poſtulaſti. Uerũ et hoc arduũ me impetra
re non diffido / te me iuuante in orationib⁹. Recedẽte demũ
dicto religioſo ab eo remanſit Dñicus in eccleſia in oratio
ne: et precibus multis illud ſupplicans deo: qui exaudit⁹
eſt ꝓ ſua reuerẽtia. Naꝫ mane ſequẽti cantore in choro in-
choante / Jam lucis orto ſydere: ecce magiſter Conradus
ſydus futurus vt ebrius ſpũs feruore cõcepto petit ad pe-
des Dominici ſe ad ordinẽ recipi: qõ et obtinuit. ¶ Domi
nus vt omnem perfectionis ſtatum in ſuo collegio diſcipu
lorum oſtenderet: apoſtolos quidem ſui exemplo ad vitaꝫ
miſtam. i. contẽplatiuã et actiuam predicando et admonen
do dedicauit: matrẽ eius virginẽ et Magdalenã ad contẽ
platiuã. Maria enĩ ſtabat ſecus pedes dñi ⁊ audiebat ver
bum eius. Luce. x. Marthã vero et alias mulieres que ei
miniſtrabãt de facultatibus ſuis ad actiuam. Sic patriar
cha Dñicus vt alter Noe arcam ſue religionis et lignis le
uigatis ⁊ linitis ⁊ bitumine charitatis ⁊ cõglutinatis / tri
cameratã fecit: fratres vna ſecũ ad contẽplanda celeſtia et
predicanda ſalutis proficua in vna collocans: moniales re
cluſas ad contẽplationẽ aſſumens / in ſecunda: vtriuſq̃ ſe-
xus homines ad actiuã applicans: qui dicerentur de peniten
tia fratres et ſorores ſeu milites Jeſu chriſti in tertia man
ſione. ¶ Diſcipuli chriſti ſcꝫ. lxxij. ſemel ſcandalizati ex do
ctrina chriſti quam non intelligebant / receſſerunt ab eo:
quib⁹ recedentib⁹ chriſtus remanentib⁹ ſecũ ait. Nunq̃d ⁊
vos vultis abire? At Petrus pro oĩbus reſpondit. Domi
ne ad quem ibimus ⁊c. Et beatus Dñicus quum ſecum ha
beret aliquos diſcipulos: vna die tẽtati receſſerunt ab eo:
tantũ remanentib⁹ tribus: quibus Dñicus ait. Nunquid ⁊
vos vultis recedere? Cui vnus reſpõdit. Abſit pater vt re-
licto

Sciendum primo q̃ beata virgo Maria ꝓcurauit ordinẽ p̃dicatorũ:⁊ habitũ dedit:⁊ ſe ꝓtectricẽ eius oſtẽdit multipliciter. Mortuo Innocẽ.iij.⁊ Honorio.iij.in põtificatu ſuccedẽte:btũs Dñicus poſtq̃ cũ fratrib⁹ ſuis decreuerãt regulã bti Aug.eligere:ſm̃ quã profiterẽt:⁊ additis plurib⁹ ꝯſtitutionib⁹ de cõſeõ ſenſu aſſumptis:reuerſus ad curiã(inſtabat apud Honoriũ p̃fatũ ꝓ cõfirmatione ordinis. Rome igit̃ nocte quadã orõni incũbens vigilãter vidit ad patris dexterã exurgere filiũ in ira ſua:vt interficeret oẽs peccatores terre:⁊ diſpderet oẽs operãtes iniquitatẽ. Stabat aũt i ethere aſpectu terribilis:⁊ ꝯtra mũdũ in maligno poſitũ lanceas tres vibrabat:quarũ prima ſuperborũ ceruices erectas traſfigeret:altera cupidorum viſcera effunderet:tertia cõcupiſcentijs carnis deditos pforaret. Cuius ire cum nemo poſſet reſiſtere;occurrit ꝓpitia virgo mater:⁊ pedes amplectens eius/rogauit vt parceret eis quos redemerat ⁊ iuſtitiam miſericordia temperaret. Ad quã filius. Nõne vides(inquit)quãte mihi irrogant̃ iniurie? Juſtitia mea tanta mala nõ ſuſtinet impunita. Tũc mater Tu ſcis(ait)qui oĩa noſti:q̃ hec eſt via per quã eos ad te reduces. Habeo ſeruũ fidelẽ:quẽ mittes in mundũ:vt verba tua annunciet eis:⁊ cõuertent̃ ad te oĩm ſaluatorem. Alium quoq̃ habeo ſeruũ quẽ ei dabo adiutorẽ:vt ſimiliter operetur. Fili⁹ dixit. Ecce placat⁹ ſuſcepi faciẽ tuã verũtñ oſtẽde mihi q̃s velis ad tantũ officium deſtinare. Tũc dña mr̃ obtulit beatũ Dñicũ Jeſu chriſto:⁊ Et ait dñs matri. Bene ⁊ ſtudioſe faciet qđ dixiſti. Obtulitq̃ ⁊ ſctm̃ Franciſcũ:quẽ ſimiliter dñs laudauit. Sanct⁹ ergo Dñic⁹ in viſione cõſiderans ſociũ diligẽter quẽ prius nõ nouerat in craſtinũ eũ in eccl'ia ex ſpã q̃ in nocte viderat recognouit ⁊ in oſcula ſancta ruens ⁊ ſinceros amplexus/dixit. Tu es ſocius me⁹:tu curres pariter mecũ. Stemus ſimul:⁊ null⁹ aduerſarius ꝓualebit. Uiſionẽ etiã narrauit illi. Extũc ergo facti ſunt cor vnũ ⁊ aĩa vna in dño. Qđ etiã in poſteris mandauerũt ꝑpetuo obſeruari. Hui⁹ viſionis ſeriẽ ⁊ cognitionẽ ꝑ ſanctũ Frãciſcũ meruim⁹ accipere cui etiã beatus pater Dñicus ante confirmationẽ ordinis patefecit. Qua roboratus certuſq̃ factus ad p̃fatũ chriſti vicariũ accedens ſeruus dei Dñicus iuxta ꝓpoſitũ ordinationẽ conceptam:confirmationẽ ordinis p̃dicatorũ/⁊ oĩm q̃ obtinere voluiſſet:opitulante dei gratia plene per oĩa impetrauit.

¶ Si q̃s magne hui⁹ rei ꝓceſſum curauerit aduertere:admiratione vehemẽti tenebit̃:ſtupẽs q̃ hõ tam humilis/extreme paupertatis nullo humano fult⁹ auxilio/apud excellentiã apl'icam glorioſiſſimũq̃ cardinaliũ cetuz ꝓualuerit hoc arduũ pietatis negotiũ ſolus tam efficaciter exeq̃ tãq̃ faciliter conſummare. Sed vere nõ humana induſtria:imo potẽs dei ſapiẽtia ꝓut voluit ꝑ humilẽ ſeruũ perfecit hec oĩa:ſicut obtinuit dei genitricis interceſſio venerãda. Ubi etiã ſciendũ q̃ ſimilẽ viſionẽ habuit q̃dã monach⁹:q̃ infirmatus in extaſi rapt⁹ ſine ſenſu ⁊ motu tribus dieb⁹ ꝑmanſit:⁊ ad ſe reuerſus ꝓtunc ex humilitate q̃ viderat in extaſi reticuit:ſed in ꝓceſſu tẽporis vidẽs fratres ordinis in eccleſia predicare pauperes ⁊ humiles habitus:vocans eos poſtea ad partẽ:interrogãs de religione eoꝝ:tũc patefecit eis viſionẽ habitã in illo raptu:q̃.ſ.viderat dei genitricem flexis genib⁹ ⁊ iunctis manibus filiũ deprecantẽ ꝓ humano genere cõtra ip̃z iratũ vt expectaret ad pñiam. Quũq̃ ꝓ dediſſet pluries repulſam; ea memorãte beneficia collata de miſſione patriarcharũ/ꝓphetaꝝ ſui aduentus/apoſtolorum ⁊ martyꝝ:tãdẽ mĩ placat⁹ dixit ſe miſſurũ predicatores:ad quoꝝ doctrinã ſi nõ emẽdarẽt/veniret contra eos. ¶ Itẽ quidã alius ex mortuis reſurgẽs retulit de virgine deprecãte filiũ turbatũ ꝓ humano genere:⁊ deinde placatum ꝓmittendo mittere predicatores. ¶ Magnus etiam pater Stephanus Cartuſieñ.ordinis magne ſanctitatis prenũtiauit ſuis fratribus ordinẽ predicatorũ in breui:rogans vt in magna reuerentia ⁊ cordiali affectu eos reciperent:qđ ⁊ fecerũt. Abbas Joachim inſtitutor Floriacẽſis monaſterij etiã in ſuis libris ⁊ expoſitionib⁹ ſcripturarum predixit ordinẽ predicatorũ futurũ:mandans ſuis vt quũ exurgeret:cũ omni reuerentia eos ſuſciperẽt ⁊ deuotione:qđ ⁊ fecerunt cũ cruce ⁊ ꝓceſſione obuiã exeũtes. ¶ Item quũ Rome apud ſanctã Sabinã in eccleſia fratrũ more ſolito in eccleſia pernoctaſſet beatus Dñicus orando:noctis medio quũ quietẽ tenerẽt fratres:ingreſſus dormitorium:in vna eius parte:cõſtitit orans:eleuatiſq̃ oculis in partẽ alteram reſpiciens/vidit tres virgines admirande pulchritudinis:quarũ media pre alijs incõparabili decoris ſpecie rutilabat:vna ex ijs que erant altrinſecus a latere:portabat ſitulã/vas ſplendidũ ⁊ ornatum:altera vero gradienti regine in medio aſperſoriũ porrigebat. Tranſiens aũt regina cũ virginib⁹ per dormitoriũ ſingulos fratres ſuis quieſcentes in lectulis aſpergebat:benedicenſq̃ eos crucis ſignaculo conſignabat. Uni aũt ex quieſcentib⁹ hanc gratiã aſperſionis ⁊ benedictionis penitus denegauit:vt diſcant poſteri quã religionis diſciplinã pudicitieq̃ cuſtodiã velit in nobis etiã dormientibus viſitans nos omni tempore matrem miſericordie inuenire. Conſiderauit itaq̃ pater almus hoc intuens in fratrem illũ:ſurgenſq̃ ab oratione proceſſit regine obuiã vſq̃ ad mediũ vbi lampas dormitorij dependebat:⁊ ſe ꝓſternens ante pedes eius ſuppliciter orauit dicens. Obſecro mea dña indica ſeruo tuo que ſis. Hoc licet diceret:tamen eam in ſpũ cognoſcebat. Eo tẽpore antiphona Salue regina.in conuentu fratrũ ⁊ ſororũ tãtũ genib⁹ flexis ducebat̃. Reſpondit ſeruo ſuo dña dicens. Ego ſum illa miſericordie regina:quã omni ſero deuotis mẽtib⁹ inuocatis:⁊ quum dicitis. Eia ergo aduocata noſtra:proſterno me corã filio meo:deprecans eũ ꝓ miſeratione ordinis iſtius. Tunc ſumpta fidelis ſeruus fiducia queſiuit inquirens. O dña q̃ ſunt que comitant̃ te virgines iſte pulcherrime? Reſpondens illa dixit. He ſunt Cecilia ⁊ Catharina. Iterũ ille. Cui miſericordie mater(inquit)tranſeundo illũ fratrem preteriſti? Cui dixit:q̃ nõ habuit ſe decenter. Deinde quum fratres reliquos circũiſſet ⁊ aſpergẽdo ſignaſſet:diſparuit. At vir ſacer ad locũ rediit vbi prius ſteterat ad orandũ. Et ecce repente facta manu dñi ſuper eũ raptus eſt in ſpũ ante deũ:⁊ vidit deũ ſedentẽ ⁊ matrẽ ipſius que ſedebat ad dexterã eius virginem glorioſam amictam capa coloris ſapphirini. Aſpiciens aũt in circũitu vidit ex omni natione ſpiritualiũ patrũ q̃ ex ſacris religiõibus chriſto ⁊ filios ⁊ filias ſpũales genuerũt:multitudines innumeras in conſpectu altiſſimi glorIantes. Et quũ nullũ illic conſpiceret ſuoꝝ filioꝝ:erubeſcens cõpunctus ex intimis amariſſime flere cepit. Exterritus ergo a gloria maieſtatis dñi ſtetit a longe nec audebat vultui glorie ⁊ virginis excellẽtie ꝓpinquare. Innuit aũt ei manu dña vt ad ſe veniret. At ille tremens ⁊ pauens nõ preſumpſit accedere:quouſq̃ eum ſimiliter vocauit dñs maieſtatis. Acceſſit itaq̃ homo cõpunctus ⁊ humilis ſpiritu:⁊ contrito corde amariſſimis totus perfuſus lachrymis.filij ⁊ matris ꝓpitijs pedib⁹ deuotiſſime ⁊ humilliime ſe proſtrauit. At conſolator flebiliũ dñs glorie/dixit ei. Surge. Qui quũ ſtaret coram dño:interrogauit dicens. Cur ſic amariſſime ploras? Qui ait. Quia in conſpectu tue glorie omnis religionis video intueor:de mei vero ordinis filijs hic proh dolor nullum aſpicio. Cui dñs. Uis videre ordinem tuum? At ille. Hoc deſidero dñe. Tunc filius manũ ſuam ſub ſcapulari virginis matris ſue ponens/dixit ad illum. Ordinẽ tuũ matri mee commiſi. Et quum hoc pio haberet affectu ordinem ſuum videre deſiderans:dñs iterum dixit ei. Omnino vis eum videre? Reſpõdit. Hoc affecto mi dñe. Et ecce mater virgo dñi complacuit filio:capãq̃ decoratã qua operiri videbatur euidẽter patefaciens aperuit ⁊ expandens coram lachrymoſo Dñico ſeruo ſuo. Erat q̃ hoc tante capacitatis et immenſitatis veſtimentum:q̃ totam celeſtem patriam amplexando dulciter continebat. Sub hoc ſecuritatis tegumento/in hoc pietatis gremio/vidit ille contẽplator ſublimiũ et perſpector dñi ſecretoꝝ Dñicus fratrũ ſui ordinis innumerã multitudinẽ:ſingularis ꝓtectionis cuſtodia ⁊ brachijs amoris peculiaris complexam. Conuerſus eſt ergo luctus eius in gaudiũ:⁊ lamentũ in iubiliũ:⁊ exultans ſpiritu ꝓſtratus/ gratias

gratias egit dño filio matriq̃ eius virgini glorioſe. Tũc ad ſe reuerſus ad matutinas quũ campana ſignũ dedit ⁊ fratres continuo ſurrexerũt: finitis matutinis ꝯuocatiſq̃ ad capitulũ fratribꝰ/ predicauit magnũ ſermonẽ ⁊ pulcherrimũ exhortans eos ad amorẽ virginis matris: q̃ fuerat conſolationis eius vberibus ſatiatꝰ. Poſt hec fratrẽ benedictionis gratia expertem leniter alloquẽs: ipſum reperit a culpa penitus alienũ: ſed tñ dixit q̃ ex ſomno expergefactus ſe inuenerat enudatũ. O quãta fratribꝰ predicatoribus indicta eſt neceſſitas diſcipline ⁊ cuſtodia pudicitie: q̃ etiam ignorantes ⁊ nolentes illos miſericordes oculos a nobis auertimus: qui clementer aſpiciunt. Quanta ab eis veneratione colenda eſt: quanta virgo excellentiſſima genetrix chriſti digniſſima mater nr̃a benigniſſima charitatis laude proſequenda eſt cuius maieſtate committimur: ſub cuius radijs pregimur: cuius manu benedicimur: cuius gratie rore ꝑfundimur: cuius interuẽtu dilatamur: cõſolamur et ſaluamur. Hec eſt que patrem noſtrũ beatũ Dñicum tanq̃ ſuũ fideliſſimũ filio obtulit: cui frequẽter apparuit: dulciter locuta fuit: in extremis moriẽti adfuit: ipſumq̃ cũ filio in ſcala candidiſſime ſubuectum cum angelis coronauit.

§. I. Femina quedam deuota in

Longobardia erat ſolitariam agens vitã ⁊ magne fame ſanctitatis: Audiens hec nouũ ordinem predicatorũ ſurrexiſſe: videre aliquos ex eis cõcupiuit. Contingit aũt duos fratres partes illas predicando trãſire: qui diuertẽtes ad eam audita eius ſanctitate more fratrum eam verbis ſpiritualibus ſunt allocuti. Quum autem queſiſſet qui et de quo ordine forent: reſponderunt de predicatorũ ordine nouo. Que quũ vidiſſet eos eſſe pulchros ⁊ in habitu decenti iuuenes: deſpexit eos: exiſtimans q̃ ſic nõ poſſent in hoc ſeculo nequam diſcurrendo permanere illibati. Cui nocte ſequenti beata virgo dñi noſtri Maria turbata facie adſtans dixit. Ab heri me grauiter offendiſti: deſpiciens fratres illos iuuenes qui ad te viſitandam acceſſerunt. Non credis q̃ ego valeam ſeruos meos iuuenes cuſtodire illeſos ⁊ honeſtos pro ſalute animarũ per mundũ diſcurrentes? Ut aũt noueris me eos in ſpiritualẽ curam ſuſcepiſſe et cuſtodiã: ecce oſtendo tibi quos heri deſpicere preſumpſiſti. Et eleuans palliũ ſeu chlamydẽ: oſtendit illi multitudinem magnã fratrũ predicatorũ: ⁊ fratres illos iuuenes quos deſpexerat inter eos. Tunc compuncta fratres ordinis ex intimis dilexit: et hec ipſis per ordinem enarrauit.

¶ Tanta fuit ad dñi genitricẽ Mariam fratrum deuotio: tam mira in eam reuerentia: pia q̃ in eius laudis cultu diligentia tam ſedula atq̃ feruẽs ad eã oratio: ſanctiſq̃ amoris affectio: tam grandis fideliſq̃ de eius patrocinio confidentia: atq̃ inſatiabilis in eius contemplatione ſuſpenſio/ q̃ humanꝰ ſermo nõ valet explicare. Unde ⁊ in cellulis et in habitaculis habebant expreſſas imagines virginis cum filio: et crucifixi pendentis in ligno: iuxta quod erat mater eius Maria: quorũ aſpectꝰ memoria dormitantes excitaret: ⁊ exteriorem ſenſum aduerſus lubricum ſpeciali lubrico roboraret. Unde in honorẽ virginis ſtatuit ordo omni ſabbato niſi feſtum vel. ix. l. fuerit: fieri officium totum de beata virgine cũ miſſa ſolẽni cum ſequentijs in laudem eius: quod nec curia nec religio alia habet in officio ſuo. Et vt inſinuauit per literas nobilis generis nobilior moribus ⁊ vtriuſq̃ iuris peritus prelatus eccleſie dictus Guido Fulgodij in minoribus cõſtitutus: ad papatũ poſtea aſſumptꝰ Clemens. iiij. fratribus ordinis ſcribens ad eorum conſolationem: quedam ſua germana matrona valde venerabilis ⁊ deuota/ quum fratres eſſent congregati in capitulo generali in quadam ciuitate vbi illa erat: et in completorio decantarent illam dulcem antiphonam/ Salue regina. exiſtens in eccl'ia illa ⁊ deuote orans pro fratrum ⁊ ordinis profectu ſpirituali: ad quem erat valde affectata: dũ fratres cantarent illam partem antiphone. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui ⁊c. vidit beatiſſimam virginem in capite proceſſionis ſuperelenatam offerentem filium ve paruulum quem gerebat fratribus ipſis. Et quum inclinarent ad finem antiphone: ſcʒ/ Maria: et ipſa inclinando reſalutabat. Et in principio fratres ordinis dicebantur fratres virginis Marie: ſed placuit eccleſie dei titulum eis dare fratrũ predicatorum: q̃ autẽ ipſa dederit habitum fratribꝰ: patet in ſeq. c. §. iiij. de magiſtro Reginaldo.

¶ De legenda bti dñici: cõplectẽte mortẽ ⁊ miracula eiuſdẽ. cõſcribitur etiã bulla canonizatiõis ipſius. Capitulum. iiij.

BEatus Dominicus predicatorum dux ⁊ pater inclitus: qui appropinquãte mũdi termino quaſi nouum ſydus emicuit: ex Hiſpanie partibus villa que dicitur Calorga Oxonieñ. dioceſis oriundus fuit. preſidente Rome Alexandro tertio: imperante autem Frederico primo: anno. ſ. dñice incarnationis. M. clxx. Cuiꝰ pr̃ vocatꝰ eſt Felix: mater Ioãna. honeſti ſiq̃dẽ parentes ⁊ deo deuoti habuerũt filios tres/ q̃ litteris inſtructi gradũ ſacerdotij cõſcenderũt. Unꝰ eorũ ſe dedit hoſpitalitati: in hoſpitali deſeruiens magnis virtutibꝰ clarus dr̃ poſt mortem miraculis claruiſſe. Secũdus dictꝰ eſt Mãnes cõtẽplatiõi dedit' ⁊ frater ordinis effectꝰ. Tertius fuit beatꝰ Dñicꝰ. Huius igif mater anteq̃ ipſum conciperet: vidit in ſomnis ſe geſtare catulum accenſã ore faculam baiulantem qui egreſſus ex vtero totũ mundum incẽdere videbat. Quo ꝓfigurabat ex ea predicatorẽ eximiũ naſciturum/ qui facem igniti eloquij portaret: q̃ frigeſcentem in multorum cordibus charitatẽ vehementiꝰ inflammaret: et ſedule predicationis latratibus lupos arceret a gregibus: dormiẽtes q̃ in peccatis aĩas ad virtutum vigilãtiã excitaret. Qđ ⁊ rei poſt modũ ꝓbauit euẽtꝰ: Fuit enim vitiorũ mirabilis obiurgator: oppugnator hereſum: fideliũ deligẽtiſſimꝰ exhortator. Uerba quidẽ eiꝰ ardebãt vt facule: q: in ſpũ venerat ⁊ ṽtute helie. Natꝰ aũt ex pijs parẽtibus/ ⁊ religioſe nutritꝰ/ cepit eſſe puer ingenioſꝰ/ vt pote q̃ ſortitꝰ eſt aĩam bonã. A dño ſiq̃dem benedictionibꝰ dulcedinis eſt preuẽtꝰ. Pater eiꝰ Felix mater vero Ioãna nũcupata eſt. Horũ itaq̃ pio ſtudio ꝓuiſũ ſeculare aliq̃d ei illaberet aio: traditꝰ eſt eccl'iaſtico ſbuẽdꝰ officio: vt ſctitatis odorẽ velut teſta recẽs imbiberet: quẽ poſtmodũ antiq̃tat ppetuo tenore ſeruaret. In illa ſua puerili etate cor et ſenile iã inerat ⁊ ſenſus. Ueneranda canities ſub tenella facie latitabat. Diuina igif gratia iã in eo mirabiliter opãte quum eſſet adhuc puerulꝰ nõdũ a nutricis diligentia ſegregatus deprehẽſꝰ eſt ſepe lectulũ dimitere: et quaſi carnis iã delicias abhorreret: ⁊ elegit potiꝰ ſup terrã accũbere/ q̃ in lectulo corpali quodãmodo q̃ete reſolutꝰ iacere. Ex tũc autẽ duxit in ꝯſuetudinẽ declinare ſtrati molitiẽ ⁊ frequẽtiſſime ſup terrã dormire. Uolẽs q̃ magnũ aliq̃d ex puero preſcius futurorũ deꝰ oſtendere cuidã matrone/ q̃ eũ videlʒ fonte leuauerat viſionẽ huiuſmodi p ſomniũ demonſtrauit. Uidebat ſiq̃dẽ illi matri eiꝰ ſpũali puer Dñicus q̃ſi ſtellã hñs in frõte que totã terrã ſuo lumine ꝑluſtrabat. Quo dabat intelligi q̃d videndus foret in lucẽ habitãtibus ſup terrã illuminare hꝭ q̃ in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedẽt. Ipſe eñi q̃ſi ſtella matutina fulſit i mũdo. Ut iſq̃ eſt cũ eo noua lux q̃dã oriri ſeculorũ: cuiꝰ charitas iã diffuſa ẽ vbiq̃ terrarũ. Erat aũt hec matrona nobilis: q̃ viſionis magnitudine ſtupefacta/ matri eiꝰ cũ ingẽti gaudio q̃d viderat nũtiauit. Puerilibꝰ aũt annis innocẽter trãſcurſis: miſſus eſt Ualẽtiã: vt ſibi liberaliũ artiũ cõpararet ſtudij exercitatiõe peritiã. Ibi eñi tũc temporis generale florebat ſtudiũ abũdãs tã multitudine numeroſa ſcolariũ q̃ ſtudioſa ꝓfectiõe doctorũ. Cepit aũt ſancte puer indolis nõ ſegniter agere: eruditiõi cuiꝰ gratia miſſus erat diligẽter intẽdere/ omiſſiſq̃ friuolis q̃bꝰ adoleſcẽtũ ſolet etas affluere maturioribꝰ ſtudijs ſeſe occupauit. Et vt aĩm ſuũ pleniꝰ trãſferret ad ſapiẽtiã cogitauit a vino abſtinere carnẽ ſuã. vñ ⁊ vinũ p decẽniũ nõ bibebat. Poſtmodũ aũt laſſeſcẽte ſtomacho cõpulſus ẽ a bone memorie Didaco Oxonieñ epõ modico vino vti: q̃ tñ tã tẽperatũ ſumebat vt vix in eo ſaporis veſtigiũ remaneret. Uñ factuʒ eſt: vt in liberaliũ artiũ eruditiõe ſupra multos coetaneos ſuos ſpatio breuiori ꝓfecerit. His ĝ cõpetẽter inſtructꝰ: ne huiuſmodi nõ tã ſciẽtijs q̃ vere ⁊ ſũme philoſophie ſtudijs tp̃s ſalubriori diſcipline cõgruũ deperiret: ad theologie ſe ſtudiũ totũ contulit cepitq̃ʒ diuinis inhiare vehemẽter eloquijs. Quorum mellica dulcedine hauriebat auide: quod poſtea effudit abunde. His itaque ſapiẽtie ſalutaris ſtudijs quatuor annis inuigilans/ tanta diligentia tantaque diſcendi auiditate ſacris literis inherebat: quod pene noctes ducebat inſomnes. Diuinique verbi ſemina intenta cordis aure ſuſcipiens: tanquam terra celeſti imbre perfuſa: non ſolum ſanctarum meditationum et affectionum ſegetes: ſe etiã operum bonorum fructus vberrimos producebat. Effudit proinde largius intellectum fons ſapientie ſuper latitudinem cordis eius. Et quod etiã humane peritie deerat: hoc in eo diuine gratie illuminatio abundanter ſupplebat. Simplicitatẽ q̃ʒ vite ratiocinationum argutijs: ⁊ ſpiritualem fructum verborum folijs preponebat. Et ſermo eius et predicatio erat nõ in doctis humane ſapiẽtie ſtudijs: ſed in oſtẽſione ſpiritus virtutis.

Diui Dominici patria ortus ⁊ parẽtes

Bti Dñi ciſtudia

§. I. Fame qualida in vniuerſis Hiſpanie ptibꝰ ingruente: ſeruꝰ dei Dñicus adhuc manẽs Ualẽtie/ quũ videret egenorũ miſerias neminẽq̃ cõſolatorẽ anxio admodum cõpaſſionis vrgebatur affectu. Ab

infantia ꝙppe cū eo creuerat miſeratio:ꝙ alioꝝ ſibi coacer uans miſerias/nullius afflictionis aſpectē ꝑmittebat eum nō eſſe participē. Crebris igiť egenoꝝ neceſſitatib⁹ ſtimu latus:excogitauit vno ſimul opere ⁊ euāgelicis obtēpera re cōſilijs:⁊ morientiū ꝓximoꝝ ſubuenire miſerijs. Uēdi tiſqȝ libꝛis quos ſibi admodū neceſſarios habebat ⁊ omni ſupellectili:acceptū preciū diſperſit dedit pauperib⁹. Quo exēplo magnos clericos ⁊ diuites ac magiſtros ad miſeri cordie opera ꝓuocauit. Et extunc ceperūt largius eleemo ſinas erogare ꝓprie parcitatis ignauiam ex iuuenis libe ralitate penſantes. Talibus virtutū floꝛib⁹ in beato viro gratiſſima venuſtate vernantibus:cepit odoꝛ ſctitatis ei⁹ circūquaqȝ diffundi. Cuumqȝ honeſtatis eius late parens proconiū Oxonieñ.epi didaci attigiſſet auditū:perſecta ta diligenti⁹ veritate atqȝ cōperto:cōtinuo acceriitū fecit eū in ſua ecclia canonicū regularem:ꝙ ſtatim inter canoni cos velut ſingulare iubar emicuit:⁊ de virtute in virtutes mira celeritate ꝓgrediens olm in ſe ꝓuocauit affectū. Mi ranť canonicitā ſubitū religionis apicē:⁊ eū (licet inuitū)
Btūs constituunt ſuppꝛioꝛem. Ipſe aūt quaſi lucerna ſuper can
Dñicus delabꝛū:⁊ quaſi ciuitas ſupꝛa montem poſita:delectabile
fact⁹ eſt cunctis clarūqȝ ſanctitatis ſpectaculū exhibebat. Factus
canoni- oībus vite ſpeculū/religionis exemplū. Erat em̄ in oꝛone
cus re- aſſiduus:charitate ꝑcipuus:cōpaſſione anxius:⁊ ſibi ſub
gularis ditis humilitate ſubiectus. Specialē gratiam ꝯtulerat ei deus flendi ꝓ peccatoꝛibus ꝓ miſeris ⁊ afflictis. Et aīarū pereūtiū zelo ſuccēſus:nec min⁹ deſiderio celeſtis habita tionis affectus:crebo in orationib⁹ ꝑnoctabat. Sepe aūt ⁊ inter oꝛationes rugiebat a gemitu coꝛdis ſui:nec cōtine re ſe poterat:quin vox plangētis euidēter eminus audire tur:frequenter quoqȝ aures diuine clementie hac ſpecia li petitione pulſabat:quatenus coꝛdi eius illā charitatem dignaretur infundere:qua proximoꝝ ſalutē poſſet effica cius procurare:exēplo eius videlicet ꝙ ſe totū noſtram cō tulit in ſalutē. Sane librū ꝙ collationes patrū inſcribiť/ ſtudioſe legens ac vigilanter intelligēs:ſalutis in eo rima tus ſemitas:magnū perfectionis apicē apprehendit. Agit ſiquidem liber ille de coꝛdis puritate:de vitijs ⁊ de omni perfectione virtutū:cui⁹ frequens lectio chriſti diſcipulum ad multā coꝛdis puritatē ad cōtemplationis arcē ⁊ totius ſpiritualis diſcipline perfectionem gratia opitulante ꝑue xit. Unde epūs Oxonieñ. Didacus pꝛefatus perfectionē ei⁹ attendens:multo eū venerabatur affectu:⁊ conſilio vteba tur ipſius. Unde ⁊ quū .xij. abbates Ciſtercieñ. miſſi fuiſ ſent ab Innocen. papa cū vno apoſtolice ſedis legato ad
Didac⁹ partes Toloſanas ad pꝛedicandū contra hereticos Albi
Oxoniē genſes:⁊ veniſſent cū magno apparatu ⁊ pōpa cōuenien
ſis epūs tibus eis cū alijs pꝛelatis illi⁹ regionis de modo tenendo cōtra hereticos ad ꝯuincendū eos:inter alios aduenit Di dacus cū btō dñico ſocio ei⁹:ꝙ cōſuluit pompas abijcien das:⁊ ſupellectilē variā remittendā:⁊ in paupertate ⁊ au ſteritate diſcurrendū:vt nō ſolū verbis ſed exēplis hereti cos reuincerēt:qđ ⁊ fecerunt. Hic didacus fuit ſctūs vitꝛ ceſſionē a papa poſtulauit ſui epatus vt liberi⁹ poſſet pꝛe dicare cōtra hereticos:ſed nō obtinuit. Ipſe ſuis monitis ⁊ exemplis eccleſiā ſuā cathedralē ex canonicis ſecularib⁹ cum licentia ſedis apoſtolice mutauit in canonicos regula res:quoꝝ ſuppꝛioꝛ pꝛimus fuit beatus Dñicus:qui pe des decurrens ad pꝛedicandū infirmat⁹ requieuit in dño. Et poſt moꝛtē diciť miraculis claruiſſe. Eo autē defuncto ſocij a pꝛedicatione redierūt ad ꝓpꝛia:ſolus aūt btūs Dñi cus remanſit cū paucis in pꝛedicando ⁊ diſputando cōtra hereticos annis fere .x. anteqȝ oꝛdinem inchoaret.

§.II. Erāt i illis locis nobiles

quidā ꝙ egeſtate cōpulſi filias ſuas tradebāt hereticis nu triendas:quarū ꝑniciōſum miſerat⁹ oppꝛobriū btūs. Dom. monaſteriū quoddā ad earū ſuſceptionē inſtituit:i loco ꝙ diciť Pꝛulianū:vbi ancille chꝛiſti ſub clauſura perpetua/ ſub obſeruantijs mirabilib⁹ ſub arcto ſilētio/manib⁹ labo rantes in puritate cōſcientiarū creatoꝛi ſuo iucundū exhi bent famulatū. Que quū numero ⁊ merito creuerint in im menſum odoꝛē ſuū longe lateqȝ diffundētes:multas deo
Diu⁹ do deuotas ad imitationē ſui ſanctā feminas ꝓuocauerūt ad
minic⁹ ſimilia cenobia ꝯſtruenda. Cepit interea de mandato dñi
in albi- pape Inno. crux ꝯtra Albigeñ. in Franciā pꝛdicari. Btūs
gēſes he vero dñic⁹ vſqȝ ad obitū comitis Montiſfoꝛtis cōſtanter
reticos in partib⁹ illis annūtians verbū dei:tēploꝝ nō eſt frauda
miſſus. tus gl'a:qꝛ dign⁹ eſt habit⁹ pro noīe Ieſu cōtumeliā pati. Irridebant ſiquidē ⁊ multipliciter ſubſannabant heretici virū ſctm:cōſpuentes ⁊ lutū ⁊ hmōi vilia ꝓijcientes in eū. Uenit quoqȝ poſtmodū aliqs ex illis penitētia duct⁹:ꝙ di ceret in cōfeſſione ſe luti iniectione ipm ſctm̄ dñicum per

cuſſiſſe:eiqȝ a tergo pro deriſu paleas alligaſſe. Sed quaſi nec iſta ſufficerent:captabant in aīam iuſti:⁊ moꝛtis ei pa rabant inſidias:in tēdebant atroces ſacrilegis linguis mi nas:quas miles chꝛiſti fidei magnanimitate cōtemnēs/ ne cem ſibi minantib⁹ dicebat:Nō ſum ego dign⁹ martyrio:nō dum merui moꝛtē iſtam. Quū aūt aliqū pertranſiret locū in quo ſibi paratas ſuſpicabať inſidias:nō ſolū intrepid⁹ verſitiā ſecur⁹ ⁊ alacer incedebat:exemplū ſecut⁹ eius de quo ſcriptū eſt. Oblat⁹ eſt qꝛ ipſe voluit. Audientes autē poſt hoc heretici admirātes eius conſtantiā inconcuſſam dicerūt ei. Nunqđ nō tu moꝛtis hoꝛroꝛe cōcuteris:qđ actu rus eras ſi cōpꝛehendiſſem⁹? At ille. Rogarē vos inqt ne mihi breui cōpendio moꝛtē celerē inferretis:ſed paulatim ⁊ ſucceſſiue mēbꝛa ſingula mutilantes:Deinde oſtēſis co ram meis oculis detruncatis membꝛoꝝ particulis:ipſos etiam oculos eruētes:ad vltimū ſemiuiuū laceratūqȝ coꝛ pus ꝑmitteretis ſic cruentū in ſuo ſanguine volutari:vel pꝛoꝛſus ad libitum necaretis. Ad hec veritatis aduerſarij ſtupefacti deſtiterūt vltra inſidiari ei:quū ſeuiētes in eum ſeruire potius ſibi ⁊ ꝓſequentes obſeqȝ viderenť. ¶ Cha ritatis ⁊ ꝯpaſſione nō vacuus btūs Dñicus/ ꝓ ſalute pꝛi moꝛū aīam ponere pꝛōptus erat. Exhoꝛtat⁹ em̄ aliqū quē dam dñim impietatis heretice circūuentū/vt ad matris ec cleſie rediret ſinū. Quū didiciſſet eū tēpoꝛaliū egeſtate cō pulſum ad infideliū ſocietate nō poſſe diſcedere (nā ipſi vi ctum quē aliūde habere nō poterat miniſtrabant) delibe rauit dei famul⁹ ſemetipm̄ vendere:atqȝ ſui ꝑcio redimere ꝓrimū redēptoꝛis oīm imitat⁹ exemplū. Qđ ⁊ feciſſet niſi de⁹ ꝙ diues eſt in oīb⁹ aliūde ꝓuidiſſet:quo miſerabilis illi⁹ hoīs releuareť egeſtas. Sīle qđdā pri⁹ feciſſe dinoſciť quū adhuc in pr̄ia ſua moꝛareť. Quedā em̄ mulier cōque ſta eſt ei fratrē ſuū apud Saracenos detineri captiuū. Et ille (vt erat plen⁹ ſpū pietatis) intimo cōpaſſionis affectu ſaucius vendendū ſe obtulit pro redēptione captiui. Sed nō ꝑmiſit hoc dñs:eū enim ſibi ad vberioꝛes fructus iuſti tie ⁊ aīarum cōpluriū conuerſionē ſeruabat. Clarificatus em̄ in hoc pater:vt diſcipuli nō ſolū fructū/ſed vt fructum plurimū afferāt:⁊ velut ſerui ſui pecuniam cū multo repoꝛ tent fenoꝛe/vſurarū. Et ideo reuocat aliqū a bonis minoꝛi bus quos dotauit donis celeſtib⁹ ad maioꝛa. Igiť ſeruus dei Dominicus apud deū ⁊ hoīes gratia ꝓficiebat ⁊ fama. Hereticos vero toꝛquebat inuidia:quib⁹ claritas viri ſan cti grauis erat etiā ad videndum. Illis aūt ſubſannātibus de malo theſauro coꝛdis ſui pꝛoferentibus mala:fidelium circa eum creſcebat deuotio:et catholici eum multo vene rabantur affectu. Apud magnates etiā archiepiſcopos et epiſcopos aliosqȝ in illis partibus eccleſiarum pꝛelatos ꝓ ſui ſanctitate ingenij dignus habebatur honoꝛe.

§.III. Poſt hoc bone memoꝛie

Fulcone Toleſano epō ꝓficiſcente Romā ad conciliū ge nerale:adiunctus eſt ei vir dei Dñic⁹:ꝙ ab eodem epō mul to foueba ť affectu. Cū quo etiā ſummū pontificē Innocē. adijt:atqȝ oꝛdinē ꝙ pꝛdicatoꝝ diceret ⁊ eſſet/ cōfirmari ſibi Noctur
⁊ ſuis ſequacib⁹ poſtulauit. At ille poſtulationi hmōi vi nus Inno
ſus eſt aliquantulū pꝛimit⁹ ſe difficilē exibere. Qđ tñ ſi- cētij
ne nutu diuino factū nō eſt:vt nimirū ex reuelatiōe ſequē d beato
ti vicari⁹ Ieſu chꝛiſti cognoſceret ꝙ neceſſariū eſſet vni- dñico vi
uerſali eccl'ie ⁊ eius ꝓſidebat. Sicut em̄ a plerisqȝ fide di- ſum.
gnis cōpertū eſt:quadā nocte idē ſumm⁹ pontifex deo ſibi reuelāte/vidit in ſomnis ꝙ Lateraneñ. eccl'ia quaſi ſuis cō pagibus reſoluta grauē ſubito minareť ruinā. Qđ quum tremens ſimul ac merens aſpiceret:ex aduerſo vir dei Do minicus occurrebat:humeris ſuppoſitis totā illā caſuram fabꝛicā ſuſtētabat. Cuius quidē viſionis ⁊ nouitatē admi rans ſignificationē prudēter intelligēs:ſine vllo dilatio nis obſtaculo ⁊ viri dei cōmendauit ꝓpoſitū:⁊ petitiones hilariter acceptauit:hoꝛtans eū vt ad fratres ſuos rediēs ⁊ diligēter deliberās cū eiſdē pari voto regulā ſibi aliquā approbatā eligerent:ſuper qua inchoandi oꝛdinis pꝛomo tionem firmaret:⁊ ſic deinde ad ipm veniens ad libitū re poꝛtaret. Regreſſus igitur poſt celebꝛationē concilij ſctūs Dñicus verbum ſummi pontificis fratrib⁹ patefecit. Qui mox inuocato ſpiritu ſancto regulā beati Augu. doctoꝛis ⁊
pꝛedicatoꝛis egregij ipſi futuri pꝛdicatoꝛes vnanimiter ele- Fratrū
gerunt:quaſdā ſibi arctioꝛis vite cōſuetudines aſſumētes. pꝛdicato
Pꝛopoſuerunt aūt extunc ne pꝛedicationis impediret of- rū oꝛdo
ficium a ſe terrenas poſſeſſiones abijcere:quod poſtmodū in pꝛimo capitulo generali oꝛdinis qđ celabratū fuit Bono nie anno dñi. M.ccx. affectu pariter ⁊ effectu per conſtitu tionem perpetuā fuit executioni mandatum. ¶ Defuncto interea papa Inno. Honoꝛius poſt eum in honoꝛem apo ſtolicum ſublimať:ad quē accedēs ſeruus dei Dominicus quicquid

quicquid a preceſſore eius Innocē. poſtulauerat/ad votum
pleniſſime impetrauit:anno dñi. M.ccxvi. ¶ Quum aūt vir
dei Dominicus eſſet Rome: ⁊ in baſilica ſancti Petri in con-
ſpectu dei oratione ſuā pro conuerſatione ⁊ dilatatione ordi
nis quem per ipſum dextera eius propagabat/effunderet:ſa
cra manu dñi ſuper eū/glorioſos principes Petrum ⁊ Pau-
lum ad ſe ſubito viſione quadā imaginaria venientes aſpe-
xit: quorū Petrus videlȝ baculū/ Paulus vero librum tra-
dere videbatur: addebantq̄ dicentes. Uade predica: quoniā
a deo ad hoc miniſteriū elect⁹ es. Moxq̄ in momēto tēporis
videbatur ei q̄ filios ſuos per totum mundū diſperſos aſpi-
ceret incedentes binos ⁊ binos: et verbum dñi populis pre-
dicantes. Quapropter Toloſam rediens vbi iam fratres in
eccleſia quā ſibi Romā eunti ſupradictus Falco Toloſanus
epūs contulerat: clauſtrū conſtruxerāt ⁊ manebant: cōuoca-
tis fratribus inuocatoq̄ ſpiritu ſancto dixit hoc eſſe propoſi
tum: vt fratres oēs (licet admodum paucos) per diuerſas
diſpergeret regiones: nec ſe velle decetero eos ſimul habita
re: ſciens q̄ ſemina diſperſa fructificāt: congeſta putreſcūt.
Admirantes aūt fratres cur eos diſpergeret: altiori quidē id
conſilio agi ignorabant. Nemo tamē eius ſententie cōtraire
preſumpſit. Uoluit aūt eos aliquē ſibi ex fratribus eligere
in abbatem: cuius arbitrio ceteri regerentur: ita tamen vt
tam ſuper ipſum abbatem q̄ ſup ceteros fratres penes ipm
reſideret authoritas corrigendi. Hoc aūt faciebat vir ſanct⁹
diſponēs adire terram Saracenorū: ⁊ eis verbum fidei pre-
dicare. Unde etiā barbam aliquando nutriebat. Electus eſt
igitur frater Mattheus canonice in abbatem: qui primus ⁊
nouiſſimus in hoc ordine appellat⁹ eſt abbas. Placuit nāq̄
fratribus poſtmodum inſinuāde humilitatis gratia: vt qui
toti preeſſet ordini/non abbas ſed magiſter ordinis dicere-
tur: ceteri vero inferiores prelati priorum vel ſuppriorū vo-
cabulo cenſerentur. Diſperſit igitur dei nutu fidelis diſpen-
ſator ⁊ prudens ſanctus Dominicus fratres ſuos velut que-
dam ſemina ſalutaria animarū fructus vberrimos produ-
ctura: ⁊ quoſdā quidem in Hiſpaniā: quoſdā vero Pariſios:
alios aūt Bononiā deſtinauit anno dñi. M.ccxvi. Illi autem
profecti ſalutarem vbiq̄ diſſeminabant ſciētiam: magnas
ſuſtinentes anguſtias paupertatis: et virtus domini erat
ad multiplicandum eos. Ipſe vero Romam domino ducen-
te profectus eſt.

Prim⁹ fratrum p̄dicatorum abbas.

§.IIII. Quum igitur ibidē mo-

ram traheret/cōtigit magiſtrū Reginaldū venerabilē ſan-
cti Aniani Aurelianē. decanū illucuſq̄ venire anno dñi. M.
ccxviii. Erat iſte magiſter Reginaldus vir ſcientia preditus
virtute pariter ⁊ opiniōe preclar⁹: qui etiā in iure canonico
rexerat Pariſiis annis quinq̄. Hic tale cōceperat deo inſpi-
rante propoſitū: vt relictis oībus q̄ habebat predicationi to
tus inſiſteret: ⁊ hunc ſibi viuēdi modum eligere diſponebat.
Sed quo nam modo id cōmodius ageret: qđ mente cōcepe-
rat/adhuc aīo non ſatis occurrerat. Nondū enim ordinē pre
dicatorum nouerat inſtitutū fuiſſe. Habito aūt cum quodā
ſedis apoſtolice cardinale familiari colloquio: ſuū ei propo
ſitum reuelauit: dicens ſe admodum affectare ſiquo modo
poſſet hmōi vite genus attingere: vt relictis oībus Chriſtū
predicādo per diuerſa loca diſcurreret in volūtaria pauper
tate. Tunc ille. En (inquit) nouus ordo predicatorū exoritur.
Qui ſcđm qđ appetis ⁊ predicationis officiū ⁊ paupertatem
voluntariā profitetur. Magiſter quoq̄ ipſius ordinis in hac
Romana vrbe predicationis inſiſtēs officio demoratur. His
auditis magiſter Reginaldus continuo beatū Dominicum
accerſiri fecit: ⁊ illi cordis ſui reuelauit arcanū. Illectus de-
niq̄ ſanctitatis eius aſpectu glorioſoq̄ ſalutaris exhorta-
tionis affectu: extunc ordinis ipſius deliberauit ingreſſuȝ.
Sed mox ſancti propoſiti exinanitrix aduerſitas voto eius
obijcitur: ⁊ idem magiſter Reginaldus graui infirmitate cor
ripitur: morboq̄ inualeſcente, ſuccūbit propemodū nature:
mortis etiā reuelātur indicia: ſalutiſq̄ a medicis deſperant
remedia. Beatus vero Dominicus, ſuſcepte ſobolis intem-
peſtiua damna non ſuſtinens totū ſe ad orationem cōtulit:
aures diuine clementie importunis clamoribus interpellās
nec vllatenus quietē ei preſtans: ne ſe tam ſubito nondū na
ti/ſed quodāmodo ſpe cōcepti filij conſolatione fraudaret ⁊
ſicut poſtmodū in collatione fratrib⁹ referebat: obſecrās vt
vel modico tēpore ſibi eum cōcedere dignaretur. Eo igitur
in orationibus perſiſtente: apparuit viſibiliter magiſtro Re
ginaldo vigilanti ⁊ vehemēti ardore febriū eſtuanti beatiſſi
ma dei genitrix mundi domina virgo Maria duabus ſe co-
mitantibus ſpecioſis ſupra modum puellis. Ipſamq̄ regi-
nam ſe clementer alloquentē is q̄ patiebatur audiuit. Pete
(inquit) a me quod vis: ⁊ dabo tibi. Deliberāti vero quid pe
teret: vna ex his que reginam celi comitabātur puellis: ſug-

Reginaldus Aurelianēſis decan⁹ ordinis p̄dicatorū profeſſor.

geſſit ei ne quid peteret: niſi q̄ regine miſericordie dignare
tur conferre: ſed totuȝ eius cōmitteret voluntati. Poſuitq̄
ſano vſus conſilio in beatiſſime dei matris electionem: vt ſȝ
beneplacitum ſuū ei daret qđ vellet. Tunc illa manum ex-
tendens virgineam/egrotantis oculos aures ⁊ nares oſq̄ ⁊
manus ⁊ pedes ſalutari quam ſecū tulerat vnctione perun
xit: formulas verborum ꝓprias ad ſingulas vnctiones ſub-
inferens: quorū verborum ea dūtaxat cōperi q̄ ad renū ⁊ pe
dum ꝓtulit vnctionē. Ad renes quidē ait. Stringantur renes
tui cingulo caſtitatis. Ad pedes autē: Ungo pedes tuos in
preparationem euāgelij pacis. Tūc ei habitū ordinis predi-
catorū oſtēdit. Et (inquit) hic eſt habitus ordinis tui. Sicq̄
feliciter egrotantis oculis corporalē iſtam ſpeciem ſue viſio
nis abſcondit. Sic curatus a celi regina Reginaldus con-
tinuo plene conualuit: nimirum quem mater illius perūxe-
rat: qui nouit vnctiones conficere ſanitatis. Mane autem
facto veniente ad ſe bea. Domi. ⁊ qualiter ſe haberet fami-
liariter ſciſcitanti. Sanus (inquit) ſum nimis. Tunc narra
uit ei ex ordine viſionē. Agūtur gratie ⁊ quidē nō indeuo-
te (vt arbitror) ſaluatori: q̄ ſanat quos percutit: ⁊ eis quos
vulnerat ſalutarē adhibet medicinam. Mirantur medici tā
ſubitam/⁊ inſperatā ſalutē: ignorātes cuius medicine fuiſ
ſet exhibitione curatus/q̄ ſm eorū ſententiā fuerat de vita
deſperatus. Die aūt tertio ſedente bea. Domi. cum magiſtro
Reginaldo: erat cū eis quidaȝ vir religioſus de ordine. Ho-
ſpitalariorū: teſtificās q̄ vidit manifeſte beatā virginem ve
nientē ⁊ totū corp⁹ magiſtri Regnaldi manu propria pun
gētē. Illa vero celeſtis vnctio ſic carnē viri ſancti magiſtri
Reginaldi non ſolum ab eſtu febriū: verumetiam ab ardo-
re cōcupiſcentie temperauit: q̄ ſicut ipſe poſtmodum eſt cō
feſſus: nec paruus in eo motus libidinis pullulauit. Hanc
viſionem be. Dominicus poſt eius tranſitū publicauit. Ad-
iuratus enim ab ipſo fratre Reginaldo fuerat: ne hec in vi
ta ipſius alicui reuelaret: ſed ſecretum quaſi ſub ſigillo cō-
feſſionis ſeruaret. Recepta igitur celitus ſanitate frater re-
ginaldus deo ſe totum obtulit: ⁊ beato Dominico profeſſio-
nis ſe vinculo obligauit. Tandem vero Bononiam adiit vbi
totus predicationi inſiſtens/totam ciuitatem ſalutari per
turbatione cōmonit: ⁊ chriſto cōplures animas lucrifecit.
Multi etiam per eum predicatoruȝ ordinem ſunt ingreſſi ⁊
extunc maxime fratrū numerus cepit augeri.

§.V. Poſt receptionē magiſtri

Regnaldi in ordinē bea. Do. in Hiſpaniā ꝓfectus eſt anno
dñi. M.ccxviij. vbi duas domos inſtituit. vnā ſcilicet apud
Maioricū: q̄ modo eſt monialiū. Alterā apud Secubiā: q̄
dom⁹ fratrū p̄dicatorū in Hiſpania prima fuit. Qum aūt
eſſet in Hiſpania in loco q̄ dr̄ Sodalfaita: q̄buſdā ſibi fra-
tribus ſociatis: tētauit eos ſathanas vt a dei viri ſocietā-
te diſcederēt. Qđ virū ſctm̄ Dñicum nō latuit anteq̄ fieret.
Apparuit em̄ p viſum immaniſſimus q̄dā draco: q̄ draco fra
tres illos q̄ ſecū erāt abſorbere aptis faucib⁹ videbat. In
telligēs igit̄ vir ſpiritu dei plen⁹ fratribus diabolice tenta
tionis imminere diſcrimē: viſionē eis terribilem ꝓpalauit:
hortās eos vt cōſtanter reſiſterēt tētationi/a qua nemo ni
ſi ſpōtane⁹ abſorberet. Breui aūt ſpatio tp̄is interiecto fra-
tres illos quos pauloante draco abſorbuerat per viſum ab
ſorbuit p effectuȝ. Nā oēs q̄ cū btō Dñico eſſe videbant: ex
ceptis trib⁹ ſcȝ vno clerico ⁊ duob⁹ cōuerſis: ſuadēte dia-
bolo receſſerunt. Interrogat⁹ autē vn⁹ ex illis a bea. Do.
an ⁊ ipſe vellet abire. Abſit (inq̄t) pater chariſſime: vt reli-
cto capite ſequar pedes. At vero pater ſanct⁹ erga eos qui
receſſerāt/nō indignatione ſȝ cōpaſſione ꝓmot⁹: continuo
ad ꝓfectū orātiōis refugiū ſe cōuertit: ⁊ q̄s p̄ceptis retine-
re nō potuit: p̄cib⁹ reuocauit. Nā paulo poſt oēs fere diui-
na gratia redierunt. ¶ Poſt hoc veniens Pariſios anno
dñi. M.ccxix. ibiq̄ paululū cū fratrib⁹ demoratus q̄ ibidē
anno precedenti domū ſancti Jacobi receperāt: ⁊ iam erant
fere.xxx. Bononiā adijt: ⁊ tūc inde fratrē Reginaldū ſupe-
rius memoratū nō ſine graui deſolatione fratrū quos rece
ptos Bononie paterno cōſolabat̄ affectu/Pariſios deſti-
nauit: vbi verbo ⁊ ope chriſtū p̄dicans crucifixū/poſt non
multos dies obdormiuit in dño: ⁊ cōſummat⁹ in breui ex-
pleuit tēpora multa. Sepult⁹ eſt aūt in eccleſia ſctē Marie
de cāpis: eo q̄ fratres predicatores nondū habuerant pro-
priam ſepulturā. Tūc vero vir iſte beatus tanta morū hone
ſtate pollebat: tāto diuini feruoris impetu ferebat̄: vt ipm
eſſe vas honoris ⁊ gratie: ⁊ vas ornatū omni lapide precioſo
haud dubie probaret̄. Inerat ei firma mētis valide eq̄litas
niſi quū ad cōpaſſionē ⁊ miſericordiā turbaretur. Et q̄ cor
gaudens exhilarat faciē: placidā interioris hoīs cōpoſitio
nem manifeſta oīa benignitate ac vultus hilaritate prode-
bant. Tantaȝ aūt ſeruabat in his q̄ ſm deū rationabiliter fie

Beatus Dñic⁹ p̄ficiſcit̄ Pariſios.

Frater Reginaldus morit̄ pariſijs

ſi concepiſſet/cordis conſtantiã: vt vix aut nunq̃ ſemel enun
tiatum cum digna deliberatione ſermonẽ acquieſceret im-
mutare. Et quã multa in eius facie ſicut cõmemoratum eſt
de bono cõſcientie teſtimonio ſemper eluceret hilaritas: tur-
tamen vultus eius non cadebat in terrã. Deniq̃ p hanc oĩm
ſibi facile vendicabat amorẽ ſine difficultate: qui mox vt cũ
aſpicerent illabebatur affectibus. Ubicũq̃ verſaretur: ſiue
in via cum ſocijs: aut in domo cum hoſpite aut reliqua fami
lia: aut inter magnates ꝛ principes ꝛ prelatos ſemꝑ edifica-
torijs affluebat ſermonibus: abundabat exẽplis quibus ad
amorẽ Chriſti ſeculive contẽptum audientiũ animus flecte
retur. Ubiq̃ virũ euangelicũ verbo ſe exhibebat ꝛ opere. Tẽ
pore diurno cũ fratrib⁹ ſocijſve nemo cõior: nemo iucũdior:
Nocturnis horis nemo vigilijs et obſecrationibus per oĩm
modũ inſtantior. Ad veſperũ demorabatur ei fletus ꝛ ad ma
tutinũ letitia. Diem impartiebatur ꝓximis: noctẽ deo ſciẽs
q̃ is die mandauit miſericordiã ſuã: ꝛ nocte canticum eius.
Flebat aũt vberrime atq̃ creberrime: ꝛ fuerũt ei lachryme
ſue panes die ac nocte. Die quidem tunc magis quum miſſa
rum crebra ꝛ quotidiana celebraret ſolẽnia: nocte vero quũ
ſuper oẽs inſatiabilibus excubaret vigilijs. Erat ei pnoctan
di in eccleſijs creberrima cõſuetudo: vſq̃ adeo vt vix aut ra
ro certum ad quieſcendũ locum habere videretur. Orabat
igitur noctibus: ꝛ ꝑſeuerabat vigilans quantũ a fragilitate
corporis extorquere potuiſſet. Et quũ tandẽ laſſitudine ſuc-
cedente ꝛ lãgueſcente ſpũ ſomni interpellaret neceſſitas: ſiue
ante altare: ſiue alio quocũq̃ in loco: aut certe ſuꝑ lapidem
inſtar patriarche Jacob capite reclinato paululum requie-
ſcens: rurſus euigilabat ad ſpũs orationiſq̃ feruorem. Tres
ſingulis noctibus recipiebat manu ſua propria de quadã ca
tena ferrea diſciplinas vnã pro ſe: aliã pro pctõribus qui ver
ſantur in mundo: tertiã vero pro his qui in purgatorio cruciã
tur. Oẽs homines largo accipiebat charitas ſinu. Et quum
oẽs diligeret: ab oĩbus amabatur. Gaudere cũ gaudẽtibus:
flere cũ flẽtibus ſibi propriũ vendicabat: affluẽs pietate ſe
totũ ſe proximorũ curã/atq̃ miſerorũ cõpaſſionẽ effundẽs.
Hoc etiã cunctis faciebat gratiſſimum: q̃ ſimplici gradiens
via/nullum vnq̃ verbo vel opere duplicitatis aut fictionis
pretẽdebat veſtigiũ. Uerus erat paupertatis amator: vilib⁹
vtens veſtimentis: ꝛ in cibo ſimul ꝛ potu modũ temperatiſ-
ſimum obſeruabat. Delicata vitans: ꝛ libenter ſimplici pul-
mento contẽtus. Habens firmũ ſue carnis imperiũ: ꝛ vtens
vino ſic temperate lymphato: ꝛ neceſſitati ſatiſfaciens cor-
porali/nunq̃ ſubtilem eius ac tenuẽ ſpũ hebetaret. Retulit
quoq̃ frater Stephanus Metenſis: q̃ vir dei Dñicus per
totam vnam quadrageſimam apud Carqueſſonã non come
dit aut bibit niſi panem ꝛ aquam: neq̃ lectum intrauit. Ad-
ueniente autem paſcha ꝛ fortiorẽ ſe eſſe dicebat/pulchriorq̃
ꝛ pinguior apparebat.

§. VI. In eo vtiq̃ impletum eſt

Beatus Dñicus multiſa riã dia-boli inſi dias re-pudit.

quod dicit Chriſt⁹ apoſtolis Luc. x. Dedi vobis poteſtatẽ ſu
per oẽm virtutẽ inimici: ꝛ nil vobis nocebit. Nocte quadam
ſanctũ Dñicum in oratiõe ante altare proſtratũ/diabolus re
uocare coactus: de tecto eccl'ie magnũ lapidẽ ꝓiecit: tanto
ſonitu vt ꝑ totã eccleſiã reſonaret: venitq̃ tam prope ſacro
capiti lact⁹ lapidis: vt capillũ cõtingeret. Quũ ſanctus ma-
neret immobilis: inimicus eiulans terribili voce ꝓfuſus ab
ſceſſit. Qui quũ eum terrere non poſſet: illudere attentauit.
Unde poſt cõplectoriũ orãti demum in ſpecie fratris orantis
ante quoddã altare apparuit. Quẽ ſanctus fratrẽ exiſtimãs
manu innuit vt ad quietẽ iret. Tunc ille inclinans caput di-
ſceſſit. Poſtea monuit pater ſanctus ne quis poſt vltimum
ſignũ in eccleſia remaneret: nihilominus tñ falſus ille ꝓfect⁹
frater ſicut primo orationẽ ſimulãs: ſic ſecũdo fecit ꝛ tertio.
Tunc accedens ad eum pater ſanctus dixit. Quãta eſt inobe
dientia in hoc q̃ꝺ toties prohibui te tertio reprehẽdi? Tunc
cachinnãs ille nequiſſimus. Modo (inquit) ſilentiũ te frau-
gere feci. Noli (ait ſanctus) miſer letari in eo q̃ꝺ tibi nõ pro-
diderit. Ego ſum ſuꝑ ſilentiũ diſpẽſator: ꝛ loqui potero quũ
mihi videbitur expedire. Occulto ꝛ iucundo iudicio ſuo inſi
diatoris nequiſſimi verſutias electis ſuis deus prouidet et
ordinat ad meritũ ꝛ ſalutem. Etenim ſanctus Dñicus vidit
quadã nocte accuſatorẽ fratrũ quaſi ferreis manibus tenẽ-
tem ſchedulã: ꝛ ad lumẽ lampadis hanc legentẽ. A quo quum
vir ſctũs quereret quid legeret: rñdit. Peccata fratrũ tuorũ
lego. Precepit ergo pater ſanctus vt ſchedulam dimitteret.
Quã in nõie Chriſti coactus dimiſit. In qua pater quedã re-
perit: ſuꝑ quib⁹ filios emẽdauit. Ecce quõ in inſidijs ſuis ini
micus corruit: ꝛ iuſti de anguſtijs liberãtur. Quũ idẽ ſctũs
ciuitatẽ quã dilexit anima ſua querẽdo circũiret: ꝛ vigilans
muros Hieruſalẽ cuſtodiret: inuenit eũ qui circũiens que
rit quẽ deuoret/tanq̃ leonẽ rugientẽ omnia loca monaſterij
peruagantẽ: ꝛ dixit ei. Cur hic circũis fera beſtia. Reſpon-
dit: Propter lucrum quod inde recipio. Dixit ei ſanct⁹. Quid
lucraris in dormitorio: Reſpondit. Somnũ neceſſariũ eri-
piens/quietem impedio: lenteq̃ ſurgere faciens pigritiã in-
gero ſicque ab officio remanere diuino perſuadeo. Inſuper
quum permittor: carnis ſtimulos ꝛ illuſiones immitto. Tra
xitq̃ eum ſanctus ad chorum ꝛ ait. Quid in tã ſacro loco lu
craris? Reſpondit. Facio tarde venire: cito exire: ꝛ ſeipſum
obliuiſci. De refectorio quoq̃ interrogat⁹ rñdit. Quis non
plus: quis non minus. Hinc ad locutoriũ ductus: reſpondit
cachinnans. Hic locus eſt totus meus: hue veniunt riſus: ꝛ
hic narrantur rumores: ꝛ verba proferuntur in ventũ. Quũ
q̃ a ſancto traherẽ ad capitulum: cepit locũ exhorrendo fu
gere: dicens/Iſte locus mihi infernus eſt: nam q̃ꝺ alibi lu-
cratus fuero: hic perdo. Etenim hic monẽt: hic cõfitentur
hic accuſantur: hic verberant: hic abſoluunt: idcirco hunc
locum ceteris plus abhorreo ꝛ deteſtor. Sic coactus a ſan-
cto virtute altiſſimi malitie ſue fraudes detexit inuitus: vt
videant iuſti ipſumq̃ irrideant: ꝛ ſibi a laqueis caueant: ne ir
retiti capiant ꝛ teneant in ipſis. ¶ Item quum vir ſanctus
Rome in ſancti Xiſti eccleſia monialibus ꝑdicaret: diabo-
lus in ſpecie paſſeris apparuit circa capita monialiũ ad im
pediendum eas ab attentione verbi dei. Quẽ quum cogno-
uiſſet vir dei: mandauit vni ex ſeruitialibus vt caperet ipſm
paſſerem ꝛ ſibi afferret. Q̃ꝺ quum factum fuiſſet: beat⁹ vir
totũ deplumauit: dicẽs/Inimice dei cur impedis verbum
dei? Cumq̃ eiulantẽ ꝓpter augmentum cruciatus proiecit
in terram dicens/Uade inimice dei: vola nũc ſi potes: ſtre
pitum magnum facies: ſed damnũ inferre nõ poteris. Itaq̃
per feneſtram ingreſſus: aſcendit vas ereum quod ante al
tare beate virginis Marie in catenulis dependebat: in quo
erat lampas accenſa oleo plena: magnoq̃ impetu catenulas
concutiens ipſum euertit. Lampas vero de vaſe egreſſa eſt
nec leſa nec extincta: ꝛ in aere verſata ſtetit. Leuantes in
altum ſorores oculos viderũt lampadem in aere ſine ſuſten-
taculo mirabiliter ſubſiſtere: nec vna gutta olei de ea effu-
ſa eſt. Ille aũt diſparuit. ¶ Bononie autem quum quadam
nocte vigilaret ad lumen candele aliquã legens: apparuit
coram eo inimic⁹ in forma ſimie geſtiens ad ſimilitudinem
acrium eius. Tunc beatus Dominicus candelã illã iuſſit il
li manu tenere. Dumq̃ circa finẽ eſſet conſumptionis eius
voluit eam excutere: ſed mandauit beatus vir firmiter illã
tenere vſq̃ ad vltimã conſumptionem. Igniſq̃ flãma com-
burente manus ei⁹ cepit eiulare. At beat⁹ pater baculo ſuo
percutiens abire permiſit. ¶ Itẽ quum Bononie q̃dã con-
uerſus in die queſtũ panis per ciuitatẽ feciſſet: ꝛ ex laboreq̃
ſitiens ſine licẽtia ꝛ nõ premiſſo ſigno crucis bibiſſet: reuer-
ſum ad conuẽtum nocte ſequẽti diabolus terribiliter cepit
eum vexare in eccleſia ꝛ rumores facere. Ad quem fratres
qui erant per eccleſiã orantes permoti accedentes orabant
ꝓ eo: adiurabant demonẽ vt exiret: aquã benedictam aſper
gebant ſuper eum: ꝛ quũ traherẽ obſeſſus per eccleſiã dia-
bolo. vix plures fratres ſimul ſufficiebant ad tenendũ eum.
Demũ vocatus bea. Domi. ad hoc acceſſit: qui precepit de-
moni vt cauſam exprimeret ſue vexationis in fratrẽ illum.
Qui reſpondit q̃ bene meruit. Nam heri bibit in tali loco
ſine licẽtia ꝛ ſine crucis ſignaculo. Unde in bibione q̃ erat
in vino quod bibit in eũ intraui. Orãte aũt eo quũ iã pul
ſaretur ad matutinũ dixit diabolus. Ex quo capitiati ſur-
gunt ad laudandũ deũ: nõ poſſum hic ampli⁹ ꝑmanere: et
recedẽte ab ipſo liberat⁹ fuit. ¶ Aſſerẽte venerabili domi
no cardinale Raynerio: accidit quodã die obſeſſum a mul-
tis demonijs hõiem viro dei Dominico i eccleſia preſẽtari
Qui accepta ſtola ad collum ſuũ cinxit: deinde eadẽ collũ
obſeſſi circũdedit: mandans vt de cetero nõ vexarent. De-
mones vero in obſeſſi corpore ceperunt fortiter torqueri:
vnde exclamãtes dicebãt. Permitte nos exire: quare nos
hic cruciari compellis: At ille. Nõ dimitto vos inquit: niſi
michi fideiuſſores dederitis q̃ hue vltra nequaq̃, ꝛ cetero
redeatis. Quos/inquiunt fideiuſſores tibi dare poſſemus
Et ille. Sanctos martyres qui in hac eccleſia quieſcunt.
At illi. Non poſſumus: q2 merita noſtra contradicunt. Et
ſanctus. Oportet vos dare: alioquin nequaq̃ liberos vos
a cruciatu dimittam. Tunc daturos ſe operam inquantum
poſſent ꝓmiſerunt. Et interiecto modico interuallo: Ecce
(inquiũt) impetrauimus: licet immeriti q̃ ſancti martyres
fideiuſſerunt. Q̃ꝺ ſignũ (inquit vir ſanctus) mihi datis q̃
hoc verum ſit? Catis dixerũt ad capſam vbi repoſita ſunt
capita eorum: ꝛ eam inuenietis inuerſam. Mira res diuinis
prorſus adſcribenda prodigijs. queſitũ eſt: ꝛ ita inuentum ſi
cut illi dixerũt: ꝛ licentiati hõiem dimiſerũt. ¶ Itẽ quũ qui
dam frater Bononie ad ſeruiendum infirmis eſſet deputa
tus: reliquias carnium ſine licentia comedebat. Q̃ꝺ quũ fe-
ro vnius

ro vnius diei feciſſet: arrept⁹ a diabolo cepit terribiliter clamare. Accurrentibus fratribus pius pater adueniens compatienſq; patiẽti arguebat demonẽ q corpus fratris ſui inuaſiſſet. Dixitq; diabolus. Intraui in eum q: meruit: comedẽdo carnes infirmorũ. Et ſanctus ait. Ego abſoluo eũ ab hoc peccato: ⁊ tibi precipio in nomine Jeſu Chriſti vt exeas. Qui ſtatim liberatus eſt. ¶ Aliud quoq; tanto certius cõtigiſſe conſtat quãto ꝑ eam circa quã geſtum eſt ad plurimorũ peruenit notitiã. Hec mulier multo tẽpore mũdo dedita carnis illecebris vacabat: ſed culpa tandem pena non caruit. Nam hanc malignus ſpũs per interualla temporũ grauiter vexare cepit. Erat aũt vicina eccleſie in qua tunc tẽporis fratres predicatores Florẽtie morabãtur. Quo adueniẽs pius pater Dñicus/ipſam prius exhortãdo ad penitẽtiam ꝑduxit. Poſt modum etiã vexationi eius cõpatiens: ſuis orationibus vt ab ea malignus ſpũs recederet impetrauit. Ita vt que inter pollutis diebus quietẽ modicam habere non poterat vltra annum: vexationis ſolite moleſtiã non ſentiret. Verũ a vexatione carnis libera: vexari ſe deterius in animo deprehendit ⁊ medicina corporis facta eſt ſibi morbus mentis: tantoq; negligentius cepit a dei ſeruitio tepeſcere: quanto a carnis illecebris rediuiuis tẽtationib⁹ traheretur. Quod vbi viro dei illac tranſeunti expoſuit: illeq; beneficium preſtitum in ruine ſcandalum verſum vidit blande eam ad reduci vellet ad ſtatum priſtinũ requiſiuit. Que quũ voluntati dei ſueq; diſcretioni cõmitteret: Rogo (inquit) filia vt tibi fiat quod magis ſaluti tue videris expedire. Unde factũ eſt vt non poſt multos dies malignus ſpũs ſuper corpus ancille poteſtatẽ acciperet: vt ſpiritus eius ſaluus fieret. Et vexatio q̃ prius pena culpe fuerat: poſtmodũ fieret cõſolationis remedium ⁊ cumulus meritorũ. Poſtmodum hec mulier ſoror de penitentia fuit ⁊ deuota. Quum aũt quidam ſacerdos ſecularis clericus in illa parochiali eccleſia Florẽtie que data fuerat fratribus Predicatoribus primo pro conuẽtu: multum propter hoc ordinem perſequeretur: ⁊ multas iniurias inferret: iſti ſorori: vt ordini deuota cõqueſta eſt ſuper his apud beatum patrẽ: qui conſolatus eſt dicens. Patienter age filia q: iſte ſacerdos qui ita te ⁊ ordinẽ perſequitur: adhuc cito bonus frater ordinis erit ⁊ multos labores i ordine ſuſtinebit. Quod totum vt predixit ſecutum eſt. ¶ Quũ beatus Dñicus eſſet Bononie: diabol⁹ in forma iuuenis laſciui acceſſit ad conuentũ Predicatorũ: ⁊ petiit ſibi a ſacriſta dari vnum confeſſorẽ. Et adducti ſunt ſucceſſiue quinq; fratres confeſſores. Et hec erat cauſa: q: ita affecit ⁊ ſuſtannauit primũ confeſſorem ex ſuis verbis turpibus: q ſurrexit ab auditione cõfeſſionis: ⁊ noluit audire vſq; in finẽ illas abominationes. Similiter fecit ſecũdus: tertius/⁊ quartus. Silẽter aũt recedebant: nec cauſam dicebãt: ne confeſſionem reuelarẽt: Quia ex parte eorũ confeſſio ſacramentalis erat: quũ crederent hominẽ eſſe: ſed nõ ex parte diaboli. Tũc ſacriſta acceſſit ad btm̃ Dñicum conquerens corã eo q quinq; fratres nõ potuerũt vnũ peccatorẽ audire: ſubdẽs. Scandalũ magnũ. Fratres predicãt palam: ⁊ nolũt peccatorib⁹ penitentiã imponere. Tunc btũs Dñicus recedẽs a lectione oratione ⁊ cõtemplatione: acceſſit ad eum in eccleſiã: ⁊ vt vidit cognouit eum: ipſiq; dixit. Cur maligne ſpũs ſub hac pietate tẽtas ſeruos dei? Et duriſſime increpauit eum. Qui euaneſcens eccleſiam dimiſit fetidã odore ſulphuris. Placatuſq; eſt exinde ſacriſta contra confeſſores illos indignatus.

mortui a beato Dñico ſuſcitati.

§. VII. De mortuis reſuſcitatis

a beato Dñico tribus in vita Rome: ⁊ ſex poſt mortẽ in Ungaria. Erat namq; quedã matrona ciuis Romane vidua nomine Gutadona: que magna deuotiõe erga be. Dñicum ferebatur. Hec habebat filium vnicũ paruulũ infirmum. Quũ vero die quadã vir dei in eccleſia ſctĩ Marci ꝑdicaturus eſſet: matrona hec deſiderio audiendi verbũ dei ex ore eius/filio relicto/ad predicatiõe venit. Qua ꝑaudita: ad domũ reuerſa filiũ defunctũ reperit. Que nimirũ dolorẽ quẽ de morte filij cõceperat ſilẽtio premẽs: de virtute dei meritiſq; ſancti Dñici cõfidens: aſſumptis ancillis ſuis tulit ſecũ mortuũ puerũ ad eccleſiã ſancti Xiſti: vbi tunc ꝓfeſſor dñi cum fratrib⁹ morabatur. Et q: domus illa tũc ad receptionẽ ſororũ parabat: ⁊ alij occaſione artificũ introibant: Ingreſſa aũt inuenit eum ſtantẽ ante oſtium capituli: quaſi aliquẽ expectaret. Quo viſo: miſit mortuũ ad pedes eius: ⁊ proſtrata corã eo cepit rogare cum lachrymis vt ſibi redderet filium ſuũ ſaluũ. Tunc miſericors Dñicus merẽtis dolori vehemẽtius cõpatiens/ſeceſſit ab ea paululũ: ⁊ ꝓſtratus oratione breui cõpleta ſurrexit: ⁊ acceſſit ad mortuũ crucis ſignũ faciens ſup ipſum. Deinde tenẽs manũ defuncti eleuauit eum: ⁊ viuentẽ ſanũ ⁊ incolumem reddidit matri ſue: precipiens ei vt hoc nulli penitus reuelaret. Illa aũt cum ingenti gaudio regreſſa: benefi-ciũ dei qđ in filio a morte ſuſcitato cõſecuta fuerat: iucunda ⁊ glorioſa in dño indicauit: ⁊ vt etiã ad aures ſummi pontificis ꝑueniret. Qui exultãs in donis altiſſimi ⁊ cõgratulans ſuis tpibus patefactis: decreuerat hoc ꝑ pplo ꝑdicandũ. At vero humilitatis cultor Dñicus obſtitit: cõteſtans ſi hoc fieret: ⁊ mare tranſiret: ⁊ nec vltra in illis partib⁹ cõpareret. ¶ In eodem loco dũ fratres edificãdo laborant: archi tectũ quẽdã conductum in quadã crypta moles deſup reſoluta cõtriuit: ⁊ diu iacentem ſub tãto pondere extinxit. Cõcurrunt fratres ad miſerabilis caſus euentũ: tã diri vulneris mortifera nouitate triſtes vehementer effecti. At pius pater ⁊ miſericors Dñicus inopinate mortis periculo ex intimis viſcerib⁹ cõpatiens: ⁊ filiorũ merentiũ deſolationem non ſuſtinens: defuncti corpus de cauerna adductum ad ſe deferri iuſſit: orationumq; ſuffragio ſtatim vite ſimul ⁊ ſanitati reſtituit: gaudiumq; reddidit filijs deſolatis. ¶ Quum vir ſanctiſſimus apud ſanctũ Xiſtũ cũ dño Ugolino Oſtiẽſi (qui poſtea fuit ſummus pontifex) ⁊ dño Stephano de foſſa noua cardinale ſancti Angeli: dñoq; Nicolao cardinale Tuſculano ep̃o in medio capituli reſideret: ⁊ dñaq; abbatiſſa cum monialib⁹ adſtaret: ⁊ vt hoc opus a dño geſtum ſecuturum mox miraculum declararet. Ecce vir q̃dã eiulans ⁊ ſibi capillos extrahens voce horribili lamentabiliter exclamauit. Heu heu. Exterritis oĩbus ⁊ requirentibus quid haberet: reſpondit. Nepos dñi Stephani de equo cecidit ⁊ mortuus eſt. Erat aũt nomẽ iuuenis Neapoleon. Hac inopinata auditione ⁊ miſerabili dñs Stephanus cardinalis patruus eius attonitus ⁊ anguſtiatus ſe ſuper bea. Do. reclinauit. Alij vero excipiẽtes ſuſtulerunt eum. Surgenſq; ſanctus: aqua benedicta in noĩe dñi aſpergit eum. Tunc vir dei egreſſus ibat vbi corpus defuncti iacebat miſerãda cõfuſione nimis diſſipatum ⁊ horribiliter deturpatũ. Precepit ergo illũ in quandam domũ reportatũ claudi: fratri vero Tancredo ⁊ alijs q̃ ſecũ erant dixit vt ſibi ꝑ miſſa celebranda altare prepararent. Ibãt ergo cardinales cũ his q̃ eis aderant: ⁊ abbatiſſa cũ ſanctimonialib⁹ ſuis ad locum: vbi ſacerdos bea. Do. ſalutarem hoſtiam immolabat. Qui altari ſacro cũ ſumma adſiſtens vt ſolebat reuerẽtia: immẽſo ꝑfuſus eſt lachrymarũ imbre. Quum ergo corp⁹ dñi Jeſu tenẽs puriſſimis manibus eleuaſſet in altũ: cũctis q̃ adfuerũt videntib⁹ ⁊ ſtupẽtibus: ipſe pariter a terra in altitudinẽ cubiti vni⁹ eleuat⁹ eſt: corpus terrenum ⁊ graue deuotiõis ⁊ gratie ſpũ ſurſum diuinitus attollẽte. Oblatiõis itaq; ſalutaris officio deuotiſſime terminato: pater beatiſſim⁹ ad corpus defuncti dñi miſericordiam inuocaturus acceſſit. Sequebãtur ⁊ cardinales cũ famulis ſuis: necnon domina abbatiſſa cũ ſanctimonialibus ſuis cũ merore ⁊ fiducia/q̃d facturus eſſet dñs pro gloria noĩs ſui penit⁹ ignorãtes. Stãs aũt vir piiſſimus ad corpus exanime: caput ⁊ cetera membra conquaſſata ex caſu/pedeſ quoq; manu ſua ſanctiſſima tetigit: ordinate ⁊ dulciter cõponendo. In hũc modũ quũ ſcđo feciſſet ac tertio vultũ quoq; dilaceratione deformatũ aliaq; mẽbra locis ſuis coaptaſſet: ſurgens ab oratione fecit ſignum crucis ſuper eum. Tũc ſtans ad caput mortui: eleuatis manib⁹ in celũ: virtute diuina eleuatus eſt ipſe a terra ſup altitudinẽ cubiti ſuſpenſus in aere: ⁊ magna voce clamauit. O adoleſcens Neapoleõ in noĩe dñi nr̃i Jeſu chriſti tibi dico ſurge. Et ſtatim videntib⁹ cũctis q̃ ad tam grande ſpectaculũ cõfluxerãt: ſanus ⁊ incolumis ſurrexit: ⁊ dixit ſuſcitatori ſuo. Pater da mihi mãducare. Et vir pius dedit ei cibũ ⁊ potũ: ⁊ ſanum et hilarẽ nulliũq; leſionis ſignũ habentem reddidit ipm̃ ſuo patruo dño Stephano cardinali. Jacuerat aũt mortuus a mane vſq; ad horam nonã. ſuſcitat⁹ vero eſt vt opinior. xvi. kal. Martij in die mar. Ualẽtini. ¶ Narrat ꝗ Uin. in ſpecu. hiſto. lib. penult: idem habet̃ in lectionario chori. Idẽ refertur in quodã libello cõpoſito ex plurib⁹ legendis de vita beati Dñici poſt mortẽ eius ſex mortuos reſuſcitatos precipue in Ungaria meritis ⁊ ad inuocationem eius. Et in primis in quadã regione Ungarie vir q̃dã nobilis cũ vxore ſua deuotionis cauſa ad reliquias be. Do. q̃ in ꝯuentu fratrum habebant̃/acceſſit: cui⁹ filius quẽ ſecum duxerat paruulus infirmatus: ibidẽ ad extremũ vite moriendo ꝑuenit: quem pater merens ad eccleſiã deferẽs ⁊ corã altari bea. Do. collocans voce flebili lamentari cepit: ⁊ dicere. Beate Dñice letus veni ad te: ⁊ en triſtis redeo. Cum filio veni: ⁊ en orbatus recedo. Redde mihi letitiã cordis mei. Quumq; ſic lugens vſq; ad mediã noctẽ ꝑſeuerãter maneret: circa medium noctis puer reuixit: ⁊ lac ſuxit/⁊ per eccleſiã ambulauit. Sicq; ad domum propriam incolumis eſt reportat⁹. ¶ Uir quidam de caſtro Summich orbatus filio Thoma noĩe iam defuncto: ſuperueniẽti nocte circa corpus eius plorans ⁊ eiulans reſidebat. Socio tandẽ q̃ ſecũ aderat. ad quieſcendũ ꝑgente: quum remanſiſſet ſolus: ⁊ accẽſo lumine circa caput adoleſcentis filij

defuncti ſe collocans/ habenas lachrymarũ laxauit: beatum Dñicum vt patri redderet filium inceſſanter votis ⁊ vocib⁹ interpellans. Factũ eſt igitur vt circa Gallorũ cantũ: q̃ mortuus fuerat ſe moueret: ⁊ apertis oculis patri dixit. Quid eſt pater q̃ ſic habes faciem madefactã? Cui ille. Lachrime ſunt fili patris tui: q2 tu mortuus fueras: ⁊ ego ſolus remanſeram omni gaudio deſtitutus. At ille. Multũ (inquit) flenti pater. Sed beatus Dñicus deſolationi tue cõpatiens: vt tibi viuus redderet ſuis meritis impetrauit. Crebreſcente per totã Tegeriam virtutũ fama quas p merita beati Dñici ſup viuos ⁊ mortuos manus dñi frequentabat: vir quidã ad omnia infidelis prorſus ⁊ incredulus ꝯſiſtebat. Contigit aũt eius filiũ grauiter infirmari: in qua infirmitate deinde ſpm̃ exhalauit. Quidã autẽ ex notis eius q̃ venerat ad conſolandũ eum ⁊ vigilandũ cũ eo circa corpus defuncti: dixit ei. Crede. b. Do. magni meriti eſſe apud deum: virtuteq̃ dei in veritate operari miracula per eum que referũtur: ⁊ ipſum inuoca toto corde. forſitã qui pleroſq̃ mortuos ſuſcitauit ⁊ tuum filium reſuſcitabit. Tunc ille cõpunct⁹ corde ſup incredulitate preterita amare redarguit ſeipſm̃. Aſſumptaq̃ fiducia p totam noctem ab inuocatione be. Do. gemitibus ⁊ precibus non ceſſauit. Prima igitur hora noctis qui iacebat mortuus/ mouit manum: ⁊ velamen abiecit quo facies eius inuoluta erat: ac ſurrexit. Tandem pater cum filio ſuſcitato in ſolum properans: quanta ei deus fecerat ad honorem ſancti Dñici omnibus publicauit. Tres alios in regione illa ſuſcitauit: que ob breuitatẽ nõ aliter explico. Vnum in aqua ſuffocatum ſeruum: ⁊ duos paruulos.

§. VIII. Qualiter beatus Dñicus ſpiritu prophetie claruit multipliciter predicendo multa futura occulta ⁊ mortes aliquorũ.

Beatus Dñicus ꝓpheti co ſpũ clarus.

Predicante aliquando ſeruo dei Dñico in partib⁹ Toloſanis: cõtigit quoſdã hereticos captos ⁊ p eum conuictos quum redire nollẽt ad fidem catholicã: tradi iudicio ſeculari. Quumq̃ eſſent incendio deputati: aſpiciens inter alios quẽdã/ ac ſi aliquid in eo diuine predeſtinatiõis fuiſſet intuitus: Iſtum (inquit officialibus curie) reſeruate. Nec aliquo modo cum ceteris cõburatur. Conuerſuſq̃ ad eum blande alloquẽs. Scio (inquit fili mi/ ſcio q̃ adhuc licet tarde bonus eris homo ⁊ ſanctus. Res ſtupenda ⁊ digne commendanda memorie. Dimiſſus namq̃ per annos ferre. xx. in heretica cecitate permanſit. Tandem vero dei gratia illuſtratus relictis tenebris ad lumẽ venit. Frater etiam Predicatorũ affectus in eodem ordine vitam ſuã laudabiliter duxit: ⁊ feliciter cõſummauit. ¶ Preterea dum adhuc fratres apud ſcm̃ Xiſtum morabãtur in vrbe: ⁊ ibidẽ vir dei Dñicus preſens eſſet: quaſi ſubito facto ſpiritu dñi ſuper eum/ ad capitulum fratribus conuocatis: palam omnibus nuntiauit quatuor fratres ex ipſis in breui: duos videlicet in corpore: duos aũt in ſpiritu morituros. Nec verbum comitatur effectus. Nam nõ multo poſt tẽpore duo fratres carnis debitum ſoluẽtes migrauerunt ad dñm. Duo vero alij ad ſeculũ redeuntes ab ordine penitus receſſerũt. ¶ Nec ſilendum quoq̃ eſt qualiter virum dei occaſus excellentis viri Simonis comitis Montiſfortis ſpũalis amici ⁊ familiaris ſui: qui pro negotijs fidei que ſtrenue agebat in partibus Toloſanis idem mortuus eſt: per viſionis myſterium diuina ſibi reuelante virtute nõ latuit: priuſq̃ fratres pergerent de Toloſa. Videbat enim in ſomnis imaginaria quadam viſione: ſed intellectu non vacua: arborem quãdam quantitate proceram ramorum expanſione diffuſam: denſirumq̃ frondium venuſtate pulchram: quieſcentem quoq̃ in ramis eius auium multitudinem copioſam. Poſt paululum autem arbor corruit: ⁊ omnis ille cetus auium diſperſus aufugit. Intellexit ſtatim vir diuino dei ſpiritu replet⁹/ comiti Montiſfortis magno videlicet principi pupillorumq̃ tutoris mortis excidium proximũ imminere: ſicut ⁊ rei poſtmodum probauit euentus.

§. IX. De multis aliis miraculis in diuerſis generibus rerũ. Et primo de pane ⁊ vino diuinitus procurato vel multiplicato. Et vna ſerua dei q̃ pectus habebat vermibus plenũ/ curata ab eo.

Panẽ ⁊ vinũ frequẽter multiplicauit Dñicus.

Quũ fratres predicatores adhuc apud locũ ſancti Xiſti morarent̃ in vrbe: multamq̃ neceſſariorũ propter ordinẽ apud hoĩes nondũ notũ frequẽter paterẽtur inopiã: cõtigit die quadã vt procurator fratrũ/ frater ſcʒ Iacobus de melle Roman⁹ panẽ quẽ apponeret fratrib⁹ nõ haberet. Miſſi vero fratres pro eleemoſynis quum domos multas more ſolito circuiſſent: panis vix modicũ ⁊ valde modicũ reportauerũt. Imminente igitur refectionis hora: ad ſeruũ dei Dñicum qui pſens erat/ procurator acceſſit: defectũ expoſuit. Ipſe vero exultans ſpiritu alacri benedixit deũ: ⁊ quaſi quadã fiducia infuſa ſibi deſuper cõfortatus: id modicũ qđ ibi habebatur panis p partes diuidi ſuper menſam mandauit. Erant autem in conuentu tunc temporis fratres circiter. xl. Facto igitur ſigno veniunt fratres ad refectorium: benedictionem menſe letis vocibus cõſequuntur. Dumq̃ per ordinem reſidẽtes bucellam panis quam vnuſquiſq̃ coram ſe reperit cum gaudio frangerent: ecce duo iuuenes eiuſdam habitus formeq̃ conſimilis refectorium intrauerũt: palliorum ſinus/ que a collo pendebãt/ plenos panibus quales ille piſtor qui mittebat conficere ſolet deferentes. Quibus in capite vnius menſe iuxta quam vir dei Dominicus reſidebat ſilenter oblatis ita ſubito diſceſſerunt: vt nullus vnq̃ de cetero vel vnde venerint ſcire potuerit: vel quo poſtmodum diuertiſſent. Illis vero predictis iuuenibus diſcedentibus: vir dei Dominicus manu ad fratres circunquaq̃ ꝓtenſa: Modo (inquit) fratres comedite. Quod autem hoc diuinitus meritiſq̃ ſerui dei Dominici fuerit procuratum: nemo penitus dubitauit: ſicut complures adhuc ſuperſtites ex illis qui tunc aderant fratribus atteſtantur. Similiter legitur Bononie contigiſſe de pane diuinit⁹ procurato: hoc variato: q2 hic duo illi iuuenes angelici venientes attulerunt duo caniſtra plena: vnum caniſtrum panis: alter caniſtrum ficuum. Et ante ſingulos apponentes panes ⁊ ficus/ incipientes ab inferioribus/ inclinati recedentes non ſunt amplius viſi. Altera vice Rome quũ in conuentu ſancti Xiſti tunc fratres habitarent: ⁊ fratres de mane oſtiatim queſtuando non niſi vnum panem ab vna muliercula (ne vacui omnino domũ redirent) accepiſſent reuertentes in via obuiauerunt cuidam iuueni: qui quum peteret obnixe eleemoſynã: ⁊ cõpaſſione moti illũ panem ipſi obtulerũt. Et ad cõuentum redeũtes nuntiauerũt patri qđ acciderat. Qui leta facie eis dixit. Nõ cõtriſtemini: ⁊ dñs prouidebit ſuis ſuis. Angel⁹ dñi fuit cui panẽ dediſtis. Dictis igitur horis mandauit beatus pater illud modicum panis qđ in cellario erat adduci: ⁊ bñdictionem menſe letis vocib⁹ proſequentib⁹ fratribus/ deinde menſas ingreſſus/ per particulas paruas diuiſum ſingulis modicũ ante ſingulos iuſſit apponi. Et iterum atq̃ iterum particulis multiplicatis per ſeruitorem menſe illatis: ſaturati ſunt: ⁊ adhuc ſuperauerunt fragmẽta. Quũ aũt defeciſſet vinũ in vegete vñ apponeret fratrib⁹ ad bibendũ: mãdauit beat⁹ pater procuratori vt hauriret ex vegete: quam tamen intimauerat ei eſſe vacuã: pergẽs nihilominus ad iuſſum viri dei plenã inuenit. Ex qua hauſtũ vinũ ꝓpinatũq̃ fratres ſuauiſſimũ inuenerunt. Item quũ beatus pater ex Bononia in Tuſciã proficiſcereť: et in alpib⁹ ſocius eius pre debilitate ex fame vlterius ꝓcedere nõ valeret: quãuis pi⁹ pater hortareť ad iter proſequendũ vſq̃ ad propinquam villã vbi ſe poſſet reficere poſt aliquot paſſus excuſauit ſe ire non poſſe. Vade (ait vir dei) ad arborẽ illã (digito oñdens ꝓpinquam loco) ⁊ affer qđ ibi inueneris. Quo quũ labore accedens/ inuenit ibi panem niue candidiorem tobalea inuolutũ: ipſumq̃ ad beatum Dominicũ adduxit. Et ille. Cõfortare inquit. Quumq̃ accipiẽs ꝯfortatus eſſet ex pane celitus miſſo: dixit beatus pater: Vade ⁊ repone reſiduũ vbi inueniſti. Quo facto reuerſus ait frater. Et q̃s ibi poſuit panẽ tã pulchrũ tã ſapidũ? Cui ſanctus: recreatus es dixit: nõ queras vlterius: ꝓſequamur iter. Nec credẽdũ eſt ab hoĩe illũ ibi poſitum extitiſſe. ¶ Item Rome poſtq̃ moniales ex diuerſis locis vrbis ex cõmiſſione pape cõgregaſſet in ſancti Xiſti (vt infra dicet̃) monaſterio numero circa centũ: ⁊ ipſi a fratrib⁹ ſuis papa Honorius eccleſiã ſctẽ Sabine ad habitandũ dediſſet: vbi tũc erat reſidẽtia pape: vna dierũ cũ plurib⁹ fratrib⁹ acceſſit ad monaſteriũ prefatũ ſancti Xiſti ad predicandum ⁊ inſtruendũ ſorores ad vitã regularem. Et poſt ſanctã exhortationẽ: mandauit afferri vinũ ad faciendũ in charitate collationem. Qđ allatũ quũ fuiſſet: mandauit pater ſctõs cyathum eo impleri vſq̃ ad ſummum. Ex quo primo ipſe bibit: poſtea fratres q̃ cũ eo erant: quantũ voluerunt ſitim extinguentes. Deinde mandauit cyathũ illũ per rotam vino pleniſſimũ monialibus ſingulis porrigi. Ex quo quũ oẽs bibiſſent: ⁊ bene: demũ cyathus plenus remãſit vino: ſʒ nec vna gutta ex eo in terraʒ cecidit: quũ tamẽ p man⁹ multoꝝ trãſmiſſum fuiſſet. ¶ Vice altera quũ eſſet in itinere cũ pluribus ſociis fratrib⁹ nouiter ad ordinẽ receptis: ⁊ delicijs aſſuetis in ſeculo: applicãtes ad hoſpitiũ cauſa recreationis vinum non inuenerunt. At beatus pater compatiens ſociis vt delicatis: modicum vinum quod remanſerat in eorum flaſculo/ mandauit in vas magnum aqua plenum immitti: factoq̃ ſigno crucis ſuper illud in optimum ⁊ merum vinum eſt cõuerſum. Ipſe aũt pro ſe in itinere morem iſtum cõiter obſeruabat: vt ſitim ex labore itineris ad aliquem aque fontem extingueret anteq̃ ad hoſpitiũ declinaret: ne forte hoſpites ſcandalizare valeret: ſi ex magna ſiti multum biberet.

§. X.

§.X. Volebat vir iſte pater noſter piiſſimus Dñicus viſitare tribulatos ꝛ pauperes cōſolari.

Erat quippe Rome in turri iuxta portā Lateranenſem quedā ſolitaria magne religiōis ꝛ ſanctitatis femina Bonat veritatem ſui nominis aſſecuta. Hec infirmitate laborabat grauiſſima. Nam de pectore ꝛ mamillis eius ſcaturiebat innumerabilis vermiū multitudo. Quaꝫ horrendā egritudinē cum tanta patientia ꝛ gratitudine mulier hec ſuſtinuit: vt decidentes quandoqꝫ vermes recolligeret: ꝛ in ſuo pectore collocaret. Hanc deuotā Dñicus viſitabat: cōfeſſionē eius audiebat: ꝛ frequenter cōicabat. Quam quū die quadā cōicaſſet: verbaqꝫ ei cōſolationis ꝛ edificationis ſedēs ad eius feneſtrā loqueretur: inter alia petiuit ab ea: vt ſibi doloris locum horribilē demōſtraret. Quod ꝛ fecit: ꝛ erat locus pectoris plenus vermibus. Qđ cernens ꝛ miſericorditer vehementer eius dolori cōpatiens: dixit ei. Rogo te vt pro magno munere vnum de his vermib⁹ mihi dones. Noluit illa niſi ſe ei rem promitteret redditurū. Quod quū ſpopōdiſſet: illa ſancto inſpiciēte ablatū de ſuo pectore vermem eidē tradidit p feneſtrā. Qui magnus erat ꝛ nigrū caput habebat. Quē quū pater ſctiſſimus extenſa manu exciperet: digitoqꝫ ſuo verteret ꝛ inſpiceret: ſubito verſus eſt in pulcherrimū lapidē precioſum. Quo viſo: qui cum eo erāt fratres ſtupēteſ admirati ſunt valde: dicentes ꝙ non reſtitueret ei gemmā. Tunc cepit ſancta femina lachrymari: rogās vt ſibi redderet ſuū lapidē precioſum. Sāctus vero reſtituens lapidē ſup feneſtrā poſuit vt promiſit. Quē mox illa viro dei ꝛ hiꝭ qui cū eo erāt inſpiciētibus pectori ſuo reſtituit vnde tulerat: ꝗ confeſtim iterū mutatus eſt vermē. Tunc oratione facta ſup ipſam/pater ſanctus cōſignās benedicenſqꝫ dei famulā in pace dimiſit. Quo diſcedente ceciderūt mamille a pectore eius cū vermib⁹: ꝛ vermes extincti ſunt: ꝛ pectus cōſolidatū paulatim oīno renouatū eſt. Et oīnis dolor horrēdus putredinis ablatus eſt. Trāſactis aliquot diebus: ſctūs viſitās eā incolumē ipſaꝫ reperit ꝛ gaudentē. Narrauitqꝫ fratribus qualiter per gratiā dei ꝛ meritis ipſius a tam horribili morbo fuerat libe rata. Retulit ꝗ frater Bertrādus vir fide dignus ꝙ quū aliquādo vna cum eo iter ageret: facta eſt ſubito ſup eos aeris intēperies. Quūqꝫ iam multa inūdatio pluuiarū ſup terrā effunderetur: ꝛ hec. Ho. facto ſigno crucis omnē illam ante ſe inundationē e limine ppulſauit: ꝛ de cruce quodāmodo papilionē fecit: vt oum gradiētes ſemp corā ſe quaſi trib⁹ cubitis terrā cernerēt depreſſam imbrium infuſione madeſceret ſuper eos aūt nec vna quidē gutta ſtillaret: ſed ſiccis veſtibus tranſierūt. Sepe etiā cōtigit vt in via ſupueniētib⁹ pluuiis a ſua ſocioꝛꝫqꝫ ꝗ plurimū madefierēt veſtimenta. Quūqꝫ poſt cenā ſocij eius remanerent ad ignē: vt ꝛ veſtes ad deſiccandū extēderēt: ꝛ corpora pariter recrearēt: vir dei Dñicus ſanctus ipſo igne feruēs more ſuo ſtatim eccleſiā ad orādum: immo in oratione potius ad pernoctādum ſic cum veſtibus quantūcumqꝫ videlꝫ madefactus intrabat. Mane etiā veſtibus aliorum qui ad ignem remāſerant exiſtētibus madefactis: veſtes eius inueniebantur ita penitus exiccate: ac ſi in calenti furno tota nocte poſite perſtitiſſent. ¶ In partibus Toloſanis ſicut per iuratos teſtes inuentū eſt: quum quadā die euangelizando diſcurrens cum multis trāſiſſet nauigio quandā aquam: nauta qui eum tranſuexerat: importune ab eo denariū pro mercede tranſitus exigebat. Cui vir ſanctus pro ſeruitio exibito regnum celorū promittebat: addens ꝙ ſeruus Chriſti ꝛ diſcipulus eius erat: nec aurum nec argentum penitus deferebat. At ille non ſolum promiſſioneꝫ eius ducens pro nihilo: verumetiam ex hoc potius prouocatus ꝛ acrius ac importunius inſtans: atqꝫ eum per capā violenter trahēs: Aut capā (inquit) dimittes: aut denariū mihi ſolues. Tunc vir dei erectis in celū oculis paululumqꝫ intra ſemetipſum orans: moxqꝫ in terrā proſpiciens: ꝛ denarium omnino nec oībiū procuratū iuxta iacentē videns: Ecce (inquit) frater quod poſtulas: tolle: ꝛ me liberū in pace dimitte. Qua in re quid aliud in ſeruo ſuo dñs oſtendere voluit: niſi qđ in ſeipſo exhibuit? Quū vcꝫ pro ſolutione tributi per miniſteriū Petri de ore piſcis ſtaterem procurauit. ¶ Quū predicando diſcurrens frequenter fluuiolum qui vocatur Aregio vado tranſiret: cōtigit ſemel ꝙ libri quos portabat in ſinu vel gremio: quū ſe ſuccingeret/in fluuiū caderent. Qui deum benedicens/cuidā matrone prope lacū morāti notificauit ſuorū librorū amiſſionem per lapſum in aquā. Tertia die quū mittens hamū in aquaꝫ piſcator magnū aliquem piſcem ſperaret hamo trahere propter pondus: libros illos eduxit ſic illibatos ac ſi fuiſſent in ſicco armario cuſtoditi. Hoc autem amplificat miraculū: ꝙ nec pannum nec coriuꝫ nec aliquod habebant cōſeruatorium: niſi merita beati Dñici. Quos dicta matrona intelligēs ꝛ declarās cuius fuiſſent acceptos eos Toloſam ad ſanctū virum qui ibi erat cum gaudio magno remiſit. ¶ Sed ꝛ iſtud relatione dignum nō paruum eſt: qđ etiam per reuerēdum patrem dñm Raineriū ſancte Marie in Coſmidei cardinalē in conuentu fratrum in feſto eiuſdem ſancti viri Dñici: preſentib⁹ quibuſdam epīs aliiſqꝫ non paucis clericis ſermocinantem atqꝫ referentē verū prorſus fuiſſe cōpertū eſt. Contingit aliquando viro dei iter agente/aſſociari ſibi religioſum quendam conuerſationis quidem ſanctitate domeſticum: ſed loquela ꝛ lingua penit⁹ alienū. Dolens itaqꝫ ꝙ diuinis rebus vna cum illo mutua ſe collocutione refouere non poſſet: tādem a dño orationū ſuarum inſtantia: vt vnus lingua loqueretur alterius: verbiſqꝫ ſic alterutrum variatis ſeſe per triduum quo videlꝫ ſimul ituri erant intelligerēt impetrauit. ¶ Simile quoddam alteraiuice legitur contigiſſe. Nam quū in itinere ſe aſſociaſſet ipſe ꝛ ſocius cū quibuſdā Teutonicis: quorum idioma ignorabat ꝛ illi ex deuotione ꝯcepta ad eum in hoſpitio ſibi charitatiue expenſas facerent victus: ꝛ qui pecuniam in via ipſe non ferebat: ꝗ ſi ſe debitorē recognoſcēs: ad ſeminandum eis ſpūalia/ex quo tpalia ab eis metebat: orauit dñm vt eorum idiomate loqui valeret. Quo obtento: per aliquot dies ſimul cū eis itinerās de ſpūalibus rebus multa locutus eſt ad eorum inſtructionem ꝛ conſolationem. ¶ Quadam die aſſociatus cum quodā ordinis Ciſtertiēſis fratre deuoto quū tarde applicuiſſent ad cōuentū: ita ꝙ fratres iam dormitum acceſſerant: beatus pater nolēs fratres inquietare ꝛ a ſummo excitare: oratione facta in valuis eccleſie clauſis ianuis ſe cum ſocio in eccleſia reperit: ibiqꝫ in orationē ſe dedit: ꝛ matutinis pulſatis in choro cum aliis pſalmodie intendit: admirantibus cunctis de ingreſſu eius.

§.XI. De reductiōe monialiūꝫ que erant diſperſe per romā/in vnum monaſterium. ſ. ſancti Xiſti per beatū Dominicum ex cōmiſſione Honorij pape tertij.

Quum beatus Dñicus eſſet in vrbe: de beneplacito cardinalium dñs Honorius papa decreuit oēs ſanctimoniales que erant p diuerſa loca vrbis diſperſe: in vnum colligere vt fieri poſſet: vt ꝛ facilius poſſent regi ꝛ cauti⁹ cuſtodiri. Eaſdem vero ſic adunatas apud ſanctum Xiſtum propter antiquam loci reuerentiā ꝛ cōgruentiam diſpoſuerat collocare. Conſiderās autem ſeruum dei Dñicum per oīa religioſum: deuotū/ꝛ in cunctis gratioſum: eidem hoc opus committere pium dignum duxit. Qui accitus apoſtolice volūtati non reſtitit: cōcedi tñ ſibi cooperatores idoneos humiliter ſupplicauit. Datiqꝫ ſunt ei tres cardinales in adiutoriū tante rei dñs Vgolinus Oſtienſis: qui poſtea fuit Greg. ix. dñs Stephanus de foſſa noua: et domin⁹ Nicolaus Tuſculanus epīs cardinalis: qui in hac commiſſione exequēda fideliter ei adiutorio et conſilio adſiſtebant. Quū autē cuꝫ modeſtia ꝛ diſcretione quod papa iniunxerat/attētatū fuiſſet conſuetudine iam inueterate libertatis abſorpte: ꝛ eius perſuaſionibus quadā ſtolida audacia ꝛ feminea pertinatia oēs pariter repugnabāt. Erat preterea in vrbe quoddā monaſteriū ſancte Marie trans tyberim dictū: in quo illa venerabilis et oīs deuotionis honore digniſſima dei genitricis ſeruabat imago: quam beatus Lucas ad ſimilitudinē beatiſſime genitricis dei pleniſſime dicit expreſſiſſe. que quū ab eo loco neſcio quo caſu fuiſſet ablata: ad eandē eccleſiā p gratiā eiuſdē virginis fuit reportata. Hec eſt illa imago quā Greg. ſ. tēpore peſtis in feſtis paſchalib⁹ in pceſſiōe quꝫ feciſſet deportari: ꝛ ante eam aer infectus purificabat: circa quā audite ſunt voces angelorū canentiū/Regina celi letare alleluia ꝛc. Hanc figurā oēs ſorores monaſterij ꝛ cunctorū Romanorū frequētia venerabant. Ad hoc monaſteriū quū beat⁹ Dñic⁹ acceſſiſſet: ꝛ ſuis monitis oēs ad volūtatē pape inclinaſſet preter vnā: accepit ab eis obedientiā manualē: pmittentibus ſe ad ſanctū Xiſtum tranſituras: ſi illa dulciſſima imago cuꝫ eis illuc tranſiret. Quā cōditionē btūs Dñicus nſtri⁹ apoſtolic⁹ gratāter admiſit: adiecto ꝙ ſi delata illuc ad ſuā priorē eccleſiam rediret: ab illa eſſent obediētia abſolute. Ipſa geſtis prohibuit: ne clauſtrū egrederētur amodo ad parētea vel ad perſonas quaſlibet viſitandas. Audiētes autem cognati primi vel amici qđ egerint: ꝛ in quo cōſenſerint moniales: irati et cōmoti veniētes cū ſtrepitu ꝛ furore ſuo arguerūt eas: ꝙ ad ſuaſionē ignote perſone tam ſolēnem locum deſerere et in aliam eccleſiā conſenſiſſent trāſmigrare: et veſana mēte ſacrilegis linguis ꝛ ore blaſphemo auſi ſunt ſanctum dei peregrinū ribaldum ꝛ incognitū appellare. Turbate igitur timore femineo plures inutilem triſtitiam et irrationabilē penitudinē conceperunt. Hec aūt oīa ſanctus in ſpū cognouit et dana locum ire/poſt aliquod interuallū illuc acceſſit: ꝛ poſt miſſam eis celebratā et predicationē completā ait in ſpiritu lenitatis. Filie mee: de ſanctitatis propoſito recedentes

Moniales Romanan ad ſanctiorē vitā dinoꝛ mārevo catbrūs Dñicus

Marie tranſtyb'im imago a btō Luca depicta.

ingemuiſtis: ⁊ voluiſtis retrahere pedē in via dñi. Nunc ergo
quia voluntarie ſacrificantes dño accepte ſunt ei: nec pla-
cent ei coacta ſeruitia: ſiqua in vobis eſt timēs deum: ⁊ au-
diens vocem ſerui eius: ſponte ſurgens ad manus meas ve-
niat ſponte de nouo obedientiā dño oblatura. Qđ abbatiſſa
cum certis effecerūt. Et q̄ poſt ſathanā retro abierūt: rebel-
les meritis beati patris reuerſe ſunt. Tunc prudens pater
quoſdā conuerſos viros religioſos ⁊ prouidos adhibuit: qui
monaſteriū cuſtodientes omni tēpore ſororibus clauſis ne-
ceſſaria miniſtrarēt. Tulitq̄ claues beatus Dñicus oēs. Lun
ctamq̄ monaſterij poteſtatē ſibi accipiēs non cōceſſit vt de
inceps propinquis vel notis aliqs ſine teſtimonio loquerē-
tur. Poſtea vir ſapiens ⁊ in cōmiſſo apoſtolico fidelis/cum
aſſenſu predictorū trium cardinaliū ordinauit vt in capite
ieiunij quadrageſimalis apud ſanctū Xiſtum cōuenirent: vt
ibi predicta abbatiſſa cum oībus monialib⁹ ſuis p̄ſens eſſet:
⁊ iura omnia monaſterij cardinalis ⁊ ſibi libere reſignarēt.
Quod ⁊ factū eſt. Et tunc exiſtēte beato Dñico in collocutio
ne cum monialibus in cardinalium preſentia: relata eſt eis
mors iuuenis Neapoleonis nepotis dñi Stephani: quē ſu-
ſcitauit a mortuis: vt dictū eſt ſupra. Anno dñi. M.ccxix. ve-
nerunt domina abbatiſſa cum ſuis monialibus de tranſtybe-
rim accipientes in poſſeſſionē eccleſiā ſancti Xiſti vbi habi-
tare ceperūt. Inter quas erat quedā puella nomine Cecilia
tunc. xvij. annorū: que in ipſo porte introitu prima oim habi-
tum ordinis accepit a patre ſancto: ⁊ in manibus eius pfeſ-
ſionē obediētie fecit: poſt hanc abbatiſſa ⁊ cetere moniales
Imaginis Marie virginis translatio. numero. xliiij. indute ⁊ profeſſe. ¶ Nocte ſequenti pater pre
dictus cū duobus aſſociatus cardinalibus: ne tumultus fie
ret in populo: cū luminaribus plurimis ⁊ multis pſonis nu-
dis pedibus illam imaginem que erat in tranſtyberim: pro-
prijs humeris ad ſanctū Xiſtum deportauit: quam ſorores
expectantes nudis pedibus deuotiſſime ſuſceperunt. Ibiq̄
permāſit vſq̄ in preſentem diem. Et in loco illo ſancti Xiſti
tunc habitabāt fratres predicatores. Inde recedētib⁹ poſt
conceſſionē factā monialib⁹: papa Honorius dedit eis eccle
ſiam ſancte Sabine: quo ſe tunc contulerūt fratres cū libris
⁊ rebus ſuis ad habitandū. Et ibi tunc erat palatiū honorij
pape. Hoc primū monaſteriū fundator primus Predicatorū
ordinis ⁊ pater inclytus fundauit Dñicus: quas cū ſumma
diligentia ſub religioſa ſeruans cuſtodia erudiuit: pro qua-
rum conſolatione frequēter predicationes ⁊ collationes fa-
ciebat eis preſentibus fratribus: eaſq̄ diſciplinas ordinis
edocuit: ⁊ corā ipſis ⁊ in ipſis plura miracula p eū fecit dñs.
¶ Cum autem in ſecunda dñica quadrageſime ſcʒ poſt octo
dies ab acceſſu earū ad dictū locū. be. Do. ibi predicauerit in
eccleſia adſiſtēte maxima ppłi multitudine demoniaca que
daʒ p̄dicationē clamādo cepit nimiū impedire: dicēs. Ribal
de ribalde: tuis deceptionib⁹ mihi quatuor q̄ mee erant ab-
ſtuliſti. Mee erāt: ⁊ mihi eas abſtuliſti: ſepe replicās: Ribal
de ribalde. Cumq̄ populus predicationis impedimēto mur
muraret: dixit ei pluries. b. Dñicus. Obmuteſce obmute-
ſce. Reſpōdit demon p os obſeſſe. Nō nos hinc eijcies: noſtra
eſt enim hec: nec egrediemur: ſeptem ſumus: qui ſic ⁊ ſic in-
greſſi ſummus. Ceperūtq̄ ſinguli modos quibus eam poſſe
derant elatrare. Creſcente tumultu populi: eleuata vir dei
manu fecit ſignū crucis dicēs. In nomine Jeſu Chriſti preci
pio vobis: vt exeatis: ⁊ eam vlterius non ledatis. Continuo
illa horribili corporis diſtēſione cōmota/magnā carbonum
congeriē euomuit: quā tanta ſanguinis abundātia ſubſecu
ta eſt: vt quaſi mortua videretur. Quā vir ſanctus de eccle-
ſia educi precepit: ⁊ curam eius agi donec plene ſanaretur:
imponēs ei nomen ſoror Amata. Que ſanata: diu poſtea in
ſancta conuerſatione vixit. ¶ Altera vice beatus Domini-
cus accedēs ad rotariam monaſterij: interrogauit de tribus
ſororib⁹ an ſane eſſent. Que reſpondit q̄ febricitabant. Cui
dixit beatus pater. Uade ⁊ dic eis q̄ ego precipio eis: ne am
plius febricitent. Qđ quū feciſſet. ſurrexerūt ſubito libera-
te. Hoc audito: gratias egit altiſſimo beatus pr̄. ¶ Die qua
dam venit tardius ad monaſterium ſancti Xiſti beatus Do
minicus: et cōuocatis ſororib⁹ ad feneſtrā preſentib⁹ fratri-
bus quos ſecum habebat dixit. Filie mee: ego venio de pi-
ſcatione: et dñs dedit mihi magnū piſcem. Hoc autem dice-
bat de fratre Guidone: q̄ fuit filius vnicus domini Alexi ma
gnifici viri vrbis Romane: quē ad ordineʒ receperat. Facta
autem ad eas collatione inſtructionis/multā dedit eis con-
ſolationē. Miſſaq̄ geſtis dixit pater ſanctus. Dñs vult q̄ vadā
ad ſanctā Sabinam conſolari filios meos. Priorißa autem
⁊ moniales nitebātur eum retinere in domo capellani earū
dicentes. Pater hora preterijt iam prope mediā noctem eſt:
non expedit vt amodo hinc recedas. Ille aūt non acquieuit
dicens. Dñs omnino vult vt vadā: ⁊ angelus eius comitabi-
tur nos. Aſſumens igitur fratrē Tancredū priorē fratrum ⁊
Odonem priorē ſororū: cepit proficiſci. Cumq̄ egrederet̄
ecce iuuenis pulcherrimus ante portā adſtitit tenēs bacu
lum: ⁊ paratus ad iter cepit eos precedere in via: tūc ſanct⁹
pater ordinauit ſocios fratres inter ſe ⁊ illū: ⁊ ipſe tertio lo
co ſequebatur. Uenientes aūt ad portā fratrū inuenerunt
eā diligenter ſeris obfirmatā. Tunc iuuenis q̄ dux vie fue-
rat: ad vnā partē porte ſe traxit: que ſtatim aperta eſt eis.
Et primo ingreſſus eſt ipſe: deinde fratres: poſtea btūs pa
ter dñicus. Egreſſoq̄ iuuene q̄ eos introduxerat: inuenta
eſt ianua clauſa ſicut prius. Tunc frater Tancredus inter-
rogauit beatū Dñicum dicēs. Pater q̄s fuit ille iuuenis q̄
venit nobiſcū. Qui rńdit. Angelus fuit ſanctus: qui ad no-
ſtrā cuſtodiā fuit deſtinat⁹. Itaq̄ fratres ſurgētes ad ma-
tutinas cū alijs mirati ſunt quō ianuis clauſis introiſſent.
¶ Erat aūt tūc in dicto cōuentu iuuenis quidam ciuis Ro
manus noīe Jacobus nouitius: q̄ deuictus tentationibus
diaboli dño determinauerat egreſſum ab ordine ⁊ quū ma
ne aperirent̄ porte ecclīe. Qđ pater almus diuina reuela-
tione cognoſcens: in ſpū lenitatis dulciter monuit ne ſe a
tam ſancto cōſortio ſegregaret. At ille deprecanti nō acq̄e
ſcens extraxit ſibi habitū: dicens ſe deliberaſſe receſſum.
Uir aūt mitiſſimus violente tentationi cōpatiēs: Expecta
(inquit) modicū fili mi: poſtea facies qđ volueris. Tūc p-
ſtrauit ſe pater pius p filio perituro. Mox quantū value-
rit iuſti deprecatio apparuit. Necdū eñ orationē finierat:
ille lachrymarū imbre pfuſus ad pedes ſancti prouolutus:
habitū quē reiecerat ſibi reddi petijt: pollicens ſemper ſe in
ordine permanſurū. At benignus pater habitū reddidit: dul
citer alloquēs ⁊ exhortans ad perſeuerantiā. Quod ⁊ fecit.
Mane regreſſi fratres cū patre ad monaſterium: que accide
rant ſororibus enarrabant. Que pater vera eſſe cognoſcēs:
ſimpliciter ait. Filie mee: inimicus rapere voluit vnā ouem
dñicam: ſed dñs liberauit eam de manibus eius.

§.XII. De ſanctiſſimis morib⁹

eius. Congregato capitulo generali Bononie anno. vi. a con
firmatione ordinis: ab incarnatione aūt dñi. M.ccxx. in quo
interfuit magiſter Jordanus (alias Jordanes) Teutonicus:
qui tres mēſes in ordine habebat: receptus Pariſijs ad ordi
nem ex predicationibus magiſtri Reginaldi: de quo ſupra et
preſidens in caplo inquit btūs pater. Ego ſum dignus depo
ſitione: quia inutilis ſum ⁊ remiſſus: multumq̄ ſe humilia-
uit in omnibus coram oībus: q̄ erat maior oībus. Cumq̄ vel
let cedere: fratres vero nullo modo acquieſcerent ei⁹ ceſſio
ni: decreuit ex beneplacito vt deinceps ſtatuerētur deffinito
res in capitulis: qui haberent poteſtatem ſuper ipm ⁊ ſuper
totum capitulū deffiniēdi ſtatuendi ⁊ ordinandi: donec dura
ret caplm: ſalua in poſterum reuerētia magiſtrali. Magiſter
igitur primus conſtitutus erat inter illos: vt vnus ex illis: ni
ſi q̄ rigore primus: abſtinentia/ vigilijs/ ⁊ ieiunijs ſeritate
ſummus: humilitate altiſſimus. ¶ Tres epales dignitates
ſibi oblatas diuerſis tēporibus renuit. Die noctuq̄ diuinum
in choro frequentans officium: menſa conuentuali parce pre
omnibus vtebatur. Religioſe inſtitutionis cultor cuſtoſq̄
precipuus/omni ſtudio nitebatur vt ſincere ⁊ integre ab om
nibus ſeruarentur: ⁊ ſiquando humana fragilitate aliqua a
quoq̄ commiſſio fiebat negligentius vel omiſſio: non parce-
bat oino. In correctionibus aūt tam dulcem ſeruabat rigo-
rem: tanq̄ rigidam tegebat dulcedinē: vt ⁊ ſufficienter puni
ret culpabilem: ⁊ hoiem nō turbaret. Si videbat fratrē qūq̄
preoccupari aliquo delicto: fiebat quaſi nō videns: non ha-
bens os loquele: ⁊ diſſimulando tranſiuit. Opportunitate
vero data: dicebat illi fratri: Frater/non bene egiſti faciens
qđ non licet: da gloriā deo ⁊ confitere peccatum tuū. Et ſicut
ſe exhibebat vt patrem verbera correctionis infligendo: ſic
etiā vt matrē vbera cōſolationis exhibendo. Omni fere die:
niſi grāde impedimentum obſtaret: predicationem pplo vel
collationem fratribus faciebat: cūq̄ tali deuotione tantaq̄
lachrymarum effuſione loquebat̄: vt ipſos ad cōpunctionis
gratiam ⁊ lachrymas puocaret. Cum egrederet̄ occaſione
quacūq̄ vir btūs oībus ſecū euntib⁹ per ſe vel p alios pro-
poſuit verbuʒ dei: ⁊ aut diſputās/aut conferens/aut orans/
aut legens/a diuinis colloquijs non ceſſabat. At qñ loqui vel
orare non oportebat: dicebat ſocijs/ Precedite ⁊ cogitemus
de ſaluatore noſtro. Tunc audiebant eum gementem ad dñʒ
⁊ medullitus ſuſpirantem. Nunq̄ iratus viſus eſt nec commo-
tus vel exturbatus in labore itineris vel feruore paſſionis
ſed ſemper in tribulationibus patiēs. Diſcalciatus p vias pe
dibus ambulabat. villas aūt ⁊ ciuitates tranſiens calceos
induebat: quos egreſſus rurſus diſcalciatus incedebat. Por
tabat autem calceos ſuper ſpatulas ⁊ capam ⁊ alias veſtes
ſuas: ⁊ nolebat in his portandis ab aliquo ſubleuari. Et ſi-
quando offendebat pedem ad lapidem: imperturbatus alacri vo

ce dicebat

ce dicebat ſuſtinens. Hec eſt penitentia. Sic nudis pedibus
ambulans ab vrbe Roma: quū veniſſet ad locum vbi erant
acuti lapides: dixit ſocio. En ego miſer hic fui coactus ſemel
calciare me. Qui cum quereret cauſam: reſpōdit beatꝰ Dñi-
cus. Quia tunc pluerat. In eadem via ex redundātia aquarū
riui ⁊ flumina plurimū creuerunt. Tunc ſanctus in turbine
gaudēs laudabat ⁊ benedicebat dñm: cantans hymnos. Aue
maris ſtella. Veni creator ſpūs. integre alta voce. Veniens
autem ad aquas inundantes/ſignabat eas ſigno crucis: di-
cens ſocio multū pauido vt pertrāſiret. Cōfiſus tamē ille de
ſigno crucis ab eo facto ⁊ obediētia: pericula inundantium
aquarū cum ſancto ſecurus ⁊ proſpere trāſiuit. ¶ Quū aūt
declinare deberet cum ſocijs ad manendū: non ſcdm ſuā vo-
luntatē: ſed ſociorū: hoſpitium quęſiuit. Ambulās ꝑ ciuita-
tes ⁊ villas vix oculos a terra eleuabat. Exiſtens in via fere
ſingulis diebus celebrabat cū multis lachrymis. Applicās
ad hoſpitiū: ſi erat ibi eccleſia: ſemper prius eo ibat ad orā-
dum. ¶ Quū extra conuentū erat: audiens primā pulſatio-
nem ad matutinum/ſurgebat ⁊ excitabat fratres ad matuti-
nas dicendas. Totumq; officiū diuinū diurnum pariter ⁊ no-
cturnū cum multa deuotione horis cōpetentibus exoluebat
vt nil omitteret. Et poſt cōpletoriū erat cum ſocijs in ſilen-
tio in itinere ac ſi eſſet in conuentu. Mane dum ibat: ſerua-
bat ⁊ ſeruari faciebat ſilentiū vſq; ad horā tertiā. Jacebat in
paleis veſtibus ⁊ calciatus ſicut ambulabat: niſi ꝙ ſotula-
res forte extrahebat. Per viam quoq; ſeruabat ieiuniū con-
tinuū a feſto exaltationis ſancte crucis vſq; ad reſurrectio-
nem dñicam: ⁊ ſimiliter in eſtate ieiunia non ſolū eccleſie ſed
etiā ordinis. Comedebat ꝙ̄ ei apponebātur: exceptis carnibꝰ
conditis. Quādo veniebat ad conuentū: conuocans fratres
faciebat eis ſermonē: conformās ſe cōuentui in cibo ⁊ in mē-
ſa: cōſeruabatq; regulā pleniſſime: ⁊ ſeruari faciebat. ¶ Dū
quadā vice iret: grauiter infirmatꝰ in via ꝓpter hoc nec car-
nes comedit: nec ieiuniū fregit: nec pittātiam ſibi fecit: niſi
aliqd̄ de pomis vel rapis: ieiunia ſtatuta in regula. i. cōſtitu-
tionibus in ſanitate ⁊ infirmitate obſeruans. Religioſorum
monaſteria viſitabat: predicās eis verbū dei. Hortabatur fra-
tres vt cū omni diligētia charitatis ſoliciti eſſent de anima-
rum ſalute ad predicandū beneuoli ⁊ parati. Et vt hoc offi-
cium liberius poſſent exercere: noluit vt ad hoc habiles ⁊ de-
putati: temporaliū exteriorūq; occupati ſolicitudine ad alia
traherētur. Decreuerat ab initio pius ⁊ diſcretus pater: vt
conuerſi illiterati tēporalibus adminiſtrādis preeſſent: ⁊ ce-
teri orationibus ⁊ predicationibus vacarēt. At diſcretiores
fratres in tali adminiſtratiōe patri non annuerūt: timentes
ne forte incōuenientia ſequerētur. Et qꝛ ſine ſciētia ſcriptu-
rarū ſctārum ꝑfectus ꝑdicatoꝛ pōt eſſe nullus: ſuadebat fra-
tribus vt ſemꝑ ſtuderēt in veteri ⁊ nouo teſt. Ipſe etiā pater
euangeliū ſancti Matthei ⁊ epl'as Pauli ſecū deferēs mul-
tum in eis ſtudebat: vt pene corde tenus retineret. Figmēta
etiam philoſophica paruipēdebat. Ad cōfeſſiones audiēdas
peccatorū paratus ⁊ benignus fuit ⁊ cōſolationes faciēdas
tribulatis valde ſerenus ⁊ clemēs fuit. Dum quendā legiſtā
Bononiēſem ingreſſum ordinem predicatorū amici ⁊ cōſan-
guinei conarentur extrahere de religione: timētes fratres/
quoſdā milites deuotos cōuentui quū deliberaſſent in adiu-
toriū aduocare: ait ad illos pius pater. Non indigemus ſecu-
lari auxilio vel humano: ego eñ video plus ꝙ̄ ducētos an-
gelos circa eccleſiā ad fratrū cuſtodiā deputatos. Receſſe-
runt ergo quū veniſſent terrore celeſti pauidi effecti.

§. XIII. Celebrato ſecundo ca-

pitulo generali Bononie: ibi magiſter Jordanus fuit factus
prior prouincialis in Lōgobardia. Miſit aūt. b. pr̄ in Angliā
fratres ad predicandū ⁊ conuentū inſtituendū. In Vngariā
quoq; miſit magiſtrum Paulum ad predicandū: qui Paulo
ante legens Bononie in iure canonico ingreſſus fuit ordinē
predicatorū. Hic pater glorioſus vtriuſq; hominis puritate
⁊ decore precioſus: omniū in ſe prouocabat aſpectū pariter ⁊

Beati Dñici ſtatura ⁊ effigies.

affectum. Erat namq; ſtature mediocritate equalis: corpo-
ris tenuitate agilis: facie pulchra ⁊ paululū rubenti. Barba
vero eius ⁊ capilli aliquantulū rufi coloris ſpeciem preſere-
bant. De fronte eius ⁊ intercilijs ſplendor quidam radioſus
micabat: qui omnes ad venerationē eius ⁊ dilectionē attra-
hebat. Hilaris ſemꝑ ⁊ iucūdus apparebat: niſi quū ad com-
paſſionē pro afflictione proximi mouebatur. Manus lōgas
habebat: pulchram vocem ⁊ magnā ⁊ tubaliter reſonātem.
Caluus non fuit: ſed coronā raſilem totā integram habebat
paucis canis reſperſam. Hoc vas fictile ⁊ corpus fragile plaſ-
mauit: ſicq; ſua gratia perornauit cōditoris manus: vt eſſet
templum dei: et ſpiritusſanctus habitaret in eo. Pernocta-
bat aūt in eccleſijs ⁊ orabat: modo geniculans: modo ſe pro-
ſternēs. Quumq; laſſitudine ſuccedente/ſomni interpella-
bat neceſſitas: ſiue in altari ſiue alio quocūq; loco: aut cer-
te ſuper lapidem adinſtar patriarche Jacob capite inclina-
to paululum requieſcēs rurſus euigilabat ad orationē ſpiri-
tuſq; feruorem. Circuibat tunc viſitans altaria ſanctoꝝ pa-
trocinia inuocans: ⁊ ſic vſq; ad noctis medium perdurabat.
Poſtea fratres dormiētes quietiſſime viſitans/diſcoopertos
operuit: ipſoſq; cruce chriſti ſignās ad oratorium redibat cō-
tinuando orationem. His horis multos inſultus demonum
ſuſtinuit: multoſque de ipſis triumphos reportauit: multas
illuſtrationes diuinas reuelationeſque percepit. vix vnquā
ipſe lectulo dormiens: quum tñ ipſe alios ad quietem dili-
gentius hortabatur. Nunꝙ̄ aliquid a dño petijt: quin ab eo
impetraret ad votum: vt ſupra oſtenſum eſt. Erga dñici cor-
poris ſacramentum flagrabat deuotione maxima. Frequen-
ter dū eleuaretur corpus chriſti in miſſa: in mentis eleuaba-
tur exceſſum: maieſtatis diuine preſentia delectatus. Verus
erat paupertatis amator. In veſtibus/in calciamentis: in li-
bris/in edificijs/in cibis/precioſa ⁊ curioſa habere refugit
ſed humilia religioni ac paupertati cōgrua in ſe ⁊ fratribus
ſuis elegit. Vnde quum ſemel Bononiam veniēs inueniſſet
cellulas fratrum aliquātulum in edificio ſubleuatas pluſꝙ̄
prius erant: vocauit procuratorem: ⁊ cum lachrymis ei dixit.
Quā cito vultis palatia erigere? nō decet pauperes religio-
ſos de eleemoſynis viuētes ſumptuoſa edificia habere. Quid
diceret pater ſanctus: ſi nunc attēderet ad eccleſiam ⁊ do-
mos ⁊ cellas fratrum ampliatas: teſtudinatas: in celum ele-
uatas: ⁊ ſculpturis ⁊ picturis curioſiſſime ornatas: ⁊ paramē-
tis aureis ⁊ purpureis copioſas ſupra cathedrales eccleſias: ⁊
in veſtibus fratrū/in lectis eorum pompas dominorum ex-
cedentes: nec ab eſu carnium abſtinentes quum ſani ſint ⁊
robuſti: nec ieiunia non ſolum ordinis/ſed nec eccleſie ſer-
uantes: non ſolum in cōmuni/ſed in ſingulari poſſeſſiones
⁊ reditus habentes: non ex diſpēſatione/ſed ex diſſipatione
prelatorū: non ſtudijs vacātes/ſed viſitationibus ⁊ frequen-
tationibus monaſteriorū: vt de ceteris taceamus. At ſi qui
literis intēdant: nō ſaluti animarū inde conſulere affectan-
tes: ſed vt vocentur ab hoībus rabi: vt exemptionibus gau-
deant: que vtinā nō ſint tales vt a patria etiā ſupna ex mãt
⁊ excludant. Quid pater ſancte diceres de his? niſi quia hic
non eſt ordo quē inſtitui: ꝓ quo tantū laboraui: vbi nullus
ordo: ⁊ vtinā ſempiternus horror non inhabitet. Vtiq; filijs
debetur hereditas ſm dictū aplī. Si filij: ⁊ heredes. Sed vt
dicit Hiero. di. xl. non eſt. Filij ſanctorū ſunt: non qui tenent
loca eorum. ſ. in domo: in habitu: in noīe: ſed ꝙ̄ exercēt opera
eorum. Non ſunt ea ꝙ̄ dicta ſunt opera patris dei: ſed opera
patris diaboli. Oportet nempe filios ſeruare teſtamentum
patris: alr̄ cōtra faciendo debent hereditate priuari. Audiāt
ergo fratres teſtamentum patris Dñici. Hec (inquit in extre-
mis conſtitutus) vobis tāꝙ̄ filijs poſſidenda relinquo here-
ditario iure. Charitatem habere: humilitatem ſeruare: pau-
pertatem voluntariam poſſidere. Admonuit quoque ſum-
mopere cauenda cōſortia feminarū maxime iuuencularū: ꝙ̄
animos etiam viriles emolliunt. Et in his quidē manifeſte
cōprehenduntꝰ obedientia: in vitanda familiaritate femina-
rum caſtitas. Charitas aūt premittitꝰ vt precipuū: ꝙ̄ eſt finis
religionis oīs. Qđ aūt vt in ſacra habetꝰ eius hiſtoria: dicie-
tur ꝙ quāta potuit diſtrictione ꝓhibuit ne ꝗs in hunc ordi-
nem poſſeſſiones induceret tēporales: maledictionem dei et
ſuam imprecans in cōtrariū facientibꝰ: in hoc cōmēdatus eſt ze-
lus eius ad paupertatē ⁊ dño ſeruandū teſtamentū eiꝰ: vbi
neceſſitas non vrgeat ne maledictionem incurrat: ſed vbi ne-
ceſſitas (que non habet legem: ſed ipſa ſibi facit legē: vt dꝛ
ſ. q. ſ. §. ſed notandū) ad hoc vrgeat: vt pote qꝛ fratres aliter
viuere non poſſunt in numero cōpetenti: experiētia habita:
ꝙ̄ eſt rerum magiſtra. Verū qꝛ vltra ꝓhibitionem beatiſſimi
patris cū maledictione adiuncta expreſſe ꝑ cōſtitutiones fa-
ctas in caplo generaliſſimo hoc etiam ſtrictiſſime inhibetꝰ: ꝙ̄
conſtitutiones approbate ſunt ab eccl'ia: ideo nō videtꝰ tute
hoc fieri ſine diſpēſatione ſedis aplice: ꝙ̄ in hmōi (quum po-
ſitiua ſint) habet plenitudinem poteſtatis. Si eñ deus ſm
diuerſitatē temporum mutat ꝓhibitiones ⁊ ordinatiōes fa-
ctas hoībus: vt pꝫ de cerimonialibꝰ ⁊ iudicialibus ꝑceptis
veteris legis: ꝙ̄ ablata ſunt in noua ſm literā: quū etiam ad
illa addite ſunt multe maledictiones dei in tranſgreſſores
eius: ⁊ eccl'ia etiā mutat ſua decreta ⁊ conſtitutiones quum
neceſſitas vel vtilitas vrgeat: vt dꝛ de conſan. ⁊ affi. non debꝫ
nec hoc adſcribendū eſt leuitati: ſed rōni: ita etiam ſi muta-
tis cōditionibꝰ illius tp̄is/mutetur ſeu diſpenſetꝰ illa conſti-
tutio: quum aliter apparet ſuſtentari nō poſſe. Tunc eñ alij
religioſi non erant niſi monachi: qui nō mendicabāt: qꝛ non
egebant: vnde copioſe eleemoſynas recipiebant. Nunc mul-
tiplicate ſunt religiones queſtuantiū etiam in vtroq; ſexu.
Et quoniam abūdauit iniquitas: refrigiut charitas multo-

runt ⁊ multiplicatis penurijs guerris et pompis laicorum: parci ſunt in eleemoſynis dandis: ⁊ libentius expendunt in capellis vel ornamentis ſuperfluis ⁊ pompis eccleſiarum ꝙ in ſubuentione pauperũ. Hec breuiter ⁊ incidẽter ſint dicta ſaluo ſemper meliori iudicio.

§.XIIII. Ad hiſtoriam redeundo.

De infirmitate vltima ⁊ trãſitu feliciſſimo ſcti patris. Celebrato ſecũdo caplo generali. b. pater circa finẽ Julij ex itinere venit Bononiã feſſus ex labore vie ⁊ eſtus quippe maximus erat. Et licet grauatus corpore / cũ priore domus ⁊ fratre Rodulfo procuratore vſq; in noctis partem de ſtatu ⁊ negotijs ordinis loquebatur. Qui quũ ad quieſcẽdum pergerent / inſtabant rogantes patrẽ vt ad quietem cõponeret mẽbra fatigata: ⁊ matutinis non intereſſet. Quorũ precibus nõ acquieuit: ſed eccleſiã ingreſſus more ſolito pernoctauit: ⁊ matutinis cũ alijs interfuit. Poſt matutinas dixit priori ꝙ dolorem capitis pateretur: ⁊ extunc cepit languere. Inualeſcente aũt infirmitate: confortatus ſpiritu deo infatigabiliter adherebat: tam patienter egritudinẽ illam ſuſtinens: vt ſemper iucundus ⁊ hilaris appareret: licet dyſenteria vrgeretur ⁊ febribus vreretur. Sciẽs aũt diem mortis proximo ſibi imminere: iuſſit corã ſe nouicios cõuenire. Quos ſerena facie intuens: ad amorẽ dei ⁊ ordinis ⁊ ad deuotionẽ religionis ⁊ obſeruantiã verbis dulciſſimis hortabatur. Nec tamẽ ſic debilis acquieuit requieſcere ſup lectum. Exinde vocatis duodecim fratrib⁹ diſcretioribus: priori cõuentus fratri ventura. vel Bonauenture) de oĩbus actibus ſuis generaliter eſt cõfeſſus: dixitq; fratribus. En vſq; in hanc horã incorruptum carne miſericordia dei me cõſeruauit: illibatamq; virginitatis munditiã cuſtodiuit. Que vt in vobis immaculata ꝑmaneat caſtitas: feminarũ omniũ ſuſpecta cõſortia deuitate. In feruore ſpũs dño deſeruite: ⁊ ꝑmotioni ⁊ dilatationi ordinis intendite: ſtabiles in ſanctitate manere in religione canonica. Quum aũt indies languor increſceret: filij de patris ſalute ſoliciti ad ſanctam Mariam in monte deportarunt: ſperantes in melius corpus reformari: q2 locus ſanior. Qui ibi poſitus quũ viribus magis cepiſſet deſtitui: ſentiretq; diſſolutionẽ ſui corporis imminere: iuſſit vocari priorem: quẽ ſecuti ſunt. xx. fratres deſiderio viſitandi patrẽ ſuũ debilẽ. Qui coram ſe poſitis predicauit iacens: ſermonẽ pulchrum ⁊ valde motiuũ ad eos faciens. Audito aũt ꝙ rector eccleſie illius diſponebat eum in ſua eccleſia ſepelire: dixit humiliter ⁊ manſuete. Abſit vt ego ſepeliar niſi ſub pedibus fratrũ meorum. Ad tollendũ igitur cõtentiones: portate me (inquit) ſub diuo extra domũ: vt poſſitis me in veſtra eccleſia ſepelire. Tollentes igitur filij dilectũ patrẽ: tulerũt illum ad domũ Predicatorum: pauentes tamẽ ne in via deficeret. In quadã igitur cella eum locãtes: ſacramentũ extreme vnctionis exhibuerunt. Frater Rodulfus caput ſancti tenens / ſudorẽ faciei eius cũ pãno lineo extergebãt. Flebãt aũt adſtantes fratres videntes in agone dulciſſimũ patrẽ: cuius ſe dolebãt cõſolatione deſtitui: nunꝗ̃ in ea gratia ſimilẽ habituri. Quos pater pius lachrymãtes aſpiciẽs / conſolatus eſt dicẽs. Nolite plorare chariſſimi: nec vos mei corporalis turbet diſceſſio. In loco ad quem vado: vtilior vobis ero ꝙ hic fuerim. Et poſt mortẽ aduocatum potiorem habebitis: ꝙ in hac vita habere poſſitis. Grandis hec in morte ſua fiducia. Verum iuſtũ eũ omnino prologuitur: qui nec mori timuit: nec de eternitatis introitu dubitauit: vbi ⁊ patrocinari tam confidenter filijs ſe promiſit. Tunc interrogauit eũ vnus ex fratribus. Pater vbi vis corpus tuum ſepeliri? Reſpondit: Sub pedibus fratrũ. Tunc vocatis ad ſe patribus ⁊ priore dixit. Preparate vos. Qui quum ad cõmendationẽ anime dicendam eſſent ſolenniter parati: dixit eis. Expectate adhuc tunc dixit ei prior. Pater tu ſcis quomodo nos dimittis deſolatos ⁊ triſtes. Memento noſtri ⁊ ora pro nobis ad dominum. Tunc in deum iam totus abſorptus homo ſuauiſſimus eleuatis manibus in celũ dixit. Pater ſancte: tu ſcis q2 libẽter perſtiti in voluntate tua: ⁊ illos quos dediſti mihi / cuſtodiui ⁊ cõſeruaui: tibi ego recõmendo eos tibi conſerua eos ⁊ cuſtodi ⁊ ego ad te venio pater celeſtis. Et poſt hec ſciẽs qꝛ venit hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ: dixit fratribus. Incipite. Qua deuotione: quibus lachrymis: quot ſingultibus tunc completũ fuerit cõmendationis officiũ: nouit qui non ſpreuit gemitus pauperũ. Et quum in fine cõmendationis dicerent / Subuenite ſancti dei: occurrite angeli ⁊c. Eleuatis manibus ad celum emiſit ſpiritũ. Adfuit aũt in hac hora trãſitus ſui beata virgo cum filio: prout reuelatũ fuit cuidã deuoto patri priori cõuentus Brixieñ. qui dicebatur frater Guala Longobardus ⁊ poſtea Brixie epũs fuit. Hic enim eadem die hora qua pater ſanctus migrauit e ſeculo anno etatis ſue. lj. ſcilicet feria. vj. hora. vj. iacui depreſſus ſomno poſt

Glorioſus obitus Dñici ab hoc ſeclo trãſitus.

de manibus ſociorum ecclīam ipſam intrauit genus flectēs
corde ſctm̄ Petrum rogauit vt ſcelus ſuum ignoſceret: vo
to vt potuit ſe obligans vt ſi a mutitate liberaretur: publi
ce peccatum ſuum cōfiteretur: et omnē hereſim abiuraret.
Qui ſubito loquelam expeditam recepit: et veniens ad ec
cleſiam fratrū hereſim abiurauit: peccata confeſſus: et data
licentia ꝯfeſſori vt publice hoc diceret in predicatiōe: et quū
iſtud inſinuaret: ipſe ſurgens in medio confeſſus eſt et nō
negauit ſeipſum eſſe cui hoc accidit.

§.III. Mire erat hic ſanctus pu

ritatis ⁊ humilitatis: ꝓpter q̄ virgines ſctē ex ſuperna patria
aliqū eū viſitabāt: cū eo orāte familiarit̄ colloquētes. Unde
quū in q̄dā ciuitate morā traheret in cōuentu ordinis: acci
dit vt eo in cella orāte: q̄dā fratres leues tranſeuntes iuxta
cellā eius/audiētes collocutionē pluriū: firmarunt ſe vt dep̄
henderent q̄ eſſent. Qui audientes voces mulierū: vt minus
deuoti exiſtimarunt feminas eē in cella: vñ ī cap̄. accuſatꝰ
eſt coram priore teſtibus inductis: quū etiā quārſicunq̄ p̄ia cā
etiā cōfeſſiōis vel neceſſarij ꝯſilij mulieres ī dormitoriū in
ducere etiā honeſtiſſimas ſacrilegiū iudicet. Surgens ī me
diū frater Pe. vocat⁹ a priore iterrogat de re ipſa: nec expli
cat cū quibus loq̄bat: tū ne ſe iactare videat aſſerēdo collo
quiū habuiſſe cū ſanctis virginib⁹: tū ꝯſiderans ſibi ſoli fi Beatus
dē non adhiberi cōtra plures. Nec tamen fatetur mulieres Petrus
in cella habuiſſe de q̄b⁹ illi intendebāt/ſed tacēs proſtrat⁹ in accuſatꝰ
medio veniam petijt. Quis enī dicere valet: Mundus ſum impudi
a pctō: vt non egeat venia? Dure prior arguit eum: quō auſ⁹ citie.
ſit feminas ⁊ ſi honeſtas in cellā ducere: quum vltra pericu
lum maxima nota in femina contra conuentum poſſit oriri.
Arbitrabatur forte magis quadā in cautela ⁊ ſimplici pu
ritate: q̄ laſciuia illud fuiſſe pactum. Florebat tunc ordo p̄
dicatorum: et omnis laſciuia exulabat ab eis. Iubet igit̄ prior
a conuentu illo fratrē Petrū diſcedere: et vt diſcat in hmōi in
cautelis nō ſcandalizare cōuentus: et ad cōuentum Ieſinum
ordinis in Marchia ſitum accedere: et ibi quaſi relegatum
manere. Caput inclinat: patientiā humiliter innocens ſuſci
pit: iter aſſumit: et applicans reſidet ibi. Quadam autem no
cte dum is eccleſia corā crucifixi imagine deuotius oraret:
confuſio ei illata ſine cauſa ⁊ increpatio menti occurrit: ſen
ſitiuamq̄ excitauit ad triſtitiam: et piam querelam faciens
ad crucifixum aiebat. Mi domine tu ſcis in cauſa illa inno
centiam meā: cur permiſiſti me ita iudicari? Et crucifixi ima
go ad eū. Et ego Petre: quid mali feci: vt cū tantis opprobrijs
et contumelijs condemnarer ad crucem. diſce ergo exemplo
mei omnia equanimiter ſuſtinere. Ex quibus verbis mirabi
liter confortatus et cōſolatus eſt. In pceſſu tpis declaratū
eſt illos fuiſſe errore deceptos/qui crediderunt virgines ſu
perne patrie fuiſſe feminas viles. Adhuc imago illa crucifixi
in dicto conuentu in reuerentia et veneratione habetur.
¶ In illo tpe quum per Longobardiam et Tuſciam ac Ro
mandiolam predicando diſcurreret contigit ei quendā adole
ſcentē ad doctrinam ei⁹ cōpunctum in cōfeſſiōe audire: et iter

deleta confeſſus eſt ſe matrē calce ꝑcuſſiſſe. At ſctūs facin⁹
horrens cū amaris lachrymis eū redarguit: oſtēdens graui-
tatem ſceleris. Cuius v̄bo et exemplo cōmot⁹. Quid me (in
quit) facere iubes pater in ſatiſfactionē tāti mei flagitij. Ec-
ce ad oīa paratus ſum. Certe (ait vir ſctūs) ille pes mereref
abſcindi: qui inſtrumētū fuit tante impietatis: quum et xp̄s
dicat in euāgelio. Si pes tuus ſcandalizat te: abſcinde eum
⁊ proijce abs te. Nō tamē hoc tibi dico vt facias: ſed caue in
futurū. Faciem aūt talem et talē pnīe ſatiſfactionē. Recedit
adoleſcens cū nō modico zelo vlciſcēdi patratū exceſſum: li-
cet non ſm̄ ſcientiā. Reuerſus domum accepit nō paruū cul
tellū: ⁊ in feruore ſpūs pedē abſcidit. Dolor intenſus ſequi-
tur: quē feruor non tulit nec minuit. Clamat pre dolore ⁊ vo
ces audiuntur: ſanguiſq; effluit copioſe in terram. Cucurrit
mater: cernit pedem abſciſſum ſanguine fluentem: et dolore
quaſi extra ſe poſita vocat amicas ⁊ vicinas. Accurrunt oēs
ſtupore replentur: neſcientes rei cauſam. Intēdunt ꝯcitiſſi-
me ad ſanguinis fluxum reſtringēdum. Et cura ꝙ potuit eſſe
adhibita: ſciſcitaf adoleſcētē quō qua de cā id actum fuerit.
Rñdit iuuenis ſe cōfeſſum illi predicatori Petro: ⁊ inter ce-
tera de calce matri illato. Quod petrū oſtendit ei ita enorme
fuiſſe: vt nō videref adoleſcēti ſufficienter ſatiſfacere poſſet
niſi pedem puniendo ꝑ abſciſſionem. Querulaf mater more
condignanti: vicinia implef murmurationibus in contume-
liam fratris Petri: et conuentū tenentē fratres ita indiſcre
tos et fatuos: qui penitētiam adoleſcētib⁹ iniūgat abſcindē
di pedes. Pergunt ad conuentum feſtināter: vocant priorem
querelā exponūf ꝯtra fratrē Petrū: explicaf caſus: inſinuaf
hoc ſancto viro: excuſat ſe ille nō iniunxiſſe tale opus. Verū
ad prouidendū ſimplicitati adoleſcētis: iuſſit adduci cū pe-
de abſciſſo: quo facto orōne premiſſa pedem abſciſſum iūxit
⁊ coaptauit tibie in loco inciſure: ⁊ ſubito inſita ⁊ incarnata
eſt cū pede tibia acſi nulla ibi fuiſſet inciſura. Et videntes ꝗ
aderant / glorificauerunt deū: qui dedit poteſtatē talem ho-
minibus: ⁊ ſimplicem fatuitatē iuuenis cōuertit in gloriam
ſancti ſui. ¶ Altera die quum obuiaſſet inq̄ſitor exiſtēs cui-
dam ex priorib⁹ hereticoꝝ: multum in malitia et cauillationi-
bus acuto: hereticus ille ad certamen diſputationis eū inui
tauit in loco patenti. At ille pugnā non renuit: ne adſtantes
ſi reluctaretur: arbitrarenf Petrum conuictum. Cōgreſſis
igitur in ꝑlio ꝓ domū: hereticus argumēta ſua fecit ſatis ſub
tilia ad probandū perfidiā ſuā. At bea. Pe. quum eſſet impro
uiſus: aliquā morā ſibi petijt concedi ad reſpōdendum. Qua
data: expectantibus cunctis: ſanctus dei eccleſiam que ꝓpe
erat introiuit: ante altare btē virginis cum lachrymis orās:
vt defenſioni ſue vere fidei ꝓuideret. Quūq; aliquis motus
titubationis ꝓpter rationes heretici mentis inſurgeret: ꝓ-
pter qō inſtātius et feruētius orabat omni ambiguitate re-
mota in fide ſolidari: audiuit vocem ab imagine prolatā. Pe-
tre ego pro te rogaui: ne deficiat fides tua. Inde ergo confor-
tatus egreſſus ad hereticum: poſtulauit Pe. ab heretico vt
rationes inductas iterum replicaret: ille dei virtute ita mu
tus effectus eſt: vt ne vnum verbum proferre valeret. Sicq;
confuſus abſceſſit: Quod aliquis motus dubitationis fidei
inſurgeret et audiret / Ego pro te rogaui ⁊c. altera forte vi-
te ſeruit.

§. IIII. Quāz inquiſitor factus

contra hereticos ab Inno. iiij. in partibus Longobardie pre
cipue circa Mediolanum: ⁊ ibi vbi magis vigebat tunc illa
hereſis que fuerat Manicheorum. Mediolani quendā epm̄
hereticorum a catholicis captū bea. Petrus examinabat pu
blice. Multi quoq; epi religioſi ⁊ maxima ps ciuitatis quuz
cōueniſſent: totiēs tum ex ꝑdicatione tum ex examinatione iā
erat ꝓtracta in longū: maximuſq; eſtus ppl'm affligebat. Di-
xit ergo hereſiarcha ille alta voce. O pe. peruerſe: ſi tu es ita
ſanctus ſicut iſte ſtult⁹ populus te affirmat: cur eū eſtu mo-
ri permittis: et nō oras deum vt aliquā nubē interponat: ne
caloris eſtu moriaf: Ad quē Petr⁹. Si promittis te abnega
turum hereſim tuā: ⁊ fidem catholicā recepturū: rogabo do-
minum: ⁊ faciet qō dixiſti. Tūc fautores hereticorū dicēt con
clamātes hereſiarche. Promitte: ꝓmitte. Credebant eñ hoc
diuino fieri nō poſſe: quum nulla vł minima nubecula in aere
appareret. Beat⁹ tamē Pe. id coram omnib⁹ ſe facturū ſpo-
pondit. Catholici aūt ꝑſentes ex ipſa obligatione be. Pe. tri-
ſtari ceperunt: timētes ne fides catholica ex hoc ꝯfuſionem
pateref: ſi nō ſequeretur ꝓmiſſus effectus. Quū igitur here
ſiarcha in ſua ꝑfidia ꝓtinax ſe obligare nollet. b. Pe. cū fidu-
cia magna dixit. Ad hoc ꝙ verus de⁹ creator oīm: non ſolum
inuiſibilium ſed ⁊ viſibiliū creator eſſe monſtref: ad cōſola-
tionem fidelium et ꝯfuſionē hereticoꝝ: rogo dominū deū vt ali
qua nubecula deſcēdat: q̄ ſe inter ſolem et ppl'm interponat.
Qō mox facto crucis ſignaculo factū fuit: ꝑ magnam horam
ppl'm nubecula ꝓtegente. ¶ Cōtractus ꝗdā noīe Aſcribus
quū per. v. annos ſic manſiſſet ꝯtract⁹: vt per terrā in ſtaria
traheref Mediolanū ad. b. Pe. fuit duct⁹. Quem quū. b. Pe.
ſignaſſet: ꝯtinuo ſanatus ſurrexit. ¶ Matrona quedā noīe
Giralda vxor Iacobi de valleſana: quum per. xiiij. annos a
demonibus fuiſſet obſeſſa / venit ad quēdā ſacerdotē dicēs.
Ego ſum demoniaca: ⁊ ipſa malign⁹ me vexat. Mox ſacer-
dos territus fugiens ſacriſtiam intrauit: et librū quēdaz in
quo erant ꝯiurationes demonū / ⁊ ſtolā ſub capa deferēs latē-
ter cū bona ſocietate ad mulierē rediit. Quē mox vidit / ait.
Latro peſſime ꝗ iuiſti: quid ē qō ſub capa occulte portaſti?
Et quuz ſacerdos ſuas faciēs adiurationes nil curationis af
ferret: venit illa ad. b. Pe. dū adhuc viueret audita fama ſcti
tatis eius et miraculorū: poſtulās adiuuari: cui ille ꝓphetī
ca voce rñdit. Confide filia ⁊ ne deſperes: qꝛ etſi qō poſtulas
perficere ad preſens non valeo / tñ tps veniet quo id ꝙ a me
poſtulas plenarie obtinebis. Qō ſecutū eſt. nam poſt paſſio
nē ei⁹ quū mulier illa ad ſepulchrū eius acceſſit ab illa ve-
xatione demonū fuit plenarie liberata. Quū in ramiſpalma
rum dum adhuc viueret Mediolani ꝑdicaret: ⁊ ibi vtriuſq;
ſexus eſſet maxima multitudo: dixit publice alta voce: Here
tici tractant mortē meā: ita ꝙ pro morte mihi inferenda pe
cunia iam depoſita eſt. Sed faciāt ꝗcꝗd poſſūt: qꝛ magis perſe
quar eos mortuus ꝙ viuus: ꝙ vtiq; impletū eſt. Perſecutio
illa optima fuit: ꝗ tamē ꝓprie loquendo perſecutio dici non
pōt: ſed reductio ad ſalutē. ꝑſequitur eñ ꝓprie: ꝗ ad malum
cogit ſeu inducit. Reduxit aūt be. Petrus hereticos ad viaz
veritatis cognoſcendā et amplectendā ꝑ multa et apta mira-
cula: ꝗ ad inuocationem noīs eius ⁊ recōmēdationē per euz
dñs fecit poſt mortē: adeo ꝙ de Italie partibus talis hereſis
que tunc vigebat eradicata eſt. ¶ Quū igif be. Pe. in ſuſceptuz
officiuz inquiſitionis diligēter exequeref: hereticos ſollicite
inquirens ⁊ nullā eis requiē tribuēs: ſed mirabiliter omnes
ꝯfundens: ſapienter cōuincēs: potenter expellens: ita vt re-
ſiſtere non poſſent ſapientie et ſpiritui ꝗ loqbaf per os ei⁹ /
vidētes heretici et dolentes: de morte ei⁹ tractare ceperunt
arbitrantes ſe poſſe pacifice viuere: ſi eorū tam validus ꝑſe
cutor de medio tolleref. Quū igif ꝑdicator intrepidus mox
martyr facturus de Cumis vbi fratrum prior erat / Medio-
lanū verſus iter arriperet ꝓ hereticis perquirendis: et tūc
quartanam pateref: ſuadebant ei fratres ne ꝑgeret: quum
ex debilitate non poſſet die illa applicare Mediolanum.
Reſpondit ſanctus dei ꝓphetando. Si nō poterim⁹ ad cō-
uentū fratrū Mediolanū peruenire: hoſpitari poterimus
apud ſanctū Simplicianū: ꝗ eſt eccl'ia in via: et ſic accidit.
Nam iter ſalutare ꝓſequēdo cū ſocio: quidam ab hereticis
ꝓce et precio cōducti. xl. librarum papienſiū: in via ex inſidijs
egreſſi in eum impetū fecerunt. Sacrū ei⁹ caput ex eis vn⁹
ferit: ſicq; iuſti ſanguis fundif: qui genu flexo ſuuz deo ſpm̄
cōmendauit: ac fidē ꝓ cuius defenſione patiebaf ꝯfitēs di-
xit Credo in vnū deuz ⁊c. Quūq; aliquantulum palpitaret: ⁊ — Dei Petri martyrium.
gladium ꝑ latera eius lictor trāſfixit: indeq; ſpūs eius ad ſu-
perna cōſcēdit. Socius eius frater Dñicus et ſi vulneratus
non tñ vita tunc functus: obuians aliquib⁹ ſeriem rei geſte
enarrat / vt fratribus Mediolani nuntietur: ꝗ ad ferendum
ſacrū corpus accedant. Diuulgaf martyriū fratres ꝯcitiſſi-
me adueniunt: multitudo hincinde cōcurrit: ꝗ tanta fuit cu-
pientium ſacras reliquias oſculari: vt ea nocte non valerent
fratres corpus illud Mediolanuz inferre: ſed ſicut ſanctus
predixerat / in eccleſia ſcti Simpliciani nocte illa cū corpore
quieuerūt: et die ſequenti in eccl'iaz predicatoꝝ / que dicitur
ſcti Euſtorgij / intulerunt: debita veneratione ſepulture tra-
dentes. Viſa ſunt aūt a pluribus religioſis ⁊ deuotis perſo
nis luminaria aſcendentia et deſcendentia ſup terrā in lo
co paſſionis eius. ¶ Eadē ꝙ die qua martyr dei paſſus eſt:
apud Florentiam in monaſterio de Ripolis ſanctimonialis
quedā in oratione poſita vidit. b. virginem Mariā in excel-
ſo throno in gloria reſidere: ⁊ duos fratres ꝑdicatorum in ce
lum cōſcēdere: et hincinde iuxta eā collocatos eſſe: et quum
inq̄reret quināa eſſent illi fratres: audiuit vocē dicentē ſibi.
Hic eſt frater Petr⁹ ꝗ in ꝯſpectu dei ſicut fum⁹ aromatū glo
rioſ⁹ aſcēdit. Cōpertūq; eſt ꝓ certo ꝙ illo die bea. Pet. mar-
tyriū ſuſcepit. et quum graui ⁊ longa infirmitate laboraret
ad rogandū be. Petrū ſe totā contuliſſet: ſanitatē integram
mox recepit. Quū aūt Inno. papa intra annū eum ſanctorū
catalogo adſcripſiſſet: fratres ordinis ad capitulū Medio-
lanū. cōuenerūt. Volētes aūt corpus eius ad altiorem locum
transferre quum plus ꝙ per annū in terra iacuiſſet: ita ſanū
ac integrū ⁊ ſine alicuius exhalatione fetoris repererunt: ac
ſi ea die fuiſſet ſepultum. Fratres igif ſup magnū pulpitū
iuxta plateaz corpus eius cū magna reuerētia duxerūt: ⁊
ibidē ſic ſanū et integruz: oī ꝑplo eſt oſtenſum: et ab eo ſup-
pliciter adoratū. Tant⁹ fuerat eius zelus ad catholicā fidē
et ad

et ad martyriū pro eā ſuſcipiēdū:vt in precipuis ⁊ feruētioribus eius orationibꝰ/qū ſcʒ ipſe celebrans corpus xp̄i ꝯſecratū eleuabat corā pplo:vel quū videbat corpus xp̄i in ſacramento eleuari:hoc ex intimis poſtulabat:vt calicē paſſionis pro eius nomine accipere mereretur.

§.V.de miraculis eiꝰ poſt mortem

que quaſi innumerabilia ſunt:ſed ex eis quedā ponentur. Mulier quedam in Flandria quū iam tres filios mortuos peperiſſet:⁊ ex hoc odio a viro habereť: rogauit ſanctum Petrum vt ſibi in auxilium fieret. Quum ergo quartum filium peperiſſet:⁊ ille mortuus eſt repertꝰ:quē mater accipiens ad rogandum ſanctum Petrum totā ſe contulit:⁊ eum vt filiū ſuum reuiuiſcere faceret deuotis precibꝰ exorans vix orationem compleuerat:et ecce q̄ erat mortuus/ apparuit viuus. Quū igiť ad baptiſmum portatus fuiſſet et vt Joānes vocareť definitū fuiſſet:ſacerdos quū eiꝰ nomen dicere debuit/neſciēs Petrꝰ dixit. Uū iſtō nomē ex deuotiōe ſancti Petri ſemꝑ poſtea retinuit. ¶ In ꝓuincia Frācie ciuitate Senonenſi puella quedā quum ĩ aquam quādā rapide tranſeuntē cecidiſſet:⁊ per magnum ſpatium temporis ibi ſub aquis ſteriſſet:tandem de flumine mortua eſt extracta. Mortis eius erant quatuor argumenta:ſcʒ magnū ſpatium tēporis:regiditas corporis:frigiditas et nigredo. Delata igitur a quibuſdaʒ ad eccleſiam predicatorum fuit. Qui quum eā ſancto Petro vouiſſent:continuo vite reſtituta eſt et ſaluti. ¶ In ꝓuincia Teutonie apud traiectū mulieres quedā videntes ad eccleſiam fratrum predicatorum magnū fieri concurſum populi ad honorē beati Petri martyris in feſto eiuſdē in platea conſiſterent ac filarent:adſtantibus dicebāt. Ecce iſti predicatores omnes modos lucrandi nouerunt. Nam vt magnā modo poſſint pecuniā cumulare ⁊ lata fabricare palatia:vnū nouū martyrem inuenerunt. Dum hec et ſimilia dicerent:ecce filum totum ſanguine cruentatū:et digiti quibus filum torquebatur ſimiliter ſanguine cruentantur. Quod ille videntes et admirātes/digitos abſtergūt:ne forte in eis accidiſſet aliqua ſciſſura. que quū eos ſanos conſpicerent : ⁊ filum ſic ſanguinolentū cernerent:trementes ac penitentes dicere ceperūt inter ſe. Uere q: precioſi martyris ſanguini detraximus:nobis idcirco huius ſanguinis miraculū ſtupēdū euenit. Currentes igitur ad domū fratrum/priori omnia expoſuerunt:⁊ ac filum ſanguine cruentatū eidem preſentauerunt. Prior autem ad multorum inſtantiā ſolennem predicationem faciens plurimos cōuocauit:⁊ quid acciderat mulieribꝰ illis coram oībus retulit:⁊ filum cruētatum oſtēdit. Uerū q̄dā magiſter artis grammatice in eadē p̄dicatione cōſiſtens factum ipm̄ cepit plurimum deridere:⁊ adſtātibus dicere. Uidete mō quō iſti fratres ſimpliciū corda decipiunt. Nonne cū aliquibꝰ mulierculis de familiaribus ſuis cōdixerūt vt filū ipm̄ in aliquo ſanguine tingerēt: ⁊ ſic miraculoſe accidiſſe narrarēt? Dū hec ille diceret:mox plagā ĩ ſe diuine vltionis excepit:⁊ ipm̄ validiſſima ꝑ febrium eſtꝰ multis cōſpicientibus ſic vexauit:vt de p̄dicatiōe inter manꝰ amicoꝝ ad domū ꝓpriā deferreť. Sed quū febris excreſceret:⁊ ille vero mortem vicinā timeret:p̄dictū priorē fratrū accerſiri fecit:⁊ reatū ſuum ꝯfitēs deo ⁊.b.P.corā ipſo p̄ore vouit:ꝙ ſi eius meritis ſanitatem reciperet:eū ſemꝑ in deuotione haberet ⁊ decetero linguam ad talia nō laxaret. Mira res:vt p̄dictum votum emiſit:integrā ſanitatē recepit. ¶ Quedā mulier Euphemia noīe de dioceſi Mediolani.vij.annis a demonibꝰ vexata eſt:ſʒ quū ad ſepulchrū.b.Petri ducta eſſet:ceperunt demones eā amplius agitare:et per os eius cunctis audiētibus clamare. Mariola mariola:petrine petrine. Tūc demones exeuntes eā q̄ſi mortuā dimiſerunt:ſed poſt modicum ſanata ſurrexit. Aſſerebat aūt ꝙ diebꝰ officiis ⁊ feſtis et maxime quū celebrabať:eā demones amplius moleſtabant. ¶ Altera mulier Uerbonam noīe p.vj.annos a demonibus agitata:quūʒ ad ſepulchrum ſcti martyris fuiſſet adducta: vix a multis poterat retineri. Inter q̄s erat q̄dā credens hereticorum Cōradus noīe:q̄ illuc aduenerat:vt ſancti Petri miracula derideret:qui cū p̄dictis dū dictā mulierē retineret:dixerunt ei demones p eā Cur tenes nos? nōne noſter es tu? Nōne ad talem locū te portauimꝰ:⁊ tale homicidiū ꝑpetraſti? Nōne ad talem ⁊ talē locū te duximꝰ:et tale flagitiuʒ cōmiſiſti? Quūq̄ pctā ſua explicarēt que ipſe ſolus ſciebat: vehemēter expauit. Mox aūt demones collū et pectus mulieris excoriātes:⁊ inde exeuntes ſemiuiuā dimiſerunt:ſed poſt modicū ſanata ſurrexit. Conradus aūt videns hec ⁊ admirans conuerſus eſt ad fidē catholicam. ¶ Quidā iuuenis nomine Guifredus de ciuitate Cumana Lōgobardie dū de pāno tunice.b.Pe.hꝫret et cū magna deuotione teneret:q̄dā hereticus euʒ deridebat:dicēs/vt ſi ſanctum ipm̄ credebat: panū in ignē p̄iceret.ſi non comburi ꝯtingeret:ꝓculdubio ſctūs eſſet/et ipſe ſue fidei adhereret. Mox ſuper carbones accēſos iaciens:ipſos carbones viuos penitus extinxit. Tūc incredulus ille ait. Sic per omnia pānus tunice mee faciet. Poſitis igitur ſuper alios carbones incenſos et panno beati Pe.et panno heretici:vt ignis calorē perſenſit pannus heretici ſubito cōbuſtus eſt. Qō videns hereticus ad viam veritatis cōuerſus eſt:et miraculum oībus publicauit. ¶ Erat nauis in medio maris : q̄ ſeua fluctuuʒ inundatione quaſſata naufragiū patiebať: ꝓpter qō naute diuerſorū ſctōꝝ ſuffragia poſtulabant:ſed quū nullū viderent liberationis indiciū: Genuenſis quidā facto ſilentio ꝓponit ꝙ quidam frater Pe.ordinis p̄dicatorū ob fidem catholicam nouiter fuerat martyrio coronatꝰ:qui multis coruſcabat miraculis: ſuadens eius ſuffragium inuocare. Qō omnes deuote faciētes ſubito cereos conſpexerunt accenſos ſuper antemnā:aereq̄ ſerenato vident quendā cum habitu fratrum predicatorum ſuper velum ſtātem:exiſtimantes euʒ eſſe.b.Pe.ſe ei cordialiter cōmēdarūt:et facta eſt trāquillitas magna. Uir quidaʒ nomine Roba de Meda quuʒ vna dierum in ludo vſque ad veſtes omnia amiſiſſet:domum ſero rediens lucerna accēſa lectum intrauit:et videns ſe tam viles pannos habere ⁊ tot ꝑdidiſſe/pre nimia deſperatione cepit demones inuocare:ac ſe eiſdem nefario ore recommendare. Statimq̄ tres demones adfuerunt:qui et lucernam accenſam in ſolarium p̄iecerunt:et euʒ per collū arripuerūt tam fortiter ſtringentes vt nec loq̄ valeret. Quē quū plurimū agitarent/illi qui erāt in parte inferiori domus aſcenderunt ad eū dicentes. Quid eſt qō agis o Roba? At demones reſponderunt. Ite,in pace: redite ad cubicula veſtra. Illi exiſtimantes voce Robe eſſe que fuerat demonum:redierunt ad ſua. Illis a recedentibus cepit multo fortius agitari a demonibus: ꝙ illi cognoſcentes q̄ inferius habitabāt/aduocauerunt ſacerdotē. Qui adueniens quū per btīm Petrum demones adiuraſſet:duo protinꝰ exierūt. Sequēti aūt die ad ſepulchrū ſcti Petri adductus eſt. Ad quē frater Guilielmus Uerſellēſis accedēs cepit demonē increpare:q̄ eum q̄ nunq̄ viderat ex noīe vocās ait. Frater Guilielme nuſquā pro te exibo:q: hic noſter eſt et opera noſtra fecit. Quē quum interrogaſſet quo noīe vocaretur:ait. Uſorbal:ephos. Uerū quū per.b.Petrū adiuratus fuiſſet:in terrā ipm̄ proĩciens exiuit. Ipſe aūt perfecte ſanatus penitentiā ſalutarē ſuſcepit. Quū quedā comitiſſa deuotionē ſpecialē habens ad.b.Pe.martyrē in vigilia feſti eius ieiunaſſet:⁊ in die candelā notabilē ad eccl'iam pergēs ante altare ad honorem.b.Pe.martyris accēſam poſuiſſet:⁊ vt tota conſumereť:⁊ recedēte domina:ſacerdos eccl'ie auaritia ductus illam candelam extinxit. Sed ſtatim diuina virtus reaccēdit. Extinguit ſacerdos ſcḋo et tertio candelam. ſed iterū atq̄ iterum diuinitꝰ accēdiť alia. Qō quū idē faceret ſacerdos de alia cādela quā clericus accenderat ante maius altare in honorem eiuſdē beati Petri martyris vigiliaʒ cuius ieiunauerat:lumen rediit ad candelam etiam ipſaʒ extinctam. Cui clericus iratus ſacerdoti inquit. Diabole non vides tu miraculum:quia beatus petrus vult quod candela ardeat? Territi igitur ex miraculo aliis geſta intimauerunt.

¶ De beato Thoma de Aquino. Capitulum.viij.

ABysſus abyſſuʒ inuocat in voce cataractarum tuarum. Nomē huiꝰ ſancti Thome:quod fuit prenunciatum antequam naſceretur.et interpretatur abyſſus. vnde cōgrue dicitur: Abyſſus.i.Thomas deum abyſſum ſumme ⁊ infinite bonitatis inuocat:idest ad ſe vocat affectu et effectu. in voce cataractarum ſuarum:idest in manifeſtatione operum ſuorum emittentium abundantes pluuias gratiaruʒ: Fuit autem in eo triplex abyſſus. Abyſſus eſt aliquod profundum cuius non apparet terminis fundi. Abyſſus ergo Thomas maxime capacitatis:inuocauit abyſſum immenſe ſapientie:vt dicere potuerit: Inuocaui/et venit in me ſpiritus ſapientie.et ea que ſequuntur. Sap.vij. Et hoc patet ex libris eius qui ſunt cataracte. Secundo abyſſus in eo fuit profundiſſime humilitatis:qui quum eſſet talis et tantus:non eſt elatus de ſua ſcientia. Unde canit de eo eccleſia O munus dei gratie vincens quoduis miraculum peſtifere ſuperbie nunquā ſenſit cōtagium. Et iſtud Inuocauit abyſſum eximie honorificentie et glīe. Job.v. Ponitur humilis in ſublimeꝛ:nam in omni eccleſia honoratur propter ſuā doctrinam. Tertio abyſſus in eo ꝑfecte charitatis fuit Dionyſius. Diuinus amor ectaſim facit. Frequenter raptus eſt in ectaſim:⁊ hoc inuocat abyſſum ſumme felicitatis:⁊ ſm̄ charitatis magnitudinē datur magnitudo premij/ vnde fuit viſus ſimilis ſancto Auguſtino.

Diui tho me aqui natis vi ta.

§. I. Sanctus Thomas de Aquino

ordinis predicatorum doctor egregius nobilibus ortus natalibus de domo ac illuſtri profapia comitum Aquinorum in confinibus Campanie et regni Sicilie duxit originem: cuius pater Landulfus nomine fuit: mater vero eius tam maiorum quam progenitorum claritate et nobilitate conſpicua de Neapoli ducens originem: Theodora nuncupata eſt. Huius pueri ortus et vite progreſſus antequam naſceretur fuit diuinitus premonſtratus. Erat enim quidam vir ſanctus in Campanie partibus re bonus et nomine qui cum pluribus aliis eremitis anachoriticam vitam ducens in monte qui dicitur Roccha ſicca/celebris habebatur. Hic ſpiritu dei afflatus venit ad matrem eius ad caſtrum de Rocha ſiccatorum adhuc eum geſtaret in vtero dicens illi. Gaude domina Theodora: quia tu paries filium: et Thomas vocabitur nomen eius: qui erit frater in ordine fratrum predicatorum. Ad quem mater ait. Adimpleat deus ſue voluntatis beneplacitum. Que omnia ſicut predixit per ordinem ſunt completa. Natus eſt igitur puer nobilis Thomaſque vocatus: et ſub nutricis diligentia cuſtoditus. Quum adhuc puer eſſet lactens puerulus et more infantis pannis inuolueretur in cunis: contigit quadam vice dum cauſa balneandi ipſum nutrix ſoluiſſet faſcias: quod ipſe infans extendens manum ſuam/quandam chartulam diuino nutu inuentam de terra nullo ſibi innuente ſuſcepit: eamdemque in manu concluſit et ſtrinxit. Quum ergo nutrix vellet eum balneare et chartulam de manu eius extrahere: manumque eius ob hoc aperiret cepit infans fortiter eiulare. Quum vero permittebatur chartulam tenere: tacebat. Unde puero nutrix compatiens puerum clauſam manum habentem balneauit: cum chartula: abſterſit et induit. Volens mater ſcire quid chartula illa continebat/tandem manum eius aperuit quantumcunque ploraret: et inuenit in chartula ſcriptum. Aue maria gratia ple. etc. Conueniens fuit diuine prouidentie vt tali preſagio monſtraretur in puero quod futurum erat in magiſtro: vt perciperet quam doctrinam ſalutarem vir iam ſanctus factus deberet effundere: qui eam chartulam continentem noſtre ſalutis exordium non niſi diuino ductu: ipſum contigit inuenire. Completo autem etatis ſue quinquennio: parentes eius puerum deo offerunt et cum decenti comitatu tanquam alterum Samuelem ad Heli admonaſterium montis Caſſini ordinis ſancti Benedicti mittunt moribus et litteris imbuendum: ne tam preclarum vite ſpeculum conuerſatio ſecularis aliqualiter inficeret cum mundanis. Puer itaque quem diuinus ſpiritus elegerat: aliorum puerorum nobilium qui ibi nutriebantur/puerilia deuiſſet conſortia: leuis colloqui penitus fugiebat. Sequeſtrabat ſe ab eis quum poterat: gerens chartulam in manu continentem primo rudimenta. Conſiderans autem abbas monaſterii indolem egregiam eius perſuaſit parentibus vt mitterent eum Neapolim ſtudiis liberalium artium imbuendum. Quod quum factum fuiſſet: ita profecit in ſtudiis: vt omnes coetaneos ſuos viuacitate ingenii ſuperaret: tam in repetendo quam in conferendo: ita vt ſcholaribus et magiſtris admirabilis videretur. In breui itaque tempore in grammaticalibus/in logicalibus: et in phyſica facultate ſatis profecit. Cepitque ſecum diſponere ſeculum relinquere: et ordinem predicatorum introire.

§. II. Quum itaque pueri ingenioſi

Diuus thomas ordini predicatorum ſe addixit.

vtpote qui ſortitus eſt animam bonam: per omnium ora fama celebris volitaret: et in mente eius ſanctum propoſitum ad ingreſſum ordinis permaneret: contigit fratrem Joannem de ſancto Juliano virum fama celebrem eundem adoleſcentem Thomam in ſpiritu dei inſtigatum alloqui et ad introitum ordinis quem preconceperat inducere. Ordinem igitur predicatorum infra annos pubertatis exiſtens (ſicut in litteris canonizationis eiuſdem ſancti deſcribitur) deinde ingreditur: habitumque ordinis ſibi tradidit et induit quidam frater Thomas de lentino vir deuotus et per omnia laudabilis: prior tunc conuentus Neapolitani: qui poſtea fuit archiepiſcopus Cuſentinus/et exinde patriarcha Hieroſolymitanus. Admirantur ciues ſuper talis et tanti pueri ingreſſu religionis: fratres letantur. Mater bonorum non memor indignatur. His auditis rumoribus proſolatur: memor promiſſionis ſibi facte per virum dei: quam adimpleri cernebat. Gaudens igitur pia mater Neapolim properat viſura filium: vt eum in ſancto propoſito confortaret permanere. Sed fratres audito acceſſu matris futuro formidantes ne mater ad filium carnali moueretur affectu: et feminco more aliquid ad eius exitum de ordine moliretur: ad vrbem/vſque Romam perducunt: ne Neapoli inueniretur a matre. De Roma vero in Tuſciam tranſmittunt: vt tandem Pariſios duceretur. At mater Neapolim adueniens/percipiens filium Thomam Romam deductum: eouſque proficiſcitur/quo quum applicuiſſet: et receſſum eius inde intellexiſſet: et fruſtratam ſe intuens ſui fructu laboris: nimio dolore indignata percellitur de talis filii ſubtractione aſpectus: quum confortare in religione eum intenderet. Unde ſubito ad alios ſuos filios imperialis curie aulicos. s. Frederici ſecundi qui tunc erat in caſtro Aquependentis in Tuſcia: nuntium mittit qui ſeriem rei geſte referat: et ſub comminatione maledictionis materne eis mandans vt iter eius preoccupent: et filium videndum maternis oculis repreſentent. Exponitur Frederico ceſari maternum edictum a filiis: eiſque licentia datur agendi quod iubetur. Mandatur executioni licentia iniuſta. ad quod aliqui deſtinati inter arripientes inuenerunt non multo poſt puerum cum .iiii. fratribus aſſociatum/iuxta quendam fontem a labore itineris quieſcentem. Inſiliunt inquiſitores pueri in fratres/vt lupi rapaces in agnos: et poſt contumelias violenter eum rapiunt de manibus eorum. Quumque iuſſus ab illis habitum deponere nollet: ipſum per vim habitum exuere conati ſunt: quumque ille totis conatibus reluctaretur: ne ex tali violentia contingeret eum ledere: vel nimis contriſtare: eo habitu indutum matri ſub fida cuſtodia ceteri filii tranſmiſerunt. Letatur mater ad aſpectum filii: et animo feminco oſtendens ſe aliquid paſſum: inducere filium nititur ad deponendum habitum preaſſumptum. Non cedit mens bene conſcia verbis feminis nec blanditiis maternis: nec ſupra firmam petram poſitus eius animus emollitur. Traditur cuſtodie agnus innocens diligenti in caſtro montis ſancti Joan. vſque ad fratrum ſuorum carnalium futurum aduentum. Interea Inno. iiii. qui tunc erat in Tuſcia a fratribus quod puerum comminabatur iis vias quibus cum violentia fuerat ſubtractus/additur: querela proponitur: mandat pontifex imperatori de violentia huiuſmodi diligentem fieri inquiſitionem: et per menſura exceſſus vindictam inferri. Sed re inchoata maturiori conſilio viſum eſt fratribus a proſecutione cauſe deſiſtere ne grauius ſcandalum oriretur: et fratribus in crimen adſcriberetur: ſed deo cauſam commiſerunt: quamuis enim ſecundum iura parentes potuiſſent puerum repetere: ex quo impubes erat et in poteſtate adhuc parentum: non tamen fuit eis licitum illam violentiam fratribus et ſibi inferre: ſed in iuditio eccleſie iuſtitiam poſtulare.

§. III. In cuſtodia honeſta car-

ceris poſito adfuit ei lux diuine gratie: confortans eum in ſancto religionis propoſito: nec otioſus ſterit ſed multa ibi legit et didicit: et memorie quam tenaciſſimam habebat/commendauit ſorores quas ad perſuadendum ei mundana ſui domeſtici miſerant docuit: et vnam illarum que magis nitebatur eum a propoſito religionis diuellere: ita ad amorem dei perduxit et contemptum ſeculi: que deo votum caſtitatis emiſit: et ſanctimonialium habitum deuote ſuſcepit: et poſtea in monaſterio ſancti Benedicti de Capua ſanctimonialibus prefuit: et laudabiliter vitam finiuit. Non defuerunt clauſo aduerſa diuerſorum molimina ſed non deiicitur quatientibus ventis verborum arbor firma. Veniunt ad eum fratres carne non ſpiritu: et non tam vt prius blanditiis/ſed iniuriis et terroribus laceſſunt ipſe autem vt blandientes contempſerat: ita et irritantes comminantes non curat. Et quum habitum ordinis quo induebatur laniaſſent: vt vel ſic dilaceratum dimitteret: et alium laicalem aſſumeret: et patienter puer tulit iniuriam et ſemicinctiis illis inuoluit que reſidua erant. Et vt nullus mitteretur contra iuſtum tentationis inſultus inimici domeſtici eius fratres carne hoſtes anime/ad fraudes armaque ſolita diaboli ſe conuuertunt et per femine ſpeciem ſubuertere querunt animam innocentiam: quaſi dicerent: Nunquid Adam protoparente cautior: Samſone fortior: Dauid ſanctior: Salomone ſapientior puer iſte erit. Ingrediatur puella laſciua impudica geſtu/vultu blanda: et ſi preualet turrim iſtam deiiciat: quem minarum noſtrarum machinas et blanditiarum fimiſſilis non formidat. Occidamus animam pueri: et de ſocietate eius corporea gaudeamus. Talia caro et ſanguis excogitant: talibus inſultibus carnales propinqui et amici ſuos impetunt vt perimant: ſed ſapientia chriſti vincit maliciam a diabolo ſuggeſtam. Ingreditur itaque cameram in qua ſolus tenebatur Thomas/puella pulcherrima corpore: turpiſſima mente: arma diaboli: quaſi ſerpens facie humana: vt adoleſcentulum illaqueet et deiiciat a propoſito caſtitatis nunc verbis laſciuias nunc aſpectu vipereo: nunc plauſu manuum alliciat innocentem: non credens ſe cum angelo: ſed cum homine luctari. Ut autem virtus in infirmitate perficeretur: ſubſequuntur ſtimuli in vergineo corpore quos adoleſcentulus virilis animi non diſtulit ſuperare. Tunc virtutem pudori ac furori bono adoleſcentulus immiſit Et qui de ignita libidine tractabatur: ad ignem qui fortuitu erat in camera/mox acceſſit: et titionem pro pugione accipiens ſuggeſtricem ignite libidinis puellam extra cameram fugans exturbauit. Quo facto in feruore ſpiritus accedens ad angulum camere: ſignum ſancte crucis in pariete cum ſummitate titionis impreſſit: et ibi ſeſe in oratione proſternens/cum lachrymis a deo petiit ſibi dari donum perpetue caſtitatis virginalis. Qui dum hec orando cum lachrymis obdormiſſet: ecce dormienti duo angeli adfuerunt: dicentes ipſum eſſe a domino exauditum. Qui etiam ipſum circa renes reſtringentes (vt ſibi videbatur) vſque ad dolorem ſenſibilem/hoc dixerunt ex parte dei. Te cingimus cingulo caſtitatis: quod nullatenus de cetero diſſoluetur. Viſionem autem predictam quum excitatus eſſet et clamaſſet ſacri tactus angeli ſentito dolore: reuelare noluit quid haberet:

beret: quibuſdã ad vocem eius interrogãtibus cõmotis: ſed vſqȝ ad finem vite ſeruauit occultũ: quam tunc ſocio ſuo fratri Rainaldo ſecretorũ eius cõſcio tunc reuelauit. Itaqȝ ex tunc mulierũ aſpectus ⁊ colloquia niſi neceſſitas vel vtilis occaſio coegiſſet ita vitare ſolebat: vt ſolet homo ſibi a ſerpẽtibus precauere. Fuit autem ferre biennio in cõclaui velut carcere cuſtoditus: quo a fratre Juliano ſupradicto cuius ad eum ſpẽalis feruebat affectio/ſolicite viſitaretur. Qui etiam de veſtibus ordinis prout poterat ei prouidebat: ſecrete ſibi tunicas deferens indutas: quas ibi ſe expolians dimittebat: ne iuuenculus pateretur in corpore veſtium defectum. Tandem prouida matre cõſiderante ꝙ impleri debeat in filio quod ſibi a ſancto eremita fuerat prenunciatũ oraculo: ne uõ tam iuuenis conſtantiam ꝙ dei prouidentiã impugnare videretur: diſſimulato ꝑ eam prudenter cuſtodia ſubtractiſqȝ cuſtodibus: caute per feneſtrã de caſtro in fune deponitur: ⁊ ab expectantibus illic fratribus ad hoc preparatis gaudẽter ſuſcipitur: ⁊ Neapolim adducitur: quẽ fratres acceperunt ſic inſtructum in carcere: quaſi diu manſiſſet in ſtudio ſcholaſtice diſcipline.

§.IIII. Reſtitutus itaqȝ ordini

ex Neapoli Romã mittit: quẽ venerabilis pater frater Joãnes teutonicus magiſter ordinis ⁊ ep̄s duxit Pariſios. Exinde Coloniam mittitur: vbi ſub dño fratre Alberto Teutonico ordinis predicatorũ magno doctore in phyſicis ⁊ diuinis florebat ſtudiũ generale. Quo quũ perueniſſet: et audiſſet magiſtrũ in omni ſapientia profunda ⁊ miranda docentẽ: gauiſus eſt ſe inueniſſe qḋ querebat: a quo haurire poſſet auidus quod ſitiret. Cepit igitur nõ ſegniter ſtudio intendere: velut apis argumentoſa ſpẽalis mella colligens ⁊ recõdens in alueolo mẽtis ſue: vt ſuo tẽpore melliflua effunderet eloquia doctrinarũ. Quũ eñ memoratus doctor dñs Albertus librũ ſancti Dionyſii, de diuinis noibus tũc legeret ꝑdictus iuuenis cepit attentius lectionẽ audire. Cui quũ quidã ſtudens ignorãs quãta in eo lateret intelligẽtia: ad repetẽdum lectionẽ magiſtri ſibi ſe voluntariũ obtuliſſet: ipſe ſicut vere humillimus erat/gratanter acceptauit. Quum vero ſtudens cepiſſet repetere: ⁊ interdum deficeret repetendo: tunc frater Thomas poſt tantũ ſilentiũ lectionẽ ſicut a magiſtro audierat/luculenter repetijt: ⁊ illa que magiſter nõ dixerat repetendo suppleuit. De quo admiratus ſtudẽs dixit magiſtro ſtudentiũ. Iſte Thomas de regno magnus eſt in ſcientia. Nam hodie tã ſufficiẽter mihi repetijt lectionẽ: ꝙ ex ore eius melius intellexi: ꝙ quũ eam ex ore magiſtri ſuſcepi. Qḋ quũ ille audiſſet volens certius experiri: in craſtinũ repetitionis hora ⁊ loco in quo frater Thomas ſecretius repetebat ſuperuenit: ipſumqȝ attentius audiens repetentẽ mirabiliter ⁊ diſerte: admiratus eſt ſufficientiã ampliorẽ ꝙ a ſtudẽte audiuiſſet: ⁊ eã magiſtro Alberto ꝙcitiſſime ſtuduit indicare. Contigit etiã illis diebus predictũ magiſtrũ Albertũ diſputare ⁊ determinare quandã difficilẽ queſtionẽ: quã attente frater Thomas recolligẽs ⁊ in ſcriptis redigens/in quadam ſchedula repoſuit. Quũqȝ de cella ſtudij ſurgeret feſtinãter: predicta ſchedula cecidit ad oſtium celle eius: quã quidẽ ſtudens illac trãſiens recollegit: eamqȝ videndã detulit ad magiſtrũ: Quã magiſter ſibi oſtenſam intelligens ⁊ admirans pium furtũ diſcipuli ſtudioſi: aduertit in eo tã diuturnũ ſilẽtiũ eius cum tanta puritate cõuerſationis ⁊ fide/alicuiꝰ magne ⁊ occulte gr̃e priuilegio non carere. Mãdauit itaqȝ magiſtro ſtudentiũ/ꝙ eidẽ cõmitteret vt in prima diſputatione in ſcholis de quadã queſtiõe ſatis difficili r̃nderet. Quã quũ ex humilitate recipere recuſaret: oportebat tamẽ humiliter obedire. Unde ad ſecretũ orõnis ſe cõferens: ⁊ primũ actum ſuũ ſcholaſticũ deo humiliter recõmendans: ad r̃ndendũ in ſcholis in craſtinũ ſe parauit. Quũqȝ repetitis argumentis ꝑmiſiſſet pro ſolutiõe queſtiõis quandã diſtinctionẽ ꝑ quã tam ipſam queſtionẽ ꝙ argumẽta ſufficiẽter diſſoluebat: magiſter Albertus ait. O Thoma tu nõ vis tenere locũ reſpondentis ſed potius determinãtis. Quũqȝ magiſter amplius ⁊ fortius cõtra eũ arguiſſet: ita vt eidẽ ſe crederet excluſiſſe: ſic ſufficiẽter reſpõdit ad ſingula: ꝙ magiſter dixiſſe fertur. Nos vocamus iſtũ bouẽ mutum: ſed ipſe talem dabit in doctrina mugitum: ꝙ in toto orbe ſonabit. Iuuenis aũt qui in profundo humilitatis cor ſuũ fundauerat ex his non elatus ſolite ſimplicitatis ac viuendi modũ minime mutauit: Quin magiſter Albertus deinceps difficiliores actus ſcholaſticos ſibi iniũgeret: quẽ ſufficiẽtiorẽ pre ceteris inueniret. Sicqȝ reſpõſionis ceteriſqȝ actibꝰ ſcholaſticis tam magiſtro ꝙ ſtudentibus adeo admirãdus apparuit: ꝙ liquido patuit: ꝙ dei ſpũ plenus erat. Et ꝙꝙ ſuꝑ ceteros tam ſcia ꝙ ingenio prepolleret: nullũ tñ vel leuiter contẽpſit: vel furioſe villi reſpõdit: vel ſe ſupra ſe eleuans magnũ ſe aliquid reputauit.

Diui Thome Alberto magno ꝑceptore ſtudia.

§.V. Peracto itaqȝ tempore ſtudij

quo in audiẽdo magiſtrũ attentiꝰ inſudauit: ⁊ ad prefati doctoris ꝑſuaſionẽ ⁊ teſtimoniũ/ꝗ diſcipuli ſufficientiam et excellentiã probauerat in ſciẽtia ⁊ in vita: magiſter ordinis de ipſo ſctõ Thoma prouidit Pariſienſi ſtudio pro baccalaurei officio exequẽdo: ſcribẽs ei vt Pariſios ſe conferret: ⁊ ad legẽdum ſentẽtias ſe pararet. Qui quũ eſſet humilis de ſe ipſo ſemꝑ humilia ſentiens: libenter ex humilitate voluiſſet officiũ ſubterfugere: niſi obediẽtie meritũ compuliſſet. Factus aũt baccalaureus quũ cepiſſet legẽdo diffundere ꝗ tacendo prius collegerat abũdantem ei deꝰ grãm in labijs eiꝰ effudit in doctrina: vt ſcholares in ſtuporem adduceret: ⁊ ad ſtudiũ animaret. Erat eñ in legẽdo nouos articulos adinueniẽs: nouũqȝ modum determinandi inueniens: ⁊ nouas producens in determinationibꝰ rationes: vt nemo ipſum audiẽs/dubitaret quin ipſum deus noui luminis radijs illuſtraſſet. Ibi itaqȝ claruit ſplendor diutius in eius animo occultatus/⁊ mirati ſunt vniuerſi de his que glorioſe ⁊ lympide ꝓferebat. Expleto igit̃ curſu baccalaureatus in legendo ſententias Pariſijs glorioſe: tẽpꝰ aduenit quo erat magiſterij in theologia nomẽ ⁊ rem magiſtralẽqȝ cathedrã accepturus: vt eiꝰ doctrina tanꝗ lucerna ſuꝑ candelabrum exaltata oibus ꝗ ſunt in domo dñi circũquaqȝ diffuſa eminentiꝰ refulgeret. Mandat itaqȝ baccalaureus Pariſienſis priori fratrum ꝑdicatorũ: vt fratrem Thomam baccalaureũ pro ſuſcipiendo magiſterio repreſentet. Prior igitur eidem fratri Thome precepit: vt ad ſuſcipiendum magiſteriũ ſe prepararet ⁊ diſponat. Qui vt vere humilis/cepit ſe excuſare: pretẽdẽs inſufficientiam ſcientie ⁊ etatis. Erat enim tunc etatis incipiens quaſi annorum.xxv. Sed preualuit virtus obedientie ⁊ humilitatis: cumqȝ refragatur mandato: ex vtraqȝ meritũ acquiritur copioſum. Doctrinam ſiquidem ſancti Thome: quam pene totum oriens ⁊ occidens amplectitur ⁊ miratur quaſi lux ſplendens procedit ⁊ creſcit vſqȝ ad perfectum diẽ. Quos enim ſtudioſos non docuit? Quos proteruos non corripuit? Quos deuios non direxit? Sic enim diuina docuit: humana decentiſſime quantũ fuit expediens: ad ſalutem hominum pertractauit. Superuacuũ aũt eſt recẽſendo errores deſcribere: quos idem veritatis doctor ſcripturarum ſuarũ tanꝗ falce acutiſſima valuit extirpare. Nõ ſolũ aũt in ſcriptis ſuis doctor ſanctus fuit admirabilis/ſed etiã viuis ſermonibus eius dum viueret reſiſtere nemo preualuit. Dederat ei ſibi veritas os ⁊ ſapientiam: cui nullus aduerſarius reſiſtere potuit: vt hõs veritatẽ cõtẽnens/vt rabidum ꝑteruiret aut vt cecus in tenebris ambularet. Quum eñ ſemel in caſtro Molarie dñi Richardi cardinalis ꝑpe vrbẽ feſtum natiuitatis dñi cum eodẽ cardinale celebraturꝰ adeſſet: ⁊ aduenissent illuc ſicut omni anno conſueuerant in tanto feſto: duo Iudei prediuites ⁊ in lege Moſaica multũ docti: de voluntate ipſiꝰ dñi cardinalis ſanctus Thomas ad commune cũ illis conuenit colloquiũ. Diu itaqȝ ac diuerſis rõnibus cum illis diſputans/eiuſdem dñi ſaluatoris ex ſcripturis probauit ⁊ concluſit aduentum: quo facto terminũ reſpõdendi eis aſſignauit in craſtinũ: vt diligenter ſecũ diſcuterent: vt vel ſic crederent: vel rõnibus r̃nderent. Pro ipſorũ tñ conuerſione ipſe orare non diſtulit: vt eos chriſtus in ſue natiuitatis feſto ꝯuerteret: ꝗ pro peccatoribus natus eſſet. Magne igit̃ in eorũ cordibus iã vere lucis orto ſydere: illi iudei ad locum preordinatum conueniunt: ⁊ relicto iudaice vetuſtatis errore/acceptoqȝ baptiſmate chriſtum induerunt.

Diuus thomas apō pariſios incubuit theologie.

§.VI. Fuit autẽ ſupra modũ deuotus

in oratione: qua ſic liber in deum eleuatione mentis aſcenderet: ⁊ quaſi nullũ põdus carnis contrariũ ſuſtineret. Erat aũt precipue deuotꝰ ad ſacramẽtũ altaris: de quo conceſſum ei fuerat ꝓfundius ſcriberet: ſicut etiã donatum eſt ſibi deuotius celebrare. Quotidie nãqȝ miſſam vnam deuote dicebat: niſi quũ infirmitas impediſſet: ⁊ aliam audiebat ſocij ſui vel alteriꝰ: cui ipſe humiliter ⁊ frequẽtiꝰ miniſtrabat. Fert̃ etiã ꝙ in eleuatione corporis chriſti cum magna deuotione ſolitꝰ erat dicere. Tu rex glorie chriſte: tu patris ſempiternus es filius: vſqȝ in finem. Conſueuerat aũt ſepius rapi in miſſa tanto deuotionis affectu: vt totus perfunderet̃ lachrymis: qui tãti ſacramẽti abſorbebat̃ myſterijs: ⁊ reficiebatur ex donis. Erat etiam nocturno tp̄e humane deputato quieti poſt breuẽ ſomnũ in orõne ꝓſtratum: vt in orãdo mereret̃ addiſcere ꝗ oportuiſſet ſcribere vel dictare. Sic itaqȝ poſt illud tp̄s modicũ qḋ ſomno vel refectioni pro valetudine corporis indulſiſſet: reliquum lectioni meditationi vel ſcribendis aut dictãdis voluminibus occupabat: vt nullus vite ſue tempus eſſet vacuũ: qḋ non eſſet ſacris actionibus occupatũ. Si aũt interdũ ꝓ fratrũ vel aliorũ venerabilium

perſonarũ conſolatione cogeref intermiſſo ſtudio in locutorio conſidere: a profectu tamẽ virtutis ⁊ ſtudij etiã illa hora modica non vacabat. Nam expeditis his a quibus oportuiſſet reſpondere propoſitis: aliquid hiſtoriale aut morale proponendo ad edificationẽ breuiter differebat. Reliquũ aũt ſi ſuperfuiſſet tẽpus: priuſꝙ ad camerã ſui ſtudij cõpleta locutione rediſſet: ſurgẽs a loco cum quibuſcunqꝫ cõſediſſet: quaſi nõ aduertens quid ageret: mox diuinis intentus in ſuis cõſuetis meditationibus expẽdebat: ſic iterũ ad orandũ paratus quaſi qđ dimiſiſſet internũ oraculũ: cuius occupatio aut diſtractio non immutabat affectũ: q2 nec in aliis delectabatur affectio: niſi in illis meditatiõibus aut reuelationib⁹ quas impetraſſet orãdo. Quoties aũt ſtudere/legere/ſcribere/vel dictare voluit: prius ad orationis ſecretũ accedens perfuſis orabat lachrymis: petens ſibi reuelari diuinitus quod quęreret: ⁊ habere in prõptu quod dictaret. Quum aũt ſibi aliquod dubium occurriſſet ad orationẽ accedenti inde ſurgẽs inueniebat apertũ quod prius erat occultũ: ſic in promptu habens quod dictaret aut ſcriberet: quaſi in libro aliquo didiciſſet aliquid. Nam vt ſocio ſuo fratri Rainaldo ſecrete reuelauit: ⁊ ſecretum ꝙdiu vixit ſeruari voluit: ſcientiã ſuam non tam humano naturali ingenio ⁊ ſtudio/ꝙ orationis virtute diuinitus impetrauit. Qui ipſe ſocius poſt eius obitum publice in ſcholis legẽdo ⁊ alibi pluribus enarrauit. Unde quia interdũ cõtingit ꝙ dum intellectus ſuperius ſubtilia ſpeculaf: affectus interius a deuotione remittitur: ideo idẽ doctor ſepius quũ ſibi vacabat: lectionẽ vnam de libro qui Collatiões patrũ inſcribitur/pcurrebat. De quo interrogatus quare hoc faceret: reſpõdit. Ego in hac lectione deuotionem mentis colligo: ex qua facilius in ſpeculationẽ conſurgo: vt ſic affectus habeat vnde ſe in deuotione diffundat: et intellectus ex his merito ad altiora conſurgat. In hoc beati patris ſui Dñici imitator extitit: de quo ſcribitur in geſtis eius: ꝙ in predicto libro legens frequẽtius magnũ perfectionis apicem apprehẽdit. Erat igitur ſibi tanta collata gratia ⁊ efficacia in orando: vt quecunqꝫ poſtulaſſet a deo: obtineret. Aliquãdo quidem obſcura ſctõ doctori oranti elucebãt diuinitus. Aliquãdo prius ignota patefieri mox vt oraſſet dñm ſentiebat. Quũ enim Pariſiis ſup epl'as Pauli ſcriberet: ⁊ quiddã ſibi obſcurius occurriſſet: emiſſis ſcriptoribus in oratione proſternitur: ⁊ cum lachrymis deuotius orauit ⁊ obtinuit: ⁊ ſibi lucidum patuit quod obſcurum antea fuit.

Collationes patrum.

¶ Idem ꝙ ſanctus doctor quũ ſup Eſaiã ſcriberet: prophetie eius myſteria exponendo peruenit ad quendã libri textum ſibi difficilẽ. Quẽ quũ non poſſet intelligere: nec pfunditatem ſenſus ꝓphetie penetrare: multis diebus ieiuniis ⁊ orationibus ſe affixit. Tandẽ orando obtinuit quod petebat. Quadã enim nocte quũ orationi inſiſteret: ſocius eius audiuit eum cum aliquibus conferentẽ: licet non pciperet de qua materia vel cũ quib⁹ colloquiũ tam ſecretũ haberet. Quibꝫ loqui deſtitiſſet: ſociũ vocans proprio noĩe/ait: Fili Raynalde ſurge: accende lumẽ: ⁊ accipe quaternionẽ in quo ſcripſiſti ſuper Eſaiam: ⁊ iterum ſcribe. Qui ſurgẽs ſcribere cepit que doctor quaſi in libro legens ſcribenda dictaret. Et poſt horam dixit eidem. Uade ad quieſcendum fili: q2 adhuc non modicũ tẽpus ſupereſt ad quietẽ. Tũc ille pedibus eius aduoluitur ſuppliciter ⁊ cum lachrymis petens ⁊ dicẽs. Ego de hoc loco non ſurgã: niſi dixeritis mihi cum quibus locutus fuiſtis diutius iſta nocte. Et ſup hoc cepit eum obnixe p nomẽ dñi adiurare. Qđ quũ ille pandere nollet: ſed diceret nõ id opus eſſe ſibi noſſe: ille econtrario inſtantius adiurãdo perdurans eadem poſtulabat. Tandem pius doctor ne nomen dñi per quod fuerat adiuratus/ contẽnere videretur: prorumpens in lachrymas ait. Fili vidiſti afflictionem meam his diebus ſuper dubio iſtius textus huiuſmodi quẽ modo expoſui ⁊ tu ſcripſiſti: quẽ a deo orans intelligere impetraui. Qui hac nocte miſit ad me vigilantẽ beatos apoſtolos Petrum ⁊ Paulum: quos ad hoc impetrandũ interceſſores rogaueram apud deum: cum quibus modo locutus ſum: qui me pleniſſime de hoc quod orauerã inſtruxerunt. Ex parte autem dei tibi precipio ne alicui dum vixero reuelles quod tibi dixi ⁊ pro quo me fortiter adiuraſti. O ſtupendum diuine diſpenſationis myſterium: vt deus ſcripture ſacre ſecretum ad tempus abſcondat: quod alio tempore reuelat. Ut ſciatur quantum intellectus humanus a diuinis deficit: qui per ſe ad diuina myſteria non pertingit.

§. VII. Hic ſanctus iuridicus

doctor ⁊ deuotus orator dum ſemel in eccleſia fratrũ de Neapoli in oratione pſiſteret: viſibiliter apparuit ei frater Romanus doctor in theologia de ordine predicatorũ: quẽ Pariſiis legentẽ reliquerat ſucceſſorẽ. Qui de proximo obierat: ſed eius obitus nondum ſancto Thome fuerat nuntiatus. Quem quum ſubito prope ſe nocte in eccleſia cerneret: ait. Bene veneritis: quãdo veniſtis? Et ille ſubiunxit. Ego ex hac vita tranſiui: ſed mihi cõceſſum eſt pro tuo merito tibi apparere. At ipſe q fuerat ex tali viſione attonit⁹ ſe recolligens ait. Ex quo deo pmittẽte mihi appares: te ex pte eius adiuro vt mihi reſpõdeas ad q̃ſita. Quero quidẽ de me ſi ſi deo placẽt opa mea. Reſpondit ille. Permane in eo ſtatu in quo es: q2 ſi bonus es: ⁊ deo placẽt opera tua. Et frater Thomas ſubiunxit. Quid eſt de te? Et ille rñdit. Ego ſum in vita eterna. Fui autem in purgatorio per.xv.dies propter negligentiam quam commiſi circa expeditionem cuiuſdam teſtamẽti: quam commiſerat mihi epus Pariſieñ. Ocitiſſime exequẽdam: quam expedire tardaui. Et iterum frater Tho. adiecit. Quid eſt de virtute queſtionis illius quam ſepe ſumus ſoliti diſputare: vtrum habitus ſcientie in hac vita acquiſiti remaneant in anima poſt hanc vitam? Et ille reſpondit. Ego deũ video: ne de hoc amplius requiratis. Et ſanct⁹ Thomas adiunxit. Uidetis deũ ſine medio: an aliqua ſpecie mediãte? Et ille reſpondit. Sicut audiuimus/ſic vidimus in ciuitate domini virtutum. Moxqꝫ diſparuit. Remanſit autẽ doctor ex tam noua viſione attonitus/ſed de tam placida reſponſione conſolatus. ¶ Quodam quoqꝫ tempore ipſi ſancto doctori Pariſiis exiſtenti ⁊ oranti ſoror ſua defuncta apparuit: ⁊ ſe in purgatorio eſſe commemorans/miſſarum ⁊ orationum ſuffragia poſtulauit. Quas idem doctor per fratres celebrari ⁊ orari pro anima eius inſtanter ⁊ ſolicite procurauit. Poſt aliquod autem temporis ſpatium interiectum eidem doctori Rome exiſtenti ⁊ oranti eadem ſoror ſua apparuit: ⁊ ꝙ iam eſſet i gloria liberata propter ſuſcepta ſuffragia reuelauit. De duobus quoqꝫ fratribus carnalibus ſuis defunctis querenti ipſa reſpondit: quod dominus Landulfus erat in purgatorio dominus vero Rainaldus erat in gloria coram deo. De ipſo autem querenti illa reſpondit. Tu frater in bono ſtatu es: ⁊ cito venies ad nos: ſed maior tibi gloria ꝙ nobis parata eſt: quem conſtat tam ſtrenue pro dei eccleſia laborare. ¶ Alia quoqꝫ vice eidem ſancto doctori oranti/⁊ ſtatũ fratris ſui predicti domini Rainaldi ſcire deſideranti/apparuit quidam librum in manu habens apertũ: in quo ſcript⁹ erat literis aureis ⁊ lazuriis per modũ letanie: in quo nomen fratris ſui predicti ſcriptum inuenit inter literas aureas: q erãt martyrum: quia mors ei illata ſub tyrannide Frederici imperatoris fuit eidem ad martyrium deputata ꝓpter cauſam eccleſie quam defendit ⁊ patientiã quã habuit in tormẽto. Unde de hoc ipſe valde confortatus eſt de ſua gloria. ¶ In oratione ſua ſola illa q placida deo eſſe credebat/ipſe querebat. Ideoqꝫ ſemper a deo obtinuit quod petiuit: vnde in fine ſuo fratri Rainaldo ſocio ſuo de morte ſua imminente irremediabiliter lachrymanti inter cetera ait ſic. Conſolare frater Rainalde: quia ego morior in oĩbus conſolatus. Totum enĩ qđ a deo petiui obtinui. Triplex autem a dño donum poſtulaui. Primum ꝙ nulla rei temporalis aut carnalis affectio puritatem mentis mee inficeret vel fortitudinẽ emolliret. Secundo ꝙ deus nõ permitteret vt a ſtatu humilitatis mee ⁊ ordinis alicuius prelationis dignitas me extolleret aut transferret. Tertio vt ſcirem ſtatum fratris mei domini Rainaldi: q pro defenſione eccl'ie de hac vita tam dura ⁊ crudeli morte trãſiuit. De quibus oĩbus ſicut per reuelationem diuinit⁹ mihi factã innotuit: dñs me miſericorditer audiuit.

Tria diui Thome poſtulata

¶ O quanti meriti fuit ſibi huius doctoris oratio: in qua ardua diſcere ⁊ intelligere meruit: ⁊ que peteret impetrauit. Quum enĩ Pariſius inter doctores circa ſacramentũ dñici corporis ventilaref queſtio admodũ ſcrupuloſa: de dimenſionib⁹ ⁊ accidentib⁹ qualiter exiſterẽt ſine ſubiecto in ipſo mirabili ſacramento: ⁊ circa hoc diuerſa ſibi diſcordãtia magiſtri dicerẽt ⁊ ſentirẽt in hoc fertur oĩm ꝯcordaſſe ſentẽtia quicquid frater Thomas doctor determinaret ⁊ definitiue ꝯferret: hoc ꝯmonis ſchola inconcuſſe teneret. Experti nãqꝫ fuerãt in aliis de eodẽ: ꝙ ipſe ſubtilius in omni q̃ſtione veritatẽ attingeret ⁊ eã clarius edoceret. Deferf itaqꝫ queſtio in ſcriptis ad ipm cũ rationibus ⁊ argumentis ſingulorũ. Deuotus vero doctor argutam queſtionis huius intelligentiam iudicãs/more ſolito vt alter Moyſes putauit eam eſſe querendã a dño: ⁊ oratione premiſſa ſcripſit qđ ſibi diuinit⁹ ſpõs reuelauit. Quo facto iterum cũ quaternione ad altare oraturus acceſſit: ⁊ ſup altare corã chriſto ſummo magiſtro quaternione depoſito ſic deuote orans eleuatis ad crucifixũ manib⁹ obtulit thymiama dicẽs. Dñe Jeſu chriſte q in hoc ſacramẽto mirabili veraciter ꝯtineris: vt res ⁊ veritas: ⁊ mirabiliter operaris: vt oĩũ artifex ⁊ dei ſapiẽtia: in quo te quero intelligere ⁊ veraciter edoceri: q̃ſo te ſuppliciter: vt ſi ea que de te ſcripſi vera ſunt: ꝯcedas mihi illa docere ⁊ apte diſſerere: ſi autẽ aliquid ſcripſi tue fidei nõ cõſonũ: ab huius ſacramenti veritate alienũ: impedias: ne ꝓponam q ſunt fi-

Queſtio de dñico corporis ſacramento.

dei

dei incōuenientia huic mirabili ſacramēto. Mira res⁊ mox
ibidē Chriſtus viſibiliter apparēs a ſocio doctoris ⁊ aliqui-
bꝰ alijs obſeruātibꝰ ſupra quaternionē ſtantē in altari cōſpi-
cit taliter alloquens ſerui ſuū. Bene de hoc corporis mei ſa-
cramēto ſcripſiſti:⁊ bene determinaſti tibi ꝓpoſitā queſtio
nē ſicut ab hoīe in hac vita pōt intelligi ⁊ humaniter defini-
ri. Qui diutius in oratione ꝑſiſtēs:viſus eſt ꝑdictus doctor
quaſi ꝑ vnū cubitū a terra in aere eleuatus. At qḋ ꝓdigium
intuendū prior cōuentus ⁊ plures alij fratres conuocati ve-
nientes corporalibus oculis aſpexerūt:⁊ alijs abſentibꝰ re-
tulerūt:ad dei gloriā ⁊ ſancti doctoris teſtimoniū veritatis.
Igitur ſanctus doctor certus effectus de veritate propoſite
queſtionis:tam luculēter eam corā vniuerſitate diſſeruit:ꝙ
euidenter per eum qui eſt veritas eſt edoctus.

§. VIII. In ectaſi ſepius orans

vel meditās apparuit: ⁊ multa que aliquādo referre noluit
etiam rogatus a multis/aſperit. Nonnunꝙ vero quedā re-
tulit:de quibus animos ſepe refecit. Erat aūt mirabile vide
re hoīem vtentē ſenſibus ⁊ cum ſenſibilibus cōuerſantē ſu-
bito rapi ⁊ abſtrahi:⁊ ab oībus ſeparari:⁊ ad celeſtia eleua-
ri:quaſi non eſſet vbi corporaliter ſiſteret:ſed vbi mētaliter
inhereret. Unde fertur ꝙ ſemel inuitatus fuit ab illuſtri re-
ge Francie ſancto Ludouico ad cōuiuiū mēſe ſue. Qui dum
ſe humiliter excuſaret propter opus ſtudij ⁊ ſcripture cui in
tentus erat:prior tamē Pariſieñ. ipſum ex parte regis veni-
re coegit. Recedēſqꝫ de ſtudio ſuo cum imaginatione quā
ſtudendo cōceperat cōtra hereſim Manichei quā tunc tēpo
ris impugnabat: ſedenſqꝫ in menſa regia iuxta eū:ſubito ve
ritate ſibi diuinitus inſpirata/ſuper mēſam manu ꝑcutiens
dixit. Modo cōcluſum eſt cōtra hereſim Manichei:vocāſqꝫ
ſociū ex nomine ait. Surge ſcribe:quaſi eſſet in ſua camera
ſeu in ſtudio celle. Prior aūt tetigit eum manu di. Aduerta-
tis magiſter quia nunc eſtis in menſa regis Francie non in
cella. Qui ad ſe rediens ⁊ aduertens vbi erat; erubuit:⁊ in-
clinans ſe ad regem humiliter ait. Parcatis mihi dñe rex qz
credebā eſſe in ſtudio vbi contra ꝑdictā hereſim inceperā
cogitare. De quo ſanctus rex fuit plurimū admiratus ⁊ edi-
ficatus ꝙ in hoīe fieret tantus ꝑ ſpūm raptus mētis:quo non
impediretur in aliquo ſenſu carnis. Tunc aūt ſanctus rex
prouidus vocato ſcriptore mādauit ei ꝙ ſtatiꝫ ſcriberet que
dicto doctori fuerant diuinitus reuelata. ¶ Tanta aūt erat
huius doctoris mentis abſtractio:vt interdū nō ꝑciperet ſe
ledi in corpore a corporali leſiuo. Unde ſemel quum de cōſi
lio medicorum eſſet cauterium in tibia recepturus:ait ſocio
ſuo. Quum venerit qui ignem debet in tibia mihi apponere:
faciās me hoc ante preſcire: quod quū fieret:in loco in quo
cauteriꝫandus erat ſe preparās extenſa tibia:tanta fuit mē
tis abſtractione leuatus:ꝙ calorē ignis ⁊ cauteriū non ꝑer-
cepit:cuius ſignum fuit: qz de loco vbi tibiā extenderat/nō
mutauit. ¶ Semel etiā quū predictus doctor eſſent in came
ra ſua:⁊ dictaret ſibi tractatū Boetij de trinitate:candelam
accenſam in manu tenens ſic contēplatione abſtractus eſt:
ꝙ candela ardens cōſumpta eſt vſqꝫ ad digitos manus eius:
quibus ignem candele diutius inherentē doctor non ſenſit:
ſed ipſum ſine aliquo motu digitorū ſuſtinuit donec defecit.
Inhibuerat enim ſcriptori ſuo vt ipſum nullatenus vocaret
quicquid in ipſo videret. ¶ Simile de ipſo Pariſijs ſepius
viſum fuit. Quoties enī oportuiſſet ſibi fieri minutionē:an-
teꝙ minutor ad percutiendum ſibi venaꝫ accederet:ipſe per
contemplationē de abſtractione mentis a ſenſibus prouide-
bat. Et ſecure minutor venā percutiēs ſancti doctoris ima-
ginationem ledere non poterat: quem abſtractū a ſenſibus
inueniebat. Fertur enī ꝙ fuit miro modo paſſibilis ex corpo
rali cōplexione:⁊ ideo ſubito a leſiuo corporis turbabatur.
Unde diutius fuit ei cōceſſum vt in corpore paſſibili viue-
ret:⁊ interdum leſiuum corporis non ſentiret.

§. IX. Nec pretereūdum eſt de

gratia predicationis diffuſa in labijs eius in proponēdo po-
pulo verbū dei. Sermo enī eius ad populū non in curioſis ⁊
perſuaſionibus tantū humane ſapientie verbo:ſed in oſten-
ſione ſpūs ⁊ virtutis. Qui deuitans verba que curioſitati po
tius ꝙ vtilitati ſeruiunt auditorū: in illo ſuo vulgari ſolum
quod non mutauit proponebat ſaluti vtilia et moralia iuxta
capacitatē audientium: ſubtilitates queſtionum reſeruans
ſcholaſtice diſcipline. Nouerat enim ꝙ pro qualitate audien
tium formandus eſt ſermo doctorū. Ita aūt reuerēter audie
batur a populo:quaſi ſua ꝑdicatio procederet de celo. Neqꝫ
Roma. enī alios facere docebat:niſi ꝗ deus ꝑ eum faceret. Iuxta id
xv. apoſtli documentū. Nihil audeo loqui eorū que per me non
efficit Chriſtus. Unde verba ſermonis eius ardebant vt fa-
cules:⁊ conſequenter corda audiētium ad amorem dei ⁊ com-
punctionē animi inflāmabat dño cooperante ⁊ ſermonem
eius confirmante ſequentibus ſignis. ¶ Quū enī ſemel in
hebdomada ſcā Rome in eccleſia ſancti Petri de paſſione
dñi deuotiſſime predicaſſet:⁊ pplm ad compaſſionem ⁊ la-
chrymas prouocaſſet:in ſequenti die officꝫ reſurrectiōis ibi
dem predicans de gaudio reſurrectionis chriſti:ſicut ad cō
patiendū ita ad gaudendum audientem populum mirabili
ter excitauit. Factaqꝫ eſt prouocatio magna deuotionis in
pplo:⁊ ceperunt oēs in dño exultare. Quūqꝫ poſt predicatio
nem de pulpito deſcendiſſet:mulier quedā ꝗ fluxum ſangui
nis multo tpe patiebat:nec curari alicuius remedio medici
poterat:; accedens tetigit fimbriam cappe eius credens ſe
meritis eius poſſe ſanari. Que mox vt tetigit:ſe ſenſit a pre-
dicta infirmitate liberatam:⁊ ſequens eum vſqꝫ ad fratrum
conuentū ſancte Sabine:beneficium quod receperat fratri
Rainaldo eius ſocio indicauit. Qui poſtmodum pluries et
pluribus factuꝫ miraculum ad dei laudem ⁊ ſancti doctoris
preconium recitauit. Felix doctor qui ſimili miraculo cla-
ruit vt ſaluator:⁊ cuiꝰ fimbria dum tangit mulier a profluuio
ſanguinis liberat:⁊ vt ſciret quāta virtꝰ erat ſn ſcti doctoris
anima:ex quo tāte virtutis effectꝰ inueniebat in eiꝰ cappa.
¶ Fuit aūt predictus doctor exēplo ⁊ doctrina magiſtri ſui
⁊ omnium dñi noſtri Ieſu chriſti vere mitis ⁊ humilis corde:
vnde de ſua humilitate fertur ipſe in puritate conſcientie
ſue dixiſſe. Regratior deo:quia nunꝙ de mea ſcientia ſeu ca
thedra magiſtrali ſeu de aliꝗ actu ſcholaſtico habui motū
inanis glorie qui meum a ſede ſua moueret animum: et ſic
primum motum preuenientem rationem eiuſdem rationis
ſuperuenientem iudicio depreſſit. Non enī potuiſſet in tā ſu
blime erexiſſe animum ad diuina:niſi in fundamento humi
litatis ſue depoſuiſſet humana. Fertur enī de eius humili cō
uerſatione: quod quū ſemel in conuentu Bononie eſſet ipſe
⁊ more ſolito per clauſtrum contēplaturus incederet:frater
quidā alterius cōuentus qui doctorē nō nouerat/venit ad
eū:petita ⁊ obtenta licentia a priore ꝙ cū fratre quē primuꝫ
inueniret/ad ciuitatē ad ſua negotia ire liceret. Et dixit ei.
Bone frater/prior mandat ꝙ venias mecū:qui ſtatim incli-
nās caput ſecutus eſt eum. Poſt queꝫ quum non poſſet ſic
feſtinanter incedere:frequenter argueus a ſocio ſe humili-
ter excuſabat. Ciues vero qui eum nouerāt:admirati ꝙ tan
tus doctor poſt fratrē modice cōditionis incederet:cogitan
tes hoc ex errore aliquo cōtigiſſe:indicauerūt illi fratri ꝗs
eſſet ille quē poſt ſe duceret. Qui cōuerſus ad fratrē thomā
petiuit veniā:vt eiꝰ ignorantie indulgeret:⁊ cōuerſis dictis
ciuibus ad magiſtrū cū reuerentia interrogātibus de tāte
humilitatis exēplo/benigne reſpondit ꝙ in obediētia perfi-
citur oīs religio:qua homini homo ſe propter deū ſubicit:ſi
cut deus ſe homini propter hominem inclinauit.

§. X. Subtilitate vero intelle-

ctus ⁊ ingenij ſanctus Thomas doctor prepollebat: quem
ei ſpūs ſapientie dei ſubtilem dederat:cum quo per gratiam
habitabat. Unde fertur dixiſſe aliquando familiari collo-
quio ſtudentibus:non ad ambitum inanis glorie:ſed ad pre
conium diuine laudis ⁊ gratie:ꝙ nunꝙ librum legerat quē
diuino adiutus ſpiritu non intelligeret:⁊ ad profundum li-
bri myſterium nō veniret. Dignum namqꝫ erat ex quo ſcru-
tationi diuinorū totus intenderet:vt deſiderioꝝ iure di-
uinꝰ ſpiritus nihil abſconderet:ſed ei quod ſacre doctrine
erat neceſſarium intimaret. Cuius ingenij ſubtilitatem et
acumen intelligentie ac rectitudinē iudicij euidenter oſten
dunt multitudo libroꝝ quos edidit:⁊ ſententiarum nouitas
quas inuenit:ſenſuſqꝫ ſcripturarum abſconditi quos perdu
xit in lucem. ¶ Fuit quoqꝫ idē doctor magne memorie tan-
teqꝫ capacitatis ac retētiue virtutis:vt id quod ſemel legē
do caperet:perpetuo retineret:vt videretur in eius animo
continue fieri ſciētie habitus:quem ſic collectum habebat
in animo:quaſi exemplarū haberet in libro. Qḋ euidenter
patuit in illo mirabili opere qḋ ad preceptū dñi Urbani pa
pe ſuper quatuor euāgelia de dictis ſanctorū compoſuit et
texuit. Que ipſe perlegens in diuerſorū monaſteriorum li-
bris fertur pro maiori parte ita memorie cōmendaſſe:quaſi
ſanctorum dicta habuiſſet pre oculis que prius legiſſet in li-
bris. In ſignum autem ⁊ iudicium euidens ꝙ ipſe doctor in
theſauro memorie quaſi collectam ſcientiā poſſideret: veri-
dica ſocij ſui fratris Rainaldi ſuorumqꝫ ſtudentium ⁊ ſcri-
ptorum relatione veraciter eſt cōpertum:ꝙ ipſe de diuerſis
materijs tribus ſcriptoribus ⁊ interdū quatuor in camera
ſua eodem tēpore dictabat:vt videret ſimul eius intellectui
diuerſas infundere veritates:⁊ ꝗ ſimul poſſet non abſqꝫ ſpe-
cialis dono gratie pluribus dictare:vt non videret ignota
diſcurrēdo perquirere:ſed quaſi collecta in memoria de the
ſauro ſciētie infundendo aperire. Uidebat namqꝫ huius do

ptoris ſciētie habitus quaſi inūdās doctrine fluui⁹ ſcriptu rarū: qui deſup oriēs in Edom de diuine ſapiētie fonte deſcē deret: qui in diuerſos libros quaſi diuiſos riuulos ðriuaret. Retulit ꝙ ſcriptor ſu⁹ quidā Brito Euenus noīe Trecoreñ. dioceſ. ꝗ poſt ꝙ dictauerat ſibi ⁊ aliis duobus ſcriptoribus quos habebat: tanꝗ feſſus pro labore dictādi ponebat ſe idē doctor pro pauſationis grā ad quietē. In qua etiā dormiēdo dictabat. De cuius dormiētis ore ꝗ audiebat predictus ſcri ptor redigebat in ſcriptis: cōtinuādo materiā de qua antea ſcripſerat quum vigilando dictaret. ℭ Fuit ſanctus doctor charitate ac pietate diffuſus: vt alios ex ſeipſo pueniret in gratiis: quibus dotatus erat diuinitus: vt ſplenderet in do ctrinis. Erat eñ modo benignus in animo: ꝗ totus erat ſua uis in verbo ⁊ liberalis in facto: vt oſtēderet quis eius ſpūs habitaret in mente: cuius tanta ſuauitas procedebat ex ore vt vnuſquiſꝗ qui totius cōuerſationis eius vidiſſet effigiē: mētis eius potuiſſet intelligere ſerenitatē. Qui licȝ ſupra mo dum ↄtra peccātes inſurgeret: ipſe que ptā neſciret: ſic pro amore iuſtitie ⁊ ſalute animi proximo iudici ⁊ prelato cōſu lebat cōtra culpā inſurgeret: vt piatus ex ſuo conſilio fieret ſimul criminis perſecutor ⁊ hominis liberator: vt ſic in ſub dito crimē deficeret ⁊ homo cū crimine nō periret. Et ꝗuis ipſe ſctūs de difficili crederet vt homo peccaret: ſimilēȝ ſibi vnumquēꝗ exiſtimās in innocētia ⁊ in natura quum cōſti tiſſet aliquē ex infirmitate peccaſſe: ſic alienas deflebat cul pas vt proprias illius imitatus exemplū qui per compaſſio nes vt proprĳs vrebatur incēdĳs in defectibus alienis. Quū enim ipſe eſſet de nobili genere: ⁊ rerum tēporaliū potuiſſet copiam concupiſcere magnitudine animi oblatas deſpexit. Quum eñ dñs Clemens papa tertius qui eundē charū ha bebat: archiepātum Neapolitanum cum additione reditus ſancti Petri ad aram ſibi obtuliſſet: ⁊ bullāꝗ miſiſſet: ſctūs doctor dignitatē recipere ⁊ reditus poſſidere penitus recuſa uit ⁊ ꝗ non promoueret eum ad ſimila vlterius humiliter exorauit. O felix doctor: contēptor ſeculi: amator celi: qui ſe cit quod docuit: qui ſic terrena deſpiceret: quaſi pignus ha beret poſſeſſionis celeſtium que ſperaret.

Diſpo. Thome aquina tis habi tus ⁊ ſta tura. Naturalis autem diſpoſitio ⁊ habitus corporis ſancti Thome traditur fuiſſe talis. Fuit ſiquidē magnus corpore ⁊ procerus recte ſtature cuius rectitudini animus responderet. Coloris triticei. Ad temperate cōplexionis indicium. Magnum habens caput: ſicut perfectionis virtutū animaliuȝ que rationi deſeruiūt/ organa perfecta requirūt. Fuitꝗ aliquantulū caluus: tener rime complexionis in carne: ad indicium intelligentie eius in mente. Fuit quoꝗ virilis robore: quū ſe ad aliquos actus virtutis corpore exerceret. Qui etiam ex virtute animi nihil timuit terribile: qui preter hanc in diuina ſibi exiſtente vir tute confidit: vt videretur deus tam nobile corpus ⁊ organū preparaſſe: quod ad actus ſeruiret obediens. Quod nunꝗ eſſet rationis iudicio contradicens. In exterioribus (vel ter roribus) aūt aeris tonitrui ⁊ tempeſtatis quaſi pro ſcuto ſe muniēs crucis ſigno/ dicebat. Deus in carne venit: deus pro nobis mortuus eſt ⁊ reſurrexit.

§. XI. Anno autem domini. M.

cclxxiiĳ. mandatum ſibi fuit a Grego. x. vt ad conſilium Lu gdunēſe tunc celebrādū accederet propter imminentē eius ſcientiā: ſecūꝗ deferret librū quē de mandato Urbani. iiĳ. fe cerat cōtra errores Grecorū: de quibus erāt in dicto cōſilio ad qđ fuerant vocati/ arguēdi rationib⁹ efficacibus. Ante te mē ꝙ iter ſumeret: in ↄuentu ſancti Dñici Neapoli exiſtēt: quum quadā nocte ante, imaginē crucifixi in eccleſia deuo tius oraret: a quibuſdā cum obſeruantibus viſus eſt a terra eleuat⁹ cubiti ſpatio: auditaꝗ eſt vox de crucifixo. Bene ſcri pſiſti de me Thoma: quā ergo mercedem a me recipies: Cui ille. Non aliam dñe (inquit): niſi teipſum. Per quod dabatur intelligi laboribus eius ⁊ vite terminū imponēdū: prout eue nit. Nam recedens ex Neapoli verſus Romā quum trāſiret per Campaniā: ad quoddā caſtrum applicuit: quod erat ne

Aduerſa beati Thome valetu do. ptis ſue dñe Franciſce: languere incipiens ita vt pene perde ret appetitum. A medico viſitatus ⁊ queſitus an aliquē ci bum appeteret magis gratū qui appetitum excitaret: reſpō dit forſitan aleces quales Pariſios deferūtur ſcȝ recentes ſi haberē: comederē. Sed tale genus piſcium in illis partie bus nō inuenitur. Egreſſus tamē medic⁹ ab eo obuiauit cui dam deferenti ciſtam piſciū: ipſumꝗ interrogauit quos piſces deferret. Cui rñdit. Sardas defero. Putauit tñ medicus ali quod genus piſciū ibi eſſe qui ei placerēt: iubet ergo ciſtel lam diſcooperiri: ⁊ ibi inuenit aleces nō ſardas: quū tñ vēdi tor affirmaret ſe nō aleces: ſed ſardas ibi poſuiſſe: vtpote qꝛ nullo tpe aleces recētes illa in regione reperiūtur: vnde nō dubiū: qꝛ hoc fuit diuinitus ꝓcuratū. Deferunt cum gaudio aleces ſancto viro ⁊ cocte. Sed nec de illis guſtare voluit ad

mirans diuine pietatis bñficiū: ⁊ diuine ꝓuidentie ſe cōmit tit: exēplum ſecutus Dauid: ꝗ aquā guſtare noluit deſidera tā de Bethleē. ℭ Poſt aliquot dies paululū cōualeſcens/ pro fectus eſt iterū: ⁊ trāſiens iuxta monaſteriū foſſe noue ordi nis Ciſterciēſ. ꝓpe Piperniū caſtrū / inuitat⁹ eſt deuote ab abbate ⁊ monachis p̄dicti monaſteriĳ ad quieſcendū ibidem donec perfectā recuperaret ſanitatē. Qđ ⁊ acceptauit. Et vt ſtatim altari eccleſie cum orationib⁹ ingreſſus clauſtrum/ di xit ad ſociū Reginaldū. Fili hec requies mea in ſeculum ſe culi: hic habitabo: ꝓnuntians ei terminū vite ſue: ⁊ tpis ex inde tranſlationis ſue vt quidā interpretant: ꝑ ſeculum intel ligētes annos. l. ⁊ ꝑ ſeculi medietatē. xxv. ſ. annos. A morte eñ prefati doctoris vſꝗ ad tranſlationem corporis inde ad Toloſam per vrbanum. v. fuerunt. lxxv. anni. Cepit autem de die in diem languor increſcere. Nec ſic poterat ſanct⁹ do ctor a doctrine fluētis copia ꝑtinere. Rogatus a quibuſdā monachis expoſitionē breuē fecit ſuper cātica canticorum: vt in cātum celeſtis glie trāſiret ſtudiū eccleſiaſtice diſcipline. Creſcente languore ⁊ corporis virtute deficiente: petĳt ſibi afferri venerabile ſacramentum euchariſtie. Cui occurrit: vt potuit proſtratus in terrā: requiſitusꝗ vt moris eſt eccleſia ſtice diſcipline/ an crederet ꝙ in illa hoſtia conſecrata eſſet verus dei filius natus de virgine: paſſus pro nobis ⁊ reſurgēs a mortuis ⁊c. libera voce attenta deuotione cum lachrymis reſpondit. Si maior ſciētia ꝙ fidei integritas ⁊ ineffabilis eius veritas in preſenti exilio de hoc ſacramento haberi po teſt: in illa reſpondeo: quia vere ſcio hunc eſſe verū deum et hominē eterni pr̄is ⁊ virginis matris filiū dñm noſtrum Je ſum chriſtū: ⁊ ſic puro corde credo ⁊ ore confiteor. Sic itaꝗ deuote ⁊ cum lachrymis accepit illud viuificū ſacramentum. Sequēti die recepit ſacramentū extreme vnctionis reſpon dens ſana mente ad ſingulas vnctiones. Exinde iunctis ma nibus ſpūm ſuū commendans creatori ſuo obdormiuit in do mino hora matutinali No. Martĳ. anno. dñi. Mil. cclxxiiĳ. Beati thome obitus. etatis vero ſue. L. inchoāte. Adfuerūt aūt exequĳs eius multi fratres ordinis magis vicini abbatie illi: ac etiam fratres mi nores: que audientes eum infirmatum grauiter / ad viſitan dum acceſſerāt: epūs quoꝗ Terracinēſ. ordinis minorum/ ab bas cum monachis ſuis: multi quoꝗ nobiles ⁊ de parentela ſua. Dūꝗ celebrant ei⁹ ſolēnes exequie: occurrit neptis ei⁹ dña Franciſca ad oſtiuȝ monaſterĳ. Et qꝛ ei licitū non erat intrare monaſterium ſm̄ ſui ordinis inſtituta: defertur fun⁹ illuc ad ei⁹ inſtantiā ad videndū grā ſpecialiȝ: vbi quantis la mentationib⁹ more patrie fuerit deploratū cū eiulatu ⁊ cla more lugubri: vix ab aliquo poſſet credi. Quūꝗ planctus et gemitus tam lugubris ꝑſonaret: mirū dictu: mulus cui ſan ctus doctor inſederat: eadem hora fracto fune de ſtabulo exi liit: ⁊ nullo ducente veniens ⁊ appropinquans ad feretrum eoꝗ viſo ibidem ſine aliqua infirmitate mortuus cecidit et defecit: vt etiam in brutis animalib⁹ dñs oſtenderet magnū doctorē eccl̄ie defeciſſe: ⁊ ex dolore migraſſe. Surgens autē in medio frater Rainaldus de Piperno diſcipulus eius ⁊ ſo cius quaſi continuus: quū adſtātes optarēt audire preconia ei⁹: ꝗ niſi ꝑ famā audierāt: inqt. Ego ſcīi huius doctoris vite ⁊ conſcientie teſtis ſum: ꝗ frequenter in vita ſua ⁊ nūc in vl timo fine vite ſue cōfeſſionē generalē audiui: ⁊ teſtificor co rā dño: ꝙ ita ſemꝑ purū inueni ſicut puerū. v. annorum qui nunꝗ ſenſit ſue carnis cōtagiū: nec habuit alicuius morta lis criminis in volūtate cōſenſum. Notabile aūt ſignum ap paruit excellentie eius. Nā tribus dieb⁹ ante mortē eius ap paruit ſuꝑ monaſteriū quedā ſtella ad modum comete: que etiā in die aliqñ videbat: ꝗ quū ignoraret quid ſignificaret quū apparuit: oſtēdit prefati doctoris tranſitū: ſtatim poſtea ceſſauit. Deficiente Thoma: ſtella ceſſauit.

§. XII. Pluribus fuit oſtenſus

tranſit⁹ eius. Nam frater ⁊ magiſter Albertus magnus et epūs/ quū ea die qua migrauit: apud Coloniam cum priore ⁊ fratribus prandio eſſet: cepit amare flere. Huius rei cauſaȝ interroganti priori: rñdit. Frater Thomas de Aquino filius meus in chriſto/ qui fuit lumen eccleſie: hodie ex hac luce migrauit. Notata igitur die a priore: compertum eſt illam fuiſſe qua ſanctus de hoc mundo deceſſerat. ℭ Quidaȝ etiā frater Paulus de Aquila magne probitatis ⁊ fame illa hora qua ſanctus migrauit: in viſione imaginaria vidit beatum thomam in ſcolis legentē in cathedra corā multis: ⁊ ecce vi debatur ſibi ꝙ ſctūs Paul⁹ intraret ſcolas eius: qui quum deſcendens de cathedra vellet occurrere: ait aplūs ei. Reuer tere ad locū: ⁊ ꝓſequere lectiones tuas. Rogauit autē beat⁹ Tho. Paulum vt ei diceret an habuiſſet in eplīs ſuis verum intellectū. Cui rñdit ꝙ vtiꝗ verū habuiſſet: quātū pōt quis viuens habere. Et ſubdidit. Uolo vt venias mecum: ⁊ habe is clariorē de oībus intellectū: ⁊ videbatꝗ eū ꝑ capā extra

ſcholas

ſcholas extrahere. Tunc frater Paulus clamauit alta voce. Succurrite fratres ſuccurrite: quia frater Thomas a nobis tollitur. Ad cuius clamorē excitati fratres occurrerūt interrogantes cauſas illius clamoris: qui ſeriem viſionis enarrauit. Et notantes fratres diem ⁊ horam: eam fuiſſe inuenerūt qua ſanctus de vita ſubtractus eſt. ¶ Quanta aūt fuerit ⁊ ſit gloria eius in celis: oſtenſum fuit hoc cuidā fratri Alberto ordinis predicatorū de Brixia. Hic multū ſecutus eſt doctrinā ſancti Thome: vir plurimū literatus ⁊ deuotus: et multum eū cōmendabat de doctrina ⁊ ſanctitate ſua: aſſerēs ſe pro certo ſcire eū eſſe ſctm̄ in patria: qd̄ adiuratus declarauit p iſtam quā habuit viſionem ſup eo. Quū enī diu deſideraſſet ſcire gloriā ſancti: ⁊ ſemel ante altare beate Marie proſtratus hoc potētius ⁊ attentius oraret: vigilāti cū lachrymis in oratione apparuerūt due reuerēde perſone mirabili cum ſplēdore ⁊ ornatu: quarū vna erat in pontificali habitu mitrā habens in capite: altera in habitu fratrū predicatorū: q̄ coronā habebat aureā in capite lapidibus precioſis intextā: ⁊ circa collū duas aureolas quaſi torques: vnā argenteam ⁊ alteram aureā. In pectore vero geſtabat quaſi magnū lapidem precioſum: qui ſplendore mirabili plures radios emittens irradiare totā eccleſiā videbat. In capa vero erāt inſerti p totum lapides precioſi: tunica ⁊ ſcapulare nimio ſplēdore fulgebāt. Qui ſtupens ad pedes eorū ſe proſtrauit: petēs ſuppliciter declarari q̄ eſſent ille pſone q̄ apparuerāt. Tunc ille qui mitrā geſtabat in capite/ inquit. Quid miraris frater Alberte? Ego ſum Auguſtinus doctor eccleſie: qui ſum miſſus ad declarandā gloriā ſancti Thome. Is eſt qui mecū eſt: qui doctrinā meā ⁊ apoſtolicā in oībus ſecutus eſt: ⁊ eccleſiā dei ſua doctrina illuſtrauit. Lapis precioſus in pectore tāto ſplēdore enitens/ ſignificat rectiſſimam intentionē quam habuit ad declarationē ⁊ defenſionē fidei. Lapides plures precioſi ſunt libri quos edidit. Ipſe igitur mihi par eſt in gloria: et virginali me excellens munditia: ⁊ ego illum pontificali excellentia: ſicq; diſparuerunt.

§.XIII. Poſt mortem ⁊ ſepultu

ram ſancti doctoris/ abbas ⁊ monachi timētes ne corp⁹ ſancti ab eis auferretur p fratres ordinis: ſed nō recte cogitantes in retinere diſponēdo alienū: maxime ſub depoſito id corpus fuerat ibidem cōmendatū: ⁊ frater Rainaldus de hoc fieri fecerat publicū inſtrumentū: ⁊ idē doctor mādauerat corpus ſuum ad fratres ordinis ſui apud Neapolim cōgruo tempore deportari. Secretiſſime paucis ſciētibus trāſtulerūt ipm̄ corpus de loco ſepulture eius de eccleſia ad capellam ſancti Stephani iuxta clauſtrum: vt ſepulture eius locus ceteris eſſet ignotus.

Prima bti thome trāſlatio.

Sup quo poſtmodū ſanctus doctor in ſomnis apparēs dn̄o Jacobo priori dicti monaſterij ipſum grauiter arguit: ⁊ cōminatus eſt ei: niſi ad priorē locū corpus reduceretur. Timens itaq; prior diuine vltionis iudicium ſi preteriret quod audierat in viſione mandatū: volēſq; nihilominus clauſtrales monaſterij latere: acceptis p̄dicte capelle clauibus a dn̄o Blaſio: de nocte cum paucis monachis acceſſit ad capellā p̄dictā in qua corpus ſancti tranſlatū fuerat ⁊ humatū: ⁊ aperto ſepulchro tanta fragātia odoris emanauit ſuauitas q; totā capellā clauſtrumq; ipſius monaſterij qui diffuſus eſt odor mira ſuauitate repleuit: ⁊ vt non videretur patuiſſe defuncti corporis ſepulturā: ſed multorū aromatū apotheca de ipſius corpore ſancti emanās. Qui odor tantus fuit: q; ad ipm̄ nullo alio indicāte tam predictus dn̄s Blaſius q̄ ceteri monachi excitati cōuenerunt: corā quib⁹ manifeſtato ſcti corpore: inuenerūt ipſum integrū in oībus membris habituq; ſui ordinis/ capa/ tunica/ ⁊ ſcapulari penitus incorruptis: ⁊ odore redolens mirabili: quū tamen corpus ſancti fuerit pingue/ groſſum ⁊ magnū: locuſq; ſepulture eſſet humidus ⁊ pfundus: ex quo debuiſſet immutari: niſi ſpeciali priuilegio ⁊ grā ſeruaretur. Cōueniēs etiā ſatis fuit vt corpus etiā exanime nouū odorē ſuauiſſimū redderet: de quo fetor mortalis criminis in vita non exijſſet. Reportarūt ergo monachi ſacrū corpus ad priorē ſepulturā proceſſionaliter cū magna deuotione: cantantes/ Iſte ſctūs digne in memoriam vertitur hoim ⁊c. Fuit aūt hec trāſlatio facta elapſis mēſib⁹ ſeptem a tranſitu eius. Elapſo ſeptēnio a prima trāſlatione

Altera diui thome trāſlatio.

beati Thome de qua nunc dictum eſt: dn̄s de caſtro montis ſancti Joannis, tunc abbas monaſterij Foſſe noue fecit ipm̄ corpus exhumari: ⁊ tranſferri ad locum honorabiliorem: et ad ſiniſtram partem altaris in ſepulchro marmoreo collocari. In cuius ſepulchri apertura odor ſimilis ſicut in prima tranſlatione emanauit: ⁊ tam corpus quā veſtimenta ſicut prius reperta ſunt odorifera integra ⁊ illeſa: niſi q; modicū deerat de ſummitate pollicis manus dextre.

Tertia ſepulchri bti Thome apertio.

¶ Placuit tertio ad ampliorem ⁊ certiorem demonſtrādam terrigenis gloriam ſancti Thome: iterato de conſeruatione corporis ⁊ odoris fragrantia demonſtrare. xiiij. namque anno ab eius tranſitu abbas dicti monaſterij rogat⁹ a domina Theodora comitiſſa ſancti Seuerini ſorore ſancti Thome: vt daret ſibi pro reliquijs manum dexteram ſancti: annuit votis eius. Eleuato igitur lapide de monumento ⁊ patefacto corporis ſacri precioſo theſauro: tantus odor emanauit inde: tamq; ſe mirabiliter diffudit: quod oēs monachi ad videndum conuenerunt. Inuentumque eſt corpus ſacrum integrum ⁊ illeſum odoriferum cum pannis habitus ſui vt prius: excepta naſi ſummitate que paululum diminuta videbat. Et licet abbas exiſtimans leui tractu poſſe manū a brachio ſeparari/ hoc tentauerit: nō tamen valuit: ſed ita ſolide inherebat: quod oportuit ferro eam a brachio ſecare: eāq; tradidit dicte dn̄e. Quam ſecū detulit cum omni reuerētia: ⁊ in ſcti Seuerini cū alijs reliquijs capella collocauit. Ex qua etiā accidit iſtud admiratione dignū: quia quum capellanus oſtenderet reliquias illius capelle cuidam magno prelato: ⁊ inter ceteras diceret ſe habere manum ſancti Thome: cōtempſit prelatus ille reliquias ipſius manus: dicens. Iſte frater Thomas bene fuit bon⁹ frater: ſed non ſctūs vt aliqui dicūt: ſubito aūt cepit totus tremere: ⁊ caput eius ita alterari: vt videretur ſibi grauis vt ciſta. Qui aduertēs hoc ſibi accidiſſe ex tali cōtēptu: ſubito confeſſus culpam ſuā recognoſcens ⁊ deuote oſculans dictā manum: odorē magnum ſenſit ⁊ ſui liberationem: vnde poſtea habuit in ſumma deuotione. Poſtmodum manus illa largita fuit ab illo dn̄a priori ⁊ fratribus cōuentus Salernitani. Et ibi ego eam vidi: que adhuc integra manet: excepto vno digito: qui ex deuotiōe aliquorum inde fuit excerptus. Que manus extēta eſt cum pellibus oſſibus ⁊ carne deſiccata ⁊ vnguibus: ⁊ magna ⁊ digitos lōgos habens: vt ipſe magnus erat.

§.XIIII. Demū facta diligenti

inquiſitione de vita ⁊ miraculis ei⁹ authoritate ſedis aplīce vt moris eſt ⁊ iuris in hmōi: canonizatus eſt ſanctorum confeſſorū catalogo adſcriptus cum debita ſolennitate per Joannē. xxij. adſiſtentibus cardinalibus ⁊ alijs prelatis apud Auinionē: vbi tūc curia erat Romana. xv. kal. Augu. anno dn̄i. M.cccxxiij. a trāſitu vo ei⁹ ex hoc mūdo āno. l. De libris editis ab eo habet. ſ. in. ſ. titu. iij. voluminis.

Bti thome canonizatio

De miraculis ei⁹ q̄ reperta ſunt authētice p inqſitionē cōmiſſam ab aplīca ſede.

Miracula bti thome.

Dn̄s Petrus groſſus de Neapoli miles ⁊ cōſiliarius regis p decē circiter mēſes priuat⁹ extiterat virtute naturali: ⁊ ſolutus vſu brachij dextri: adeo q; de ipſo brachio nec de manu in aliquo poterat ſe iuuare. Hic Romam pergens iter faciens ppe monaſteriū Foſſe noue vbi adhuc corpus ſcti iacebat: quū memorie occurriſſet ei ſctitas eius ⁊ miraculorū grā q̄ de illo dicebant: ſumpta fiducia recuperāde ſanitatis p merita ſctī ad ſepulchrū eius acceſſit: ⁊ oratiōe facta pſternens ſe totum ad ſepulchrū: recepit brachij omnimodā ſanitatem. ¶ Magiſter Rainaldus medicus chirurgicus de caſtro ſctī Laurentij: quū p decē annos morbo podagre ita impotēs effect⁹ fuiſſet: q; ſine baculis vel aliorū ſuſtentatione nec ambulare vel ſtare valeret: audita fama miraculorum q̄ fiebant ad ſepulchrū ſancti: illuc ſe fecit deferri: ⁊ oratione facta per horam proſternatus iacens/ inde poſtea ſurrexit incolumis: vt ſine baculo vel alterius adiutorio per ſe liber ambularet. ¶ Magiſter Mattheus Joannis de Piperno oblatus monaſterij Foſſe noue/ grauiſſima tuſſi ſic erat grauatus: quod iam loquela amiſſa expectaret omnino moriturus: facto autē voto ad ſanctū vi ādi tumulum eius/ liberatus eſt. ¶ Frater Leonardus de Piperno monachus conuerſus Foſſe noue/ quum dubitaret de miraculis beati Thome: ⁊ inquiſitus vt ferraret duos equos ſeu mulos duorum fratrū predicatorū qui illuc venerāt pro inquirendis miraculis dicti ſancti: de cuius canonizatiōe tūc tractabatur: ferrare noluit: erat enī faber ferrarius/ dicēs. O quantum infeſtāt nos iſti fratres predicatores ⁊ attediāt occaſione iſtius ſancti Thome. Si fuit ita ſanctus vt aiunt: faciat aliquod magnum miraculum: ita quod iſti fratres p̄dicatores hinc recedant: ⁊ nos amplius non moleſtent. Qui ſtatim percuſſus eſt in brachio dextro tali ⁊ tanto dolore: q̄ illud mouere non poterat: neque ad os ponere vel aliquod opus exercere. Sicq; permanſit vſq; in ſequentem diē. Conſiderans autem quod hoc ei acciderat propter contemptum ſancti: compunctus de peccato acceſſit ad tumulum beati Thome: ⁊ appodiato brachio ad ſepulchrū ſtans ibi per horam ad orandum inuocato auxilio ſancti liberatus eſt a dolore ⁊ a vexatione brachij: qui poſtea cum gaudio ferrauit dictos mulos. ¶ Nicolaus puer paralyticus de Piperno adductus ad tumulum ⁊ ibi poſitus ſuper ipſum ſanatus receſſit. ¶ Stephana de Rocha ſicca habitatrix in caſtro ſonnii hydropica orās ad ſepulchrum ſancti ſana facta eſt.

¶ Quidā Jacobus de Piperno graui dolore vexatus in brachio ꝛ febrem quartanā patiens facto voto ad ſanctum liberatus eſt. ¶ Petrus de Piperno cecitatem incurrens incurabilem vt nil videret: adductus ad tumulū ſancti viſum recuperauit. ¶ Ceſarius de Neapoli duplici tertiana laborās ita vt timeretur de morte eius facto voto ad ſanctū ſanatus eſt. Barptolemeus Leonardi de Piperno ruēs de loco eminenti clamauit. Sancte Thoma adiuua me. Cecidit aūt reſtus in terram ſine leſione: qui ſubito acceſſit ad tumulum beati Thome gratias agēs de beneficio. ¶ Quidā puer paſſus ſuras morbū caducum ꝑ annum cum dimidio: ad ſepulchrum beati Thome liberatus eſt. ¶ Quidā vir ꝛ quedā femina que ſurditatem incurrerāt ſancti meritis ſe ei cōmendarunt: et aperte ſunt aures eorū. Domina Maria vxor dñi Arnoldi neptis ſummi pontificis ex ſorore/quuꝫ apud Auinionem eſſet pregnans: necnon ꝛ hydropica exiſtens a medicis eſſet deſperata: adeo ꝙ indulgentiam in articulo mortis plenariā per epm Lugdunēſ. cōſecuta fuerat vt de proximo moritura: ei cōfeſſor proprius perſuaſit: vt ad ſanctū Thomā de cuius canonizatiōe tunc agebatur/cōciperet deuotionē: ſeꝙ deuoueret eidem pro beneficio ſanitatis obtinendo. Quod cum feciſſet: ſequenti nocte vigilans vidit perſpicua viſione iuxta lectum ſuum conſiſtere ſanctū Thomam in habitu predicatoꝝ dicentē ſibi miti voce. Vis tu curari? At illa exiſtimans illum eſſe quendaꝫ epm ſibi notum ordinis noſtri: queſiuit an ipſe venerat cōfirmare indulgentiā quaꝫ a papa ſibi procurarat Lugdun. Cui ſanctus Thomas. Ego nō ſum talis epūs ſed frater Thomas de Aquino: cui te deuouiſti: ꝛ addidit. Comple votū tuum: ꝛ ſanaberis. Illo diſparēte narrauit matri ipſam viſionē. Vouēt igitur mater cum filia ꝙ annuatim in natiuitate dñi mittent cereum .v. librarum ad proximiorē conuentū ordinis: ac etiā vnum fratrē in cōuentu Auinione veſtient: quē magis indigentē videbūt. Mane facto corpus eius detumuit: nec tamē votū ſubito cōpleuit: vnde nocte ſequēti apparens iterū beatus Tho. dure redarguit ꝙ nondū votum impleuerat. Quod citiſſime faciens ſanitatem perfectam recepit. Aduenientē aūt tempore partus eius quū fetus partim intra et partim extra exiſteret: ſicꝙ periclitaretur: inuocans ſcꝫ Tho. in adiutoriū: fuit a puerperio expedita. Obſtetrix credēs natum mox baptizauit: ſed comperto reuera ꝙ mortuus natus erat: rogauit mater beatum Thomā vt ſicut matrem liberauerat a morte corporali: ita prolē editam liberaret a perditione reſuſcitando ipſum: vt vel baptizari poſſet. Facta igitur oratiōe reuixit puer. Qui baptizatus paulo poſt migrauit ad dñm. Multa alia miracula ſcripta ſunt ob breuitatē omiſſa. Anno etatis ſue .xiiij. intrauit ordinē. Trigeſimo anno factus eſt magiſter in theologia. Quinquageſimo inchoāte etatis ſue anno migrauit ad dñm. Et. M.cclxx. trāſlatū eſt corpus de Foſſa noua ſeu ciuitate fundorū in Toloſam ꝑ Urbanū .v. vt ſ. habetur: ꝛ per Joā. xxij. fuerat prius canonizat⁹: anno ſcꝫ dñi. M.cccxxiij.

¶ De ſancto Uincentio confeſſore. Cap. viij.

Specie tua ꝛ pulchritudine

tua intēde proſpere procede ꝛ regna propter veritatem ꝛ manſuetudinē ꝛ iuſtitiaꝫ. pſ. xliiij. Omne agens agit propter finem (ſcḋm pħm): ꝛ agens vniuerſale qui eſt deus: ad hunc finē facit quecunꝙ facit. propter benignitatē ſuam ꝛ bonū vniuerſi. Sic agens rationale id eſt homo/in omni opere ſuo intēdit aliquē finem. Artifex facit artificia vt lucret: agricola terrā colit ꝛ ſerit vt fructū percipiat: ſtudēs legit vt addiſcat. Sꝫ in moralibus ad hoc vt opus ſit virtuoſum: oportet vt intēdat finem debitū ſcꝫ deum vt ei placeat iuxta illud. Omnia in gloriam dei facite. j. Cor. x. Eſt aūt cōſiderare in exercitatione hoim virtuoſa principiū recte intētionis: ꝛ ideo. Specie tua ꝛ pul. ꝛc. Scḋo debitū medie progreſſionis: propter qḋ dicit. Proſpere procede. Tertio premiū eterne remuneratiōis: ibi. Et regna. Et hoc propter veritatē ꝛ manſuetudinem ꝛ iuſtitiam. Que omnia reperiuntur in beato Uincētio.

§. I. Quantū ad primum: dixit

Ambro. Intētio tua operi nomen imponit. Nam cuius finis ſcꝫ opis bonū eſt: ipm ꝙ bonū eſt: ꝛ ecōtrario. Eſt aūt intentio bona que finē reſpicit: quū procedit ex ſpecie ꝛ pulchritudine tua. Et quia ſpecies hic videat idem eſſe qḋ pulchritudo: que cōſiſtit in debita proportione membroꝝ ſeu cōmenſuratione cum quadā refulgētia: tamen hic ſpecies pōt referri ad debitā proportionē membroꝝ ꝛ cōmenſuratiōem ꝛ pulchritudo ad refulgentiā coloꝝ. Membra aūt ſpūalia anime ſunt: ſicut oīa ipſa ipſius eſt: ꝛ ſunt ſenſus ei⁹ interiores ꝛ exteriores quibus operat: qui tunc ſunt proportionati bene quādo ſunt cōmenſurati ſcḋm lumē rōnis: vt non ſint nimis magni vel parui in actibus ſuis. Eſt enī intellectus nimis magnus: quando quia eſt curioſus: querens ſcire que non debet: ꝛ quoꝝ non eſt capax: quod prohibet apoſtolus dicens. Nō ſapere plus ꝙ oportet ſapere. Ro. xij. Eſt nimis paruus: qḋ non querit ſcire ea que tenet: vtꝫ dei mādata ꝛ huiuſmodi: nam in his ignorans ignorabitur: ait apoſtolus. j. Cor. xiiij. Affectus ſeu voluntas eſt nimis magna: qñ ei non ſufficit deus/ſed cum eo inordinate amat creaturas. Nimis paruus eſt affectus: quū eſt tepidus ꝛ remiſſus erga deum diligendum: ꝛ ſic de aliis. Non autem ſufficit operatio cōmenſurata ſcḋm regulam rationis: niſi addatur pulchritudo refulgētie ex luce gratie: ſicut color albus puritatis ꝛ rubicundus charitatis. Unde ſicut facies ethiopis etſi bene ſit proportionata ꝛ cōmēſurata in partibus ſeu mēbris ſuis: non dicitur pulchra: qꝛ ibi non eſt refulgētia claritatis ſed nigredo: ita ꝛ opa philoſophoꝝ etſi eſſent ſcḋm regulam rationis: tamē qꝛ in eis non erat lux gratie: non erant pulchra: id eſt vere virtuoſa. Intende ergo ſpecie tua ꝛ pulchri. id eſt intentionē cōmunem regulatam ſcḋm lumen rationis: ac etiā fundatā in gratia: ex qua albedo puritatis ꝛ rubedo charitatis procedit.

§. II. Quantum ad ſecundū di-

cit Amb. lo lib. de officijs. Nō ſatis eſt bū velle: ſꝫ bū facere: ꝛ diſt. i. xxvj. nō ſatis eſt: ſcilꝫ eſt neceſſarium: ſi adſit facultas operādi. Ita etiā nō ſufficit intendere bonū: niſi quis illud proſequat: ꝛ propterea pſ. poſtꝙ dixit. Intēde: ſubdidit. Proſpere procede. Opa noſtra bona ſunt quidā progreſſus ſeu proceſſus quibus perueniꝉ ad regnū. Oportet ergo vltra procedere de bono in melius ſcḋm illud Prouerb. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendēs procedit ꝛ creſcit vſꝙ ad perfectum diem. Prouerbi. iiij. Semita dicit: qꝛ eſt via arcta: qꝛ reuocare gradū ſuperaſꝙ euadere ad auras: hoc opus hic labor eſt. Aeneidos. vj. Per hec opa virtutū quotidie proficiūt procedētes ad claritatē regni ſuperni: ſicut faciebat apſs dicens ad Philippenſes. Que retro ſunt oblit⁹. i. nō reuertēs ad opa mala priora: nec etiam attendēs Phi. iij. ad bona in preterito ꝑ me facta quaſi ſufficiant mihi: ſed in anteriora me extendens ſcꝫ perfectiora opa ad brauium proſequor ſuperne vocatiōis. Sic proceſſit btūs Uincē. vt de eo verificet qḋ ait pſ. Oīa quecūꝙ faciet ſemꝑ proſperabuntur. Proceſſit aūt ſicut ꝛ quilibet iuſtus ꝑ triplicē viā. Per vias veritatis in ꝟbis: ꝑ viā mititatis in morib⁹: ꝑ viā equitatis in agēdis: ꝑ quas vias procedēdo puenit ad regnum. Pſ. j. Ūn ſubdit. Regna propter veritatē ꝛ māſuetudinē ꝛ iuſtitiam q. d. per iſtas vias proceſſiſti: ideo regna in celis coronatus. Prima via proceſſus eſt veritas. pſ. viam veritatis elegi: qḋ eſt eſſe in Pſalm. verbis cordis/faciēs verā eſtimationē de reb⁹. Cōtra id qḋ cxviij. dr Eſaie. Ue q̄ dicitis malū bonū ꝛ bonū malum ꝛc. In ꝟbis oris cauēdo a mēdacijs. Per hanc viā inceſſit btūs Uincentius Eſa. v. eſtimādo oīa mūdi vana: ꝛ ideo ptēpſit. Ueritatem ſcripture predicauit aſſidue. De via mititatis dr. Fili in manſuetudine Eccl. iij. pfice opa. q. d. Si aduerſa ꝛ impedimenta ſuperuenīāt non turberis. Sed vt ait ſaluator. Diſcite a me quia mitis ſū. Matth. xj. Sic beatus Uincētius fuit mitiſſimus: vt in tot laboribus ꝛ perſecutiōibus fuerit animo quiet⁹/nulli malum pro malo reddēs/ſed oībus bene fecit. Per viā equitatis proceſſit ſeu iuſtitie reddendo vnicuiꝙ quod ſuum eſt: deo venerationē per frequentes orationes/proximo per ſubuentionē in ſpūalibus ꝛ corporalib⁹: ꝛ ꝓprio ſubiecto ꝑ coertionē. Sic beat⁹ Uincē. deo exhibuit venerationē ꝑ frequentes orationes ꝛ quotidianā deuotiſſimā celebrationē. Proximo ſubuenit quoad alam: pdicationib⁹ cōſilijs ꝛ exhortationibus: ad oēꝫ quo ad corpus/ꝓcurādo panē vinū duob⁹ millib⁹ hoim ſequentibus eum ꝛ nō habentibus ad manducandum/vt patet in hiſtoria eius. Proprio ſubiecto: in magna auſteritate corpus caſtigando vt ſpiritui eſſet ſubiectum/vt patet infra: vt poſſit de eo dici illud Eſaie. Faciet quecunꝙ Eſa. lv. volui ꝛ proſperabitur in his ad que miſi illum.

§. III. Quantum ad tertiū oſten

ditur ꝙ qꝛ proceſſit ꝑ vias iſtas/ideo regnat in celis. i. regnat propter veritatē ꝛ manſuetudinē ꝛ iuſtitiā/per q̄ proſpere nō tepide ſed viriliter proceſſit. Diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum/ait chriſtus. Lu. xxij. Ūn ſancti canunt ante thronū dei grãs agendo de regno collato. Feciſti nos deo noſtro regnū. i. reges/ꝛ regnabimus. Et lꝫ regnum supernū oībus iuſtis conferatur iuxta illud. Uenite benedicti Apoc. v. patris mei/percipite regnum. Matth. xxv. tñ non oībus/ſed quibuſdā precellentibus ſanctis dedit regnum ꝛ poteſtatē regiam vniuerſalem ſuper creaturas faciēdi de eis ad placitum. i. virtute ipſius dei/inter quos fuit iſte beatus Uincē. qui fecit miracula in reſuſcitando mortuos plurimos illuminādo cecos centum/ſanando diuerſis languoribus mille. De quibus in parte patet in ſequenti eius legenda.

§. IIII. Glorioſus cōfeſſor Vincētius

§. IIII. Glorioſus cōfeſſor Vincētius in mūdo vita et doctrinis refulſit circa annos dñi. M. cccc. et vltra. Migrauit aūt ex hoc ſeculo neq̄ȝ anno. M. ccccxviij. ſedem Petri tenente Martino. v. imperāte autem Sigiſmundo. Sanctorū autē catalogo adſcriptus a Calliſto. iij. papa anno. M. cccclv. Hic igitur Vincen. ex ciuitate Valētina/ antiqua nobiliq̄ familia Ferrariorū oriundus a catholicis fuit parentibus procreatus. Fuerūt ſiquidem parentes eius deuoti et moribus decorati: fuitq̄ pater eius notarius publicus: qui ex vxore ſua tres habuit filios. Petrū primogenitū: qui fuit vxoratus landabilis vite et cōuerſationis honeſte. Secūdogenitus dictus fuit Bonifacius doctor in vtroq̄ iure et vxoratus: qui mortua vxore ordinem Cartuſienſiū eſt ingreſſus: et adeo profecit in religione: et tanta erat prudētia preditus: vt fieret generalis prior ordinis Cartuſienſium. Tertius fuit iſte Vincentius virgo ſemper puriſſimus: qui poſt pueritiā ſuam cum omni puritate peractā: in adoleſcentia ſua artibus liberalibus non mediocriter eruditus. Ad. xviij. etatis ſue annum attingens animaduertens tutum minime fore cum ſcorpionibus habitare: a ſpiritu ſancto inſtigatus ſacram predicatorū religionē in cōuentu Valentino ingreſſus eſt: in qua cum omni honeſtate conuerſatus/ ſtudio aſſiduus quaſi lux ſplēdens profecit et creuit vſq̄ ad perfectum diem theologice facultatis: adeo vt aureolam magiſterij meruerit accipere. Et poſt introductionem eius in cellam viſariam ſcripturam et ſuauiſſimum et copioſiſſimum hauſtum earum/ predicator inſignis eſt effectus. Cui quum dignitates non modice et honores preſidentie a prelatis eccleſie et mundi principibus offerrentur eis ſpretis elegit abiectus eſſe in domo dei: et mendicus ſuum patrē imitatus Dñicum: plurimas occidētis regiones et regna verbum dei euangelizādo peragrauit. Et precipue in partibus Valētie: Aragonie: Cathalonie: Hiſpanie: in regno Caſtelle. Northmannie: Britannie: Sabaudie: in Pedemontium: Ripparie: Genue: Delphinatus: Borbonij et Francie. Hoc autē ſtupendum erat et apoſtolica gratia: q̄ predicās in idiomate vulgari Cathalonico intelligebatur etiam ab alijs nationibus illud ignorantibus. In predicatione aūt eius quātumcunq̄ prolixa nemo tedio afficiebatur. Nec miruȝ quia verbū eius vt facula ardebat. Ab oībus aūt audiebatur nō ſolum loco bonis propinquis: ſed etiā remotis: a doctis et indoctis nobilibus et ignobilib' intelligebat. Iudei quoq̄ et Saraceni ad predicationes eius aliquādo cōcurrebant: ita efficaciter probātis eoruȝ errores rationibus et ſcripturis: et Chriſtum dei filiū aduenisse: vt cōfitetur eccleſia catholica et prophete prenuntiauerūt: vt multa milia eorum ad fidem traxerit orthodoxam: quorum numerum in quodā proceſſu facto ad inquirendū geſta eius miranda/ reperi. xxv. milia hominum quoq̄ ſceleratiſſimos ad viam veritatis et penitentie plurimos reduxit. Et quum in ciuitate Ylerdenſi Aragonie prouincie euangelizando omnes pene meretrices ad continentiam cōiugalem vel vidualem et honeſtam vitā induxiſſet: inde recedente viro dei: ſocietas que eum comitabatur cernēs lenones earum armatos contra magiſtruȝ Vincentium venire inſinuauit ei. At vir ſanctus dixit eis. Iſti ſunt lenones qui veniunt vt me interficiant. Cui illi. Pater ne timeatis: quia ſufficientes ſumus ad defendēdum vos. Et ipſe. Precedatis omnes: et me ſolum relinquatis. Quod quū illi nullo modo ſe facturos aſſererent: precepto coegit eos. Appropinquantes igitur illi turpiſſimi homines cuȝ manus ad arma ponerent: vir dei ſignum crucis contra eos fecit. Qui ſtatim compuncti corde ac perterriti et arma deponentes vidētibus qui adſtabāt plurimis genu flexo ante eum veniam poſtulabāt. Ipſumq̄ ſecuti ſunt vitam in melius commutantes. Antequā curſum accipperet quotidiane per ciuitates et caſtra predicationis: et confeſſor aſſumptus eſt a cardinale Petro de luna: qui Clemēti ſuccēdens in ſchiſmate dictus eſt Benedictus. xiij. Qui ipſum magiſtrū Vincentium vt doctiſſimuȝ virum inſtituit magiſtrū ſancti palatij. Familiariter aūt ei ſepius ad cedendū papatui ſuadebat ad tollendū ſcandalum ſchiſmatis de eccleſia. Qui quuȝ diſſimulando retardaret: receſſit a curia ſua: et baculū ſumens ſe totū apoſtolico officio predicādi verbo et exēplo mancipauit. Hoc ſanctiſſimū opus quotidie euangelizandi per triginta annos cōtinuauit. Modū autem iſtū ſeruabat in predicādo. Mane in eccleſijs vel in magnis plateis cōgregato clero ciuitatis vel caſtri: ipſo ſancto viro cantāte miſſam ad altare: que ſcȝ congruūt ſolēniter celebranti: vt orationes/ prefationes/ et hymnū: et premiſſa ſacramentali cōfeſſione clerus in choro reſiduū decātabat. In ſecretis aūt ex maxima deuotiōe fontes lachrymaꝝ ex oculis effluebant. Miſſa vero celebrata: ambonem cōſcendens feruentiſſime euangelizabat: ſubtilia et curioſa raro pertractans aut phica et originalis ſcrōꝝ doctorum: et min' ethnicorū: ſed verbum predicans ſacrarum ſcripturarū que veruȝ bonae ſemper vbiq̄ vlla diminutione ſm ſenſus morales auditoribus illas exponens: vt omnes in admirationem adduceret auditores: necnon et deuotioneȝ: de theſauro ſapientie cordis ſui proferebat noua et vetera vtriuſq̄ teſtamenti qd memorie cōmendarat a iuuentute ſua: nec alium librum ſecum deferebat diſcurrens ad ſtudēdum niſi bibliam. Inde ſuos fabricabat ſermones: quorū multi reperiūtur ab auditoribus recollecti valde deuoti. ¶ Aduertendum autem diligenter q̄ ſanctus iſte Vincentius etſi curſum ſuum pene conſummauerat ſub obedientia Benedicti. xiij. Auinione cum ſua curia reſidētis: et illum Italici cum pluribus alijs nationibus apoſtaticū et ſchiſmaticū arbitrarētur cum ſequacibus ſuis. Vrbanū cū ſucceſſorib' in vrbe remanentibus apl'icū verū chriſti vicariū Petri ſucceſſorē aſſerētes: in nullo hoc habet ſancto merito obumbrare vel ſanctitatem minuere. Eſt enim articul' fidei: credere ſicut vna eſt ſancta eccleſia catholica: ita et vnicū eius eſſe paſtorē. Sed non eſt articulus credere iſtum vel illum eſſe: q̄ñ plures ſe nuncupāt: et ab alijs arbitrantur eſſe ſummi pontifices/ et res ipſa obſcura eſt nec ſufficienter declarata. Siquidē vtraq̄ pars habuit peritiſſimos viros in omni facultate et ſanctiſſimos viros. Et lȝ plures diſputationes et opuſcula fuerint edita: nunq̄ tamē ita decita: quin remanſerint apud multos dubia. Vnde qui errauerunt in eo ſatis excuſauit eos apud deū ignorantia facti et quaſi inuincibilis. Et propterea ſpiritu ſancto inſpirāte ad vnionem faciendā ſumpta fuit via ceſſionis quū nō ſufficeret via diſceptationis. Et q̄ ille Benedict' obſtinatus manſit in ſua pertinacia ad nō cedendum: priuatus fuit omni iure ſi qd habuiſſet in papatu. Et tūc beatus Vincen. qui prius predicauerat pro obediētia eius: cernens eius duritiā: predicauit expreſſe cōtra eum vt hereticū et ſchiſmaticū: et q̄ ei non eſſet obediendū: et adheſit cōcilio Conſtanciēſi et geſtis in eo. Poſt cui' concilij terminationem: primo anno Martini quinti migrauit ad dñm. Predicabat autē ſepe de finali iudicio et aduentu antichriſti: et ita terribiliter: vt oēs in terrorem nimium conuerteret et perterreret: ita horrerent: vt quaſi homines illius tpis dicerent montibus. Cadite ſuper nos: et collibus. Cooperite nos et abſcondite nos a facie ſedentis et ira venturi. ¶ Reperitur autem quedam epiſtola eius in qua videtur dicere expreſſe antichriſtū iam eſſe in mundo: et quū tū ab eo tēpore quo iſta ſcripſit vel predicauit trāſierint iam anni. xl. et vltra: necdum apparet eum veniſſe. Et ſm communem ſententiam doctorū/ ſicut et chriſtus ita antichriſtus verus. xxxiij. annoꝝ ſpacio finiet vitam ſuā: et tribus annis cum dimidio vel circa erit predicatio et executio prauitatis et malitie eius. Et ſic videtur nō vera determinatio ſeu predicatio eius de antichriſto. Ad qd dicēdum eſt q̄ ea que circa hoc ſcripſit et predicauit: ſi ſua verba ſunt: opinatiue et non aſſertiue dixit: nō quidem mēdacium dicēdo ad terrēdū pplos, qd perniciosum eſſet: nec deus eget nr̄o mēdacio: vt dicit aplſ ad Rom. ſed prout ſibi videbatur ex teſtimonijs ſcripturarum ſecundum ſigna data: ſeu reuelatione ſibi facta: ſeu ab alijs ei relicta. Que reuelationes aliq̄ñ non ad plenum intelliguntur. Et ſi intelligantur plene: ſicut aliq̄ñ tempus determinate datum hoibus ad penitentiam deus abbreuiat. Propter quod ait Salomon in Prouerbijs. Anni impiorum breuiabuntur. Sicut q̄ñ dictum fuit anno quingenteſimo Noe: abbreuiati ſunt anni: et ſublati de numero viginti anni: propter abuſum tpis datis: nam ſexcenteſimo vite Noe anno diluuium fuit: ita et ſpatium vite abbreuiatum ꝓpter demerita hominum prolongat: vt pȝ in Ezechia: cui additi ſunt. xv. anni ad vitam ſuam. Nouit (inquit Ambro.) deus mutare ſententiā. ſ. comminatiuā: ſi tu noueris mutare delictum. de pen. diſt. j. nouit. Reuelauit chriſtus pluribus ſe ad iudicium venturum/ nec vltra dilaturum: et tamen precibus pie matris eius poſtea diſtulit: vt tēpore beati Dominici. Nec ſolus beatus Vincentius: ſed et Greg. papa in homilia ſuper id euangeliū. Erunt ſigna in ſole ꝛc. videbatur vicinū expectare iudicium ex multis ſignis per chriſtum in euangelio datis: vt ibi patet. Et tamen tranſierunt anni plus q̄ octingenti a Gregorio vſq̄ nūc. Qd ſcriberet vel predicaret/ aduentus antichriſti et finis mūdi cito erit: et bene cito: nō ꝓpter hoc determinabat tps iſtud: ſed ſub illo cito pōt comprehendi tps modicū et multum. Nam quum deus dixit per Aggeum prophetam. Adhuc vnū modicū/ et ego mouebo celū et terram: et veniet deſiderat' cūctis gentibus ꝛc. qd de chriſto intelligit: et tñ illud modicū fuit ſpatiū quadringentorū annorū et vltra: q̄ñ chriſtus venit. Sed in canon. j. Ioan. ij. Antichriſtus venit. Et ib. Filioli nouiſſima hora eſt. Et in Apocal. Tempus prope eſt: ecce venio cito. Et Theſſalonicenſes tēpore Pauli expectabant q̄ citiſſime finem mūdi: quos apoſtolus admonuit

Brl vincētij patria/ parentes/ et vita.

Vincentius cōcionator eximius.

Cōcilio Cōſtāciēſi beatus Vincentius adheſit

Deſcendit a calumnia Vincē. propter eos qd aduētū Antechriſti nuntiauit.

ut non terrerētur vel mouerētur a ſuo ſenſu: quaſi inſtaret dies oīū. Non ergo ꝓpter hoc calūniādus vel minus verax exiſtimādus eſt: qui vir fuit doctrina ⁊ vita apoſtolicus.

§. V. De ſanctitate vite ⁊ moribus interioribus ⁊ exteriorib⁹.

Vere de eo dici pōt id Eccleſiaſtici. Quaſi vas auri ſolidū ornatū omni lapide precioſo. Vas vtiq; electionis ſapientie ad portandum nomen Jeſu Chriſti corā regibus ⁊ gentibus ⁊ filijs Jſrael. Regibus ſcȝ chriſticolis qui virtutibus ſe regunt: gentibus Paganorū ⁊ Saracenorū: filijs Jſrael Judeis: quibus predicauit ⁊ innumeros cōuerterat vas auri: non luti terrena querens lucra vel honores: ſed que Jeſu Chriſti totus in charitate trāſformatus: quod ſuadet dñs gratie dicens. Suadeo tibi emere aurum ignitum vt locuples fias ſcilicet charitatis feruētia. Apocal. iij. Vas autem ſolidū fuit ad reſiſtendū omnib⁹ temtationibus: ad bibendū patiētiam ⁊ conſtantiā in omnibus tribulatiōibus: vt dicere poſſet cū apoſtolo. Quis nos ſeparabit a charitate. Xp̄i: tribulatio an anguſtia: ⁊c. Jn omnibus his ſuperamus propter eū qui dilexit nos ⁊c. Roꝫ. viij. Vas ornatum omni lapide precioſo. Quot ſunt virtutes: tot ſunt lapides precioſi huius vaſis. Fuit enim vt breuiter aliquid exprimamus: fidei zelator precipuus ſpe patientiſſimus: ad ordinationes religionis ſue obedientiſſimus: humilitatis profunde: et diſcretionis eximie: deuotionis mire: illibate virginitatis: maxime auſteritatis multe benignitatis: in conſilijs prudens: in ſermone facundus: in exponendis ſcripturis ſacris acutus. Nec gratie que dantur ad vtilitatem eccleſie ei defuerūt: ſed ſpiritus prophetie in eo fuit: gratia miraculorū adfuit: reſuſcitatio mortuorum poſt mortem eius multiplicata ſanctiſſimam oſtendit. Et ad particularis cōuerſationis eius admirāde deriuandos: hic vtiq; ſanctus corpus ſuum multipliciter cum Apoſtolo predicatore egregio caſtigabat: ⁊ ſpiritui ſeruire cogebat. Carnem ſuam edomuit in abſtinentia cibi ⁊ potus: plus ꝙ communis valetudo permittit. Nam non ſolum ieiunium ordinis a feſto crucis ſeptembrili ad paſcha vſq; continuabat: ſed quotidie predicando ⁊ diſcurrēdo per orbem omni tēpore in die ſemel comedebat: ab eſu carniū niſi in infirmitate: ⁊ tunc cum difficultate ſemper abſtinebat: et in menſa bibebat: quod vinum aqua non modica diluebat. ¶ Quid de veſtibus referam? Jpſis non pompoſis: ſed humilibus vtebatur: ſub quibus ad carnē cilicium occultabat. Argentū ⁊ aurum verus paupertatis amator non habebat: nec libros niſi tātum breuiarium ⁊ bibliam paruam ſecum deferebat pro predicādo. Et qꝛ aliquo tēpore infirmus in tibia: nō equo vel mulo ſed ſubiugali vehebatur: quū de loco ad locum trāſiret. Quum autem turbe populorū eum circundarent: beatū ſe putabat qui vel de capa poſſet ex deuotione aliquid obſcindere: vel de pilis aſelli quo ferebat. Quod tamē ex humilitate omnino fieri prohibebat: ⁊ eos dure increpabat: quaſi de idololatria arguens. Quū ſomnum daret oculis ſuis: non in culcitra quieſcebat ⁊ mollibus lectis / qui ſibi a ſuſcipiētibus cū parabantur: ſed ſuper ſtramina ⁊ ſaccones. Non nudus vel camiſia linea cooperatus: ſed habitu ordinis indutus lectū intrabat: ⁊ non ſolum nō corpus: ſed nec ipſos pedes nudos per plurimos annos aſpexit: tāta erat honeſtas ⁊ modeſtia eius. Aliquādo etiā pro puluinari more patriarche Jacob lapidem ſupponebat capiti ſuo. Et poſt dormitionē breuem / horam matutinalem vigilijs preoccupabat: orationibus priuatis inſiſtens: et primo cum ſocio hora decenti matutinale officium exoluebat cum magna maturitate ⁊ diligentia: non curſitando vel ſyncopizando ſed paulatim proferēdo. Et alij qui etiā referunt ꝙ vltra officium diuinū ⁊ miſſam dicebat ſepius vnum pſalteriū. Et aliquādo ab obſeruātibus mores ſanctitatis eius / quū in camera ſolus ſine lumine in oratione vigilans matutinas preoccupaſſet: viſa ſunt lumina per rimulas aſpiciētibus cubiculi clauſi: vt creditur diuinitus preparata. Jnter reges ⁊ principes loquebat ſapientiā: ⁊ ita reuerēter eum audiebant ſiue predicantē ſiue exhortantem in priuato: ⁊ verba ſua melliflua affectuoſe percipiebant: vt dei apoſtolū nouellū. Multaſq; inimicitias capitales ⁊ diuturnas inter magnates diſcordias abſtulit ⁊ ad pacem reduxit. Si quando a clericis vel religioſis aut monialibus inuitatus collationē doctrinalem faciebat: ne populi audētes eorū malis cōuerſationibus ſcandalizarētur: aut etiam ipſi clerici ⁊ religioſi ex detectis ſceleribus ſuis: non admiſſis laicis / ſermonem ad illos faciebat: arguens eorū mores incompoſitos: qui ſe inuicem non latebant. Certa hora audientiam preſtabat cōſilia petentibus pro ſalute ſua vel auxilia implorantibus. Exinde ſolitarius erat ⁊ tacebat vt leuaret ſe ſupra ſe in contemplatione diuinorū ⁊ meditatione ſacrarum literarū. ¶ Demum ad ſeptuageſimū etatis ſe protendens annum: in Britānia conſtitutus extrema infirmitate per plures dies elanguit. Qui etiam tunc ab eſu carnium abſtinere intendebat: ſed que eius curā habebant: pullum cōtuſuȝ ⁊ liquatū miniſtrabant prout neceſſariū erat: declarantes ipſi ꝙ cib⁹ ille ꝑ piſcib⁹ cōficeretur nō ex carnibus. Tandē deuote ſumptis eccleſiaſticis ſacramentis: ad dñm feliciter euolauit: anno vt dictū eſt. M.cccc.xviij. mēſe Aprilis: die mercurij ante ramos palmarū: ſepultus in ſenectute bona in ciuitate Venetenſi in eccleſia cathedrali: qꝛ ordo nō habebat ibi punctum: exequijs eius ſepulture honorabiliter exhibitis. Et licet in vita aliqua miracula per eum deus fecerit: copioſiſſime tamē poſt mortem eius ſanctum ſuum dominus mirificauit. De quibus aliqua dicentur.

Vincenti⁹ in ciuitate Venetēſi morit.

§. VI. Jnſuper glorioſum iſtū

Vincentium ſpiritu prophetie claruiſſe: ⁊ multa occulta diuinitus ſibi reuelata ⁊ alijs manifeſtata: ex pluribus atteſtationibus liquido cōſtat. Quum enī in Aragonia predicaret: ⁊ ante predicationem vt ſui moris erat / celebraret preſente rege Aragonū: moram trahens ⁊ copioſas lachrymas effundens plus ſolito: poſtea interrogatus a rege an forte ei aliquid noui contigiſſet: reſpondit ea hora patrem ſuum ad dominum migraſſe / qui tamen locus multum erat diſtans a domicillo patris. ¶ Altera vice quum in Britannia predicaret: in ipſa predicatione orationi ſe tradidit per longam moram ⁊ poſtea predicationem proſequens loquit ad populū. Non miremini quod per me geſtum eſt modo ſcilȝ orando. Noui enī nunc genitricē meā in extremis conſtitutam a domino euocatā: ⁊ ideo ꝓ ea ipſum oraui. Sicq; compertū eſt: percunctata diligentius veritate. ¶ Jtem quum vnus ex ſocijs ſuis frater ordinis predicatorum lōge exiſtēs a ciuitate vbi tunc erat beatus Vincē diē clauſiſſet extremū: vocauit vir ſctūs ſocios dicens. Talis ſocius noſter hac hora tranſiuit a ſeculo iſto: ⁊ ſicut mihi eſt reuelatus trāſitus eius: ita ⁊ ſtatus eius in altera vita: qꝛ ſcilicet in maximis penis eſt in purgatorio: ſed quilibet noſtrū faciat orationē pro anima ei⁹: ⁊ die craſtina ſcietis quō ſe habeat. Qđ quū ſinguli feciſſent: ⁊ maxime ille vir btūs: die ſequenti congregatis eiſdem dixit. Scitote qm̄ dñs miſeri⁹ eſt ſerui ſui: ⁊ omne debitū penarū dimiſit ei: ac liber factus a purgatorio ad curiā celeſtem aſcendit. Jtē qdā noīe Ferdinandus de Aragonia / qui fuit longo tp̄e vnus de diſcipulis hoīs dei: ⁊ ſecutus eſt eum per multas regiones ⁊ regna: qui poſtea fuit capellan⁹ regis Aragonū: ⁊ exinde ep̄s Teſelēſis: inter cetera atteſtatus eſt ꝙ beatus Vincen. ſibi dixit aliqñ. Niſi ſcirem qꝛ poſt obitum meū multum laborabis pro honore meo: non permitterem te mecū venire: adeo peruerſus es. Cui Ferdinandus ait. Ora pro me pater. Qui reſpondit ei. Ego hoc iam operatus ſum: ⁊ conceſſum eſt quod non damnationem incurres eternā. Multaq; ſibi dixit occulta preterita ⁊ futura. Retulit idem ꝙ quū iuuaret in aſcendendo vel deſcēdēdo de aſello btī virū: illi porrigendo manū dexterā ad ſuſtentandum ſe: ad contactū eius odor ſuauiſſimus de manu eius egrediebatur: ⁊ tantus ꝙ per tres dies vel quatuor non recedebat ab eo odoris fragrantia. ¶ Predicāte quoq; ipſo in ciuitate Jlardenſi in eccleſia ordinis ſui. ſ. predicatorum adſtante rege Aragonū Ferdināndo: ⁊ multitudine copioſa plebis: dixit ipſi regi. Mittatis duos milites: qꝛ eſt quidam itē bris debilitatus qui venit ⁊ ambulare non pōt: niſi per terram cum manibus ⁊ pedibus ſe trahat: ⁊ eſt prope ꝑ mediū miliare. Qđ rex ſtatim fecit. Et qui miſſi fuerant / inuenerūt eum vbi ſctūs predixerat ⁊ per terram reptantem. Hoc certe nec videre potuerat ita remotus exiſtens ⁊ in eccleſia: nec ſciebat via humana: ſed reuelatiōe prophetica. Adductum aūt per milites ⁊ poſitum ante beatū virū: poſitis manibus ſuper caput eius: orās eum ſanitati reſtituit. Quo facto ſtupuerūt oēs. ¶ Jn partibus etiā Cathalonie quum eſſet in loco q̄ dicitur Taiocha: ⁊ congregata multitudine qui venerāt vt audirēt eum: aſcendens ambonem ⁊ tacens nihil proponebat. Propter qđ murmur multus erat de eo in populo quare non predicaret: ⁊ expectare faceret tā diu eſurientem verbum dei per eum. Tunc ipſe ait. Non murmuretis ſi non predico: qm̄ oportet expectare gratiā dei. Quo dicto in circūitu ambonis in quo ipſe predicabat: deo diſponente fuit derelictus locus: vbi poſtmodum Judei ſederunt ⁊ populo ignorāte eorū aduentū. Et paulo poſt venerunt oēs Judei illius ciuitatis ad audiendū eius predicationem. Jnterrogati aūt iudei q̄s eos venire fecerat: reſponderunt. Nullus ſed ex ſe moti in cordib⁹ ſuis ꝓpoſuerunt venire. Et ex hoc interpretatus eſt populus: q̄d beatus Vincentius intenderet quū dixit. Oportet expectare gratiam dei que ſcilȝ inſtigaret Judeos illos ad veniendum illuc: quorū magna pars cōuerſa eſt ꝑ fidem ad gratiā eius collatam. ¶ Jn partibus

Beatus Vincentius prophetico ſpū ſuie predixit.

Carquaſſone quum ꝓdicaret: tāta ſiccitas accidit ꝑ defectū pluuie ꝑ ſeptē menſes: ꝙ fruct⁹ oēs terre deperdebant. Qui rogat⁹ ab omni pplo ꝓ pluuie impetratiōe: facto altari mādauit adſtantes oēs genuflectere: ⁊ accipiens crucem in manu ab altari in qua erat de ligno crucis: fecit ſignum crucis in aere premiſſa oratione prolixa: ⁊ ſtatim celū dedit pluuiā copioſam per duos dies durantē: ex qua terra abundanter irrigata dedit fructum ſuū ⁊ vberē eo anno. ℂ Aliud contigit non minori admiratiōe dignum. Nam quū tāta eſſet pluuia duobus illis dieb⁹ de celo deſcēdens: ⁊ ipſe ſe ad iter pararet predicandū ad certū locū: ⁊ ſocios ad idem ſolicitaret: dixit vnus ex illis. Pater ꝗd faciemus? quō poſſumus hinc recedere tanta aquarū inundatiōe minime ceſſante? Reſpōdit ille. Nō dubitetis: q: poſt prandiū ſolis irradiatio apparebit: ⁊ ꝗ prius erat in nubilo: ⁊ ſerenitas magna. ⁊ ita euenit. ℂ Quidam puer decē vel vndecim annorū Guilielmus nomine de villa ſancti Egidij infirmat⁹ ꝑ duos annos cū dimidio in inferat mutus: nec ambulabat: nec ſe mouebat: quaſi nihil comedebat vel bibebat: et ſenſum quaſi amiſerat. Uā percuſſus nō volebat: ex quo erat deſiccatus vt parētes magis mortem ei optarent ꝙ vitā ita crudelem. Parentes eius audita fama ſanctitatis beati Uincen. qui tūc in Anglia ꝓdicabat: ⁊ eius predicationib⁹ rex Anglie Henricus illuſtriſſimus quotidie intererat: duxerūt puerum ad illum. Et ꝓdicatione completa/ poſuerunt ante eum: deprecātes vt orationib⁹ ſuis vel ſanum redderet: vel ꝑ mortem a tantis miſeriis liberaret. At beat⁹ vir mandauit omnib⁹ vt genibus flexis pro puero ſanando orarēt. Ipſo quoq; pro eo orante: corā rege ⁊ omni multitudine ſurrexit puer ſanus perfecte loquēs/ manducans/ ⁊ bibēs/ ⁊ ambulās: ⁊ deo gratias agens reuerſus eſt in domū ſuā. Talis defectus ei acciderat ex eo ꝙ peſte ꝑcuſſus l inguinem a toſore inciſus male fuit curat⁹. Dixitq; beat⁹ Uincen. ꝙ toto illo tēpore dormierat puer: ⁊ ꝙ ſpirit⁹ toto illo tpe quo dormierat/ nutriebat eū: qui nō erat ſpirit⁹ malus ſed bon⁹. Et illud ex reuelatione creditur ab eo ſcitū.

§. VII. De miraculis eius in vita.

Dum adhuc viuēs beatus Uincē. de ciuitate Ilerdenſi Cathalonie verſus Barchinonam multitudine magna comitatus iter perageret: contigit eum pro ſua ⁊ ſequentium refectione ad quoddam hoſpitium declinare. Hoſpes autem ſe nihil habere dixit niſi parum farine in quodam ſacco et modicum vini in fundo vegetis: quod iā vini ſapore amiſſo aceſcebat. Uir autem dei de altiſſimi liberalitate cōfiſus: ex farina mandauit aliquot confici panes ⁊ coqui: ac de vino illo hauriri: vt vniuerſe multitudini que erat circa duo milia hominum: diſtribueretur. Quod quum factum fuiſſet tanta facta eſt multiplicatio panis ⁊ vini: ꝙ omnes manducauerūt et ſaturati ſunt. Ipſum quoq; vinum nō acetum/ ſed in ſuauiſſimum ſaporem conuerſum biberunt quātum voluerūt. Hoſpes autem tanto prodigio ſtupefactus/ non permiſit hominē dei inde diſcedere: niſi prius benediceret domum ſuam. Craſtina autem die ſaccus et veges que vacua fuerant reliꝯta: plena ſunt reperta. ℂ Quidā iuuenis Longobardus magne ſimplicitatis quum beatum Uincē. publicam agens penitentiam ſequeretur: qui quaſi omni die fortiter ſe diſciplinabat: accidit vt in quodam ſecreto loco ville Terraconēſis dioceſis ſe poneret ad orandum: et quandam mulierem mutam turpiſſimam falcem manu tenentem aſpiceret: qui diabolum eſſe exiſtimans in eam irruit: totq; vulnera eius corpus inflixit: ꝙ ſeminecē reliquit. Relata ſūt hec beato Uincen. qui locum adiens: frontem ⁊ os mulieris que a natiuitate muta fuerat cruce ſignauit: que ſtatim locuta eſt: ⁊ cōfeſſorem petijt cui poſſet confiteri. Ei autem adueniēti ita diſtincte ſuam confeſſionē fecit: acſi nunꝗ muta fuiſſet. Completa vero confeſſione ⁊ ſuſceptis ſacramētis eccleſiaſticis ſpiritum exhalauit. ℂ In ciuitate Ualentie vir quidā filiā xiiij. annorum habens: atque a ſeptem annis ceteris temporum interuallis grauiſſime a diabolo vexabat: quum ad beatum Uincen. funibus ligatam/ ⁊ a decē viris vix detentam altiſſime vociferātem/ ⁊ ab ore ſpumas horribiliter emittētē/ cuꝯrādam duxiſſet: vir dei ꝓcepto diuino, demonē adſtrinxit: vt quare et quo tempore et quō corpus puelle fuiſſet ingreſſus fateretur. Demon adſtrictus ad ſingula per ordinē reſpōdit. Tādē in fronte puelle expreſſo crucis ſignaculo: ⁊ ex pte dei ſibi a viro ꝓcepto facto vt corpus obſeſſe egrederet: emiſſo terribili eiulatu/ fetorēq; ſulphureū horribilem relinquēs/ a puelle corpore diſceſſit: ⁊ ipſam liberam dimiſit. ℂ Quidam ex villa que dicitur Mōs albus Terraconēſ. dioceſ. oriundus: ex quadam egritudine ſurdus effectus: diuq; in dicta ſurditate perſiſtens: vidit in ſomnis quendam fratrem in habitu predicatorum: qui per ſignum crucis in auribus eius factum eum ſanitati reſtituere videbatur. Quam viſionem quū quibuſdā amicis ſuis ⁊ notis intimaſſet: ipſi eū ab beātū Uincē. adduxerūt narrātem viſionē: ꝗ oratione fuſa ſuper eum auditū ei plene reſtituit. ℂ In feſto aplorum Petri ⁊ Pauli in regno Aragonie eo celebrante miſſam/ vt poſtea de more ſuo predicaret: ſubito facta eſt tanta nubiū denſitas: tātus terribiliū tonitruorū fragor: ⁊ tam continua coruſcationū ⁊ terribilis deſcenſio fulgurum: vt tota mundi machina ruinam minari videret. Quāobrem ſinguli adſtantes exiſtimabant ſe penit⁹ perituros. At vir dei perfecto ſacrificio: oratione breui premiſſa: crucis ſignaculū cōtra tempeſtatem fecit: ⁊ aquam quoq; benedictam aſperſit per aerē: ⁊ ſubito ceſſante tēpeſtate tāta eſt ſerenitas ſubſecuta: acſi nulla tēpeſtas illo die contigiſſet. ℂ In ptib⁹ Toloſanis multi īfirmi accedebant ad eum pro benedictione: vt ſanarentur a languoribus ſuis. Et inter ceteros per ſacerdotem ⁊ vnum laicum adductus fuit vnus paralyticus: qui ſeptem annis fuerat illa infirmitate grauatus. Hic cū magnis clamorib⁹ benedictionem a beato viro poſtulabat. Qui quum increparetur a ſeruitoribus vt taceret: ⁊ hora veſperorum reuerteretur: at ille multo magis clamabat: affirmans quia non inde recederet: niſi prius videret faciem beati viri: ⁊ benedictionem ab eo reciperet. Negantibus illis: peruenit clamor ad aures ſancti: qui cognita cauſa clamoris: illi compatiēs camera egreſſus acceſſit ad locum vbi ille erat: ⁊ ait. Quid petis? Et ille. Benedictionem pater ⁊ ſoſpitatem. At beat⁹ Uincentius ad eum. Crede fili in deum: ⁊ ſpem tuam pone in eum: ⁊ ego ex parte eius te benedico in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Et tetigit corpus/ caput/ ⁊ manus dicens. In nomine Jeſu ſurge ⁊ ambula. Qui ſtatim ſurrexit ſanus. ℂ Alius etiam paralyticus Joannes ciuis Toloſanus deportatus iuxta voluntatem ſuam ante eum: poſita manu ſuper caput eius conſolidatus receſſit. ℂ Lugduni predicante dei viro quidā armiger qui ſcelera perpetrarat innumera: audiens predicationem eius compunctus corde/ acceſſit ad ſacerdotem pro penitentia. Et confeſſo diligenter iniunctum fuit ei/ vt ſe diſciplinaret ⁊ ageret publicam penitentiam: ſicut publicus erat peccator: cum alijs ſe verberando. Qui dixit confeſſori ſe illud nunquam facere poſſe vt ſe verberaret. Conſultus ſuper hoc beatus Uincen. dixit confeſſori vt hortaretur illum armigerum ſaltem ad ſpoliandum ſe cum illis qui ſe diſciplinabant: ⁊ verbera dimitteret: quod ⁊ fecit. Expoliatus igitur ⁊ poſitus inter ſe diſciplinantes: orante pro eo beato Uincē. in tantam compunctionem ille deuenit: ꝙ accipiens vnū flagellum/ ita ſe terribiliter verberauit: ꝙ totam ſocietatē ad fletum prouocauit: ⁊ niſi fuiſſet ablatum illud de manibus ſuis: ſe interfeciſſet verberibus: ex maxima contritione orationibus ſancti ſibi infuſa.

§. VIII. De miraculis ſcti Uincentij poſt mortem eius: ⁊ precipue de reſuſcitatione mortuorum.

Ad inuocationē eius: iuuenis quidam ex altiſſima arbore cadens ac mortu⁹ per multas horas iacens: facto voto et viſitato ſepulchro beati Uincē. per quendam abbatē auūculū eius: vite reſtitut⁹ eſt: ⁊ diu poſtea ſuperuixit. ℂ Puer quidam quem mater facto voto ad beatum virum ex marito cōceperat: quum mortuus eſſet: ⁊ ꝑ multas horas defunctus iacuiſſet: deferentibus hoīb⁹ corp⁹ eius ad ſepeliendū: mater ad ſepulchrū ſancti cucurrit cum lachrymis multis exorans ſctm Uincē. vt ſicut precib⁹ ſuis obtinuerat vt ipſum cōciperet ⁊ mūdo pareret: ita ipſum ad vitā hui⁹ ſeculi reuocaret. Ipſa igitur matre ſuper corpus filij ſui defuncti miſerabiliter lachrymante ⁊ vociferante: reuixit puer integram recuperās ſanitatē: ꝗ ex infirmitate mortē incurrerat. ℂ Adoleſcēs quidā quum nataret in quodā fluuio: ⁊ ſubmerſus eſt corpuſq; eius exanime diutius māſit: donec ſepultura ei prepararetur. Emiſſo autem voto a quibuſdam ex ſuis adſtantibus ad beatū Uincentiū: anima redeunte ad corpus viuificatus/ magnū gaudium fecit conſanguineis ſuis: ⁊ admirationem oībus videntibus ⁊ audientibus excitauit. Inſup ⁊ alios plures ad glorīā ſuā oēs ex morte ad vitā reuocauit: cecos illuminauit: contractos ⁊ membris debilitatos ſanauit/ claudos erexit: paralyticos a membrorum diſſolutiōe cōſolidauit: a tremore capitis ceterorumq; membrorū aliquos curauit: obſeſſos a demonibus liberauit: e carceribus captiuos eduxit: nautas periclitantes a maris periculis ad ſalutis portum euexit: epilepticos morbo caduco detentos ⁊ febricitātes plene reſtituit ſanitati: apoſtematibus diuerſiſq; inflaturis impeditos liberos fecit: ab epidimia / lepra / hydropiſi / a podagra / et illiaca paſſione plures incolumes fecit: ⁊ res deperditas adinueniri eius auxilio inuocato fecit. Que predicta ſunt ex epiſtola canonizationis eius extracta. ℂ Inſuper ⁊ quedam alia teſtificata ⁊ recollecta reperi: quorum aliqua etſi non omnia dicemus et precipue

de reſuſcitatione mortuorum:qđ eſt maximum miraculum.
Quidam nomine Perinus infatuatus eſt ⁊ per ſuos catena-
tus/qui ductus ad ſepulchrum ſancti/obdormiuit ibi:⁊ ap-
parente ei in ſomnis beato Vincentio ſanatus eſt et reuer-
ſus ad rectum ſenſum. Poſt quod vxore eius Joanna nomi-
ne infirmata ad mortem:vir eius votum vouit ad ſanctū p
eius liberatione:⁊ ſanata eſt. Filius quoq̃ eorum ex infectio-
ne peſtis ita percuſſus eſt:vt e vita migraret. Facto autem
voto ab eis beato viro pro reſuſcitatiõe eius:viuificat⁹ eſt.
Hec omnia publice facta ſunt in eccleſia Venetenſi. ¶ Ab-
bas quidam Ciſtertienſes ordinis dioceſis Venetenſis/vo-
lens prandere miſit nepotem ſuum ad colligendas nuces de
arbore ex qua cadens quum ex magna altitudine fuiſſet la-
pſus:mortem incurrit. Abbas autem hoc percipiens/votum
emiſit ad beatum Vincentium pro eo:pergens etiam ad ſe-
pulchrum ſancti:⁊ pro eo orans. Cui reuertenti ad monaſte-
rium obuiauit nuntius accedens ad eum/nuntians ei cu
gaudio magno reſuſcitationem nepotis ſui:de quo gratias
magnificas deo egit ⁊ ſancto Vincentio. ¶ Joannes filius
Maydo ciuis Venetenſis infirmatus ad mortem facta ora-
tione a ſuis ad ſanctū Vincentiū liberatus eſt. Et qı nõ ma-
nifeſtarunt miraculum ipſum ad gloriā dei ⁊ ſancti ſui:poſt
aliquot menſes iterum infirmat⁹ eſt ita vt moreref. Compa-
triotes noti ⁊ amici patri ⁊ matri eiuſdem multum querulā-
tibus ⁊ lamentātibus:omnes vna voce clamarunt. O beate
Vincẽti ora pro eo/vt reuiuiſcat:qui ſtatim ſurrexit incolu-
mis manifeſtās omnibus miraculum:ne vt ingrato deteri⁹
ſibi cõtingeret. ¶ Quidam Joannes de loſſelino exiſtẽs ri-
paria anguſta nominata:videns multos pueros natantes ⁊
iuuenes:cepit vnum puerum conſanguineum ſuum penitus
natare neſcientem:⁊ ducebat eum per ripariam docens eum
natare. Et tantum duxit eum:ꝙ venerunt ad vnum molẽdi-
num:vbi erat aqua altiſſima duarum lãcearum:⁊ ibi ambo
ceciderũt ipſe ⁊ puer qui erat annorum quindecim. Et Joã-
nes quidem exiuit natando puer autem ſubmerſus eſt:licet
bis ſuper aquas aſcẽderit:in tertia vice ſuffocatus eſt. Erãt
autẽ ibi quadraginta viri et mulieres hec videntes:qui oẽs
compatientes puero clamauerunt vna voce dicentes. Sit ti-
bi recommiſſus puer iſte ſancte Vincẽti:pluries verba illa
replicantes. Corpus ad littus applicui⁹ capite ⁊ mẽbris diſ-
ſolutis. Hec videntes cadauer eius omnes adſtantes cū pro-
genitoribus eius et conſanguineis ad ſepulchrum ſancti de-
tulerunt:et facta oratiõe a clero ⁊ populo ⁊ voto emiſſo puer
ſurrexit incolumis. ¶ Joannes filius Dognali Venetenſis
dioceſis annorum. xix. poſt bibitionem aque ex vna aquaria
argenti ita tumidus effect⁹ eſt:ꝙ venter deſcẽdebat ad ge-
nua:⁊ vmbilicus groſſus ⁊ lõgus vltra genua ad inſtar dolus
brachij hominis:guttur eius etiā ita turgidum vt inferius
aſpicere non valeret. Qui ab omnibus medicis in cura dere-
lictus vt cito moriturus:⁊ vix in diem vnam hoſtiam pro ci-
bo accipere poterat:demum acceſſit ad eum in extremis con-
ſtitutum auunculus eius dominus Henricus dicens ei. Si
placeret beato Vincentio orare pro te pro ſanitate recupe-
randa ducerem te ad ſepulchrum eius. Qui ſtatim aperuit
oculos. Cui dixerunt adſtantes. Vis oremus pro te beatum
Vincentium? Qui reſpondit. Rogo vt faciatis. Et faciens ſe
eleuari:⁊ rogauit omnes vt ſimul cum eo orarent. Ipſe quoq̃
votum vouit beato Vincẽtio viſitare ſepulchrum eius cum
imagine cerea. Statimq̃ ille vmbilicus a parte inferiori aper-
tus eſt:ex quo exierunt multi lapides groſſi ad modum quo-
rum:⁊ ſanus effectus eſt.

§. IX. Joãnes guerre Trecen-
ſis dioceſis archerius illuſtriſſimi ducis Britãnie:⁊ fuit vul-
neratus ad mortem ab aliquib⁹ alijs archerijs in capite bra-
chiorum tibijs:⁊ grauiſſime infirmus iacuit per dies octo. De-
mum qui curam eius gerebant:cernentes eum morti appro-
pinquare:vocauerũt ſacerdotem eius parochialẽ celeriter
nomine Oliuerium. Qui veniens ad audiendam confeſſio-
nem eius ⁊ alia miniſtranda eccleſiaſtica ſacramenta:inue-
nit eum loquelam amiſiſſe:⁊ in extremis laborare. Relictis
igitur alijs officijs fecit ſibi recommendationem anime:ita-
ꝙ ille animā exhalauit. Recedit pleban⁹ vt pararet ei ſe-
pulturam extra cemiterium:qı defunct⁹ erat ſine ſacramẽ-
tis. Dum hec fiunt:quidā adſtantes circa corpus defuncti vi-
ri ⁊ mulieres:plorãtes animam illam vt deperditam:qı ſine
ſacramẽtis de hac vita receſſerat:⁊ inuocauerunt beatū Vin-
cen. alta voce:vt ſuis meritis ⁊ precibus anima illa reuocare-
tur ad corpus:vt poſſet ſaltem ſibi puidere de eccleſiaſticis
ſacramentis recipiẽdis. Et facto vnanimiter ab omnib⁹ vo-
to:ſurrexit ille:⁊ aſſerens ꝙ viderat beatum Vincentium cū
multis aſſociatū in albis deſcendentẽ eū:qı demones in mul-
tis e varijs ſpeciebus apparẽtes vexauerũt eū. Et niſi adue-
niſſet beatus Vincentius:deuoraſſent eum. Gratias igitur
agens deo:venit ſtatim ad ſepulchrum eius:⁊ in illa eccleſia
confeſſus eſt:⁊ votum emiſſum adimpleuit:ac ſanatus ple-
ne ex illis vulneribus/poſtmodū plurib⁹ annis ſuperuixit:
quod totū viderunt plurimi preſentes ad hoc laici vtriuſq̃
ſexus ⁊ ſacerdotes. ¶ Quedā mulier pregnãs in ptibus Bri-
tannie:⁊ vos dierū venit ad tantū deſideriū carnium humana-
rum ad comedendū:ꝙ videbat ſibi debere mori ſi non come-
deret. Qđ quum viro ſuo dixiſſet:⁊ ille negaret implere deſi-
derium ſuum:illa ꝗ amẽs erat/capta opportunitate accepit
filiū paruum quem habebat duoꝝ annorum vel circa ⁊ occi-
dit eū:⁊ diuidenſq̃ in duas partes paruuli corpus/coxit vnã
partẽ vt comederet carnes illas. Vir autem domum reuer-
ſus ⁊ inueniẽs factū:quanto dolore captus fuerit quilibet
põt imaginari. Parcẽs aūt fatuitati vxoris:⁊ accepit ptes filij
diuiſas ⁊ partim coctas portans ad ſepulchrum beati Vin-
centij:multumq̃ orans pro ſuſcitatione eius:⁊ voto q̃ facto ſu-
ſcitatus eſt puer mirante tota Britannia:⁊ concurrentibus
populis ad videndū tantū prodigium ⁊ ſanctum venerãdū.
Viderũt oẽs ſigna diuiſionis facte in corpore paruuli in p-
tes p modū fili remanentia. ¶ Demum alijs omiſſis:reperi-
untur xxviij. defunctos poſt mortẽ ei⁹/p merita eius/⁊ ad inuoca-
tionẽ nominis eius reſuſcitatos ſigillatim ⁊ multum diſtin-
cte notatos a notarijs in pceſſibus factis ad inquiſitionẽ
de vita eius ⁊ miraculis factam in diuerſis regnis:in Bri-
tãnia in regno Appulie:ex ordinatione Nicolai quinti ſum- Beati
mi pontificis ⁊ ſucceſſoris eius Caliſti tertij:qui proceſſib⁹ Vincentij cano
ipſis examinatis p cardinales aliquos epos:de pſilio ⁊ aſſen- nizatio.
ſu cardinaliū ⁊ epoꝝ oīm in curia exiſtẽtiū:decreuit cano-
nizationẽ eiuſdẽ. Quā ſolẽniter fecit in feſto aplorū Petri ⁊
Pauli in eccleſia beati Petri:ſui pontificatus anno primo.
Et feſtū ſeu officiū celebrari mãdauit oibus nonis Aprilis
id eſt. v. Aprilis:qua ex hoc mundo trãſiuit ad patrẽ. Preterea
quum quidam in Hiſpania nauigarẽt per mare:videntes na-
uium quandam piratarum venientẽ contra eos ad predãdū
timuerũt valde ne caperentur ab eis. Vnde ceperunt ſe inuicem
hortari:vt ſe cõmendarent btō Vincẽtio nouiter defuncto
quē multa miracula per eum deus faceret:⁊ bñficia pluri-
mis preſtaret. Dixit aūt vn⁹ ex illis Jacobus noie/puſillus
corpore ⁊ minor fide. Quomodo poterit iſte iuuare nos:ꝗ nõ
potuit ſe defendere:quin ſicut alij moreretur? Qui ſtatim lo-
quelam amiſit:⁊ os eius retortũ eſt:ita vt ſub aure eſſet. Il-
li aūt oẽs ſe beato Vincentio ⁊ dño cõmẽdarunt:auxiliū po-
ſtulantes. Quo facto:ecce ventus irruens contrarius illis
piratis:nauem illorum impulit ad loca valde remota. Li-
berati ergo ab illorum periculo gratias egerunt deo et bea-
to Vincentio:arguentes illum Jacobũ de ſua infidelitate.
Qui ex flagello cognoſcẽs errorẽ ſuū ac penitẽs:vſum loq̃le
plene recepit. Tortuoſitas aūt oris permãſit quouſq̃ ad por-
tum oibus applicantib⁹ ille deſcendens in terras ſepulchrū
beati Vincẽ. adijt ⁊ ibi orans peccatũ ſuum deplorẽs/recti-
tudinẽ oris more priſtino recuperauit. Idẽ quū viueret:⁊ ſce-
leratiſſimus quidā ex deſperatione diabolo ſe tradidiſſet ab
eo inuocato:ac chirographum manu ſua de ſua ei traditiõe
feciſſet:⁊ reuerſus ad cor adijt beatū Vincen. predicãtem:qui
iniũxit adſtantibus vt genuflexi orarẽt pro illius liberatiõe.
Poſtq̃ audiuit ab eo ſeriem rei geſte:ipſe etiā orans adiura-
uit diabolū:⁊ ei mandauit vt chirographum reſtitueret:qđ
⁊ coactus fecit. Ille aūt liberatus ſecutus eſt beatum Vin-
cẽ. cum alijs:⁊ poſtea laudabiliter vixit.

¶ De Jordane primo generali ordinis poſt beatum Do-
minicum. Capitu. ix.

Preter quatuor pnotatos ſctõs fratres ordinis predicatorum canonizatos
ab ecclīa cū omni ſolennitate. ſ. btm̃ Dñicum hi-
ſpanum:qui fuit primus pater ⁊ inſtitutor ordinis:et gñalis
magiſter ordinis ipſius beatum Petrum martyrem ⁊ inqui-
ſitorem hereticorū ⁊ Longobardum de ciuitate Verõe:bea-
tum quoque Thomam de Aquino regnicolam doctorem co-
pioſiſſimū ⁊ veriſſimū:⁊ ſanctum Vincentium Valentinum
magiſtrum in theologia ⁊ predicatorẽ apoſtolicū cui in dieb⁹
ſuis nõ eſt inuẽtus ſimilis in grã predicãdi:⁊ fuerũt ⁊ alij fra-
tres in dicto ordine diuerſis tpibus valde excellẽtes in vite
ſctitate in ſciẽtia ⁊ doctrina:⁊ aliqui etiā in miraculis in di-
uerſis partibus claruerũt:⁊ li nõ fuerint canonizati. De quo-
rū aliquib⁹ magis mihi notis ex libro qui intitulat de vitis
fratrū vel alijs libris aliꝗ deſcribent mirãda:⁊ in aliquibus
imitãda:qđ ſignãter dico:qı nõ oibus datur gratia miracu-
lorū vel ſermo ſapiẽtie aut ſciẽtie. Poſt tranſitū igit beati Frater
pris Dñici ſucceſſit in regimine totius ordinis frater Jorda- Jordanes teu-
nes (vel Jordan⁹) Teutonicus de Saxonia:q̃ fuit ſpeculum tonicus
ſine macula ⁊ exemplar totius religionis. Deniq̃ pietatem
(que

(que ſecundum apoſtolū vtilis eſt ad oia) non ſolum in religione: ſed etiā in ſeculo exiſtens ſibi pleniſſime vendicauit. Erat eni ſuper miſeros et afflictos pia geſtās viſcera: adeo vt raro vel nunq̄ is nō eſſet multū pecunioſus: pauper aliquis ab eo ſine eleemoſyna diſcederet: et maxime primo pauperi mane ſibi occurrēti ſolit⁹ erat dare: etiā ſi non petiſſet. Semel autem cōtigit quum theologie Pariſiꝰ operā daret: et cōſuetudinis ſue eſſet oi nocte ad matutinas ſurgere: q̄ quadam nocte ſolenni ſurgeret: et quū iā ad matutinas crederet eſſe pulſatum: ſolam capā induens: et cingulo ſe cingēs feſtināter ad eccleſiā properauit. Cui illico pauper occurrit eleemoſynam petens: et quū nihil inueniret qđ daret: cōceſſit ei cingulum ſuū: et ad eccleſiam veniēs inuenit eā clauſam: q2 nōdum erat pulſatū vt putauerat. Expectauit ergo ibi vſq̄ ad apertionem ianue per miniſtros eccleſie: quā quū ingreſſus eſſet deuote ad crucifixum orās frequenter inſpiciēs: vidit crucifixum ſculptū ſua corrigia cinctum quā paulo ante pauperi dederat amore crucifixi. Hic ergo quū baccalaure⁹ eſſet in theologia: Pariſiꝰ recept⁹ eſt a pie memorie fratre Reginaldo: de quo. ſ. dictū eſt q̄ ſanatus fuit a beata Maria et ei habit⁹ ordinis quē deferrēt fratres oſtēſus: eo ibi predicante ad ordinē. Et quū quodam tpe de Longobardia in qua factus fuit puincialis quū vix annum expleſſet in ordine pergens in Teutoniā cū tribus vel duobus fratribus et vno clerico ſeculari: et in via in alpib⁹ declinarūt ad hoſpitiū cauſa recreatiōis multū ex itinere famelici. Ac hoſpes ſe excuſauit: dicens eos q̄ prius illac trāſierāt omnia pſumpſiſſe: nec habere niſi duos panes pro ſe et familia ſua. At frāt Jordanes ait. Appone chariſſime: q2 egemus multū. Duob⁹ igitur appoſitis panibus data bn̄dictiōe cepit pauperib⁹ illac trāſeuntibus largas de eo eleemoſynas facere: ita vt hoſpes reprehēderet eū: et fratres ſocij timētes ne ei deficeret: et clauſit oſtium hoſpes ne pauperes intrarēt: ſed econtrario frater Jordanes iuſſit oſtiū aperiri: et ex panibus diuinit⁹ multiplicatis eleemoſynas. xxx. pauperibus tribuit adeo magnas vt ſufficeret eis p vno prandio: et tantū poſt comeſtionem eorum ſuperfuit vt ſufficeret ad vnam refectionem. At hoſpes ait. Uere hic homo ſanctus eſt: et noluit recipere precium prandij: quinimmo impleuit gratis flaſculū eorū vino ſuo. Jnde vltra pcedens in villa que dicit Lugirſabeū quē fluxum ſanguinis patiebatur ex narib⁹ ita q̄ triginta vicibus inter diē et noctem fluebat e narib⁹ facta oratiōe tactu eius ſanauit. Progreſſus ad aliā villā quendam ſacerdotē a quartana diu detentū audita confeſſione eius ſanauit. Fabrum q̄ ex nimio calore fornacis viſum vni⁹ oculi amiſerat: oratione permiſſa reſtituit plene ſanitati.

§. I. Defuncto autem beato dñi-

co poſt ſecundum capitulum generale: in tertio capitulo generali qđ fuit celebratum Pariſiꝰ: fuit canonice electus in magiſtrum ordinis iſte frater Jordanes quum adhuc nō cōpleſſet in ordine duos annos cum dimidio: propter magnam probitatem eius in vita et doctrina anno domini. M.ccxxij. Hui⁹ tempore mirabiliter multiplicatus eſt ordo et dilatatus per orbem in prouincijs et fratribus: et adeo gratioſus erat in verbo: vt mille fratres ad ordinem iduceret. Et multi viri excellentes in diuitijs in nobilitate et ſcientijs ſub eo ordinem intrarunt: vt Hugo cardinalis: Albertus magnus: Raimund⁹: et alij. Sub eo fuerūt primo licentiati fratres Pariſiꝰ ad legendum: et habuerūt duas ſcholas. Intrauit ordinem frater Joānes Anglicus de ſancto Egidio magiſter in theologia facto primo ſermone. Ipſe etiam Jordanes magiſter fuit qui induxit conſuetudinem de faciendis collationibus ſcholaribus Pariſiꝰ. Sub eo introducta eſt conſuetudo de cantādo Salue regina poſt completorium. Sub eo celebrata ſunt duo capitula generaliſſima Pariſiꝰ: in quorum vltimo ſtatutum eſt de ſilētio menſe. Eius tempore quatuor minores prouinciole coequate ſunt alijs octo in poteſtate: quoad diffinitores et ad electionem magiſtri: quod ante non habebant. Scribebat ſepe fratribus quos videre non poterat literas dulciſſimas ſancte conſolationis et exhortatorias: modo omnibus: modo aliquibus prouincijs vel conuētibus vel fratribus epiſtolas ſcribebat. Sub eo tranſlatum eſt corpus beati Dominici ad honorabiliorem locum: et eodem anno canoniʒat⁹ eſt. Fuit autē magiſter iſte Jordanes multum notus et dilectus a domino Greg. papa. ix. et ab alijs curialib⁹: gratioſus apud magnates et religioſos et clerū et populū et vniuerſitatibus ſcholarium vbiq̄ adeo q̄ vix poterāt ſatiari de verbis gratie que procedebant de ore eius ſiue in ſermonibus ſiue in collationibus. Unde quando erat Pariſiꝰ: incumbebat ei omnes ſermones fratrū facere. Fuit autem eius ſummum ſtudium ordinem dilatare propter fructum animarum cui ſe dabat totum ad trahendas perſonas

Salue regina q̄n cātādum inſtituit.

ad ordinē. Erat aūt ei cōſuetudo: q̄ ſi nō fiebat ſermo facere collationē nouitijs: ad quā etiā alij maiores conueniebant. Frequentabat autem ciuitates illas in quibus erat ſtudiū: vnde vno anno Bononie fuerat. Qui conuentus eo ſibi commorante quaſi aluearia videbantur: alijs intrantibus: alijs per diuerſa loca tranſmiſſis. Et quum applicabat ad cōuentus: faciebat fieri multas tunicas: fiduciam habens in domino q̄ multi reciperentur. Et aliquando tot ex inſperato intrabant: q̄ vix veſtes poterant inueniri. Unde in feſto purificationis prefatus magiſter recepit Pariſiꝰ. xxj. ad ordinē vbi fuit maxima effuſio lachrymarū. Nam fratres pre gaudio flebant ex talium receptione: ſeculares lugebant ex talium ſuorum ſeparatione. De numero iſtorum fuerūt plures qui poſtea rexerūt in theologia in diuerſis locis. Inter hos aūt fuit quidā iuuenis Teutonicus: quem magiſter Jordanes repulerat pluries propter nimiam iuuentutem: ſed quū. xx. alijs ſe immiſcuiſſet: videbat durū magiſtro Jordani eū repellere: quum circumſtarent bene mille ſcholares ſed dixit coram omnibus ſubridendo. Unus ex vobis furat nobis habitum: qđ dixit propter illum iuuenem. Uū quum veſtiarius nō attuliſſet niſi. xx. paria veſtiū: oportuit q̄ aliq̄ ex fratribus ſe exuerēt: vnus capa: ali⁹ tunica: alter ſcapulari: q2 non poterat veſtiarius exire capitulum pp̄ter multitudinē adſtantium. Ille tamen iunior ita poſtea profecit et q̄ factus eſt lector et predicator gratioſus. Frequenter etiam predict⁹ pater obligabat bibliā ſuā pro ſolutione debitorū aliquorū ſcholariū intrantiū. ¶ Quū idē magiſter recepiſſet ad ordinē in vna ciuitatum vbi erat ſtudium et ibi predicabat: quendam Teutonicum genere nobilem: etate floridum: moribus gratioſum: et eius magiſter et ſocij preſciētes eius ingreſſum tanq̄ miniſtri diaboli quandam mulierem ſm carnē formoſam cum eo in camera concluſerunt: vt per voluptatem carnis mentem eius a ſancto reuocarēt propoſito. Sed chriſtus in eo vicit: et ad ordinē citi⁹ traxit: qui etiā poſtea magiſtrum ſuum ad ordinem traxit. Denique pater ei⁹ potēs et diues valde q̄ et aliū filiū nō habebat: audiēs ingreſſum filij ad ordinē et ex hoc ad mortem vſq̄ turbatus: cum magna comitiua venit in Longobardiā: pponens firmiter aut filium rehaberet aut magiſtrū Jordanē occidere. Quū ergo quadā die cū comitiua ſua equitaret: et obuiū haberet magiſtrū Jordanē non cognoſcēs eū: rabido vultu interrogauit eum dicēs. Ubi eſt magiſter Jordanes? neſciēs ipſū eſſe. Ille benoleta facie humili voce ait. Ego ſum magiſter Jordanes. Mox ille ſancti viri virtutem preſentiēs ex verbo veritatis: ſubito deſcendit de equo et ad pedes ei⁹ ſe humiliter proſtrauit: petēs qđ contra eū cōceperat corde lachrymis cōfitēdo: et ait. Iā de filio meo cōſolatione recepta: promitto tibi q̄ cum iſto apparatu antequā redeā in patriā meā: vadā vltra mare in ſeruitiū dei. Qđ et fecit habēs in comitatu ſuo centū equitaturas. ¶ Quum ad epm̄ Lauſanēſ. pergeret viſitādū ſibi admodū familiarem et dilectū: in itinere plures fratres cum precedentes ipſo retro ſequenti cū ſacriſta Lanſanēſi de Jeſu colloquerēt: viderūt in via quandā muſtellā pertrāſeuntē et antrū ſuū intrantem pp̄ter qđ ſubſtiterūt. Et ſuperueniēs pr̄ interrogauit cauſam quare ſe firmaſſet. Qui dixerūt. Hic in cauea intrauit quedam pulcherrima beſtiola. Inclinans ergo ſe magiſter ait. Egredere ergo pulchra beſtiola: vt te videamus. Statimq̄ illa egreſſa eſt in os foraminis reſpiciens fixe in eū. Tūc magiſter ſubſternens anterioribus pedibus eius manū ſuam: aliā manū duxit frequēter ad caput eius et dorſum: qđ totum muſtella ſuſtinebat. Cui magiſter. Modo reuertere ad locū tuū: et bn̄dictus ſit creator tuus. ¶ Quidā frater in quodam conuentu Bononie vicino fuit: qui ob cōtēplationē et inueſtigationē de diuinis: in tantū cecidit nubilū cordis: vt ſibi videret credere q̄ deus nō eſſet. Cōtigit eni priorē illius cōuētus ire Bononiā: q̄ per ordinē tribulationē dicti fratris magiſtro retulit: et q̄ nec ſuaſionibus nec ſcripturis: nec rationibus tentatio illa poterat mitigari. Cui magiſter ait. Prior dicatis illi fratri ex parte mea q̄ ita bene credat vt ego. Ad conuētū reuerſus prior dixit fratri illi q̄ magiſter Jordanes mandauerat. Qui vt verbū magiſtri ſibi reuelatum audiuit: quaſi de graui ſomno euigilans atq̄ a quadam extaſi rediēs ait. Ego optime credo q̄ deus ſit: et ab omni tentatione illa fuit liberatus ad plenū. Sicut autem in promotione ordinis ad trahendū ad ipſum ſup oēs erat ſolicitus: ita in cōſeruatiōe receptorum ſup cunctos erat diſcretus. Refulſerat eni in eo quedā gratia ſpecialis: vt nunq̄ ſua culpa vel negligentia perdiderit aliquē. Unde quū Pariſiꝰ quidam nouiti⁹ tētaret ad exitū: pater omni qua poterat conſolatione fouebat. Quū q̄ ille nullā conſolationē reciperet: ſed veſtes ſuas et ira inſtanter repeteret: dixit ei magiſter q̄ in craſtinum daret: qui erat dies penthecoſtes. Qua die facta proceſſione: quia ibi celebrabatur capitulum generale: admonuit

fratrum plus pater vt non diceret a tã ſancta ſocietate. Quã ꝙ per hos nõ emolliretur cor eius: remiſſus fuit ad veſtiarium pro pãnis ſuis: ⁊ interea ſanctus pater admonuit fratres vt orarent pro eo dicentes legendo hymnum/ Veni creator ſpiritus. Sed antequã hymnus perficeretur: ecce ille compunctus perfuſus lachrymis venit ad magiſtrum petens veniã ⁊ perſeuerantiam promittens. Quod ⁊ fecit.

§. II. De humilitate ⁊ patientia

⁊ deuotione in orando ⁊ meditando ⁊c. Fuit autem hic pius pater adeo humilis: ꝙ omnẽ ſeculi pompã et honores oblatos diſcrete et ſapienter ſciuit declinare. Unde quum ſemel veniret Bononiam: et tota ciuitas audito eius aduentu/ proceſſionaliter ſibi obuiam ire vellet: humiliter cõcito gradu declinauit a turba: ⁊ gyrans per quaſdam ſemitas ciuitatis: a tergo conuentum applicuit: quod fuit pluribus in exemplũ. Quidam demoniacus frater fuit Bononie: cui ꝯtigit in clauſtro magiſtrũ Jordanẽ obuiũ habere. Qui demoniac⁹ eleuata manu dedit alapã fortiſſimã ei. Sanct⁹ aũt vir vt erat predit⁹ ꝟtute humilitatis ⁊ patiẽtie: alterã ſubito parauit maxillã. Qui virtutẽ humilitatis ei⁹ nõ ferẽs: inclinato capite mox verecundus abſceſſit. In capitulo etiam generali quum proclamaretur a diffinitoribus de quoquã: ⁊ diceretur ꝙ ſe excuſare valeret ſi vellet: humili voce dicebat. Nũquid credit latroni ſe excuſanti? quo verbo multum edificati ſunt fratres. Quum inualeſcente quadam infirmitate eius/ ex toto viſum vni⁹ oculi amiſiſſet: cõgregatis fratribus in capitulo dixit. Fratres agite gratias deo: quia ꝑdidit vnũ inimicũ. Sed rogate vt alium ſi placet mihi reſeruare dignetur. Sed quis poſſet dicere quã ab exterioribus ſe colligẽs totus interior eſſet: vt nihil de forinſecis cogitaret vel perpenderet? Contigit vt ſemel quedam nobilis ⁊ deuota ꝑſona cingulum eius acceperit ex deuotiõe: ⁊ ipſa ſuum magiſtro Jordani dedit: quum alium Jordanes non haberet. Poſt aliquãtulũ quum magiſter cum fratrib⁹ in quadam recreatione exiſteret ⁊ fibulam haberet corrigia illa argenteã que vſq̃ in finem penderet: accepit eã quidã frater ⁊ eleuãs ait. Quid eſt hoc magiſter? aliquid ⁊ vos corrigiã portatis argenteã? Ille autem diligentius intuens ait. Deus meus quis appoſuit hoc? certe ego nunq̃ illud attendi: vnde fratres edificati perpẽderunt animum eius ad interiora intentũ. Cuidam fratri obſeruanti eum in eccleſia ante altare beate Marie quid oraret: ⁊ roganti vt doceret quid diceret: reſpondit ſanct⁹ ⁊ docuit modum orationis ⁊ ſpecialiter in honorẽ virginis matris: vt ſ. ſm. v. literas huius nominis Maria: diceret quinq̃ pſ. incipiẽtes ab illis literis: videlicet Magnificat aĩa mea. Ad te dñe leuaui animam meam. Retribue ſeruo tuo. In conuertendo dñs capti. ⁊ Ad te leua. ocu. meos. ⁊ in fine ſingulorũ/ Gloria patri. ⁊ poſtea/ Aue maria gratia. ⁊ ante oĩa hymnum/ Aue maris ſtella. ⁊ hoc cum genuflexione. Narrauit idẽ pater fratribus in capitulo ꝙ quidã frater deuotus (⁊ ſuſpicati ſunt fratres ꝙ ipſe fuerit) in conuentu Pariſienſium quum in feſto purificationis beate Marie fratres inciperent inuitatorium Ecce venit ⁊c. domina noſtra proceſſit ad altare cũ filio: ⁊ vbi ſupra thronum paratum ſedit: dulciſſime reſpiciẽs fratres ad altare iuxta morem conuerſos. Quũ autem ad ſingula Gloria ſe inclinarent: ipſa filij dextra apprehenſa eos et totũ chorũ ſignauit. ¶ Nobilis quedã ⁊ pulchra puella relicta a patre ſuo ſub cuſtodia patrui ſui: a quo ſperauit ab eo tutelã/ incidit in corruptelã. Deniq̃ impregnata bis eo ſuadẽte procurauit abortum: ⁊ impregnata tertio quum patruo non auderet reſiſtere/ in barathrum incidit deſperationis nulli audẽs facinus reuelare. Unde cum quodam cultello tam valide ſe percuſſit: vt ipſum ventrẽ miſerabiliter aperiret. Diri ergo vulneris nouitate percuſſa: ſed dei miſericordia viſitata: de peccato ſuo taliter compungitur: ⁊ cum lachrymis ad matrem miſericordie conuerſa: precatur vt ſolita pietate illi ſuccurreret: ne ſaltem anima cum corpore periret. Mox beata virgo adfuit: ⁊ corporis conferens ſanitatem ei precepit vt ſe totã conſilio magiſtri Jordanis (qui in breui erat venturus) committeret: quod deuotiſſime exequens ordinem Ciſtertienſem eo monente ingreſſa eſt: vbi in ſancto propoſito perſeuerauit. ¶ Mulier alia ꝓpter grauium peccatorum frequẽtẽ recidiuationem lapſa in deſperationem: vt ſe occideret: venenoſam araneam deglutiuit. Morte aũt appropinquante: cõpuncta cepit cũ lachrymis matrẽ miſericordie inuocare. Audiuitq̃ vocem dicentem ſibi. Frater Jordanes magiſter ordinis ꝑdicatorum modo venturus eſt: ipſum voca dicens te miſſam ad eum a me: ⁊ cõfitere illi: ⁊ ſalua eris. Venit ſanctus vocat⁹: ⁊ confeſſa eſt pctã ſua: ⁊ tandẽ cũ vomitu peccatorum euomuit venenum ⁊ araneam: que ſanata deo gratias egit.

§. III. De variis modis quibus

diabolus tentauit eũ decipere. Quũ idem pater Pariſijs eſſet infirmus: malign⁹ ſpũs ſub mira ſcitatis fraudulẽtia eũ conatus eſt decipere. Venit enĩ ad portam ſub ſpecie venerande perſone: ⁊ petijt ſe ad magiſtrũ Jordanẽ deduci. Quum ergo ad eũ deductus aliquos cũ eo habuiſſet ſermões: petijt fratres diſcedere quaſi ſecreto aliqua ei dicturus. Quo facto cepit ei dicere. Magiſter tu es caput huius ſanctiſſimi ordinis: ⁊ quaſi in te reſpiciunt vniuerſorum oculi fratrumq̃: ſi aliquid graue vel paruum a te exiet cõtra religionis feruorẽ relaxationis veſtigium: quum humana natura prona ſit ad declinandum in malum: tu exinde penam portabis a domino: et in tanto ordine relinques diſſolutionis materiam ⁊ cõturbationis. Es enim infirmus: ſed non tantum vt non poſſis carere culcitra ⁊ a carnibus abſtinere: ꝙ ſi cras vel poſt non fiat alteri fratri diſpenſatio eadẽ plus vel eque infirmo fiet ſtatim inde iudicium murmurationis ⁊ conturbatiõis. Unde rogo: ⁊ conſulo: ꝙ ſicut fuiſti hactenus religiõis exemplar: ita te prebeas ⁊ in iſtis. Sic ergo verſipellis ille verba ſua colorans licentiatus abſceſſit: ruminando aliquid ac ſi diceret pſalmos. Credidit homo dei verbis ei⁹: ſicq̃ abſtinuit ab illis pluribus diebus: vnde creuit ei debilitas: vt vix valeret ſubſiſtere. Reuelatũ eſt autẽ ei a dño ꝙ ille fuerat diabolus qui hec ei ſuggeſſerat: quia eius ꝑdicationib⁹ inuidebat. ¶ Idẽ humani generis hoſtis locutus eſt ei ꝑ aliquem quẽ tenebat obſeſſum: minas ⁊ maledicta congeminans: et multas de eo querimonias faciẽs: eo ꝙ ſua predicatiõe multas ei animas ſubtrahebat: ⁊ ait. Ecce ego tecum feriam pactum: ꝙ nunq̃ fratres tuos tentabo: nec corpore vel ſpiritu vexabo: ſi ꝓmittas ꝙ nunq̃ decetero predices. Cui vir ſanctus reſpondit. Abſit hoc a me: vt ineam fedus cum morte aut pactum faciam cum inferno. ¶ Altera vice quum tranſiret per Biſuntium: antequam fratres domum ibi haberẽt contigit eum ibi grauiter infirmari. Quadam igitur die quũ febribus vehementer eſtuaret: ⁊ factum eſt vt in immenſum ſitiret. Et ecce iuuenis habens mappam albam ad collum lagenam vini portans in vna manu: ⁊ ſciphum argenteũ in alia obtulit ei dicens. Magiſter: ecce porto vobis optimum potum de quo bibatis ſecure: quia in nullo nocebit vobis. Qui non ignorans aſtutias eius ſcilicet diaboli/ commendauit ſe deo muniens ſe ſigno crucis: ⁊ qui ſtatim diſparuit. Ex deuotione autem quam ceperunt archiepiſcopus ⁊ populus ad ſanctitatem viri: dederunt ei locum ad edificandum conuentum. ¶ Quum beatus pater eſſet Bononie: tantis eum diabolus perfudit odoribus: vt ipſe manus ſuas ab alijs abſconderet: ne perfunderentur illis odoribus: veritus de quibus ſibi conſcius erat prodere ſanctitatem. Si guſtabat calicẽ tanta prodibat de ipſo odoris ſuauitas: vt totus de immẽſitate dulcedinis immutaretur. Sed non eſt paſſus ſpũs veritatis diu maligni ſpũs durare fallacias. Nã quadã die miſſam celebraturus quũ pſ. Judica dñe nocẽtes me: pro puriſandis tentationib⁹ efficaciter diceret: ⁊ illũ ruminaret verſiculũ. Omnia oſſa mea dicent. Dñe quis ſimilis tui? tam mira deuotione perfuſus eſt: vt reuera viderentur eidẽ medulle oſſiũ dei ſpũ irrigari. Hic ergo rogauit dñm: vt ſi diabolicus odor ille ageretur inſidijs: ſua gratia reuelaret. Mox per ſpiritũ cognouit hoc antiqui hoſtis fuiſſe figmentum: vt eum precipitaret per inanem gloriam. Et ex tunc ceſſauit e manibus odor ille deceptorius. Hec ipſe fratribus enarrauit. Quidam frater Bononie erat demõiacus adeo fortis ꝙ funes omnes rumpebat aliquando ⁊ vincula: ⁊ frequenter in fratres ſeuiens multas moleſtias inferebat. Semel ergo toto corpore religatus ⁊ reſupinus iacens in lecto: dixit magiſtro Jordano adſtanti. O cece/ ſi te modo haberem: confringerem te totum. Quẽ magiſter ſtatim iubens diſſolui dixit. Ecce ſolutus es/ fac quicquid potes. Ille vero non potuit ſe mouere. Tunc iterum ait. O ſi naſum tuũ tenerẽ inter dẽtes. Sanct⁹ inclinans ſe poſuit naſum ſuum ad os ſuum: quẽ ipſe in nullo potuit ledere: ſed labijs contingens naſum ſancti leui tactu ſublambebat. Altera vice quum fratres omnes vituperaret aduenienti magiſtro Jordano mira quadam reuerentia adſurgens laudauit eum de predicationis gratia ſingulari: de religionis feruore ⁊ omnium perfectione virtutum commendans: vt per hoc poſſet eum ad vitiũ elationis inducere. Sed vir ſanctus maligni aſtutias non ignorans: ipſum ſua humilitate confudit. ¶ Legitur etiam ꝙ quum beatus vir quadã vice infra diem quieſceret: frater demoniacus quia nulli ingerebat moleſtias accedens ad lectum beati Jordani gladio eũ percuſſit in gutture: ita vt inde periculum mortis immineret. Et quia die ſequenti debebat coram papa ſermonẽ ꝓponere: audito hoc/ tota curia inde contriſtata eſt/ cui erat multum dilectus. Sanctus autem vir ad ſolitum orationis refugium ſe conferens/ dei virtute ſubito ſanatus eſt/ qui viſitans curiam triſtitiam totam conuertit in gaudium.

Fratris Jordanis obitus.

§.IIII. De trāſitu ei⁹.

Anno verbo domini. M.ccxxxv.idibus Februarij quum ſanct⁹ vir pfectus eſſet in terram ſanctā ad viſitandum fratres: in mari nauigans cum duobus fratribus orta tempeſtate ſubmerſa vel fracta galea animas ſuas dño reddiderunt. Unde fratres Goffredus et Reginald⁹ dñi pape penitentiarij literas hoc continentes Pariſios deſtinauerunt per hūc modū. Uenerabilibus ⁊ dilectis priori ⁊ fratribus cōuētus Parriſienſis/Salutē ⁊ ſpiritusſancti cōſolationē. Noueritis ꝙ inūdāte maris ſeuitia ac ſuo impetu ꝓpellēte ad littus galeā in qua dulcis pr̄ magiſter Jordanes cū duob⁹ fratribus erat. ⁊.lxxix.perſone ipſi in mari ſubmerſi libertati ſunt ab hoc ſeculo nequā. Super hoc non paueat cor veſtrū chariſſimi: qꝛ nobis orphanis pater pius ⁊ de⁹ totius cōſolationis prouidit: ⁊ poſt tempeſtatem tranquillū fecit. Nam quum iacerent corpora eorū inhumata: vt teſtant̄ qui de illo naufragio euaſerunt: ⁊ qui eos tradiderūt ſepulture menſib⁹ proprijs: luminaria de celo ſuper eos ſingulis noctib⁹ effulſerūt: ſed ⁊ cortices ſup eos multe viſe ſunt ⁊ a multis. Ad qḋ miraculū locorum incole cōfluentes tantā ſenſerunt odoris fragrantiam: vt iuxta teſtimonium eorū qui poſt viſa miracula eos tres ſepelierunt: vſqꝫ poſt decē dies odor nimius ab eoꝝ manibus non receſſit. Sed ⁊ ꝑ circuitum ſepulture eorū odoris ſuauitas latius emanauit: vſqꝫ quo fratres venerūt cū barcha: ⁊ eos in ſuam eccleſiam tranſtulerunt: vbi dictus pater quieſcit: ⁊ multis ibi multa beneficia pſtat per omnia benedictus deus. ¶ Frater quidā de ordine carmelitarū ad recedendum tentatus/audito ꝙ magiſter Jordanes ſubmerſus fuiſſet: magis ac magis turbat⁹ hoc apud ſe dicebat: Uanus eſt omnis qui ſeruit deo. Aut iſte bon⁹ homo non fuit qui ſic periit: aut deus nō bene remunerat eos qui ſeruiūt ei. Quū igitur ad mane recedendū firmaſſet animū: ipſa nocte apparuit ei pſona pulcherrima cū luce immenſa circūiens. Tunc tremens et ſtupens orabat dicens. Dñe Jeſu chriſte adiuua me: ⁊ oſtēde mihi quid hoc ſit. Et ſtatim reſpōdit. Ne turberis frater chariſſime: qꝛ ego ſum frater Jordanes de quo tu heſitas: ⁊ et ſalu⁹ erit omnis q̄ ſeruit domino Jeſu chriſto. Et diſparuit ipſo in omnib⁹ cōſolato. Hoc ipſe frater ⁊ prior ei⁹ ordinis frater Simō vir religioſus ⁊ verax noſtris fratrib⁹ narrauit. ¶ Iniunctum fuit fratri cuidam qui ſciētie ⁊ authoritatis videbatur ꝙ iret ad remotum cōuentum et incognitum ſibi: quod ipſe moleſte accipiēs ibat, quotidie de iniuncta penitentia murmurando frequenter dicēs: Quid feci aut quid merui ego? Quare hoc iniunctum eſt mihi? Quis conſuluit? Quis procurauit hoc mihi? Quum igitur quadā die taliter audiēte ſocio murmuraret: ſubito pcuſſit eū dominus cui nihil occultum: ⁊ ad terram pſtratus omnib⁹ fere ſenſibus eſt priuatus. Inflata erat facies ⁊ os inflatū: ⁊ lingua ꝙ maxime ingroſſata ipſum os ita videbat̄ implere vt merito crederetur propter peccata percuſſus. Frater autem qui ſocius erat videns: ⁊ multo dolore perterrit⁹ ac timore timens confuſionem ſuā et ordinis/quid faceret penitus ignorabat. Tali aūt perturbatione ſollicito illi venit in mentem merita magiſtri Jordanis q̄ tunc obierat humiliter inuocare. Ait ergo. O magiſter Jordanes pie pater: tu q̄ ordinē hūc ſic exaltaſti ſuccurre nunc mihi filio tuo ne ordo tu⁹ confundat̄ in facto fratris huius. Domine deus per preces ⁊ merita ſerui magiſtri Jordanis libera nos a periculo iſto: deinde hinc conuerſus ad fratrē alta voce clamauit dicens. Frater recogita ꝙ propter peccata tua ⁊ murmur quod quotidie replicabas hoc contigit tibi. Unde fac votum deo ⁊ magiſtro Jordani in corde tuo: ꝙ ſi te liberauerit: ceſſabis a murmure ⁊ obedientiā tuam in pace complebis. Infirmus ergo ad verbum eius ꝯpunctus ⁊ ad ſe aliquantulū rediens: annuit nutu (nā voce non poterat) ſe ita facturum. Miranda dei vltio: ſed plus miranda dei dignatio. Statim enī vt frater votum fecit: ⁊ i corde ad magiſtrū Jordanem preces deuote direxit: mox recepit plene bñficium ſanitatis: obediētiam ſuā non ſolum patienter/ſed ⁊ hilariter cōplens. Hec vterqꝫ eorum i diuerſis locis poſiti fratri Humberto magiſtro ordinis concorditer retulerunt.

§.V. Laicus quidā interrogauit magiſtrū Jordanem.

Magiſter velet tm̄ pater noſter in ore noſtro qui ſumus laici: qui ignoram⁹ virtutē eius: ꝗ̄tum in ore clericorum qui ſciūt qḋ dicūt? Rn̄dit magiſter: Tm̄ valet ſicut lapis precioſus tm̄ valet in manu eius qui ignorat virtutem illius: ſicut in manu eius q̄ ſcit virtutē ei⁹. ¶ Uenit aliqn̄ magr̄ Jordanes ad Fredericum imperatorē in Apuliam/⁊ quū ſediſſent ſimul ⁊ diu tacuiſſent: tandē ait magiſter: Dñe ego diſcurro ꝑ multas ꝓuincias ꝓ officio meo: ⁊ vā miror cur a me nō queritis rumores. Cui īperator rn̄dit. Ego nuntios meos in oībus prouincijs ⁊ curijs habeo: ⁊ oīa ſcio que fiunt ꝑ mūdū. Cui magiſter. Dñs Jeſus xp̄s oīa nouerat ſicut deus: ⁊ tamen a diſcipulis de ſe querebat dicens. Quē dicūt homines eſſe filium hoīs. Certe vos homo eſtis qui neſcitis multa que dicunt̄ de vobis: que vos ſcire plurimū expediret. Dicit̄ enī de vobis ꝙ eccl'ias grauatis: ſententias contēnitis: augurijs intenditis. Judeis ⁊ Saracenis nimis fauetis: conſiliarijs veris nō acquieſcitis: vicarium xp̄i ⁊ beati Petri ſucceſſorem (qui pater chriſtianorū eſt ⁊ dñs noſter ſpūalis) non honoratis: ⁊ hoc certe veſtrā decet nobilitatem. Et ita curialiter ingreſſus eum de multis correxit. ¶ Quum ab eo quidam quereret quam regulā haberet: reſpondit. Regulā predicatorum: cuius eſt honeſte viuere diſcere: ⁊ docere: que tria petit Dauid dicens. Bonitatē ⁊ diſciplinam ⁊ ſcientiam doce me. ¶ Secularis quidā dixit eidem magiſtro. Magiſter quid eſt qḋ nos ſeculares quandoqꝫ dicimus: ꝙ poſtꝗ̄ fratres pdicatores ⁊ minores venerūt: nūꝗ̄ fuit bonum tempus in terra: nec attulit terra fructū bonū ſicut ante? Magiſter reſpondit. Poſſem negare hoc ſi vellem ⁊ oſtendere contrariū: ſed eſto: monſtro vobis ꝙ iuſtum eſt. Poſtꝗ̄ enī nos venimus in mundū: docuimus mundum fugere multa peccata: ⁊ cognoſcere que ante non cognoſcebāt ⁊ ab illis nolunt cauere: vnde ſunt illis grauiora: quia peccatum ſcienter commiſſum grauius eſt: propter peccata vero hominum deus immittit in terram ſterilitatem ſicut dixit propheta. Poſuit terram fructiferā in ſalſuginem a malitia inhabitantium in ea: ⁊ ideo iuſte immittit deus modo ſterilitates ⁊ tēpeſtates. Et plus dico vobis: niſi corrigatis vos: ex quo ſcitis quid debetis facere ⁊ a quo debetis cauere: adhuc peius faciet vobis: quia ipſe qui non mentitur dicit in euangelio. Seruus ſciens voluntatem domini ſui ⁊ non faciens/plagis vapulabit multis. ¶ Tempore quo frater Joannes Uincentius Bononie predicans fructum mirabilem fecit: ⁊ fere totam Longobardiam miraculis ⁊ predicationibus cōmonitis ad ſe videndum ⁊ audiendum trahebat: venerunt nuntij Bononienſium: quos vocant ambaſſatores: magni ⁊ literati ad magiſtrum exiſtentem tunc in capitulo cum diffinitoribus ⁊ alijs fratribus qui ꝯuenerant ad capitulū generale. Petierunt igitur ex parte totius cōmunitatis ꝙ fratrē Joannem predictum non remouerent de ciuitate inter multas rationes hanc pretendentes efficacem ⁊ multum ponderantem: ꝙ ſeminauerat in ciuitate verbum dei: ⁊ fruct⁹ qui ſperabatur ſecuturus de eius predicatione/totus poſſet in eius abſentia perdi. Magiſter autē cōmendata eorū beneuolentia ⁊ deuotione qua habebant ad ordinem: reſpōdit in hunc modū: Boni dñi iſta ratio quam vos allegatis vt frater Joannes debeat hic morari: qꝛ ſeminauit verbum dei et poſſent fructus perire ſi recederet: non multum mouet nos qꝛ non eſt conſuetudo apud ſeminatores camporum: quum ſeminauerint agrum vnumqꝫ apportent ibi lectum ſuum ⁊ iaceant ibi quouſqꝫ videāt quando ſemina fructificent: immo potius commendant ſemen ⁊ campū dño: ⁊ vadunt ad ſeminandū in alio campo: ita fortaſſis expediret ꝙ frater Joānes iret alio ad predicandum verbum dei: ſicut de ſaluatore ſcriptum eſt: qꝛ ⁊ alijs ciuitatibus oportet me predicare verbum dei. Unde tamē ꝓpter amorem quem habemus ad ciuitatem habeo conſilium ſuper petitione veſtra a noſtris ſocijs diffinitoribus: ⁊ faciemus tantū pro vobis quod debeat ſufficere vobis. ¶ Quū eſſet magiſter Jordanes in quadā abbatia Ciſtertienſiū: circūdederūt eum multi de monachis: qui dixerunt ei. Magiſter quō poterit durare ordo veſter: q̄ non habetis vnde viuatis niſi per eleemoſynas: ⁊ ſcitis bene ꝙ licet modo ſit vobis mundus deuotus. tamen vt ſcriptum eſt in euangelio: quia refrigeſcet charitas multorum ⁊ tunc non habebitis eleemoſynas ⁊ deficietis? Tunc reſpōdit magiſter cum omni manſuetudine. Oſtendo vobis rationabiliter ex verbis veſtris / ꝙ prius deficiet ordo veſter ꝗ̄ noſter. Reſpicietis in euangelio: ⁊ inuenietis ꝙ iſtud Refrigeſcet charitas multorum: ſcriptum eſt de tempore illo quum abūdabit iniquitas: ⁊ erunt perſecutiones intolerabiles. Tūc aūt bene ſcietis ꝙ perſecutores et tyranni illi abundantes iniquitate/auferēt a vobis bona veſtra temporalia: ⁊ tunc vos qui non conſueuiſtis ire de loco ad locum ⁊ querere eleemoſynas neceſſario deficietis. Fratres autem noſtri tunc diſpergentur: ⁊ et facient fructum maiorē: ſicut apoſtoli diſperſi fuerunt tempore perſecutionis: nec ita tenebuntur immo ibunt de loco ad locum duo et duo: ⁊ querent victum ſuum ſicut conſueti fuerant. Et plus dico vobis: quoniam illi qui vobis auferrent dabunt eis libenter ſi recipere voluerint: quia multotiens experti ſumus quod raptores et predones cum magno gaudio volunt nobis dare frequenter de illis q̄ auferunt ab alijs: ſed reſpicere nolumus. ¶ Dum magiſter Jordanes dediſſet ſemel in via vnam de tunicis ſuis vni ri-

Faceta de minoribus ⁊ fratrib⁹ pdicatoribus interrogatio.

baldo qui ſimulabat ſe pauperem ⁊ infirmū: accidit ꝙ portauit eam ad tabernā. Frater aūt qui hoc viderat dixit magiſtro. Quam bene perdidiſtis tunicam veſtrā: nam ribald⁹ ille portauit eam ad tabernam. Reſpondit magiſter. Sic feci qꝛ credidi ꝙ multum indigeret tā pauper ⁊ infirmus: ⁊ videbatur valde pium ſibi ſuccurrere: et adhuc iudico melius amiſiſſe tunicam ꝙ pietatem. ¶ Quū papa Greg. commiſiſſet inquiſitionem quorundā monaſteriorum quibuſdam fratribus ⁊ ipſi non ſeruato iuris ordine depoſuiſſent quoſdā abbates: quia inuenerunt eos malos: ⁊ eſſent de hoc populus ⁊ cardinales turbati intantū vt vellēt reuocare qđ fratres fecerāt: ſuperueniens magiſter ⁊ volēs eos placare dixit. Pater ſancte/mihi frequenter accidit quū vellem declinare ad aliquā abbatiam Ciſterſienſem: inueni interdū viam que ducit ad portam ita longam et circularē: ꝙ tedium erat mihi ⁊ ſocijs tantum circuire: quum abbatia eſſet prope et ante oculos meos: ⁊ quū aliquando fui per prata: ⁊ citius perueni ad portam: ſi tunc dixiſſet mihi portarius. Frater per quā viam veniſti? Et ego dicerē. Ueni per prata illa. Et ipſe diceret. Non veniſti per viam rectam: reuertere retro ⁊ venias per viam vſitatam: alioquin non intrabis. Nonne nimia eſſet duritia? Sic pater ſancte/licet fratres non venerint ꝑ viam iuris qꝛ forte videbat̄ eis nimis prolixa ad depoſitionem iſtam: quū bene fuerint digni depoſitionem hmōi abbates: ſicut poteſtis facile ſcire ſi vultis inquirere: ſuſtineatis ſi placet quod factum eſt per quācunq̄ viam ad hoc deuentū ſit. ¶ Dum ſemel quereret ab eo quidam cur artiſte frequenter ordinem intrarent: et theologi et decretiſte tardius: reſpōdit. Facil⁹ inebriantur bono vino ruſtici/qui aquam cōſueuerūt bibere: ꝙ nobiles vel ciues qui vina fortia nō reputant: qꝛ in pluribus habent: artiſte quidē tota hebdomada aquam Ariſtotelis ⁊ aliorum philoſophorum bibunt: vnde quū in ſermone dominici vel feſti verba chriſti ⁊ ſanctorū hauriunt feruentia: ſtatim inebriantur vino ſpiritusſancti ⁊ capiunt: ⁊ non tantum ſua/ſed ⁊ ſeipſos donant. Iſti aūt theologi frequenter audierunt talia: ⁊ ideo ꝯtingit eis ſicut ruſtico ſacriſte: qui ex frequenti trāſitu ante altare irreuerēter ſe habet: ⁊ ad illud dorſum vertit frequenter extraneis inclinantibus reuerenter. ¶ Quum veniſſet aliquādo ad quoſdā magnorum epiſcoporum conuentū: ⁊ quererent quō epiſcopi qui de tantis ordinibus aſſumebant̄: in epiſcopatibus minus bene ſe habebant. Hoc (inquit) vobis imputate: ꝙ diu eñ de noſtro fuerunt ordine: nos bene correxim⁹ eos: ſed hec diſſolutio/quā eis imponitis in ordine veſtro accidit eis. Preterea ego multis annis fui in ordine iſto: nec recordor ꝙ a me vel ab alio ꝓlato noſtro vel capitulo generali vel prouinciali domin⁹ papa vel aliquis legatus vel aliquod capitulū cathedrale petierit ſibi dari vnum bonū epiſcopum: ſed ipſi vel amore parentum minus ſpirituali cauſa eligunt ſibi ad placitū: vnde non eſt nobis imputandum. Item alius dixit quod non erat mirū ſi fratres noſtri in epiſcopatu minus bene ſe habebant ꝙ alij religioſi: quia magis contra ſuam profeſſionem faciūt quum nos nec in ſpeciali nec in generali poſſeſſiones habeamus. Unde quum ad proprietatem veniunt: magis faciunt contra ſuam profeſſionē ꝙ alij religioſi: qui hoc ſaltē in generali habere poſſunt. ¶ Dum in quodā capitulo generali propter grauem infirmitatē non poſſet conuentui predicare: tandē rogatus vt aliquid conſolationis eis diceret: ingreſſus capitulū ait. Fratres hac ſeptimana frequenter diximus/Repleti ſunt omnes ſpiritusſancto. Scitis autem ꝙ plenum non implet alio: ſed potius effunditur a pleno. Sancti igitur apoſtoli repleti ſunt ſpiritusſancto: qꝛ euacuati erāt a ſpiritu ſuo: Et hoc in pš. cantamus. Auferes ſpiritū eorum ⁊ deficient a ſe: vt proficiant in te: ⁊ in puluerem ſuū reuertētur: et ſic emitte ſpiritū tuum et creabuntur. q. d. Dauid. Si tua gratia voluntatem ꝓpriam ⁊ ſenſum ſingularem ⁊ priuatū amorē a ſe euacuauerint: tuo ſpiritu replebunt̄. Quo verbo fratres multū edificati ſunt. ¶ Semel monēs fratres vt otioſa caueant: ait. Uidete chariſſimi ꝙ iperceptibilis quantumcunq̄ incipiatur pš. paulatim vox cantantiū frangitur ⁊ cadit. Sic ſi bona verba incipiamus dicere vel alterutrū conferre: paulatim ex humana corruptione ad vana prolabimur. Sꝫ qui bonus eſt ⁊ hoc percipit: debet facere ſicut cantor in choro/qui in locis competentibus eleuat vocē: ſic bonus vir vt caſum otioſorum aduertit: debet interponere aliqua verba vel exempla grata: vt interrumpat nocius. Eodē modo quum ex carnis corruptione nō ſolum a verbis ſꝫ etiā a ſolito religionis feruore tepeſcimus: nos inuicem excitare debemus. ¶ Quum idem magiſter duceret ſecum multos nouitios: quos receperat in quodam loco vbi non erat conuentus: accidit in quodam hoſpitio quum diceret completorium cum eis ⁊ alijs ſocijs ſuis: vn⁹ incepit ridere: ⁊ alij hoc vidētes fortiter inceperunt ridere. Quidā aūt de ſocijs magiſtri cepit eos per ſigna cōpeſcere: at illi magis ac magis ridebant. Tunc dimiſſo completorio ⁊ dicto Benedicite: incepit magiſter dicere illi ſocio. Frater quis fecit te magiſtrum nouitiorū noſtrorum? quid pertinet ad te eos corrigere? Et conuerſus ad nouitios dixit. Chariſſimi ridete fortiter ⁊ nō dimittatis propter iſtum fratrem: ego do vobis licentiā: vt vere bene debetis ridere ⁊ gaudere: quia exiuiſtis de carcere diaboli: ⁊ fracta ſunt dura vincula illi⁹: quib⁹ annis multis detinuit vos ligatos. Ridete ergo chariſſimi ridete. At illi in his verbis conſolati ſunt in animo: ⁊ poſt ridere diſſolute non potuerunt. ¶ Quum magiſter idē predicaret ſemel Pariſijs de commorantibus diu in peccato: ⁊ occurreret ei ꝙ peccatum in ſcriptura vocabatur porta inferni: dixit. Si quis veniens hodie ad domum iſtam videret vnum ſcholarem ſedentem in porta: ſimiliter cras: ſimiliter multis dieb⁹ nonne facile iudicaret. Iſte ſcholaris intrabit ordinē? Quō ergo non eſt credibile: quod illi intrent infernum: qui tādiu ſedent in porta? ¶ Dixit idē magiſter. Sicut cementarius qui indirectum murum reparare ſatagit: quoſdam lapides extrahit abſconditos: ⁊ repercutit prominentes: ſic in emiſſione fratrum prelatum oportet facere: vt videlicet illos qui nimis latitare cupiunt/ad actionem dirigat: ⁊ alios qui nimis exponi volunt/intus teneat. ¶ Idem magiſter in predicatione ſolebat eundem ſermonē aliquoties iterare: qđ quū obijceretur ei reſpondit. Si aliquis bonas collegiſſet herbas: ⁊ illas ad faciendum pulmentum cum ſtudio preparaſſet eſſet ne conueniens illas abijcere: ⁊ pro alijs colligendis laborare? ¶ Idem dixit. Si ſtuduiſſem in aliqua facultate tātum: vt in hoc verbo apoſtoli/Omnibus omnia factus ſum magiſter iam in illa potueram extitiſſe. Semper eñ ſtudui qualiter me alijs conformarem ⁊ me non diſſormarem: ſic videlicet me conformando nunc militi nunc religioſo/nunc tētato. ¶ Idem magiſter quendam tentatum apoſtatā ad ordinem reſumere nitebatur: ⁊ quum de hoc conſenſum fratrum quereret in capitulo: ⁊ vnus non conſentiret: dixit magiſter. Etſi peccata hic multa fecerit: forſitan adijciet multo plura. Si minimam pro iſto fudiſſetis guttam ſanguinis ſicut chriſt⁹ pro iſto ſanguinem ſuum fudit: aliter curaretis. Tunc ille in ſe reuerſus ⁊ cōfeſſus: in terram ſe proiecit ⁊ libenter conſenſit. ¶ Quidā frater qui erat quotidie timorē habens de eleemoſynis quas comedebat: qꝛ per orationes ⁊ de beneficijs non ſatiſfaceret: ille ſic dubitanti reſpondit. Quū ſint ſpiritualia impracticabilia aut incōparabilia reſpectu temporaliū: conſtat illa in infinitū hec precellere: ⁊ eſſe incōparabiliter meliora. Unde ſciatis certiſſime: quod ſi pro omnibus eleemoſynis quas comediſtis: vnum pater noſter dixiſtis deuote: plenarie perſoluiſtis. ¶ Quidam frater accuſauit alium in capitulo: ꝙ manum tetigerit mulieris: cui ait. Mulier bona fuit. Tunc ille qui preſidebat/reſpondit. Pluuia bona eſt ⁊ terra bona: lutū tñ ex horum commiſtione generatur: ſic ⁊ manus viri licet bona ſit: ſimiliter ⁊ mulieris: ex cōiunctione tamē illarum cogitatio nonnūꝙ vel affectio mala ſurgit. ¶ Queſiuit a magiſtro quidam frater vtrū melius ſibi foret/orationibus inſiſtere: an ſcripturarū ſtudijs ſe occupare. Cui ait. Quid melius ſemper bibere/an ſemper comedere? vtiq̄ ſicut competit vtrumq̄: ſic ⁊ illa.

¶ De laudabili conuerſatione fratrū in generali. Cap. x.

FElix vitis beatus Dominicus: de cuius ſurculo tantū germē redundat ſeculo. celi vinum propinans populo vitali poculo doctrine ſancte: exemplaris vite: et authoritatis eximie. Ex ipſo eñ ordine predicatorum ab eo inſtituto ſunt progreſſi viri eximij corā deo ⁊ oībus. Quorū aliqui refulſerunt in eccleſia magna ſanctitate: alij magna ſcientia ⁊ doctrina libros plurimos componentes: alij magna dignitate papatus/cardinalatus: pontificatus/magiſtratus generalis ⁊ de his per ſingula. Temporibus primitiuis tantus feruor fuit in ordine: ꝙ nullus ſufficiat enarrare. Siquidem ſpiritus vite erat in rotis: cuius virtute animalia ibant ⁊ reuertebantur: mouebantur ⁊ eleuabantur ſm volūtatem ſpiritus dirigentis. Uideres vtiq̄ per ordinem feruorem mirabilem alios potentis ſuſpirijs poſt quotidianas ⁊ puras confeſſiones amaris ſingultibus altis clamoribus ſua ⁊ aliorū peccata lugentes: alios in orationibus noctem ducentes cū dicēcentenis ⁊ ducentenis genuflexionibus laborantes. Uideres eccleſiā nunꝙ vel raro ſine orantibus eſſe. Unde quū plerique a portarijs querebantur: in eccleſia facilius quam alibi poterant inueniri orantes. Denique quidam valde religioſus frater retulit ꝙ intra paucum tempus centum fratrum confeſſiones generales audiuerat: quorū inuenit. lxx. integritatem mētis ⁊ corporis ſeruaſſe: non ſine magna orationis inſtantia ⁊ religionis cuſtodia: quibus ipſa caſtitas

maxime cuſtodit. Ceterum plures illo ſancto feruore ſuccēſi: non prius ab oratione ſurgebāt: niſi aliquam ſpecialē gratiam a domino impetraſſent: vnde vnus dixit ꝙ non poterat in nocte quieſcere: niſi prius ſe lachrymis irrigaſſet. Retulit alter magne authoritatis ſe vidiſſe quū ſtaret in oratione ante altare Bononie: alterum feruentē ſpiritu toto corpore eleuari a terra. Eodem tempore quaſi feſtiuū quoddam fratres completorium expectabāt: recommendantes ſe inuicem cū multo cordis affectu. Pulſatoq; ſigno de quibuſcunq; locis ad chorum feſtinantius properabāt. Ubi cōpleto officio: glorioſa mundi regina noſtriq; ordinis aduocata deuotiſſime ſalutata: ſed diſciplinis duris ſubijciebāt. Poſt vero quaſi pro peregrinatione quadā altaria omnia viſitabant: humiliter procumbentes: ⁊ tanto producētes ab intimis flumina lachrymarum: vt ſi eſſes a foris: crederes plangi funus quoddā quod poſitum eſſet in medio. Quod plerique ſecularium explorantes viderūt ⁊ audierūt: ⁊ quāplurimum edificati ſunt: ⁊ ex hoc aliqui ordinem intrarunt. His peractis: non ſtatim currebant ad quaterniones reuoluēdos: ſed in eccleſia vel in capitulo vel clauſtri angulis latitantes/cōtra ſuos actus examinatione ſtrictiſſima percurrebant: ⁊ ex hoc diſciplinabant ſe fortiter: aliqui virgis: aliq̄ nodoſis corrigijs: vt ſonus eminus redderetur. Poſt matutinas pauci currebāt ad libros: pauciores reuertebantur ad lectos: pauciſſimi qui non confiterētur antequā celebrarent. Quū autem clareſceret: pulſabatur ſignum ad miſſarum celebrationē. Tunc ad vnum fratrem multi currebant gratia miniſtrādi: ⁊ inter eos ſancta vertebatur contentio quis prior ſacerdotē de tam ſacro miniſterio inuitaſſet. De deuotione ad beatam virginē quis dicere poſſet? Dictis autē eius matutinis deuote adſtantes ad altare eius deuotius recurrebāt ne illud tantillum ſpatiū ab oratione vacaret. Poſt matutinas autē completorium: altare beate virginis quandoq; ordine triplici ambiētes in gyrum ſe ⁊ ordinē ipſum deuotione mirabili commendabant. In cellis etiam habebāt eius ⁊ filij crucifixi imaginē ante oculos ſuos: vt legentes ⁊ orantes ⁊ dormiētes ipſas reſpicerēt: ⁊ ab ipſis reſpicerent oculo pietatis. In ſeruitijs autem mutuis ſe inuicem preuenire ſatagebāt. In infirmaria: in hoſpitiorum menſa: in lotione pedum beatū ſe reputabat: qui poterat alium in huiuſmodi anteire. O quoties fratres exuebāt cappas/tunicas/ſcapulare: ⁊ exhibebāt fratribus peregrinis ⁊ incognitis prius. Tāta erat in ſeruiēdo deuotio ⁊ hilaritas faciei: vt non hominibus/ſed deo ⁊ angelis ſeruire viderent. Aliquis quandoq; in hoc tantam ſenſit dulcedinē: vt pre cordis leticia ipſas deoſcularet ſcutellas. In obſeruatione etiā ſilentij mirabiliter erant fratres deuoti. Fuit etiā aliquis qui abſtinentiam in nō bibendo aliquando per octo dies protraxit. Alius qui quum ei offerebatur ſcutella: ſaporem eius aquam ſuperfundens frigidā diluebat ⁊ illud bibebat. Alius tota quadrageſima ſtetit non bibēs niſi ſemel in die: nec loquens niſi interrogatus. Multi raro pitantijs vtebantur: multi de in ſpeciali occurrerēt notam: modo ab iſto modo ab illo abſtinebant: omni die de ſibi oblatis aliquid ſubtrahētes. In predicando autem verbū dei ad quod ordo a principio deputatus eſt: deus ſuper eum tantum effuderat feruorem: ita ꝙ multi eorum non cum tuta conſcientia comedere audebant vlla die: niſi vni vel pluribus predicaſſent. In quibus ſpiritus ſanctus ſupplebat ex interiori vnctione: quod eis deerat ex ſcientia acquiſita. Nam multi multos cōuerterūt ad penitētiam: ſolum cum textu ſeptem canonicarum: quas cum euangelio. b. Matthei. b. Dominicus frequēter fratribus exponebat. In quodā capitulo generali Pariſijs quum incumberet aliquos mittere ad prouinciā terre ſancte: dixit magiſter Jordanes fratribus in ipſo capitulo/ſi qui parati eſſent bono animo illuc ire/ꝙ ſignificarent ei. Uix verbum impleuerat/⁊ ecce vix fuit aliquis in tāta multitudine quin faceret veniam/ſtatim cū fletu ⁊ cum lachrymis petēs mitti ad illam terram ſaluatoris ſanguine conſecratam. Frater autem Petrus Remenſis tunc prior prouincialis in Frācia hec videns ſurrexit/et facta venia cum alijs locutus eſt magiſtro in hūc modū. Bone magiſter aut chariſſimos iſtos fratres meos mihi dimittatis/aut mittatis me cū ipſis/quia ego paratus ſum cū eis ire ad mortem. ¶ Mandauit dominus papa Innocē. priori prouinciali Francie ꝙ aliquos fratres mitteret ad Tartaros: propter quedam que ſperabat de fructu vie illius. Recitatum eſt mandatum iſtud in capitulo puinciali/et ecce tot ⁊ tanti fratres ſe obtulerūt/ꝙ fletus mirabilis illud capitulum occupauit nimium/alijs cū lachrymis petentibus huiuſmodi obedientiam/alijs flentibus pro tam charis et tam dilectis fratribus ⁊ ſe ingerentibus ad labores ineſtimabiles ⁊ mortes frequentes. Flebant alij pre gaudio ꝙ habebant licentiam. Flebant alij pre dolore: quia licentiam obtinere non poterant. ¶ Frater Humbertus magiſter ordinis circa principium officij ſui mandauit fratribus vbiq;: ꝙ ſi qui voluntarij eſſent ad transfretandum ad barbaros ⁊ linguas barbaras propter nomen domini dilatandū: ſuū circa hoc animū intimarent eidem. Quis digne valeat enarrare quot ⁊ quāti fratres ⁊ q̄ de remotis nationibus ad hoc nō ſolū ſe gratis obtulerūt: ſed p aſperſionē ſanguinis ⁊ beatā mortē filij dei adiurarunt eundē: vt ipſos mitteret: ſciens eos paratos ad mortem propter fidem ⁊ gloriā ſaluatoris in gentibus tolerandā? De feruore autē quem deus accendit in fratribus circa trāſlationē. b. Dñici nō ſolū Bononienſis p totā Italiā ⁊ fere vbiq; p ordinē: nō ſolū in predicationibus: ſed ⁊ crebris apertiſq; diſputationibus q̄ lingua enarrare: quis ſtilus ſufficit exarare? Ideo totū deo relinq̄mus: q hoc plenius nouit: q̄ eſt bndictus in ſecula ſeculorū. amē.

§. I. Anno ab incarnatione dñi

M. ccxx. predicante magiſtro Conrado in Teutonia cōtra hereticos: ⁊ ab ipſis feliciter martyrizato: hereticus quidā ſeductus a demonibus: fratrē quendā predicatorē ſibi dilectum ad hereſim inuitabat: quē quū videre omnimode reſiſtentē: dixit. Si ipſum chriſtū ⁊ matrē eius ⁊ apoſtolos ⁊ ſanctos mecū ſentientes oſtendā: credes? Frater autem cogitans eū phantaſia deludi ⁊ deceptū eſſe: ait. Nō immerito credā ſi vere probaueris quod promittis. Tunc hereticus gauiſus: noctem ſtatuit qua promiſſa compleret. Frater autē ſecreto et reuerenter corpus xpi in pixide ſub capitio ad pectus ſuum ponens: perrexit deuote orās deū ne illi aliqua illuſio preualeret. Quū autē duxiſſet eū hereticus ad pedē vicini mōtis: ⁊ viderūt ſubito palatiū preclare fulgēs ⁊ aromatibus redolens: ⁊ thronos etiā ex auro in circuitu poſitos: in quibus rex fulgore coruſco circūdatus de albatorū multitudine ⁊ iuxta eum Regina pulcherrima reſidebat. Hoc vt vidit hereticus cadens in faciē adorauit. Frater vero accedens propius extraxit pixidem: ⁊ obtulit regine in ſolio reſidenti: dicēs. Si celi ⁊ terre regina es: ecce filius tuus adora vt deū. Statim phantaſia illa dicto euanuit: ⁊ tante tenebre facte ſunt: ꝙ vix egredi potuerūt. Hereticus igitur conuerſus eſt ad chriſtū: ⁊ vna cum fratre dicto fratri Cōrado priori prouinciali Teutonie narrauit. Qui predicta fratribus multoties tacitis nominibus perſonarū ⁊ loci enarrauit. ¶ Frater quidā Pariſienſis in oratiōe ⁊ lachrymis quaſi cōtinuus ſtudiū ⁊ ſcholas ⁊ ſermones dimiſerat: totus deuotioni intentus: cui diabolus frequenter in figura. b. virginis apparēs, reuelabat multa: ⁊ eius ſtatum multum laudabat. Quum autē fratri Petro Cremonēſi priori domus narraſſet: iniūxit ei ꝙ ſi rediret: ſpueret in faciē eius: quia ſi eſt inquit. b. virgo humilis eſt ⁊ nō indignabit: ſed excuſatā habebit obedientiam tuā. Si vero diabolus eſt: ſuperbus eſt: ⁊ confuſus recedet. Quod quū frater cōpleſſet: indignatus diabolus ait. Maledictus tu ⁊ qui te docuit iſta. Et extunc aufugit nunq̄ ei apparens.

§. II. Uir religioſus ⁊ verax fra

ter Petrus de Bezeris Gallicus: qui fuit prior ⁊ lector in ordine: conuerſionē cuiuſdā Saraceni ſcripſit ⁊ retulit in hec verba. Tempore (inquit) pijſſimi imperatoris Joā. Uacerani Conſtantinopolim cum fratribus alijs a dño papa miſſus fui: pro ſedanda ſi fieri poſſet modernorum contradictione Grecorum: quo tempore venit illuc quidam Saracenorum monachus: paternarum ſuarum traditionum vehementiſſimus emulator: virtutibus quidē politicis miro modo extrinſecus adornatus: ſimpliciſſimo aſpectu: viliſſimo habitu: modeſto inceſſu: ſermone raro: ſed virtutibus vacuus erat quū ergo colloquerent in porta: quereretq; eos auertere et poſt ſe diſcipulos trahere: ego vocatus adueni. Miratus ſum fateor tantam in eo cōpoſitionem: quantam apud nos in nullo meo iudicio viderim vnq̄. Sed paulo poſt quum blaſphemaſſet dñm Jeſum chriſtū: dicēs purū hominem eſſe: exhorrui vehementius: ⁊ fidei gratiam meritūq; plus ſolito ſentiens in meipſo: fratres compeſcui. Et indicto ſilentio: interrogaui Saracenum an in lege eorū eſſet ſcriptū vt quicunque in poteſtate eorum contra Machometum diceret: ſine vlla miſericordia decapitaretur. Rñdit ꝙ ſic. Et intuli. Et tu igitur a nobis decapitandus es: vel Machometi lex eſt iniuſta: et hoc euidenter oſtendo. Nam ſi ille qui corā Saracenis Machometū blaſphemauerit (quē prophetam dei ſummi aſſeritis nō tñ deū) iuxta legē occidit: eodē mō ⁊ ille q̄ corā xpianis blaſphemauerit chriſtū: quē nō tantum prophetam: ſz ⁊ oīm deū ⁊ oīm prophetarū cōfitemur iuſta lege immo iuſtiori occidet ab eis. Legē igitur patere: quā ipſemet tuleris p tuo Machometo. At ille obtinuit. Tunc ego ſubiunxi. Noli timere non morieris: lex enī Machometi iuſta non eſt. Uerum q: deū blaſphemaſti nō impunitus euades. Et quum hoc caſtellano imperatoris mandaſſem: miſit cōtinuo duos

de ſuis:ꝗ̄ blaſphemū duxerūt ad carcerem. Ingreſſus igitur carcerē monachus ille die illa ⁊ ſequēti nō mādu cauit neqꝫ bibit:ſed ſedit ſup lapidē orās q̄ſi immobilis vt teſtati ſunt nobis alij qui in carcere vincti erant. Poſt hec cogitaui ego viſitare illū:⁊ cum ſocio qui Grecū ⁊ Latinū ſciebat:veni ad carcerem hora diei prima. Inuenim⁹ aūt eū ſup lapidē illum ſedētem. Sed quū vidit nos:ſurrexit ⁊ ait. Audite queſo ſermones meos:et addidit: Priuſq̄ vos veniretis:obdormiui ſuper lapidem iſtum:⁊ videbar mihi videre abbatem meum partem panis teterrimi afferentem mihi:deinde vos ſuperuenire panē vnum integrumqꝫ ⁊ ſplendidū afferentes mihi et inuitare me ad eſum illi⁹. Statimqꝫ ego frater Petr⁹ panes vnum integrum ⁊ candidū (quē ignorāte ſocio meo mecum detuleram) obtuli ⁊ pauperi ⁊ famelico dedi:dicens. Ecce veram fecit dominus viſionē tuā:accipe panē hūc ⁊ manduca. Qui quum accepiſſet:aio ad eū. Interpretationē q̄ʒ viſionis veraciter tibi oſtendam. Partem panis teterrimi ⁊ fedi quā vidiſti quo canes paſci ſolēt ac porci:certiſſime noueris eſſe Machometi doctrinā:quā faucibus auidis deuorant homines ferini ⁊ fedi:⁊ irrationabiliter cōtra veritatē latrantes:exteri⁹ tantūmodo delectari:ſed corde vacui ⁊ inanes ꝓpter qđ partem illius panis vidiſti in manu tui abbatis:qui tibi hāc doctrinam miſerā ꝓpinauit. Porro panis vnus ⁊ integer ⁊ ſplendidus/dn̄s Jeſus chriſtus eſt:qui ſuos paſcit ⁊ reficit ſcientia ⁊ doctrina. Panis,inquā qui de celo deſcēdit. Hic eſt panis ſuperſubſtātialis ſplendor glorie et figura ſubſtantie dei:qui ſumitur totus a ſingulis:⁊ integer ſemꝑ manet:quē tu heri blaſphemaſti:quem tū adorandū ⁊ credendū offerimus tibi. Diſceſſimus ergo his dictis. Poſt nō multū de noſtro mandato de carcere dimiſſus venit ad fratres minores qui remiſerunt eū ad nos. Et doctus diligēter a fratribus ⁊ per .xl. dies in horto dom⁹ noſtre in quadam veteri Grecorū eccleſia ſolus cōmorās:cibo pauciſſimo ſuſtentatus:ſymbolum fidei didicit ⁊ orationē dn̄icam. Et ex toto corde ad dn̄m conuerſus:die cōuerſionis .b. Pauli baptizatus eſt:⁊ Paulus vocatus:quē multo tēpore vidimus dn̄o deuote ⁊ humiliter ſeruientem:qui eſt per oīa benedictus amen.

§. III. Quum fratres minores

de Albia diu laboraſſent ad querendā aquam nec inuenirēt ſuperuenit ſanctus Mauritius de cōuētu Toloſano miſſus ad predicandū: Aruernus natione:nobilis genere:corde humilis:habitu vilis:verus paupertatis amator:⁊ contra hereticos feruens ⁊ efficax predicator:qui fratrū laboribus compatiens:deū inuocans oſtendit eis locū dicens. Hic in nomine dn̄i noſtri Jeſu chriſti fodite:⁊ inuenietis. Statimqꝫ ibi foderunt puteū:qui vſqꝫ hodie manat aquā prebens abundantem ⁊ ſanam. ¶ Frater Gualterus quondā prior ⁊ lector in Argētina Teutonie:humilis/deuotus/miſericors:poſtq̄ capitulum tenuerat ſororibus de Colūbaria:quedā officia vniuerſis ſororib⁹ iniungebat. Tūc ſoror Cunegūdis que febribus vexabatur:ait illi. Et mihi pater quod officiū datis? Rn̄dit Febres tue pro officio tibi ſint. Illa ergo medicinalibus vti amplius noluit:dicēs ꝙ officium ſibi iniunctum teneret:donec ab eodē qui iniunxerat illud/abſolueret:nec credebat ꝙ interim medicina aliquid prodeſſet. Peractis igit̄ ſex vel ſeptem ſeptimanis ſm̄ ordinationē:prior predictus ad locū rediens:⁊ ſororis illius deuotiōe audita ⁊ eius miſertus dixit coram multis. Ego in nōie chriſti ab officio iſtarum febriū te abſoluo. Que ſe humiliter ꝓſtrauit ad terram:⁊ ex tūc pleniſſime eſt ſanata. ¶ Quū quidam frater Guilielmus Teutonie valde religioſus ⁊ magn⁹ animarū zelator ſemel predicaret:⁊ quidā ne turba predicationē ſuis clamoribus pturbaret:nec eum frater corrigēdo poſſet:dixit ei oībus audientib⁹. Scito pro certo:ꝙ hoc non trāſibis impune. Qui egreſſus de loco contumaciter/mox amens efficitur:et ab amicis ne alios ledere poſſet ligatur. Decem ergo ſeptimanis peractis/dictus frater ad eundē locū reuertitur cū fratre Theophilo:qui cū eo fuerat prius. Rogatus ergo ab amicis inſani hoīs iniuriam obliuiſci:⁊ dn̄m pro ipſo precari:fuſa oratione ſup ipſum amentē eum dn̄s reſtituit priſtine ſanitati. ¶ Idem frater Guilielm⁹ ſororem quādā tertianis febrib⁹ laborantem orando reſtituit ſanitati:dicēs. Vade ⁊ age grātias chriſto. Vna dn̄a caſtri cuiuſdam filium morbū caducū habentem a multo tēpore adduxit ad fratrē Hēricum ſeniorem Teutonicū:rogans vt pro eo dn̄m precaret:qui vict⁹ inſtantia dn̄e/oratione facta corā omnibus ⁊ filio manu impoſita:perfectam ei cōtinuo impetrauit ſanitatem. Idē frater Henricus hoſpitatus apud quandam matronā relictam cuiuſdam militis:⁊ eius filiū morti ꝓximū oratione ſua ⁊ ſocij quem ſecū cōpulit ad orandū:de morte reuocauit ad vitam. ¶ Duo fratres Hiſpani miſſi ad predicandum venerunt ad Madricū ad ſorores:quib⁹ .b. Dn̄icus dedit habitum ſctē religionis. Quū ergo alter eoꝝ in quadā domuncula de verbo dn̄i proponendo ſororibus cogitaret:gallus quidam ſui cantus frequentia fratrum animum perturbabat. Et licet frater gallū importune fugaſſet pluries:nihilominus rediēs ſuis eū cantibus tediabat. Frater igitur motus/arrepto fuſte gallū percuſſit:qui interijt ſtatim. Qđ quum idē frater vidiſſet conſiderās leuitatē ſuā ⁊ odiū ſororū:dolens de eo quod fecerat:accepit mortuū gallū in manibus ⁊ ait. Domine Jeſu chriſte reſuſcita illū tu qui eū feciſti ⁊ oīa potes:⁊ per gratiā tuā ego cauebo decetero ab hmōi leuitate:⁊ ſtatimqꝫ gallus de manibus eius auolauit in terrā:⁊ excuſſis alis cātauit:⁊ nō tā̄ importune ſicut prius. Hec frater Egidius Hiſpanus ſcripſit magiſtro:que ab ipō fratre cui acciderat hoc audiuit:qui tātā fidē ei adhibuit eo ꝙ eſſet frater verax ⁊ bonus. ¶ Capellanus quidā Hiſpanus quū vno oculo penitus nil videret:fidem habuit ꝙ ſi frater Laurentius predicator manus ſuper eius oculum poneret:ſanaretur. Rogatus ergo frater oculū tetigit:⁊ ſtatim viſum ille recuperauit. Idē frater Laurentius cuidam iuueni qui rogatus ab eo nolebat parcere cuidā inimico:dixit. Scio qđ impedīris a demone quem portas. Quo dicente vir ſanctus receſſit. Et ecce intra triduum eſt a demone arreptus corporaliter:⁊ miſerabiliter vexatus. Veniens ergo ad fratrē Laurentium ⁊ humiliter ei obediens:perfecte curatus eſt. ¶ Fuit in cōuentu Papienſi frater Iſnaraldus vir religioſus ⁊ feruens ⁊ gratioſus admodum predicator:per quē deus multos conuertit:⁊ miracula multa fecit per teſtes fide dignos ꝓbata. Inter q̄ claudi quinqꝫ greſſus:ſurdi quatuor auditū:muti duo loquelā:ceci tres viſum:tres manus viſum ad tactum eius ⁊ inuocationē nōis Jeſu xp̄i plene recuperauerūt. Virū quendā Papiēſem qui iam ab oībus dicebatur defunctus:facto ſigno crucis cum inuocatione nominis xp̄i ſuper eum:multis preſentibus ſuſcitauit. Sex iuuenes in pado flumine periclitatos inuocatus mirabiliter liberauit. Quum quedam paralytica comediſſet de reliquijs mēſe eius:curata eſt. Hydropicū oſculatus eſt:⁊ ilico detumuit. Paralyticum q̄ per xiiij. annos iacuerat:ſanitati chriſto inuocato reſtituit. Frater quidam conuerſus valde ſpūalis vidit in viſione (vt ſibi viſum eſt) ꝙ clerus ⁊ populus Papienſis veniebat ad domū fratrum predicatorum:poſtulantes ſibi vnum fratrem in patrem donari. Quod quum ſupprior ipſi fratri Iſnardo ⁊ tūc priori narraſſet:preuidens ipſe paſtor ſuum finem adeſſe:ſtatim cecidit ad pedes ſupprioris:⁊ ipſi generaliter eſt confeſſus:⁊ poſt paucos dies feliciter deceſſit. Fuit aūt virgo ⁊ carne ⁊ corpore. Claruit etiam poſt mortem multis miraculis:que infra ponemus.

§. IIII. Quum autē ordo predi

catorum a beato Dn̄ico contra hereſes et errores ſpecialiter fuit inſtitutus Toloſe:⁊ fere .xl. annis fratres de partibus illis in fame ⁊ ſiti frigore ⁊ nuditate:⁊ in tribulationibus multis certauerunt contra illos ⁊ contra tyrannos qui hereticos defendebant:tandem a .b. memorie Gregor. papa .ix. inquiſitio contra dictos hereticos ⁊ eorum fautores fratribus pro prouincia eſt cōmiſſa:propter quam fratres multis periculis ſeſe expoſuerunt. Nam in Toloſa poſt multas minas principis ⁊ ſuorum prohibitum eſt per edictum publicū:⁊ ne aliquod commercium aliquis haberet cū fratribus: nec eis aliquid venderet neqꝫ daret:ſed ad omnes portas domus fratrum poſiti ſunt cuſtodes:ne victualium aliquid inferretur. Quumqꝫ fratres omnes confeſſi ad martyrium ꝓ fide ⁊ obedientia eccleſie Romane paratos ſe offerrent:etiam cū multo deſiderio expectarent:precepto principis de ciuitate exire compulſi ſunt omnes. Ibant igitur gaudentes a conſpectu concilij:q̄m digni habiti ſunt pro nomine Jeſu ⁊ xp̄i fide contumeliam pati. Proceſſionaliter autē bini ⁊ bini exeuntes alta voce. Credo in vnū deū:deinde Salue regina deuote decantabant. Eadem fidei cauſa in Narbona domus fratrū eſt fracta:⁊ libri ſancti ab impijs lacerati. In multis etiā alijs locis fratres capti ⁊ ſpoliati ſunt nec ſine amicorum multitudine inquiſitores audebant procedere. Tandē anno dn̄i M.cclij. nocte aſcenſionis paſſi in caſtro Auionetiſo dioceſi Toloſana fratres ordinis predicatorum a papa dati inquiſitores .ſ. Guilielmus ⁊ Bernardus de Rupeforti:⁊ Garzias de aura:⁊ de ordine minorum Stephanus ⁊ Raimaldus ⁊ et alij qui cum eis erant. ſ. archidiaconus Toloſanus:⁊ quidā monachus cum tribus alijs ſeruientibus:⁊ ibi pro fidei xp̄i ⁊ obediētia Romane eccl'ie interfecti ſunt cantando/Te deum laudamus. Viſum eſt tunc a quadam muliere ⁊ paſtorib⁹ in illa regione celū apertū:⁊ ſcalā inde per terrā demitti:⁊ multum ſanguinem fundi. Multis quoqꝫ alijs viſa eſt celi apertura cum luce:⁊ multi quoqꝫ infirmi ſe deuouētes dictis martyribus a varijs languoribus ſanati ſunt.

Multorum fratrum ordinis predicatorum ſanctitas.

§. V. Fuerunt inſuper plurimi

vltra prenominatos qui etſi nō ſiat canonizati fuerunt tñ
maxime ſanctitatis miraculis coruſcātes. Quorū aliquos
nominabim⁹ particulariter. Equidē Raimaldus q̄ fuit ter
tius generalis ordinis: ⁊ cōpilauit decretales: fuit eximie
ſanctitatis: miraculis coruſcans in Barchinonēſi cōuētu
ordinis ſepult⁹. Similiter ⁊ frater Joannes de Saxonia
qui poſt eū creatus eſt generalis magiſter: ſanctitate vite
inſignis fuit. Frater Ambroſius de Senis ꝓ beato ibidem
veneratur miraculis clarus. In cōuentu Meuanie prope
Fulgineū requieſcit corpus fratris Jacobi inde oriūdi: ⁊ cu
ius corpus integrū vidi deſiccatū admodū ſtatue lignee.
Hic valde deuot⁹ et religioſus fuit miraclis glorioſus. In
Forliuienſi conuētu ſunt duo corpora. b. fratrum. ſ. fratris
Marculini inde oriuadi: ⁊ fratris Jacobi de Venetijs: q̄
habentur in magno honore propter ſan ctimoniā vite: ⁊ mi
racula. In conuentu ſancte Marie nouelle Florentie fra
ter Joannes de Salerno ſepult⁹ dicti conuent⁹ fundator.
Magiſter Hubert⁹ in. v. parte libri q̄ intitulaṫ de vita fra
trū circa finē refert de plurib⁹ q̄ claruerūt miraculis poſt
mortem. In regno Portugallie in cōuentu Colimbrie fuit
quidā frater Pelagius nomine: qui quū diu in predicatio
nis officio et cōfeſſionū audiētia fideliter feruenter et hu
militer laboraſſet: tandem coram poſitis fratrib⁹ ⁊ orātib⁹
in domino requieuit. Poſt tempus aliqd̄ quū fratris cuiuſ
dam defuncti foſſa iuxta ſuū tumulū fieret: ipſum foſſorē
⁊ fratres q̄ aderāt / odor mirabilis ⁊ nebula de tumulo ei⁹
egrediens cū ſuauitate reſperſit: ⁊ q̄ foſſor reuerſus domum
filiam ſuā grauiter infirmā dicto fratri Pelagio deuouēs:
ipſam ſanā immediate recepit. Quū fratres illius loci cā
panā fieri facerēt: ⁊ per errorē operariorū huius multum
cupri qd̄ erat neceſſariū ad campanā formandam deeſſet:
q̄dā frater facta oſne terra ſepulchri beati Pelagij miſit
in fornacē: ⁊ miraculoſe multiplicatū eſt cuprū: ita vt . cxx.
lib. ſupereſſent: quū tamē tertia pars deficeret prius ei⁹ qd̄
neceſſariū erat. Quinq̄ demoniaci ad ſepulchrū ei⁹ libera
ti: ⁊ cecus illuminat⁹: ⁊ plures a febrib⁹ curati ſunt: ⁊ inter ce
teros due Saracene inuocato nomine eius. ¶ In eadem
Hiſpanie prouincia quidā frater Petrus Gonſalui vene
rabilis religioſus dicti ordinis: quū tranſiſſet de hoc mun
do ad patrem: ſepult⁹ eſt honorifice ꝑpter ſanctitatis ſue
famā: ad cuius ſancti inuocationē multa ſunt ſecuta mira
cula: vnde reuerēdus eius ciuitatis ep̄s: pluſq̄ centūocto
ginta miracla per diſcretos ⁊ fide dignos examinata et te
ſtes iuratos ſub ſigillo ſuo trāſmiſit cap̄. generali Toloſe
celebrato: anno dñi. M. cclviij. Inter que fuerūt quinq̄ le
pra mūdati: demoniaci nouē a vexatione liberati: ⁊ ecus ſur
di: muti: fiſtulati: gutturnoſi: contracti febricitātes: ⁊ alij a
diuerſis lāguoribus eius meritis curati. Quidam naute
in mari tempeſtate quaſſati quum eius ſuffragiū inuocaſ
ſent: ſtatim apparuit eis dicēs. Ecce adſum: liberans eos.
Quedam mulier cū paruulo filio in humeris vecto quum
tranſiret in nauicula per magnum fluuiū: cecidit cū filio ī
flumen: qui ambo merſi in profundū. Sed inuocato bea
to Petro ab eo fuit cum puero mirabiliter liberata. ¶ De
fratre Mauritio q̄ fuerat feruens ꝑdicator: quū diē clau
ſiſſet extremū vite ſue in domo fratrū minorū in Albia eſt
honeſte ſepult⁹ Retulit frater Pōtius vir religioſus ⁊ ve
rax ordinis minorū: ita q̄ pluſq̄ quinquaginta infirmi ⁊ febri
citātes conualuerūt de infirmitate ad ſepulchrū eius: ⁊ qd̄
ipſe probaret declarata fide. ¶ Frater q̄dā Dñicus nomi
ne miſſus ad predicādū apud Buſas villā Vaſconie poſt
multos labores quos ſuſtinuit in predicatiōib⁹ et cōfeſ
ſionū audientia et regularibus diſciplinis: ibidē in domi
no obdormiuit in hoſpitali pauperū pauper ipſe ſepultus
ad cuius tumulū multi a diuerſis languorib⁹ redditi ſoſpi
tati. Quū aūt ſotulares eius quedam ſoror dicti hoſpita
lis dediſſet cuidā peregrino (vt credit̄ ſine licētia prioris
domus / ipſa nocte apparuit frater in ſomnis dicto peregri
no: admonens vt ſtatim eos reportaret ad hoſpitale: quo
facto fratres illius domus diuidentes minutatim ipſos ꝗ
corrigias infirmis pro benedictione dederūt: ⁊ q̄ ex deuotio
ne multis extiterunt cauſa ſanitatis. ¶ Frater Conrad⁹
quondā prior Conſtantieſi. qui ſe oībus amabilē prebue
rat: appoſit⁹ ad patres ſepult⁹ eſt in eccleſia fratrum Mu
bicti: ⁊ cui⁹ corpus quū fratres extumularent vt alibi recō
derent: odor ſuauiſſimus de mēbris eius egrediēs / oēs bo
no odore nō ſolū ꝑfudit: ſed ad deuotionē excitauit. Ma
nus etiā tāgentiū corpus odorē optimū diutius ſeruaue
runt. Manus etiā cuiuſdā fratris q̄ paralytica erat: ad ta
ctū vnius digiti de reliquijs dicti fratris Conradi mox per
fectam recepit ſanitatem. Hic etiam quū adhuc eſſet iuue
nis ⁊ viueret: multa miracula vt teſtificatū eſt a multis per
ſonis ꝑ eū dñs fecit. Hic Teutonicus primo anno ſacerdo
tij ſui fratri Alberto auūculo ſuo narrauit q̄ v̄go. b. predi
xerat ei obitū ſuū: ⁊ qd̄ euenit prout ꝑdixit. Et q̄dā mulier
accedens ad ſepulchrū ei⁹ ſanata eſt a graui infirmitate.
Cuiuſdā fratris Conradi ſiue prefatus fuerat ſiue alter /
quū beata oſſa leuata fuiſſent de tumulo: ⁊ inuentum eſt cō
creuiſſe et prominere de oſſe pectoris ini vbi frequēter cru
cem imprimere cōſueuerat / crucē quādā a dño benedictā
q̄ nō eſt dubiū q̄n manu ſuperiorís artificis fuerit formata.
¶ Frater Bernardus genere Vaſco verus obediēs vt de
uotus admodū predicator / ex hac luce ſubtractus in con
uentu Toloſano ſepultus eſt: ⁊ ad cuius tumulum ſtupēda
multa dñs per merita eius operatus eſt. Ceci. xij. illumina
ti ſunt diuerſis tēporibus: ⁊ ſurdi tres auditū recuperarūt: ⁊
claudi. vij. rectū conſecuti ſunt greſſum / contracti. iiij. ſana
ti ſunt: ⁊ et pluſq̄. xxx. alij. a varijs lāguorib⁹ liberati ſunt.
Quū filia cuiuſdā ab adſiſtentib⁹ mortua putareṫ et ocu
los iam clauſiſſet: ⁊ et pater eius exclamaret cū fletu / O btē
Bernarde redde mihi filiā meā quā tibi deuoui: ⁊ inuocatus
idem puellā ſuſcitauit ⁊ ſanā reddidit: ⁊ et deo ipſa ſe dedi
cauit. ¶ Frater Iſnardus prior olim Papienſis quum mi
graſſet ad dñm religioſiſſime cōuerſationis: miraculis cla
ruit. Duo iuuenes inuocantes eius auxiliū de carceribus
liberati: ⁊ et quū cuſtodes carceris perpēdentes inſequeren
tur eos: capere non voluerūt. Filiū cuiuſdā mutū et para
liticum ſanum reddidit. Herniosum defluentib⁹ inteſtinis
inferius curauit. Demoniacam a vexatione liberauit et di
uerſa beneficia ſanitatis cōceſſit. Hec oīa Humbertus in
dicto libro. ¶ Anno dñi. M. cccclvij. in cōuentu piſtorieſi
ſancti Dñici migrauit ad dñm q̄dā venerabilis religioſus
frater Laurētius nōie de Ripafracta caſtro Piſano oriū
dus octogenarius et vltra. Hic vir ſimplex ⁊ rectus timēs
deum et recedens a malo: anno etatis ſue. xx. vel circa ex
diacono ſeculari ingreſſus eſt ordinem predicatorum per
lx. annos deſudās in dominica vinea ad excolendum eam.
Norma ſanctitatis fuit iſte: ⁊ ſpeculum pudicitie: zelator ⁊
obſeruator ad vnguē vite regularis: obedientie fili⁹: ⁊ humi
litatis alūnus: dño et oībus dilect⁹. Nullus in ordine eo
pauperior: nullus tam mundi contemptor: ⁊ in diuinis offi
cijs diurnis pariterq̄ nocturnis ſedulior aut deuotior
alijs clemens ⁊ pi⁹ / ſibi auſter⁹ in aduerſis patientiſſimus: ⁊
qui ⁊ infirmitatem tibie vlceroſe per plurimos annos ſu
ſtinuit aſſidue. Hic armarium fuit ſacrarū lrarū. In ꝑdi
catione nō curioſus: ⁊ ſʒ vtilis ⁊ copioſus. In audiētia con
feſſionū etiā tēpore peſtis ita indefeſſe laborioſus vt nul
lus ei adeq̄ret. Quē etiā morbo infectū Piſtorieſiū vel Fa
brianenſiū ⁊ circūiacentiū locorum in confeſſione non au
diuit: Demū ad extremū vite perueniens: aſſumptis deuote
eccleſiaſticis ſacramentis ⁊ exhortatis corā poſitis fratri
bus in domino obdormiuit: ⁊ ſepultus in eccleſia dicti conuē
tus cum veneratione maxima totius cleri et populi. Qui
poſt mortē miraculis dicitur clarere. Huius ſanctam con
uerſationem in domino familiariter cognoui.

§. VI. Narrat in eodē libro idē

Humbertus de multis fratribus: q̄ in extremo vite conſti
tuti cum tanta deuotione ⁊ cordis iucunditate ⁊ ſue ſolua
tionis ſecuritate: ⁊ ipſa ſuauitate exhortatione facta ad ad
ſtantes in deū: ⁊ multiplici viſione angelorū vel ſanctorꝫ ſui
trāſit⁹ ꝑcognitiōe ⁊ ꝑnūtiatiōe gaudioſa aliorꝫ reuelatio
ne ita ſe habuerūt: vt merito ꝑſumi de eis valeat ad celos
euolaſſe ⁊ in gloriā tranſiſſe beatorꝫ. Aliquorꝫ vero etſi ſer
pens antiqu⁹ calcaneū obſeruauerit: vt veneno fraudulen
tie interimeret: ⁊ transfigurans ſe in angelū lucis: gratia tñ
chriſti illuſtrati ad cognoſcendū fallaciā capite ei⁹ cōtrito
ſalui facti ſunt. Nōnulli inordinatas affectiōes etſi non cō
tra dilectionem dei / tñ preter ipſoꝫ / per ignem purgatoriuꝫ
tranſierunt ad xp̄m. Et ille quidem propter propinquorꝫ
affectionē. Alter ꝑ vana gloria vocis in cantādo. Alter ꝑ
curioſitate edificiorꝫ. Quidā ꝑ nimio amore ⁊ tenacitate li
brorꝫ. Quidā ꝑ nimia ſolicitudine q̄ſtus. Alius ꝑ auidita
te pot⁹ vini puri vt dormire poſſet. Nouus ꝑ tarditate ꝓfeſ
ſionis et nō ſm mores fratrū. Quidā ꝑ irreuerētia ad ꝓla
tos. Alter ꝑ diſtractione negotiorꝫ ſecularium et ꝟbis ocia
tioſis ⁊ leuib⁹. Quidā pro ingratitudine beneficiorū. Ali
quis etiam ꝑ tarditate executiōis teſtamenti in legatis ad
pias cauſas: ⁊ ideo ab eis cauēdū: ⁊ q̄ etſi a nobis nō exiſti
mantur pctā: a deo tñ ponderātur ⁊ impunita nō trāſeūt.
Et ad hoc facit qd̄ habeṫ exēplū ī Anglie ꝓuīcia in partu
Hybernie frater quidā iuuenis valde deuotus in villa ad
quā miſſus exierat in domo fratrū minorꝫ infirmat⁹ eſt ad
mortē ꝑſentib⁹ trib⁹ fratrib⁹ noſtris ⁊ duobus minorib⁹.

Exēpla lectū nō indigna

Qui manu ſua oculos clauſit: et pleno ore ſubriſit. Cui ſup-prior fratrū adſtās q̄ſiuit cur riſiſſet. Et ille reſpōdit. Quia mō venit ſanct⁹ Raymūdus rex noſter et martyr: et ecce to-ta dom⁹ angelis repleſ. Et iterū mēſius riſit dicens. Dñs nr̄a venit ſalutem⁹ eā. Cumq̄ dixiſſent oēs Salue regina rc. ait infirm⁹. O q̄ gratioſe acceptauit ꝟgo maria hanc ſa-lutationē: et ipſa gaudēs ſubriſit. Poſt hoc frater infirm⁹ oculos ad oſtiū dirigēs: vultu in palloꝛē mutato/ait. Mo-do dñs Jeſus chriſt⁹ venit ad iudicandum me. Et factus in agonia tanq̄ ductus ad iudicium/in oībus mēbris prius emortuis tantū intremuit et tantuꝫ ſudauit: q̄ ſicut teſtat⁹ eſt predictus ſupprioꝛ q̄ preſens erat vix ad tergēdū ſudo-rem illi⁹ ſufficeret. Et q̄ſi corā iudice cōſtitutus/cū timoꝛe diſceptabat: dicens aliq̄ñ/Uerum eſt: aliquādo. Non eſt ita aliq̄ñ. b. virginē interpellās: ne diſcederet ab eo: aliq̄ñ ad-uerſariū conſtanter redarguēs. O (inquit) inter ceteris tu dona mihi bone Jeſu hoc modicum. Cui ſupprioꝛ. Quid eſt frater chariſſime? Cōputātur ne modica peccata inter magna? Heu inquit ita grauiſſime gemens. Quum autem admoneretur a ſupprioꝛe: vt nullo modo diffideret de miſe-ricoꝛdia: etiā ſi angelus de celo aliud ſuaderet: q2 ſaluatoꝛ noſter miſericoꝛs eſt: reſpōdit infirmus vultu exhilarato. Reuera miſericoꝛs eſt. Et poſt modicū expirauit de hoſte triūphans. ℭ Quidā ali⁹ in Anglia Alanus nomine ad ex-tremū deductus/cepit vultu hoꝛreſcere: et terribiliter cla-mans ait. Maledicta ſit hoꝛa qua oꝛdinē intraui et ſubri-cuit. Et oꝛantib⁹ pꝛo eo adſtantibus/paulo poſt infirmus ſerena facie ſubridens ait. Non ſit maledicta ſed benedicta hoꝛa qua oꝛdinē intrauit et benedicta ſit beata virgo Ma-ria quā ſemper dilexi. Feciq̄ꝫ vocari alios fratres: et ait. Uos turpati eſtis de pꝛimo verbo meo ſed ſciatis hāc fuiſ-ſe cauſam. Apparuerunt mihi demones terribiles/parati ad rapiendum aiam meaꝫ: pꝛopter qḋ pre timoꝛe extra me fact⁹ ſic maledixi. Et dico vobis: ſi fieret hic ignis ſulphu-re mixtus qui vſq̄ ad fineꝫ oꝛbis terre ſe extenderet: et dare-tur mihi optio: vtrū malleꝫ per mediū illiꝫ ignem trāſire: an demones iterum in ſimili foꝛma videre: potius eligerē per illum ignem tranſire: tam hoꝛribilis eſt eoꝛuꝫ aſpect⁹. Sed poſtmodū ſuperuenit beata Maria q̄ illos fugauit: et tunc concepta ſpe ſui adiutoꝛiū riſi: et ipſam que me libe-rauit/benedixi. His dictis requieuit in pace. ℭ Quantum etiam valeant ſuffragia miſſarum et oꝛationum pꝛo defun-ctis facta deuote patet per hoc exemplū. Cuidā deuotiſſi-mo noſtri oꝛdinis qui Juo dicebaf natione Britoꝛiu oꝛa-tione perſiſtenti poſt matutinas eleuatis oculis ad lampa-dem choꝛi: apparuit vmbꝛa quaſi cuiuſdā fratris in ſoꝛdi-do habitu et nigro. Cumq̄ ille queſiſſet q̄s eſſet: reſpondit. Ego ſum frater talis et ibi ſpeciali dilectione adſtrict⁹: q̄n-ſuper obiq̄: et interrogāti dicto Juoni qualiter ſibi eſſet: reſ-pōdit. Male et dure: et in diuerſo penarū genere per. xv. an-nos ſum manſurus. Cumq̄ ille quereret cur tam dure et tādiu deberet illa pena cruciari: q̄uū vixiſſet tā religioſe de-uote et feruenter: reſpondit. Non queras cauſam: quia ſm iudicium dei qḋ equiſſimum eſt/bene merui hanc penam: ſed rogo vt ſubuenias mihi. Qui pꝛomiſit pꝛo viribus ſe hoc facturum. Uñ mane ſequenti celebrans pꝛo eo miſſam peractis omnib⁹ ante ſumptionē euchariſtie tenēs in ma-nu ſacramētū cepit deuotiſſime cū multis lachꝛymis ro-gare dñm quaſi ſub his verbis: Dñe Jeſu chꝛiſte ſi Sol-danus Babylonie et Aſupie haberet vnū ſclauū captiuum in carceribus: et camerarius eius q̄ die noctuq̄ per pluri-mos annos fideliter ei deſeruiuit: peteret illum vinctū ſibi donari pꝛo ſeruitio ſuo: certe Soldanus nō facile denega-ret. Dñe non es crudelioꝛ Soldano: immo fons es mie et clemētie. ego camerarius tuus et ſeruitoꝛ per tantū tēp⁹: talis frater captiuus tuus eſt ꝑ defectibus ſuis in carcere purgatoꝛiū. Ecce a te peto eum mihi donari. Nunquid dñe exaudies me? Cumq̄ pluries dicta verba inculcaſſet cum la-chꝛymis copioſis: miſſam demuꝫ cōpleuit. Nocte ſequenti ipſi oꝛanti apparuit dictus frater in habitu candido et pre-claro. Quē agnoſcens/interrogauit q̄liter ſe haberet. Qui reſpondit/Bene per gratiam dei. Petiſti a dño me tibi do-nari: et me tibi largit⁹ eſt. Unde tibi a purgatoꝛio liberat⁹ accedo ad conſoꝛtium beatoꝛum.

ℭ De ſummis pontificibus: cardinalibus/et epiſcopis: ex oꝛdine pꝛedicatoꝛuꝫ electis. Capitulū. xi.

Dignitate quidem pꝛe-latiōis vſq̄ ad ſummū apicē pontificatus ali-qui pꝛouecti ſunt: nōnulli ad cardinalatū/com-plures ad ep̄atum vel archiep̄at⁹ aſſumpti ſunt. Qui etiā fuerint in ipſo oꝛdine generales ma-giſtri exprimeſ. Officiū inquiſitionis contra hereticaꝫ praui-tatem cōius eſt ipſius oꝛdinis pꝛedicatoꝛū: exceptis quibuſ-dam ꝓuinciis: vt Tuſcie: et pꝛouincia beati Franciſci in qui-bus deputantur de oꝛdine minoꝛū. Magiſteriū ſacri pala-tii regulariter eſt pꝛedicatoꝛū: licet aliq̄ñ alii ad illud offi-cium ſint aſſumpti. Et pꝛimo quidē ex ipſo oꝛdine ad ſum-mū pontificatū aſſumpt⁹ eſt Petrus de Tarētaſia magi-ſter in theologia vocatus Inno. v. q̄ ſedit anno vno et men-ſibus paucis. Secūdus ad eandē dignitatem pꝛomotus ex ordine fuit Nicolaus de Triuiſio infime conditionis in ſe-culo: ſed nobiliſſim⁹ ſcientia et moꝛib⁹: ita vt miraculis cla-ruiſſe dicaf: ſepult⁹ Paruiſio in eccleſia ꝑdicatoꝛ. Uocat⁹ fuit Benedictus. xi. modico tēpoꝛe cathedrā tenuit. ſ. viii. menſib⁹: et veneno in ficub⁹ recētib⁹ ſibi parato migrauit ad dñm. De hoc Benedicto legi in chꝛonicis oꝛdinis. xv. mira-cula fideli teſtimonio compꝛobata meritis eius facta de di-uerſis infirmitatibus: quoꝛum infirmoꝛum noīa et locoꝛuꝫ deſcribuntur: et infirmitatum que ob breuitatem dimitto.

Fratrū ꝑdicatorū q̄ fuerit pōtifices ſū̄mi Cardinales Patriarche/Archiepi Archiepi. [marginal note]

§. I. Cardinales ex oꝛdine aſſū-

pti vſq̄ ad pꝛeſens. ſ. annum dñi. M. cccclviii. ſunt. xxiii. hi videlicet/pꝛim⁹ dñs Hugo de ſctō Caro pꝛouincie Fran-cie: magiſter in theologia: tituli ſancte Sabine: cuius coꝛ-pus requieſcit in conuētu Urbeuētano oꝛdinis ꝑdicatoꝛū. Secūdus fuit dñs Annibal de pꝛoconſulib⁹ Romanoꝛum magiſter in theologia: et lectoꝛ ſeu magiſter ſacri palatii tituli. xii. apoſtoloꝛū. req̄eſcit in cōuentu Urbeuētano. Ter-tius fuit Petrus de Tarentaſia magiſter in theologia et de pꝛouincia Francie tituli ep̄s Oſtieñ. q̄ vt dictum eſt ad pa-patuꝫ aſcēdit/req̄eſcit Rome in eccleſia Lateranēſi. Quar-tus dñs Robertus ep̄s Poꝛtuēſis: magiſter in theologia natione anglicus. req̄eſcit in conuētu Uiterbiēſi oꝛdinis pꝛedicatoꝛum. Quintus dñs Latinus de nobili ſtirpe Ro-manoꝛ. ſ. de Frangepanib⁹: de qua fuit Gregoꝛius magn⁹ ep̄s fuit Oſtieñ. doctoꝛ in decretis: multū humilis et deuo-tus: miraculis etiā fulgens. Hic legat⁹ in Tuſciam pacem compoſuit Floꝛentie inter Guelfos et Gibellinos: requie-ſcit in cōuentu ſancte Marie ſuper Mineruā Rome. Sex-tus fuit dñs Hugo de Belinciolo: pꝛouincie Francie ma-giſter in Theologia: ep̄s Oſtieñ. requieſcit in ſancta Sabi-na Rome. Septim⁹ fuit dñs Nicolaus de Triuiſio: poſtea creat⁹ papa vt dictū eſt. qui pꝛius fuerat generalis magi-ſter oꝛdinis: ep̄s Oſtieñ. req̄eſcit in conuētu Peruſino oꝛ-dinis pꝛedicatoꝛū. Octauus dominus Nicolaus de pꝛatoꝛ pꝛouincie Tuſcie magiſter in theologia qui pꝛius fuit pꝛo-uincialis Romane pꝛouincie: et poſtea epiſcopus Spoleta-nus: epiſcopus in cardinalatu Oſtieñ. Hic fuit multū pru-dens et ſagax in agibilibus: et magna fecit: requieſcit in cō-uentu Auinionēſi. Nonus dñs Guilielmus de pꝛouincia Anglie magiſter in theologia: tituli ſancte Sabine. requie-ſcit in cōuentu Londrēſi pꝛouincie Anglie. Decimus dñs Gualterus de Anglia confeſſoꝛ illuſtriſſimi regis Anglie Eduardi: tituli ſancte Sabine: requieſcit in conuentu Be-nuenſi. Undecimus domin⁹ Theobaldus de pꝛouincia An-glie magiſter in theologia: tituli ſancte Sabine. Duode-cimus fuit dñs Nicolaus de ꝓuincia Francie: cōfeſſoꝛ illu-ſtriſſimi regis Francie Philippi: tituli ſancti Euſebii: req̄e-ſcit in conuētu Lugdunēſi. Decimuſtertius dñs Guiliel-mus de Baiona: de pꝛouincia Toloſana: magiſter in theo-logia et magiſter ſacri palatii: tituli ſancte Cecilie: req̄eſcit in cōuētu Montiſpeſſulani. Decimuſquart⁹ fuit dominus Mattheus de Urſinis: magiſter in theologia: et pꝛioꝛ pꝛo-uincialis Romane ꝓuincie: Sabineñ. ep̄s: req̄eſcit in cōuē-tu ſancte Marie ſup Mineruā. Decimuſquintus fuit dñs Gerardus de pꝛouincia Toloſana: hic fuit generalis ma-giſter oꝛdinis pꝛius: tituli ſancte ſabine: requieſcit in cōuē-tu Toloſano. Decimuſſextus fuit dñs Joānes de moꝛlen-dinis: de ꝓuincia Toloſana: qui pꝛius fuit generalis magi-ſter ipſi⁹ oꝛdinis: titu. ſancte Sabine: req̄eſcit in ꝯuētu To-loſano. Decimuſſeptim⁹ fuit dñs Nicola⁹ de ꝓuincia Ara-gonie: et magiſter i theologia: tituli ſancti Xiſti requieſcit in cōuētu Maioꝛicēſ. Decimuſoctau⁹ fuit dñs Guilielmus de ꝓuincia Toloſana: lectoꝛ ſacri palatii et ep̄s Maſſilien-ſis. et poſt ep̄s Oſtieñ. in cardinatu. Decimuſnonus fuit dñs Philippus: natiōe Romanus: penitētiarius in vrbe: poſtea ep̄s Lybertin⁹: titu. ſancte Suſanne. Uiceſim⁹ fuit frater Nicolaus de charatiolis/Neapolitan⁹: magiſter in theologia et inq̄ſitoꝛ heretice prauitatis: ꝓuincie regni: tit. ſancti Cyriaci. Uiceſimuſpꝛim⁹/fuit dñs Joānes Dñici de Floꝛentia pꝛouincie Romane eximius ꝑdicatoꝛ et pꝛi⁹ ar-chiep̄s Raguſin⁹: tituli ſancti Xiſti: req̄eſcit Bude in pꝛo-uincia Ungarie: in cōuētu fratrū ſancti Pauli pꝛimi eremi-te ſꝫ de hoc plenius infra. Uiceſimuſſecūdus fuit dñs Joā-nes de caſa noua: pꝛouincie Aragonie: magiſter in theolo-

gia:

gia: et ep̄s Bonfan⁹ prius .tit. ſancti Xiſti: requieſcit in conuētu ſancte marie nouelle Florentie. Uiceſimuſtertius fuit ⁊ eſt dn̄s Joannes de turre cremata: p̄uincie Hiſpanie magiſter in theologia: ⁊ lector ſacri palatij: tit. ſancte Marie trans tyberim: q̄ ſatis laborauit ad impediendū ſchiſma patratū in conciliabulo Baſilienſi. ¶ Fuerūt ⁊ multi alij ex ordine aſſumpti ad diuerſas dignitates. ſ. patriarchatus primat⁹. archiep̄at⁹ et ep̄atus in diuerſis ciuitatib⁹. Frater Guido de Soliacho patriarcha primaſq; Aquitanie: archiepiſcopus Bituricenſ. patriarcha grandenſis: ⁊ tres alij fratres ordinis: diuerſis temporibus in illum patriarchatum fuerunt aſſumpti. Frater Thomas agni patriarcha Hieroſolymitanus. Frater Robertus Anglicus archiep̄s Cantuarienſ. ⁊ primas Anglie ⁊ poſtea cardinalis. Frater Rainaldus archiepiſcopus Armachanus ⁊ primas Hybernie. Et in dicto archiepiſcopatu ſucceſſerunt frater Martidus: frater Gualterius: frater Iſuardus Papienſ. p̄triarcha Antiochenus. In patriarchatu Hieroſolymitano poſt fratrem Thomam agni fuerunt poſtmodum frater Nicolaus de Anapis: ⁊ frater Radulfus Gallicus: ⁊ frater Petrus de palude vt fertur. Frater Joannes polo archiepiſcopus Piſanus: que dignitas eſt etiam primas Sardinie et ⁊ corſice: ad quam dignitatē aſſumptus eſt frater. N. de ſalterellis Florentinus: ⁊ multa bona ibi operatus eſt. ¶ Aliqui alij aſſumpti ſunt ad archiepiſcopatum. Frater Raimūdus de medullione aſſumptus eſt ad archiep̄atū Ebedrunenſem in p̄uincia Prouincie. Frater Rodericus archiepiſcopus Cōpoſtellan⁹ in p̄uincia Hiſpanie. Petrus de Tarentaſia archiep̄s Lugdunēſ. in p̄uincia Francie: ⁊ hic papa. Frater Bonifacius de lauagna archiep̄s Rauēnas. In Romādiola frater Jacob⁹ de voragine archiep̄s Genuenſis. de cuius ſcriptis infra dicet. Frater p̄ſiliū archiep̄s Goſanus. Frater Joannes de colūna archiep̄s Meſſan⁹ ⁊ cui ſucceſſit frater Raineri⁹. Frater Stephanus archiep̄s Trechanus. Frater Rodulfus archiep̄s Materanus. Frater Diterus frater carnalis regis Alemānie Rodulfi archiep̄s Treuerēſ. Frater Guilielm⁹ archiep̄s Dublinenſ. in Hybernia. Frater Andreas Ungarus archiep̄s Autiliarenſ. q̄ fuit miſſus ad curiam a rege Ungarie pro canonizatione Margarite filie regis Ungarie monialis ordinis predicatorū: q̄ ſancte vixerat i p̄uincia Ungarie. Frater Joannes Uiſilienſis archiep̄s in Dacie p̄uincia. Frater Nicolaus de Tyro archiep̄s in p̄uincia terre ſancte: cui ſucceſſit frater Bonacurſius. Frater Juo archiep̄s de Nazareth. Frater Roſtagan⁹ archiep̄s Neupotenſ. in Achaia: in prouincia Grecie. Frater Petrus de cōflicto archiep̄s Tyrenſ. Frater Guilielmus archiep̄s Corinthi: cui ſucceſſit frater Mathe⁹ de p̄ſtino. Frater Iſuardus archiep̄s Thebanus. Frater. Nicola⁹ de ſeza archiep̄s de zara. Frater Alexāder archiep̄s Cretēſis. Frater Andreas Grecus archiep̄s Coloſſenſis. ¶ Multi alij fuerūt ep̄i in diuerſis p̄uincijs etiam ciuitatū notabiliū: e quib⁹ paucos notabim⁹. Frater Raimundus de ſalgaino ep̄s Coloſanus. Frater Andreas Ualentin⁹ ep̄s Ualentin⁹ in Aragonia. Frater Berengarius ep̄s · erodenſ. Barchionenſ. ⁊ Hylardenſis ep̄i fuerunt eo tēpore fratres ordinis p̄dicatorū. Frater Grego. Florētinus ep̄s Fauentinus. Frater Ugolinus: ⁊ frater Laurentius et frater Hieronym⁹ ep̄i ſucceſſiue Ariminī: ac etiā quidā frater Ambroſius. Frater Euerardus ep̄s Brixienſis: ⁊ frater Guala ibidē. Frater Jacobus de ſcābio ep̄s Bononienſis ac etiā poſtea frater Jordanes de Roma. Frater Robertus Bononiēſis ep̄s Caſtellan⁹. i. in Uenetijs: ⁊ frater Gualterus poſtea frater Raimūdus Laudenſ. ep̄s. Frater Petrus Placētinus: ep̄s Bobiēſis. Agniſius ep̄s Bergomenſis: et Riboldus Ungar⁹ ep̄s ibidē. Frater Jacobus ep̄s Mantuanus: ⁊ frater Mattheus ep̄s Mantuan⁹. Frater Guido ep̄s Ferrarienſ. Frater Barptolome⁹ ep̄s Uincentin⁹. Frater Aldebrādin⁹ Florētin⁹: ep̄s Urbeuētan⁹. Frater Petrus Lucanus: ep̄s Lucan⁹. Leonardus Romanus ep̄s Aq̄lanus. Frater Albert⁹ magn⁹ Teutonicus ep̄s Ratiſponēſ. Frater Clemens ep̄s in Scotia. Frater Narus ep̄s Bergenſis in Dacia. Frater Jaguardus ep̄s Bethleemitan⁹ cū trib⁹ alijs ſucceſſiue. Frater Joānes Benedicti Uenet⁹: ep̄s Triuiſin⁹: Frater Thomas Barratte: Uenetus ep̄s Rachanatēſ. trāſlat⁹ in Urbiatā ⁊ poſtea in Trigeriēſem. Frater Jacob⁹ Peruſin⁹ ep̄s. Frater Angelus de Acciaiolis: ep̄s Florētin⁹: tūc eni erat ſedes ep̄alis: que poſtmodū per Martinū. v. reducta eſt i ſedē metropolitanam ſeu archiep̄alem: habēs duos ſuffraganeos. ſ. ep̄m Piſtoriēſem ⁊ ep̄m Feſulanum. Frater Jacobus de Altouitis magiſter in theologia: ep̄s Feſulan⁹. Frater Ubertinus de albicis florētin⁹: ep̄s Piſtoriēſ. Et poſtq̄ eccl'ia florentina facta eſt ſedes archiep̄alis: fuit in ea vnus frater florētin⁹. Fuerunt quoq; ⁊ alij quinquaginta vel circa in diuerſis ſedibus ep̄alibus in varijs p̄uincijs: quorū nomina ob breuitatē omitto ⁊ dioceſes in quib⁹ p̄fuerūt. Hec oīa ſunt trāſſumpta ex chronico ordinis: q̄d habet Bononie a diu factū vnde ⁊ multi poſtea aſſumpti ad epiſcopales dignitates: q̄ ibi nō deſcribunt. Ubi etiā ponūtur aliq̄ qui iam aſſumpti renuntiauerunt. Inter quos fuerūt frater Joā. Teutonic⁹: dimiſit ei ep̄atum Boſſium: ⁊ reuerſus ad ordinē fact⁹ fuit magiſter ordinis. iiij. Frater etiā Albertus magn⁹: q̄ renuntiauit Ratiſponēſi ep̄atui. Frater Hūbert⁹ Gallic⁹ ep̄atuꝫ Ciſtertiēſem. Quatuor alij ſolēpnes viri ep̄i in magnis vrbibus i habitu clericatus ſecularis / ſuſceperunt habitū ordinis. Alij nouē numero magnas dignitates ſibi oblatas epiſcopatus ⁊ archiep̄at⁹ oīno renuerūt. Quorū p̄mus fuit. b. pater Dn̄icus ⁊. b. Tho. de Aquino ⁊ Raimundus terti⁹ magiſter ordinis: ⁊ humbertus quītus magiſter ordinis. ⁊. b. Ambroſius de Senis.

§. II. Fuerūt ⁊ aliqui fratres ordinis ſiue nolati ſa dignitatib⁹ predictis: ſiue etiam ſine illis: q̄ fuerūt inſignes et famoſi p̄ orbē in ſciētia et doctrina p̄dicationis / diſputationis: ⁊ lecture. Quorū plurimi abſq; editiōe librorū claruerūt verbo. Alij etiam opera plura dimiſerunt in ſcriptis ſatis diffuſa ⁊ in diuerſis ſciētijs ⁊ materijs: q̄ teſtimonium perhibēt ſapiētie eorū: ⁊ multū ſunt vtilia legentibus ea. Et de his hic fit mētio: de quib⁹ memorie occurrūt: ⁊ nō de oībus. Et quia de libris editis a. b. Thoma. ſ. in primo titulo hui⁹ tertie partis hiſtoriali fit mentio: ideo de eis hic taceo. Primus igit ex nominandis fuit Hugo cardinalis primus ordinis. Hic poſtillauit totam bibliam. Sed ſpeciale opus fecit ⁊ valde prolixum ſuper totum pſalterium multiplices ponēs expoſitiones ⁊ multas diſtinctiones ad predicanduꝫ aptas. Poſt hunc fuit Albertus magnus Teutonic⁹: qui ſcripſit egregie in logicalib⁹ ⁊ philoſophia p̄cipue naturali ſuper oēs alios. Hic etiā ſcripta edidit ſuper librū ſententiarū. Qui etiā fecit libruꝫ ſeu tractatum prolixum de quatuor coequeuis. Itē de proprietatibus rerū. Item ſuper lucam multū diffuſe ſcripſit. Itē ſuper Miſſus eſt librū ſpecialē edidit in laudem virginis glorioſe. Item librum de miſſa. Petrus de Tarētaſia: q̄ fuit papa Inno. vt ſupra patet: ſcripſit ſuper ſententias abbreuiator. b. Tho. Scripſit etiaꝫ ſup̄ ep̄las Pauli egregie cum diſtinctionib⁹ ſeptimēbrib⁹ vt plurimū in qualibet lectione: que valent ad materiam predicādi. Durandus magiſter ſup̄ ſententias ſcripſit: qui primo fuit ſectator doctrine ſancti Thome ſꝫ poſtea ſatis impugnator neſcio quo ſpiritu ductus. Sed quidam ordinis eiuſdē Durādellus vocatus: nepos vt dicit eius / ſcripſit libelluꝫ contra eū: in quo reſcllit impugnationes quas ille fecit ꝯtra dicta eius efficacibus rationibus: et incipit tractat⁹ ille / Sedēs aduerſus fratreꝫ tuū loquebaris: ⁊ aduerſus filiū matris tue ponebas ſcandalū. Hec feciſti: et tacui. Exiſtimaſti inique q̄ ero tui ſimilis / arguā te et ſtatuā contra faciē tuam. Frater Petrus de Palude Gallicus eximius magiſter in theologia ⁊ mu um perit⁹ i iure: ſcripſit ſuper librū ſentētiarū ⁊ copioſe ex ſententijs modernorū multa recolligēs: declarator ⁊ defenſor doctrine. b. Thome. Credo quantuꝫ ad quartū librū ſuper ſententias / nullum ſcriptū reperiri q̄d ita deſcendat ad practicaꝫ caſuū ⁊ ita particulariꝫet materias ⁊ multiplicet ſicut id. Dicit etiā q̄ ſcripſerit ſup̄ totā bibliā ſ̄m multiplicē expoſitionē. ¶ In moralib⁹ ptinētib⁹ ad caſus conſciētie dilucidandos. Raimūdus q̄ et decretales cōpilauit ad requiſitionē Greg. ix. fuit quaſi prim⁹ qui cōpoſuit ſummā in foro cōſciētie: q̄ tunc multū fuit in vſu: ⁊ dicit Raimūdina de caſib⁹ cōſciētie prolixiorē et vtiliorē. Nam recolligit ibi ſentētias circa materias de quib⁹ inq̄rit. Procedit eni p̄ modū queſtionis: et reſpondet ſine argumētis ſ̄m dicta ſancti Thome in ſumma ⁊ in quarto ſententiarū: ac aliq̄ etiā ſ̄m Petrū de Tarētaſia. Ponit etiā ſentētias Raimūdi ⁊ gloſ. eius: ⁊ Inno. et Oſtieſ. et aliorū. Tenet aūt ordinem procedendi ſ̄m Ral. ⁊ dicitur Joannina: vel ſumma confeſſorum poſt hec frater Barptolemeus Piſan⁹ edidit ſummam que dicitur Piſanella / ſeu maeſtruccia / eaſdem materias tangens quas ⁊ ſumma confeſſorum: ſed breuius ⁊ per aliū ordinē ſcilicet. per alphabetū: vt citi⁹ inueniant materie in inq̄rēdo. Addidit et vt habētur ordinata in. vj. et in clemē. q̄ libri nōdū erāt editi q̄ñ cōpilata fuit ſumma confeſſorū. Sed ad poſtea addite ſunt conſtitutiones ſexti. Frater Rainerius Piſan⁹ poſt hos fecit ſummā m nam nolatā Pantheologiā / diſtinctā in duas partes: p item in materijs ſ̄m ordinē alphabeti: q̄ non ſolū tractat   caſibus cōſciētie: ſed etiā de omni materia p̄dicabili et p̄ modū p̄dicabilē. ¶ In materia hiſtoriarū frater Uincē. Bel-

tenuit curiã Grego. que quũ eſſet Caietẽ ⁊ ille Ladiſlaus rex Appulie ſine cauſa rationali ſubtraxiſſet obedientiã a Grego. ipſe: aſſũ Joan. prefatus acceſſit ad imperatorẽ Sigiſmundũ in habitu transformato cuȝ paucis tamẽ ſtebatur ⁊ cum eo tractauit modũ ad vniõẽ efficiendam: que demũ ſecuta eſt: cuius nõ modica cauſa ipſe fuit. Pius aũt Greg. ipſum ſecutus Frigoiũ vbi conciliũ generale celebrandum per ꝗ̃m Grego. fieri debebat: quũ ibi eſſet dicit̃ veneno potionatus ab vno ex familiaribus. Nec tamẽ eum extinxit: ſʒ vim eius natura cum dei gratia ſuperauit: ipſi tamen pellem vetuſtem excoriato vt ſerpens dimittere fecit. Et qꝛ pro etate decrepita Greg. Conſtantiã male cõferre ſe poterat: Arimini reſidens deſtinauit legatũ vice ſua Grego. ipſe venerãdum cardinalem Joan. Dominici. Peracto cõcilio etiã vnione ſecuta in ipſo: Martino. v. vbi canonice in papã electo ⁊ coronato: ad requiſitionem dñi imperatoris Sigiſmundi miſſus eſt legatus in Vngariã ad extinguendã hereſim exortã Bohemoꝝ. Qui profectus illuc quũ vidiſſet gentem illã obduratã in ea hereſi: nec verbis poſſe reduci: cõſuluit imperatori vt populos illos gladio exponeret quum adhuc debiles eſſent ne potẽtiam forte multiplicati poſtea domari nõ poſſent. Durus viſus eſt imperatori ſermo iſte: ⁊ carnaliter cõpatiens corporibus eoꝝ ne occiderentur: ⁊ regnũ eius deſolaretur: non acquieuit: forte ſperans per alium modũ ab erroribus reuocandos. Pergens igitur Joã. Dominici in ciuitatem Vngarie Budẽ: infirmatus grauiter ſpm̃ ſuum dño cõmendans: ad celos migrauit ſepultus in monaſterio fratrũ ſancti Pauli primi eremite cum honore decenti vbi dicitur miraculis clarere: obijt aũt anno domini. M.ccccvij. etatis ſue. lxiij. cardinalatus vero ſui anno. xij. vel circa. Fuerunt ⁊ plurimi in ipſo ordine doctiſſimi ⁊ predicatores: qui tamen non ediderunt libros.

¶ De magiſtris generalibus ordinis nominatim expreſſis. Capitulum. xij.

magiſtrorũ generaliũ ordinis predicatoꝝ catalogus.

Fuerunt aũt in ordine generales magiſtri numero (vt apparet ex chronicis ordinis) .xxix. viri ſatis eruditi ⁊ vite exemplaris. Quorũ primus ⁊ inſtitutor ipſius ordinis fuit beatiſſimus Dñicus. Primi fratres ꝗ ei adheſerũt ſub diſciplina eius vna cum eo eligentes profiteri ſcdm regulã beati Auguſ. ⁊ quaſdam conſtitutiones ſuperadditas: fuerũt frater Mattheus Gallicus vir doctus. Hic fuit primus ⁊ vltimus abbas in ordine. nam ſtatuit ordo prelatos in eo vocari priores/ non abbates. Frater Bertrandus de prouincia Prouincie. Frater Petrus celani: ⁊ frater Thomas ambo ciues Toloſani. Frater Manes multum contemplatiuus. Frater Michael: ⁊ frater Dominicus alius a ſancto Dominico: ⁊ hi tres Hiſpani. Frater Joan. de Nauarra Lõgobardus. Frater Laurẽtius Anglicus. Frater Stephanus Metenſis. Frater Guilielmus claretti Appamienſis. Frater Petrus madricum. Frater Guomeſius: ⁊ frater Michael alius. Frater Odorius cõuerſus. Confirmatus autem fuit dictus ordo ſcdm tales profeſſionẽ ab Honorio. iij. anno dñi. M.ccxvj. Poſt que celebrauit. b. Dominicus duo capitula generalia Bononie: ⁊ ex dictis fratribus aliquos miſit Pariſios aliquos in Hiſpaniam ⁊ alios Bononiam. Qui in breui multiplicati ſunt valde. Obijt autẽ bea. Dñicus anno M.ccxxj. octauo idus Auguſti de cuius ſanctitate ⁊ miraculis dictum eſt ſupra diffuſe. Secundus magiſter ordinis fuit ⁊ dignus ſucceſſor beati Dominici: frater Jordanes Teutonicus: tunc prouincialis Longobardie qui licet vix duobus annis fuiſſet in ordine: tamen propter vite eius probitatem ⁊ doctrinã in tertio capitulo generali Pariſijs celebrato fuit canonice electus in generalem magiſtrũ. Cuius tempore mirabiliter ordo numero ⁊ merito eſt dilatatus in prouincijs conuẽtibus ⁊ fratribus: adeo vt mille fratres ⁊ vltra (vt habetur in chronicis) manu ſua recepiſſet ad habitum. Optime hic rexit ordinẽ ⁊ ſolertiſſime gubernauit: nõ tamẽ dimittendo officiũ predicationis. Duo capitula generaliſſima celebrauit vltra annua generalia: ſub eo fratres ad legendũ Pariſijs primo licẽtiati fuerũt: ⁊ duas ſcholas habuerunt. Annis fere. xv. generalis fuit. Et pergens ad terrã ſanctam cauſa viſitationis: in mari ex tempeſtate naui eorũ ſubmerſa tranſiuit ad terrã viuentium. Corpus aũt eius ad littus iactatum/ recollectum honorifice ſepultũ eſt: de eius vita ⁊ miraculis habetur in lib. de vitis fratrũ. Tertius magiſter ordinis fuit frater Raimundus de penna forti: Cathalanus natione. Cõgregatis in caplo generali Bononie patribus canonice fuit electus. Et quia preſens non erat ſolennes fratres prouinciales priores vt Hugonẽ qui poſtea fuit cardinalis: ⁊ alios ad eum miſerunt Barchinonã: ad preſentandum ei electionem: ⁊ ſuadendum acceptionẽ. Hic rexerat Bononie in iure canonico ⁊ decretales cõpilauerat ad mandatum Grego. ix. Ipſe ordinis cõſtitutiones redegit ad vnum volumen prout nũc ſunt: ꝗ prius erant diſperſe ⁊ confuſe. zelum religionis habebat in obſeruãtia cerimoniarum. Hic poſtꝗ per biennium ordinẽ rexerat: debilitate corporis grauatus/ ad ſui magnam inſtantiã admiſſus fuit ad ceſſionẽ magiſterij. Ex qua ceſſionis admiſſione ſecuta eſt tanta turbatio: ꝙ ſtatutum fuit: vt ceſſio magiſtri non admitteretur: niſi ꝓpter impedimentum perpetuũ. Superuixit aũt annis. xxxv. poſt ceſſionem: vir vnitatis eximie ⁊ magne ſanctitatis: ⁊ in conuentu Barchinonẽ. infirmatus in dño requieuit: vbi ⁊ miraculis claruit. Quartus magiſter ordinis ſucceſſor Raimundi fuit frater Joan. Teutonicus: qui prius fuerat epũs Boſſinẽſis in Vngaria: ſed ceſſionẽ epatus petens ⁊ obtinens/ ad ordinem reuerſus factus eſt prior ꝓuincialis Lõgobardie: ⁊ inde electus in generalem magiſtrum in capitulo generali Pariſijs celebrato. Quem renitentem ⁊ ſe pontificali exemptione defendentẽ: bulla domini pape Greg. ſtatim deducta in mediũ compulit eum ad acceptandum officium. Continebat enĩ ꝙ hoc ipſo quo ab onere epali abſoluerat/ obedientie ordinis officijs ⁊ laboribꝰ ſupponebat. Hic fuit bonitate cõſpicuus: aſpectu ⁊ affatu gratioſus multiplici idiomate eruditus: Rexit annis. xij. cum dimidio ⁊ bene: ⁊ in cõuentu Argẽtino Teutonie in domino requieuit: qui viuens ⁊ defunctus miraculis fertur claruiſſe. Quintus fuit frater Hubertus dioceſis Viennenſis prope Valentiam. Hic quum Pariſijs ſtuderet: magiſter effectus eſt in artibus. Et ius poſtea canonicũ audiens ad ordinem intrauit: ⁊ magiſtrum ſuum magiſtrum Hugonem qui poſtea fuit cardinalis ad ordinẽ traxit. Hic in ordine fuit lector Lugdunenſis ⁊ prior deinde prouincialis Tuſcie: ⁊ poſtea Francie: religionis fuit ſpeculum: vir diſcretus cautus et literatus: qui compilauit officium eccleſiaſticum quo ordo vtitur: ⁊ plures libros edidit vt ſupra patet. In capitulo generali in Vngaria celebrato canonice electus eſt generalis magiſter. Huius tempore grandis diſſenſio ꝗ̃ mota fuerat inter magiſtros Pariſienſes ⁊ fratres ordinum ⁊ alios mendicantes machinante contra eos magiſtro Guilielmo de ſancto Amore: qui etiã librum compoſuerat nitens probare in ſtatu mendicantium homines non poſſe ſaluari: ſauente Alexãdro papa. iiij. ⁊ Ludouico rege Francorum: innante ſopita eſt: ⁊ confutatis rõnibꝰ illius Guilielmi ⁊ reprobatis: ⁊ ipſo Guilielmo magiſterio priuato. Hic poſtꝗ annis nouem gubernauit ordinem ceſſit magiſterio: ⁊ que ceſſio admiſſa fuit a diffinitoribus cap. generalis in Anglia celebrati. Superuixit poſtea annis pluribus in honore ⁊ religione: plenuſꝗ dierum ingreſſus eſt in abundantia bonorum operum ſepulchrum in conuentu Valẽtino Prouincie in requie opulenta. Sextus ordinis magiſter fuit frater Joan. de Vercellis Lõgobardus: qui rexerat Pariſijs in iure canonico: vir magne prudentie et experientie: fama ⁊ opinione preclarus: vbiꝗ in omnibus notus. Omnium vultus ⁊ omnia que ſemel a viderat: quaſi memoriter recolebat. Inſtinctu ꝗ̃ naturalis prudentie qua ꝑditus erat ꝑſonarum conditiones ⁊ merita ex proprijs moribus ſingulorum mirabiliter ⁊ ſubtiliter diſcernebat: ſua vnicuiꝗ tribuens ⁊ impendens. Hic transferri fecit corpus. b. Dñici in arcam marmoream vbi nunc requieſcit: ꝓ archiepm Rauennatem ⁊ alios. Hic archiepatum ſeu patriarchatum Hieroſolymitanum a dño Nicolao. iiij. ſibi trãſmiſſum accipere recuſauit. Rexitꝗ ordinem annis fere. xx. ⁊ viſitaſſe dr̃ totum ordinem pedites. Demum poſt labores diutinos quos in diſtra vinea tolerauit/ infirmatus ⁊ in conuentu Montiſpeſſulani diẽ clauſit extremum: ⁊ obdormiens in dño: ⁊ ſepultus honorifice in in eccleſia fratrum. Septimus ordinis magiſter generalis fuit frater Munio Hiſpanus: qui prouincialis exiſtens in Hiſpania: in cap. gñali Bononie celebrato fuit electus canonice anno dñi. M.cclxxxv. Fuit hic venerabilis valde: ⁊ tã conſtans: nullis aduerſitatibus fractus: quas non paucas perpeſſus eſt. Quũꝗ iam annis. vj. ordinẽ rexiſſet: ⁊ commiſit Nicolaus. iiij. ordinis minorũ duobus cardinalibus ordinis qui erant in curia ſcʒ Hugoni ⁊ dño Latino: vt patribus capituli generalis ſcriberẽt: ⁊ ſub pena excõicationis mandarent eis vt ſuaderent ei ceſſionẽ: qđ ſi recuſaret: ⁊ extunc ipſo eum abſoluerent etiam inuitũ. Hoc quũ innotuiſſet aliquibus: diuulgatum eſt in capitulo. Et quia erat cõiter ab oĩbus dilectus ob virtutes eius/ capitulum impletũ eſt lachrymis fratrũ ⁊ piis querelis exiſtimantiũ hoc proceſſiſſe ex falſis rumoribus in curia ꝯtra eum expoſitis: ⁊ multi murmorantes diſponebãt ſe ad trãſitũ in alias religiões. Quã commotionẽ ⁊ ſcandalũ magnũ exortum cernẽtes ꝗbus negotium cõmiſſum fuerat: nõ ſunt auſi aliꝗd attentare: ſed cardinalibus reſcripſerũt/ ſe excuſantes ꝙ illud impleri nõ poterat iniunctum eis ſine notabili ſcandalo: ⁊ diligenter ꝑſcrutan-

tes cauſam inuenire non potuerũt iuſtã illius priuationis. Demum p Nicolaum.iiij. a magiſterij generalatu fuit abſolutus: qui ſuperuixit annis.ix. Et ad epatum Ualentinũ in Hiſpania aſſumptus: ad curiam euocatus: abſolutus fuit a Bonifacio.viij. a cura epali. Ibi in curia manẽs infirmatus obijt coram poſitis fratribus et orantibus: ſepultus honorifice in habitu fratris non pontificis: ſicut ipſe viuens petierat et ordinarat. Octauus generalis ordinis frater Stephanus de Biſuntio: magiſter in theologia Pariſieñ. vir facundus precioſus ad modũ predicator. Fuit aũt ex Priore prouinciali Francie electus in generalẽ in cap̃. generali celebrato Rome de mandato pape: quum aſſignatũ fuiſſet Colonie: Prefuit aũt ordini annis.ij. et dimidio. Et quuȝ pficiſceretur ad curiam: in cõuentu Lucano infirmatus: ibi in dño requieuit. Nonus generalis ordinis fuit frater Nicolaus de Triuiſio. Hic in pace et humilitate ordinẽ rexit.ij. annis cum dimidio: magnus amator et ſectator cõmunitatis. Hic venerabilis pater dñs et magiſter quandoqȝ retulit de ſeipſo qui nouerat plenius veritatẽ: q.xiiij. etatis ſue anno ingreſſus eſt ordinẽ: in quo.xiiij. annis primis ſtuduit et profecit magnifice: et alijs.xiiij. ſequẽtibus exercuit officium lectoris: et.xiiij. alijs annis in prelatiõis officio in ordine laborauit. Et ex magiſterio ordinis generali fuit aſſumptus ad cardinalatũ: et ex quo demũ ad papatum. Sub iſto ponemus oẽs alios vno excepto. Decimus ergo fuit generalis frater Albertus Ianuẽſis baccalaureus Pariſieñ. vir magne religionis et obſeruãtie regularis: et factor operis non ſermonis. Prefuit aliquot menſibus tantum. Nam pergens verſus curiã/in via defunctus eſt anno dñi. M.ccc. Undecimus fuit Bernardus de Uizicho: vir literatus et diſcretus: qui prefuit annis.ij. et mẽſibus.iiij. Duodecimus frater Amerigus Placẽtinus natione Longobardus. Hic legerat in ordine.xxiiij. annis tam in philoſophia q̃ in theologia. Et in.vij. anno ſui generalatus abſolut⁹ fuit p diffinitores in cap̃lo Neapolitano. Decimuſtertius gñalis fuit magiſter Berẽgarius: magiſter in theologia de prouincia Toloſana. Decimuſquartus gñalis fuit frater Hẽricus: magiſter in theologia eximius: pñincialis Frãcie: anno dñi. M.cccviij. Decimuſquintus fuit frater Bernardus Uercellenſis: baccalaureus in iure canonico quum intrauit ordinẽ: creatus gñalis anno. M.cccxxiij. Decimuſſextus fuit frater Hugo. Gallicus: magr̃ in theologia: creatus gñalis anno. M.cccxxxiij. Decimuſſeptimus fuit frater Gerard⁹: magiſter in theologia: de puincia Toloſana anno M.ccclij. creatus gñalis. Decimuſoctauus fuit magr̃ ordinis frater Petrus de puincia Francie. Et rexit ordinẽ anno vno ad dñm migrãs. Decimuſnonus fuit magr̃ ordinis frater Garinus: magr̃ in theologia de pñincia Frãcie. rexit annis.ij. mortu⁹ ex inguinaria. Uigeſimus fuit magr̃ Ioan. de molẽdinis: de prouincia Toloſana. rexit anno.j. mẽſibus vij. aſſumptus ad cardinalatũ. Uigeſimuſprimus fuit frater Simon Lingonẽſis: de puincia Frãcie: qui poſtea p Urbanuȝ.v. factus eſt epũs Nannetẽſis; Uigeſimuſſcđs fuit magiſter Helias Toloſanus: et ſub iſto tranſlatũ eſt corpus bea. Tho. de Fundẽſi ciuitate in confinib⁹ regni Appulie et Cãpanie: ad cõuentũ ordinis Toloſanũ mãdãte dño papa cũ multo honore anno. M.ccclxxx. iam eccl'ia ſciſſa in duos pontifices ſummos. Hic fuit pfeſſor. b. Chatherine de Senis et legẽ de ei⁹ author. Uigeſimuſquartus magr̃ Thom̃. de firmo de prouincia Longobardie inferioris: vir magne prudẽtie ſcl'aris. Uigeſimuſquintus fuit magr̃ Leonardus ſtatij de Florentia: magnus ſermocinator et pdicator. Hic in cõcilio Conſtantieñ fuit deputatus vnus ex electorib⁹ pape Martini. q̃ ablato ſchiſmate in dicto cõcilio remãſit vnicus totius ordinis magr̃: vbi pri⁹ diuiſus eſt in duos gñales. Rexit ordinẽ annis.x. et menſib⁹.vij. et appoſitus eſt ad pres anno dñi. M. cccxxv. cũ honore maximo ſepult⁹ in cõuẽtu ſctẽ Marie nouelle. Uigeſimuſſextus fuit magr̃ Bartholemeus texerij: de prouincia Prouincie: vir deuotus et pius. Quũ eñi cõgregatum eſſet gñale cap̃l'm Bononie pro gñali eligẽdo: et vicarius ordinis factus eſſet p Martinũ papã frater Thomas de regno predicator egregius et obſeruantie regularis: cõmiſſaqȝ p bullã ap'licam fuiſſet ipſi vicario ſuppletio vocũ abſentiũ prouincialiũ: celebrata p ſcrutiniũ electione: in duos electores vota ſua diuiſerũt. Quorũ vna pars maior cum vocibus ſuppletis declinauit in fratrem Thomã vicariũ prefatuȝ: virum religiõis zelatorẽ. Alia pars q̃ maior erat ſine vocib⁹ ſuppletis: voluit quendã magr̃m Loyſium Hiſpanũ. que pars ideo nõ cõſentiebat in prefatum vicariũ: qȝ timebat ne nimis auſterus eſſet fratribus relaxatus: et ad normã vellet eos adſtringere. Facta igitur iſta diuiſione prefatus frater Thomas vir humilis et amator vnitatis et pacis: ad tollẽda ſcandala et cõtentiones: quis ratione pluritatis vocũ eligẽtium ad eum ptineret/gñale magiſteriũ, ſuſcipere renuit: et alter etiã electus recuſauit: et in hoc conuenerũt oẽs vocales: vt cõpromitterent in illos duos electores: qui de gñali prouiderent ordini: prout eis videretur expediens. Qui habito colloquio et tractatu adinuicẽ et cum alijs: conuenerunt ad eligendũ prefatum magiſtrum Bartholemeũ texerij virum bonum et valde literatum ac deũ timentẽ. Qua electione facta et ab omnib⁹ approbata: aliqui notabiles magr̃i deſtinati a capitulo profecti ſunt ad eum: ei preſentes electionem. Diſcurrebat eñi tunc in prouincia ſua p ciuitates et caſtella euangelizãdo verbũ dei. Qui cũ difficultate rogatus a pluribus illis ob pfectũ et pacẽ ordinis/demum onus ſuſcepit dilectus ab oĩbus: profectuſqȝ ad curiã viſitatũ papam Martinum: a quo gratioſe ſuſceptus: que voluit impetrauit. Et inter cetera vt poſſet diſpenſare cum cõuentib⁹ ſuper retẽtione poſſeſſionum et redituum annualium p ſuſtentationẽ fratrũ: ex quo elemoſyne deficiebant. Hic diu rexit ordinẽ et conuẽt⁹ obſeruãtie in Italia multiplicauit: mortuuſqȝ eſt in ſenectute bona plenus dierum anno dñi. M.ccccl. Poſt quem creatus eſt magiſter ordinis generalis.xxvij. quidam frater Petrus rochin: et intra quindenam ſue inſtitutionis migrauit ad dñm. Uigeſimuſoctauus in cap̃lo gñali celebrato in vrbe electus fuit quidã magiſter Guido flammuchetiz qui intra annum ſue electionis Neapoli obijt. Uigeſimuſnonus gñalis creatus canonice fuit et eſt magiſter Martialis auribelli de Auinione: de prouincia Prouincie. Et hic tenaciſſime memorie: doctiſſimus theolog⁹ ita vt omnia ſciat ac ſi recenter ſtuduiſſet: etiam minima que ob diuturnitatẽ temporis ſolent homines obliuiſci. Hic vir venerabilis animo cõſtãs valde/nullis aduerſitatib⁹ fractus: quas nõ paucas perpeſſus eſt et iniuſte: creatus eſt generalis anno dñi. M. cccclij. Et ipſe nunc viuit: et ordinem regit.

⁋ De numero prouinciarum et conuentuum: et exhortatione charitatis ad fratres minores. Capitulum.xiiij.

Subſequẽter deſcribemus prouincias et regna: in quibus ordo predicatorũ hȝ conuentus fratrum et monaſteria ſororum ſanctimonialium: ad numerum conuentuum qui ſunt in ipſis prouincijs. Et prouincie quidem vt reperi in chronicis ordinis: que habentur multum diffuſe in conuentu Bononienſi cum actis etiam ſingulorum capitulorum generaliũ vſqȝ ad annos dñi. Mil. ccclxiij. et cum literis exhortatorijs quas deſtinabant generales magiſtri ad conuent⁹ per totũ ordinẽ admonendo exhortãdo ad religionis obſeruantiam cunctos fratres ordinis: et ſunt notabiles. Ordo prouinciarum in quibus ſunt cõuentus ordinis eſt iſte. Prouincia Toloſana: prouincia Prouincie: prouincia Hiſpanie: comprehẽdens Caſtellam et Legionem/Galiciam et Portugalliam/prouincia Aragonie: continẽs Cathaloniam/Aragoniam/et Nauarram: prouincia Romana. prouincia regni Sicilie: includens inſulam Sicilie et terram laboris: Abrutium et Appuliam. Sed in proceſſu inſula Sicilie facta eſt prouincia p ſe: et Appulia cum Abrutio et terra laboris alia prouincia: prouincia Longobardie inferioris: que vſitatiori noĩe nunc dr̃ prouincia ſancti Dñici: puincia Lõgobardie ſuperioris/puincia Teutonie: prouincia Saxonie/prouincia Anglie/q̃ etiã amplectitur Ualliã: Hyberniã et Scotiã: prouincia Frãcie/prouincia Polonie/puincia Bohemie/prouincia Ungarie/que includit Pãnoniam/Sclauoniã et Dalmatiam/prouincia Dacie/que comprehendit regnum Dacie/regnũ Suetie et regnũ Nor vvegie: prouincia Grecie/et puincia terre ſctẽ. Ex his prouincijs primo ponã noĩa ppria cõuentuũ q̃ ſunt in prouincijs Italie: ſcȝ in Longobardia ſuperiori et inferiori Romana/regni/et inſule Sicilie/poſtea in alijs prouincijs. In prouincia igit̃ Romana ſunt hi conuentus. Conuentus in vrbe Romana duo ſcȝ ſancte Sabine/et conuentus ſancte Marie ſuper Mineruã. In Florentia ſunt conuentus ſctẽ Marie nouelle/vbi reſedit cum curia Martinus.v. et poſtea ſucceſſor eius Eugenius.iiij. pluribus annis et conuentus ſancti Marci de nouo aſſumpt⁹ anno dñi. M.ccccxxxv. edificatus a Coſma de Medicis. Conuentus quoqȝ ſancti Dominici de Feſulis prope Florentiam ad duo miliaria a fundamentis inchoatus a domino Ioanne Dñici de quo ſupra anno. M.cccciij. Conuentus Senenſis duplex Conuentus Terracineñ. Uiterbienſis. Piſanus. Urbeuẽtanus. Peruſinus. Aretinus. Lucanus. Tudertinus. Auarinus. Spoletanus. Piſtorienſis. Reatinus. Narnienſis. Tyburtinus. Caſtellanus. Eugubinus. Pratenſis. Fulginenſ. Cortonienſis. Cereſanus. Floreñ. Sangeminianẽſis. Nouan⁹: et caſtri in inſula Sardinie. In prouincia Appulie ſeu regni: in terra laboris: in Neapoli duo ꝯuẽtus/maior ſcȝ ſancti Dominici: et inferior: ſancti Petri martyris. Caietanus. Beneuẽtanus et Salernitanus. Capuanus. Auerſanus. Sueſſanus/et Pummanus.

minus. In terra Abrutij: Aquilanus. Hadrianus. Beneuenſis. Teatinus. Solmōtinus. Oxonēſis. Termanus. In Appulia: Barolitanus. Monopolitanus. Tranēſis. Fogetan⁹. Barenſ. Taretinus. Brūduſinus. Licienſis. Nardonēſis. ⁊ Conſentieñ. In prouincia inſule Sycilie cōuentus Meſſanenſis. Placienſis. Auguſtanus. Panhormitanus. Catinen. Trapanen. Siracuranenſ. Agrigētinus. Natenſis. Polmēſis. Marſalienſis. Catalanienſis. Leontineñ. Modicenſ. Tonorminēſis. ⁊ ſancte Zite de nouo aſſumptus Panhormi. In prouincia Longobardie inferioris ſeu ſancti Dñici conuentus Bononienſis: vbi quieſcit corpus beati Dñici. Fauentinus. Caruſinus: Reginus. Ferrariēſis: ⁊ alius de nouo edificatus extra muros per Marchionem: qui dicitur ſancte Marie deangelis. Conuentus ſancti Seuerini. Tridentinus. Aſculanus. Anconitanus. Vincentinus. Ceſenas. Imolenſis. Bniſenenſis. Urbinas. Ripanis. Camerinēſis. Veroneñ. Parmenſis. Venetijs ſunt duo conuentus ſcȝ ſanctorū Joan. ⁊ Pauli: ⁊ cōuentus ſancti Dñici. Paduanus. Eſinus Mantuanus/ ⁊ alius de nouo extra muros. Firmanus. Mutinenſis. Ciuitatenſis. Forliuienſis. Ariminenſis. Fauenſis, Rauennas. Rachanēſis. Peſaurineñ. Juſtinopolitanus. Clufienſis. Utinenſis. Ciagulanus. Murani apud Venetias. Fabrianēſis. In prouincia vero Longobardie ſuperioris: cōuentus Mediolaneñ. Placentinus. Genuēſis: ⁊ alius de nouo aſſumptus: qui dicitur ſancte Marie de caſtello. Cremonenſis. Vercellenſis. Alexandrinus. Laudenſ. Nouarieñ. Saulianenſis. Cremenſis. Albenſis. Bergomēſis. Brixienſ. ⁊ alius extra muros de nouo factus: qui dicitur ſancti Floriani. Aſtenſis: Papienſis. ⁊ alius de nouo edificatus extra muros: qui dicitur ſancti Appollinaris. Cumanus. Tordonenſis. Taurinenſis. Cherienſis. Sagonēſis. Albingaueñ. Iporegienſ. Ripoliarum. Saluciarum. Finarieñ. Sauilianeñ. Tharaſaci. Montiſregalis. Tripinenſ. Voragineñ. Sauonenſis.

§. I. De aliis prouinciis ſupra

nominatis deinde: ⁊ de conuentibus qui habentur cum expreſſione locorum in quibus ſunt. Et in prouincia Toloſana ſunt conuentus. xxv. videlȝ conuentus Toloſanus. Baionenſis. Burdegalenſis. Carquaſſonenſis. Orthoſienſ. Figiacenſis. Condonienſis. Braceriacenſis. Appamenſis. Riuenſis, Ambianeñ. Sancti Gaudentij. Lemouicenſis. Caturcenſis. Petragoricenſis. Agenenſis. Montis Albani. Caſtrenſ. Sancti Vincētij. Driuenſis. Sācti Aemiliani. Morlanēſis. Altiuillaris. Sācti Seueri. Lectorēſis. In prouincia Prouincie ſunt cōuentus. xxvij. videlȝ iſti. Montis Peſſulani. Narbonenſis. Podiēſis: ſeu Anicieñ: Maſſilienſis. Aulnioneñ. Arelatenſis. Nicenſis. Pirpiniani. Valentinus. Ciſtariceñ. Biterrēſ. Alecenſ. Tarraſcoñ. Nemaceñ: (alˢ Nemauſenſ.) Albeuaccij. Auraſiceñ. Aquenſis. Graſſenſ. Marologij. Amiliani. Dienſis. Gauechiliberi. Podij. Sancti Maximini de Genolhaco. De Tholano. De Draguimano. In prouincia Francie ſunt conuentus. lix. videlȝ conuentus Pariſienſis: quo fratres miſſi a beato Dñico fuerunt de Toloſa: ⁊ anno dñi. M. ccxviij. data fuit domus eis ſancti Jacobi: vbi nunc eſt cōuentus: Conuentus Remenſ. Pictauēſis. Biſuntinus. Andegauenſis. Senocenſis. Trecenſis. Cadomenſis Bellouacenſis. Attrebateñ. Brugenſis. Virduuenſis. Diuionenſis. Altiſiodorenſ. Ambianenſis. Bergenſis. Poteſenſ. Lexonenſis. Compendiēſis. Duacenſis. Hemperichenſis. Pruuinenſis. Ebroicenſis. Bleſenſis. Engolimenſis. Domus de Argenton. Niuernenſis. Lugdoneñ. Metenſis. Aurelianenſis. Rothomagenſis. Inſuleñ. Claromontēſis. Sandauenſis. Sancti Quintini Carnotenſis. Lingonenſis. Dinanenſis. Catholaneñ. Lauſanenſis. Valencianeñ. Montis de lari. Bituricenſ. Conſtantienſis. Turonenſis. Tullenſis. Hannotenſ. Matiſconenſis. Gebenenſis. Iprenſis. Proprēſis. Bellianenſis. Polimacenſ. Sancti Joannis Angeliaci. Guiricampenſis. Gratianopolitanus. Domus de ſontagio. Montis boſonis. In prouincia Hiſpanie ſunt conuentus. xxix. hi videlicet. In caſtella. Victorienſis. Burgenſ. Valentinus. Valliſoletanus. Segobiēſis. Toletanus. Cordubenſ. Hiſpalienſis. Tiricienſis. Murnenſ. In ea parte Hiſpanie, que dicitur. Legio: ſunt iſti. Legionenſis. Beneuētanus. (Zamoreñ. Taurenſis. Salamātinus. Ciuitatenſis. In illa parte que dicitur Gallcia. ſunt hi cōuentus. Cōpoſtellanus. Luceñ. Ponſuetus. Griuuenſis. Ripamenſis. Tudenſis. In parte ipſa que dicitur Portugallia: hi ſunt conuentus. Portugallenſis. Colimbrienſ. Santarienſis. Vnnerienſis. Uliſbonenſis. Elenenſis. Elborenenſ. In puincia Aragonie cū omnibus partibus ſuis ſunt conuētus. xiiij. In Cathalonia conuentus Januenſis. Terragonēſis. Gerudenſis. Barchinonenſis/ qui eſt primus omnium dicte prouincie. Ilardēſis Maioriceñ. Valentinus: q̄ fuit ciuitas illa a chriſtianis acquiſita/ Urgelenſ. In ea parte que dr̄ Aragonis: ſunt hi conuentus. Ceſar auguſtanus. Oſcenſis. Colacenbenſis. In illa parte que dr̄ Nauarra: ſunt hi Pamphilonēſ. Stelleñ Gagoſenſis. Quamuis autē prius poſite fuerint prouincie. v. Italie deſcripte in conuētibus: prius tñ in chronico ordinia ponuntur ⁊ deſignantur prouincie quinq̄ ſequentes. De quibus nunc diximus: ⁊ priorem locum tenent in capitulis generalibus prouinciales earum.

§. II. In prouincia Teutonie q̄

ſcōm ordinem ſequitur prouinciā Longobardie ſuperioris ſunt conuentus. xlix. videlȝ hi. conuentus Friſacenſis. Argētinenſ. Vienneñ. Wormacenſis. Turricenſis. Bethoſienſis Ezelingeñ. Baſileienſis. Friburgenſis. Fribergenſis. Auguſtuneñ. Straliūdeñ. Magūtineñ. Traiecti ſuperioris. Beruētie. Nurembergeñ. Bābergeñ. Phoſemenſis. Lyzomēſis. Tulneñ. Laudeſbūdeñ. Lomergenſis Wagenonenſis Lucelburgenſis. Eleſtadenſis. Aquen. Buſchuſduci ⁊ conuentus Colonienſis. Treuerenſ. Herbipoleñ. Ratiſponen. Confluenſis. Coſtfluētinus. Conſtantienſ. Chremenſ. Francfordienſis. Raphelburgeñ. Uupinen. Noue ciuitatis. Eyſtetenſis. Columbarienſis. Luiēſis. Ulmenſis. Wurzeburgenſis. Mergētenēñ. Gambudiētis. Gembrenen. ⁊ Abetenſ. In prouincia Saxonie ſunt conuentus. xlvj. hi videlȝ. Bremenſ. Lubiceñ. Hildeſemeñ. Uerbergenſ. Goſtienſ. Rigenenſis Luuardenſis. Gundenſ. Geulenſ. Nordēſis. Alenſ. Soldinenſis Vicenieñ. Genenſis. Trepcenſ. Brandeburgēſis Suctanienſis. Luchouenſ. Gottingenſis. Cālemenſis. Egrenſ. Megdeburgeñ. Erphordēſ. Lipzentenſ. Rauerſtateñ. Rupiēſ. Struzelburgeñ. Roſtocēſis. Plauenſ. ⁊ tinzanienſ. Girieteñ. Uuatergenſis. Norchuſenenſ. Robelleñ. Molemiſenſ. Mērthburgeñ. Ueſalienſis. Uuiſmarenenſis. Oſnaburgenſis. Nouimagienſis. Berlineñ. Darbagenſis. In prouincia Anglie cui adnectitur Vallia Hibernia et Scotia: ⁊ in anglia quidem ſunt. xxvij. conuētus. ſcilicet Cātuarienſis. Londonienſ. Armidellenſis. Curſiēſis. Vinchonien. Uintone. Salebérienſis. Ulceſtrie. Oxonienſis. Briſtolli Glouerine. Unabuuerti. Ulgornēſis. Salopeſburie. Duniſtaplie. Ceſtrie. Derebeie. Lexceſtrie. Norātoue. Stāfordie. Lincolne. Sancti Betulfi. Cantabrigie. Leunie. Norwici. Dunwerierci. Lipurci. Subirie. Beruerlarci. Eboraci. Pontiſfracti. Lācaſtrie. Jarimi. Nouicaſtri Suptinaoi. Nouicaſtri Superliuiani. Dāburgie. Carioeli. In Vallia que coniungitur cum prouincia Anglie: cōuentus zerdimie. Hauerfordie. Bongorie. zodolani. In Hibernia que etiam includitur is prouincia Anglie: ſunt. xxiiij. conuētus/ videlicet cōuentus Dublinenſis. Mulingher. Kilcheuinich. zodienſis. Achi. Waterfordie. Caſelli. Limerici. Carkagie. Sligrab. Roſchomam. Archo. Noueuille. Banlue. De ponte. Athuarig. Acletan. Trabili. Deria. Rothbramni. Lorhous. Luyth. Lochil. Romachelch. In Scotia ſunt iſti. xij. ſcȝ conuentus Ribici. Caſtripuellarum. Are. Glaſgu. Victorie. Struelim. Montiſroſarum: Abirden. Juuerniſi. Ottreſn. Candide Caſe. Morauienſis. In prouincia Polonie ſunt. xxxij. conuentus: videlicet conuentus Crachouienſis. Wartiſlauienſis. Caminenſis. Plocenſ. Gadaneñ. Sudomirenſis. Culmenſis. Syradieñ. Helbiceñ. Ratiſbonenſis Poſtinauienſis. Breſteñ. Fracſteneñ. Glogouieñ. Boleſlauienſis. Griſwaldenſ. Lubiacenſis. Theſmienſis. Legnicenſis. Toremienſis. Lanchicieñ. Wowroceñ. Opparouicenſis. zulpenſis. Oſuentimenſis. Uuarceñ. Oppolienſis. Terſomienſis. Leuinenſis. Sāchachonieñ. Poſuolocēſis. Sorduceñ. In prouincia Bohemie erat. xxij. cōuent⁹: videlȝ cōuentus Placenſis. Gradiceñ. Olmicenſ. Brunēſis. Oppauenſ. Brodenſis. Iglauienſ. Bodinoglenſ. Pieſtēſis. Wuſteñ. Uuertēſis. Pilſinenſ. Glaghouienſ. Lunenſis. Bichomiriceñ. Jabloneñ. Turnouieñ. Crudimenſis. Numburgeñ. Colonieñ. Suymneñ. ⁊ Somburgeñ. Sȝ nota quod poſtq̄ orta eſt hereſis in dicto regno Bohemie circa annos dñi. M. ccccx. quia cito non extincta eſt gladio vt oportebat: ⁊ adeo viribus ⁊ numero creuit ⁊ dilatata eſt: vt Pragam ⁊ quaſi totum illud regnum infecerit. Et inſurgentes heretici contra fideles multos occiderunt: ⁊ plures conuentus deſtruxerūt fratribus in fide permanentibus: aliquibus occiſis: ⁊ alijs ad alia loca fidelium fugientibus. In prouincia Ungarie que cōprehendit Pannoniam. Sclauoniam ⁊ Dalmatiā: ſunt conuentus xxxv. Et in Pannonia quidem ſunt iſti conuentus. Albergaleñ. Peſterenſis. Budeñ. Stringonieñ. Jaurienſis. ſancti Martini. Ferrei caſtri. ⁊ Carmerienſis. In Sclauonia ſunt hi conuentus. Camēſis. Ueronicha. Poſſoga. Cagrabenſis

Bihiſ.Miadrēſis.Caſternoueñ.In Dalmatia ſunt iſti conuētus Spaletanus.Raguſinus.Dyrrachinus.Nouenſis. Quinque eccleſienſis.Varchianus.ʒeuriēſis.Porhocheñ. Alberertrāſſyluane.Soybiwieñ.Albeñ.Tranſſyluaneñ.Biſtrice.Tranſſyluane.Similiꝫ.Citra Danubium iſti.Tirns. Baneñ.Caſſa.Budruch.Franchauilla.Aſſerſiculos.In puīcia Dacie que comprehendit regnum Dacie:regnū Suecie ⁊ regnū Norvvegie.ſunt cōuentus.xxvj.Et in regno Dacie iſti videlicet conuentus Lundenſis.Roſhildenſ.Roſienſis. Aluiſtadēſis.Welſimburgenſis.Neſciuicenſis.Wolobeteñ. Othomeñ.Arruenſis.Umbergenſis.Ripenſis.Deleſuicen. Aterſteneñ.Calmeriñ.Gharcnſis.Licoſienſis.Inſulenſis. Finlaudeñ.Strāgenſis.in In regno Norvvegie ſunt vi conuentus.Nidorieñ.Bergēſis.Aſloenſis.In prouincis Grecie conuentus Clarentinus.Thebanus Gallicorum.Conuentus Nigroponteñ.et Cretenſis Longobardorum.In prouincia terre ſancte conuentus Nichoſienſis.Famaugnſtanus/⁊ Bimoſienſis.Additi ſunt duo alij ſcilicet Wotonenſis ⁊ Nixienſis.

§.III.Multa quoꝗ monaſteria

monialium ſunt ſub habitu ⁊ cura ordinis in diuerſis ciuitatibꝰ ⁊ prouincijs.In prouincia Toloſana ſunt tria.In prouincia Prouincie tria alia monaſteria.In Hiſpania vnum monaſterium.In Caſtella Caliarogani:vbi natus eſt beatus dominicus vnum monaſterium.In Portugalia vnum monaſterium.In legione tria monaſteria.In Aragonia duo monaſteria.In Francie prouincia.x.monaſteria.In puīcia Romana.In Florentia ſunt quatuor:ſcꝫ beati Dñici:et de Ripolis:ſancti Juliani:ſancti Petri martyris de nouo constructū.In monte Politiano diſtrictus Florētini vnum monaſterium.Ubi quieſcit beata agnes (vel Magne) ſoror dicti monaſterij:que ſanctitate ⁊ miraculis claruit.In vrbe duo:ſancti Xiſti ⁊ ſancte Auree.In Piſis tria:ſancti Syluestri:ſancte Crucis:⁊ ſancte Dñici de nouo conſtructum. In Luca ſancte Marie de angelis:dicitur tamen defeciſſe. In Peruſio duo ſancti Grego.et ſancte Marie de virginibus.In vrbe veteri duo:ſancti Petri ⁊ ſancti Pauli.In Reate vnum.In Senis ſancte Agnetis (vel Magnes.) In fulgineo vnum.In prouincia regni Sicilie ⁊ Appulie monaſterium is Neapoli ſancti Petri ad caſtellum:quo deſtructo propter guerras in ciuitate aliud monaſterium:fuit eis collatū quod dicitur ſancti Sebaſtiani.Item ſancte Anne in terminis conuentus de Salerno.Et ſancti Dñici in Beneuento:⁊ ſancte Cecilie de Panhormo:⁊ duo alia.In vtraꝗ Longobardia monaſterium ſancte Agnetis fundatū a ſancto Dñico.Plura alia erant ibi:que dimiſſa ſunt ſub cura dioceſani.Et alia.xxiij.monaſteria is diuerſis ciuitatibus conſtructa dicte vtriuſꝗ prouincie Longobardie.In Ungaria monaſteria quatuor.Inter que precipuū eſt apud Inſulam fundatum a rege Ungarie.Ubi quieſcit ſoror Margarita monialis dicti monaſterij filia regis Ungarie ſanctitate precipua:que miraculis in vita ⁊ poſt mortem claruit. In prouincia Polonie tria monaſteria.In prouincia Bohemie ſex monaſteria.In prouincia Dacie duo monaſteria In prouincia Teutonie in diuerſis regionibus ⁊ ciuitatibus monaſteria.lx.In prouincia Saxonie.x.monaſteria.Arbitror ꝙ omnia hec monaſteria ab initio inſtitutionis eorum cum magno feruore ⁊ deuotione dño ſeruiebāt in ſanctitate puritatis ⁊ iuſtitia religionis obſeruantie.Sed in proceſſu perpendētes patres ordinis per hec poſſe facile naufragari: queſierūt in curia Romana ſe abſoluere ab eorum cura:ſed non valuerunt.Prouidit tamen in poſterū:vt non ita facile aſſumeretur cura:vel noua cōſtruerentur ſine magna conſideratione.Quoniā antē temporibus his abundauit iniquitas:⁊ charitas refriguit:ſic vt conuētus ipſi fratrū predicatorū quaſi exinaniti ſint vſꝗ ad fundamētū vite regularis: ita ⁊ monaſteria monialiū relaxata ſunt ⁊ facta in laqueum fratrum ⁊ ſcandalū populorū:propter ea que quotidie cōtingunt minus honeſta ⁊ ſatis notoria:exceptis paucis cōuentibus reformatis ad obſeruantiā regularem:⁊ pauciſſimis monaſterijs monialiū dño fideliter reddentiū vota ſua.Et ꝗuis prelati ordinis conati ſint remediū adhibere ad vitandum acceſſum frequentem ⁊ inutilem fratrū ad monaſteria: ac etiam fulminata ſit ſnīa excōicationis per bullā papalem contra omnes fratres ⁊ ſeculares ingredientes monaſteria ordinis ſine cauſis neceſſarijs expreſſis in conſtitutionibus monialiū:a qua ſententia abſolutio pape reſeruatur vel generali ordinis vel habenti ſpecialem cōmiſſionem ab aliquo eorum ſuper hmōi abſolutione:tamen qꝛ parum timetur ⁊ cauetur:ſepe incurritur.Similis ſententia lata eſt contra intrātes monaſteria monialium ordinis minorū cum ſimili reſeruatione abſolutionis.

§.IIII.Sciendū etiā ꝙ a pricipio

ordinis oēs generales ſcribebant ⁊ deſtinabant epl'as frequentes vniuerſaliter ad oēs conuentus ordinis exhortatorias ad ʒelū religionis ⁊ defectus fratrum arguentes que oēs habent in chroñ.ordinis:ꝗ liber eſt in conuentu.Bononienſi:ex quo hec excerpſi.Chariſſimis in dei filio fratribꝰ vniuerſis/Frater Hubertus ſeruus eorum inutilis.Salutē ⁊ in hac valle lugubri de ſanctiſpūs conſolatione gaudere. Apoſtolicis qui preſunt docent exemplis:vt de ſibi cōmiſſis ſubditis tantam gerāt ſolicitudinē:ꝙ nō ſolū preſentes verbo:ſed etiam abſentes ſcripto ſpūalibus eoꝝ cōmoditatibꝰ vigilanter intendant.Quid eñi aliud reſonāt iſte ſcrē epl'e: quas aplorū ſolicitudo tā ſtudioſe cōſcripſit chriſtifidelibꝰ per nationes diuerſas:O ſolicitudo ſelix:o felices epl'e:o felix plane ſolicitudo ⁊ omni laude digniſſima quam non occupatio mūdana:nō cura rei familiaris:non caro ⁊ ſanguis ſed ſolus ʒelus aiarū induxit.Felices certe epl'e ⁊ dñi preconio extollende:ꝗ nihil carnale/nihil ſeculare redolentes:ſꝫ ſolum ſpiritū ſapiunt:⁊ tot fecerunt mundū redundare celeſtium chariſmatibus gratiarū.Recordamini benedicti dñi quomodo patres ſancte memorie:quos diuina prouidentia pro diuerſis tpibus dedit nobis imitādos:hoc aplico digno omni imitatione exemplo frequenter ſaluberrimas ⁊ nunꝗ obliuioni tradēdas epl'as nobis tranſmiſere.Et videre quāta cura de cōmuni oim bono totius ordinis ⁊ ſingulorum fratrū ꝑ fratribus ſpūalibus ſint illi:⁊ qui tū ſuā non potuerunt nobis exhibere ꝑſentiam:ex qua colligeremus fructū cōſolationis ⁊ grē ſpūalis:fructū vero huiꝰ ꝑ ipſos tam commendabiles nobis plene mittere ſtuduerūt:⁊ dānuꝫ abſentie corporalis precioſarū epl'arum ꝑcio redimētes.Reminiſcamur harum dilectiſſimi obſecro:⁊ earū cōtinentiā nobis incorporātes:charitatē primū/ꝗ nos oia propter chriſtū fecit relinquere:ſolide teneamꝰ.Non reflorear mūdus in noſtris cordibꝰ:quē iā calcauimus ſicut lutū.Inueniat nos hoſtis malignꝰ in ſuis inſultibꝰ viros virtutū:⁊ ſtrenuos bellatores.Ambulemus in ſapientia ad eos ꝗ foris ſunt:vt ab eoꝝ/heu qui de facili noſtrā calūniant cōuerſationē/ſcandalis caueamus.Exhibeamus nos ſuꝑioribus nr̄is tractabiles ⁊ amabiles ſocijs:oibus vite ſpeculū ⁊ ſanctitatis exemplum: ⁊ puros ⁊ ſimplices corā deo.Diligamꝰ ordinem tā vniuerſalem omnibus:quod ⁊ nos facere liquido apparebit:ſi ad reparandū ruinas eiꝰ ad ipm attrahere perſonas idoneas vacabimꝰ:ſi pro bono ſtatu ipſius ʒelo ʒelauerimus:ſi ad eius onera portanda libenter humeros ſupponamus.Demus ⁊ operam dum tempus habemus:theſauriʒare nobis cumulum meritorum:que docemꝰ ⁊ intelligimꝰ nō ſegniter operando:malis omnibus vtiliter nos opponendo/laudabilia ſemper exempla ſequendo:⁊ ꝗ ſe habēt aliter/penitꝰ reſpuēdo:bona quoꝗ pro viribus proponendo:aduerſa irruentia lete ſuſcipiendo:⁊ a bono nunꝗ ceſſando:non implicantes nos negotijs ſecularibus:non ſequentes otia:ſed ſemper diuinis actionibꝰ occupari:vigiles in crebris orōnibus:ſuſpē ſi in ſacris meditationibus:⁊ diligenter ⁊ digne perſoluētes diuinum officium:ſacrū nunꝗ faſtidiētes ſtudiuꝫ:religioſi in ſilentio:ꝑudentes in verbis:maturi in moribus:in periculis cauti:charitatiui in alterutrū:pacifici cū omnibus:⁊ non laxātes rigorem ordinis:ad meliora nos inuicem prouocātes:correptiones ⁊ reformationes ſuſcipiētes ſine murmure:conſolationibus mutuis nos roborātes in dño:⁊ que retro ſunt obliuiſcentes:que bene cepimꝰ laudabiliter cōſummātes:⁊ in oibus gratias agentes:⁊ de diuino ſemꝑ plenius adiutorio cōfidentes.Hec igitur ſi adſint ⁊ abundent in nobis facient nos diuites meritis:nec veniemus vacui:ſed repleti iuſtitie fructibus ante conſpectum glie ſummi dei.Adhuc ſignifico charitati veſtre:ꝙ inter deſideria cordis mei ꝗ ratione ſuſcepti regiminis in me reperio ſuſcitata:non modicum eſt ſcꝫ vt ꝑ miniſteriū ordinis nr̄i ⁊ ſchiſmatici Chriſtiani reuocarentur ad eccl'iaſticā vnitatē ⁊ nomen dñi noſtri Ieſu chriſti deferretur corā ꝑfidis Judeis:⁊ corā Saracenis a pſeudo ꝓpha ſuo tanto iam tpe deceptis:⁊ corā paganis idolatris:⁊ corā barbaris ⁊ gētibus vniuerſis:vt eſſemus teſtes eius ⁊ ſalus oibus vſꝗ ad vltimū terre.Sed effectui rei huiꝰ obuiāt duo ꝗdā.Unum eſt defectꝰ linguarum:in quibus addiſcendis vix vllus frater vult intendere:multis curioſitatem multimodam vtilitati ꝑponentibus in ſtudēdo.Aliud eſt amor ſoli natalis:⁊ cuius dulcedo ſic multos illaqueauit necdū in eis ꝑ gratiā transformata:ꝗ de terra ⁊ cognatione ſua nolunt egredi nec obliuiſci populū ſuū:ſed volūt viuere inter cognatos ⁊ notos:non recognoſcentes ꝙ ſaluator inter hmōi etiā a matre propria nō potuit inueniri.Expergiſcimini fratres a deo vocati:⁊ videte ſi in exemplaribus aplicis tale aliꝗd reperit.Nunquid non oēs Galilei fuerūt? Et

quis

q̄s in eorū remanſit in Galilea? Nōne alius peregrinatus eſt in Iudeā: alius in Ethiopiā: alius i Aſiā: alius in Achaiam: et ſic p diuerſas natiōes diffuſi longe lateq̄ fructum quem nunc videmus/protulerūt in mundo? Quid ſi aliquis dicat? Grauia ſunt hec: nos infirmi eos non poſſumus imitari. Ue nobis ſi predicatores eſſe volumus et a predicatoꝝ taliū veſtigijs deuiare. Preterea nunquid hoc dixerunt patres illi noſtri primitiui: quos ſanctus pater beatus dominicus oēs tam nouitios q̄ antiquos diſperſit p orbē? Nō aſcēdat electi dei huiuſmodi dilecta cogitatio corda nr̄a: ſed profeſſiōis noſtre vocationē et obedientie prompte premiū attendētes, exponamꝰ nosmetipſos ad oīa pro animarum ſalute et ſaluatoris gloria dilatāda. Quod ſiquis inſpirāte diuina gratia cor ſuum inuenerit ſm volūtatem gubernātis percitū ad linguā Arabicam/Grecā/Hebraicā/ſeu aliam barbarā addiſcendā: ex qua ſibi mercedē poſſit acquirere in opere militari tēpore opportuno: ſiue etiā reperit ſe diſpoſitum ad exeundū caſtra proprie natiōis: trāſiturus ad puinciā terre ſancte/Grecie/vel alias a infideles vicinas: que pculdubio indigent fratribus qui parati ſint multa pati p ordine: p fide/p animarum ſalute/e pꝑter nomen domini nr̄i Jeſu chriſti: precor et moneo vt ſuper hoc ſtatū animi ſui mihi ſcribere non omittat. Fratres magnifice gratias agite dn̄o deo noſtro: q̄ ſcd̄m magnam miſericordiam ſuā de magnis ſemp periculis ordinem liberauit: et in curia ſummi pontificis ipſius fecit ordinis negotia proſperari. Qui inſup in Italie ptibus a tpe. b. Dominici poſt mortem ſuā ſic pfudit hereſim: ſic veritatē ſi dei ſublimauit innumerabiles hereticos ad fidē ſine violentia reducendo: q̄ ſtupent qui vident cōſpiciendo oculis q̄ antea incredibilia videbant. Cuius et gratia mediāte: que agenda etiā erant in capitulo generali nuper p̄terito fuerūt laudabiliter ordinata. Sciatis q̄ ibidē ſunt. ccc. fratrū obitus recitati qui nos preceſſerunt ad dn̄m paulo poſt ſecuturos: quos cum alijs qui iam antea deceſſerunt: ceteris cū eis q̄ iam peregrinant in corpore: et meipſum ſeruum grauibꝰ propter vos expoſitū periculis et laboribꝰ nō paucis: vr̄is orationibus intime recōmēdo. Cōmendo vos omnes grē ſaluatoris et glorioſiſſime aduocate noſtre: cuius patrocinium ſpecialiter his diebꝰ ordini adfuiſſe credit et plurimū profuiſſe. Datū Mediolani in cap. gn̄ali. anno dn̄i. M. ccv. Alia ep̄la.

§. V. Chariſſimis et dilectis in

Jeſu chriſto fratribꝰ minoribus et p̄dicatoribꝰ p vniuerſum orbem diffuſis: frater. N. eorundē minorum gn̄alis miniſter et frater Humbertus eorūdē fratrū p̄dicatoꝝ vniuerſis ſalutē in ſanctā vocatiōem digne et laudabilr̄ ambulare. Saluator ſeculi q̄ amat oēs: et nemiē vult pire: poſt primam humani gn̄is ruinā ad eandē reparandam multimoda remedia per miniſtros varios gn̄ationibus ſingulis adhibens inceſſanter: nouiſſime diebus iſtis in fine ſcl'oꝝ duos nr̄os ordines in miniſteriū ſalutis put indubitāter credit/ſuſcitauit vocās ad eos viros nō paucos: et ditās eos donis celeſtibꝰ: p q̄ non ſolum ſuā/ſed et alioꝝ efficaciter poſſent opari ſalutē verbo pariter et exemplo. Hi ſunt vt ad gl'iam dei loquamur nō noſtrā duo magna luminaria: q̄ lumine celeſti ſedentes in tenebris et vmbra mortis vbiq̄ terrarū illumināt et miniſtrāt. Hi ſunt due tube veri Moyſi chriſti dei nr̄i: quoꝝ miniſterio multitudinē populoꝝ iā ad ſuū principiū cōuocauit. Hi ſunt duo cherubin pleni ſciētia mutuo ſe reſpicientes/dum idem ſentiūt: et alas ſuas extēdētes ad ppl'm/dū ipm verbis et exemplis ptegūt et diſcurrūt ſm obediētie volatū ſup oēm populū diſſeminare ſciam ſalutarē. Hi ſunt vbera ſponſe: ex quibꝰ paruuli in chriſto lac ſugūt: quo nutriant et augmēta recipiant in ſalutē. Hi ſunt duo filij oliue ſplēdoris/qui adſiſtunt dn̄atori vniuerſe terre: prōpti ad eiꝰ imperiū quocunq̄ volūtas eiꝰ eos duxerit ſuā legationē iplere. Hi ſunt duo teſtes chriſti: q̄ ſacris amicti iā p̄dicant: et teſtimonium phibent veritati. Hi ſunt ille due ſtelle lucide: q̄ ſm ſibyllinū vaticinium hn̄t ſpecies quatuor aīalium: in diebꝰ nouiſſimis nomine agni vociferātes in directionē humilitatis et voluntarie paupertatis. Quid plura? Quia eīn enumerare plane valeat ſacros binarios: q̄ his ſacris ordinibꝰ poterūt coaptari: vt dū digne que ad ſuam creationē ptinent exequant? Non caret autē rōne binarij huius pductionū quis excutiat diligēter. Noluit ſiquidē illa ſapientia/que prudēter in certo numero cuncta fecit/vnicū ordinē pducere/ſed duos ſimul: vt emolumentum ex ſocietate mutua tam ipſis q̄ alijs proueniat. Ipſis quidem/dū in calore ſancto ſeſe mutuo cōfouerēt/dū ptra inſurgētes ſe alterutrū adiuuarēt/dū ſancta emulatione ad meliora ſeinuicē puocarēt. Alijs vero: quorum ſaluti daturi erant operā/dū virtꝰ duplicata reperit magis efficax in ope ſalutari/dū qd̄ vni deeſſet ex ſui pfectione/abundanter repiret in altero/dū teſtimoniū qd̄ phibituri erāt veritati ex ore duorū tāq̄ verius et credibilius redderet. Penſate dilectiſſimi: penſate quantū debet inter nos dilectionis ſinceritas abundare: quos eodē tpe genuit mr̄ eccl'ia: quos ad id opus ſalutē ſcz aiarū/cōiter opando eterna charitas ordinauit: quos profeſſiones in modico differentes ſic aſſimilāt tāq̄ fratres nos intime diligamus. Demū quō veri diſcipuli cognoſcemur: niſi dilectionē habuerimꝰ adinuicem euidēter? Quō charitatē illā mutuā q̄ ante oīa ab oībus eſt habēda: p̄dicationibꝰ nr̄is alioꝝ cordibus inſeremus: ſi leſa vel deuians reperiat in nobis? Quō ſtabimus ptra tot perſecutiones imminentes: ſi inter nos perturbatione aliqua diuidamur? O quātū exēplū mutue charitatis et pacis requirūt a nobis p̄res nr̄i. b. Frāciſcus et. b. Dn̄icꝰ/ceteriq̄ fratres nr̄i premitiui: qui ſic in vita ſua ſe tenere dilexerūt: et tāq̄ ſincere charitatis indicia oſtēderūt: videndo ſe ſicut angeli dei: ſuſpiciendo ſe inuicem ſicut chriſtū: honore inuicem preueniēdo: in profectu mutuo cōgaudendo: alteris ſe p̄contis extollendo: vtilitates mutuas promouendo: fideliter a ſcādalis et turbationibus alterutris cauēdo cū ſumma diligētia. Et (qd̄ antiquus vidit et inuidit hoſtis) quāta efficacia ppl'i: quanta vtilitas nr̄a: quāta materia glorificandi deū ex ſupradicte charitatis glutino ſequebat. Uidit hec pculdubio et inuidit leo ſeuus: et conat charitatē antiquā ſuis machinatiōibꝰ perturbare. Cauete bn̄dicti dn̄i: cauete ne q̄ glorietur et dicat/Preualui aduerſus eos: q: recedentes a patrū veſtigijs iā ſecūdū aſſuetā nō ambulāt charitatē. Inueniat nos ille neq̄ viros virtutū ſibi viriliter reſiſtentes: in defendēdo precioſiſſimā ſubſtātiā predicte charitatis relictā a patribus et omni cuſtodia obſeruandā. Qd̄ vt fiat: implorandū eſt adiutorium altiſſimi quod nunq̄ nos deſerat cōtra hoſtem: et cauendū ab oībus diligēter: q̄ turbare poſſent illā quā adinuicē habemus charitatē. Proinde cauendū eſt: ne veſtrū aliq̄ propriā adeo ſequant cōmoditatē: q̄ cum graui turbatione aliorum loca nimis notabiliter eis vicina recipiant: ſe potius ſecūdū legem amicitie dānum proprium propter amicū diligāt in hoc caſu. Et rurſus cauendū: ne pꝑter iniquitatē alioꝝ alij ſic ſe abominent: q̄ hoſtilitas inter nos/non fraternitas videatur. Cauendū iterū: ne cōceptū trāſeundi ad alterū noſtrorum ordinū quē aliquis inuenerit in aliquo debiliter vel extinguat zelo ipm attrahendi ad ſuū ordinē: ſed potius inceptum propoſitum foueat et confirmet. Item ne familiares et benefactores alterius ordinis/aliquis a ſua deuotione audeat auertere: et ad ordinē ſuū cōuertere: vt ad alterū ordinē deriuet fructus deuotionis hmōi qui alij proueniret. Itē ne loca q̄ aliqui p domibꝰ cōſtruēdis accipere proponūt preſentiētes hoc alij caute ſubripiāt alios excludēdo. Itē ne eleemoſynas quas deuotio fideliū aliquibus ſacere proponit: alij impediāt vt ipſi habeāt: ſed potius quum interſunt teſtamētis aut alijs negotijs: bona fide ſint memores alioꝝ pias ſubuētiones alijs fieri procurando. Itē ne alij ſermones impediāt alioꝝ vel auditores ſubtrahāt: aut ipſos ſermones ſibi ſubripiāt alternatim. Que eīn eſſet charitas/ſubtrahere perſonas: ſubtrahere animos: ſubtrahere loca: ſubtrahere ſermonē: quū ſm charitatis regulā non que ſunt nr̄a: ſz que ſunt alterius ſuadente ap'lo q̄rere debeamꝰ. Cauendū etiā: ne q̄s veſtrū ſic ſtatū ſuos/ſic ſtatū ſuū imprudenter extollat: q̄ in alioꝝ depreſſionē laus talis fieri videatur. Item ne quis obloquat de alijs: non ſolū in publico coram multis: ſz nec clanculo corā extraneis: nec inter fratres proprios in ſecreto. Itē ne ſi ſiniſtrū aliq̄d alij ſciuerint: alijs denudēt: vbi nulla eſt vtilitas nec fructus: ſed potiꝰ ſic culpabiles charitatiue corripiāt: vel oſtendant correptoribus eorundē. Quis enim neſciat quantū p hmōi depreſſiones oblocutiones/criminationes/ledat charitas: immo procul pellatur ab omni genere amicoꝝ? Cauendū inſup: ne quis mala ſibi relata de alijs facta vel dicta vel iniuriā alioꝝ leuiter credat: vel huiuſmodi inter fratres ſuos referat: et referendo aggrauet: corda fratrū cōcitet: et ſic in eis charitatē cōcutiat: in q̄bꝰ potiꝰ fuerat cōfirmāda. Cauendū p̄terea/ne veſtrū aliq̄ ſi leſi forte taſſe fuerint interdū ab alijs minꝰ iuſte/patiētie que de charitate producit obliti/ſic ſuā extēdāt ipatiētiā/q̄ pꝑter vniꝰ vel paucoꝝ ſtultitiā ꝯ alteriꝰ ſiue alioꝝ fratrū innocentiā moueant. Illud aūt oīno cauēdū/ne ſr̄es qui in ſe abhorrēt hec et ſilia/in alijs diſſimulēt ſed potiꝰ ſi tale quid viderint in aliquo/zelo ſancto ſuccenſi ſtatim fraterna correptiōe vtātur/vel p illos quoꝝ intereſt corrigi faciant hmōi delinquentes. Illos aūt q̄ curā hn̄t alioꝝ ſuper dēa reprehēſibiles iudicamus/ſi in p̄dicta correptione fuerint negligentes. Obſecramus igit fraternitatē vr̄am per charitatē q̄ deus eſt/ vt ab hmōi et ſilibus offendiculis ſolicite p̄cauentes/ſectemini diligenter quecunq̄ valere pn̄t ad pacē noſtrā et mutuam in dn̄o charitatē et indiſſolubilē vnitatē/ſcientes q̄ vterq̄ noſtrum pleno corde vult et deſiderat plene hec a ſuis ſubditis

obſeruari fideliter: tranſgreſſores tamen inimicos vnitatis et pacis a ſuis correptoribus corrigi diligenter et digne ſecundum ſuorum exigentiam meritorum. Et ꝓponimus contra correptionem huiuſmodi opportuno tempore non inueniri deſides vel remiſſiores: inuigilare cum zelo non modico et feruore. Hec autem vobis ſcripſimus: vt exhortationis paterne debitum quod ore non poſſumus: ſaltem ſcripto vobis omnibus redderemus: et incitaremus corda veſtra de quorum bona voluntate plenam habemus fiduciam: ad id quod ordinibus nobis commiſſis perutile reputauimus ſuper materiam ſupradictam: et in extremi iudicij examine quum de vobis nos oportebit reddere rationem: noſtras poſſimus animas liberare. Ne autem per ignorantiam et obliuionem circa ſupradicta frater aliquis de prouincia poſſit ſe aliquatenus excuſare: ego frater Humbertus magiſter ordinis predicatorum iniungo vobis priori prouinciali eiuſdem prouincie: quatenus circa iſta de confirmanda charitate inter vos et chariſſimos fratres minores/ literas has vel conſcriptum ſub ſigillo noſtro faciatis legi per omnes domos prouincie vobis commiſſe: et excluſis nouitijs et fratribus illiteratis exponi vulgariter: et in domibus ſingulis ad horum habendam memoriam retineri. Sciatis autem quod per ſingulas prouincias ordinis noſtri/ ſimiles literas deſtinaui. Sed et venerabilis pater miniſter generalis minorum idem fieri per prouincias ſui ordinis ordinauit.

¶ De beata Catharina de Senis/ de tertio ordine predicatorum. Capitulum. xiiij.

Scriptum eſt quod ſpirituum ponderator eſt dominus: cui ſoli ſicut cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus ita et ei ſoli innoteſcunt gradus meritorum et premiorum omnium ſanctorum: et quibus voluerit reuelare. Quantum autem nobis qui tenebris inuoluimur permittitur iudicare de ſanctis: per coniecturas et preſumptiones ex geſtis eorum: arbitror ambigere neminem: et plurimos beatos vtriuſque ſexus non canonizatos ab eccleſia/ immo nec nolatos non fuiſſe minoris meriti et inferioris glorie multis catalogo ſanctorum adſcriptis. Non enim canonizatio adijcit ad meritum vel premium eſſentiale beatorum: nec decernit ſanctitatis gradum: ſed venerationem temporalem et gloriam: vt poſt ipſam poſſit ſolenniter officium celebrari et feſtiuari: quod alias fieri non debet. Et inter hos exiſtimo eſſe beatam Catharinam de Senis ſororem de penitentia ſeu de tertio ordine beati Dominici: que obijt anno domini. M.ccclxx. Rome: que quanti meriti fuit in conſpectu dei opera eius teſtimonium perhibent. Fuerunt que talia et tanta fuerunt: vt poſſent lectorem in heſitationem inducere: niſi illi viderunt et teſtificati ſunt: tante authoritatis ex ſcientia prudentia et probitate vite eorum fuiſſent: quod de veritate eorum debeat nullus dubitare. Scripſit autem legendam eius ſeu hiſtoriam frater Raimundus de Capua/ generalis ordinis predicatorum et magiſter in theologia: qui multa ex illis vidit: et alia a fide dignis audiuit. Et quia multum veneranda et in parte imitanda ſunt: ideo viſum eſt mihi abbreuiando legendam eius que prolixa eſt/ aliqua hic inſerere. Hec virgo mirabilis de ciuitate Senenſi prouincie Tuſcie ex parentibus honeſtis et deuotis/ patre Jacobo pannorum tinctore/ et Lapa matre originem traxit. Mater ipſa plures filios ex viro conceperat: et inter alios vno conceptu duas filias peperit: Catharinam et Joannam. Et ſacramento baptiſmi eis collato: Joanna quam citiſſime cum innocentia baptiſmali volauit ad celum. Catharinam vero ſuperſtitem proprio lacte nutriuit. Et quum poſt ablactationem infantula iam ambulare inciperet: tam grata cepit eſſe cunctis videntibus: et tam prudentia verba proferre in ea infantili etate: quod vix mater eam poterat in domo retinere. Rapientes enim eam vicini et cognati ad domos proprias ipſam ducebant: vt audirent verba ex ore eius: admirantes et letantes ſuper prudentia et reſponſis eius. Et quum ad quinquennium perueniſſet: edocta ſalutationem angelicam ex ſeipſa non ab alio niſi a deo admonita: aſcendendo etatis ſue annum ſextum/ quum miſſa fuiſſet cum germano ſuo puero a matre ad viſitandam germanam eorum cuidam iuueni coniugio copulatam: accidit vt reuertentes ad domum matris in via habuerit viſionem mirabilem. Vidit enim ſuper eccleſiam fratrum predicatorum vrbis Senenſis quendam thalamum ornatum regaliter in quo ſaluator noſter dominus Jeſus chriſtus in throno imperiali ſedebat pontificalibus veſtibus indutus: habens in capite coronam ſeu mitram papalem. Eratque cum eo princeps apoſtolorum Petrus: ac etiam Paulus apoſtolus: et Joannes euangeliſta. Quod quum illa ſtupens intueretur: fixit pedem: et irreuerberatis oculis ſaluatorem aſpiciebat ſuum: et econtrario ſaluator in eam oculos ſuos clementie figebat: vt eam traheret ad amorem ſuum. Subridenſque: extenta dextera manu: ſuper ipſam benedictionem fundebat: ſigno crucis expreſſo more epiſcoporum. Cuius muneris fuit adeo efficax gratia quod mox mente rapta et in eum transformata/ quaſi ſui obli-

Beate Catharine de Senis hiſtoria.

ta manebat in via. Germanus autem eius qui aliquantulum preceſſerat: credens eam ſequi ipſum: quum non videret ipſam retro reſpiciens reuerſus eſt ad locum vbi illa ſe firmarat vocans et trahens eam ſecum. Et illa de viſione aduertens ſicque diſparuit viſio. Ex illa hora cepit paruula moribus caneſcere: ac ſenſu mirabili clareſcere: vt non iam pueriles etatis ſed ſenilis maturitatis actus eius viderentur exiſtere: et in tempore illo vitam et mores ſanctorum Egyptiorum necnon et geſta quorundam ſanctorum et precipue beati Dominici/ nullo tradente homine nullaque lectione precedente didicit infuſione ſola ſpiritus almi. Tantuſque ardor mentem eius accenderat imitandi vitam ſanctorum: quod nil aliud poterat cogitare. Unde et latibula querebat: et ſecrete corpuſculum ſuum chordula flagellabat: orationibus et meditationibus/ iocis puerilibus relictis aſſidue intendens. Tacitur na ſatis cibum etiam minus ſolito capiens: et puellas que ad eam ex affectione conueniebant/ ad orationem et diſciplinam exhortabatur. Et vna dierum domum cum vno pane egreſſa/ extra ciuitatem profecta: non multum a longe cauernam inueniens quaſi eremum elegiſſet: orationi ſe dedit vſque ad horam nonam. Sed eam ſpiritus edocuit non deo placere illum ſtatum eam aſſumere: quo ob rem domum reuerſa eſt. In ſeptennio autem conſtituta votum vouit domino et matri eius virgini perpetue virginitatis: quod vt efficacius adimpleret: decreuit a carnibus abſtinere: clam tamen quantum poterat: ne deprehenderetur. Uas vel ſibi oblatas a ſuis/ vel germano ſuo ſimul comedenti: vel muſcipulis occulte iaciebat. Quidam autem zelus animarum cordi eius infuſus commouebat eam: omnium affectans ſalutem: et ſanctos illos qui multum laborauerant pro animarum ſalute/ timore diligens et venerans. Unde et beatum Dominicum intelligens ordinem ſuum predicatorum ad hoc inſtituiſſe: ſingularem deuotionem ad eum habebat: adeo quod quum fratres predicatores vidiſſet ambulantes per viam: poſt tranſitum eorum terram oſculabatur vbi pedes poſuerant. Sed et deſiderium intenſum intrauit in cor eius: aſſumpto in habitu maſculino ſexu femineo occultato proficiſci ad partes remotas: vt ignote traderetur habitus fratrum: vt ſalutem aliarum valeret efficacius procurare: mente reuoluens hoc Euphroſinam et Eugeniam et Egidiam egiſſe. Sed diuinitus edocta/ propoſitum illud in melius commutauit. Hec omnia ipſa ſecreto confeſſoribus reuelauit.

§. I. De vexationibus et perſuaſionibus quas habuit a ſuis vt virum acciperet.

Interea quum Catharina annum. xij. attigiſſet clauſa domi manens ex more patrie: ceperunt parentes et fratres eius tractare de coniugio eius: neſcientes ſanctum propoſitum eius. Et mater quidem carnis ſue eam inſtruebat ad corporis cultum: faciem frequenter lauare crines componere: veſtes ornare: vt pulchrior apparens citius in coniugem peteretur. Et quum illa omnino recuſaret: ſubmiſerunt germanam eius iam nuptui traditam nomine Bonauenturam valde ab ea dilectam: vt ipſa mundanum ornatum ei perſuaderet. Cuius perſuaſionibus deuicta ex affectione multa ad eam: cepit aliquantulum ornatui corporis vacare/ propoſitum tamen firmum tenens inuiolabilis virginitatis nec ex hoc querens placere viris vel trahere ad coniugium eius: nec in faciem alicuius aſpiciens: ſed ſolum vt germane precibus acquieſcens/ eam non contriſtaret. Quam leuitatem ſi culpa fuit leuiſſima: tamen ad ſe reuerſa multis lachrymis ter ſitieo quod eſt confeſſa proclamans ſe inferno digniſſimam: perſpicuum tamen erat non tantum confeſſoribus ſed omnibus qui domeſtice cum ea conuerſabantur: quod rariſſime vel nunquam offendebat in verbo: ſed tempus ſuum totaliter occupabat in oratione/ contemplatione/ vel proximorum edificatione. Somnum in die naturali vix ad quartam partem ſibi concedens: cibi duntaxat ſuo modo ſumebat ad quem accedebat non vt corpus delectaret: ſed vt ipſum cruciaret. Ipſius tamen virginis prefata germana Bonauentura non impunita euaſit ex inductione Catharine ad illum ornatum: nam pregnans eodem anno in partu migrauit a ſeculo. Pro cuius anima orans Catharina poſtea exaudita fuit: et de penis purgatorij liberam in celum conſcendere fecit. Ex conſideratione tranſitus eius attendens mundi vanitatem: magis fixa in chriſti amore. b. Mariam aduocatam aſſumpſit: vt eius interuentu veniam mereretur accipere illius ornatus: que leuiſſima poteſt culpa exiſtimari que in oratione perſeuerans audire meruit. Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Et poſtmodum per ſponſum ſuum dominum Jeſum et genitricem eius aſſignata eſt Catharine beata Maria Magdalena in magiſtram et matrem. Et quum aduerterent parentes puelle indicia magis que mundi ſunt contemnere: ceperunt ex aduerſo ipſi fortius inſtare ad ligandum eam vinculo coniugali. Ad quod efficiendum quendam fratrem ordinis predicatorum eis amiciſſimum ſubmiſerunt ad idem ei perſuadendum. Quod quum ille leuiter pertranſiret: inueniens firmum eius propoſitum: ei ſuaſit ex quo in propoſito virginitatis fixa erat: capillos ſibi capitis abſcindere vt efficacius animum

eius

eius cōſanguinei intelligerent. Nec iſta ſurda aure audiuit
ſed reuerſa domum illud impleuit. Hoc quū pater ⁊ mater et
germani cognouiſſent: clamantes cōtra eā multa cōuitia in
tulerunt dicentes. Uiliſſima femina credis ꝑ hec facere con
tra voluntatem noſtrā? Nō ſic tibi cōtinget: velis nolis opor
tebit te ſubire coniugiū. Abſtuleruntq; ei oēm locū ſecretum
ad orandum: exponentes eā ad oīa exercitia domus tāq̄ an-
cillam ⁊ ſeruam coquinariā. At illa oīa patiētiſſime ferebat.
Et inuētum ſibi ſpōſum ⁊ oblatum / nec ſibi nolari paſſa eſt.
Fecit autē in mēte ſua cubiculū ſuū: in quo clauſo oſtio ſeu
ſuū in abſcōdito oraret patrē q̄ in celis eſt / in cunctis exerci
tijs ſuis manualibus. Formauit ſibi imaginationē in corde
q̄ pater ſuus carnalis eſſet loco pr̄is celeſtis Jeſu chriſti: et
mater vices teneret virginis Marie: ⁊ germani locū aplorū
tenerent. Et hac meditatiōe illis diligētiſſime ſeruiebat: vt
chriſto virgini Marie / ⁊ aplis. Et quum in quandam came-
ram vbi illa orabat pr̄ intraſſet cauſa alicuius rei ibi inqui
rende: vidit colūbā albiſſimā ſuper caput ipſi⁹ orātis: ex qua
ſatis miratus eſt. In qua ſpiritusſanct⁹ ſignatus eſt ſup eā
propter ſuam puritatē deſcēdiſſe. Exinde deſideriū in corde
eius ardebat habitū alicuius religiōis ſumendi: ⁊ precipue
ordinis ſancti Dñici. Unde facta eſt manus domini ſup eam:
vt videret in imaginaria viſiōe in ſomno multos ſanctos pa
tres fundatores diuerſorum religionū: ⁊ inter eos. b. Dñicū
lilio in manu: vt pingitur. Et quum oēs illi ſancti eam mone
rent vt aliquā ex illis religionē aſſumeret: vt gratiorē domi
no redderet famulatum: illa verſus beatū Dñicum ſuos di-
rexit greſſus: ⁊ beatus Dñicus ei occurrebat: ⁊ in altera ma
nu habitū habebat tertij ordinis ſeu qui de pnīa dicitur. Cui
quum appropinquaſſet: talib⁹ verbis eſt eam cōſolat⁹. Forti
eſto aio filia dilectiſſima: nec verearis quodcunq; impedi-
mentum: qꝛ certiſſime iſto habitu / ſicut deſideras indueris.
Quod illa percipiens / nō minimā cōcepit letitiam: cū lachry
mis gratias altiſſimo agens ⁊ dei athlete Dominico.

§. II. Hac igitur viſiōe cōfirma

to adeo fuit mens virginis: vt eadē die cum omni audacia cō
uocatis parentib⁹ ⁊ germanis / qđ illuc vſq; occultauerat ꝑ
poſitū immo ⁊ votū virginitatis ſe emiſſe eis expreſſit: citius
q̄ poſſe ſaxa moliri: q̄ ipſam ab hac intentione euellit: ſpon-
ſumq; accepiſſe talem potentē ac diuitē: q̄ in nullo ſibi defi-
ciet ex opportunis: vt pote dñm Jeſum chriſtū regem regū
dominum dñantium. His auditis: prorupere in lachrymas
cuncti ſuſpiria ⁊ ſingult⁹: vt vix ei valerēt dare reſponſum.
Demum pater q̄ multū eā diligebat: mente reuoluens plura
que iā viderat in ea magne ſanctitatis preſagia: inquit ad eā.
Abſit a nobis ꝑdilectiſſima filia / q̄ diuine voluntati (a qua
videmus tuū deriuare ꝑpoſitū) nos velimus opponere. Age
vt libet: ⁊ prout vnctio docet / nec in aliquo ab operib⁹ tuis
te retracturi ſumus aut futuri moleſti. Cepit aūt aures diui
ne pietatis pulſare: vt habitū tertiū beati Dñici diu optatū
mereretur accipere: q̄ ꝑ. b. Dñicum ſibi fuerat repromiſſus:
⁊ parentes ſollicitabat: vt hoc ipſum poſtularēt a fratribus.
Mater vero q̄ carnaliter multū eam diligebat: etſi illud nō
denegabat ⁊ expreſſe: tamē occaſiones differēdi varias alle-
gabat. Qua etiā de cauſa ꝑpoſuit balnea adire ipſamq; ſecū
adducere. Quod ⁊ factū eſt: ſed nō ad delicias vl̄ ſubleuatio
nem dolorum: ſꝫ ad cruciatū corpuſculi ſui vſa eſt eis. Simu
lans enim ſe velle balneare perfectius ad canale conductus
vnde aque ſulphuree ꝓcedebant: ⁊ feruētes aquas ſup nudā
carnē ſufferens diu fortius corpuſculum affligebat: q̄ ſi ca-
tena ferrea verberaſſet. Quumq; poſtea interrogata fuiſſet
quomodo tantos potuiſſet ſuſtinere calores abſq; mortis pe
riculo: reſpōdit q̄ abſente matre intrabat: ⁊ cogitās aſſidue
de penis inferni ⁊ purgatorij quas ſibi videbatur meruiſſe:
rogabat deum vt iſtas penas in purgatorias commutaret: ⁊
ex confidentia huius gratie percipiende dulce fiebat qđ pa-
tiebatur. Et q̄uis dolores ſentiret: non tamen a tāto calore
ledebatur. Reuerſa domum mater cum filia Catharina: fre-
quenter increpabat ipſam filiam de nimia ſua auſteritate vi
te: qđ tamen illa ſurda aure audiebat: nil diminuēs de cepto
rigore abſtinentie. Contigit autem ipſam grauiter infirmari
eo languore qui Uariole dicitur pueris ſatis communis. Fe
bris quoq; non mediocris eam arripuit: que tamen matrem
opportune / importune / obſecrabat. vt cum ſororibus de ter
tio ordine. b. Dominici tractaret: vt ei habitū illum tertium
tradere dignarentur: ⁊ in earum conſortium reciperēt: adij-
ciens ſi hoc minime exequeretur: cito ipſam de hac vita mi-
graturam. Hoc quū mater nimis timeret eā tenerrime dili-
gens: tantū inſtitit apud fratres ordinis ꝑdicatorum ⁊ ſoro-
res illius collegij Senenſis: q̄ eā ad ſuā congregationē ad-
miſerunt. Et recepto habitu nō multo poſt plene conualuit:
deo gratias agens magnificas. ¶ Ubi notādum q̄ talis mo
dus viuendi cū tali habitu inſtitutus fuit. a. b. Dñico. Quū
enim partes Toloſane ⁊ Lōgobardie plene eſſent hereticis: ⁊
q̄ moliebant̄ auferre ab ecclīa oēm tēporalitatē: inter alios
errores btūs pater Dñicus indefeſſe predicans contra illos
dicitur conuertiſſe ex illis centūmilia: ⁊ in adiutorium ſum
pſit quaſdam deuotas perſonas zelantes pro fide: que corpa
liter illos hereticos gladio materiali expugnarent: quos ipſe
gladio verbi dei amputare nō poſſet: quibus ⁊ tradidit certū
modum viuendi ſpāalem vltra cōem modum laicalem ⁊ ci-
tra ſtatum complete religionis: ⁊ dicebātur tunc fratres de
militia beati Dñici. Extirpatis demū hereticis in partibus
illis: quum non oporteret amplius gladio pugnare: remanſe
runt in illo modo partim religioſo cū vxoribus ſuis: q̄ mor-
tuis viris continenter degebant: ⁊ alij vtriuſq; ſexus vidue
⁊ virgines ⁊ coniugati illis adheſerūt: vocati poſtea fratres
ſeu ſorores de penitentia beati Dñici: quarū regulam appro
bauit Inno. papa. vſ. ⁊ Joannes. xxij. declarauit illos ⁊ illas
non eſſe intelligendos de numero eorū qui dicuntur in cle.
Ad noſtram de here. Beghardi ⁊ Beghine ⁊ Honorius con-
ceſſit q̄ tempore interdicti poſſunt intereſſe diuinis officijs
in eccleſijs predicatorum. Hunc igitur ſtatum ⁊ habitum vir
go aſſumpſit.

Ordīs de pnīa btī Dñici īſtitutio.

§. III. De mira auſteritate ⁊ ab-

ſtinentia vite eius. Poſt habitus aſſumptionē: licet ⁊ prius
pro poſſe ſe abſtineret a carnibus eſu: caute tū ne ſui aduerte
rent: omino a ſe illas totaliter abdicauit: adeo vt odorē etiam
illarū ferre nō poſſet abſq; corporis paſſione. Uinū ita lym
phare cepit q̄ ſapore ſimul cū odore perdito colorem tantū
retineret rubedinis. Decimoquinto aūt etatis ſue anno vi-
num ex toto dimiſit. ⁊ potu aque frigide ex toto vtebat̄ tm̄.
Coctum quoq; quodcūq; a ſe auferebat paulatim: preter pa
nē. Et intra breue tp̄s ad eſum panis ⁊ crudarum herbarum
ſeipſam coercendo reſtrinxit. Circa. xx. annū etatis ſue etiā
ſe panis vſu priuauit ſolū crudarū herbarum ſibi vſu reli-
cto. Poſtremo non ex vſu nec ex natura: ſed ex diuino mira-
culo ad tam arctum ſtatum deducta eſt: quod licet corpuſcu-
lum illud pluribus infirmitatib⁹ ſubiaceret: laboreſq; alios
importabiles ſuſtineret: conſumptio tū humidi radicalis nō
habebat locū in ea: nec ſtomachus faciebat aut facere pote
rat officiū digerendi: nec vires corporee propter priuationē
cibi ⁊ potus debilitate: ita vt vita eius quaſi tota eſſet mira
culū. Minime aūt quacūq; induſtria naturali exercitio ſeu
vſu ad hunc ſtatum deuenire poſſet ſed nec talia ad conſe-
quentiam ſeu imitationem deduci oportet a quoquam: niſi
cui conceſſerit plenitudo ſpūs. Priuilegia em̄ paucorū cōem
legē facere nō poſſunt. Si de lecto querit: in quo membra fa
tigata quieſcerent: audi nobilem ⁊ delicatum thalamum vir
ginis. De ligneis tabulis ſibi fieri fecerat ſtratum: in quo ſe
dens meditabatur vel ſtabat in oratione proſtrata ⁊ tempo-
re ſuo nullis detractis veſtibus corpoſculū dormiens recli-
nabat. veſtibus laneis vtebatur intus ⁊ extra. Quandam ca
tenam ferream ſua latera ſine medio circundantem ſeu cin-
gētem tenebat iam fortiter q̄ fere intrinſecatā carni cutem
reddiderat. Uigilijs noctes extendebat vſq; ad horā matuti
nalem. Poſtmodū vero ſic paulatim datum eſt ſibi vincere
ſomnum: q̄ infra duos dies dormiebat dimidiā horam nec
huic etiam ſomno conſentiebat: niſi qñ ad hoc corporis lan-
guores cogebant. Reuelauit ipſa qñq; q̄ nullum tantum re
frigerium habebat in hac vita: quantū cū intelligentibus lo
qui vel cōferre de deo. Centū diebus ⁊ noctibus fere ſtetiſſet
abſq; cibo ⁊ potu ⁊ ſomno: ſi habuiſſet intelligentes ⁊ confe-
rentes cum ea ad loquendū de deo: nec vnq̄ laſſabatur: ſem
per recentior ⁊ hilarior reddebatur. Preterea volens imita-
ri pr̄em btm̄ Dñicū: ⁊ tres ſibi quotidie de vna catena ferrea
diſciplinas inferebat. Unā ꝓ ſe: aliā ꝓ defunctis: tertiā pro
his qui verſabant̄ in mundo. Sed poſtea infirmitatibus ag-
grauata hoc cōtinuare nō potuit ꝓ qualibet aūt diſciplina
vnā horā cū dimidia occupabat: ⁊ raro deficiebat quin ſan-
guinis gutte ex ſcapulis vſq; ad pedes defluerent. Multos
legimus patres in vtroq; teſtamento miras abſtinētias fe-
ciſſe: ſed pauciſſimos huius ſimiles. Quū autem Catharina
ita ſe dire diſciplinabat: ꝓpendēs mater pre nimia cōpaſſiōe
clamabat cum gemitu. Filia filia: ego te mortuam video: tu
teipſam occidis. Nec tamē ab huiuſmodi ceſſabat: vt ſe deo
hoſtiā offerret in odorem ſuauitatis. Siquando mater eam
ſecum ad dormiendū duceret vt magis quieſcere poſſet: ſur
gebat illa clā matre dormiente: ⁊ orōni incūbebat. ligna etiā
dura ſub linteaminib⁹ clā in loco ſuo ponebat: vt mollitiem
declinaret. Licet aūt ipſe modus viuendi tertio ordini tra-
ditus ab ea aſſumptus non adſtringat ad paupertatē ⁊ obe
dientiam totaliter qualis eſt religioſorum: tamen Cathari-
na ad ea ſupererogabat: ita obedientiam perfectā amplecte̅s

Qui odit aĩam ſuã.i.ſenſitiuã in hoc mundo:in vitam eternam cuſtodit eã.i.aiam intellectiuã. vt ſit relatio ſimplex in ea. Et p hoc odiũ ſcdm extinguitur amor ſui.i.pprius q̃ creſcit vſq ad contemptum dei:ſm Augu.cauſa et ſentina oĩm malorũ/ſicut econtrario amor dei creſcit vſq ad contẽptum ſui:qui eſt hoc ſanctum odium.

§. V. De victoria mirabili quã

habuit in tentationibus:p̃cipue carnalium cogitationũ. Inſpirauit igitur dñs mentem eius:vt a dño virtutũ donum fortitudinis peteret:ꝙ ſine intermiſſione multis diebus fecit. At clementiſſimus inſpirator volẽs poſt diutinã orationem fieri exauditor/tali prius informauit eã doctrina. Filia (inquit) ſi vis virtutem fortitudinis acquirere:opz te me imitari. Ego enim licet potuiſſem virtute diuina poteſtates aereas adnihilare:medũ ſuperare ⁊ aliam viam tenere vincendi:tamẽ p humanos actus meos volens exemplũ dare:non niſi per viã crucis volui ipſas vincere:vt vos facitio ſermone docere. Quod ſi fortes vultis eſſe ad vincẽdum oẽm ptãtem hoſtilẽ:crucẽ accipiatis pro refrigerio veſtro:ſicut ⁊ ego feciq̃ ſm apoſtolum meũ Paulum pꝑoſito mihi gaudio ſuſtinui crucẽ confuſione cõtempta. Oportet ergo paſſiones ⁊ afflictiones nõ ſolum patiẽter portare:ſz pro refrigerio amplexari ⁊ optare. Et vere refrigeria ſunt: quia quãto magis patimini per me:tanto magis cõformes mihi efficiemini. Et quãto magis mihi cõformamini in paſſionibus tanto magis ſm doctrinã Pauli apoſtoli mei mihi in grã ⁊ gloria eritis cõſimiles. Accipe igitur filia amara pro dulcibus:⁊ dulcia pro amaris propter me.nec quicq̃ dubites quin contra omnia fortis eris. Quod illa non ſurda aure percipiens:extunc in mente ſua fortiter fixit in tribulationibus delectari. Et prout mihi ſemel confeſſa eſt ſecreto:nulla res exterior eam tantum in hac vita refrigerabat q̃tũ tribulatiões ⁊ paſſiones:ſine quibus impatiẽtiſſime ſteriſſet in corpore:ſz pꝑter has ſuſtinendas libenter portabat celeſtis corone dilationẽ:quia ſciebat ꝙ per illas continue corona illi augebatur in celis. Poſtq̃ igitur dñs turrim fortiſſimã armauerat ſuis doctrinis:vnum permiſit: aperuit hoſtibus:vt accedant ad eam et probent ſiquo modo valeant eam expugnare: ⁊ eam vndiq circundare conantur. Primoq̃ inchoant a tentatione carnali:quam non tantum per cogitationes immittunt interius:nõ ſolũ per illuſiones ⁊ phantaſias in ſomnia:ſed ⁊ per apertas viſiões quas aſſumptis corporibus aereis eius oculis ⁊ aurib' ingerebant. Horror eſt prelia illa dicere:ſed victorias audire piis mentibus nimis delectabile. At illa contra ſeipſam ⁊ contra carnem ſuam ⁊ ſanguinem inſurgit vehementiſſime catena ferrea carnem macerando ⁊ ſanguinem ſuum totaliter.ſed nec per hoc hoſtes ab inchoato bello deſiſtunt: ⁊ quaſi compatientes ⁊ conſulentes primo dicebant. Cur miſera tantum te affligis? Quid tibi affert vtilitatis tanta pene afflictio? Putas ne in his poſſe perſeuerare? Nunquam poteris in his continuare:niſi velis teipſum occidere ⁊ homicida eſſe corpis tui. Melius eſt tibi vt hanc ſtoliditatẽ dimittas anteq̃ ex toto deficias: Adhuc eſt tẽp':vt poſſis gaudere in mundo. Iuuenis es:et adhuc recuperabiles corporis vires. Viuas ſicut cetere mulieres. Accipe virum et procrea filios ad humani generis augmentũ. Qđ ſi deſideras deo placere/nunquid non ⁊ ſancte nupſerunt? Saram Rebeccam/Rachelem/⁊ Suſannam/attende ⁊ Annam. In hoc modo viuendi nunquam poteris perſeuerare. Hec ⁊ ſimilia illis:menti eius dicentibus ſacra virgo ſemper orans ⁊ deo ſe cõmẽdens/ponebat cuſtodiã ori ſuo/quum conſiſteret peccator.i.diabolus aduerſus eam. Dabatq̃ ſecum conuerſantibus hoc pro regula generali/quum tentationes inſurgerent:nunquam poneremus nos ad diſputandum cum inimico/qz hoc eſt qđ ipſe querit/vt veniamus ad verba cũ eo. Confidit enim de magna malitie ſue ſubtilitate: quod ſcilicet ſuis ſophiſticis rõibus nos vincet. Vnde ſicut caſta mulier non debet loquenti ei ⁊ adulterium incitanti in aliquo reſpondere:ſed quantũ põt diuertere ab eo/ſic aĩa que caſto amore deo cõiungit/nunq̃ debet reſpondere inimico tentanti:ſed ad ſponſum ſuum per orationem recurrere. ¶ Hoc aduertens inimicus/ad aliud genus prelij ſe cõuertit. Effigiat ſiquidem imaginem mulierum ⁊ virorũ turpiſſime ſe adinuicem commiſcentium/actuſque fedos ⁊ verba inhoneſtiſſima tã viſui eius quã auditui obijcientium ſicq̃ turmis tam abominabilibus circa eam diſcurrentib' vlulatibus/⁊ clamoribus eã ad turpia inuitabãt. Et (quod magis horrebat) cogebatur etiã oculis clauſis ⁊ auribus intueri ⁊ audire. Addebat quoq̃ menti valde affligere alia afflictio:qz ſponſus qui ſolebat eam ſepius viſitare ⁊ conſolationes plurimas exhibere/videbat a ſe elongatus. vñ

Catharinã vexãt tentationib' demones ipe ſum.

Tentatiõi quõ reſiſtendum.

oriebat menti eius non parua triſtitia:ne forte deus ab ea receſſiſſet:nil tamẽ orationũ ⁊ auſteritatis ſolite pre tedio omittebat:ſed ſibiipſi reſpondebat. Nunquid tu viliſſima cõſolationibus aliquibus digna es? Non es memor ſuiq̃tatum tuarũ? Quã teipſam facis? Nõne ſi tibi parcit: eterna dãnatio ſatis eſt tibi? Nũquid pꝑter has cõſolationes elegiſti deo ſeruire:an vt in eternũ ſis futurũ confirmaris? Et his iaculis humilitatis virgo cõfundebat regẽ ſuperbie. Cellula eius plena erat demonib' moleſtantibus eam. Et quũ aliquali radio illuſtrareť:⁊ recordareť ꝙ donũ fortitudinis petenti datum fuerat:exhilarata interius cepit cogitare ⁊ pꝑoſitũ firmare oẽs illas moleſtias letanter ferẽdi quouſq deo placeret. Vnus aũt ex illis tentatoribus audacior ⁊ pernicioſior ceteris ait illi. Quid miſera es factura? totam vitam tuã in hac miſeria ſemper duces? nec vnq̃ deſiſtemus a moleſtia tua citra mortem:niſi nobis conſentias. Cui mox illa doctrine tradite nõ immemor cũ omni ſecuritate rñdit. Ego penas elegi p refrigerio meo:nec difficile mihi erat has ⁊ alias penas p ſaluatoris nõie tolerare:q̃diu ei placuerit. Quo dicto immediate totus ille demonum conuentus cõfuſus abſceſſit:⁊ quedã magna lux ſupne totam camerulã illuſtrans apparuit:ac in luce illa dñs Ieſus chriſtus crucifixus totaliter cruentat'.vocauitq de cruce virginem di. Filia mea Catharina/vides quanta ego paſſus ſum pro te:nõ tibi graue ſuſtinere p me. At illa ait. Vbi domine mi fuiſti dum cor meũ tot turpitudinibus vexabatur? Cui dñs. Ego erã in corde tuo. Et illa: Salua ſemper veritate (ait) qualiter credere poſſum ꝙ tu habitares tunc in corde meo:qđ nõ niſi turpiſſimis ⁊ ſpurciſſimis cogitationibus abũdabat. cui dñs. Cauſabant ne cogitationes ille in corde tuo letitiã an triſtitiã:delectationem an merorẽ? Tunc illa. Summã triſtitiã atq̃ merorem:inquit. Et dñs. Quis ergo faciebat vt tu triſtareris ⁊ nõ delectareris in eis niſi ego:qui latebã in medio cordis tui? Si enim ego nõ adfuiſſem:cogitationes ille penetraſſent cor tuum ⁊ fuiſſes delectata in eis:ſed p̃ſentia mea diſplicentiã earũ cauſabat in corde tuo. Et ex illa victoria habita de inimicis cepit ſacratiſſimus ſponſus eius Ieſus familiariter cõuerſari cum ea:adeo vt incredibile videatur.

§. VI. Apparebat ergo ſibi fre-

quentius dñs Ieſus:⁊ diutius ſolito cũ ea manebat:⁊ ducebatq̃ ſecũ aliq̃ñ glorioſiſſimã genitricẽ ſuã:aliq̃ñ be. Dñicũ quandoq̃ Mariã Magdalenã vel Ioan.euãg.vel apoſtolum Paulum ⁊ alios:ſecũq confabulatur ſicut amicus cũ domeſtico ſuo:⁊ frequenter ſimul dñs ⁊ ipſa dicebant pſalmos ambulando p camerulã:ſicut ſolent agere duo clerici vel religioſi ſimul officiũ dicentes. Et aduertendum ꝙ virgo iſta literas quidẽ ſcribebat:ſed eas hoſe viatore nullo docente nec ſciebat loqui latinũ:ſed ſciebat legere literas ⁊ proferre. Narrauit eñ de ſemetipſa:ꝙ quum pro diuinis laudibus horis canonicis depromẽdis decreuiſſet addiſcere literas ſcripto ſibi alphabeto per quandam ſociam docebatur:ſed quum per plures hebdomadas laboraſſet:⁊ nullatenus id poſſet addiſcere:cogitauit magiſtrum adire celeſtem pro perditione tpis deuitãda:orans vt ſi beneplacitum erat ei:hoc agere dignareť:ipſam.ſ.docere quod per ſemetipſam nequibat appꝛhendere:que ſurgẽs ab oratione ita diuinitus eſt edocta:ꝙ omnem literam legeret tã velociter ⁊ expedite ſicut quiſq̃ doctus legere poſſet:⁊ tamẽ ſyllabicare in nullo ſciebat immo literas vix cognoſcebat: qđ manifeſti miraculi indiciũ erat. Vnde libros cepit q̃rere diuinũ officiũ cõtinentes:⁊ in ipſis legere q̃ ibi ſunt tradita. Demũ creſcente aĩa eius in contẽplationis perfectione ceſſauerunt paulatim oꝛ̃ones vocales:⁊ tamen pꝑter frequentiſſimũ raptũ mentis ad tantũ deuenit:ꝙ vix poterat orationẽ dñicam vocaliter ſemel pꝑferre:quin aĩa eius ab exterioribus ſenſibus rapereť. Scripſit ⁊ vni ſemel quedã verba deuota nõ pauca ex diuino miraculo quũ nec antea nec poſtea aliud p ſeipſam ſcripſiſſet:vt pote ſcribẽdi ignara:ſed p manũ alterius ſcripſit epl̃as plurimas ad diuerſas pſonas ea dictante:ac librũ ſeu tractatũ ex reuelationibus nõ breuẽ. Creſcẽte vero quotidie ampli' in ea grã conditoris:vna dierũ chriſtus ei apparẽs viſibiliter ſibi eã deſponſauit:adſtãtib' ibi glorioſiſſima ei' genitrice Maria:ac beatiſſimo Iohãne euãgeliſta/aploͦ Paulo/ac be. Dñico:⁊ cum his Dauid pꝑpheta pſalteriũ in manu geſtante ac ſuperſuauiſſime modulante. Et tunc dei genitrix Maria cepit manũ extẽdere ad filiũ:poſtulãs vt ipſam Catharinam dignareť ſibi deſpõſare in fide. Qđ annuẽs dei filius vnigenitus annulũ ꝓtulit aureũ habentẽ in ſuo circulo quatuor margaritas ac adamantẽ in ſummitate incluſum:quẽ annulari digito dextere virginis dextera ſua imponens ait. Ecce

Catharinã ſibi deſponſat chriſtus.

deſponſo te mihi creatori ⁊ ſaluatori tuo in fide. Diſparuit viſio: remanſitq; annulus in digito: non quidem ſm̄ viſionem aliorum: ſed tantū ſm̄ virginis viſionem.

§. VII. Poſt deſponſationē prefatam

cepit dñs eam paulatim ad conuerſationē humanā trahere. vnde ⁊ poſtq̄ ſibi apparebat: vt oſtēdiſſet ſibi quedam arcana: ⁊ cū ipſa horas ⁊ pſalmodiā dixiſſet: ſubiungebat. Uadas: q: hora eſt iā prādij: ⁊ tui de domo iam volunt ad menſam intrare. Uadas ⁊ ſis cū eis: ⁊ poſtea reuertaris ad me. Qd̄ illa audiēs in ſingultuoſos luctus prorūpebat: dicēs. Ut q̄d dilectiſſime dñe me miſerā repellis a te? Si maieſtatē tuā in aliquo offendi: ecce corpuſculū meū paratū ad penā corā pedibus tuis: qd̄ ad te leuabo caſtigans. Nō me hac tam dura pena ꝑmittas affici: vt ſeparer a te quātulūcunq;. Quid mihi ⁊ prādijs eoꝝ? Ego cibū habeo manducare: quē illi neſciūt. Ego (vt noſti) oēm cōuerſationem hominū dimiſi: vt te dñm poſſem inuenire. Nūc aūt ex quo tua mīa te inueni: licet indigniſſima: nunq̄d debeo ambagib⁹ humanis immiſceri: vt accreſcāt ignorātie mee? Cui dñs r̄ńdit. Sine dulciſſima filia: ſic decet te īplere oēm iuſticiā. Nō intēdo te a me ſeparari: ſed mediāte charitate primi te mihi vniri ſatago: vt ſic duob⁹ pedibus ambules: ⁊ duabus alis dilectionis dei ⁊ primi voles ad celū: q̄uum a pueritia tua ꝓpoſueris te fingere maſculū: ⁊ in partibus remotis habitū fratrū ſuſcipere: vt poſſis alabus aliorum vtilis eſſe: ⁊ habitū habeas tertiū btī Dñici q̄ ord. inſtituit ad ſalutē primoꝝ. At ille. Dñe (inquit) nō mea ſed tua fiat voluntas: q: ego tenebra: ⁊ tu lux puriſſima. Sed obſecro ſi nō nimis ꝑſumo: edicas quomodo fiet iſtud ꝙ ego miſella ⁊ fragilis vtilis eſſe valeā alabus: quū contradicat ſexus docēdi officio: nec congruit mulierē cū viris conuerſari: ⁊ ꝓpter periculū ⁊ ꝓpter ſcandalū male ſuſpitionis. At ille. Non eſt impoſſibile apud deū omne verbum: mihi qui quecunq; volui feci in celo ⁊ in terra: facile eſt inuenire modum. Uerum q: ſcio ꝙ nō ex infidelitate ſed humilitate ſic loqueris: ſcire te volo ꝙ iſto iā tēpore tantū abundauit hūana ſuperbia: ⁊ potiſſimū eoꝝ q̄ ſapientes ſe reputant: ꝙ iuſticia mea nō pōt eos amplius ſuſtinere: quin iuſto iudicio ſuo eos cōfundat. Dabo tamen eis primo ex miſericordia mea confuſionē vtilem ⁊ ſalubrem: ſi voluerint ſe recognoſcendo humiliare: ſicut feci Judeis ⁊ gentibus: cū miſi eis idiotas ſapientia mea repletos. Dabo (inquam) feminas de ſui natura fragiles ⁊ ignorantes: ſed virtute ⁊ ſapientia refertas: in confuſionē temeritatis eorū. Qd̄ ſi hanc medicinalem confuſionē deſpiciant: vel eos q̄ tali modo vitabit cōfundi: ad tot alias cōfuſiones iuſto iudicio eos deducā: ꝙ totus mundus contēnet ⁊ deſpiciet eos. Tu ergo abſq; cunctatione obedies: nec te vbicunq; fueris derelinquam. Quibus auditis virgo inclinato capite cellā egreditur. ac cedit ad domeſticos domus: ⁊ cū eis ad menſam accedit. Oneroſa vtiq; ſibi erant cuncta q̄ videbat ⁊ audiebat inter domeſticos: ⁊ tamē patienter cūcta ferebat: nec tamen mente a colloquijs diuinis ceſſabat ⁊ oꝛonē: ⁊ ad cellam reuertēs ſpōſum ſuū Jeſum inueniebat: quē dulci⁹ amplexabatur: ⁊ reuerenti⁹ adorabat. Ex tūc vero cepit in ea oriri deſideriū ſacre cōionis ſumēde: qd̄ q̄diu vixit ſemꝑ creuit: vt nō tm̄ ſpūs ei⁹ vniret̄ cū ſpōſo ſuo: ſed ⁊ corp⁹ eius (vt ita dixerim) corpori eius ſociaretur ſacramentaliter.

§. VIII. De frequētatione eius

in ſumēdo euchariſtiā: ⁊ miraculis circa iſtud. Erat ſatis inter laicos vulgatū ꝙ Catharina iſta quotidie cōmunicabat ⁊ ex ſacro abſq; alio cibo vitā trāſigebat. Sed qd̄ pie di- | Frequens
cebant ⁊ ſuſpicabant̄: vtiq; verū nō erat. Non eñ quotidie | euchariſtie
ſed frequenter ſacramētū ſumebat. De qua etiam frequentatione quū quidā ſatrape (magis Philiſtinorū q̄ chriſtia- | ſumptio.
noꝝ) murmurarēt: rōnibus tñ reuincebantur: quū primi chriſticole quotidie cōicarent etiā laici: vt patet in actibus apłoꝝ: vbi dr̄ ꝙ quotidie frangebāt panē: ⁊ erant perſeuerantes in doctrina apłoꝝ ⁊ cōicatione fractionis panis. qd̄ ab oībus exponit̄ de euchariſtia. Et quū ſemel quidam argueret eam domeſtice de tanta frequentatione cōionis: ⁊ quū Auguſtin⁹ dicat. Quotidie euchariſtiam ſumere nec laudo nec vitupero: ſingulis tñ dñicis diebus cōicandum hortor. de cōſe. diſt. ij. quotidie. R̄ńdit virgo ſacra in ꝑſentia pluriū. Ex quo Auguſtinus non me vituperat in dictis ſuis: quare vos pater reuerende me vituperatis? ſicq; confuſus tacuit. ¶ Obtinuerat aūt a Grego. papa. xi. ob eximiā ſanctitatē ſuā per ſpeciale priuilegiū ꝙ poſſet ad placitum confeſſores eligere ⁊ mutare: celebrare facere in domo ſua: vel itinere in altari portatili: ⁊ cōicari a quocunq; ad placitum ſuū. Qd̄ quidā egre ferebant: alij venerabantur. Accidit aūt vna die circa hoc tale miraculum. Quū apprehendiſſet eam infirmitas iliaca: ſperans inde cito ſubleuari: vt ad eccleſiam pergere poſſet: ſummo mane per nuntium ipſi magiſtro Raimundo nondū generali ordinis electo ⁊ Senis commoranti confeſſori ſuo ſignificari fecit ꝙ tardaret miſſam ſuā: quia intendebat adeſſe ⁊ cōicare. Sed quum nimis tardaret: ⁊ fratres plures murmurarent ſuper hoc: quia hora tranſibat cōpetens: miſit ipſi ad dicendum ꝙ non expectaret amplius eam: ſed celebraret. Qui ad altare acceſſit celebraturus. Et dum miſſam ꝓſequeretur in quadam capella: ecce Catharina a doloribus ſubleuata ad eccleſiam venit: ignorāte ipſo celebrante: ⁊ poſuit ſe in oratione in eccleſia in loco multū diſtanti ab altari vbi celebrabat. Peracta conſecratione quum iam perueniſſet ad fractionem hoſtie primā in duas partes: deo diſpenſante preter intētionē eius per tres partes facta eſt diuiſio quarum vna in magnitudine quaſi vultus fabe aſpectū ei⁹ ſubterfugit: in quo dubium nō erat ſibi eſſe ſpecies panis ⁊ per cōſequens ſacramentū: ⁊ alijs duabus in manib⁹ eius remanentibus: cōpleta fractiōe hoſtie reſpicit de particula: nec in calice videt: nec ante: vel poſt. Ne ꝑo audiētes attēderent ꝓſequitur: ⁊ ſumpta vtraq; ſpecie ꝓſpicit hinc inde de particula: ⁊ nihil reperit. Finita miſſa dimittit fratres vnū iuxta altare: q̄ neminem permittit ad ipſum accedere: vt poſtea diligenter perſcrutetur ⁊ in tobalijs ⁊ ad pedes altaris. Exuto eo veſtibus ſacris: quidam Cartuſienſis ordinis feſtinabat cū eo loqui ⁊ cū Catharina ſuꝑ q̄buſdā. Et audito ꝙ in ecclia eſſet: acceſſerit ad eā. Poſt locutionē cartuſienſis cum ipſa: remanſit ipſe frater Raimūdus cū ea triſtis in facie. Cui cū interroganti triſticie expreſſit cām. ſ. amiſſionē particule hoſtie. Et ſubridens illa inquit. Feciſtis vos diligentiā veſtram? Qui dīt ſe feciſſe: ⁊ iterū ſubridens ait. Non opꝫ ſuper hoc vos cōtriſtari. Tunc ille. Uere puto ꝙ tu es que abſtuliſti mihi illam particulam. Et ipſa. Non mihi hanc culpā imputes: q: nō ego: ſed alius abſtulit. Hoc tm̄ ſcitote ꝙ nunq̄ eam inuenietis. Tūc adſtrinxit eam ex parte dei: vt referaret ei quid de re ipſa ſciret. Que in ſecreto dixit. Illa particula ad me fuit delata. Quum enī ſocie mee nollent ꝙ iſto mane cōmunicarem propter murmurationes: nolens eas contriſtari acquieui eis. Recurri tñ ad benigniſſimū ſponſum meū Jeſum: q̄ ſublatam a vobis particulā ad me attulit. Et ideo noltie contriſtari: ſed gaudere in chriſto. ¶ Altera autem vice dum ipſe Rai. magiſter reuerſus eſſet cum ea ⁊ pluribus alijs ſeruis dei de Auinione (diſcurrebat enim hinc inde ad pontificē ⁊ cōitates pro reconciliatione pplo⁊) cū eo puenit Senas: ⁊ viſitatis ſeruis dei in feſto btī Marci in dño reuerſa domum hora tertiarum dixit magrō Rai. Pater ego valde eſurio. Qd̄ ille intelligens de deſiderio cōionis: primo ſe excuſauit: ⁊ propter hore tarditatē ⁊ ꝓpter laſſitudinē ſuā. Paulo poſt quum ei replicaret eſurire ſe: ſatiſfaciens deſiderio eius ſe preparauit ad celebrandum in domo ſua in altari portatili ex licentia ſibi cōceſſa: vt ſupra dictū eſt. Sumpta cōione pro ſe: quū accipere vellet hoſtiā paruulā illi porrigendā: ipſa hoſtia diſtans a patena per aliqd̄ ſpatiū per ſe acceſſit ad patenā vel manum celebrantis diuinitus mota: quam ei tradidit. Teſtatiq; ſunt plures venerabiles religioſi fide digniſſimi diuerſarum religionum habentes familiaritatem cum eo ob ſanctitatem ipſi⁹: hoc accidiſſe eis: ꝙ quū celebraſſent ipſa preſente: ⁊ hoſtiam ꝓ ea cōicanda ex patena ſumere vellēt: ipſa hoſtia quaſi ab alio ſumpta accedebat ad os eius. Hoc etiam ei cōmuniter contingebat: vt cōione accepta raperet̄ in extaſim: ⁊ ꝑ tres vel quatuor horas rapta ⁊ alienata a ſenſibus exterioribus manebat immota. Et quum celebrans ſe verteret ad impendendam ei generalem abſolutionem (vt de more eſt) apparebat facies eius vt facies angeli ſplendorem emittens. Pluries etiam ſacerdote celebrante vidit in hoſtia conſecrata puerum Jeſum: aliquando etiam ſub diuerſis formis oſtendētibus magnitudinem ſacramenti.

§. IX. De dono prophetie quo

claruit. Erat in iſta virgine ſpūs ꝓpheticus tam perfecte ⁊ | Prophe-
frequenter: ꝙ pene eā nihil poterat latere de pertinentib⁹ | tia cla-
ad eā: ſeu ad eos q̄ cōuerſabant̄ cum ea: aut q̄ ad eam cauſa | ruit btā
ſalutis accedebant: ac ſepe cogitationes noſtras ipſa expri- | Cathari-
mebat nobis cū ea conuerſantibus. Et quum ſemel (inquit | na.
Rai. legēde hui⁹ cōpilator) ipſa me argueret de quibuſdam meis cogitationibus q̄ verſabātur in corde: ⁊ ego mendaciter me excuſare vellē: illa reſpondit. Quare magiſter negatis: qd̄ ego clarius video q̄ vos q̄ cogitatis in corde? Addebatq; doctrinam ſuꝑ hoc q̄d me facere oporteret. Et ad alia quā alia ꝑticularia deſcēdendo de ꝑnunciatiōe occultorū

fuit

fuit in ciuitate Senenſi quidā Frāciſcus noīe/ q̄ poſt exerci
tiū milicie armate: eā relicta in ciuitate quieti ſe dedit: vxo
rem accipiens. Et q̄ mala patrarat ſm̄ corruptelam armi
gerorū a ſuis monebatur vt ad penitētiam rediret. Qui vt
aſpis ſurda aures ſuas obturabat. Suadebāt ſibi ab ami
cis ⁊ vxore vt loqueret̄ cum Catharina ſi forte emolliretur
cor eius/ qḋ nō ꝯtēnebat. Uxor eius ad Catharinā acceſſit
rogans vt ꝓ eo oīm exoraret. Qḋ quū feciſſet apparuit in
ſomnis militi Catharina admonēs vt ꝟbis vxoris acquie
ſceret: ⁊ que ad loquendū cum Catharina eū ſollicitauerat/ ſi
dānationē eternā nō vellet incurrere. Qua viſione perter
ritus: dixit vxori vt modū daret vt cū Catharina loqui va
leret. Qḋ impletū fuit. Allocut⁹ ergo illā cōpunctus eſt ver
bis illius: ⁊ ꝓmiſit cōfeſſionē facere. Quā diligenter execu
tus eſt cū fratre Thoma Antonij de Senis. Poſt hec locu
tus eſt miles virgini/ affirmās ſe feciſſe cōfeſſionē. Collau
dauit virgo qḋ geſſerat/ admonēs in futurū a talibus ma
lis abſtinere/ ⁊ ſubdit. Uideatis bene q̄ oīa dixeritis pctā
veſtra. Et ille. Uere oīa q̄ memorie occurrerūt expreſſi. Et
illa trahens eum a parte ſecreto/ reduxit ſibi ad mentem
quoddam ſcelus patratū occulte in Appulia/ cuius ille fue
rat oblitus. Qḋ audiēs ⁊ commiſſum pctm̄ recognoſcens/
miratus eſt: ⁊ plurib⁹ manifeſtauit/ vt notū fieret ꝑ ſpm̄
ꝓph̄ie illā illud nouiſſe/ de quo cōfeſſus eſt. Et nō multo
poſt infirmatus in dn̄o requieuit. ¶ Quū frater Thomas
de Senis ex cōfeſſoribus vnus dicte virginis cū magiſtro
Georgio eiuſdē ordinis predicatorū pergerent ad montem
Politianū equeſtres/ in latrones inciderūt/ qui eos ſpolia
uerunt ablatis equis/ ⁊ iā de eoꝝ morte tractabant/ ne eos
accuſarent formidantes. At frater Thomas ſe recommen
dauit toto mētis affectu virgini ipſi: vt a periculo tāto eos
liberaret. Quo facto mutauit dominus cor eorū: ⁊ dicere
ceperūt inter ſe. Quare nocere iſtis volumus? Iſti ſunt bo
ni homines/ nihil dicent de factis noſtris/ et reſtitutis eis
omnib⁹ ablatis excepta modica pecunia quam habebant
pro expenſis/ liberos dimiſerunt. Exiſtimari poteſt eos ad
iutos orationibus Catharine (in quo etiam apparet de ſpi
ritu ꝓphetico eius) nam ea hora qua frater Thomas inuo
cauit adiutoriū ei⁹ quū Senis eſſet/ diſtans ꝑ multa milia
ria ab illis fratribus/ dixit ſocie ſue/ Catharina. Pater me⁹
frater Thomas me inuocat: q̄ magnum periculum vrget/
ideo orem⁹ ꝓ eo. Ex cuius oſone ſecuta eſt liberatio illoꝝ.
¶ Tempore inſuꝑ Greg. xi. anno vez dn̄i. M. ccclxxx. quum
virgo ſacra eſſet in ciuitate Piſana/ ⁊ Raimundus ſepe ſa
tus cum ea/ diuulgatum eſt ibi de rebellione ciuitatis Pe
ruſine ꝯtra ſummū pōtificē ⁊ aliarū plurīū ciuitatū Italie.
Qḋ quum ſocie virgini retuliſſent/ multum dolens de tāta
irreuerentia ⁊ inobedientia chriſtianorū ad eccleſiā ſanctā
qui etiā contēptui haberēt eccl'iaſticas cenſuras/ cōdoluit
⁊ ipſa ſubdidit eī. Nō incipiatis fletū veſtrū tā cito/ q̄ ni
mis habebitis flere. Iſtud enī quod modo videtis/ eſt lac ⁊
mel reſpectu ſubſequentiū. Et ille. Que maiora poſſumus
mala videre/ q̄ chriſticolas oēm deuotionē et reuerentiā
erga eccl'iam perdidiſſe: ⁊ excōicationes nil timere? Non re
ſtat eis niſi fidē abnegare. Tunc illa ait. Pater hoc modo
faciūt laici: ⁊ cito videbitis q̄ deterius faciēt clerici. Et fra
ter. O me miſerum/ nūquid clerici Romano pontifici rebel
labunt? Et illa. Bene videbitis vos: qū voluerit ipſorū pra
uos mores corrigere: facient enī tunc ſcandalum vniuerſa
le toti eccl'ie dei: qḋ tanq̄ peſtis heretica ipſam ſcindet ⁊ cō
turbabit. Ad qḋ frater ille. Et habebimus nouā hereſim et
⁊ nouos hereticos o mater. Et illa. Nō erit proprie hereſis:
ſed quaſi hereſis: ⁊ quedā diuiſio eccl'ie ⁊ totius chriſtiani
tatis. Itaq̄ paretis vos ad patientiā: q̄ oportebit vos iſta
videre. Qḋ quū tunc appareret poſt breue tempus patuit
veritas ꝓphetie eius: quū ſcz mortuo Gre. ⁊ creato Urba
no. vi. ſchiſma ſecutū eſt. Quum vero virgo Romam profe
ctura eſſet: ⁊ iā inchoato ſchiſmate eiq̄ frater ille diceret im
pletū iā eſſe qḋ predixerat/ rn̄dit ipſa. Sicut dixi vobis tūc
q̄ illud erat mel ⁊ lac: ita dico vobis q̄ iſtud quod videtis
nunc/ eſt vt ludus puerorum reſpectu futurorum: ⁊ ꝑcipue
in patria circunſtāte: denotans regnū Sicilie cum patria
Romana ⁊ regione circūiacente: qḋ rei poſt modum proba
uit euentus ꝓpter grauia bella. Poſtq̄ autem illa dixerat/
ego curioſus factus ad inueſtigandū de futuris poſt illam
ꝯquaſſationē: ⁊ interrogaui eā ex quo manifeſte innotuerat
futura ſibi diuinitus reuelari. Obſecro (inquiēs) preclariſſi
ma mater: quid poſt hec mala futurum eſt in eccl'ia dei? Et
illa. His tribulationibus ⁊ anguſtijs modo imperceptibili
hoīb⁹ purgabit de⁹ eccl'iam ſuā ſanctā ⁊ ſuſcitabit ſpm̄ ele
ctorū ſuorum. Sequeturq̄ poſt hec tanta reformatio eccle
ſie dei ⁊ renouatio ſanctorum paſtorum: q̄ ex ſolo cogita
tu exultat ſpūs meus in dn̄o. Et ſicut alias pluries vobis
dixi: ſponſa q̄ nunc eſt tota deformis atq̄ pānoſa: tunc erit
pulcherrimis monilibus precioſis ornata: cunctiq̄ fideles
gaudebunt tam ſanctis paſtoribus decorari. Et ppl'i etiā
infideles bono chriſti odore tracti ad ouile catholicū reuer
tentur: ⁊ conuertent̄ ad verum paſtorē ⁊ ep̄m aīarū ſuarū.
Agite igitur gratias deo: qui poſt hanc tempeſtatē dabit
eccl'ie ſue gr̄a tēpus ſerenum. His dictis conticuit. Quod
iſta ſancta virgo predixit de tēpore tribulationis ⁊ ſchiſma
tis videmus eueniſſe. Qḋ aūt de bonis paſtoribus ⁊ refor
matione eccleſie ab ipſa ꝓnunciatū eſt: nondum aduenit:
nec qū euenire deberet tēpus prefixit: vt poſſit de falſitate
redargui. Quod ꝓpterea dictum eſt: q̄ ei calūniantur qui
dam aſſerentes ipſam prenūciaſſe paſſagium ad terrā ſan
ctā/ qḋ non eſt impletum/ quaſi/ nō ſi fuerit vera ꝓphetiſſa
ſed falſa. Sed aſſerit ipſe Raimū. hoc verū nō eſſe: q̄ ꝓnun
tiauerit paſſagiū futurum: ſed zelo ſuccenſa fidei: acceſſit
vſq̄ ad Auinionem ad Grego. xi. ſuadens ei dictum trāſitū
ad recuperandam terram ſanctam. Multaq̄ alia prenun
tiauit: que ſicut predixerat euenerunt.

§. X. De viſionibus eius mirabilibus.

Quum ſemel feruētius dn̄m oraſſet: vt dn̄s auferret ſibi proprium cor ⁊ propriā voluntatē: daretq̄ ſibi cor ⁊
voluntatem ſm̄ ipſum: tali viſione conſolata eſt. Uidebat̄
ſibi q̄ adueniens dn̄s latus eius ſiniſtrum apperiret: ⁊ cor
eius auferret ac abſcinderet: ſicq̄ ſine corde remaneret: vñ
⁊ confeſſori ſuo loquēs dicebat ſe cor nō habere. Poſt que
quū vna dierū in eccl'ia predicatorum in capella ſororum
de penitētia qua. ſ. congregāt̄ capl'ariter Senis: circunfulſit
eam lux de celo: ⁊ in luce apparuit dn̄s habens in manibus
cor rubicundum ⁊ lucidum: ad cuius aſpectū in terrā ceci
dit: ⁊ appropians dn̄s aperuit latus eius ſiniſtrum: intro
mittens cor illud ⁊ dicens. Ecce filia ſicut poſtulaſti pridie
abſtuli tibi cor tuū: ⁊ dedit tibi cor meū quo ſemper viuas.
clauſitq̄ latus: ⁊ abſceſſit: ⁊ pro miraculi ſigno/ remāſit in
dicto loco cicatrix obducta: vt aſſeruerunt ſocie: q̄ pluries
hoc viderūt. Poſt hāc cordis immutationē dicebat cōfeſſo
ri ſuo tantum gaudiū tātamq̄ iubilationem poſſidere mētē
ſuam: q̄ grandis erat admiratio qualr̄ oīa poſſent in corpe
remanere: ⁊ tantumq̄ ardorē eſſet in corde ſuo: q̄ iſte ignis
materialis videt̄ reſpectu eius potius refrigeriū q̄ ardens
⁊ magis frigidus q̄ accēſus: ⁊ ex iſto ardore ꝓducitur quedā
renouatio puritatis ⁊ humilitatis: vt mihi (inquiebat) vi
dear rediſſe ad etatem quinq̄ annorū. Hic etiam accendit̄
tantus amor erga proximum: quod ꝓ quo libenter ſuſtine
rem mortem corporis. Hec ⁊ ſimilia ſecreto cōfeſſori reue
labat/ alijs aūt occultabat. ¶ Altera vice apparuit ei rex
regum cum celi regina matre ſua ⁊ Maria Magdalena di
cens. Ecce filia chariſſima: pro ampliori ſolatio tuo trado
tibi Mariā Magdalenā in matrē: vt poſſis ad eā cū omni
fiducia recurrere: ⁊ tuiq̄ curā ſpiritualē ei cōmitto. Qḋ illa
cū magna humilitate ⁊ grārum actione acceptauit: ſe illi
deuotiſſime cōmēdās. Qḋ ideo creditur factū: ꝓpter ſimi
litudinē ad intēſum amorē eius ad chriſtū ⁊ ꝯtēplationis
diutinā refectionē. ¶ Uidi ego ſemel/ inquit Raimū. eam
raptā a ſenſibus humanis: ⁊ audiui eā muſſitantē ſubmiſ
ſe dicentē. Audiui arcana dei: ⁊ audiui arcana dei: ⁊ nil aliud
addebat: ſed replicabat Uidi arcana dei. Quū aūt ego que
rerem ab ea quare toties illud replicabat. Nō eſt mihi poſ
ſibile aliud dicere/ ait. Et quū quererē qḋ vidiſſet/ ait. Tātā
conſcientiā haberē vobis illud qḋ vidi/ defectiuis iſtis vo
cabulis explanare: ſicut deū blaſphemare vel verbis meis
inhonorare: q̄ tanta eſt diſtantia inter id qḋ intellectus a
deo raptus ⁊ illuſtratus ⁊ cōfortatus intelligit/ ⁊ id quod
verbis exprimi pōt: vt quaſi contraria eſſe videātur. Qua
de cauſa nullo pacto poſſem inclinari vobis ad aliquid diſ
ſerendū ꝓ nunc de his que vidi: q̄ ineffabilia ſunt. ¶ Fuit
quoq̄ ei oſtenſa magnitudo ſctitatis ⁊ glīa beati Dn̄ici per
hunc modum. Uidit imaginaria quadā viſione in oratiōe
poſita ſummum ⁊ eternum patrē de ore ſuo (vt videbatur)
coeternum ſibi filiū ꝓducentē: qui in aſſumpta natura ſibi
demonſtrabat̄. Qḋ quū attenderet: ex alia parte vidit bea
tiſſimum pr̄iarchā Dn̄icū ex eiuſdē pr̄is pectore ꝓduci: lu
ce ac ſplendoribus circūdatū: ⁊ audiuitq̄ eodē ex ore ꝓlatā
hanc vocem. Ego dilectiſſima filia hos duos filios genui:
vnum naturaliter generando: alium amabiliter ⁊ dulciter
adoptando. Quumq̄ nimiū admiraretur de tanta compa
ratione ⁊ aſſimilatione: ⁊ verba prolata fuerunt ſibi expoſi
ta per ipm̄ dicentē. Sicut hic fili⁹ me⁹ vnigenitus in natu
ra aſſumpta fuit mihi perfectiſſime obediēs vſq̄ ad mortē
crucis: ita ⁊ iſte filius meus Dn̄icus oīa que operat⁹ eſt
ab infantia vſq̄ ad terminū vite ſm̄ obedientiā mādatorū
meorū regulata fuerūt. Nec vnq̄ aliquod preceptorū tranſ

De bea Dominici gloria reuelatio.

Si velles dare aliã veſtem: deferã ſibi. Fit in mente virginis pia cõtentio: charitas vigebat ad erogandũ: ſed diſcretio retrahebat: ne ſuam omnino ſpoliata maneret vel plus auferẽs ab ancilla/vł alta/nimis grauaret: vicit diſcretio: ⁊ illi reſpõdit. Si liceret mihi ſine tunica remanere: libenter tibi eam traderem: ſed q2 non licet ⁊ aliam non habeo: rogo nõ graue feras. At ille ſubridens ait. Bene aſpicio bonam tuam voluntatem: ſufficiat vale. Nocte ſequenti apparuit ſaluator ſub forma pauperis illius cũ veſte illa: dicens. Tu me heri hac veſte induiſti cum magna charitate. Ego tibi nunc veſtẽ inuiſibilem oĩbus/ſed tibi etiam ſenſibilẽ de meo ſacro corpore dabo: qua vterq3 homo tuus ab omni nociuo frigore protegetur: quouſq3 gloria ⁊ honore ſuo tẽpore veſtiatur. Moxq3 de cicatrice lateris ſui ſuis manibus traxit quãdam veſtem coloris ſanguinei vndiq3 radios emittentẽ ad menſuram virginalis corpuſculi: qua eam induit manib9 ſuis. Huius muneris fuit adeo efficax gratia nõ modo in anima/ſed ⁊ in corpore: vt ex illa hora nunq̃ plures tunicas hyemali tẽpore deferens q̃ eſtiuo: ſed vnica ſup tuniculã tantum tunica exteriori contenta: ſemp ⁊ omni tẽpore nuſq̃ propter intẽperiem algorialẽ/quam vt confeſſa eſt nullatenus ſentiebat: extunc aliam ſuperaddiderit veſtem vel operimentũ corporale augmentauerit. ¶ Accidit ⁊ aliud magnum miraculũ in vino inter opera miſericordie eius. Nam ⁊ teſtãte hoc matre eius ⁊ fratre Thoma eius confeſſore: quum ex licentia patris hec virgo pauperibus largas eleemoſynas faceret: nõ ſolum de pane: ſed ⁊ de vino contigit familiam domus cuiuſdam vegetis vino potari quod ex accidente effectũ eſt deterius. Virgo aũt que ex his que pauperibus largiebatur/non deteriora ſed meliora eligebat: cernẽs alterius vegetis vinum multum bonũ quod adhuc non fuerat manumiſſum: de illo hauriri faciebat ⁊ dari pauperibus. Veges aũt illa boni vini de qua q̃tidie pauperibus diſtribuebat/parua erat: adeo q̃ vltra ſ'dm cõmunem eſtimationem per. xx. dies familie illi vix ſufficere poterat. Poſt aliquot igitur dies quũ iam plurimum illa pauperibus dediſſet: qui ſuper cellario erat/pro familia hauriri fecit de vegete illa boni vini. Tranſierunt inde non ſolum viginti dies ſed et menſis integer quo tota familia ⁊ pauperes etiam potabãtur: ⁊ adhuc vas illud non oſtendebatur eſſe plus ſolito diminutum. Mirabatur germani ⁊ tota familia: q̃ tanto tẽpore vas illud vinum adminiſtraret. Sed nec ſe recordari dicebant tam bonum ⁊ tam ſuaue guſtaſſe. Et neſcientibus illis vnde prouenirct: ſacra virgo que nouerat: omnibus pauperibus quos inueniebat de eo largiebatur. Tranſiuit mẽſis ſecundus: tranſiuit ⁊ tertius ⁊ nec vinum defecerat: tota familia ex eo potata ⁊ quũ ſuperuenit tempus vindemiarum: quo ⁊ vegetẽ illam nouo vellent replere: quum ſero precedenti magnum fiaſconem vini puri ⁊ clari inde hauſiſſent: die ſequenti aperientes vegetem ad aptandum pro nouo: nec veſtigium vini repererunt: ſed totaliter deſiccatam.

§. XII. De miſericordia eius ad infirmos ⁊ mirabili charitate in ſeruiendo.

In ciuitate Senenſi fuit infirma quedã Techa nomine lepra infecta: atque ab omnibus propter infectionem euitabatur: ⁊ vix in hoſpitali quodam tenui fuit recepta. Hoc audiens virgo Catharina ad dictũ hoſpitale acceſſit feſtinãter ardore charitatis ſuccenſa. Leproſam ipſam viſitauit ⁊ cõrectauit: non tantum auxiliũ rerum temporaliũ offerens: ſed ⁊ propriũ obſequium vſq3 in finem ſine defectu. Quod verbo dixit opere compleuit. Nam quolibet die mane ⁊ ſero dictam leproſam viſitabat: cuncta victui neceſſaria parabat/et miniſtrabat cum omni diligentia ſeruiens. Ingratitudine maxima infirmam occupante ⁊ diabolo ſuggerente qui inueniebat tante charitatis profectu: cepit infirma obiurgare virginem: contumelias inferre: ⁊ quum aliquantulum tardabat ab eccleſia domum ad eam redire: opprobriiſq3 eam ⁊ deriſionibus aggrediebatur: dicens. Bene veniat domina regina. O q̃ glorioſa regina iſta: que toto die in eccleſia moratur. Nunquid fuiſti toto mane cũ fratribus ⁊ huiuſmodi. At virgo ſacra in nullo permota/eam conſolabatur: dicens. Noli turbari: cito perficiam quod expedit pro ſeruitio tuo. Omniaq3 ſibi parabat opportuna ſine tedio vel diſplicẽtia aliqua. Mirant omnes: ſed ⁊ genitrix eius Lapa contra eam turbatur timore infectionis: dicens. Filia tu efficieris leproſa conuerſando cum iſta. Nolo ei amplius ſeruias. Illa vero dulcibus verbis furorem matris demulcebat: rogans vt non impediret officium illud charitatis: nec timeret eam lepra inficiꝫ quia illud charitatis officium dimittere non poterat. Nempe hoſtis antiquus ad aliam ſe artem malitie conuertit vt virginem ab obſequio eius diuerteret. Nam infectionem lepre ad manus virginis cepit deducere. Sed fixa illa in propoſito manſit: etiam ſi tota leproſa efficeretur. Aduenit demum tempus conſummationis infirme. Quam mortuam ita horribilem veſtiuit ac ſuis manibus ſepeliuit. Sepultura expleta: infectio illa receſſit a manibus: ⁊ quaſi ex lepra nitorem ſumpſiſſent ſuper ceteras corporis partes reſplendebãt. ¶ Aliud quoque valde mirabile charitatis ⁊ plenum miraculis opus in eadem ciuitate per ipſam fuit impletum. Fuit in ciuitate ipſa Senenſi mulier quedam Palmerina nomine: ſoror de pnia dicti ordinis que etiã domui miſericordie ſe obtulerat. Que etſi religiõis nomine ſe religaſſet: mirabili tñ ⁊ horribili diaboli vinculo tenebatur. Tanto enim inuidie ⁊ ſuperbie fomite conceperat odium cordiale contra hanc virginem: q̃ non modo erat ei grauis ad videndũ: ſed nec nomen eius poterat ſine tribulatione audire. Detrahebat ei ſecrete ⁊ publice: nec detractionibus ⁊ maledictionibus eius poterat ſatiari: oliaq3 ſigna conſummati odij oſtendebat. Qđ virgo cernens/diuerſis modis humilitatis ⁊ manſuetudinis eius conabatur placare turbulentiã. Sed illa omnes humiliationes eius ex toto contemnebat. Ad ſponſum ſuũ recurrit dominũ Jeſum: ferventeſq3 preces pro ea ad eũ emittit. Fecit dominus in ea miſericordiam ⁊ iudicium: ⁊ percuſſit dictam Palmerinaꝫ in corpore: vt poſtea in anima ſaluaretur. Percuſſa Palmerina infirmitate corporea: non ſanatum eſt vulnus mentis: ſed potius aggrauatũ odij cõtra eam. Quod illa comperiens: ſtuduit humilitatis ⁊ manſuetudinis actibus eius ſeuitiam emollire: frequenter viſitans ⁊ conſolatorijs verbis eam alloquens: necnon ſeruitijs eius ſe offerens. Illa ſaxo durior omnes actus virginis horrebat: ipſa virginem de domo ſua rabioſe expelli iubebat. Cepit illa viribus corporis deſtitui: ⁊ ſacramentis non munita/ad mortem vtriuſq3 hominis appropinquare. Audit hec virgo: ⁊ mox in cubiculo ſe claudit ſponſumque ſuum cepit ſolicite orationibus feruentiſſimis propulſare: ne occaſione ſui anima illa periret. Et quum ſibi reſponderet: quod ſua iuſtitia ſuſtinere non poterat tam obduratum cor ⁊ odium malitioſe conceptum impunitum permanere: reſpondit illa cum fiducia ſe de illo loco non receſſuram: quouſque pro illa ſorore ſuam miſericordiam obtineret: poſtulans ſe puniri pro peccato illius: dicens. Quia ego ſum cauſa mali ſui: ⁊ ideo puniri debeo. Quid plura? Anima illa egredi non poterat de corpore tribus diebus ⁊ noctibus agonizans. Mirantur omnes: ⁊ illo triduo virgo orationẽ pro ea continuauit: ⁊ demum exauditur. Nam illa infirma viſitata a deo recognouit culpam ſuam. Quod quum reſciuiſſet Catherina illa nocte acceſſit ad domum eius: venienti ſignis quibus poterat gaudium ⁊ reuerentiam ei oſtendit: ⁊ quã prius horrebat: ſeq3 culpabilem vocibus ⁊ nutibus accuſabat: perceptiſq3 ſacramentis cum magna cordis contritione migrauit a corpore: qua defuncta oſtẽdit virgini dñs animam illius que perdita erat pre odio: orationibus ſuis conuerſam ⁊ ſaluatam. ¶ Aliud valde mirabile exceſſiue charitatis ⁊ patientie nõ pretermittendum. In ciuitate eadem mulier quedã Andrea nomine: ſoror de pnia/infirmitatem quandam incurrit vlceris in pectore quod cancrizatum eſt: quod carnem rodens ⁊ more canceris pectus totum perambulans ipſum corrumpebat tantuſq3 fetor ex ea plaga exhibat: quod non licebat alicui niſi clauſis naribus appropinquare. Quamobrem paucas ⁊ quaſi nullas reperiebat ſeruitrices aut viſitatrices. Quod virgo ꝑcipiens: illã pene ab oĩbus deſtitutam viſitãs iucũda facie ipſam conſolans/vſq3 ad finẽ infirmitatis ſe ei obtulit ſeruituram. Qđ languida illa tanto gratius acceptauit: quanto ſe aliis priuatam ſeruitio ſentiebat. Iuuencula igitur languide longeue ſeruit mulieri: nil omittens de contingentibus/⁊ quantumcunq3 fetor augmentaretur: ſtat aſſidue apertis naribus iuxta illã: detegit vlcus ⁊ abſtergit ⁊ lauat: paniculis circũligat: nec aliquo ſigno vel nutu horrorem oſtendit: nec diuturnitate tꝑis nec ſeruitij grauitate attediatur: ſed cuncta leto aĩo ⁊ facie iocũda operatur: ⁊ ita vt ipſamet patiens tantam cõſtantiã ⁊ tantã dilectionẽ miraretur. Sed hoc non ferẽs tortuoſus ſerpens ad calliditates ſuas ſe vertit: vt illam deſiſtere faciat ab incepto. Quadam enĩ die detecto vlcere tantus fetor exhalauit: augmentatus ab eo: vt etſi voluntatem virginis fixam non moueret: ſtomachum tñ eius cõmouit: quaſi vſq3 ad vomitum prouocans. Qđ mox famula chriſti vt ſenſit: contra ſeipſam in ſanctam iram ⁊ carnẽ ſuã alloquens ait. Nunquid tu ſororem tuam ſanguine chriſti redemptam abominaris: que quotidie vales in eãdem infirmitatem incidere? certe non tranſibis impunita. Statimq3 faciem ſuam ſuper vlcus illius inclinans os ⁊ nares aperiendo illi vlceri applicuit. Sicq3 diutius ſtetit: donec rebellante ſpiritu nauſeam viſum eſt ſibi extinxiſſe. Exclamat inter hec infirma dicens. Noli teipſam corrumpere filia tam horribili fetore. Superatus antiquus ſerpẽs

ad languidam inſidias ſuas conuertit: cepitq; tedium quod dam de ſeruitio virginis in mentem eius infirme immittere. Et creſcente malitia / tedium in odium commutare: ꝛ de virgine immaculata turpitudinis maculas cepit infirma ſuſpicari: ſuggerente qui zizania ſeminat: imaginaturq; infirma quum ſecum non erat ꝛ, ꝙ ad perpetrandum nefas aliquod iuiſſet: ꝛ demum ad tantam iracundiam excecans mentem anilem induxit infirmam: vt nedum ſuſpicaretur: ſed palam mundiſſimam virginem de turpitudine infamaret. Sonuit hec vox inter ſorores de penitentia. Accedunt ad infirmam: vt de auditis explorēt veritatem. Illa mente excecata idem affirmat. Quapropter ſorores nimis leues ad credendum / verbis ampulloſis ꝛ opprobrijs ceperūt eā exprobrare ꝛ querere qualiter ita fuerit decepta vt virginitatē violaret. Quibus illa patienter ꝛ modeſte reſpōdit. Vere ſorores mee gratia Ieſu Chriſti ego ſum virgo: nec aliquam in verbo aliquo inculpauit: nec infamatrici ſue propter hoc deſtitit deſeruire: ꝛ cum ſolita charitate: cōmendans deo famā ſuam ꝛ innocentiam: vt nullus ſcandalū caperet ex calumnioſa diffamatione ab aduerſario procurata. Hec ipſa orante apparuit ſibi ſaluator mundi: vt in ſecreto inſinuauit: habens in dextera coronam auream margaritis ornatam: ꝛ in ſiniſtra diadema ſpineū: qui taliter allocutus eſt eā. Neceſſariū noueris filia te vtraq; corona hac diuerſis vicibus coronari. Elige qđ vis aut in huiuſmodi vite curſu nunc ſpineo diademate coronari: ꝛ auream in futuro ſeculo tibi reſeruari: aut nunc in preſenti aurea corona ornari: ꝛ in alio ſeculo ſpinea coronari. Que reſpondit. Dñe tu noſti ꝙ volūtatem meam adiu abnegaui: ꝛ tuā in omnibus ſequi propoſui: quapropter non eſt meum eligere quicꝙ: verum ſi vis vt reſpondeam: eligo certe paſſioni tue ſacratiſſime conformari: ꝛ penas quaſcūq; pro refrigerio amplecti. His dictis ſpineum diadema vtraq; manu de ſaluatoris manibus accepit: capitiq; ſuo eum tāta violentia impoſuit: ꝙ ſpine ille caput eius violenter vndiq; perforabant: adeo vt poſt hanc viſionē pluribus diebus dolorem capitis ex illis puncturis ſentiret: ꝛ deus ad eam inquit. In poteſtate mea ſunt omnia ꝛ ſicut permiſi hoc ſcandalum euenire: ſic poſſum agiliime illud extinguere: tu vero perſeuera in ſeruitio illius. Interea Lapa genitrix eius auditis his rumoribus: certiſſima de puritate filie contra Andream infirmam conturbata ob tantam infamiam accedit ad filiam: ꝛ turgido corde ait filie. Nunquid non toties dixi tibi vt non ſerui res illi vetule? Ecce premium quod tibi tribuit pro ſeruitio tuo. Si amplius ei ſeruias aut accedas filia mea non vocaberis. Quod totum arte fiebat inimici: vt obſequiū illud tam perfecte dilectionis tolleretur: ſed non valuit aduerſarius preualere. Virgo igitur aduerſus matris genuflectēs ait. Nunquid dulciſſima mater mea: propter ingratitudinem hominum dimittit deꝰ quotidie in peccatores exercere miſericordiam ſuam? Nunquid in cruce pendens non orauit pro calūniantibus eum ꝛ crucifigētibus? Si ego illi infirme non adſtarem: nullus ei ſeruiret: ſicq; miſera moreretur. Et ſi nunc ſeducta eſt a diabolo: forſitan illuminabitur a dño: vt recognoſcat errorem ſuum. Reuerſa igitur ad ſeruiendū infirme matre quietata: nullam indignationē ad eam oſtendit: ſed cum omni hilaritate etiam cuncta expediēt ia agebat. Stupet infirma de tanta conſtantia virginis: ꝛ compungi cepit. Vna aūt dierum vidit quum virgo iuxta lectum eius adſiſteret: quandam lucem deſuper emitti tante amenitatis: vt omniū ſuarum miſeriarū videretur obliuiſci: ꝛ reſpiciēs in vultū virginis ſeruitricis ſue: vidit faciē eius transfiguratā: vt quedā maieſtas angelica videretur: lux q; illa quaſi tegmen quoddam ipſam cooperiebat. Ex qua viſione magis ac magis indies cōpuncta eſt: ream ſe clamitans: quod contra tam ſanctam virginem linguam maledicam relaxaſſet. Sic diſparente luce infirma conſolata remanſit: veniam cum lachrymis petens de ſua infamatione. Illa amplexans infamatricē / eā cōſolatur: dicens ſe nec in paruo fuiſſe offenſam. Facit infirmam conuocari perſonas coram quibus virginem falſo infamauerat: cum lachrymis errorē ſuum cōfeſſa vt decepta a diabolo: proteſtans ſanctam ꝛ ſpū ſancto plenam virginē ipſam: ꝛ referens etiam viſionem: vnde ſanctitatem eius deprehenderat. Poſt hec dum quadam die vlcus illud cancroſuz virgo detergeret: tantus vltra ſolitū fetor diabolo augente nares eius inuaſit: q; commota ſunt omnia viſcera eius: ꝛ nimia nauſea in ſtomacho generata. At illa cōtra ſe inſurgens ex tali nauſea fedi vlceris loturaz in ſcutella recolligens ad partē ſe trahens totuz ebibit. Quo facto cuncta ceſſauit abominatio et illa tētatio. Et ſecrete cōfeſſori ſuo dixit ſe nunꝙ in vita ſua cibum vel potuz tante ſuauitatis guſtaſſe. Apparuit quoq; dominus ſaluator nocte ſequenti: quinq; illa vulnera que in cruce pertulit conſirmans illi oſtendens ꝛ dicens. Multa propter me filia ſuſtinuiſti ꝛ viciſti certamina: quibus mihi grata extitiſti: ſed in illo heri mihi ſumme complacuiſti: quod natura corporis conculcata potum ita abominabilem letanter ſumpſiſti. Quāobrē filia bibe de latere meo potum quo anima tua tanta ſuauitate replebitur: q; in corpore etiam tuo quod propter me cōſumpſiſti / redundabit. Inclinauitq; locum vulneris lateralis ad os eius / ex quo potum per non parue more ſpatium inexplicabilez hauſit ſapientiā tam auide ꝙ abunde ſatiata ſimul ꝛ ſitibunda.

§. XIII. Ex his tantā inter ceteras a dño gratiam conſecuta eſt: vt pulchritudinem animarum omnium ſecum conuerſantium vel etiam ad ſe venientium vel turpitudinē prout poſtulauerat: ad hoc vt magis eſſet ſolicitata ad querendam ſalutē eorum: preuideret.

Vñ quum ſecrete ſemel ei referrem ꝙ quidam murmurabant pro eo ꝙ videbant plures vtriuſq; ſexus coram ipſa genuflectentes: qui non prohibebantur ab ea: reſpondit. Nouit dñs ꝙ ego de geſtibus corporis eoꝝ vel earum qui coram me ſunt parum vel nihil percipio. Tantum etiam occupor in conſideratione animarum ipſorum: ꝙ de corporibus quodammodo non aduerto. Tunc ego. Nunquid ipſoruz animas intueris? Et illa. Poſtꝙ ſane dñs mihi conceſſit hanc gratiam quam ab eo poſtulaui videndi .ſ. pulchritudinem animaruz: nunꝙ vel raro apparuit mihi quiſꝙ: cuius anime conditionem nō viderim. Si quis videre poſſet pulchritudinem vniꝰ anime: centies in die mortem ſubiret pro ſalute eius. Et ad confirmationem ſupradictorū recolo me (inquit prefatus Raimūdus legende eius cōpilator) plurics fuiſſe interpretem inter felicis recordationis dominū Greg. xi. ſummum pontificem ꝛ hanc ſacram virginem. Ipſa eñ nō intelligebat latinū ſermonē: ꝛ ſummus pontifex non nouerat Italicum vulgare. Dumq; me interprete iſti loquerenť adinuicem ſacra virgo cōqueſta eſt: ꝙ in Romana curia vbi deberet eſſe paradiſus deliciarum virtutū: inueniebat fetorem infernaliuz vitiorum. Quod dum pontifex percepiſſet: petiuit a me quantum temporis erat / quo ad curiā perueniſſet. Et quum intellexiſſet ꝙ a modo pauci dies erant: rñdit pontifex. Quō intra tam paucos dies potuiſti curie Romane mores inueſtigare? Tūc illa inclinationē corporis ꝛ abiectionē commutās in quādā ſubito quodāmodo maieſtatē: vt etiā oculis corporis erigēs ſe in altum: in hec verba prorupit. Ad honorē oīpotentis dei audeo dicere ꝙ plus ego percepi fetorē peccatorum q̄ in Romana curia cōmittuntur quotidie: exiſtens in ciuitate mea: vñ ſum orta: ꝙ percipiant ipſi q̄ commiſerunt ea: ꝛ vbi cōmittuntur quotidie: tacuit pontifex ſubticuit. Itē frequenter accidit tam mihi ꝙ alijs q̄ eā comitabātur itinerando per diuerſas mundi partes vbi vnꝙ fueramus ipſa vel noſꝙ veniebant perſone penitꝰ nobis ꝛ ſibi ignote decēter indute: ꝛ q̄ vt debanť honoris mereri: ſed in rei veritate peccatis erāt fedate: quarū crimina ipſa mox percipiēs / nec loqui eis nec faciē vertere quodāmodo poterat ad loquendū. Qō ſi aliꝗ inſtabant: parſiper clamoſe dicebat eis. Nos deberemus prius noſtra crimina corrigere: ꝛ de laqueo diaboli egredi: ꝛ poſtmodū loqui de deo. Hec vel ſimilia dicēs quam citiſſime poterat ſe liberabat ab eis: noſq; poſtea inueniebamus illas perſonas peccatis inuolutas: ꝛ in malis perſeuerabāt. ¶ Quū quadaz vice quedam mulier (que erat cuiuſdam magni prelati eccleſie continua concubina) loqueretur cum ea: ꝛ magnam honeſtatem tam in veſtibus ꝙ in actibus oſtenderet: nunꝙ tamen faciem virginis ex oppoſito reſpicere poterat: q; vultū ſuū auertebat ab ea. Quod admirans / inueſtigādo de qualitate vite illius inueni quod dictum eſt. Que poſtea virgo dixit nobis. Si ſenſiſſetis fetorem quem ego ex illa ſentiebā dum loqueretur mihi: euomuiſſetis quicquid habuiſſetis in ventre. ¶ Tanta in ea abundauit gratie plenitudo ꝙ quaſi continue in actuali contemplatione occupabatur: ꝛ ſpūs eius tam fixe ſuo ꝛ omnium conditori inherebat: ꝙ partem inferiorem id eſt ſenſitiuam pro maiori parte temporis relinquebat abſq; actibus ſenſitiuis. Et ſicut multoties experti ſumus: brachia eius vna cum manibus ita rigida fiebant: ꝙ frangi oſſa potius potuiſſent: ꝗ de loco cui adheſerant remoueri: dum illa contemplationi vacabat: oculi eius clauſi erant ex toto: aures nulluz quantūcūq; ſonū grandem percipiebant: ꝛ omnes ſenſus corporei proprijs actibus ſuis erāt priuati.

§. XIIII. De quibuſdā mirabilibꝰ actis per virginem circa animas aliquorū orationibus ſuis / ꝛ primo quidem erga patrem.

Hic Iacobus nomine Senis infirmatus eſt grauiter: quē viſitās filia Catharina virgo exhortata eſt euz ad oīa agēda q̄ decet chriſticolam in egritudine conſtitutum: que oīa peregit vt deuotus catholicus ꝛ

cus ⁊ pijs operibus ſemꝑ deditus. Orāte autem virgine pro eo: reuelatū eſt ei terminū vite eius aduenisse: qui preteriri non poterat. Deprecata eſt autem dn̄m: vt in tranſitu ſuo ad celum anima eius euolaret: vt per purgatorium ignem non tranſiret. Cui dn̄s ait. Juſtitia mea que delictū ſine vltione non deſerit: non patitur cremabilis ſecum ferentē ſine purgatione in requiem ingredi meam. Pater tuus etſi bonus ⁊ pius: tamē non ſine puluere peccatorū humane cōuerſationis. Et illa. Dn̄e mi fiat iuſtitia: nec peccatum tranſeat impunitū: ſed oro in me exerceatur iuſtitia tua: et penas debitas prius luam ego in corpore meo. Exaudiuit dn̄s deprecationē eius. Unde a ſeculo migrans ad celum cōſcendit liber a penis: que tamen in eam tranſlate ſunt: vt ita dixerim: q2 poſtea vſꝙ ad finē vite ſue ſuſtinuit paſſionē iliacam aliquādo grauius aliquādo leuius. ¶ Item quendā Senēſem Andream nomine diuitē rebus: ſed bonis operibus vacuū: luſorem blaſphemū ⁊ multis vitiorū generibus irretitum: contingit infirmari. Qui etatis ſue anno .xl. quum appropinquaret ad mortem vtriuſꝙ hominis, deſperatus a medicis corporum: medicus animarū ad eum accedens ſacerdos ad penitētiam exhortans: nec minis eternorū ſuppliciorū / nec blādicijs dulcedinis diuine miſericordie ſibi propoſitis: cor eius obduratum in aliquo poterat emollire: ſed omnia contēnēs ſalutifera: inferno appropinquabat. Hoc quū reuelatum fuiſſet Catharine: ab ipſa tartari fauce animam eius eripuit. Nā ipſa orante pro eo feruenter a tertia hora noctis vſꝙ ad auroram ⁊ poſtulāte miſericordiam: quis dn̄s primo quidē aſſereret illum miſericordiam non mereri: ſed iuſtitiā ſeuiſſimam: vtpote omnibus ſceleribus irretitum: demum oratio eius lachrymoſa vicit inuincibilē: ligauit omnipotentē: vt pietate flecteretur ad eum. Eadē enim hora apparens dominus Andree infirmo: ait ad eum. Cur chariſſime offenſas innumeras quas contra me perpetraſti / cōfiteri non vis: Confitere omnia: q2 paratus ſum tibi indulgere. Ad hanc vocem expergefactus Andreas clamare cepit ad ſeruitores. Cito mittite ad ſacerdotem: q2 volo cōfiteri peccata: quoniam vidi Chriſtum ſaluatorem admonentem vt confitear. Adueniente igitur ſacerdote ⁊ confeſſus eſt diligenter cum magna contritione peccata ſua: ⁊ diſpoſita domo ſua per teſtamentum / ex hac luce migrauit. ¶ In eadem ciuitate Senēſi duo famoſi malefactores capti a preſide propter enormia eorum ſcelera ad mortem adiudicati ⁊ condēnati ſunt ignominioſam ⁊ duram: vt per ciuitatem traherētur in curribus nudi ligati ad palū ⁊ a lictoribus forcipibus ſeu tenaculis ignitis comprimerentur in corpore: hi vero nec in carcere nō condēnati induci potuerunt a quoꝙ clerico vel laico ad penitentiā ⁊ confeſſionem: nec ducti per ciuitatem ſe hominibus videntibus recōmendabant (vt mos eſt) ſed deſperati blaſphemabant deum ⁊ ſanctos. Quū aūt tranſirent a ſatellitibus ducti per viam publicam ciuitatibus: in qua tunc erat habitatio Catharine cum ſocijs magnuſꝙ ſtrepitus eſſet in via a populo concurrente ad ſpectaculum: Catharina virgo per feneſtrā domus aſpexit vt videret cauſam tanti clamoris. Que vidēs eos cruciatos et ita deſperatos incedere ad mortem ſubito ad orandum ſe conuertit pro ſalute et illuminatione eorum. Conceſſa eſt ei gratia vt in ſpiritu iret cum eis orans ⁊ flens pro eorū conuerſione. Quumꝙ veniſſent ad portam ciuitatis: apparuit illis ſaluator totus vulneratus ſanguine vndiꝙ fluens: ipſos ad conuerſionem inuitans ⁊ veniam repromittens: ſicꝙ radius diuine gratie eos viſitauit: vt cum magna inſtantia confeſſorē peterent: qui cum contritione non modica confeſſi ſunt peccata ſua. Poſt quod blaſphemias in diuinas laudes mutarunt: accuſantes ſe illas penas iuſte pati letanterꝙ ad mortē accedere. Unde tam ſubita mutatio dextere excelſi: niſi ex orationibus feruidis virginis huius? Interea clamabant demones contra eam. Niſi deſiſtas ab oratione pro iſtis: nos faciemus te cum eis demoniacā. Et illa. Quicquid deus vult: ⁊ ego volo: nec propter hoc deſiſtam ab incepto: ⁊ ſic patet ſalus illorū per illam procurata. ¶ Item in ipſa ciuitate erat vir ſatis famoſus inter filios ſeculi vocatus Nannes de Nannis. Hic inimicitias graues exercebat contra diuerſos: multis inſidijs vtens: in quibus etiam homicidia interuenerant. Et quum a multis mediatoribus pacis exhortaretur ad eā: fingebat ſe eſſe paratū quantū erat in ſe: quū tamē ipſe ſolus impedimentū pararet. Qui ad hoc vir induci potuit vt loqueretur cum virgine. Et quū acceſſiſſet ad domum eius: ⁊ nō inueniſſet q2 alibi occupata erat pro animarū ſalute: ⁊ tedioſa ſibi foret mora expectandi: dixit. Videte ſi illa eſſet cuius famā ſatis audiui ſancte mulieris: hoc ſciatis pro certo: q2 nec ipſa nec alius poterit me inducere ad pacē iſtam conficiendam. Ego ſum qui impediui ⁊ impediā. Necdum verba cōpleuerat ille peruerſus Nannes: ⁊ ecce adſtat virgo deuota. Cōtriſtatus eſt homo de aduētu ipſius: qui tamen intrans materiam locutionis: qđ alijs dixerat eidē replicauit: exprimens animi ſui obſtinationē. Cepit virgo oſtendere ei periculū ſuū: nunc vngēdo nunc pungendo. At ille vt aſpis ſurda aures obturabat ſuas. Virgo autem cepit intra ſe pro ipſo orationem fundere: ⁊ poſt paruam morulam ait ille. Jam nolo eſſe ita ruſticus ꝙ oīa vobis denegem. Ego volo recedere: habeo quatuor guerras de illis vna facite quicquid vultis. Et ſurgens vt recederet: ait. O domine deus meus: que virtus eſt que trahit me ⁊ tenet? non poſſum abire: nec poſſum aliquid denegare. O quis me arctat? quis me tenet? Hec dicens prorupit in lachrimas: victum ſe fatetur: nec valere reſiſtere: flexiſꝙ genibus dicebat cum lachrymis. Faciā virgo ſanctiſſima quicquid iuſſeris non modo de iſtis: ſed ⁊ quibuſcunꝙ alijs. Cerno ꝙ diabolus me tenuit catenatum. Conſule aīe mee: vt de manibus diaboli liberer. At illa. Penitentiam age de peccatis tuis. Quod ⁊ fecit confeſſus diligenter ipſi magiſtro Raimundo ⁊ cum oībus faciens pacē. Ipſum etiam poſtea captū a cōmunitate de periculo mortis corporalis orationibus ſuis liberauit. Si oīa mēbra mea verterentur in linguas: non ſufficerem enarrare fructus animarū per iſtā productos: ait Rai. Vidi aliqñ mille vel amplius hoīes vtriuſꝙ ſexus de montanis ⁊ alijs regionibus comitatus Senas ad eā videndam ⁊ audiendā concurriſſe: qui non modo ad verbum eius ſed etiā ad aſpectū: mox de ſuis criminibus cōpungebant ⁊ qui currebant ad cōfeſſores / quorū vnus ego eram: qui cum magna cōtritione confitebantur: ⁊ hoc frequenter. Quāobrem Greg. xi. tāto animarum fructu exhilaratus / mihi ⁊ duobus ſocijs cōceſſerat: vt oēs vndecunꝙ venientes poſſemus abſoluere auctoritate dioceſanorū conceſſa. In quo opere ſtabamus ieiuni frequenter vſꝙ ad veſperam.

§. XV. De miraculis factis per

eam circa corporum vitā vel ſanitatem: demonū expulſionē ⁊ multiplicationem panis ac vini. Mater huius Lapa erat mulier magne ſimplicitatis ⁊ innocētie: ſed de inuiſibilibus bonis non multū affecta vel informata: vñ ⁊ tranſitus huius vite ſibi erat ſatis odibilis. Contigit autē ipſam poſt mortē viri infirmitate grauari. Cui ſeruiēs filia Catharina quū morbus ingraueſceret: p ea dn̄m exorauit. Cui celitus eſt reſponſum ꝙ ſaluti eius cōſulebat: ſi tūc illo migraret de corpore anteꝙ videret mala que ſubuentura ei eſſent aduerſa. Ad matrē igit accedens filia eam dulcibus verbis exhortabat: vt ſe conformaret volūtati diuine: ſi ea vellet de hac vita euocare. Qđ illa valde horrens / filiā precabat vt pro incolumitate eius recuperāda dn̄m exoraret: nec ſibi de morte loqueretur vlterius. Hoc cernens chriſti ſponſa in agonia poſita dn̄m deprecare cepit: vt nullo modo fineret de corpore animam illā egredi: niſi prius cōformaretur voluntati diuine. Mediatrix igit facta eſt inter deū ⁊ matrē eius: illā admonendo cōtinue ad confirmandum ſe velle diuino: dn̄m rogādo vt nō fineret eam mori niſi tali cōformatione obtēta. Ad qđ quū eam non poſſet inclinare: dixit dn̄s virgini. Dic genitrici tue ꝙ illa non vult modo exire de corpore: ſed tēpus veniet in quo magnis deſiderijs mortem petet: ⁊ inuenire non poterit: qđ poſtmodū impletū eſt. Nam quum poſtea vixerit Lapa predicta vſꝙ ad .lxxxix. annum vite ſue: tot aduerſitates ſupuenerūt ei tam de pſonis ꝙ de rebus trāſitorijs quas diligebat: ꝙ dicebat aliqñ audientibus multis. Nunquid per tranſuerſum poſuit deus aīam meam in corpore: vnde egredi non valeat: tot filij ⁊ filie ⁊ nepotes mortui ſunt: ⁊ ego ſola mori non valeo. Lapa igitur ita erat ad vitā corporalem affecta: vt nec confiteretur: nec de anime medicinis cogitaret: ſicꝙ inconfeſſa mortem incurrit corporalem. Qđ quum filia perpendiſſet: oculos ad celum eleuans ait. Ah dn̄e deus meus. Suntne iſte pmiſſiones tue quas mihi feciſti: vt nullus de domo iſta periret? Obſecro dn̄e non me patiaris ita fraudari. Cerno ecce matrem meam ſine ſacramentis deceſſiſſe. Certe hinc non diſcedam viuens: quouſꝙ matrē meam reſtituas rediuiuam. Exaudiuit dn̄s orationem virginis: et preſentibus ac cernētibus tribus mulieribus Senenſibus cepit corpus Lape ſubito totaliter commoueri: ⁊ reſumpto ſpiritu integraliter opera vitalia exercere. Teſtes fuere huius miraculi Catharina gumeti: Angela ⁊ Liſa: que viderunt eam vltimum ſpiritum emittentem: ⁊ corpus ab omni ſigno vitali extinctū palpauerūt. ¶ Anno quoꝙ dn̄i. M. ccclxxiiii. quum peſtis valida ciuitatem Senenſem inuaſiſſet: in qua tunc conuentualiter morabatur lector conuētus ordinis ſui ipſe Raimūdus qui ⁊ deuote viſitabat infectos morbo: contigit hoſpitalarium ſancte Marie miſericordie Mattheū noīe: virū laudabilis vite ⁊ clare fame: affectum ſatis ⁊ deuotum virgini huic Catharine: inguinaria iuſſu mali: cum vigentibus febribus ⁊ dolore capitis vehementi

Lapa Catharine mater ſuſcitatur.

Qui eidē Rai. confeſſus eſt peccata ſua. Medicus aūt ſolers ad curā ſatis dubitabat de euaſione eius: audiens virgo illū infirmatum: charitate accenſa ad egrum feſtina acceſſit. Et anteꝗ̄ ei appropinquaret: a longe cepit clamare. Surgatis dn̄e Matthee ſurgatis: q̄ non eſt tempus in lecto molliciei quieſcēdi. Ad hanc virginis vocem abſq̄ tēporis interuallo in momēto febris ⁊ inguinis apoſtema Mattheum penitus dimiſerūt: omniſq̄ dolor abſceſſit: obediuit namq̄ natura diuino imperio ſibi p̄ os virginis patefacto: ita vt Mattheus ridens de accubitu ſurgeret. Quo viſo / virgo fauores humanos fugiens diſceſſit. Quum Raimū. Mattheum viſitaret: reperit eum ſoſpitem ⁊ hilarem: miraculū ſanitatis ſibi factum a virgine referentem in ſignum vere ſanitatis recuperate. Paratur menſa: ⁊ recūbit cum eis Mattheus: afferuntur cibaria infirmātium: ſed ſanorum legumina ⁊ cepe crudum: de quibus Mattheus cum eis comedit: ⁊ per totā domum ⁊ ciuitatē notum factū eſt iſtud. ¶ Mulier quedam de ſolario cadens cum ipſo ruens grauiſſimis alliſionibus ⁊ concuſſionibus tam carnis ꝙ̄ oſſium leſa eſt: adeo vt vicinis concurrentes: ⁊ de ſub lignis ⁊ lapidibus eam extrahētes: in breui moritura credebatur. Virgo autem caſu audito illā viſitans hortabatur ad patientiam ⁊ ad conſolationem eius liniebat ⁊ tangebat membra leſa ei compatiens: ex cuius cōtactu illa penitus ſanata eſt. ¶ In eadem ciuitate Senēſi vir erat re ſanctus ⁊ nomine: Anachoriticam vitam tenens extra ciuitatem: hunc iaculo percuſſum peſtilentiali virgo ipſa ex cellula ſua ad hoſpitalem ſancte Marie adduci fecit pro cura eius: cui vt ſeruo dei ſeruiebat deuote cum ſocijs: ei prouideri de neceſſarijs faciens. Inclinauit ſe virgo ad aurem eius dicens ſubmiſſe. Ne timeas quantumcunq̄ te ſenſeris morbo grauari: quia pro iſta vice non morieris. Morbo per ſingulas horas capiente augmentum: de ſalute corporis ceperunt adſtantes deſperare: ⁊ ad ſalutem anime tantū intendere: ⁊ virtute corporis ex toto deficiente: meſti preſtolabantur tranſitum eius. Adueniēs virgo iterum ad aurem acceſſit infirmi dicens. Ne timeas quia nō morieris. Ille vero quis iam ſenſibus videretur eſſe priuatus: ipſam optime intellexit: pluſq̄ verbis eius credebat: ꝙ̄ morti quā actualiter ſentiebat. Sicq̄ factum eſt ꝙ verba virginis vincerent facta nature: vt corpus quaſi iam mortuū ſuſcitaret. Expectantibus nobis vltimum ſpiritus exitum ⁊ funeralia preparantibus: pluribus diebus nos tenuit tranſitus eius. Demum adueniente virgine ſacra ⁊ ad aurem infirmi dicente. Ego mando tibi in nomine Jeſu Chriſti ꝙ non tranſeas: mox ſpiritus redit ad corpus: ⁊ vigore aſſumpto ſanatus ſurrexit in lectulo: cibumq̄ poſtulauit: ⁊ in paruo temporis ſpacio totaliter eſt curatus: ſuperuixitq̄ pluribus annis: et in tranſitu virginis preſens fuit. Referreq̄ alijs conſueuerat non minus miraculum virtute dei factum per virginem: ꝙ̄ ſi mortuus ſuſcitatus fuiſſet. ¶ Refert quoq̄ ipſe Raimun. in ſe fuiſſe expertum gratiā ſanitatum. Nam quū Senis illa peſte graſſante morbidos pro confeſſionibus viſitaret: poſt multos ⁊ ipſe morbo percuſſus eſt ⁊ ſatis debilitatus. Sed ſancta ipſum viſitante ⁊ orante coram eo quem vidit tunc in ſpiritu raptam: demū ex toto orationibus eius curatus eſt: ſibiq̄ dixit. Gratias age deo: ⁊ vades ad laborandū pro ſalute animarum. ¶ Temporibus quoq̄ illis homines vtriuſq̄ ſexus Piſane ciuitatis audita fama virginis ſancte ⁊ nō minus ſanctimoniales diuerſorum locorū cupiebant ipſam videre: ⁊ doctrinā eius melliſluā audire. Unde nuncios miſerunt: ⁊ literas multiplicārt: rogantes vt illuc dignaretur accedere. Licet aūt virgo ſemper ex ſe vitaſſet diſcurſus: tamen coacta quaſi precibus illorū / quum ſocij ſup̄ ea re cōſulti diuerſa ſentirent: ſup̄ hoc dn̄i oraculū requirenti: in oratione reuelatum fuit: vt illuc pergeret propter fructū animarū ſalutis conſequendū ⁊ honorē dei. Illuc ergo profecta eſt: ⁊ cū magna deuotione recepta. Accidit aūt quadā die vt Gerardus hoſpes eius quendā iuuenē. xx. annorū vel circa etatis ei preſentaret languidum: ſupplicans pro ſanitate eius: nam xviij. menſibus quotidianis febribus laborauerat: licet non grauibus: vnde pallidū ⁊ macilentū vidit. Compatiēs ei virgo interrogauit quantū tēporis trāſiſſet ex quo peccata ſua non fuiſſet cōfeſſus. Qui reſpōdit multos annos trāſiſſe. At illa ſubiunxit. Ideo hanc diſciplinā ſuſtinere te vult deus: q̄ non purgaſti animā tuam p̄ confeſſionē in tanto tēpore. Uade igitur fili chariſſime ad ſacramentalem confeſſionē: ⁊ euome putredinē peccatorū tuorum: que animā infecerit ⁊ corpus. Quod quū feciſſet vni ex cōfeſſoribus quos ſecū ducebat virgo beata: reuerſus eſt ad eā. At illa ponens manū ſuper humerū eius ait. Uade fili cum pace Chriſti: nolo ꝙ febres iſtas amplius patiaris. Dixit: ⁊ factū eſt: nec vltra febris rediit ad eum aut veſtigiū ipſius: qui curatus miraculū in ſe factū per totā vrbē diuulgauit. Alios quoq̄ multos diuerſis languoribus ipſa liberauit. ¶ Habuit quoq̄ virgo iſta magnam virtutem ad expellendos demones de obſeſſis corporibus: ſuper quo vnū tm̄ referam geſtum per eā. In ciuitate Senenſi quidā notarius ſatis perit' in arte illa: ſcilȝ Michael noīe: habens duas filias: decreuit illas in puellari etate in monaſterio quodam diuino cultui dedicare. Quod quum feciſſet: vna illarū Laurētia noīe octo annorū vel circa arrepta eſt a ſpiritu maligno: dei occulto iudicio: totūq̄ monaſteriū horribiliter vexabat: propter qđ moniales non valentes tantā inquietudinē ſufferre / de monaſterio mandarunt patri illā educere. Qua educta malignus ſpūs per os puelle latinū loquebat̄ quū puella latinū ignoraret: ad queſtiones profundas ⁊ difficiles reſpondebat: ipſorū ⁊ ſecretas conditiones detegebat: ſicq̄ ex multis ſignis oſtēdebat ſe ſpiritum immundū eſſe. Triſtabantur parentes ⁊ remedia querebant: ad diuerſas ſanctorū reliquias adducebant: et ſingulariter ad reliquias beati Ambroſij Senenſis ordinis predicatorum: qui centum iam annis multis miraculis coruſcauerat: ⁊ ſpecialiter virtutem exercens ad demones expellendos. Ducta eſt ergo ad eccleſiam predicatorum ad reliquias beati Ambroſij: ſed nihil profecit. Demum ſuaſione quorundam ducitur puella illa Laurentia ad Catharinam. Uirgo ſacra ſibi hoc nuncianti ait. Ego nimis quotidie vexor a ſpiritibus malignis. Nunquid non indigeo ſpiritibus alienis? Et hoc dicto: q̄ per oſtium fugere non poterat quin ab egredientibus videretur: quoddā tectū aſcendit: ⁊ clamq̄ fugit de domo illa: vt non poſſet a quoꝙ̄ reperiri. Nihilominus parentes inſtabant pro liberatiōe filie: ⁊ quum illa prohibuiſſet quod nulla ex ſocijs de miſericordia loqueretur: inuenerunt modum cautum quem ipſa non perciperet. Nam frater Tho. confeſſor eius duxit puellam ſecum ad domum Catharine ea abſente: dixitq̄ ſocie eius vt reuertenti ipſi diceret ex parte ⁊ mandato ipſius fratris Thome quod retineret puellam ſecū nocte: ſicq̄ factum eſt. Que vidēs ſe quaſi coactam ex mandato confeſſoris: illa nocte cepit orare pro puella: pugnans cum hoſte antiquo vt diſcederet ab ea. Demum ſuperatus virtute orationis eius abſceſſit: puellam liberam dimiſit. Quam videntes mane parentes liberatam / gratias deo egerunt. Dixit tamen parentibus quod aliquibus diebus dimitterent eam ſecum. Quod quum feciſſent: vna dierum abſente Catharina reuerſus eſt diabolus ad vexandum puellam. Et quum diuinitus cognouiſſet Catharina: dixit ſocie Reuertamur domum: quia malignus ſpiritus inuaſit puellam: ⁊ reuerſa / oratione eū expulit: ita vt nunꝙ̄ ad eam amplius rediret. ¶ Inſuper in rebus inanimatis miracula fecit. Nam Senis quum deficiente tritico bono: ⁊ ciuitas vteretur frumento de foueis extracto: quod erat mali odoris ⁊ panis non boni ſaporis: ⁊ Alexis ſocia ipſius virginis eiuſdem habitus ⁊ comes indiuidua / in cuius domo frequenter Catharina habitabat: pane ex tali farina confecto veſcebatur cum ſuis. Et quum modicum talis farine remāſiſſet in ſacculo: ſuperueniente noua / illam proijcere cogitabat propter fetorem eius: quod Catharina reprehendit: cui illa. Conſcientia (inquit) me mordet tam fetidum panē pauperibus erogare. Cui inquit Catharina. Para mihi farinam illam ⁊ aquam. Quibus paratis: ex ea confecit plures panes multiplicabatur enim in manibus eius. Confectis panibus ⁊ decoctis in clibano: poſtꝙ̄ domum ſunt reportati: ⁊ in mēſa ceperunt eis veſci vt optimo ⁊ ſapido pane: amotis dei virtute fetore ⁊ omni malo ſapore. Qui multiplicati in arca repoſiti / per plures hebdomadas familiam ⁊ pauperes refecerunt. ¶ Altera vice quum in domo eius inter familiares domus ⁊ alias perſonas viſitantes eam eſſent numero circa triginta: adueniente hora prandij: quū illa cui cura commiſſa erat prouidendi de cibo (ex eleemoſynis enim ſuſtentabātur) ex obliuione non paraſſet neceſſarium panem / ſed modicus eſſet in capſa: iuſſit beata virgo ad menſam eos accedere / ⁊ quod modicum habebat illud apponi: ipſa interea orante ad dominum. Quibus manducantibus multiplicatus eſt dei virtute: ita vt ſatiatis eis multum ſupereſſet. ¶ Et alia vice quum Piſis eſſet (nam predictum miraculū Senis contigit) debilitatem magnam incurrit / vt quaſi deficeret / miſſum itaque fuit ad quendam mercatorem pro modico vernach ad pulſus confricandos ⁊ confortandos / ſed vas illud euacuatum ⁊ conſumptum fuerat / nihilominus ad illud tentando accedentes inuenerunt plenum / deo prouidente neceſſitati illius.

§. XVI. De laboribus ⁊ perſecutiōe quos paſſa eſt pro eccleſia dei. Anno dn̄i. M.ccclxxv.

Ciuitas Florentina que ſolita erat inter peculiares filias ſancte Romane eccleſie computari / multiplici ratione operante ſatore zizanie humani generis inimico / ſeu ex defectu officialium

Catharine labores p̄ Florētie

nia pōti ſicialium eccleſie: ſeu ex ſuperbia Florentinorum: vel ex de-
ſici ſom meritis vtriuſq partis: ſe cum hoſtibus eccleſie colligauit:
mo recō ad deſtructionē totius potentie ⁊ dominij tēporalis eccleſie
ciliatus dedit operam efficacē: vnde ſecutū ꝙ Romanus pōtifex Gre-
go.xi. qui Auinione tunc cum curia ſua reſidebat: intra bre-
ue tempus .lx. ciuitates eccleſie ep̄ales quibus dn̄abatur tē-
poraliter in Italia papa amitteret ⁊ innumera caſtra vt pa-
tuit in precedenti titu. Quāobrem papa Grego.xi. terribiles
proceſſus fulminauit cōtra Florentinos non ſolum excōmu-
nicationis ⁊ interdicti: ſed etiā circa bona ⁊ perſonas eorum:
vt vbicunq inuenirētur in regno Francie ⁊ aliis mundi par
tibus: caperentur: ⁊ bonis ſuis ſpoliarētur per rectores ciui-
tatum vbi exercebant negotiationes. His malis arctati/coa
cti ſunt pacem cum Romano pontifice Grego. tractare: quaꝫ
tractabant per medias pſonas quas exiſtimabāt gratas eſſe
pontifici. Et quū audiſſent ꝙ hec ſacra virgo Catharina pro
pter ſuā ſanctitatē ſatis erat pontifici grata: procurauerūt
eam venire Florētiam: ad quam venientē acceſſerunt aliqui
ex magiſtratibus rogātes ꝙ perſonaliter Auinionem acce-
deret ad pontificē ſummū ex parte eorū: vt iram eius cōtra
ipſos conceptam leniret: ac pacem ⁊ concordiā inter ipſum ⁊
eos tractaret. zelo illa ſuccenſa charitatis/labore non recu-
ſauit fiduciam gerens in dn̄o operis exequendi iter aſſum-
pſit debilis corpore Auinionem applicuit. Pontificem allo-
quitur: ſed per interpretē/me ſcꝫ fratrē Rai. loquebatur eni
in vulgari Tuſco: quod pontifex non intelligebat: ⁊ ideo in-
terpretatione opus erat. At benignus pōtifex pacis amator
libenter audiuit ⁊ clementer reſpondit. Ut omnibus pateat
ꝙ pacem cum eis volo: ecce pacem ipſam pono in manibus
tuis charisſima filia: tu tantum recōmendatum habeas ho-
norem eccleſie ſancte. Uerum quidam filij belial octo nume
ro aſſumpti a cōmunitate qui ciuitatem gubernabant: licet
verba dicerent. Pax pax: tamen in corde eorū non erat pax:
neq in intentiōe eorū: ſed pleni omni dolo ad hoc tendebāt:
vt eccleſia omni dominio tēporali ſpoliaretur: vt nō valeret
ex eis vltionē aſſumere: vt patuit poſtea. Nam quum ipſam
virginem miſerunt ad pacem tractandam: promiſerūt imme
diate oratores deſtinare poſt eam: qui haberent plenum mā-
datum aſſentiēdi his que ipſa cum pontifice cōcordaſſet: ſed
tarde ſatis miſerunt: ⁊ ipſis miſſis Auinionē/nihil ſup predi
ctis fecerūt. Et interea pontifex Catharine dicebat videns
tardationē: Catharina iſti me deceperūt: ⁊ te etiam decipiēt:
quia vel non mittent: aut totaliter nihil faciēt: ſicut accidit.
Deliberauit pontifex ea etiam ſuadente/ad ſedem ſuam Ro-
manam perſonaliter accedere: quod ⁊ fecit cum curia ſua.
Uirgo autem reuerſa in Tuſciam. Poſtꝙ pontifex ad vrbeꝫ
applicuit: reuocato inde Raimun. inquit. Mihi ſcriptum eſt
de Florentia: ꝙ ſi Catharina de Senis eat. Florentiam: ha-
bebo pacem cum eis. Tunc ego. Pater ſancte/nedum Catha-
rina: ſed omnes quotquot ſumus: parati ſumus per obediē-
tiam ſanctitatis veſtre vſq ad martyrium ire. At pontifex.
Nolo ꝙ tu vadas: quia te male tractarent: ſed ipſa: tum quia
mulier/tum quia reuerentia habent ad eam: nil ei nocebūt.
Confectaſq bullas his oportunas miſit virgini/que Senis
erat: que vt obedientie filia abſq tarditate iter aſſumpſit: ⁊
Florētiam peruenit: vbi a viris deo ⁊ eccleſie fidelibus cum
non parua veneratiōe ſuſcepta eſt. Locutaq eſt cum aliqui-
bus probis ciuibus: perſuadendo eis ꝙ nullo modo perſiſte
rent in diſſenſione cum pontifice ⁊ paſtore animarū ſuarum:
ſed ꝙcitiſſime poſſent/recōciliarentur cum vicario Jeſu chri
ſti. Locutaq eſt cū capitaneis partis Guelfe dicēs ꝙ ſi eſſent
qui preſtarent impedimētum paci ⁊ concordie inter patrem
⁊ filios: illi digni eſſent priuari omni officio: quia non eſſent
vocandi rectores: ſed deſtructores boni communis ⁊ ciuita-
tis eiuſdem: nec deberent habere conſcientiam liberandi ci
uitatem a tanto periculo per priuationē paucorum ciuium:
addens ꝙ pax illa non ſoluꝫ expediebat corporibus ⁊ bonis
temporalibus eorū: ſed (quod eſt maius) q̄ neceſſaria erat
ſaluti animarum eorum: quam habere nullatenus poterant
abſq ea. Conſtabat enim ꝙ ipſi operā dederāt efficacem no-
torie ad expoliandam Romanam eccleſiam bonis ſuis: vn-
de ſi fuiſſet etiam priuata perſona: ipſi coram deo ⁊ quocūq
iuſto iudice tenebantur ad reſtitutionem bonorum que ab-
ſtulerant: ſeu auferri fecerant per alios. Quod ſi per pacem
habere poterant huius debiti remiſſionem: ſequebatur vti-
litas maxima ⁊ corporibus ⁊ animabus eorum. His ⁊ aliis
cationibus ⁊ perſuaſionibus tam dicti officiales ꝙ multi bo-
ni ciues inducti ſunt ad perſuadēdum Prioribus ⁊ aliis ma
giſtratibus ꝙ omnino pacem facerent: non verbo tantum:
ſed opere ⁊ veritate. Sed huic bono ſe oppoſuerūt illi octo
viri deputati ad faciendū guerrā contra eccleſiā ⁊ homines
diabolici. Ideo officiales partis Guelfe vnum ex illis octo
priuarunt officio: ⁊ aliquos alios paucos prout potuerunt:
Inde exarſit ignis in ſynagoga eorum duplex: tum ex parte
eorum qui fuerāt priuati: tum ex parte quorūdam maleuo-
lorū qui accenſi ſunt ad faciendum priuari etiā quoſdā ſibi
odioſos: vt vindictā facerēt de quibuſdā propria iniuria: ⁊
plus nocuit ſcd̄s ignis ꝙ primus: ⁊ multos commouit con-
tra ſacram virginē. Nam tātus factus eſt numerus priuato
rum: ꝙ tota ciuitas ſuper hoc clamabat: qd̄ ſacra virgo non
fecit: nec voluit: ſed doluit: ⁊ dici fecit ꝙ peſſime faciebāt ad
tot ⁊ tantos manus extendentes: nec debebant quod factuꝫ
fuerit ad finem pacis habende: ad belluꝫ inteſtinum per ſua
odia deducere tam inique. Fit itaq conturbatio in ciuitate:
⁊ in eo turbine plures innocentes paſſi ſunt iniurias et no-
cumenta: ⁊ qui pacem optabant exulare coacti ſunt: ⁊ inter
quos ſacra virgo que pacis cauſa tantūmodo venerat: per
iniquos aliquos computata fuit ⁊ inter illos deſcripta ita ꝙ
publice quidam de inerudita plebe clamabant dicentes. La
pidemus ⁊ comburamus illam nequiſſimam mulierē: aut gla
dio eam trucidemus. Huius rei fama diuulgata: hi quorum
domus inhabitabat: cum ſuis licentiauerunt eam: timentes
ſibi ne domus eorum propter hmōi comburerentur a popu
li furore. At illa cōſcientia innocētie ſue nullo modo permo
ta a mentis ſue conſtantia / ſubridens ⁊ ſocios confortans
acceſſit ad locum vbi erat hortus: ⁊ ea ibi orante: ecce ſatel-
lites ſathane cum gladiis ⁊ fuſtibus aduenientes tumultua
bant: clamantes ⁊ dicētes. Ubi eſt illa mala mulier? Quod
illa percipiens/ad martyrium auida acſi conuiuium vocare
tur occurrit eis: ⁊ vni eorum qui gladio euaginato fortius
ceteris clamabat dicens. Ubi eſt iſta Catharina: leta facie
genuflexit: ⁊ dixit. Ego ſum Catharina: fac in me ꝙ tibi per-
miſerit deus: ſed ex parte dei tibi precipio quod nullum ex
meis ledas. His verbis prolatis: ita conſternatus eſt ille ne
quam: taliterq perdidit vires ꝙ nec percutere poterat: nec
coram preſentia eius ſtare audebat. Et qui tam ferociter eā
queſierat: poſtꝙ inuenerat expellebat eam a ſe dicens. Rece
de a me. At illa martyrium ſitiens reſpondit. Ego bene ſto:
quo debeo modo ire? Parata ſum pro chriſto ⁊ eccleſia ſua
pati: hoc diu deſideraui: nunquid debeo modo fugere: quum
reperi quod optabam. Abſceſſit ille cōfuſus cum ſociis: ⁊ alia
leſione ei non facta. Quo facto circundederunt eam filij ſui
⁊ filie ſpirituales congratulantes de euaſione eius: de qua
plurimum triſtabatur ꝙ martyrio digna non fuerat. Quum
autem ſui hortarentur eam Senas redire: eis nō acquieuit:
dicēs ſe de territorio illo nō poſſe diſcedere: quouſq pax p-
conizata foret inter patrem ⁊ filios: quia ſic habuerat a do
mino in mandatis. Et quū quaſi nullus auderet eam in do-
mum ſuſcipere propter furorem populi: vnus tñ deum timēs
ſuſcepit eam in domum ſuam: occulte tñ. Poſt dies aliquot
cedens furori/extra ciuitatē: ſed nō extra territoriū Florēti-
norum ad vnum locum ſolitariū cum ſuis ſe tranſtulit diui
na prouidentia. Demū terminato furore: ⁊ illis tumultuan-
tibus per iuſticiā punitis reuerſa eſt Catharina Florentiā
vbi ea morā trahēte: nō multo poſt Greg.xi. appoſitus eſt ad
patres: ⁊ ſuccedēte ei Urbano.vi. pax cōfecta eſt inter eum ⁊
Florētinos: ⁊ tunc reuerſa eſt Senas cū comitiua ſua.

§.XVII. Reuerſa igitur ad pro

prios lares Catharina/circa compoſitionem cuiuſdam libri — Liber a
quem ſpiritu ſancto afflata dictauit in ſuo vulgari: ⁊ diligen- — diua Ca-
tius intendebat. Rogauerat ſiquidem ſcriptores ſuos: qui — tharina editus.
epiſtolas quas ad partes ⁊ perſonas deſtinabat diuerſas/
ſcribere conſueuerant: ꝙ ſtarent attente: ⁊ obſeruarent quā
do iuxta conſuetudinem ſuam rapiebatur a corporeis ſen-
ſibus: tunc ſcriberent diligenter quod ipſa dictabat. Quod
illi ſolerter fecerunt: librumque compleuerunt plenum ma
gnis ⁊ vtilibus ſententiis a domino ſibi reuelatis ⁊ in ſuo
vulgari ab ea dictatis vocaliter. In quo dictamine hoc fuit
ſingulare ⁊ admirandum: quod totum dictamen fuit ab ea
prolatum tunc tantummodo quando ex mentis exceſſu ſen
ſus eius corporei actu proprio priuabantur: quia nec oculi vi
dere: nec aures audire poterant. Et in illa extaſi totum li-
brum illum dictauit: qui adhuc reperitur. ¶ Dū hec Senis
agerentur: Urbanus.vi. in pontificem conſecrat⁹/ quum ip
ſam ſacram virginem Auinione cum Grego.xi. manens ipſe
tunc archiepiſcopus cognouiſſet: ⁊ deuotionem ad ſanctita
tem eius concepiſſet: vocauit magiſtrum Raimundum ſepe
ſatum qui Rome erat: ⁊ eiq mandauit vt Catharina ad ſe ve
nire diſponeret. Et quia multi murmurabāt de tam frequē
ti diſcurſu Catharine quum mulier eſſet: quaſi quadam le-
uitate non domini voluntate moueretur: ad tollendum hoc
ſcandalum de mentibus puſillorum literas preceptorias a-
poſtolicas ei tranſmiſit. Que vt obedientie filia iter arri-
puit. Et ad vrbem applicans Urbanum pōtificem viſitauit.
Ea viſa gauiſus eſt pontifex eique mandauit vt coram eo ⁊

cardinalibus exhortationē faceret ꝓpter ſchiſma quod tūc incipiebat oriri. Quod ⁊ fecit: perfecte animādo vnumquēq; ad conſtantiam verbis ⁊ ſententijs plurimis: ac oſtendendo diuinam prouidentiā cuilibet eſſe neceſſariā: ⁊ maxime quā eccleſia ſancta patitur: ⁊ concludendo ꝙ per inchoatū ſchiſma in nullo timere deberent: ſed agerent que dei ſunt: ⁊ neminem formidarent. Quumq; ſermoni ſuo finem feciſſet: exhilaratus pontifex vertens ſe ad cardinales: verba eius reſumpſit ⁊ dixit. Ecce fratres quam formidoloſi ſumus: ꝙ reprehenſibiles reddimur. Muliercula iſta nos cōfundit: muliereulam dico non in cōtemptum eius: ſed in expreſſionem ſexus feminei fragilis naturaliter ⁊ pauidi. Iſta etiam quū ſecuri eſſemus trepidare naturaliter deberet: et tamen vbi nos timemus: ipſa intrepida nos confortat. Et quid timere habet Chriſti vicarius etiam ſi totus mūdus contra eum ſe opponeret? Potentior eſt mundo Chriſtus: nec eſt poſſibile ꝙ eccleſiam ſuam derelinquat. Commendauit demum virginem: ⁊ gratias quas poſtulauit conceſſit. Venit etiā in mentem pontificis Catharinas mittere: ⁊ cum alia Catharina filia ſancte Brigide deuotiſſima etiam muliere ad reginam Joannam que ſe pontifici rebellarat ⁊ ſchiſmati ⁊ ſchiſmaticis plurimum fauorem preſtabat: que tandem propter hoc vita priuata eſt ſimul ⁊ regno. Parata illa erat ad obedientiam: ſed viſus Urbanus ſaniori conſilio/ob rationabilē cauſam illud exequi deſtitit. Poſt hec decreuit Urbanus ipſum magiſtrum Raimūdum ad gallias deſtinaret ſi forte regem Francie poſſet ab errore ſchiſmatis reuocare. Quod quum inſinuaſſet Raimundus Catharine: quis ſibi grauis abſentia ſua: tamen non querens que ſua erant: confortauit eum ad obediendum: et laborem illum alacriter ſumendum: dicens. Habeatis pro certo hunc Urbanum eſſe verum pontificem ſummum ſucceſſorem Petri ⁊ vicarium Jeſu Chriſti quicquid dicāt calumniatores heretici: ⁊ ita volo ꝙ exponatis vos pro hac veritate defendenda: ſicut pro veritate catholice fidei. Et quum iter aſſumeret Raimundus ad Gallias: virgo prius diu cum allocuta eſt: multa ei referens: ⁊ ꝙ eam amplius in preſenti ſeculo non videret prenuntiauit prout euenit. Profectus eſt vſq; Genuam. Satis laborauit: ſed nihil profecit: quia ſchiſma ſecutum eſt: ⁊ diu permanſit: vt ſupra patuit. Unde quis interea virgo ad celū migrauit: que de tranſitu eius narrat: ex relatibus eorū qui tunc preſentes fuerūt/accepit. Qui vt viri timorati idonei teſtes ⁊ omni acceptione digni habiti ſunt: quorū nomina ab eo poſita ſcribere omitto.

§. XVIII. Cernēs ergo virgo

ſacra in eccleſia dei multa mala ſuccreſcere ꝓpter ſchiſma exortum: ac Chriſti vicariū multis vexationibus circundatum erāt illi lachryme ſue panes die ac nocte: orabatq; ſine intermiſſione/vt pacē dn̄s eccleſie preſtare dignaretur. Conſolatuſq; eſt eam dn̄s aliqualiter: quia per annū anteꝗ̄ ipſa migraret: dedit dn̄s duplicem victoriam eccleſie ſue ſancte ac pōtifici Urbano: tam de caſtro ſancti Angeli: quod intra vrbem ſchiſmati vſq; ad illam diem tenuerant: cum vrbis diſturbio ⁊ de gentibus armorum que pro ſchiſmaticis patriā totam vaſtabant: que debellate totaliter fuerūt captis principalibus. Quo facto pontifex qui nō poterat habitare apud eccleſiam principis Apoſtolorum vt ſolebat: propter dictum caſtrum: acceſſit ad eam pedibus nudis: quē ⁊ vniuerſus populus ſecutus eſt cum magna deuotione. Et ſic pontifex cepit aliquantulum reſpirare: ſed mox renouati ei ſuerunt dolores: ⁊ quod non potuit diabolus agere per extrinſecos et ſchiſmaticos attētauit facere per extrinſecos ⁊ domeſticos fidei. Nam cepit ſeminare diſcordias inter pontificem ⁊ populum vrbis adeo ꝙ comminabantur ei mortem intentare. Super quo valde afflicta virgo ſacra/ad conſuetum orationis refugium totis conatibus acceſſit: dominum exorans vt tantum nefas in eccleſia dei non permitteret. Et vt ſcripſit ipſa per epiſtolam prefato magiſtro Raimundo vidit in ſpiritu totam vrbem demonijs plenam: qui vndiq; populum incitabant ad parricidij ſcelus. Et contra orantem virginem horribiles dabant clamores: dicentes. Maledicta tu nos in terris impedire niteris: ſed nos te infallibiliter horrenda morte occidemus. Quibus illa nil reſpondens/prolixius et feruentius orabat pro eccleſia ſancta que tot turbinibus quatiebatur: vt demonum deſiderium fruſtraretur: et vicarius eius pontifex illeſus ſeruaretur. Dominus ei loquens allegabat ſuam iuſtitiam hoc exigere: vt perniciſus ille durę ceruicis populus Romanus qui ſacrilegium tractabat in pontificem exercere: demum diſperſus fieret ⁊ deletus e terra. Uirgo reſpondebat/vt memor redemptionis humani generis ſanguine ſuo miſericordia flecteretur: dans illis locū penitētie. Tandē in tam arduo bello cū eiuſdē corpuſculi ſui tormēto mētali vicit ⁊ obtinuit virgo ſacra. Nā allegāti dn̄o iuſtitiā ſuā: rn̄dit virgo. Ex quo fieri non pōt quin fiat iuſtitia ſupplico nō ſpernas preces ancille tue: ſed ꝗcꝗd penalitatis debet huic ppl̄o: fiat ſup corpus meū. Libētiſſime nāq; pro tui nois amore: ⁊ pro eccleſia ſancta bibā hunc calicem paſſionis. Ad hāc vocē plus mēria ꝗ̄ corporis virginis/conticuit diuina vox q̄ loquebatur menti eius: dans per hoc intelligere ꝙ hoc fieret qđ petebat. Factumq; eſt illa hora vt ceſſaret murmuratio populi cōtra pontificem ⁊ ſeditio. ſed totam paſſionem virgo virtutib⁹ plena portauit. Nam infernales ſerpentes ſuper virginale corpuſculum licētia obtēta ex diuina permiſſione tanta crudelitate ſuū oſtenderūt furorem ꝙ apud illos qui eos viderunt ex relatu eorū qui ſibi fuerūt incredibile videretur. Tantiq; illud corpuſculum vltra ſolitum doloribus angebatur: ꝙ vix pellicula ſine medio oſſibus adherēte/non viuū: ſed iam a terra conſumptū potius apparebat. Et cū hoc nihilominus ambulabat: orabat: ⁊ laborabat aſſidue: qđ oculis videntium magis monſtrum ꝗ̄ quid naturale videbatur. Creſcebāt tormēta penarū in corpore ꝯtinue: quibus conſumebatur ad ſenſum nec tn̄ ab oratiōe ceſſabat. Filij ⁊ filie quos in chriſto genuerat qui ſecum habitabant: manifeſte videbant ſigna verberum et percuſſionum a demonibus illatorū: nec poterant aliquod adhibere remedium: qꝛ diuine volūtati reſiſtere nemo pōt. Nec deerant voces terribiles demonum inter illa tormēta: quibus clamabant. Maledicta q̄ ſemper ⁊ vbiq; nos perſecuta es nunc venit tēpus quo de te vindictā capiemus. Tu nos hinc expellis: ⁊ nos de hac vita excludemus. Tali modo a dñica in. lxx. vſq; ad penultimā diem Aprilis: qua migrauit a ſeculo. ſ. in feſto beati petri martyris paſſa eſt ſacra virgo. Illa tamen in tpe. xl. hoc continuauit ꝙ ſummo mane communionē accipiebat miſſam audiens. Poſtea hora tertiarū accedebat ad eccleſiā principis apoſtolorum: ibiq; diutius orabat: reuertēſq; in domū: non niſi in lectulo poterat reperiri. Et quum inde videbatur ſe non poſſe mouere: mane ſurgens expediebat ad ſanctum Petrum vt ſanat aliquādo diabolus proijciebat eam in ignem: ſed dei virtute non ledebatur. Semel quū ſuper aſellū iter ageret: proiecit eam aduerſarius capite deorſum ad terram: ⁊ repoſitam ſuper ipſum quia debilis erat proiecit in lutum ſuper eam aſello cadente. In quibus caſibus ſubridebat dicens. Malataſca. i. diabolus (ſic enim eum appellabat) hoc fecit.

§. XIX. Approꝑinquans autē

ad terminum vite: collectis filijs ⁊ filiabus ſuis ſpiritualibus: prolixum eis fecit ſermonem: ad dilectionem fraternam exhortās: quoſdam etiam vite regulas tribuens proficiendi in via dei. Et primo quidem ꝙ accedens ad ſeruiturē dei/ſi vult deum veraciter poſſidere: neceſſe eſt vt cor ſuum denudet ab omni amore ſenſibili: non ſolū cuiuſlibet perſone: ſed ⁊ cuiuſlibet creature: ⁊ ſimplici ⁊ toto corde tendat in deum. Secundo ꝙ ad talem ſtatum anima perfecte venire non poteſt abſq; medio orationis que ſit in humilitate fundata: vt in nullo de ſuis operibus fiduciam ex ſe habeat: ſed ſe nihil eſſe cognoſcens in diui prouidentiā ſe totum cōmittat: aſſerens ꝙ ab ipſa oratione omnes virtutes proficiunt et vigorantur: ⁊ ſine ipſa debilitantur. Tertio ꝙ ad acquirendam puritatem mentis neceſſariū eſt ꝙ caueat ſibi ab omni iudicio erga proximum: ſcilꝫ temerario: ⁊ vana locutione: et nullam creaturā condēnare vel deſpicere: etiam quam certo nouimus peccare: ſed compati ⁊ pro ea orare: qꝛ quilibet in vita ſe poteſt emendare. Quarto ꝙ oportet magnam fiduciam habere de prouidentia dei: ſciens ois que ſibi vel alijs eueniunt: ex diuina prouidentia prouenire: nō ex odio eius ſed dilectione eximia ad creaturam. Demū dei mandatis et ſuperiorꝫ prompte ⁊ ſimpliciter obedire. Poſt hoc quēlibet illorum vocans ad ſe particulariter: vnicuiq; ordinauit modum viuēdi poſt tranſitū ſuū: aliquib⁹ ad religionē: alijs ad vitā anachoriticā: alijs ad clericatum conſulēs trāſire. Sic ſumptis deuote eccleſiaſticis ſacramentis beato fine quieuit. Quo diuulgato: factus ēſt concurſus magnus pplorum ad eccleſiam ſancte Marie ſuper Mineruā: quo delatum fuit corpus: in vrbe adeo vt vix per triduū potuerit corpus tradi ſepulture. Eadem die cuidam deuote matrone Romane ſibi familiari oſtēſa eſt magnitudo glorie eius ex quadā viſione quā habuit. Sed ⁊ crebra miracula ſanitatum poſt tranſitū ei⁹ ſanctitatē eius multipliciter cōmendabant: que cauſa breuitatis omitto. Poſt honorificam eius ſepulturam in cōuentu prefato ſancte Marie ſuper Mineruā: me tunc in dicto cōuentu exiſtente priore: tranſlatū eſt corpus dicte virginis circa annū dn̄i. M.cccc.xxx. in eadē eccleſia ad locum eminentiorē in capella iuxta maiorē capellā exiſtētem collocatum in ſepulchro marmoreo: qđ incineratū erat oſſibus

Obitus btē Catharine

Diue catharine tranſlatio.

bus remanentibus. Nec incineratio ipſa arguit minorationē ſanctitatis eius: ꝗ̃ ꝛ corpora apoſtolorum quibus nullos ſanctos credimus in merito ꝛ premio excellentiores/incinerata inueniuntur. Preſeruatio aūt integritatis cadaueris accidere poteſt aliquando naturaliter: vt ex ſiccitate cōplexionis talis ꝑſone defuncte: vel influxu celeſti: vel ex qualitate loci ſeruati ob humectationē: vel ob aromatibus preſeruantibus a corruptione ab eo cōpoſitis: aliquādo vero ꝛ cōmunius/ex ſpeciali priuilegio illi conceſſo diuine virtutis cōſeruātis illud. Nec eſt rationē aſſignare cur magis iſtud ꝙ illud deus voluerit preſeruare: niſi voluntate ſua.

Titulus. XXIIII. Iſte titulus

xxiiij. ꝛ vltimus/tractat de beato Frāciſco inſtitutore ordinis fratrum minorum. De ſanctis canonizatis eiuſdem ordinis: ſcʒ Frāciſci vita ꝛ miraculis: ꝛ beati Antonij de Padua: beati Ludouici epī Toloſani: ꝛ ſancti Bernardini: ꝛ ſancta Clara moniali dicti ordinis. Deinde de ſocijs beati Franciſci ꝛ quibuſdā alijs dicti ordinis fratribus viris valde perfectis. Et de omnibus generalibus miniſtris dicti ordinis: ꝛ multis q̄ acciderunt tēporibus eorū. Deinde de alijs ſanctis vt ſancto Nicolao de Tolentino: de ſancta Brigida: ſancto Oſmundo: Uenceſlao: Florētio: Proculo: ꝛ alijs.

¶ De laudibus ꝛ preconijs ſeraphici Franciſci. Cap. j.

Poſtq̄ de beato Dominico ꝛ ordine eius predicatorum in precedenti titulo tractatum eſt: nunc in iſto ſequenti de beato Franciſco ꝛ ordine minorum ab eo fundato agendum eſt: ꝛ de alijs ſanctis religionibus poſt eum inſtitutis: ꝛ ob aliqualem etſi non condignam commēdationem ſumatur id pš. ix. Aſcendit ſup cherubin: ꝛ volauit ſuper pennas ventorum. Quod quidem etſi principaliter ꝛ proprie intelligatur de dn̄o Ieſu Chriſto: qui inquantū homo aſcendit ad dignitatem et excellentiam immenſe vnionis cum diuinitate: que dignitas eſt ſuper omnē cognitionem angelorū: cherubin quoq̄ interpretatur plenitudo ſcientie ac etiā ſuper omnem notitiam ꝛ perfectionē animarū: que hic ſignātur per ventos: quorum penne ſunt ſubtilitates ꝛ perfectiones earū tamen poſſunt adaptari ꝛ intelligi tranſſumptiue de beato Franciſco. Ipſe volauit ꝛ aſcendit ſuper cherubin ꝛ ſuper pennas ventorū. Pro quorum declaratione nota ꝙ vt ait. Greg. in homil. Superna illa ciuitas ex angelis ꝛ hominibus conſtat: ad quam tantū credimus humani generis ſcʒ vtriuſq̄ ſexus aſcendere: quot illi cōtingit angelos remāſiſſe. Et quū ſcd̄m oēs docto. ſint. ix. ordines angelorū. Ut dicitur de pe. di. ij. principiū ſicut ex ordine quolibet aliqui ceciderunt ſcd̄m magiſtrū ſniarum in. ij. lib. ita ꝛ de quolibet multi remāſerūt: ꝛ a nobis innumerabiles. Sācti aūt ꝛ ſancte qui virtuoſe viuentes aſcenderūt ad illam ſupernā Hieruſalēm: non faciēt vnum ordinē de per ſe: ſed vt dicit idē Gre. aſſumentur ꝛ collocabūtur in diuerſis ordinibus ſuperioribus vel inferioribus ſm maiorē vel minorē perfectionē hic adeptā. Multi ergo aſſumendi ſunt ad ordinē ſeraphin: qui multi ſunt: nec in minori numero ꝙ alij de inferioribus ordinibus: immo ſcd̄m aliquos in maiori. Qui ergo perfectiores fuerint alijs in hac vita: illi in tali ordine ſeraphin collocabuntur aſſociari. Quāuis aūt nobis ſit incerta perfectionis quātitas cuiuſcūq̄ ſancti: tamē de apl̄is Chriſti cū glorioſo baptiſta ꝛ patriarchis ſanctis veteris teſtamēti ꝛ quibuſdā prophetis cōiter creditur eos oēs alios excedere. Unde ꝛ in ordine ſeraphin eos poſſumus exiſtimare collocatos. Et idē pie credi pōt de patriarchis noui teſtamenti. Patriarchas hic voco patres inſtitutores ꝛ fundatores ſacrarū religionū: que in filios innumeros excreuerunt: vt fuere Baſilius: Auguſtinus: Bn̄dictus: Dn̄icus: ꝛ Frāciſcus. Si oēs hi ꝑfectione excellētiſſimi: non ſint locati in ordine ſeraphin: neſcio ꝙ alij illic cum eis aſſociabūtur: Scd̄m hoc de btō Frāciſco dico/Aſcēdit ꝑ virtutes: ꝛ volauit ſup cherubin. Situātur dico/ſup cherubin non ſup ſeraphin. Nam ſuper ſeraphin non ſunt niſi beatiſſima virgo Maria cū filio ſuo: ꝙ̄ ſola exaltata eſt ſup choros oīm angelorū: vn̄ ſup ſeraphin. Nō ergo dicit ꝙ volauit ſup ſeraphin: ne faciamus eū equalē Chriſto vel virgini Marie: quū longe ſit diſtans a ſanctitate eius. Sed volauit (ait) ſup cherubin. Non ait inter cherubin: ſed ſuper cherubin. Et certū eſt ſcd̄m docto. ꝙ ſup cherubin ſunt ſeraphin. Hoc eſt ergo dicere. Uolauit ſup cherubin. i. inter ſeraphin collocatur. Uolauit ſuper pennas ventorū. i. ſup ſubtilitates ꝛ ꝑfectiones animarū: que dicūtur venti ꝓpter ſubtilitatē ſue eſſentie: ꝙ etſi aliquo modo ꝑcipiuntur: nō tamē videntur ſicut anime nō vidētur: vnde ſpūs ventus. Act. ij. Factus eſt repente de celo ſonus tanꝗ̄ aduenientis ſpūs vehementis. Et ala dicitur ſpūs ſm illud pš. ꝛ Luc. xxiij. In manus tuas cōmendo ſpiritum meū. Super ſubtilitates/virtutes/contēplationes/ꝛ perfectiones/non quidem omnium ventorū. i. oīm ſanctorum: ſed plurimorum volauit. Aſcendit ergo ſup cherubin ꝛc. In quibus verbis tria poſſumus conſiderare in bea. Fran. Primo eminentiā virtualis perfectionis: ibi. Aſcendit. Scd̄o excellentiā perfectionalis dilectionis: ibi. Uolauit ſup cherubin. Tertio relucentiam impreſſionis dn̄icalis ceſſionis: ibi Uolauit ſup pennas ventorū.

§. I. Quantum ad primū

Surſum eſt Hieruſalem ciuitas noſtra: ad quam tēdimus: ideo oportet aſcendere: nō deſcendere. Deſcendere eſt facile: per viam ſcʒ vitiorū incedere: ſed aſcendere ad montē virtutū difficile. Facilis (inquit poeta) deſcenſus auerni.

Noctes atq̄ dies patet atri ianua ditis.
Sed reuocare gradum: ſuperaſq̄ euadere ad auras. Aenei. vi.
Hoc opus hic labor eſt.

Sicut etiam philoſophus ait in libro ethicorum: ꝙ virtus et ſciētia ſunt circa difficilia. Et ſaluator noſter ait. Arcta eſt via ꝗ̄ ducit ad vitam. Mat. vij. Per hanc oportet incedere: qui ad ſocietatē angelorum peruenire deſiderat. vn̄ pš. de viro iuſto inquit. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarū. i. vite preſentis. Et quis ſeu qualis ſit iſte deſcenſus: declarat ſubdens. Ibunt de virtute in virtutē ꝛc. iterū. Uidebitur deus deorum in Syon: que eſt ſummitas Hieruſalem ſuperne. Et in figurā huius Jacob quum in itinere conſtitutus in loco materialis Hieruſalem requieuiſſet: dormiendo vidit ſcalam de celo ad terrā pertingētem: cui in ſummitate deus erat innixus: promittens ei dare terrā illam in poſſeſſionem ꝛ ſemini eius: que deſignat vitam eternam. Gradus huius ſcale per quos vidit angelos aſcendere ꝛ deſcendere: ꝛ aſcendere videlʒ ad referendum deo vota noſtra: deſcendere ad deferendum nobis dei munera: ꝛ confortandū in labore ad aſcenſum eius: ſunt/inquam/quinq̄ gradus huius ſcale. Sui humiliatio. Mundi abdicatio. Carnis maceratio. Aduerſi toleratio. Uitij expugnatio. Aſcendit beatus Franciſcus eminenter per hos gradus ſemꝑ proficiendo. Et primo quidē oportet aſcēdere per virtutē humilitatis/ꝙ quidē eſt fundamentū aliarū. Et licet ꝑ hāc deſcēdat q̄s in mente ſua ꝛ ꝓpria eſtimatione: reputando ſe infimū ꝛ inferno dignū: tn̄ quo ad meritū vtiq̄ aſcendit. Sicut aūt regula eſt: ꝙ qui ſe humiliat exaltabit. Mat. xxiij. ſm doctrinam chriſti: ita ꝛ quanto magis ſe humiliat tāto magis aſcendit in merito: ꝛ exaltatur in premio. Uera humilitas eſt: ait Bern. qua q̄ſq̄ veriſſima ſibi ſui cognitione vileſcit. Uerus ergo humilis eſt quū intelligit ꝙ puluis ꝛ vermis eſt: ꝛ corpus plenū putredine ſubditū innumeris doloribus plus ceteris aīalib⁹: et quo ad aīam plenum cōcupiſcētijs ꝛ ignorantijs. Ita etiam optimus exiſtēs/neſcit vtrum odio dei vel amore ſit dignus vt dr̄ Eccle. ix. Dum cōſiderat ꝙ nedum facere: ſed nec cogitare aliquid boni ſufficiētes ſumus ex nobis. vt ait apl̄s. ij. Cor. iij. Quum nihil ſit ex ſe: nō facit ex ſe aliquā eſtimationem: nec de ſe vel ſuis ꝓſumit virib⁹: ſed tot ꝛ ideo attribuit: ꝛ ſic aſcendit ad eum. Sed q̄s Frāciſco humilior? Sufficiat vnū exemplum. Quū quidā ex ſuis ſocijs in orōne eleuatus vidiſſet in celo in cōſpectu diuine maieſtatis ſedē vnā ornatiſſimam preparatam: ꝛ ignorans cui parata eſſet: cupiens autē hoc noſſe audiuit vocē in celo dicentē: Sedes iſta fuit vnius ex primorib⁹ angelis qui prolapſi ſunt de celo: ꝙ parata eſt humillimo Franciſco: ſicut priuatus ea fuit ſuperbiſſimus angelus. Poſt viſionē vero reperiēs Franciſcum interrogauit quid de ſe ſentiret/quū in tanta veneratione mūdi eſſet. Rn̄dit Franciſcus. Quid niſi humillima? Fateor tibi/reputo me maximum peccatorē oīm/ꝛ quum ille diceret. Quomodo te potes reputare peiorem homicidis/adulteris: blaſphematorib⁹ ꝛ hmōi/quum lōge ſis ab his? Reſpondit. Peiorē me exiſtimo: ꝙ quū conſidero ꝙ gratiam mihi a deo cōceſſam/illi ſi haberēt melius ꝛ feruentius eā exequerent. Aſcēdit ad deum per mūdi cōtemptū. Tēpalia iſta ſunt quaſi viſcus: difficulter poſſidētur ſine inordinato amore. Sicut aūt auis penne ſi viſco fuerint infecte/ſurſum auolare non valent/ita tēpalibus dediti. Quāuis in paupertate ipſa non cōſiſtat perfectio hoīs/tn̄ ſm beatum Tho. poſt Io. Caſſia. in collatione prima/ſunt inſtrumentum efficax ad perfectionem aſſequendam. Un̄ chriſtus Mat. xix. Si vis perfectus eſſe: vāde omnia que habes/ꝛ da pauperibus ꝛ ſequere me. Quod ꝛ ipſe chriſtus ſeruauit/non habens vbi caput ſuum reclinaret/non agrū/nō domū/non niſi cantū que dabantur ſibi eleemoſynaliter reſeruās ad ſubueniendum ſuis ꝛ diſcipulorum neceſſitatibus. vt ait Augu. xij. q. ij. habebat dn̄s. Eſt autem paupertatis gradus triplex ſm Tho. ſcd̄a ſcd̄e. Primus/nil habere propriū: ſed in cōi tantum bona immo-

Nam tēpore quodā p Marchiam Anchone cum fratre Paulo quem ibidē miniſtrū cōſtituerat tranſiēs: quendā hircorum et caprarum vidit nō modicū gregē: et vnā inter oēs ouiculam depaſcentē: ad cuius intuitū grauiter ingemiſcēs dixit ad fratrem. Nōne vides hāc ſolā ouiculā inter hircos et capras ſimpliciter ambulantē: ſic vtiqʒ dñs noſter Jeſus chriſtus innocēs māſuetus et humilis inter ſcribas et phariſeos et ſacerdotū principes ambulauit. Soluam' igitur fili chariſſime precio iſti et educamus illā de medio gregis caprarum. Cumqʒ nil aliud ꝙ viles tunicas habētes de vnde redimenda ſoliciti ſtarēt: ecce quidā mercator tranſiens ſe ad hoc voluntariū obtulit: precioqʒ ſoluto ipſam ouē viro ſancto reliquit. Qui gaudens ſecū illam duxit in ciuitatē que Auximū dicitur: et ad eius loci epm̄ hoſpitandi gratia declinauit. Mirante igitur epō quare ſic ouiculā deduceret: longam de illa cepit parabolam retexere: donec et ipſe epūs etiā gratias deo ageret: non modicum de tāta hoīs dei compunctus ſimplici puritate. ¶ Sequenti vero die per quoddā clauſtrum dñarum apud ſanctum Seuerinū tranſitū fecit: vbi eiſdem xpi famulabus ouiculā cōmendauit: quā ille ob ſancti reuerentiam deuote ſuſcipiētes ſimpliciter longo tpe nutrierūt: dono nec tunicā de ipſius lana texētes illā beato viro munus acceptum de fratre ouicula tranſmiſerūt. ¶ Alio quoqʒ tpe p eandem Marchiam pdicto fratre comite tranſiēs inuenit in itinere quendā virū qui duos in humeris portabat agnos ad vendendū. Quos vt balantes audiuit: cōmota ſunt ex intimis viſcera ei': et accedēs benigne eos veluti mater plorātes filios attrectauit: dixitqʒ ad virum. Quare fratres meos agniculos ſic ligatos et ſuſpenſos excrucias? Qui quū rñdiſſet ꝙ eos ad forum precij neceſſitate deferret: quereti qd de illis poſtea fieret: et vir eos mactādos aſſereret: ait ſanctus. Abſit vt hoc fiat: quin potius mantellū quo cōtegor accipe: et fratres meos agnos relinque. Aquieuit voluntari' hō. Multo eñi maioris precij erat mātellus: quē ſanctus frigore cōpulſus a quodā fideli mutuo acceperat. Ipſe uie igitur acceptis agnis qd de eis ageret ſolicitus extitit. Tandē cum ſocio fratre deliberās gubernandos eidē viro commiſit: et ne eos venderet vel lederet diſtricte pcepit. ¶ Nō ſolū hmōi beſtijs et dignioribus creaturis: ſed et alijs vilib' et minimis ſimili compaſſionis affectu adheſit. Nam qr de ſaluatore legitur. Ego ſum vermis et non homo: vermiculos etiā quū tererentur de terra legebat. Sʒ et apibus ne deficerēt / forte vinum vel mel in hyeme miniſtrabat. Diligenter eñi tam illarum ꝙ et aliarū creaturarum efficaciā attēdebat. et quicq̄d admirationis delectamenti ſiue cuiuſqʒ valoris in vnaquaqʒ ppendere poterat: id totum in oim factoris gloriā gerebat. Propter hec oia fraterno nomine nūcupabat: et oia ad diuius conditoris laudē cōtinuis ipſe laudibus inuitabat. Ipſe vero nomē dñi inuocans totus ſupra hoīa intellectū efficiebatur: totus in iubilo: totus alteri' ſeculi videbat. Propterea et tantam nominis ſaluatoris reuerentiam exhibebat: ꝙ etiā qualecūqʒ ſcriptū inueniret inhoneſte locatū reuerenter illud recolligēs in loco reponebat honeſto: ne forſan xba diuina vel noīa vel etiā litere quibus illa ſcribunt cōtinerent in illo. Quanto autem puta erga pauperes cōpaſſionis ardore feruebat? q̄ tāta nō ſolum ad animalia bruta: verūetiā ad inſenſibiles et infirmas affluebat pietatis dulcedine creaturas. Nā hic vere pauperum patriarcha olim pauperrim' eſſe deſiderans: etſi preter vilem tunicā nil poſſeſſionis appeteret: noluit tñ in hac vnica neceſſitate parcere ſibi ipſi: quin et ipſam pluries indigēti cuiqʒ prōptiſſime cuperet impertiri. Veſtes quoqʒ diuerſas a diuitibus in hyeme poſtulabat: quas illis libētiſſime dātibus: vt nec ad reſtitutionē teneretur: accipiens eas egenis quos prius ptingeret habere obuios in frigore / porrigebat. Grauiſſimum eñi erat illi ſi alicui pauperū verbo vel facto perciperet quicꝙ moleſte fieri. Audiēs eñi vnum e fratrib' tempore quodā pauperi cuidā verbū inuectionis inferre: vñ dixerat / Ne forſitā falſu ſimules paupertatē: durius increpatum fecit corā eodē paupere nudus procederet: et pedibus ei' deoſculatis humiliter ab ipſo veniā poſtulare. aiebat enim. Qui pauperi maledicit: chriſto facit iniuriam: cuius nobile ſignum gerit: qui ſe volūtarie pauperē in hoc mundo pro nobis fecit. In quoqʒ etiā ſi quid haberēt corporaliū mercium hūeros tum pprius ad ſubleuanda ſuppoſuit onera pauperū quorū etiā pio zelo multa alia faciebat in hunc modum.

§. VI. Per ciuitates et caſtella

lōge lateqʒ circūiens tantorū diuina virtute corda ad penitētiam cōmouit: et aliquoties ad religionis habitum. xxx. recepit vna vice. Confundebat heretica prauitas. Fides extollebatur catholica. quā non ſolum ſanctus iſte vita magnificauit et verbis: ſed plurimis extulit miraculorum pdigijs. Nam et oēm languorē diuini noīs inuocata virtute curauit. Verbo magnifice demōes effugauit. Nullaqʒ oratōi neceſſitas vel piculi difficultas obſiſtere potuit. Panes etiā ad bñdicendū illi ſepi' offerebāt: et de qb' egri guſtātes diuerſo lāguore incōmodo reſurgebāt. Crebro ꝙ pius pater quaſi ſeminudus a populo derelict' eſt: eo ꝙ tunicā eius p particulas cultellis inciderēt: eaſqʒ deuote cōtra diuerſa picula p ſalutis remedio cōſeruarēt. Ipſe aūt vir ſanct' ea pcipue q̄ circa chriſtū geſta ſunt aſſidua meditatiōe reuoluēs: dñice natiuitatis inſtāre humilē naſcētis in Bethleē ſaluatoris infantie paupertatē: ſimilitudie qua poterat repreſentare deſiderauit. Ad caſtellū nēpe de Grecio quēdā virū religioſum et notabilē noīe Joānē pmiſit: q̄ ad hec bouē et aſinū cū preſepio circa feſti gaudia ſibi preparauit. Preparato itaqʒ preſepio fenum imponit: adducti bos et aſinus ad preſepe collocantur. Et ſic cum gaudio vigilie celebres aguntur: fratres laudes deo debitas exoluebant: ſed et cuncti qui aderant nouis letitie canticis applaudebant. Stabat autem corā preſepio beatus Fran. ſuſpirijs pre gaudio plenus indicibili ſuauitate perfuſus. Tandem ſup ipm̄ preſepe ſacra celebrant ſolēnia miſſarum / et ipſe ſanctus dei leuita ſolennibus ornamentis indutus euangeliū voce ſonora pnūtiat: ac deinde populo de nato in Bethleē rege paupere melliflua predicat. Miranda vero talis ibidē cuidā viro virtutis oſtenſa eſt viſio. Vidit ad preſepe dictū. b. Frā. accedere: et quēdā qui in illo iacere videbatur exanimē: velut a ſomni ſopore puerulum excitare. Credit itaqʒ nō immerito ſuā dñs Jeſus chriſtus infantiam recolenti in hmōi formula nō abſurde monſtratus. Quippe qui in multorum cordibus p obliuionem quaſi ſopitus et veluti mortuus / per beati Franc. doctrinam et exemplum preuigilans ad memoriā eſt reductus. Finitis igitur tātis ſolennijs ppl's ad propria remeauit. At vero de feno preſepij conſeruato plura diuerſimode ab vtriuſqʒ ſexus hoībus ſunt remota pericula: necnon et brutis aīalibus morbidis ſanitatis collata remedia: preter alia innumera q̄ in diuerſis egritudinum neceſſitatibus ſeu periculorum generibus geſſit. Multos etiam mirifice mortuos reſuſcitauit: quorum etſi de pluribus non ſimus incerti: numerū ad preſens non poſſumus niſi ꝙ vndecim eſſe a viris fide dignis accepimus.

§. VII. Ad oia vero que vir beatus

intendit et fecit: totū eius refugiū oratio crebra fuit. Nā etſi ardentiſſimo zelo proximorū lucris aīaꝝ intenderet: ſtuduit tñ ſummopere ne ſuſpēſius curā in ūl experimento pfectionis negligeret. Ad hec ſolitaria loca queſiuit: et in eremi vaſtitate reſedit: ſed inter hoīes habitās ad eccl'iam domo ſua deſerta ſolus nocte perrexit. O quantos in hmōi locis terrores: quātaqʒ diaboli machinamēta deuicit: cui non ſolum intus malignus illi peſtifera ſepe ſuggeſſit: ſed et in aliqua horrenda effigie manu ad manū cū illo conflixit. Talia ſiquā loca intrepidus vt in orōne ſibimet inuigilaret elegit. Ibiqʒ prius didicit q̄ poſtmodū alios docuit: vbi non tā verbis ꝙ virtute ſpūs ad eructandū pximis opportuno tēpore eſſet plenus. Nā aliquando dū hec vel illa dicere cogitaret: contigit vt ad predicandū veniens olim illorum que precogitarat oblitus / omnino quid diceret nō haberet. Sʒ nec tunc quidē defectū ſuū confiteri coram oībus erubuit: et ſic ſubito verborū eloquentia affluere cepit. Sic ſpe tota iugiter in ſolius dñi prouida largitate ſuſpenſus: de propria penitus diffidebat induſtria: eademqʒ mentis conſtantia multis loquebatur vt paucis: eadēqʒ diligentia vni ſoli predicauit vt multis: nulliuſqʒ verebatur perſonam: quin equanimiter ſapientibus et indoctis magniſqʒ loqueretur et paruis. Nā et cardinalibus corā domino papa Honorio congregatis cōſtantiſſime predicauit: non vtiqʒ tam verborum ſimplicitate mouens ad riſum: ꝙ mouendo ſpūs feruorem compūctiōis extorquens ſuſpiriuʒ. Igitur vir ſanct' q̄ ſibi et pximis vtiliter diuidere tēpora nouit: quadam vice relictis ex more ſecularium turbis / locū ſolicitudinis petijt: totiſqʒ precordijs deſiderabat agnoſcere qd agendo ſacrificiū de ſe domino magis gratū poſſet offerre. Cumqʒ huic deſiderio feruentius anhelaret: die quadā in eremitorio in quo manebat / ad altare deuotus acceſſit: ſup qd̄ euangelioꝝ librū cū reuerentia et timore depoſuit. Poſt hec humiliter ſe corā altari in oratiōe proſternens / quanta poterat deuotione clamauit: ad dñm vt in prima libri apertione ſui de ipſo beneplaciti dare dignaretur indicium. Tandem corde contrito ab oratione conſurgens ſe crucis ſigno muniuit: librūqʒ aperuit. Cui quū dñi noſtri Jeſu xpi paſſio primū occurreret: ſuſpicatus eſt ne caſu hoc forſitan accidiſſet: vnde et librū rurſus claudēs iterū aperuit: pluriesqʒ hoc ipm̄ reiterans / idē qd prius vel ſimile prorſus inuenit. Ad hoc xpi miles nō expauit et qui iamdudū martyrij deſideriū fuit: etiā tunc ſeſe ad oē qd pro chriſto ſuſtinere poterat / flagrantius animauit.

§. VIII. Duob⁹ aũt annis ante

mortem eius vidit in viſione quaſi ſeraphin vnũ in aere ſex alas habentẽ: cruci manibus extenſis pedibuſq; coniunctis affixum. Alarum vero duas ſup caput erectas: ꝛ duas ad volandũ extenſas habebat. Porro duabus totũ corpus tegebatur. Obſtupuit vehemẽter vir ſanct⁹ ad viſum: ꝛ alternabãtur in ipſo timor ꝛ gaudiũ. Delectabat eum ſpeciei ipſius mirabilis pulchritudo: deterrebat eũ plurimũ horrẽda crucis affixio: ſed ꝛ hoc letificabat: q̃ gratioſe ſe reſpici videbat ab ipſo. Quũq; diutius cogitaret quid hmõi viſio importaret: in ſeipſo vidit tandẽ miraculum omnibus (vt arbitror) retroactis ſeculis inauditum. Apparebant nãq; in manib⁹ eius et pedibus quaſi fixure clauorũ. Latuſq; ipſius dexterũ veluti lancea perforatum. Manuũ preterea interior: ꝛ pars dñi ſuperior ſupereminentia quadã ex ipſa carne veluti clauorum capita protendebat. Manus aũt exteri⁹ ꝛ pedes inferius ſigna quedã oblonga gerebãt: velut retorta clauorum acuminaque in carnẽ inferius ſimiliter reliquã excedebãt. In latere vero dextero cicatrice obductũ vuln⁹ apparuit: q̃ etiã ſacrum ſanguinẽ ſepius euaporans / tunicam ipſius necnõ et aliquotiens femoralia tinxit. Talib⁹ igit̃ in ſe vir dei reſultãtibus margaritis: ſtuduit ſummopere precioſum theſaurum iſtum: quo ſpeciali eum dñs prerogatiua ditauerat: ab olim oculis cõſeruare reconditũ. Periculoſum em̃ exiſtimãs in dicium apparere in oculis hoim: ſed ꝛ p̃ magno nõ reputãs occulta quorũlibet bona nõ eſſe his maiora que ꝑferunt̃ in publicum: ruminabat ſepe illud in ore ꝓpheticum. In corde meo abſcondi eloquia tua vt non peccẽ tibi. Fratr ib⁹ quoq; circa ipſum cõuerſantibus declarat tale ſignum: vt ſiquando eum cũ exteris occupatũ predictũ verſiculũ recitare ꝑciperent: illum ne forſitan in verba nociua ſibi defluxeret. curialiter ab eorum colloquijs expedirent. Itaq; vulnus lateris quoaduſq; vixit in corpore: diligenter viro dei zelante ſolus hoc frater Helias caſu vtcunq; proſpicere meruit.

§. IX. Interea btũs Frãciſcus

annis a conuerſatione ſua. xviij. tranſactis: nullã vl̃ modicã carni ſue requiẽ dederat: ꝛ Quia ei multis languorib⁹ efflu xiſſent dies preteriti: duobus tamẽ annis qui adhuc vite ei⁹ erant reſidui: grauioribus cepit ꝛ magis continuis infirmitatibus perurgeri. Intantũ autem ſe ſibi ſubiecerat tantoq; corpus harmonia ſpiritui concordarat: vt etiã carnis repugnantiam vix ſentiret in omnib⁹ que ſpũs agẽda dictabat. Intendere primum ſaluti corpus emortuũ fecit: per ciuitates ꝛ caſtella circũiens. Cepit ꝛ alijs languoribus oculorꝫ infirmitas ſuperaddi. Tunc frater Helias quẽ veluti loco patris elegerat: ꝛ adhuc viuẽs gregi ſuo prefecerat cõpulit eũ ꝛ rationibus induxit / vt ſibi mederi permitteret timẽs forte ne per incuriã lumen oculorũ amitteret. Cui humiliter obtemperans tanq̃ patri plura ſuis extũc oculis medicamẽta patiebat̃ apponi: Quis ingraueſcente malo nullius eſſent remedij. Tandem Reate ciuitatem curatidis occaſione perductus eſt vbi ꝛ a domino papa Honorio moram ibi tũc faciẽte honorifice ꝛ deuote ſuſceptus eſt. Familiarius tamen ex preceteris dominus Hugolinus Oſtieñ. epiſcopus adfuit: cui⁹ ſecum vniuerſo ordine ſuo tutele commiſerat eundemq; ꝓphetico ſpiritu ductus apoſtolico honori prouiſum fore predixerat. Conteſtabatur idem poſtmodum ad apoſtolicam dignitatem prouectus: ſe nunq̃ in tanta perturbatione fuiſſet quin omne mentis nubilũ in ſolo viri dei intuitu vel affatu diſcederet: ſubitaq; ſuauitatis ſerenitas ꝛ iucunditatis dulcedo rediret. Unde et quotiens eum videbat: ei tanq̃ chriſti apoſtolo reuerentiam exhibebat: ꝛ vt ſui curam gereret inſtanter admonuit. Cui in hoc ſicut in alijs vir ſanctus obediuit. Factis igitur cocturis i capite: venis ſciſſis ꝛ emplaſtris adhibitis: nihil ad ſanitatem profecit: quin potius malũ medicaminib⁹ multiplicatis accreuit. Ipſe vero tot incommoda corporis in omni patientia et gratiarum actiõe ſuſtinuit: deſpectiſq; moleſtijs ad deum intentionem direxit. Et q̃uis eſſet ad exterioris corporis exercitia prorſus inutilis: ſemetipſum tamen adhuc ad triumphum noui certaminis incitauit. dicebat enim. Incipiamus fratres deo ſeruire: incipiamus inquam ꝛ proficiamus: quo dicam parum hucuſq; profecimus. Uolebat de nouo leproſus contemptibiliter ſeruire: ꝛ ab hoim conuerſatione ad loca remota ſe transferre. Ab officio quoq; ſecura regiminis cupiebat eximere: eo q̃ multis de cauſis periculoſum aſſereret maxime in hoc tempore prelationis locum tenere. Eſſe vero plurimis vtile magis regi q̃ regere. Quumq; moram faceret apud Senas: quaſi menſe ſexto ante obitum ſuum toto corpore grauius q̃ ſolebat attritus propinquare videbatur ad exitum. Feſtinanter itaq; de longinquo frater Helias accurrit: cumq; paululũ reſpirãtem ſecũ ad cellã de Cortona perduxit. Ubi dum ſteriſſet p̃ modicũ acrius inualeſcente morbo / deduci ſe rogauit ad Aſſiſium. Quo poſtq̃ peruenit tam atrociter per ſingula membra torqueri cepit: vt interrogatus an potius martyrium a carnifice ſuſtineret q̃ triduanam hmõi paſſionẽ: etſi pro voluntate diuina ſibi placitam ꝛ acceptã: grauiorẽ tamen quouis martyrio reſponderet. Conuocatis itaq; fratribus ad ſe quos voluit: ſingulos prout ſibi dabatur deſup bñdixit. Tandem mortis horam inſtare cognoſcens: duos ad ſe fratres vocauit quibus de tranſitu eius vicino laudes alacriter domino decantare precepit. Ipſe vero prout potuit in hunc pſalmum prorupit. Uoce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum. Porro euangeliũ ſecũdũ Jo. ab eo loco vbi incipit: Ante diẽ feſtũ paſche: ſibi legi popoſcit: deinde ſe cilicio ſuperponi: cinereq; aſpergi precepit. Et ſic filijs circunſtantibus ꝛ lugentibus: in domino feliciter obdormiuit. Unus aũt ex filijs ſpecialis diſcipulus vir fama celeber: cuius nomen ſubticetur: eo q̃ tãto nollet preconio gloriari dũ viueret: vidit illam glorioſam animam carne ſolutam in ſtelle grandis ꝛ radiantis effigie. Uidit / inquã / velut ſup aquas multas candidam ſubuectam nubecula in celum directa cõſcendere. Factus eſt itaq; cõcurſus populorũ ciuitatis Aſſiſij deum immani iucunditate laudantiũ: eo q̃ tantũ ſibi dignaretur commendare depoſitum. Erat aũt primitus pro tãti patris ſubtractione planctus filiorum non modicus: qui non multo poſt in letitiam eſt conuerſus. Uidebant namq; nouũ illud quod fecerat dñs ſuper terrã: membra eius morbida prius ꝛ rigida / iam tractabiliter pro agentis ſe voluntate flectentia: ꝛ ſacrum videlicet corpus ſtigmatibus decoratum: carnẽ quoq; duram prius ꝛ liuidam veluti puerili teneritudine iam reſumpta / mirando candore nitentem et quaſi carnis glorificate ſpeciem ꝛ decoris magnitudinem pretendentem. Glorioſum tunc erat in carne tam candida videre ſimilitudinem fixure clauorum: immo nigros vt ferrum clauos ex ipſa carne formatos in medio pedum: et manuum: dextrũq; latus ſacro ſanguine rubricatum. Lachrymabantur itaq; filij pre gaudio: et oſculabantur in patre ſignaculo ſummi regis. Tunc perlatum eſt in ciuitatem corpus ſanctiſſimum: ꝛ in loco vbi literas ipſe primo puerulus didiſcerat: ꝛ vbi ꝗ primitus predicauerat: eſt ſepultum.

§. X. Alexãder. iiii. electus papa

Neapoli anno dñ. M. cclitij. anno. i. ſui pontificatus mõtem Aluernie propter impreſſionẽ ſacrorum ſtigmatum ibi factam in corpore ſancti Fran. in ſpecialem protectionem aſſumens: ꝛ immediate Romane eccleſie ipſum ſubijciens: beatum Franciſcũ multis laudibus extollendo montem illum ſacrum a fratribus nunquã relinqui precepto efficaci mandauit. Eodem anno Egnanie exiſtens miſit vnum ſeruũ xp̃i fidelibus literas deferentem iuxta ſeriem literarum Grego. ix. de ſacris ſtigmatibus beati Fran. in quibus innoit ſe illa proprijs oculis vidiſſe. Item alias literas miſit archiep̃o Leuenſi: precipiendo vt illis qui de imagine ſancti Frãciſci in eccleſia ſancte Marie de vineis ꝛ mõaſterio ſcti Xiſti maliotioſe deleuerant ſtigmata: citaret perſonaliter coram ipſo pro meritis recepturos vltionem: inhibendo ſub interminatione anathematis ne quis de cetero ſimilis attentaret. Nicolaus etiam tertius papa circa annũ domini. M. cclxxx. miſit literas vniuerſis chriſti fidelibus de ſacris Franci. ſtigmatibus certum teſtimonium continentes. Quod etiam teſtimonium in declaratione regule facte per eum plenius cõtinetur.

§. XI. De miraculis eius poſt

mortem: precipue in reſuſcitatione mortuorũ. Cuũ quedam dño beato Fran. deuota viam vniuerſe carnis fuiſſet ingreſſa: ꝛ clerici ꝛ presbyteri feretro exequias celebrantes adſtarent: ſubito erexit ſe mulier ſuper lectũ: ꝛ vnũ de adſtãtibus ſacerdotibus vocat dicens. Uolo pater confiteri ego em̃ mortua eram ꝛ diro carceri mancipanda: q̃m peccatum quod tibi pandam / nondũ confeſſa fueram: ſed orante me ſctõ Franciſco ad corpus mihi redire indultũ eſt: vt illo reuelato peccato veniam merear: ſtatimq; vt illud manifeſtauero: in pace vobis cernentibus quieſcam. Confeſſione igitur ꝛ abſolutione facta / mox in dño obdormiuit. ¶ Quum fratres de nuceria plauſtrum a quodam viro mutuo poſtularent: ille indignatus r̃ndit. Ego potius duos ex vobis cum ſancto Franciſco excoriarẽ: q̃ plauſtrum meũ vobis commodarẽ. Sꝫ in ſe reuerſus / ſemetipſum redarguit: ꝛ blaſphemie eum penituit iram dei formidantem. Mox filius eius infirmatur: et ad extrema deducitur. Qui filium defunctum videns: in terram voluntabatur: et flens ꝛ ſanctum Franciſcum inuocans dicebat. Ego ſum qui peccaui: me flagellare debuiſti: redde ſancte

de ſancte dei iam deuote peccãti/quem abſtuliſti impie blaſ-
phemanti. Mox filius eius ſurrexit: planctum prohibens
ait. Quum mortuus eſſem: ſanctus Franciſcus per quandã
viam obſcuram et longam ducẽs me tandem in quodam vi-
ridario pulcherrimo me collocauit: ac deinde dixit mihi. Re
uertere ad patrem tuum: nolo te amplius tenere. ¶ Quidã
miles ſancti Fran. operibus et miraculis detrahẽs quum lu
deret ad taxillos: veſanis et incredulitate plenus circunſtan
tibus ait. Si Frã. eſt ſanctus: veniant puncta .xviij. in taxil
lis. Mox in eis ſenarius triplicatus apparuit: et vſq; ad no-
uies vices quolibet ſuo iactu iter ſenas accepit. Sed inſaniã
addens inſanie ait. Si verum eſt q; Fran. iſte ſit ſanctus: ca-
dat hodie gladio corpus meũ. Ludo igitur finito: vt eius ora
tio fieret in peccatum: quum nepoti ſuo inferret iniuriam:
ille gladium accipiens in viſcera eius tranſfixit: et patruum
protin9 interfecit. ¶ Quum in quodam caſtro Appulie que-
dam puella parentibus vnica fuiſſet defuncta: et mater ſan-
cto Fran. deuota nimia triſticia fuiſſet abſorpta: apparuit
ei ſanctus Fran. et dixit. Noli flere: q; lucerne hoc lumen qđ
deploras extinctum: meo eſt tibi interceſſione reddendum.
Mater igitur aſſumpta fiducia non permiſit corpus extin-
ctum inde auferri: ſed ſanctum Fran. inuocans mortuam fi-
liam ſuſcitatã apprehendẽs: gratias egit deo et beato Fran.
¶ In vrbe Roma quum puer paruulus de feneſtra cuiuſdã
palatij cecidiſſet: et penitus expiraſſet bea. Fran. inuocatur:
et protinus vite reſtituitur. ¶ In Sinueſſa quoq; ciuitate
Cãpanie/alium iuuenem ex ruina domus oppreſſum et mor-
tuum vite reſtituit et ſaluti. ¶ Miracula đ ſtigmatib9 eius
In Appulia vir quidam nomine Rogerius ante imaginem
ſancti Fran. ſtans/cogitare cepit dicens. Eſt ne verum hoc
vt tali clarnerit miraculo: an pia fuerit illuſio: ſiue fratrum
ſuorum ſimulata inuentio? Quod quum mente reuolueret:
ſubito audit ſignũ quaſi ſpiculum proſiliens de baliſta: ſen-
ſit quoq; in ſiniſtra manu ſe grauiter vulneratum: ſed quia
in chirotheca qua manus tegebatur/nil leſiõis appareret:
chirothecam de manu extraxit: et graue vuln9 quaſi ſagitte
in palma conſpexit: ex quo tãta vis procedebat ardoris et do
loris: vt totus ex dolore deficere videretur. Quumq; penite-
ret: et ſe ſtigmata bea. Frã. credere veraciter teſtaretur: poſt
duos dies oũ ſanctũ dei per ſua ſtigmata inuocaſſet: fuit cõ-
tinuo liberatus. ¶ In regno Caſtelle quum quidã vir ſan-
cto Fran. deuotus ad completorium pergeret: ab inſidijs ob
mortem alterius ſibi parat9 ex errore impetitur: et letaliter
vulneratus ſemiuiuus relinquitur: deinde gladium in gut-
tur eius lictor infixit: et extrahere non valens receſſit. Fit
vndiq; cõcurſus et clamor: et ab omnibus vt mortuus plangi-
tur. Quum autem nocte media campana fratrum minorum
ad matutinum pulſaretur: vxor clamare cepit. Surge mi do
mine et vade ad matutinas: quia campana te vocat. Statim
ille manum eleuans: videbatur innuere alicui vt gladiũ ex-
traheret: et ecce videntibus cunctis gladius quaſi viliſſi-
mi iactatus; manu pugilis eminus preſiluit: ſtatimq; ille ſa-
natus erexit ſe: et ait. Beatus fran. venit ad me: et ſuis ſtigma
tibus meis vulnerib9 appoſitis/eorum ſuauitate odiniuit: et
ſuo contactu ſolidauit: itaq; quũ vellet diſcedere: ſibi innue
bam vt gladium a gutture extraheret: quia aliter loqui non
poteram: quem ſtatim apprehẽdẽs: valide proiecit: et ſtigma
tibus ſuis guttur vulneratum demulcens perfecte ſanauit.
¶ De beato Antonio de Padua ex ſpeculo Uincentij hiſto
riali et chronicis minorum. Capitulum.iij.

Diui antonij paduani ordinis minorũ hiſtoria

His vero tẽporibus bea
tus Antonius de ordine fratrum minorꝫ floruit
hic in Hiſpania ciuitate Ulixbona oriundus
a pueritia ſanctus: in baptiſmo Ferdinandus
appellatus: primo quidem in ordine ſancti Au-
guſtini canonicorum regularium religionis habitum ſuſce-
pit: deinde audito q; quidam fratrum minorum apud Mar-
rochium a profanis pro chriſto necati eſſent (vir quidam fa-
moſus noĩe Petrus inde detulerat: eorumq; celebrem paſſio
nis ordinem diuulgauerat) ſubito more elephãtis ad preliũ
ex aſpectu ſanguinis animatus / deſiderio martyrij totum
eſtuauit. Itaq; habitum ordinis taliter pro chriſto defuncto
rum aſſumpſit: moxq; cum ipſis fratribus minorib9 receſſit
a monaſterio ſuo prelati ſui licentia etſi difficulter obtenta.
Quidam ex canonicis ſuper hoc grauiꝰ ſe dolere pre ceteris
indicans: abeunti ſic in cordis amaritudine ait. Uade vade:
quia forſitan ſanctus eris. Cui ille humiliter rñdit. Quum
me ſanctum audieris: deum collaudabis. Ueniens ergo cuꝫ
illis fratribus in congregatione eorum morabatur cum eis
in loco qui ſctũs Antonius dicebaẗ: iuxta qđ nomẽ Antoniũ
ſe deinceps appellari rogauit: vt et ſic requirentiũ ipſum ſoli
citudines pia cautela deluderet: eorumq; importunitates ſub

ignoto facili9 noĩe declinaret. Feruens igitur ad martyriũ
quieſcere nõ potuit: tandẽ iuxta permiſſam ſibi licentiaꝫ ad
terram Saracenorũ trãſiuit. In hijs tñ deſiderium ſuum nõ
impleuit: de quo dñs aliud ab humano ſenſu decreuit. Cele
brato adĥ generali capitulo apud Aſſiſium fratribuſq; ad lo
ca ſua circunquaq; diuiſis: ſolus Antonius a nemine pete-
batur/quia ſicut erat ignotus: ita et inutilis videbatur. Nul
la ergo de ſe literature vel cuiuſq; alterius vtilitatis habi-
ta mentione/ad fratrẽ Gratianũ qui tunc Romandiole fra-
tribus preerat: deuotus acceſſit: rogans humiliter vt ipſum
a miniſtro generali petitum colligeret: et diſciplinis regula-
ribus inſtrueret. Quem ille benigne ſuſcepit: et locum ſolitu
dinis requirentem ad eremum montis Pauli trãſmiſit. Ibi
cellam in crypta ſemotam a fratribus reperit: in qua ſolita-
riam quantũ licuit vitã ducens/ſacris meditationibus con
tra tentationes ſpirituum roborans in diuino ſe amore firma
uit: ibiq; nocturnis vigilijs ſolus in orationibus perſtitit et
corpus mira abſtinentia macerauit.

§.I. Poſt hoc fratres ad ordines

miſſi ad ciuitatem Forliuij confluxerunt: inter quos et An
tonius: necnõ quidã fratres de predicatoribus adfuerunt.
Quos quum miniſter loci ſolicitaret vt vnus eorum verbuꝫ
dei proponeret: cunctis ad hoc ſe imparatos eſſe aſſerentib9
miniſter ad Antoniũ de cuius ſcientia nil ei cõſtabat: in hoc
opus compellit: vt ſcꝫ proponat quicq̃d ei ſpũs ſuggeret. Ad
qđ ille humiliter ſe min9 eſſe idoneũ reſpondit: q̃ppe q̃ exer
citatior habebaẗ in abluẽdis coqne vaſis: ſub9 et hmõi officijs
vilitatis: q̃ in exponendis diuinorũ eloquiorum myſterijs:
tñ tandẽ imperanti contrarie nõ valẽs: licet inuitus conſen
ſit. Et primo cũ timore quidem verbũ dñi ſimpliciter cepit
fari. Sed in progreſſu ſermonis tanta deus eũ myſticarum
ſententiarum pfunditate ſuſpẽdit: vt oẽs q̃ aderant mirarẽ
tur: et vix aut nunq̃ audiſſe talia ſe faterenẗ. Ut aũt ad au-
res gñalis miniſtri res geſta peruenit: officiũ ei publice pdi
cationis iniunxit. Itaq; doctrine põdere mirabiliter affluẽs
qui iam antea calicem paſſionis tam auido corde ſitierat:
nullius magnitudini nec etiam metu mortis pro veritate ce
debat. Tãtaq; grandes perſonas ſeueritate corripuit: vt alij
plurimiq; famoſi predicatores hec audientes: et quodam pu
ſillanimitatis rubore pfuſi: confuſas manu vel veſte frõtes
tegebãt: q̃m ab eo profunda de ſacris eloquijs eructare etiã
dñs papa teſtabaẗ ita quo vir ſanctus arca teſtamenti pecu-
liari noĩe vocabaẗ. Non ſolum enim de moribus placido ſer
mone diſſeruit: verumetiam congruentiſſimis rationibus
hereticorum dogma confutauit: quorũ etiã plures ad fidem
reccã: et inter eos etiã quẽdã hereſiarchã ꝯuertit. ¶ Fratri-
bus ad capitulũ in Prouincia cõgregatis: eidẽ ſanctus de ti-
tulo crucis et dulcis Ieſu paſſione predicauit: quum beatus
Franciſcus adhuc corporaliter viuens: ſed in alia regiõe tũc
longe diſtans: ſe filijs in aere preſentauit: et quaſi approban-
do viri dei ſermonem/quid audientibus imitandũ foret oſtẽ
deret: cuiuſdam aſſiſtentium oculis tanq̃ brachijs in pati-
bulo crucis protenſus apparuit. Filijſq; qui aderant bene-
dicens: crucis eos ſignaculo conſignauit.

§.II. Hic glorioſus pater ſctũs

Antonius de Padua dictus: non q; inde oriundus: ſed quia
ibi predicans diu requieuit vnus de electis ſocijs et diſcipu-
li beati Franciſci: quem idem Franciſcus propter vitam et
predicationis famã ſuã epm nuncupauit: quũ Rome de mã-
dato ſummi pontificis/peregrinis plurimis qui venerãt p-
pter indulgentias/predicaret: qui erant diuerſarum natio-
num: vnde et idiomatum: Greci/Latini/Francigene/Teutoni-
ci/Anglici/et alij diuerſarũ linguarũ: ſpũſſanctus linguã eius
ſic mouit: q; oẽs qui audiebant/non ſine omnium admira-
tione ipſum clare intelligerent: et vnuſquiſq; audiebat lin-
guã ſuã in qua natus fuerat/et tunc tã ardua et melliflua eru
crauit eloquia: q; oẽs in ſtuporẽ adduxit. ¶ In partibus To
loſanis quũ aduerſus quendã hereticũ pfidiſſimũ de ſacra-
mento euchariſtie diſputaſſet: et ipſum quaſi conuictum iaꝫ
ad fidẽ inclinaret: dixit hereticus. Dimittamus verba: venia-
mus ad facta. Si tu Antoni miraculum poteris in cõſpe-
ctu omniũ oſtendere q; in hoſtia ſacrata ſit corpus chriſti:
abiurata omni hereſi iugo fidei colla ſubmittã. Quumque
ſanctus hec ſe facturũ cõfidenter offerret: ſubiunxit hereti-
cus. Ecce qđ poſco miraculũ. Ego aĩal brutum mulũ ſcilicet
per triduũ clauſum tenebo famis inedia crucians omni ci-
bo negato: poſt triduũ educã illũ ante conſpectum circun-
ſtãtiũ/et eſcas paratas ibi illi oſtẽdam. Tu vero contra ma-
nebis cum hoſtia ſacra quam chriſti aſſeris corpus. Si aĩal
illud ita fame cruciatum relicto pabulo feſtinauerit ad deũ
illum: quem affirmas in euchariſtia eſſe ab omni creatura

De ſacramento euchariſtie miraculũ.

adorandum: fidei eccleſie quam predicas efficaciter adherebo. Spondet Antonius ſe hoc facturum. Conuentione igitur facta / die tertia: que prefixa fuerat: fit concurſus magnus in lata platea populorum ad intuendum ſpectaculum. Adeſt hereticus cum complicibus ſuis: et adueniẽte Antonio cum decenti fidelium ſocietate: ad cei[?] huius euẽtum ſuſpenſi per manent omnes. Celebrat miſſam Antoni⁹ in quadam capella. Qua celebrata: animalis ab heretico de ſtabulo educitur fabida fame: atq ante eum eſca paratur. Antonius autem cucharistiam afferens / ante mulum aliquantulum diſtans / dixit in conſpectu omnium imperato ſilentio. In virtute et in nomine creatoris tui quem ego manibus licet indignus vere citec teneo: tibi dico animal et precipio vt confeſtim venias humiliter modo tuo: et ei reuerentiam exhibeas: vt ex hoc cognoſcat heretica prauitas / q omnia creatura ſuo ſubijcitur creatori: quem ſacerdotalis dignitas iugiter tractat in altari. Mira res et a deo facta: qui facit mirabilia magna ſolus. His verbis completis (Quis hereticus cibum ante mulum ſumme famelicum oſtenderet) ſubito relicto pabulo acceſſit verſus ſacramentum: et capite vſq ad poplites inclinato: ante ſacramentum viuific[um] genu flexit. Glorificant deum vniuerſi dicẽtes: quia vidimus mirabilia hodie. Et hereticus abiurata perfidia / catholicus verus efficitur. ¶ In partibus Italie cum quibuſdam hereticis diſputando: quia ſepe confutabat eos: inuitatus ab eis ad prandium: veſtigia ſecutus domini ſaluatoris: qui cum publicanis et peccatoribus comedebat vt infirmos mente curaret medicus ſummus: acquieuit. At in prandio ipſo miſerunt venenum in cibum eius. Quod quum beato Antonio fuiſſet diuinitus reuelatum: humanis verbis de malitia ſua redarguit eos. Illi vero vt filij diaboli mendacio ſe excuſantes: dixerunt ſe ideo hoc egiſſe: vt experirentur veritatem illius verbi euangelici. Si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Si igitur comedendo cibum iſtum virulentum tibi appoſitum non tibi affert nocumentum: certe euangelio credemus: quod tu predicas vt veritati innixum. Si autem times ſumere cibũ falſitatem omnino iudicabimus in euangelio contineri. At Antonius intrepidus cibum ſumpſit: et ſuper eum ſigno edito crucis / ait. Hoc faciam non vt tentator dei: ſed vt ſalutis veſtre et noſtre fidei conſtans et indubius emulator. Quod quum feciſſet: nullum ſenſit corporis detrimentum. Et ex hereticis multi ad fidem conuerſi ſunt. ¶ Quum idem beatus Antonius eſſet cuſtos in conuentu ordinis ſui Lemouicenſi: et in hebdomada ſancta in cena domini in eccleſia ſancti Petri Lemouicenſium congregatis populis hora matutinali predicaret: fratres ſui conuentus media nocte matutinalis officij laudes domino decantãtes erant. Erat autem Antonius cuſtos pro vna lectione ad cantandum ordinatus in matutinali officio. Quumque in officio iã proceſſum eſſet vſque ad lectionem quam ſanctus Antonius lecturus erat: ecce ſubito in medio chori apparuit: et lectionem ſolenniter decantauit. Attoniti ſunt nõ immerito fratres: ſciẽtes ipſũ in villa eſſe ad predicandum populo hora illa. Pro eo autem tẽpore quo in eccleſia conuentus ſui lectionem cantauit: ſic exiſtẽs in ambone ad predicandum in alia eccleſia reticuit. ¶ Simile de eo legitur contigiſſe in Montepeſſulano. Et quum homo ſimul in pluribus locis eadem hora eſſe nõ poſſit corporaliter: oportet intelligere illum qui lectionẽ cantauit: fuiſſe non Antonium: ſed angelum.

§. III. Inuidebat nimiũ inimi

cus humani generis predicationibus eius propter fructum earum. Unde quum in Lemouicenſi dioceſi predicaret: et tãtus eſſet hominum concurſus: q eos capere nõ poſſet eccleſia: in platea pulpitum eminens parauerunt: quod eo predicante (diabolico opere) corruit: ſed deo operante neminem leſit: quod et ipſe Antoni⁹ predixerat. ¶ Altera quoq vice ipſo predicante quum turba copioſa verba melliflua ex ore eius attentius audiret: ceperunt diabolo operante / ad impediendam predicationem mugire tonitrua: coruſcationes increſcere: pluuia non parua deſcẽdere. Et quum populus timẽs aquarum inundantiam moueri a locis cepiſſet: exhortatus eſt eos ſanctus dei vt fixi manerent: nec pluuiam timerent: quia non eos lederet. ſicq accidit. Nã qui ligat aquas in nubibus: ipſe ſuper eos pluuiam retinuit: vt ne vna gutta ſup audientes deſcenderet: quãuis in circuitu tota terra regionis compluta eſſet. ¶ Item quum in quadam ſolennitate multo populo in eccleſia predicaret: et ibi adeſſet quedã nobilis mulier ad audiendum cum ceteris: diabolus in ſpecie curſoris ad eam concitus venit: offerens literas cõtinentes filium ſuum ab hoſtibus trucidatum. beatus aũt Antonius predicando licet nil audiſſet de literis illis: cognouit tamen figmentum diaboli. Unde confortauit dominã illã q nõ turbaretur neq diſcederet: quia verũ nõ erat: ſed diaboli opus et ſic repertum eſt. ¶ Dum in quoddam caſtrum beatus Antonius predicationis gratia intraſſet: ad predicationem audiendam quedam mulier inter ceteras aduenit: que filiũ ſuum paruulum in cunabulis reliquerat. Sermone expleto / reuerſa domum inuenit infantulum ſuum mortuum iacere in cunabulis reſupinum. Que de filij ſui morte nimis dolens acceſſit ad ſanctum dei: caſum lugubrem exponẽs: et pro reſuſcitatione eius cũ lachrymis rogitans. Qui valde compaſſus dixit bis et tertio mulieri. Uade in domũ tuam: quia benefaciet tibi dñs. Que credidit verbis ſancti et domũ remeans inuenit filiũ quẽ mortuũ reliquerat / cedituiũ cum lapillis paruulis quos nunq habuerat colludẽtẽ. ¶ In ciuitatem quandã quum eſſet ingreſſus vt euangelizaret: hoſpitatus eſt in domo cuiuſdã ciuis: qui affect⁹ ad eũ aſſignauit ei cameram ſeparatam: vt quietius ſtudio et orationi vacare valeret. Nocte aũt obſeruans eum ciuis ille ex deuotione curioſus per quandam latentẽ feneſtellã intuitus quid dei ſeruus operaretur: vidit in brachijs eius puerulũ pulcherrimũ et iucundũ: quem amplexabatur et oſculabatur indeſinenter Antonius: faciem eius contemplando. Qui ſtupefactus de tanta pueri pulchritudine: cogitabat quis et qualis eſſet ille puer aut vnde veniſſet. Cui ipſe puer dñs Jeſus reuelare dignatus eſt quis eſſet ipſe. Qđ quum nouiſſet vir ſctũs: mãdauit ciui vt eo viuente hoc nulli reuelaret. ¶ Quum quedam domina de Anitio ſeu de Podio ſuum conceptum b. Antonio commendaſſet: ille oratione facta futura deo reuelante predixit: dicens. Gaudeo dñã et fiduciam in deo habeto: q2 naſcetur tibi fili⁹ qui erit frater minor et martyr ipſe ad martyrium plurimos animabit. Quod totum impletum eſt. Nã natus ille et Philippus vocatus ordinẽ minorũ ingreſſus: et indies de virtute in virtutem proficiens: ex deuotione tranſmarinam peregrinationem aſſumpſit. Et quum caſtrũ Saphoti in quo tunc erat proditorie fuiſſet traditum Saracenis: omnes chriſticole ibi manentes a barbaris capti ad mortẽ cõdẽnati ſunt circa mille animas. Inter hos prefatus frater philippus deo diſponẽte ad alios roborandũ in cõſtãtia confeſſionis fidei: vltimus fuit ad ſententiam excipiendam. Interrogati igiť fideles illi an fidẽ ſuam abnegare vellent potius q vltimũ pati ſuppliciũ vnanimiter rñderunt ſe viã tenere et fidẽ quã Philippus predicabat. Hortat⁹ eſt aũt eos frater Philippus dicens. Eſtote chariſſimi fortes in fide: q2 dñs mihi reuelauit q hac nocte p martyrium cum mille animabus regnum celorum introibo. Cõfortati igiť cũ palma martyrij: hi oẽs ad celũ euolarunt. Soldanus vero vltra fratrem philippũ vt cauſam potiſſimã permanẽtie aliorũ in fide crudeliſſime cruciauit. Nã primo iuncturas manuũ fruſtatim excindi mãdauit. Et quũ a cõfeſſione fidei nõ ceſſaret: fecit eum decoriari vſq ad vmbilicũ: ſed p hoc nõ reticẽti fecit ei linguam abſcindi. Nec tñ lingua preciſa a predicatione ceſſauit deo mirabiliter operante demum capite plexus martyrium conſummauit. Horum corpora per aliquot dies inſepulta incorrupta permanſerunt: ſicq antonij prophetia eſt impleta. Quidã abbas Uercelleñ. in theologia doctor egregi⁹ q cõmẽtat⁹ erat libros Dionyſij de eo ſic ait. Frequẽter amor penetrat: vbi cogitatio phyſica foris ſtat. Legim⁹ q̃ſdã ſctõs et hos minus imbutos fuiſſe phyſicis doctrinis: q et myſticã theologiã captu mẽtis haurientes celos penetrabant oẽm phyſicã cognitiõe ſubtiliſſime trãſcendentes vſque ad beatiſſimã trinitatẽ. Qđ ego in ſancto Antonio de ordine minorum peculiari familiaritate expertus ſum. Qui quum eſſet mi⁹ imbutus literis ſecularibus: tñ pietate et mẽtis ardore ſuccẽſus myſticam theologiã captu mẽtis et ſecuẽter deſiderauit: et abũdanter hauſit vt poſſit de eo dici. Ille erat lucerna ardens et lucẽs. Amore enĩ ardebat interius verbo et exemplo lucebat exteri⁹. Et ſub iſto abbate audiuit antoni⁹ aliquo tpe theologiã: quã tñ Antoni⁹ legere non preſumpſit etiã rogatus a fratribus: niſi prius beati Franciſci habita volũtate. Cui tale in ſcriptis fertur dediſſe reſponſum. Chariſſimo meo fratri Antonio Frater Franciſcus ſalutem in chriſto. Placet mihi q ſacram theologiam legas fratribus: dummodo propter huiuſmodi ſtudium ſancte orationis et deuotionis ſpiritum non extinguant: ſicut in regula continetur. Uale.

Beati Philippi martyrium.

§. IIII. Uno aũt anno ante trã

ſitum ſuũ btũs Antoni⁹ ab omni regimine fratrũ abſoluitur: et generalis ei libertas predicãdi quocũq vellet cõceditur. Pergens igitur Paduã pl[?]us etiam ſtudijs animum occupauit totũq quadrageſime ipſis in predicationibus et audiendis cõfeſſionib⁹ expendit. Sed felicibus eius actib⁹ obuiare volẽs diabolus / quadã nocte quũ ſe poſt laborem ſopori dediſſet eius tam valide guttur ſtrinxit vt ipſum niſi diuino auxi

ne nutu ꝓhibitus eſſet ſuffocaſſet:ſicut ipſe cuidam fami liariter retulit:ſtatimq; nomē glīoſe virginis inuocās ocu los ab hoſte liber aperuit:totāq; vbi iacuit cellulā illuſtra tam ſuperno lumine cōſpexit: qḋ vtiq; ferre non valens lu cis inimicus abſceſſit. Tanto autē deſiderio audiendi eum accenſa vt vniuerſitas ppl'i:vt cunctis ad eum cōfluentib⁹ quotidianas ſtationes in eccleſijs oporteret indici. Ibiq; videres ad pacem mortales inimicitias reformari. Ibi lon ga captiuitate detētos libertati donari rapinas et vſuras reſtitui pignora reddi/ ⁊ debitū relaxari. Ibi quiq; cōſiliū ꝓ criminū ſuorū q̄litate requirentes dīo ſe ſtare viri dei arbitrio ꝓmittebāt:⁊ ſe ad hoc ipſius ꝑ viſionē admonitos pleriq; dicebāt. Sic igit̄ lʒ egrotatione cōtinua ⁊ moleſta quadā naturali corpulētia premeretur:tā ꝑdicando tū ⁊ au diēdo cōfeſſiones ⁊ dando cōſilia nullo laboris grauami ne flectebat̄. Inſtante vero meſſis tp̄e vidēs ppl'm in colli gendis frugibus occupatū:⁊ ob hoc a ꝑdicatione ceſſandū, a ciuitatis tumultu ſe trāſtulit ad ſolitariū locuʒ q̄ cāpus ſancti petri dr̄ ꝓ ſp̄ūa recreatiōe diuertit:quē vir nobilis Tiſotenius dn̄o ſuberat locus fratrū deuotiſſime ſuſcepit, ⁊ humane ac gratanter neceſſaria exhibuit cui etiā i ame no loco quē nō lōge a domo fratrū arborib⁹ ꝯſitū habuit: cellā ꝓprijs manibus ſuper nucem ramis a ſtipite decurta tam conſtruxit:quē ſpecialibus ꝯgruā ſtudijs ſuo gratan ter Antonius ſtudio mācipauit. Quadā vero die quū hora

Bti āto nij pa duani exitus.

refectiōis deſcēdiſſet ad fratres vehemēti ſubito īfirmita te torqueri cepit:⁊ ne fratres loci paupes grauaret̄:paduā ſe reduci rogauit. Creſcēte aūt morbo dīno deficere cepit. Facta ꝯfeſſione ⁊ abſolutione accepta hymnū. O glorioſa dn̄a dicere cepit. dei de ſurſuʒ aliq̄ diu in directū ſuſpexit Et quū īterrogaret̄ qḋ cerneret:r̄ndit. Uideo dn̄ʒ meū. Aſſe rētib⁹ aūt ex more fratrib⁹ oleū vnctiōis:dixit eis. Habeo hāc vnctionē itra me. Unctionēʒ igit̄ deuote ſuſcipiēs:pſ. penitētiales cū fratrib⁹ decātauit:⁊ poſt paululum expira uit:feria tertia.xiij.die Iunij:anno dn̄i.M.ccxxxi.

§.V. Nec ſtatim ipſius tranſi-

tū fratres ꝓpalare volebant eo q̄ ppl'i multitudinē ſup ſe ruiturā timebāt:ſed q̄ dīno celādū nō fuit:mirabili cūctis hoc ordine innotuit. Adhuc eīm oēs ꝑter illos qui adfuerāt id qḋ acciderat ignorabat:quum ꝓtinus cateruatim pueri per ciuitatē gradientes clamabāt. Mortuus eſt pater ſan ctus:mortuus eſt ſanctus Antonius. Feſtinato igit̄ greſſu ne quis raperet corp⁹:cum armatoꝝ multitudine de capite pontis accurrunt. Uenientes et fratres ad ſctē Marie ec cleſiā cōmorantes:vbi ſepulturam eius vir ſctūs elegerat: corpus ſibi dari poſcunt. Quib⁹ ꝑfati ciues ex aduerſo ſtā tes fratres ne vel tangant permittunt: ſed armata fortiuʒ manu ſtudioſe cuſtodiūt. Dolū quoq; ſuſpicātes ipſi ciues corpus rapere voluerūt. Et vix tādem ad hoc inducti ſunt vt miniſtri a quo fratrū cauſa pendebat/ꝑſtolarent̄ aduen tum. Media autē nocte clamor impatientis ppl'i fact⁹ eſt magnus modis oībus videre deſiderantis ſcti corpus. Ac cidit autem dictu mirabile:vt impetu facto cellas fratrum ꝑ tres quidē vices ꝯfringerēt: ſed ſtupefacti ac cecitate ꝑ cuſſi/nec ſaltem foribus patefactis ſemel introire valerēt. Pendēte igit̄ ꝓpter abſentiā miniſtri negotio:fratres ob eſtiuū calorē corpus in capſa lignea incluſerūt:⁊ in foueaʒ miſſom humo leuiter obduxerunt. Moxq; rumor ſonat in ppl'm corpus videlʒ eſſe captū ⁊ raptum. Statimq; in cellā furibundi omnes cū gladijs et fuſtibus irruentes:nequa q̄ a cepto furore quieſcūt:donec factum cauſamq; facti cu rioſius perſcrutantes intelligūt. Quibus ita geſtis:tandē ep̄s cum clero/ poteſtas cū magnatibus atq; militibus cū nimia populi multitudine ordinatis ad locū proceſſionali ter pergunt:corpus a fouea ſubuehūt:humeroſq; ad portā dum optimates quiq; ſubijciunt. Sic demum cum hymnis et laudibus ad ſancte dei genitricis eccleſiam veniunt vbi ipſum expletis ab ipſo miſſarum ſolennijs /honorifice ſub die tranſitus ſui quinto ſepeliunt.

§.VI. Tempeſtate autem ſeda-

ta:ipſa die miracula coruſcare ceperunt:ita vt quacūq; in firmitate detēti tumbā eius ꝯtingerent:optatā ꝓtinus ſa nitatē reciperēt. Qui vero accedere vel adduci ꝓ turba nō poterāt ſani corā oīb⁹ etiā pre forib⁹ in platea fiebāt. Cla mat ad hoc cōcorditer vna vox oīm:vt ſcti canoniʒatio vigi lanti ſtudio procuret̄. Lectis in publicū ⁊ approbatis mira culis papa man⁹ in celū ꝓtendit:⁊ ꝯfeſſorem Antoniū ſctō rū catalogo adſcripſit:feſtūq; ei⁹ die obit⁹ ſui.i.ꝑmo Idus

Diu⁹ an toni⁹ pa

Iunij ſolēniter celebrandū inſtituit. Acta vero ſunt hec an no dn̄i.M.ccxxxij.pōtificatus aūt Grego.noni anno ſexto ab obitu ſancti mēſe.xi. Poſtremo miracula ſolēniter ſunt (vt dictū eſt) approbata:in q̄b⁹ vtiq; decē viri ⁊ nouem di uerſimode cōtracti reperiunt̄ erecti. Paralytici q̄nq; ꝯſoli dati:⁊ totidē a gibborum deformitate curati. Ceci ſex illumi nati. Triū ſurdoꝝ aures aperte. Et eiuſdē numeri mutorū lingue ſolute. Duo a morbo caduco:⁊ totidē a febrib⁹ libera ti:ſed ⁊ duo mirifice mortui reſuſcitati. Quedam vero mu lier cadēs in aquā ſctm̄ Antoniū inuocauit:cūctiſq; eā ex trahentib⁹ vndiq; madefactis ipſa ſola prorſus in veſtimē tis ⁊ corpe ſicca remāſit. ¶ Soror quedā ordinis dn̄arum pauperū ignē purgatoriū grauiſſime metuēs:ꝑ btm̄ Anto nium obtinuerat penit⁹ in hac vita purgari:q̄ ⁊ duriſſimis paſſionibus cruciata rurſus ceterarū interuentu ꝑ eundē meruit liberari. ¶ Miles quidā a primeua etate heret ic⁹ ad menſam ſedens de miraculis ſcti viri narrātes audiuit: q̄ ſubſannans ſcyphū vitreū quē manu tenebat/in terram ab alto ꝓiecit:dicens. Si vitrū hoc Antonius ꝯſeruauerit integrū:hinc itaq; credo ſanctū. Quo licet ad petram colli ſo:ſtā mirabiliter cōſeruato mox erroꝝib⁹ abdicatis fide ꝑ fecta credere cepit chriſto. ¶ Cleric⁹ quidā miraculoꝝ in quiſitionē deridēs grauiſſima paſſione ꝑcutit̄. Qui tandeʒ ad beatū Antoniū voto facto ſanatus:ſanctitatis illius ꝓ feſſor ipſa in ſe experientia edoct⁹ efficit̄. ¶ Anno dn̄ice in carnationis.M.cclxiij. quū glīoſus dn̄s liberaſſet ciuitatē Paduanā de manu cuiuſdaʒ ꝑfidi principis Ecelini nole q̄ tyrānice capiēs ⁊ regēs eā depopulauerat:meritis hui⁹ ſancti Antonij in feſto eiuſdē ſancti in octaua Patauini ci ues beneficij nō immemores eccleſiā p̄egrandē ad ei⁹ ho norē cōſtruentes/corpus ſancti trāſferre ſtatuerūt ad locū eminētiorē. Qḋ eis in octaua dn̄ice reſurrectiōis agenti bus:eductoq; tumulo corpe ſacro cū magna reuerētia:in uenta ⁊ lingua eius in ore adeo recēs rubicunda ⁊ pulchra:

Bti an tonij lā diu mor tui lin gua ite gerrī ma.

que tū ꝑ multos annos cū corpore ſub terra iacuerat: ac ſi tūc deceſſiſſet:quā venerabilis vir Bonauētura generalis tūc miniſter ordinis:⁊ poſtea cardinalis effectus:q̄ preſens trāſlationi erat:in manibus tenens irrigatus ꝓfluuio la chrymarū deuotiſſime his verbis affatus eſt. O lingua be nedicta que ſemper deū benedixiſti:⁊ alios benedicere fe ciſti:nunc apparet quanti meriti fuiſti.

¶ De ſancto Ludouico filio regis Sicilie:profeſſore ordi nis minorum:⁊ epiſcopo Toloſano. Capl'm.iiij.

Ioannes ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei.xxij. in cano niʒationis ep̄la ſic ait de ipſo ſctō Ludouico.

S Ol oriēs mundo in altiſ ſimis dei fili⁹ ex paterno vtero ante luciferum genitus deus verbū q̄ facit mirabilia magna ſo lus:dilectū ꝯfeſſorē ſuū eximiū btm̄ ſcʒ Ludo uicū puritate candidū:charitate feruida rubicundū:electū

Diu⁹ lu douic⁹ regis ſi cilie ſi liu⁹.

ex milib⁹ ꝑduxit nouiter:vt exēplar ꝑfulgidū a cūctis fide dbic⁹ libus imitādū:ei⁹ vite ſingulis excellentiā ſign'is ꝓbans:⁊ ꝓdigijs coruſcantib⁹ celebrē manifeſtās. Hic felix ſctūs ex regali proſapia:patre videlʒ clare memorie Carolo.ij.rege Sicilie:mr̄e vero Maria regina Sicilie ac Ungarie:ſuaʒ trahēs originē:altū ſui generis recuſauit:ſapere humilia ſemꝑ diligēs ⁊ amplectēs. In etate tenella exiſtēs ſub ma giſtri religioſi diligētia cū ſuis fratrib⁹ quos plures habe bat tenebat̄:⁊ maturis motibus ſub tenello pectore animū ſenilē oſtēdebat. Duct⁹ aūt in Cathaloniā cū duobus e fra tribus ſuis:datus obſes ꝓ liberatione regis Caroli patris eius illic captiuatī:ita ferventer dedicauit ſe ſtudio:⁊ in tra ſeptenniū quo ibi obſes fuit:ſub inſtructiōe fratrū mi norū quos ſecū habebat in ſocios:in primitiuis ſciētijs ac ſacra pagina ſic ꝓfecit:⁊ vir deſpollēs ingenio de ꝑdictis ſcientijs nō ſolū publice ac ꝑuatim ſubtiliter diſputare va leret:ſed etiā ſolēniter clero ⁊ ppl'o ꝓponere verbū dei de uote ⁊ ſapienter idoneus eſſet. In orōnibus ſedulus ⁊ fer uidus/ad deū eleuatā tenuit mentē. Miſſas frequenter au diebat in magnis ſolēnitatib⁹:⁊ cū multa ꝑparatione dn̄icū corpus aſſumēs. Factus aūt ſacerdos quaſi diebus ſingu lis celebrabat:ſtudio ſacrarū literarū auide intētus. Caſti tatis amor etiā a puero adeo mentē eius affecerat:vt mu lierū conſortia ita vitaret:q; excepta matre ⁊ ſororib⁹ ſol⁹ cū ſola nunq̄ loqueret̄:horrens turpia audire:⁊ huiuſmo di loquentes grauiter increpans. Corpus ſuū cū Ap'lo ſo brietate cibi ⁊ potus caſtigabat aſſidue:ſe frequēter manu ſua q̄nq; aliquius fratris ꝯſocij catenis ferreis diſciplinās ⁊ ꝑ indumēto byſſino tenui rudiq; ſtamine carnē delicatā affligens. Rediens aūt de Cathalonia votū qḋ de intrando ordinē minorū in obſidione.i. tunc quū erat obſes:fecerat: in cōuētu fratrū dicti ordinis adimplere voluit ſed cernēs q̄ timore pr̄is fratres eū recipere nollent:votū ipſū ſolēni

ter iterauit. Quū aūt vacante eccl'ia Toloſana papa Boni facius. viij. ei ſua deferret: vt prouiſioni de ſe facte de dicta ec cleſia aſſenſum preberet: reſpōdit ſe hoc nūq̄ facturū: niſi prius votū de ſuſcipiendo habitu minorū adimpleſſet: qḋ e fecit. Nam habitū ordinis humiliter ſuſcepit: ꝛ pfeſſionē expreſſam tūc in manib⁹ miniſtri gn̄alis fecit. Quo facto ꝓdicte ꝓuiſioni ſuū ꝓbendo aſſenſuꝫ mādatis apl'icis obe diuit: ꝛ iuri primogeniture rōne cui⁹ in regno Sicilie habe bat ſuccedere renūtiauit. Fact⁹ ergo epūs Toloſanus mira cōpaſſione motus ad paupes / publicas ꝛ priuatas eleemo ſynas faciebat. Et inueſtigato de ſuoꝝ quātitate redituū: quantū ſufficiebat ꝑ moderatis expēſis ꝛ rōnabilibus fa ciendis deducto: reſiduū paupib⁹ erogabat. Quū iret per Pariſios: pauperi quē quaſi nudū inuenit: abſcōdite capu cōtul it quā portabat ſibiq̄ ſecrete aliā apportari manda uit. Ipſe vigintiquinq̄ pauperibus quos in domo ſua refi ciebat: quotidie aquam fundabat in manibus: manduca ſua ipſis fercula apponebat. Panes genuflexus eis ſcindebat in hoc ipſo chriſto ſe ſeruire delectatus q̄ plurimū. Hoſpi talia pauperū aliquādo viſitabat. Humili habitu poſt re ligionis ingreſſum ſemꝑ vſus pōtificatus officium exerce bat cū diligētia: miſſas dicendo aſſidue: deuotiſſime ordies celebrando. Clericis de beneficijs ꝓuidebat: examinatis prius de vita ꝛ morib⁹ diligenter. Judeos ꝛ gētiles feruē ti zelo fidei ad baptiſmū inducebat. Demū in infirmitate vltima cōſtitutus: ſuſcepto deuotiſſime ſacratiſſimo domi ni corpore: tandē glorioſam reſolutus in mortē ad celū felici ter euolauit: conſummatuſq̄ in breui expleuit tpa multa. Nunc multis magniſq̄ miraculis ſanctū ſuū dn̄s mirifica uit poſt tranſitū ſuū. Quidā puer ſeptē annoꝝ quū is le cto cū ſuis parentibus repertus fuiſſet mortuus rigidus ꝛ frigidus: ꝛ ſic aliquo tpe permanſiſſet: facto per eos voto ad ſanctū: ipſius meritis fuit diuinit⁹ ſuſcitatus. Quedaꝫ etiā mulier q̄ ex infirmitate vehementi extremuꝫ clauſerat diem: per ſuos voto emiſſo ad ſanctum ꝛ implorato ſuffra gio eſt vite protin⁹ reſtituta. Hec ex ipſa epiſtola.

§. I. Hic ſāctus vir blaſphemiā

diuini noīs ita horrebat audire: vt etiā dū adhuc obſes te neretur in Aragonia ꝓ patre Carolo. ij. nō tantū dicentes grauiter argueret: ſed etiā eos q̄ de ſua familia erant quū primogenitus patris exiſteret: comedere ad terrā panē: et a quā irreuocabili penitentia obligaret. Nec in hoc deſere bat alicui niſi fratrib⁹ ſuis: quos comedere in aliqua men ſa ſine tobalea tū concedebat. Corde aūt ꝛ corpore puriſſi mus de ſua iuſtitia ꝛ cōfidentia nō cōfidebat: ſed caut⁹ ad cuſtodiā caſt tatis ita erat: vt friuola mulierum colloquia etiā de ſua parētela refugeret. Vn̄ refert frater Aluar⁹ ma gnus doctor eiuſdē ordinis is lib. de cōplanctu eccleſie: q̄ quū ipſe ſan. Ludouicus de longinquo Neapolim ve niens: regine matri ſue que ibi morā trahebat: reuerētiā exhiberet: illa viſo eo gaudio magno gauiſa amplexata eſt eū: ꝛ more Gallico ipm̄ voluit oſculari: ſed pudic⁹ iuuenis faciē ſuā ne eum oſcularet auertit. Ad quem mater. Nun quid ego non ſum fili chariſſime mater tua: iḋ te licite poſ ſum oſculari? At ille ergo: Scio ait dn̄a mea regina q̄ ma ter mea eſtis: ꝛ mulier: quā ſeruo dei nō expedit oſculari. Tanta gratia interius replet⁹ erat / ꝛ quaſi exteri⁹ redun dans in corpore / vt aſpiciētes in eū ꝛ fideles ꝛ īfideles qua dam ſecreta virtute corda emolliēdo mutaret. Et qū ꝑmo factus epūs Toloſanus ciuitatē intrauit: occurrentibus ol bus ad recipiendū paſtorē tam nobilē ꝛ perfectū: videntes multi adoleſcentē regio ſemine clarū: ſpū deuotum: vultu angelicū: ſciētia ꝑditū: grā ſpūſſancti plenū eſſe nō dubitā tes quadā vi ſecreta ſpūali alterabant' in melius: ꝛ ad pec catorum penitentiam ꝛ ad dei ſeruitiū attrahebantur.

§. II. De miraculis poſt morteꝫ

eius. Quidam nobilis de ꝓuincia prouincie iuxta Maſ ſiliam quū nō poſſet habere prolē ab vxore / voto facto ad ſctm̄ Ludouicū / inde poſt modicū temp⁹ inuēta eſt mulier in vtero hn̄s ex viro ſuo prolē / q̄ poſt nouē mēſes peperit vnū fruſtū carnis / nullā habēs hoīs ſpeciē vel figuram / ex qua re oēs mulieres ꝑſentes cernētes triſtes fuerūt ꝛ ſtu pefacte. Qḋ quū illi nobili oſtēdiſſent / Inuoluatis (inq̄t) illud in panno pulchro ꝛ ſepeliatis / dicentes vxori mee q̄ pulchrū filiū peperit / ne rē intelligēs ꝑ triſtitia moriatur. Qḋ quū factū fuiſſet: poſt diē naturalem dn̄a illa dīno vo luit videre partū ſuū. Tūc mulieres ad ſatiſfaciēdum ſibi de voluntate viri ſui illud qḋ pepererat exhumantes proti nus oſtenderūt. Ipſa vero illud fruſtū carnis in manibus ſuis tenēs: clamauit voce magna cū lachrymis ꝛ eiulatu / inuocans ſctm̄ Ludouicū epm̄. Et idē vir ei⁹ cū tredecim preſentibus matronis. Eia inquiunt ſancte dei vos nunq̄ feciſtis miracula incōpleta. Quū igitur oēs cū magna con fidentia ſic clamarent: ecce illud carnis fruſtum in manib⁹ dn̄e verſum eſt in puerū pulcherrimū viuum ꝛ animatum. Qui ꝛ vagire cepit: ꝛ portauerunt eū matrone ad ſanctum Ludouicum: narrantibus oībus mirabilia dei in puero fa cta per merita ſancti ſui. ¶ Altera mulier ſe ſancto cōmen dans ꝓ prole habenda: prolem concepit: ꝛ poſt nouē men ſes ea pariente mortuū: mortuus fruſtatiꝫ educitur ex vte ro per manus obſtetricis. Mater vero videns fruſtra illa: ꝛ plurimis adſtantibus cum multis lachrymis beatū Ludo uicum cepit deuotiſſime inuocare. Mira res ꝛ a deo facta ſubito partes ille ſeu fruſta cōiuncta ſunt ꝛ infans forma tus viuus ꝛ aiatus: quē ilico ad ſancti ſepulchrum detule runt: gratias agentes deo ꝛ ſancto ſuo. ¶ Quidam nobilis in Maſſilia ex voto emiſſo in honorē ſancti Ludouici cum vxore obtinuerunt a dn̄o prolem optatā: ꝛ quia quod voue rant nō reddebāt: oſtendit dn̄s q2 diſplicet ei nō ſolū ſtulta ſed etiā infidelis ꝓmiſſio: quū nō ſoluitur qḋ deo ꝓmitti titur. Nam quū eſſet puer iam ſeptennis: cepit grauiſſime infirmari. Tunc parentes pueri clamauerunt precibus ad ſanctū implorantes auxiliū: ſe ingratos ꝛ infideliſſimos ac cuſantes: ꝛ q̄ primū quod ꝓmiſerant dn̄o reddituros itera rum vouentes: ac etiā alia plura ſe facturos in honorē ſan cti ſi vitā filio conſeruaret. Sed btūs Ludouicus voto eo rum contēpſit: ꝛ vt eorū ingratitudinē vtcunq̄ puniret: ꝛ po tentiam ſuā maiori miraculo monſtraret. Quid plura? ſol uit puer debitū vniuerſe carnis: ꝛ parētes eius pre triſtitia quaſi in furiā verſi cū lachrymis ꝛ eiulatu ꝓ reſuſcitatio ne filij inuocare nō ceſſant cōtinue. Et quum iam ad ſepul chrum funus ferre diſponerēt parētes: ipſi nullo modo ac quieſcūt cōfidentes meritis ſancti gratiā obtinere optatā. Sed q2 diu expectantib⁹ ex cōpaſſione parentū non inerat puero vox neq̄ ſenſus aliquis vel motus: tedio victi ad ec cleſiam ſepeliendū fuerūt. Sequunt' eos parētes cū clamo ribus multis ſctm̄ inuocādo. Peracto officio quū iā in ſe pulchrū vellēt inferre: iam⁹ ꝛ incolumis puer ſurrexit: parē tes arguēs de negligētia voti nō impleti. Quo facto puer ad ſepulchrū ſancti deportat' a parētibus in integrū vota ſua ſoluentibus: ꝛ gratias pro tanto munere agentibus. ¶ Quū bellū eſſet inter nobiles et burgenſes in Appulia in diuerſis partibus: ꝛ vna parte cōtra aliā preualēte plures ex aduerſarijs fuere captiuati. Sed inter illos vnus nobi lis qui ꝓpter dāna multa illata ab eo victoribus erat mul tum odioſus: ꝛ vt nō redemptionem illius ſicut ceteroꝝ: ſed mortem decernerent ei inferendā. Intelligens aūt nobilis ille ſe ad ſuſpendiū iudicatū: cū lachrymis ꝛ intenſo cordis affectu ſancto Ludouico ſe cōmendauit: ꝛ votū emittens de quibuſdam implendis ad honorē ſancti / ſi mortem euade ret. Nempe ad ſuſpendiuꝫ ductus quū eleuat' in patibulo: ꝛ fune in collo immiſſo in aere ſuſpendit': frangitur funis ꝛ ille ad terrā cadit illeſus. Additur aliud vinculum fortius quo cōſtrictus ſuffocet: ꝛ illud quoq̄ ſimiliter rūpitur. Ap ponitur ꝛ tertiū: qḋ eodem modo confringit'. Stupētibus cūctis ait nobilis ille ſuſpēdio adiudicatus. In vanum la boratis: q2 ſanctus Ludouicus cui me deuoui / me defen dit. Quod videntes aduerſarij deſtiterūt a pena illi inferen da: ꝛ liberū abire permiſerunt: ꝛ qui impleuit vota ſua ex in tegro viſitans eccleſie illius limina: ꝛ narrās omnibus ca ſum ad gloriam dei ꝛ ſui ſancti.

¶ De ſancto Bernardino / ac eius predicatione. Cap. v.

APparuit gratia dei ſal uatoris nr̄i diebus iſtis nouiſſimis in ſeruo ſuo Bernardino: q̄ cooperante clemētia pri mi ax ꝛ luminū: vt nouuꝫ ſydus opaco ſeculo celeſtiū chariſmatū illuſtratione prefulgens mirabiliter claruit: ꝛ in denſiſſimas humane inſipientie te nebras celebris vite ac doctrine micātes radios ꝓpagauit vt cecutientē ꝑplm̄ q̄ a celeſtis patrie recto tramite decli nabat: huius vite ſcitate in dei timore dirigeret: ꝛ verbo do ceret pariter ꝛ exēplo. Hic q̄ q̄ in ciuitate Maſſe ꝓuincie Tuſcie ortus ſit vrbis tū Senarū ciuis preclarus extitit ꝛ inſignis. Vn̄ ex paterno ſanguine generoſam ꝓcerum ꝓpa ginem duxerat. Qualis porro futurus eſſet is poſterū ab ipſa puerili cepit etate bona virtutū indole in cūctis oſtē dere: ꝛ ad capeſſendā ſcientiam atq̄ doctrinā ſeipſum ſum mo pere coaptare. Huius pr̄ Tuli⁹ dolemī vero Nera vo cata eſt: ambo orthodoxi fideleſq̄ chriſticole ſctō coniugio copulati. Hūc primū heredē filiū genuerūt. Verū nō mul to poſt ambo vitā finiere mortalē. Mater ei⁹ primo ex ve hemēti partus ei⁹ dolore diē clauſit extremū. Pater vero filio Bernardino exiſtēte ſeptēni: viā vniuerſe carnis ꝛ ipſe ingreſſus

Beatus Bernardin⁹ ex dis minorum

ingreſſus eſt. Remanſit itaq; puer vtroq; parente orbatus: ſed vt dicere poſſet cũ pŝ. Quia pater meus ⁊ mr̃ mea dereliquerũt me: dñs aũt ſuſcepit me. Quedam enĩ venerabilis mulier Tobia noīe ſoror mr̃is ei⁹/ precipuã ſedulitatẽq; de eo curam gerẽs/ tenerrimo eũ amore diligebat vt filiũ: ⁊ magis cupiens eũ virtutibus diuitem fieri q̃ mundanis opib⁹ locupletẽ/ magiſtro ſubdidit literis imbuendũ: ac dignis moribus educandum: qui tam ingenij perſpicacitate: q̃ĩ morum ingenua probitate oẽs coeuos ſuos eminentius excedebat. Moxq; in tenera exiſtens etate/ zelator dei ac ſedulus virginis glorioſe deuotus efficitur. Necnon ſupra quã illa capit vel ſolita eſt operari etas/ frequentius eccleſie tereus limina: ſacra pectori condebat mandata. Eaque memorie viuaci commendebat: quum reuertebatur ad ſcolas lingua deſerta/ audacique fronte/ capitis motione/ ceterorumque membrorum cuʒ mira aptitudine ſic ſcholaribus enarrabat: vt quaſi ſuꝑpſitus vates effectus audientibus diceret: Ego nempe excellens ⁊ eximius predicator exiſtã. Pius quoque ⁊ liberalis ad pauperes: vt poterat elemoſynis eorum ſupplebat inopiam: ita vt petẽtibus ante oſtium domus ſine mora ſurgeret: hilariq; vultu elemoſynaʒ erogaret. Jeſu chriſti iſup memorãs paſſionẽ: cũctis in domo quieſcentibus/ aliquando ſurgebat: ⁊ nudus flexis genibus ante imaginem crucifixi ⁊ virginis glorioſe humiliter prouolutus/ ſe deuotius diſciplinabat: carnales cupiẽs compeſcere motus. Uas quoque ſuum nitebatur cum pudicitia ⁊ ſanctificatiõis honore ſolerti cuſtodia poſſidere. Jeiunijs etiam corpus ſuum caſtigans: in ſeruitutam ſpiritus redigebat. Poſt inſontem pueritiam celibem vitam in adoleſcentiam ducens: ita ſedulus ⁊ deuotus extitit virginis glorioſe: vt philocaptam dilectamque ſuam publice faceretur. Unde ⁊ nutrici ſue plerumque dicebat. Ego in hac vrbe quandam iuuenculam predilectam amo ineffabili ſpecioſitate fulgentem: que pre ceteris elegantior: vultu venuſtior corpore precioſior: oĩm virtutum moruq; grauitate ꝓbatiſſima cũctis prepollet: qui niſi eius glorioſum aſpectũ quotidie videam: mihi proculdubio viderer: tanquã eſſem omni ſolamine deſtitutus: dire morti ſuccũbere: triſtemq; aĩam penitus exhalare. mentem ſuã referẽs ad eam: quam totam pulchram canit eccl̃ia. vt ſolẽ electã. Nutrix mulier ſpũalis ſuſpicata ne forte alicuius puelle vulneratus foret amore carnali: increpans eũ inquit. Quid eſt hoc fili mi: q̃ te impudice loquentẽ audio? Ubi eſt tua dilecta tã ſpecioſiſſima? An ignoras q̃ mulier formoſa declinẽ animum facit ad vitia? Eius aſpectus ignis exardeſcens: affectus robur ingenij proſternit: intellectum allidit. Deſere fili hanc vanitatem: ⁊ de corde tuo oẽm cogitatũ ei⁹ ꝓpulſa. Hanc dilectã ſuã ſepius eo cõmemorante: nec illa verbum intelligente quadam die nutrix ipſa auide ſcire cupiens q̃ eſſet tam ſpecioſa eius dilecta: domo egreditur: pergensq; verſ⁹ portam ciuitatis Senenſis: que Camelia dicit: qua florentiam iter aſſumitur intrat quandam eccleſiam que ſancta Maria nouella nuncupatur: vt curioſe aſpiciat quid bernardinus agat: a quo aliquãdo audierat circa illas partes eſſe illam pulcherrimam ab eo adamatam: ⁊ ad illaʒ intuẽdam ſe tunc acceſſurũ. Clam illa conſiderat quo pergat q̃d agat Bernardinus. Et ecce adoleſcens non videns eam ſed viſus ab ea: ad portam illam accedit ſuper quam picta eſt pulcherrima imago virginis glorioſe: qui nudato capite flexis genibus nudis dilectã ſuaʒ deuotiſſime ⁊ humillime ſalutabat. Tunc intellexit mulier parabolam eius: ⁊ ingenti gaudio repleta/ cũ admiratione ait. Nempe adoleſcentulus iſte magnus ⁊ valde deo acceptus erit dei famul⁹: q̃ in tam tenella etate virgini ſe dedicauit. ¶ Uir iſte adhuc in ſeculo conſtitutus tanta erat tam mentis quã corporis venuſtate morum decoratus ⁊ pudicitia: vt non ſolum impudicos actus ⁊ inhoneſtos penitus abhorreret: ſed etiam loqui de eis aut audire vereretur. Necnon ⁊ loquentes talia quum cõtigiſſet audire: vehemẽter increpabat: aut ab eis eminus diſcedebat. Quadam autẽ die quum in vrbe Senarum celebraretur feſtum in die ſancti Honifrij in eccleſia ei⁹ nomine dedicata: vbi extat hoſpitale cõſtructũ peregrinorum ⁊ pauperum infirmorum: ꝑplo multo ante fores eccleſie congregato: Bernardinus adoleſcens ſpiritu feruoris ebrius a diuina edoctus ſapĩa que infantiũ linguas facit diſertas: in quoddam pulpitũ ibi paratuʒ aſcẽdit: omniq; timore ⁊ rubore ſublato: ſigno crucis premunitus cuʒ ingenti audacia cepit verbum dei proponere: ita eleganter ⁊ lepide: vt omnes audientes docti pariter ⁊ indocti in admirationem verterentur ⁊ deuotionem: ⁊ aliquibus moleſtus fuit odor mortis in mortẽ inſanũ eũ arbitrantib⁹. Uidetur illud fuiſſe ꝑſagiũ futurum eũ ꝑconẽ magnificũ chriſti: quod rei poſtea ꝓbauit euentus.

§. I. In anno autẽ dominice incarnationis. M.cccc. quum peſtis lõge lateq; per Italiam graſſaretur: Senas etiã morbus ipſe inuaſit: ⁊ inter cetera loca/ hoſpitale ſacratiſſimum ⁊ nobile ſancte Marie ſcala rum: ita vt multi peregrini euntes vel redeuntes a iubileo infirmati ibi ſpiritũ reddiderint: ſed ⁊ ex famulis cõmiſſis ⁊ alijs ſeruitoribus infirmorũ plurimi morerenẽ ⁊ difficulter inueniebatur qui illud incendiũ infectionis locũ occupãtis vellet intrare. At Bernardinus charitate feruẽs animam ſuam ſponte poſuit non ſolũ ꝓ amicis ſuis cõciuib⁹ ſed pro alienigenis peregrinis: ad idq; hortatus eſt quoſdam ſodales ſuos deuotos. Qd̃ proculdubio intenſe ⁊ perfecte dilectionis ſignũ videtur: exponere ſe mortis periculo veriſimili: ⁊ quotidie contingenti morbo infectis vltro ſe ingerere ad obſequendũ: qui ab hoc vinculo aĩarum cure non extat obnoxius: in adminiſtratione ſaltem ſacramentorũ vt curatus. Hic aũt vir dei Bernardinus etſi ſacramenta infirmis non miniſtrabat: quia nõdum clericus erat: tamen ſolicitus erat ad exhortandũ infectos vt medicos aĩarum vocarent: pro quibus ⁊ ipſe mittebat vel ibat: ⁊ medicos corporũ adducebat: eis ſeruiebat: infirmos conſolabatur ad patientiam ⁊ penitentiã ſuadendo. Ipſe curuatis genibus pedes aduentantiũ abluebat: cibos miniſtrabat: ſanguinem putreſcentem ex vlceribus educebat: ſaniẽ abſtergebat: cuncta faſtidia ⁊ labores in huiuſmodi equanimiter tolerabat: defunctis de ſepultura ꝓuidebat. Cuius autem iam quatuor menſibus cõtinuis in tam ſancto opere deſudaſſet: tandem peſte ceſſante domum reuerſum/ ad cumulum meritorum ſuorũ eum dominus viſitauit acutiſſimis febribus: in quibus per menſes. iiij. in lecto recubuit nullo laceſſitus dolore vel tedio ex diuturnitate lãguoris: ſed in omnibus gratias agens dñõ Jeſu chriſto: animaduertens quia virtus in infirmitate perficitur. quare etiaʒ cõmendaẽ illa liberalitas ac pietas: qua proximos ſeminis ſui quis nõ deſpicit: ſi illos egere cognoſcit. Ut ipſa etiam pietas ei nõ deeſſet: ſororẽ genitricis eius Bartholemeam nũcupatam iã decrepitã videẽs: ⁊ quaſi cecã ⁊ ſurdam membrorũ vigore ita deſtitutã: vt de grabato ſurgere nõ valeret deficiẽte illi alio obſequio viri vel mulieris: iuuenis ſctũs nobilis ⁊ delicatus ei ꝑſonaliter ſeruire nõ abhorruit. Sʒ ⁊ matri ſue deſeruiẽs obſequioſiſſime cũ omni charitate ⁊ hilaritate/ manibus ſuis neceſſaria miniſtrabat ꝑ annũ integrum: quouſq; illa nature debitũ ſoluit. ¶ Solutus iaʒ ab illis neceſſitate ⁊ liber/ cõſiderans vir dei nõ fore tutum cũ ſcorpionibus habitando tranſire illeſum: ⁊ inter mundi illuſiuas blãditias perfectũ nõ poſſe chriſto preſtare obſequium: cogitare iam cepit ad portũ alicuius religionis ⁊ quietem tranſire. Et quãuis quedã conſanguinea ſua mulier valde timorata ⁊ ſpũalis eũ alliceret ad ordinis eremitarum ingreſſum: cuius illa habitũ ſuſceperat tertiũ: ipſe tñ ad minorũ religionẽ ſpiritu inſtigãte inclinabatur. Uoluit nihilominus ⁊ decreuit experiri prius in ſeculo auſteritates religionis ſi ſufferre valeret. Statuit itaq; ſol⁹ habitare: vt ſtatim poſſet cũcta facilius experiri. Ibiq; in domo orationib⁹/ ieiunijs/ vigilijs/ diſciplinis/ cilicijs/ ⁊ alijs deuotionibus inſiſtebat: herbis aliqũ cõtentus ⁊ aqua. Et licet in ſeculo in grãmaticalib⁹ ⁊ rhetoricis ⁊ iure per annos aliquot ſtudioſe vacaſſet: lectiones aliorũ librorũ fere oẽs faſtidiẽs: ſacris literis ⁊ doctrinis eccleſiaſticis tot⁹ inherebat: illis delectabaẽ: illas toto corde amplexabaẽ. Demũ poſt frequentes orationes/ vt dñs illiã viam ⁊ ſtatuʒ menti eius dignareẽ oſtẽdere: qua ſibi melius õſeruire valeret: in ſeipſo nõ fidens acceſſit ad quẽdã venerabilem virum religioſiſſimũ ordinis minoꝝ Joannẽ riſtori Senenſem: ꝓbatum ſenẽ: fama celebrẽ: longa auſteritate maceratum: ⁊ experiẽtia circũſpectũ: qui. xxx. annis in Boſſina cõtra hereticos pugnando multos ad fidem attraxerat: ⁊ tãdẽ ſenio grauatus terra ſancta peragrata Senas redierat. Ad hunc ꝑfectus cogitationes ſuas aperuit: totũſe ponẽs in manibus ꝯſilij. Quẽ inſtigatũ intelligẽs/ ad nudã crucem nudũ ſequendũ in ordine minoꝝ ipſm in ſctõ ꝓpoſito cõfirmauit. In quo fixus/ ſine mora ipſm executioni cupiẽs demandare: poſſeſſiones ſuas ⁊ alia bona tẽporalia vendẽs ⁊ alienans oẽm ſubſtantiã ſuã in elemoſynas pauperibus erogauit: nil ſui reſeruãs ſibi. Et in die natiuitatis ṽginis glorioſe Senis in eccl̃ia ordinis minorũ apud altare mai⁹ per man⁹ prefati pr̃is fratris Joãnis riſtori magno cũ iubilo ⁊ deuotione habitum minorũ ſuſcepit: anno dñi. M. cccc ij. etatem habens viginti duorum annorum.

Bernardin⁹ minorũ religioni ſe deuouet.

§. II. Suſcepto vero habitu quũ omni virtutũ ingenuitate moruq; inclyta ꝓbitate ſe inde

parabiliter gereret:a cũctis fratrib⁹ nimiũ diligebat. Jpſe
vero proſpiciens crebreſcẽte ſecularĩũ aduentu/aliaq; ra
tionabili cauſa nõ poſſe quietẽ animi ſui ſm regule obſer
uantiã penitus adipiſci:ſui ſuperioris licentia poſtulata/
ad quoddã eremitoriũ qđ Colũbariũ nũcupat: vt quieti⁹
deo ſeruire poſſet:ſine mora receſſit:⁊ cũ quibuſdã fratri-
bus ſibi adherẽtib⁹ ſm regularẽ formam deo ſeruire ſum
mopere nitebat. Jn ieiunijs frequens:in cibis parcus:in
vigilijs ſedulus:in diſciplina auſterus:in temtationib⁹ vi
riliter pugnans:in orationibus acerrimus:celibem vitam
cũ om̃ morũ venuſtate ducere ſatagebat. ℭ Quadã autem
die quũ ſuã nutricẽ viſitaſſet adhuc in religiõe neophit⁹:⁊
adfuit ⁊ qđã cõſanguineus eius q aſſumptũ ab eo habitũ
moleſte ferens/nimis cõtumelioſis verbis eũ obiurgauit
dicẽs. Putabam⁹ te in ſclo honorabilr victurũ:vxorẽ du
cturũ:vt domus tua ſobole ꝓpagata opib⁹ tolli/ genuſq;
tuũ famoſius potuiſſet augeri:⁊ tu factus es incapitiatus
frater. Et quid eſt frater niſi porcus q̃dã:q iugiter ocioſus
et cũ inertia viuens aliorũ labores edit? Cui vir dei omnia
verba opprobrioſa equanimiter tolerãs/rñdit humiliter.
Ego fallibilẽ mundi gloriã ⁊ põpas deſerui:domũq; meam
ad ſydera tollã. Et quũ altero die cũ ſocio p Senas incede
ret:quidã fatui ⁊ laſciui iuuenes eũ ſubſannãtes: poſt ter
gũ ad nudos calcaneos lapillos ignominioſe iactabãt:ſed
ibat ille gaudẽs nec retro aſpiciẽs:ſed gratias agens: qđ
dignus habitus eſt pro noĩe Jeſu contumelias pati. Soc
cius eius id moleſte ferens. Nonne vides inqt q̃d iſti ſtul
ti agũt? Qui rñdit. Sine eos. ſi eñ nobis ſuffragantur ad
Bernar gloriã nãciſcẽdã p meritũ patientie. ℭ Facta ſolẽni ꝓfeſ-
din⁹ cõ ſiõe tpe ſuo:⁊ eo gradatim ad ſacerdotiũ promoto:iniunctũ
ciõator fuit ei a ſuperioribus ſuis officiũ ꝓdicationis:cui exerci-
egregi⁹ tio ſe totũ dedicãs ob zelum ſalutis animarũ:in breui tpe
egregius ꝓdicator effulſit:vt p totã Jtaliã fama ſermonũ
eius diuulgaretur. Circuibat per ciuitates ⁊ caſtella euan
gelizans regnum dei:vitiorũ rigidus obiurgator:bonorũ
deuotiſſimus exhortator. Vox eius quaſi tuba ſatis a re-
motis intelligebat. De caſtris ⁊ villis per multa miliaria
diſtãtib⁹ a ciuitatib⁹ vbi predicabat/cõfluebãt populi aui
de cupiẽtes audire vbũ ex ore eius. Et ſermo ei⁹ nõ in do-
ctis hũane ſapiẽtie vbis:ſed ſacre ſcripture diuinis oracu
lis. Raro vel nunq̃ ex ore ei⁹ verbũ Ciceronis/Ariſtotelis
Platonis vel alicui⁹ poete audiebat. Quãuis eñ ſi quid
rectũ ⁊ diuinũ in doctrinis ſuis habuerunt gẽtiles:nõ im-
probauerunt ſancti dei:deteſtãtes tñ eoꝝ ſupbiã ⁊ ſupſti-
tiones:vt veri Jſraelite Egyptios auro ſapiẽtie ⁊ argẽto
eloquẽtie ſpoliauerũt ad cõſtructionẽ tabernaculi ecclie.
Forte conſiderauit vir dei qđ ait diuus Augu.q: tm̃ diſtat
inter ꝓdicationẽ angeloꝝ de aduẽtu Chriſti ⁊ de cõfeſſiõe
demonũ dicẽtiũ:q: tu es filius dei:quãtũ differt inter au-
thoritatem prophetarũ et curioſitatem ſacrilegorũ ſcz gẽ-
tilium. Et magis valent illa ad paganorũ vanitatẽ cõuin-
cendã:q̃ ad iſtorum authoritatẽ cõplectẽdã:vt ipſe ait. diſ.
xxxvij. ſi quid:quũ tamẽ chriſticolis nõ gentibus predice-
tur. Nec ſolũ clare ⁊ aperte loquebatur vt oẽs intelligerẽt
⁊ ordinate ⁊ ſuauiter reportarent:ſed ⁊ flectebat ad operã
dũ que populis predicabat. Nam vbiq; multi ⁊ ſceleſti pec-
catores ad doctrinam eius cõuerſi ſunt ad penitẽtiã:plu-
rimi ſeculũ deſerentes varias religiones obſeruãtiales in
greſſi ſunt:precipue ordinis minorum. Fundata per ipſuz
multa loca ſeu conuentus ordinis ſui:maxime in Longo-
bardia vbi ⁊ ſeuitias ⁊ fatuitates partialitatũ ſatis extin-
xit vel diremit:diutinas vel mortiferas inimicitias abſtu-
lit:componendo inter partes federa pacis vanitates mu-
lierũ in capillis ⁊ alijs ſuperfluis ornatibus ⁊ laſciuijs re-
preſſit cũ ludis taxillorũ. Unde ⁊ florentie vbi pluries qua
dragesimis predicauit in eccleſia ſctẽ crucis:⁊ in vna qua-
dragesima in eccleſia cathedrali:ſemper cũ maximo popu-
lorum concurſu gratia ⁊ fructu/cõgregari fecit ſibi ſponte
oblatos capillos mulierũ:⁊ chartas ad ludũ factas ⁊ alia va-
na in medio platee ſctẽ crucis fecit cremari. Ex ciuitate q̃
Peruſij vbi annuatim fiebat quaſi per ludũ certamẽ mor-
tiferũ inter partes cũ iactu lapidũ:nõ ſine morte ⁊ vulneri
bus aliquorum ab antiquiſſimis tẽporibus abuſiue ſerua-
tum:ſanctus dei ꝓdicãdo publice ⁊ priuatim admonendo
⁊ ordinando tam pernicioſam corruptelã amouit. Nõ ſoluz
autem in quadrageſima ⁊ diebus feſtis more aliorũ predi
catorum verbum dei populis nunciabat:ſed multis annis
continuauit quaſi quotidie infra annum predicare:miſſaz
prius publice celebrando. Quum autem ex pia deuotione
quandam tabulã paruulam in qua ſcriptum erat nomen
Jeſu literis aureis/circundatum quaſi radijs ſolaribus:ſz
auro depictis:populo in ꝓdicatione oſtẽderet ⁊ vt venera-
retur illud ad imprimendum nomen illud melliſluũ ⁊ non
minus ſignificatũ:ſ::eius in cordibus audientiũ: Martinus
pontifex veritus ne ex ea nouitate aliquid ſuperſtitioſum
vel ſcandaloſum in eccleſia ſuſcitaretur:de maturo cõſilio
ſapientum viro dei ad ſe vocato mãdauit talẽ tabulam de-
inceps non oſtendere populo:⁊ ritum illum dimitteret:qđ
vt filius obedientie humiliter adimpleuit. ℭ Dignitatem
vero pontificalem ſibi oblatã pluries precipue a Senenſi-
bus recuſauit:eligens potius abiectus eſſe in domo dei.
Jlluſtriſſimus quoq; dux Mediolaneñ. quum ipſum predi
cantem mundi contemptum:vtpote oẽm vanitatẽ haben-
tia:decreuit tentare eum an forte vt alijs ſuadebat ipſe que
in mundo ſunt penitus abdicaſſet. Unde per quẽdã fami-
liarẽ ſuũ ex parte ſua viſitãtẽ ⁊ cõmendantẽ nõ paruã pe-
cunie quãtitatẽ ei cõtulit:qui hilari vultu illã acceptãs et
gratias agens per amicũ ſuũ mandauit recipiendã:⁊ inde
captiuos ea redimẽdos:⁊ gentibus alijs diſpenſandã:nil
ſibi reſeruans. Quamobrem dux ille bene edificatus col-
laudauit prudentiã et paupertatẽ eius. Sermones autem
cõplures predicabiles compoſuit de vitijs ⁊ virtutibus:et
quadrageſimale notabile de hijs q congruunt chriſtiane re
ligioni:vbi de cõtractibus modernis multa inſerit nõ me
diocris doctrine cum authoritatibus ſcripture ⁊ ſacrorum
canonum ⁊ rationibus vrgentibus.

§. III. Nec miracula defuerunt

ad inſinuandam eius ſanctimoniam vite ⁊ maxime poſt
mortem:ſed ⁊ eo adhuc in humanis agente. Quum eñ Se
nis ꝓdicãdi p ciuitatẽ cauſa ſe offerẽte iter pageret:mulier
quedã incurabilẽ patiens infirmitatẽ ad eum magna fidei
deuotiõe affecta cogitabat quomodo vel fimbriã veſtimen
ti eius contingere poſſet:fiduciã habẽs inde ſanitatẽ ſe cõ
ſecuturã. Appropinquãs igitur ad ipm in via cõcita proſi-
liuit:⁊ extrema veſtimẽti eius pedibus ſuis ꝓuoluta contin
gẽs. Qđ cernẽs vir dei primo et horruit de illius inopina-
to cõtactu turbatus. Nunq̃ eñ ſinebat ſe a mulieribus cõ
tingi quãtecuq; deuotionis cauſa:immo nec loqui cum eis
ſolus ſeu ullo tẽpore permittebat:vt puritati ſue diligẽti⁹
prouideret ⁊ pulchra caſtitas eius cum claritate exiſteret.
Jntuens aũt fidem mulieris equanimiter pertulit:que ſta
tim adepta eſt integre ſanitatem:tacĩ nũq̃ egritudinẽ illã
pertuliſſet. Jn eadẽ vrbe plurib⁹ diebus eo cõtinuante pre
dicationes:⁊ vir quidã erat paralyticus mẽbrorum om̃ of-
ficio quaſi deſtitutus:quẽ iugiter in lecto decũbentẽ parẽ
tes maximã in virum dei fidẽ habentes:ponebant quoti-
die ante eũ miſſam poſtulãtes. At vna dierũ cõpleta vir dei
attẽdẽs ad fidẽ illoꝝ:cõpaſſus infirmo benedictionẽ ſup
eũ effudit. Qui mox benedictione percepta meritis ſancti prophe
incolumis effectus eſt/reſtitutus membrorũ integre ſani- tia cla-
tati. ℭ Spiritu quoq; prophetico effulſiſſe videtur. Nam ruit ber
quum Mediolani predicaret per quadrageſimã totam:⁊ in nardin⁹
ipſo die cinerũ congregato populo copioſo:quũ verbũ dei
proponeret vir dei:in extaſi raptus irreuerberatus fixiſq;
oculis iunctis manibus in celum aſpiciens :per aliquod
ſpatium firmus ⁊ quaſi immobilis ꝑmanebat. Populi au
tem adſtantes attoniti vehementius admirantes:⁊ rei exitũ
taciti expectabant. Poſt aliquãdiu ad ſeipſum rediens q
ſupra ſe fuerat:ab imo pectoris alta ſuſpiria trahens:⁊ cun-
ctũ populũ ex teneritudine pariter ⁊ gaudio ingemiſcens
his verbis affatur. Scio preſtantiſſimi ciues ⁊ qui adſtã-
tis fideles:q: ſtupentes plurimũ facti eſtis ex geſtis meis
⁊ taciturnitate:ſed pandã vobis quid deo reuelante aſpe-
xitis ſilẽtio iſto. Hodie dilectiſſima nutrix mea migrauit a
corpore:cuius animã vidi ab angelis aſſumptaz ad celi fa-
ſtigium celeriter aſcendẽtem:vtpote que bonis operib⁹ iu
giter vacãs deternis vite gloriam eſt adepta. Ex cuius ver-
bis dulcis affatus populus conſolatus eſt plurimum:et in
de deuotio aucta eſt audientium. Jlluſtris aũt dux cũ ce-
tu nobiliũ ad huius rei veritatem indagandum ad vrbem
Senarum in qua ille moram trahebat:fidũ celeremq; nũ
tium deſtinauerunt:diem ⁊ horam diligẽtius adnotantes.
Qui eo ꝓfectus ad plenũ reperit prout vir dei populo pre
nũciauerat:illa. ſ. ⁊ hora nutricem ſuam ex hoc ſeculo emi-
graſſe. Sicut autem vir dei erat in ſe in vtroq; hõie caſtita
tis zelator ⁊ honeſtatis:ita eam ſeruari a populis quibus
euangelizabat/ſummopere et ſtudioſa diligentia labora-
bat. Ob quam cauſam quum predicabat in aliqua ciuitate
nunq̃ patiebatur tumulatim viros cum mulieribus com-
miſceri:propter lenocinij turpitudinẽ abolendã. ad claudẽ
dum quoq; vagos ⁊ impudicos tam virorum q̃ mulierum
cõtuitus:ſequeſtratim oẽs illos collocari ⁊ cooptari mãda
bat:longiſſimũ pãnũ vel lignoꝝ clauſurã p mediũ vtriuſq;
cohortis interponi faciens. ℭ Quũ autẽ Senis ꝓdicaret
honeſtate procurata iuuenis quidã impudicus omniq; la-
ſciuie

ſeluie deditus. vt iuuenculas valeret aſpicere: verſus parte mulierū manere impudenter audebat erectus: qui a viro dei pluries admonitus vt inde abſcederet et cum maribus concederet / nequaꝗ̄ viro dei paruit / ſed ad deterius ſe habebat. Quodam mane intuens vir dei iuuenem illuꝫ pia ſpernentem monita ad ſolitumq; locum ſic effrontem accedere: et abſq; aliquo rubore perſiſtere: quaſi prophetico ſpiritu eius crudelem vaticinans mortem diuina vltione permiſſam: ei clara voce ſic ait. Tibi qui ibi contra meum velle ſtare impudenter audes: tibi loquor qui deaurata veſte ornaris: Et nempe non dubito ꝙ tu malo dira q; morte peribis. Qui iuxta verbum viri dei eodem anno in Anconitana vrbe propter nefanda opera ſua reatumq; ſuorū ſuffragantibus demeritis ſeue mortis interitu capitis obtruncatione vitam finiuit.

§. IIII Demum bonorū operuꝫ

remunerator glorioſus deus quum dilectum ſeruum ſuuꝫ hora prima conductum ad colēdam vineam ſuam vſq; poſt ad. xij. horam reperiſſet fideliſſime deſudantē: denario diurno beatiſſime viſionis voluit premiari: et labores multiplices ſuos in perpetuum gaudium et quietem cōuertere. Recedens igitur de ciuitate Senarum proficiſcebatur ad regnum Appulie vt et ibi aliquem fructum haberet in illis: nā Liguriam / Emiliā / Venetias totamq; Longobardiam ſuperiorem et inferiorem / Romandiolam / Tuſciam / Marchiam / ducatum Spoletanum vſq; Romam repleuerat ſemine verbi dei. Ex tota Italia ſolum regnum Sicilie complectens: partes Appulie expertes erant doctrine eius: ſed fama vbiq; diſperſa et per diſcipulos eius quos plures habuit in Appulia et Sicilia predicatum eſt. Profectus igitur ad ciuitatem notabilem Aquile prouincie Abrutij / applicuit predicando: ibiq; infirmatus eſt. Inualeſcente morbo ſumptis deuote eccleſiaſticis ſacramentis: ad extrema deueniens imitatus patrem ſanctiſſimum Franciſcū in terra poni ſe fecit: et quaſi ridens vt exiſtimari poteſt ex parato ſibi premio: oculos in celum eleuans ſpiritum ſuum reddidit creatori in vigilia aſcēſionis dominice. xxij. hora: q̄ dies fuit. xx. Maij. anno domini. M. cccc. xlj. etatis vero ſue anno. lxiij. Poſt cuius tranſitum et honorificā ſepulturā multa miracula meritis eius referuntur patrata. Fuit autem cathalogo ſanctorum adſcriptus per Nicolaum quintum papam / anno domini. M. cccc. l.

¶ De ſctā Clara et vita eiꝰ ſolenni ac miraculis. Cap. vj.

Admirabilis femina Clara vocabulo et virtute: de ciuitate Aſſiſij claro ſatis genere traxit originē: beato Franciſco primo concliuis in terris conregnans poſtmodum in excelſis. Pater eius miles: et tota vtroq; parente progenie militari domus abundans et copioſe iuxta morem patrie facultatis. Mater eius Ortulana dicta eſt fructiferaꝫ in orto eccleſie plantulam paritura. Fructibus bonis et ipſa non mediocriter abundauit. Nam ꝗuis maritali foret ſubiecta iugo: tamen diuinis obſequijs inſiſtebat et pietatis operibus. Unde ex deuotione ſepulchꝛuꝫ domini in terra ſancta viſitauit: Apoſtolorum limina Petri et Pauli: et ſ. Michaelis archangeli. Quum autem pregnans eſſet ipſiꝰ ſancte future: et ante crucifixi imaginem in eccleſia pro ſalubri partus expeditione deuotius oraret: audiuit vocē dicentē ſibi. Ne paueas mulier. qꝛ quoddā lumē ſalua parturies: qd ipſum mundū clarius illuſtrabit. Quo edocta oraculo / natā in baptiſmo Claraꝫ nominari voluit. Adhuc infantula libenter extendebat manus ad pauperes: et de abūdantia domus ſue ſupplebat inopias plurimorum. Proprio corpuſculo delicata ſubtrahebat cibaria: clamq; per internuntios mittēs reficiebat viſcera pupillorū. Sic infantia ſecum miſeratione creſcente / mentem compaſſiuā gerebat: miſerorum miſerijs condolentem. Sancte orationis ſtudiū habebat amicum. Et quū ſignacula non habebat: quorum euolutione diceret / Pater noſter cōgerie lapillorum ſuas oratiunculas dn̄o numerabat. Sub veſtibus aūt precioſis et mollibus ciliciolum gerebat abſconditum: et mundo exterius florens / chꝛiſtum interius induebat. Deniq; ſuis eā nuptui tradere volētibus nunꝗ̄ acquieuit: ſed virginitatē ſuam dn̄o cōmittebat: et hinc rumor bonitatis eius cepit in populo diuulgari. ¶ Audiens autem ſancta puella tunc celebre nomen Franciſci: qui velut nouus homo obliteratam perfectionis viam in mūdo nouis virtutibus renouabat: auiditate nimia cupiebat illum videre: et eius documentis erudiri et econuerſo ipſe Franciſcus intellecta ſanctimonia adoleſcentule: vt nobilem predā poſſet a ſeculo nequā eripere ſuoque domino dedicare: eam alloqui peroptabat. Porro

deo operāte viſitat illa iſtum: et iſte illā: moderātes viſitationum ſuarū tēpora: quibus diuinū illud ſtudiū nec percipi poſſet: nec publico rumore detractari. Hortatur Franciſcus puellam ad mundi cōtēptū: ſuadet virginalis pudicitie margaritam beato illi ſponſo quem amor humanauit / eſſe ſeruandam. Cuius verba melliflua aure non ſurda percipiens / Franciſco ſe totam committit: ipſum poſt deum ſue directionis ſtatuens aurigam. Iubet pater Frāciſcus vt in die feſto. ſ. in ramiſpalmarū cōpta et ornata procedat ad palmam cum frequentia populorum: ac nocte ſequenti exiens extra ciuitatē ſplendore feſtiuo puella cuꝫ reliquis intrat eccleſiā: et ceteris ad ramos currentibus: dum Clara palmā in manibus ſuis ponit: quaſi quodā preſagio future victorie contra mundū roborata extitit. Nocte vero ſequēti ad ſancti mandatū optatam fugā cum honeſta ſocietate aggreditur: et domo / ciuitate / et conſanguineis derelictis: ad ſanctam Mariam de portiūcula feſtinauit: vbi fratres qui ſacras excubias in aula dei obſeruabāt: Claram virginem cum luminibus ſuſceperunt. Ibi manu fratrū crines deponēs / ornatus varios dereliquit: ſtatimq; eā ad eccleſiā ſancti Pauli ſanctus Franciſcus deduxit. At cōſanguinei rumore volante currunt ad locum violentie impetū / venena cōſiliorū / blāditias adhibēt promiſſionū: ſuadentes ab hmōi vilitate diſcedere: que nec generi cōgruat: nec exemplū habeat in patria illa. At illa pānos apprehendens altaris caput denudat attonſum: firmās ſe a chꝛiſti ſeruitio nullatenus auellēdam. Et poſt pugnas verborū: videntes conſtantiā eius votis acquieſcūt. tādem ad eccleſiaꝫ ſancti Damiani beati Frāciſci cōſilio cōmigrauit. Ibi mentis anchorā quaſi in certo figēs / nō pro arctitudine fluctuat: nec pro ſolitudine reformidat. Hec eſt illa eccleſia in qua btūs Frāciſcus in principio ſue cōuerſiōis orās audiuit ab imagine crucifixi. Frāciſce vade et repara domum meā. Ibi collegium virginū Clara virgo genuit: monaſterium ſanctum inſtituit: pauperū dominarū ordinē inchoauit. In hoc arcto reclusorio p. xlij. annos frangit ſui corporis alabaſtrū: vt domus eccleſie repleatur fragrātia vnguentorū. Spargit paulo poſt opinio ſanctitatis virginis Clare: feſtinant virgines eius exemplo ſeruare chꝛiſto quod ſunt. maritate caſtius agere ſatagunt. nobiles et illuſtres amplius contemptis palatijs arcta ſibi monaſteria conſtruūt: atq; pro chꝛiſto in cilicio et cinere viuere magnam gloriam ducunt. Plures deniq; matrimonio iuncti mutuo conſenſu ſe continentium lege vincientes: viri ad ordines: vxores ad monaſteria tranſeunt mulierum. Mater filiam: filia matrem inuitat ad chꝛiſtum: ſoror ſorores allicit / et amita neptem. tantarumq; nouitas rerum lōge lateq; tranſiuit in orbem,

Clauſa manens Clara / toto clareſcere mundo
Incipit: et laudum titulis preclara refulget.

Replet fama virtutum eius cameras dominarū illuſtriū: attingit duciſſarum palatia: ipſa penetrat penetralia reginarū. flectitur nobilitatis apex ad eius ſectanda veſtigia. ornātur monaſterijs innumere ciuitates. ipſa quoq; cāpeſtria et mōtana huius celeſtis edificij fabrica decorantur.

Clare moniales inſtituit.

§. I. De operibus virtutū ipſiꝰ

beate Clare. Hec ſui ordinis lapis primarius ac nobile fundamētū in fundamēto humilitatis virtutū olim fabricā ab ipſo principio ſtuduit collocare. Beato nāq; Frāciſco obediētiā pmiſit: et a pmiſſo nullatenus deuiauit. Triēnio vero poſt cōuerſionē ſuā nomē et officium abbatiſſe declināns / humiliter ſubeſſe voluit potius ꝗ̄ preeſſe: et inter ancillas chꝛiſti ſeruire magis ꝗ̄ ſeruiri. Cogēte demū btō Frāciſco ſuſcepit regimē dn̄arū: de quo in corde ſuo timor nō tumor exoritur: nec libertas ſed ſeruitꝰ augmentat. Quo eñi aliqualis plātiōis ſpecie altior cernit: ea reputatiōe ꝓpria vilior / obſeqntior / pmptior / cultu deſpectior reperit. Nullo q̄ iā familiarū reſpuit actus: adeo vt pleriſq; ſororꝫ manibus aquā infunderet: ſedētibꝰ adſiſteret: comedētibꝰ miniſtraret: rarius ita valde / aliq̄d p̄cepit: magis eligēs per ſeipſam facere ꝗ̄ ſororibus imperare. Infirmarū ſedilia ipſa lauabat ipſa tergebat: ſuo illo nobili ſpiritu nec ſordida fugiēs: nec fetida phorreſcēs pedes famulaꝝ de foris manētiū ſepius abluit: et ablutis oſcula impreſſit. Paupertati quoq; ſpōſe: q̄ vera humilitas eſt: paupertas olim rerū cōcinebat. Ac primū in ſue cōuerſionis initio paternā hereditatē q̄ ad eā puenerat / diſtrahi fecit: ſibiq; de precio nil reſeruās / totum pauperibus erogauit. Tātū deniq; cum ſancta paupertate fedus iniit: amorēq; cōtraxit: vt nihil p̄ter dn̄ꝫ Ieſum habere vellet: nihil ſuas filias poſſidere pmitteret. Inculcat ſuis frequētē ſermonē ſororibꝰ: tūc acceptabile fore deo illō collegiū cū paupertate fuerit opulentū: et tūc ppetuo ſtabile pmāſurū ſi arctiſſime paupertatis fuerit turri ſemp munitū. Uo-

leſq religionē ſuā titulo paupertatis intitulari: a bōe memorie Inno. iij. priuilegiū paupertatis poſtulauit: et vt inſolite petitioni fauor inſolitus arrideret: pontifex ipſe cū magna hilaritate primā notulā ſua manu conſcripſit: et felicis recordationis Grego. ix. paterno affectu ſanctam iſtam arcti' diligebat: cui quū ſuaderet vt ꝑpter euētus tēporū et pericula ſclorū aliquas poſſeſſiōes aſſentiret habere: quas et ipſe liberaliter offerebat: fortiſſimo aīo reſpuit: et nullaten' acquieuit. Et ad eā dicēte pōtifice. Si trāſgreſſionē voti formidas: nos te a voto abſoluimus. Rñdit. Pater ſancte nequaquā a xp̄i ſequela abſolui deſidero. Eleemoſynarū fragmina paniſq minutias quas eleemoſynarij apportabāt / valde ſuſcipiebat hilariter et quaſi meſta de panib' integris / exultabat potius in fragmentis. ¶ Duo autē mirāda in ipſa tanta paupertate dñs per eā operatus eſt. Unicus erat in monaſterio panis: quū iam inſtarent et fames et hora edendi: diſpenſatrice vocata iubet ſancta panem diuidere: partem fratrib' mittere: partē ſororibus retinere: de qua medietate retēta iubet. l. fieri iuxta numerū ſororū ſciſſuras / et in mēſa paupertatis apponi. Quūq illa diceret neceſſaria hic fore miracula vt tam modicus panis. l. ſectiones reciperet: reſpondit. Fac filia ſecure quod dico. Properat filia mr̄is mandatum implere: et orante cum eis / creſcit diuino munere inter frangētis manus parua illa materia: et cuilibet de conuentu ſua extitit portio copioſa. ¶ Altera vice quum oleū deeſſet ancillis chriſti: ita vt nec ꝑ debilibus exiſteret condimentū: accipit dña Clara vaſculum vnū lauans illud manibus ſuis: ponitur vas vacuum ſeorſum: dicitur eleemoſynario: vt vas accipiat ꝑ oleo eleemoſynaliter poſtulādo. accedit frater ad vas capiendum: et plenum inuenit: qd oratio ſancte impetrauit. Credit ſe frater deriſum quū plenū inuenit qd ſibi dicebatur vacuū accipiendum: neſciebat enim orationibus ſancte illud diuinitus collatum.

§. II. De mirāda carnis ſue ma=

ceratione ſilere magis ꝙ loqui forſitan oporteret: quia talia fecerit: in quibus audientiū ſtupor cū rerū veritate contendit. Non illud magnū ꝙ ſimplici tunicula vili mantello de rudi panno tegebat potius ꝙ fouebat corpuſculū ſuū. Nec illud mirādū ꝙ calciamentorū penit' ignorabat vſum: Nō magnū erat oī tpe continuare ieiunia: nec vti lectulo ſine pluma. In his dum in clauſtro habuit ſimiles: laudes fortaſſe nō meruiſſet ſingulares: ſed ꝙ cōuentio carnis virginee ad veſtē porcinā? Procurauerat enī ſibi virgo ſanctiſſima veſtē de corio porci: quā verſa ad carnē hiſpida tonſura pilorū ſecreto ſub tunica deferebat. Utebat nōnunꝙ duro cilicio de pilis equorū nodoſe cōſerto: qd hincinde chordulis rudibus ſtringebat ad corpus. Nuda humus et interdū vinearū ſarmēta erant ꝑ lectulo: lignū durū preſtabat ſub capite officiū puluinaris. Proceſſu tpis corium debilitato corpori ſtrauit: et capiti modicā paleam indulſit. Poſtea iubēte patre Frāciſco ꝑpter infirmitates ſacco paleis pleno vſa eſt. Sanitatis tpe maiorē quadrageſimā: et quadrageſimā ſancti Martini incīdē in pane et aqua ieiunās: ſolis diebus dñicis ſi habeat vinū guſtabat. Et vt mireris audito [illegible] ſeruare nō potes: ſcda quarta et ſexta feria nihil in eis quadrageſimis ſumebat cibi. Non mirū ſi tanta rigiditas tam longo tpe obſeruata Clarā infirmitatibus ſubdidit: et vires corporis eneruauit. Prohibuere tandem epūs Aſſiſij. et b. Frāciſcus illud triduanū exitiale ieiuniū: mādantes vt nullū ſineret tranſire diem: in quo ad minus vnciā cum dimidia panis ſumat in paſtum.

§. III. De eius orationis exerci

tio et efficacia. Longis poſt cōpletorium tractatibus cū ſororibus erat: et lacrymarū profluuia dum ipſa prorūpunt in ceteris excitantur. Poſtꝙ vero cetera feſſa mēbra duris adibant refouere cubilibus: ipſa in orationibus peruigil et inuicta manebat: vt tunc venas diuini ſuſurri furtiue ſuſciperet: quū ceteras ſopor occupaſſet. Sepiſſime ad orationem proſtrata terrā infundit lachrymis oculiſq demulcet vt ſemper ſuum ieſum tenere videret in manibus. Lachrymanti ſemel profunda nocte adfuit angelus tenebrarum in forma nigri pueruli: dicens. Ne tantum plores: quia ceca fies. Cui quū illico rñderet. Cecus non erit qui deum videbit: cōfuſus ille diſceſſit. Quū autē ab oratiōe ſcā cū iucūditate redibat: calida ꝟba et que ſororum pectora incendebāt: de igne altaris dñi reportabat. Mos ei erat ad matutinum preuenire iuuenculas: quas per ſigna ſilenter excitans ꝓuocabat ad laudes. Sepe ceteris dormientibus lāpades accēdebat. Sepe campanum proprijs manibus ipſa pulſabat. Nullum erat ibi tēpus: nullus in ſuo clauſtro locus deſidie. ¶ Libet hic orationū eius recitare magnalia.

Illa tēpeſtate quā ſibi ſub imperatore Frederico in diuerſis mūdi ꝑtibus ſuſtinebat eccleſia: vallis Spoletana de calice ire frequēti' inbibebat. Erāt enī ꝑ depopulatiōe caſtrorū / ꝑ expugnatiōe ciuitatū / imꝑiali iuſſu ꝯſtitute acies militū et ſagittariorū Saracenorū agmina velut apū. Quūq Aſſiſiū hoſtilis ſemel furor irrueret: et ipſis portis exercit' appropinquaret Saracenorū gens peſſima ſanguinē ſemꝑ ſitiens chriſtianorū: apud ſctm̄ Damianū intra loci terminos immo intra clauſtrum ꝟginū influxerunt. Liqueſcūt dñarum corda timoribus: et ad matrē referūt fletus ſuos. Q̄ ſe infirmā impauido corde ad hoſtiū agmen duci iubet: et ante hoſtes poni: ꝑcedēte eā capſula argentea in qua erat ſacramentū euchariſtie. Quūq ſe totam in orōne ſubſtrauiſſet chriſto: cū lachrymis ait. Placet mi dñe inermes ancillas tuas quas tuis amoribus enutriui: manib' ecce tradi paganorum? Cuſtodi dñe has famulas tuas: quas ipſe in preſenti articulo cuſtodire nō poſſum. Mox vox quaſi puerilis de propiciatorio ad aures eius intonuit dicens. Ego vos ſemper cuſtodiam. Mi domine (addidit illa) et hāc ciuitatem ſi placet protege: que nos pro tui amore ſuſtentat. Et vox ad eam. Grauamina ſuſtinebit: ſed meo munere defendetur. Tunc ſurgens Clara flentes confortat dicens. Fideiubeo pro vobis filiole / ꝙ nihil patiemini mali. Nec mora: ſtatim canum illorum repreſſa paueſcit audacia: et ꝑ muros quos aſcenderat deſcendentes celeriter exeunt orātis virtute deturbati. Precepit autem ſancta filiis ne cui dicerent hoc dū viueret. ¶ Alio tēpore Uitalis de Auerſa vir glorie cupidus et in ꝑlijs animoſus imperialem exercitum cui preerat admouit ꝯ Aſſiſium: et cuncta in circuitu deuaſtans obſidioni inſiſtebat: firmanſq minacibus verbis ſe nullatenus receſſurū donec caperet ciuitatē. Quūq iam timeretur de periculo captionis beata Clara vocatis ſororib' ait. Chariſſime: multa bona ab iſta ciuitate quotidie ſuſcipimus: quamobrem impiū eſt: ſi in tanta neceſſitate prout poſſumus non ſuccurramus. Poſitis ergo cineribus in capitibus ſingularū: quarū ipſa prima: clamauerunt ad dominum ex toto corde: et ipſe exaudiuit eas. Nam diſſoluto toto exercitu ſuꝑbus homo cōtra vota diſceſſit: et dux ipſe belli gladio paulopoſt interēptus eſt. ¶ Germana quoq eius Agnes noīe / quam ipſa multū in ſeculo dilexerat: conuerſa ad dñm rogabat obnixe: vt inſpiraret dñs idem ꝓpoſitum religionis in ea: vt cū ea immortali ſponſo nuberet ſeculum deſerens: et monaſterium intraret. Nō fraudauit deus eam a voluntate labiorū ſuorū. Nam poſt. xvi. dies a conuerſione ipſius Agnes viſitans Claram clare aperuit ſui pectoris arcanū dicens ſe omnino velle dño deſeruire. qd illa gaudioſe accepit: et in monaſterio ſuſcepit. At conſanguinei furore accenſi his auditis ad monaſterium currunt pacificū ſimulantes acceſſum. xij. ex eis ingrediunt: et deſperati iam de Clara ad Agnetem ſe vertunt: iubentes: vt domum redeat. Et quū illa reſponderet ſe nullatenus a ſorore ſua clara velle diſcedere: pugnis et calcibus in eā irruūt: et per capillos trahentes abſtrahere conantur. At illa reluctatur clamans et dicens. Adiuua me ſoror mea. Orat pro ea Clara: vt cōferat ei mētis cōſtātiam: et illis iniquis auferat nocēdi potentiam. Et quum illi violenter per viam ducerent: veſtes abrumperent: capillos ei euellerent in via in terra cadentem tāto pōdere firmauit eam ſpūs ſanctus: vt illā plures hoīes ſuis conatibus adnitentes mouere non poſſent. Poſt lōgū agonē / Clara hoc audiens pergit ad locū: rogat ꝓpinquos a tali cōflictu diſcedere: et Agnetem ſemiuecē in terra iacentē ſue ſolicitudini commendari. Quibus recedētibus licet amaro aīo: Agnes de terra ſurrexit: et reuertentē ad monaſteriū btūs Franciſcus manu ſua eā totondit: et vna cū ſorore in via dñi erudiuit: q etiā poſtmodū magnū ꝑfectionis apicē apphendit. ¶ Acceſſit ad eam quedā mulier Piſane dioceſis grās ei agens eo ꝙ a quinꝙ demonijs foret liberata. Fatebantur enī demonia in ſui expulſione: ꝙ orōnes ſctē Clare ipſa incēderēt: et ex poſſeſſo vaſculo deturbarēt. Unū nō ſine cauſa Gregorius. ix. papa in huius ſancte orationibus fidem habebat mirabilem: quarum virtutem ſenſerat efficacem.

Agnes btē Clare ſoror

§. IIII. De patiētia eius et exer=

citio in infirmitatib' eius. Sicut in infirmitate ſua memoria Chriſti memor erat ſic et chriſtus eā in ſuis languorib' viſitabat. In illa natiuitatis hora qū paruulo Ieſu nato mundus cum angelis iubilat: oēs dñe ad matutinū in oratorium pergunt: et matrē infirmitatibus preſſam ſolam relinquunt. Quūq de paruulo ieſu cogitare cepiſſet: et multum doleret ꝙ ſuis laudibus intereſſe nō poſſet: ſuſpirās ait. Dñe deus ecce ſola relicta ſum tibi in loco iſto. Ecce mirabilis ille concentus qui in eccleſia ſancti Frāciſci fiebat

ſuis

ſuis cepit auribus intonare. Audiebat iubilũ fratrũ pſallẽtiũ: harmoniã cantantiũ: ipſum etiã percipiebat ſonitũ organorũ: quod vtiq; propter diſtantiam loci hũanit⁹ fieri nõ potuit: ſed diuinitus vigoratus audit⁹. Et (qḋ maius eſt) ipſa digna fuit dñi preſepe videre: qḋ totũ filiab⁹ ſuis mane ad eam veniẽtibus gaudioſe reuelauit. In ipſa etiã ſua graui infirmitate faciebat ſe erigi in grabato: ⁊ fulcimẽtis appoſitis ſuſtentari: ⁊ ſedens filabat delicatiſſimos pãnos: de quibus vltra .l. paria corporaliũ faciens ⁊ ea ſericis thecis includens per plana ⁊ montana Aſſiſij varijs eccleſijs deſtinabat: ad ipſm venerabile ſacramentum mirã deuotionẽ gerẽs: qḋ ⁊ lachrymis calidis ſuſceptura irrigabatur. Inter horas diei ſexta ⁊ nona maiori compunctiõe ex more afficiebatur: vt quaſi cũ imolato dño immolaret. Orationem de quinq; plagis frequentius ruminabat: ⁊ officium crucis frequentabat. Chordulã .xij. nodorum ſcopulis annulatã ſubtus ad carnẽ cingebat. ¶ Aduenĩẽte quodam tẽpore ſero ſacratiſſime cene dñice fer. v. Clara meſta ⁊ dolens ex memoria dñice paſſionis: in celle ſecretarium ſe clauſit. Et quũ orantẽ dñm orans proſequeretur: ⁊ triſtis vſq; ad mortẽ aĩa eius triſtitie illius hauſiſſet effectũ: tota nocte illa ⁊ die ſequẽti ſic abſorpta fuit: ⁊ ſic a ſeipſa permanſit aliena: vt irreuerberatis luminibus Chriſto cõfixa ⁊ prorſus inſenſibilis videret. ¶ Diuerſa quoq; miracula ſigno crucis peregit. Fratrẽ quendã noĩe Stephanũ furia laborantẽ beatus Frãciſcus ad dominã Claram tranſmiſit: vt ſuper eum faciat ſignum crucis. Conſignat eũ obediẽtie filia iuſſu patris: ⁊ et paululum obdormiens vbi ſancta orabat exurgit incolumis. ¶ Puer quidam Mattheolus noĩe triũ annorũ lapillũ quẽdã incaute ſuis intruſerat naribus: nemo poterat ex naſo eius educere: nec ipſe valebat prohicere: ⁊ in anguſtia magna cõſtitutus adducitur ad Clarã facto ſuper eũ ſigno crucis ꝓiecto lapide puer liber efficitur. ¶ Alter puer de Peruſio oculũ habẽs totũ macula coopertũ adductus fuit ad ſanctã: que poſtq; crucis ſignaculũ ſup eũ fecit: ait. Ducite eũ ad matrem meam: hec enim Ortulana dicta vt ſupra patuit: ſecuta fuerat filias ad monaſteriũ habitu religionis aſſumpto qui adductus ad eã: facto ſigno crucis liber a macula effectus eſt. ¶ Due ex ipſis monialibus ſuis: vna noĩe Benuenta a morbo fiſtule quẽ p decẽniũ paſſa fuerat: altera ſoror Amata ab hydropiſi ſigno crucis p eã liberatur. ¶ Due alie mulieres a ſurditatis lãguore ſigno eodẽ ſalutifero per eã ſanate ſunt: ⁊ plures alij infirmi ſunt redditi ſanitati. Quotidie ſanctis monitis informabat ſorores. Strepitũ oĩm de mentis hoſpitio docet pellere: ꝓpinquorũ amore non affici carnisq; ſtimulos orõnis ſtudio ſuperare. Monſtrat inſidioſum hoſtẽ occultos puris aĩabus iniicere laqueos: aliterq; ſctõs: aliter tentare mundanos. Deniq; certis horis vult operari manibus ſuis: nuſq; maior cura ſilentij: nuſq; amplior ⁊ color ⁊ tenor oĩs honeſti. Prouidebat quoq; filiabus ſuis p deuotos ꝑdicatores alimoniã verbi dei: ⁊ ex qua ſuã deteriorem non effecit partem. Et licet literata nõ eſſet: ⁊ literatorũ tamen gaudebat audire ſermonẽ: rata q; in teſta ꝟborũ nucleus lateat: quẽ ipſa attingebat ſubtili⁹: ⁊ ſapidius deguſtabat. ¶ Quũ ſemel papa Grego. ix. prohibuiſſet ne aliq̃s frater ad monaſteria dñarũ ſine licẽtia ꝑgeret: dolẽs pia mater cibũ ſacre doctrine rarius habituras ſorores: cũ gemitũ dixit. Oẽs decetero nobis auferat fratres: poſtq; vitalis nutrimenti nobis abſtulit pſbyteros. Et ſtatiꝫ oẽs fratres remiſit ad miniſtrũ nolẽs habere eleemoſynarios qui panẽ corporalẽ acquirerent: poſtq; panis ſpũalis eleemoſynarios nõ haberet. Quod quũ audiſſet papa Grego. ſtatiꝫ ꝓhibitũ illud in gñalis miniſtri manibus relaxauit. Sepius in frigore noctis ꝓpria manu cooperuit dormientes: ⁊ quas ad rigorẽ cõmunẽ ſeruãdũ cernit inualidas: ⁊ remiſſiori moderamine vult eſſe contentas. Si quam turbaret tẽtatio: ſi quã (vt aſſolet) inuaderet meſtitudo: ſecreto vocatam cum lachrymis conſolatur.

§. V. De religioſo trãſitu eius.

Obitus diue clare narratio.

Uigore carnis in annis prioribus auſteritati pnĩe ſuccumbente: poſteriora temporũ dura occupauit infirmitas: vt q̃ ſana ditata fuerat meritis operum: infirma ditaretur meritis paſſionũ. Cuius virtus qualiter fuerit in infirmitate ꝑfecta: hinc maxime liquet: q; in .xxviij. annorũ languore diutino nõ murmur reſonat: nõ q̃rimonia: ſed ſemꝑ gratiarũ actio ⁊ vox laudis. Factũ eſt autẽ eo tẽpore quo ſancta appropinquabat ad palmam: vt curia Romana ex Lugduno migraret in Italiã ⁊ veniret Peruſiũ. Audito Clare infirmitatis augmento: dñs Oſtienſis cardinalis de Peruſio ꝓperat inuiſere ſponſam chriſti: cuius fuerat officio pater: cura nutritus: affectu puriſſimo ſemper deuotus: paſcit infirmam dñici corporis ſacro: paſcit ⁊ reliquas ſalutaris exhortationis alloquio. Supplicat illa cũ lachrimis vt ſe et ſuas filias habeat in dño commendatas: et illud ſuper oĩa rogat vt priuilegium paupertatis a dño papa ⁊ cardinalibus ſibi impetret confirmari. Quod ꝟbo promiſit et opere impleuit. Creſcente languore feſtinat felicis ⁊ venerande memorie Inno. papa. iiij. vna cũ cardinalibus viſitare chriſti ancillam: ⁊ cuius vltra feminas ꝓbauerat vitam: mortẽ non dubitat papali preſentia venerandam. Ingreſſus monaſterium pergit ad lectulum infirmãtis: ori porrigit manũ oſculandã: quã illa gratiſſime ſuſcepit: ⁊ pedes apoſtolicos ſumma cũ reuerentia oſculãdos expoſcit: qḋ et factũ eſt diſpoſita aptitudine. Petit a ſummo pontifice remiſſionem oĩm peccatorũ: qḋ ⁊ obtinuit munus. Recedentib⁹ cũctis inuitat ſorores ad gratias agendũ deo de tã immenſo bñficio vicarij viſitationis pſonalis Ieſu chriſti. Et quum inter ceteras ſoror eius agnes cũ lachrymis oraret: ne ſe relicta diſcedat: reſpondit: Placet deo ſoror chariſſima q; recedam: ſed tu flere deſiſte: q: poſt me ad dñm feſtina peruenies. Quum autem pluribus diebus laboraret i extremis: ⁊ deuotione populorũ cardinalium q; ⁊ prelatorũ viſitatiõe frequenti honoraret. Quod vero auditu mirabile eſt: vt oẽs ad ſe venientes (tanta eſt a dño fortitudine vigorata) in domino cõfortaret. xvij. diebus nullũ cibũ ſumere potuit. Nã quũ frater Benignus in tãtarũ infirmitatũ longo martyrio eã ad patiẽtiã hortaretur: liberrima ei voce reſpõdit. Poſtq; dñi mei Ieſu chriſti gratiã p illũ ſeruum ſuum ſctm̃ Franciſcum agnoui: nulla pena moleſta: nulla penitentia grauis: nulla mihi frater chariſſime infirmitas dura fuit. Plangunt filie deſtitute pie matris receſſu: ⁊ quã vltra viſure nõ eſſent: ꝓſequuntur cũ lachrymis fugiẽtẽ. Ad ſe autẽ cõuerſa ꝟgo ſctã aĩam ſuã alloquitur dicẽs. Uade ſecura: quia bonum habes cõductorẽ itineris. vade: q̃m q̃ creauit te ⁊ ſanctificauit. Et tu (inquit) dñe benedictus ſis qui me creaſti. Ad quãdam autẽ filiam ſe cõuertẽs ait. Uides tu o filia regem glorie: quẽ ego video. In veſtibus autẽ albis turba ingreditur ꝟginũ: que oẽs aurea ſerta ſuis capitibus deferebãt. Graditur inter eas vna pre ceteris clarior ꝓcedit ad lectulũ vbi ſpõſa filij decubat: ⁊ amantiſſime ſuper eam inclinans amplexum dulciſſimũ preſtat. In craſtino igit̃ btĩ Laurẽtij egredit̃ aĩa illa ſctiſſima ꝑmio ꝑpetuo laureanda. Rumor incontinenti de trãſitu ꝟginis totum ſtupendo auditu cõcutit ꝑplm ciuitatis: cõfluunt viri, concurrunt mulieres accurrit poteſtas cũ multitudie militũ ⁊ caterua armatorum: ſeroq; ac tota nocte cuſtodias adhibẽt diligentes: ne forte de precioſo theſauro qui erat in medio aliquid auferatur. Cõmouetur ſequenti die curia tota chriſti vicarius cũ cardinalibus acceſſit ad locũ venit ad celebrãdũ diuina. Fratrib⁹ incipientibus officiũ mortuorũ dñs papa officium de ꝟginibus non de mortuis fieri proquit: vt prius canonizare videretur: q; eſſet traditũ corpus ſepulture ſed reuerendiſſime dño Oſtienſ. cardinale afferẽte moroſi⁹ in his eſſe agendũ: miſſa de mortuis celebratur. Epũs Oſtienſ. egregiã mundane vanitatis cõtẽptricem nobili ſermone cõmendat. Circundant illico ſctiſſ funus deuota dignatiõe preſbyteri cardinales: ⁊ circa ꝟgin[illegible]pus ſolita officia cõplent. Et demum ad ſanctum Ge[illegible]am tubarum plangore ⁊ iubilatiõe ſolẽni corpus ſacrũ deportat: vbi corpus btĩ Franciſci primo conditũ fuerat. Paucis ꝟo interiectis diebus: Agnes ſoror eius ad agni nuptias euocata: ſororem clarã ad eternas delicias ſubſecuta eſt. Nẽpe illa ſunt ſctõrũ ſigna mirifica: illa miraculorũ teſtimonia veneranda: que in morum ſanctitate ⁊ operũ ꝑfectiõe conſiſtunt. Ioannes quidem nullum ſignum fecit: non tñ erunt Ioanne qui ſigna faciunt ſanctiores. Quamuis ergo ſufficeret ad teſtimoniũ ſctitatis ꝟgini Clare ꝑfectiſſime vite ſue preconiũ: tñ ad eam populis oſtendendã et deuotionẽ excitãdã: claruit quoq; multis miraculis poſt mortem: que diligenter examinata ⁊ probata ſunt in canonizatiõe eius p Innoc. iiij. ¶ Quidã puer Peruſin⁹ Iacobus noĩe demonio peſſimo poſſeſſus: ⁊ aliq̃n ſe in ignẽ ꝓijciens: nũc in terrã elidẽs: adductus ad tumulũ ꝟginis et deuote ei a ſuis commẽdatus omnino liberatus eſt. Alij quoq; ſunt a vexatiõe demonũ ſanati. Ualẽtin⁹ de ſpello ſe ſctẽ cõmendens: liber euaſit. Iacobell⁹ .xx. annorũ lumine priuatus: viſum recepit meritis ſancte. Claudo ex vtero mrĩ greſſus datur rectus. Paruulus a lupo arreptũ morſu mater ſanctam inuocans de faucibus lupi recepit ſanum. Multa alia miracula dñs fecit ad gloriam ſancte ſue Clare. Poſt duos annos autẽ a tranſitu ſuo. i. anno dñi. M.cclv. quũ curia eſſet Anagnie: per Alexandrum quartum ſanctorum catalogo eſt adſcripta ſeu canonizata cũ ſolemnitate. Erat autẽ quaſi ſexagenaria tempore obit⁹ ſui.

¶ De egregiis viris in ſanctitate/dignitate/⁊ ſciē-tia ordinis minoꝝ:⁊ generalibus ordinis: ex chroni-cis ordinis minorum. Cap. vij.

PRimus omnium genera-lis miniſter fuit glorioſiſſim⁹ pater noſter Frā-ciſcus: quē electum eſſe non reperi: ſed ex pro-uiſiōe papali deuotiſſime inſtitutū. Hic beatiſſi-mus pr̄ primo lucratiuis mercatiōibꝰ deputat⁹ negotiis: demū a ſpū ſancto nōnullis reuelationib⁹:⁊ qui-buſdā interiorib⁹ manuductiōibus tractus/⁊ quaſi quadā vi ignea liquefactus/⁊ inde multarū tribulationum tūſio-nibus malleatus/fuit in virū ꝑfectū finaliter trāſformat⁹. Nā primo ꝑ duos annos honeſtū habitū ⁊ eremiticum ge-rens: portando baculū in manibus: accinctus corrigia: cal-ciatis incedēs pedibus per ciuitatem Aſſiſii mendicando nūc latebat in eremis: nunc eccleſiarū reparationibus inſi-ſtebat deuotus. Incepit autē vitā iſtaꝫ anno dñi. M.ccvi. pōtificatus dñi Inno. iij. anno. xiiij. Anno vo dñi. M.ccix. dū miſſam ſi eccleſia ſancte Marie de portiūcula deuotus audiret:⁊ legeretur euangelium id qḋ Chriſtus dixit apl̄is Nolite portare aurū aut argētū neqꝫ ſacculū neqꝫ peram/ neqꝫ calciamenta ⁊c. Ilico calciamēta depoſuit: peram ⁊ pe-cuniā abdicauit: reiectiſqꝫ baculo ⁊ corrigia vna cōtentus tunicula/pro cingulo funem ſumpſit:⁊ ſic ad ſeruādam vi-tā euāgelicā ſe totis viribus recollegit. Quo tp̄e ſcḋm opi-nionē veriorē in lapide iſto fundamentali ordo fratrū mi-norum initiū ⁊ fundamentū accepit. Qūqꝫ ſic a mundo ab-ſtractus a multis reputatus inſanus/per duos annos in maxima auſteritate paupertate ⁊ patientia ſoli dño deſerui-ret: vir quidā venerabilis de nobilioribus prudentioribus ⁊ ditioribus ciuitatis Aſſiſii Bernardus noīe cuius conſi-lio tota ciuitas illa regebatur: prudēter conſiderās in btō Franciſco tantum mundi contemptum ⁊ diuino inſtinctu ipſum ad ſecum cenandum ⁊ dormiendum deuote inuita-uit: vt eius ſanctitatem vel fatuitateꝫ melius explorare va-leret. Et quū poſt cenā lectos quos pro ſe ⁊ b. Franci. pre-parari fecerat ambo intraſſent: dñs Bernard⁹ fortiter ſter-tendo finxit ſe profundiſſime dormire. Tūc ſanctus Fran. ⁊ mente ⁊ vultu in deū intendens eleuatis manibus totus ignitus cū indicialib⁹ lachrymis ⁊ deuota moroſitate conti-nue hec verba replicabat. Deus meus ⁊ oīa. Deus meus et oīa. Quod quū fulgore lampadis intra cameram ardentis Bernardus videret: ſurgēs mane totus deuotione ſuccen-ſus/dicit ſctō Franciſco. Frater Frāciſce/ego diſpoſui pe-nitus mūdū relinquere:⁊ te ſequi: ac facere quecūqꝫ man-daueris mihi. Cui ſctūs totus exhilaratus rn̄dit: Dñe Ber-narde iſtud eſt adeo arduū: qꝫ a dño eſt cōſilium requiren-do. Et ideo pergamus ad ep̄m:⁊ ibi dicetur nobis quid nos oporteat facere. Et quū ibi fuiſſet audita miſſa preuia orō-ne ſacerdotem illum qui celebrarat deuotū rogat vt miſſa-le aperiat. Quod quum facto ſigno crucis impleſſet illud occurrit primo. Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da pauperibus. Et ſecūdo aperienti occurrit illḋ. Qui vult venire poſt me abneget ſemetip̄m ⁊c. In tertia li-bri ap[illegible]ione occurrit id. Nihil tuleritis in via. His audi-tis dixit beatus Frāciſcus Ecce cōſilium dñi. vide perfecte que audiſti. Statim dñs. Bernardus oīa que habebat ma-gni valoris exiſtentia vendidit:⁊ comitante ſctō Frāciſco in platea ſancti Georgii pauperibus erogauit. Et eodē an-no. ſ. M.ccix. habitū religiōis ⁊ vitaꝫ apoſtolicam accepit. Eodem tēpore dñs Petrus Cathanii canonicus ſancti Ru-fidi Aſſiſii/oībus ſuis pauperibus diſtributis ordinem in-trauit. Et poſt octo dies quidam alius de Aſſiſio Egidius nomine exemplo eorūꝫ prouocatus: ſimiliter habitū a btō Franciſco accepit. Poſt quos alii octo ad ordinem ſunt re-cepti: videlicet frater Sabatinus: frater Moricꝰ: frater Joannes de capella: frater Philippus: frater Joannes de ſancto Cōſtātio: frater Barbarus: frater Bernardus:⁊ fra-ter Angelus. Iſti ſunt. xii. fratres quaſi [illegible]. ordinis funda-menta ⁊. xii. apl̄i vitā euāgelicam totis viribus ſeruare eli-gentes ꝙ omnes fuerūt ſanctiſſimi viri: excepto fratre Joā-ne de capella: qui vt alter Judas/factus in ordine leproſus furore ſuccēſus/ordinē egrediēs/a deo ſic in manib⁹ demo-nū relinquit: qꝫ abiēs laqueo ſe ſuſpendit: vt etiā in tā puer-ſo diſcipulo Fran. cōformaret Chriſto. Btūs igit Fran. cuꝫ iſta ſua familia primitiua in quodā tugurio derelicto / qui Riuus tortus dicebat: ieiuniis vacās ⁊ orōnib⁹ morabat. Et in eodē loco diuino adſiſtente ſpū quandam regulā ſcri-pſit: vbi pene oīa mādata ꝙ Chriſtus apl̄is dedit/inſeruit: ⁊ oēs pfeſſores eiuſdē tā p̄latos ꝙ ſubditos noībus euan-gelicis nūcupauit. Nam ⁊ prelatos miniſtros iuxta id. Qui maior eſt veſtrū: ille ſit miniſter veſter. Et oēs generaliter

ordinis minorū primi religioſi.

fratres minores ſm̄ id. Qḋ feceritis vni ex fratribus meis minoribus: mihi feciſtis. Cum eiſdē aūt. xi. fratrib⁹ ipſe duo-decimus: iuxta numerū apoſtolicū ad p̄ſentiā dñi pape In-nocē. tertii ſe cōtulit:⁊ dictā regulam approbandā obtulit. ſe ⁊ ſuos a mūdo totaliter abſtrahi ſuppliciter requiſiuit. Dñs vero papa Inno. ex preuiis diuinis reuelationibus et ſuaſu dñi Joānis cardinalis ep̄i Sabineñ. qui beato Frāci-ſco ⁊ ſuis ſe etiā ipſorū ꝓcuratorē ⁊ protectorē in curia ob-tulerat:⁊ regulam approbauit:⁊ vniuerſis fratrib⁹ tā cleri-cis ꝙ laicis p̄ſentibus/datis eis paruis tōſuris dedit: de pe-nitentia p̄dicanda mandata. Et tunc beatū Frāciſcum inſti-tuit totius ordinis generalem miniſtrū. Et ipſe ſtatim fle-xis genibus promiſit obedientiam dño pape:⁊ alii fratres beato Franciſco de mandato dñi pape ꝓmiſerunt firmiter obedire. Reuerſus autē beatus Franciſcus cum fratribus ſuis verſus vallem Spoletanam: cepit per ciuitates ⁊ ca-ſtra feruēter predicare: cuius predicationis ⁊ aliorū fratruꝫ ſonitu multi alatiad penitentiā/ordinem ſunt ingreſſi. In-ter quos fuit frater Syluester prim⁹ ſacerdos: qui ordinē intrauit. Hic vidit tribus noctibus crucem maximā et ful-gentem ex ore beati Frāciſci procedentē: cuius aſpectu dra-co terribilis circundans ad excidiū ciuitatis Aſſiſii peni-tus fugabatur. Quo inductus oraculo: cum magna deuo-tiōe reb⁹ ſuis pauperibus diſtributis ordinē intrauit: vbi ad tantā mētis eleuationē ꝑuenit: qꝫ cū deo q̄ſi facie ad fa-ciem loquebatur. Et beatus Franciſcus ad eum mittebat qū in dubiis ſcire volebat dñi voluntatē. Intrauerūt etiaꝫ ordinē frater pacificus rex verſuum ab' imperatore corona-tus: qū reperit ſanctū duobus trāſuerſis enſibus cōſigna-tum in quodā monaſterio predicātē/in ordine ſanctiſſime viuens. Frater Leo totus colūbinus cōfeſſor ſancti Fran. quē ꝓp[illegible]er eius vite ſimplicitatē ſanct⁹ Franci. fratrē peco-rellā dei frequēter noīabat. Frater Rufinus nobilis cōſan-guineus ſancte Clare. Frater Maſſeus facundiſſimus et multū curialis frater Juniperus humillimus ⁊ patientiſſi-mus ⁊ frater Moricus de ordine cruciferorū: ac frater Joā-nes a ſancto Fras. cognominatus ſimplex: quē ſequētē bo-uem/vt alterum Heliſeum ad culturā euāgelice perfectiōis adduxit: ꝙ tāta innocētie puritate pollebat: vt in oīb⁹ ſctm̄ orantem actib⁹ ⁊ geſtib⁹ corꝑalib⁹ vellet imitari. Et idō duꝫ ſctūs orabat: ipſum aſpiciebat continue ⁊ curioſe. Ita qḋ btūs Frā. flectebat vel leuabat genua vel man⁹ vel oculos ad celū: vel ſpuebat vel ſuſpirabat vl' oſcitabat: frater Joā-nes iſte ſe ei cōformabat. Et quū ſctūs de hoc dulciter eum reprehēderet: reſpōdit. Pater: ego ꝓmiſi facere ꝙ tu facis: quare neceſſe habeo facere ꝙ videro adimplere. Qui perue-nit ad magnā ſanctitatē:⁊ ante btm̄ Franci. de hac vita mi-grauit. ¶ Anno dñi. M.ccxij. inſtituit ordinem pauperum dñarū/quē ante per ſex annos futurū in eccleſia dei ꝓphe-tauerat: dū eccl'iam ſancti Damiani ſolicite repabat: cuius prima plātula fuit virgo ſanctiſſima clara. Quam in eccle-ſia ſctē Marie de portiūcula attonſam/⁊ religionis veſte indutā in monaſterio ſancti Pauli monachatum nigrarūꝫ ꝓ cuſtodia collocauit. Demū ipſam ad eccleſiam ſancti mi-chaelis de panſo tranſtulit intra ciuitatem Aſſiſii:⁊ finalr̄ in eccleſia ſancti Damiani extra muros cū ſorore ſua Agne-te poſt multas ſuperatas tribulatiōes incluſit. ¶ Eodem anno deſiderio martyrii feruens verſus terrā ſaracenā trāſ-fretare tentauit: ſed diuina diſpoſitione redire compulſus eſt. Et quum in Hiſpaniam perueniſſet cepit grauiſſime in-firmari: nihilominus viſitauit limina beati Jacobi apoſto-li:⁊ reuerſus eſt in Tuſciam anno dñi. M.ccxv. tēpore con-cilii gñalis ſub Inno. iii. celebrati: quum eſſet Rome/vbi ⁊ ſanctus Dñicus erat ꝓ approbatione ordinis ſui: oſtenſaqꝫ viſione de ipſis ſanctis Dñico ⁊ Franci. cum ordinibus ſuis miſſis a Chriſto ⁊ matre eius ad p̄dicādū penitētiam: in ec-cleſia ſancti Petri ſe mutuo recognouerunt:⁊ amplexātes ſe in oſculo ſctō facti ſunt cor vnum ⁊ aīa vna in domino. ¶ Poſtea btūs Fran. iter arripuit verſus Franciā: ſed in vis reperiens dñm Hugolinū cardinalē Oſtieñ. qui miſſus fuerat legatus in Lōgobardiā ab honorio papa: de cōſilio eius reuerſus eſt. Dixit enim ei. Nolo qꝫ a curia recedas: qꝛ dñs papa ⁊ cardinales cōtra emulos tue religionis melius ipſam fouebunt ⁊ protegent te preſente. Et ſic redire com-pulſus miſit in Franciam fratrem pacificum: qui prius ibi miniſtri officium geſſit:⁊ illam ꝓuinciā ꝓuide gubernauit. Tunc etiā miſit in Hiſpaniam fratres multos: vt iuxta da-tum ſibi a deo mandatum quū ibi fuit loca ibi ad habitan-dum caperent:⁊ hereticos qui illā regionem inhabitabant ſua p̄dicatione confutarent. Qui quum ad regnum Portu-gallie deueniſſent: videntes eos populi habitu ſingularis forme indutos: lingua extraneos: timētes ne forte heretici eſſent: male ceperūt:⁊ eos inter ſe nullatenꝰ habitare per-

ordinis minorū tani cōfirmatio.

miſerunt

miſerunt. Sed regina Portugallie deuota domina audita eorum fama ⁊ cauſa aduentus: a viro ſuo Alphonſo obtinuit: vt virbone ⁊ Minorauitus loca cōſtruere poſſent: quibus in locis habitantes fratres a dicta regina vt filij a matre fouebantur. ℂ Inter ceteros fratres in Hiſpanias miſſos deſtinatus fuit quidam frater zacharias Roman⁹ magne ſanctitatis vir. Qui deficiente pane fratrib⁹ Guardianus exiſtēs/a dn̄o impetrauit angelum dei mitti ad eūt qui tot panes candidos ⁊ ſapidiſſimos ad oſtium detulit: quot erant fratres. Et altera vice quum quidā ad ꝑdicationem eius cōpunctus ſibi cōfeſſus fuiſſet: inter cetera expſſit ſe multum dubitare de veritate ſacramenti euchariſtie: ⁊ quū verbis eius perſuaſiuis dubitatio a meare ei⁹ auelli non poſſet: mandauit ſibi vt die ſequenti veniret ad audiendum miſſam eius: ⁊ dn̄s ſibi prouideret. Quod quum feciſſet: deuote miſſe adſtans vidit manifeſte ꝙ hoſtia quā tenebat in manu prefatus zacharias: poſt conſecrationem erat conuerſa in carnem: quouſqꝫ voluit cōſiouez aſſumere ⁊ tunc reuerſa eſt in ſpeciē hoſtie ſicut pri⁹. Et ex hoc miraculo liberat⁹ eſt a dubitatiōe illa. Hic frater zacharias ibi demum ſpiritum deo reddens: miraculis effulſit. Miſſi hic inde per orbem fratres a quibuſdam prouincijs recipiebātur vt pauperes: ſed non ſinebantur edificare loca: ⁊ et ab alijs cū multis iniurijs expellebant: tāqꝫ falſarij ⁊ ſuſpecti pro eo ꝙ ſui ſtatus nullā literā authenticā afferebant. Regula eñi nondū erat bullata: ſed verbo beat ꝑ Inn. tertiū approbata. ⁊ ideo poſt aliqđ tēpus fratres afflicti et cōfuſi de diuerſis ptib⁹ ad. b. Frāciſcū redierūt: referētes vexationes ſuā et cām. Hoc aūt dn̄o Hugolinū cardinali Oſtieñ. ꝑ remedio adhibendo inſinuarūt. Ipſe aūt dn̄o Honorio preſentauit beatū Franciſcū cū fratrib⁹: ⁊ in ofb⁹ opportunis fauorabilē inuenit. Qui etiam bea. Fran. corā dn̄o papa et cardinalibus feruēter ꝑdicauit: ⁊ in amorē ſui ordinis illāmauit. Et defuncto dn̄o Joan. cardinale: petijt bea. Franc. ipſum dn̄m Hugolinū: qui poſtea fuit Grego. ix. dari in ſui ordinis protectorem: Et iſte fuit primus protector ordinis ſm formā regule poſtulat⁹. Anno vero. M. ccxix. a prima conuerſione beati Franci. Anno. xiij. in capitulo generali apud ſanctā Mariā de portiūcula celebrato: iterū electis miniſtris de voluntate dei miſſi fuerunt fratres fere per totum mundum cum literis Honorij pape miſſis vniuerſis eccleſiarū prelatis et rectoribus huius tenoris. Honorius epi̅s ſeruus ſeruorū dei ⁊c. Quū dilecti filij Franciſcus ⁊ ſocij eius de vita ⁊ religione minorū abiectis huius mundi vanitatibus elegerint viam vite a Romana eccleſia merito approbatam: et ſerendo ſemina verbi dei apoſtolorum exemplo circūeant regiones: vniuerſitatem veſtram rogamus et exhortamur per apoſtolica ſcripta: mandātes quatenus quū latores preſentiū de predicatoꝝ fratrū collegio exiſtentes ad vos diuerterint declinandum ipſos recipiētes ſicut catholicos et fideles/eis ob reuerentiam diuinam et noſtram vos exhibeatis fauorabiles et benignos. Dictus etiam cardinalis dn̄s Hugolinus Oſtieñ. epi̅s ⁊ protector ordinis et multi alij cardinales miſerunt ad hoc idem literas efficaces. Cum his literis fratres celebrato capitulo ſuo diſperſi/a prelatis viſis literis ſunt charitatiue recepti. Et ex his poteſt ſatis declarari dubium quod mouetur ſepe: quis ordo fuerit prius inſtitutus ſeu confirmatus a ſede apoſtolica: predicatorū an minorū. Ex predictis enim patet ꝙ quantū ad quandā conceſſionē ſimplicem habitus ⁊ modi illius viuendi: ⁊ quaſi ꝑmiſſionē: fuit prius inſtitutus ordo minorū: quia per Inno. tertium vt dictū eſt. Quātum vero ad ſolēnem approbationem per bullas apoſtolicas authentice: fuit prius ordo predicatoꝝ confirmat⁹ qꝛ in principio pontificatus Honorij: ⁊ poſt aliquod tempus ordo minorum ſolenniter approbatus per literas apoſtolicas: ⁊ regula approbata.

§. I. Eo tēpore de voluntate domini btūs Frāciſcus miſit ſex fratres perfectiſſimos ad regnū Marochioꝝ: vt infidelibus legem ſpurciſſimā tenentibus Machometicā/fidem catholicā predicarent.

Qui illuc profecti/poſt miracula aliqua facta quū publice predicarent fidē Chriſti: declarantes legē Machometi et geſta eius abominanda a rege Marochiorū fuerūt in carcerem truſi: ⁊ xx. diebus ſine cibo ⁊ potu eos eſſe mandauit: ſed diuina fuerunt interea cōſolatione refecti. Demū poſt multos ⁊ varios eorū cruciat⁹: ipſe rex crudeliſſimus per medium frontis adacto gladio manu propria eos interemit: corpora quoqꝫ eorum igni tradi fecit. ſed vim virtutis ſue oblitus eſt ignis/deo illa corpa illeſa cōſeruante/ q̄ poſtea honorifice a fidelibus ſunt ſepulta: ⁊ plura miracula ibi facta. Eodem anno quo ſancti fuerunt interfecti: in regē Marochiorum et regnum eius in vindictam ſanctorum indignatio dei efferbuit. Nam manus dextera ⁊ brachium quibus ſanctos occiderat et eiuſdem patris omnia membra vſqꝫ ad pedem dextrum fuerunt deſiccata. In patria etiam illa tribus annis ſequētibus immediate nihil pluit: ex quo ſecuta eſt tanta ſterilitas rerum ex hominum peſtilentia per. v. annos continuos: ꝙ quaſi maior pars illius gentis fuit per peſtis morbum deleta: vt iuxta numerum fratrum ſequeretur annorum numerus peſtilentialium. ℂ Iſtorū autem ſanctorum martyrū exemplo beatus Antonius qui dicitur de Padua: nō quia inde oriūdus: ſed quia ibi defunctus ⁊ glorioſus oſtenſus: tunc in Hiſpania canonicus extiterat in monaſterio ſancte crucis: qui Uernandus antea vocabatur: zelo martyrij flagrans ordinem minorū ingreſſus eſt etatis ſue anno. xxv. ⁊ x. annos in ordine peregit plenus ſanctitate ⁊ preclarus doctrina ⁊ miraculis. Diuus Antonius de padua. ℂ In illa autem fratrum diſperſione per orbem beatus Franciſcus ob feruorem martyrij ad partes Syrie cum. xij. alijs fratribus tranſfretauit. Et aſſumpto fratre illuminato ad Soldanum cum alijs perrexit. Sed ab inſidijs Saracenorum tenti ligari ⁊ crudeliter verberati/ tandem ad Soldanum ſunt perducti. Unde Jacobus de Uitriaco cardinalis in Hieroſolymitana hiſtoria quam deſcripſit/ſic ait. Uidim⁹ primum ordinis minorum fundatorem Franciſcum nomine virum ſimplicem et illiteratum: dilectum deo ⁊ hominibus ad tantum ebrietatis diuini amoris exceſſum: et feruoris ſpiritus raptum fuiſſe: ꝙ quum ad exercitum chriſtianorum ante Damiatam in terra Egypti deueniſſet: ad Soldani Egypti caſtra intrepidus ⁊ fidei clypeo communitus acceſſit. Quem quum in via captum tenuiſſent Saraceni: ego (inquit) chriſtianus ſum: ducite me ad dominū veſtrū. Damiata. Hunc adductum coram eo cernens beſtia illa crudelis aſpectu eius in manſuetudinē conuerſa eſt: per dieſqꝫ aliquot ipſum ſibi ⁊ ſuis chriſti fidem predicantem attentiſſime audiuit: tandem metuens ne aliqui de exercitu ſuo verborū eius efficacia ad chriſtum conuerſi/ad chriſtianorum exercitum tranſirent: cum omni reuerentia ⁊ ſecuritate ad noſtrorum caſtra eum adduci precepit: dicens ei. Ora pro me: vt deus illam fidem ⁊ legem que ſibi magis placet dignetur mihi inſpirare. Saraceni autem fratres minores tandiu de fide Chriſti ⁊ doctrina euangelica predicantes libenter audierunt: quouſqꝫ Machometo tanqꝫ mēdaci et perfido manifeſte contradixerunt. Nam extunc eos impie verberantes ⁊ pene trucidantes de ſuis ciuitatibus expulerūt. Poſtque beatus Franci. diuino premonitus oraculo ad partes fidelium remeauit. ℂ Miſſus eſt autem ad prouinciam Prouincie Frater Joannes bonelli de Florentia vir perfectus ⁊ magni zeli: qui factus miniſter ibidem in Arelate capitulum prouinciale celebrauit. In quo ſancto Antonio de titulo crucis predicāte: beatus Franciſcus apparuit: ⁊ fratres multiplici ſpiritus conſolatione repleuit. ℂ Ad partes Aquitanie directus fuit columbine ſimplicitatis frater Chriſtophor⁹: qui vita ⁊ miraculis partes illas illuſtrās in conuentu Caturici fuit honorifice tumulatus. ℂ Ad prouinciam Anglie deſtinatus fuit per beatum Franciſcū frater Agnellus Piſanus: qui conuentum Piſanum [illegible] auerat cum fratre Alberto Piſano: qui poſtea fuit g[illegible]ralis miniſter: ⁊ tribus alijs qui in regno Anglie religionem minorum plantauerunt. Et ibi miniſter prouincialis ſdict⁹ frater Agnellus fuit inſtitutus. Intrantes autem Cantuariam anglie a fratribus predicatoribus qui iam ibi receperant conuentum/charitatiue ſunt recepti.

§. II. Recedētes inde minores

profecti ſunt uerſus Oxoniam notabilem ciuitatem: ⁊ peruenerunt ad quandam grangiam monachorum nigrorū monaſterij de Arabudon: que eſt in vaſtiſſimo nemore: inter Londoniam ⁊ Oxoniam ſita. Et illo ſero propter pluuias vltra procedere non valentes: timentes fame periclitari et frigore: a monachis ibi exiſtentibus hoſpitium humiliter poſtularunt. Junior vero videns eos facie ſqualidos ⁊ deformes habitu et alterius lingue: ioculatores eos exiſtimans: nuntiauit: priori: qui ibi cum fratribus alijs monachis erat pro minutione et recreatione: videlicet cum ſacriſta/cellerario/et quodam alio iuniori. Qui cum fuiſſent introducti vt biberent et luderent coram eis: reſponderunt fratres ſe non eſſe ioculatores: ſed religioſos vite apoſtolice profeſſores. A priore vero et alijs tanquam falſi queſtores obiecti extra portam contemptibiliter expelluntur. Junior autem monachus eis compatiens/rogauit ianitorem vt poſtquam prior lectum intraſſet: illos in domum introduceret fenariam: et ipſe de alijs prouideret. Introductis igitur fratribus ad dormiendum ſup-

ſenſ monachus ille panē et ceruiſiā eis apportauit:ſe ora-
tionib⁹ ipſorū cōmendans. Et poſt hec lectū ſuū introiuit.
Qui requieſcēs in ſomnis vidit chriſtū in throno mirabili
reſidentē:et oēs ad iudiciū conuocantē:et terribili vultu
ait. Vocent̄ huius loci patroni. Quūq̧ adducti fuiſſent
oēs monachi ſupradicti:veniebat ab alia parte q̄dā pauper
culus ⁊ deſpectus in habitu ipſorū fratrū minorū:⁊ cū cla-
more cōqueſtus eſt dicēs. Iuſtiſſime iudex clamat ad te ſan
guis fratrū minoꝝ:q̄ eſt iſta nocte per hos monachos quā
tū in eis fuit periclitatus:dū eis in tāto periculo cibū ⁊ ho
ſpitiū denegarunt:quū tamen iſti fratres oīa ꝓ amore tuo
reliquerūt:et huc venerūt alias querere:quas tu moriēs re
demeſti:⁊ negauerūt ſeruis tuis q̄ ioculatoribus non ne-
gaſſent. Tunc chriſtus terribili vultu dixit priori. De q̄ or-
dine es tu? Qui reſpōdit De ordine ſancti Benedicti. Et cō
uerſus chriſtus ad ſanctū Benedictū dixit. Eſt ne veruꝫ qḋ
iſte dicit? Qui reſpondit. Domine deſtructor eſt mee reli-
gionis ipſe ⁊ ſocij eius. Nam ego precepi in regula q̧ men-
ſa abbatis ſemper ſit cum hoſpitibus:et nunc iſti neceſſa-
ria hoſpitibus negauerunt. Tunc precepit chriſtus vt i vi-
mo que erat in clauſtro ſtatim ſuſpenderetur:et ſimiliter
fuit factum de ſacriſta et cellario poſt ſimiles reprehenſio
nes:⁊ iudicatū de eis. Quibus ſuſpenſis:vertit ſe chriſtus
ad illum monachum qui fecerat miſericordiam in minores
interrogans cuius ordinis eſſet. Cōſiderās ille quomodo
monachi Benedictini fuerant male tractati:totus treme-
bundus ⁊ ſibi pauēs dixit dn̄o. Ego ſum de ordine hui⁹ pau
peris. Tunc chriſtus illi pauperi dixit. Franciſce eſt ne veꝝ
q̧ iſte ſit de ordine tuo Reſpondit Franciſcus. Dn̄e meus
eſt:⁊ ex nūc recipio eum. Quūq̧ ipſum fortiter amplexare
tur:fuit a ſomno excitatus:⁊ ſtupēs ad huiuſmodi viſionē
⁊ maxime qꝛ nomē Frāciſci audierat a chriſto:cucurrit nū
tiare priori:quē reperit in ſua camera deformem et penit⁹
ſuffocatum. Qui territus clamauit:et currens ad alios mo
nachos inuenit eos modo ſimili ſtrangulatos. Et quū vel
let ad fratres minores confugere:ipſos reperit receſſiſſe.
Nam timore prioris ianitor licentiauerat eos ſummo ma-
ne:⁊ pergens ad abbatem omnia per ordinem enarrauit.
Qua de re fuit valde ſtupefactus. Et quū iſta hincinde vul
garentur:dicti fratres Oxoniam venientes a rege Henrico
ſunt honorifice recepti. Quibus rex dedit locum ad con-
uentum conſtruendum. Intantum autē fratres illi fuerūt
in partib⁹ illis ſctitate famoſi:q̧ nō ſolū monachellus ille (cenobiū)
q̄ fuit primus ibi recept⁹ ad ordinē minoꝝ:⁊ ꝫ dn̄s Rodul (fratruꝫ)
phus cū a Erfordēſis/⁊ quidā abbas cū multis alijs ordinē (minorū)
intrauit:⁊ tā humiliter conuerſati ſunt:vt ⁊ ipſe epiſcop⁹ (ꝯſtruiſ)
⁊ abbas lapides portarēt pro cōſtructiōe conuētus. Hic vo (in An-)
frater Agnellus quū multos iuniores ad ordinē recepiſſet (glia.)
ordinauit ibi ſtudiū:et rogauit dn̄m Robertū venerabilē
Oxonie theolobie magiſtruꝫ:vt regeret ſcholas fratrum.
Qui humiliter acq̄euit donec de ordine habuit ſucceſſorem.
Quū autē dictus frater Agnellus ad eundē cōuentum de-
ſoris applicuiſſet:voluit experiri q̄d fratres predicti in ſtu
dio profeciſſent. Et vidēs eos diſputātes adinuicem acceſ-
ſit. Et [illegible] diēs eos diſputātes vtrū iſta ſit vera? Deus eſt:ꝫ
lo [illegible] us et multū turbatus ait. Heu me:ſimplices et il
literati ad deum rapiuntur. et iſti literati deū eſſe ponunt
in queſtione. Et ob hoc illud ſtudiū reuocauit.

§. III. Anno dn̄i. M. ccxxi. bea-

tus Franciſcus inſtituit tertiū ordinē:qui dicitur peniten
tium:ꝓpter illos q̄ matrimonio iuncti facere penitentiam
flagitabāt:quorū primus fuit quidam ſctūs hō dictus Lu
cius. Et eodē anno Honorius papa. iij. dedit ordini priuile
giū q̧ nullus a poſt profeſſionē factā ordinē exire preſume-
ret:exeuntē autē nullus retinere auderet:et q̧ null⁹ poſ-
ſet ſub habitu dicti ordinis euagari. ⁊ contra hoc preſumē-
tes poſſent fratres cēſurā eccleſiaſticā exercere. ❡ Anno
dn̄i. M. ccxxij. fuit vir quidā i Italia Barptoleme⁹ noīe:q̄
audiēs famā btī Frāciſci circūquaq̧ diffuſā:ad ei⁹ predica
tionē aduocationē ſuam deſerens (aduocatus enim erat)
ſub honeſto habitu ⁊ tertia regula dignos penitentie fru-
ctus facere ſatagebat:⁊ tantā cū btō Frāciſco familiarita
tem cōtraxerat:q̧ ſanctus recipiendi fratres ei cōceſſerat
facultatē. Hic habebat demoniacū in domo:qui quaſi con-
tinue loquebat̄. Quū aūt btūs Frācīſ. ad illud hoſpitium
quadā die accederet:⁊ adhuc multū appropinquaret:demōia
cus ille cepit tacere:⁊ et per triduū continue tacuit. Poſt re
ceſſum. b. Frā. loquacitatē primā reaſſumpſit. Adiuratus
ergo diabolus a dicto Barptolemeo cur tacuiſſet per illō
triduū:r̄ſidit q̧ ex quo applicuit. b. Frā. ita religat⁹ fuerat
a deo:q̧ vnū vbū ꝓferre nō potuiſſet. ⁊ Barptoleme⁹ adie
Eſt ne ergo tāt⁹ hic frater Frā. vt q̄ cū ſic pati potueris
et ligari. Cui demoniacus. Vere talis ⁊ tāta eſt vtus eius
q̧ magnalia eius totus mūdus cū admiratione cognoſcet.
Et nunq̄d (inquit Barptolemeus) vos de eius aduentu ex
quo tātus eſt:aliquid cognouiſtis? Et demon. Nō eſt mltū
tp̄s q̧ princeps noſter nos oēs ſimul cōgregauit:⁊ dixit q̧
pr̄ miſericordiarū de⁹ nūq̧ ſic mūdū pctīs inuolui ꝑmiſit:
quin mūdo pctīs multū collapſo ſemꝑ aliquē miſerit pro
peccatorib⁹ cōuertēdis:ſicut Noe:Abrahā:deinde Moy-
ſen:demū Chriſtū ⁊ aplos. Qꝛ igit̄ mō hūanum genus vias
Chriſti ⁊ aploꝝ reliq̄rat:⁊ memoria paſſionis ei⁹ a cordi-
bus hoīꝫ q̄ſi totaliter receſſerat:ex multis argumētis cla-
rū eſt q̧ mittēdus erat aliquis reformator. Quū autē vide
rimus iſtū Frāciſcū ſic arduis virtutū cū tāto feruore aſcē
dere:mūdana cōtēnere:vitā Chriſti renouare:tantam con
gregationē hoīm ꝑfecto ꝝ poſt ſe trahere q̄ſi certitudinal̄r
exiſtimauim⁹ q̧ ipſe eſt quē timebamus ꝓ mūdi reforma-
tione mittendū. Et adiecit demon. ſ. princeps demonum:q̧
deo patre cōtra mundū turbato/Chriſtus ꝓmiſit ſuā paſ-
ſionē i puro hoīe renouari:ꝑ quē cordib⁹ imprimeret̄ fide
liū:a q̄b⁹ videbat̄ penit⁹ abolita. Hoc autē fuit biennio an
teq̧ ſctūs ſacra ſtigmata recepiſſet. Et idō (inquit demon) ꝯ
Chriſtū ⁊ ei⁹ ordinē cogitauim⁹ opponere vires noſtras.
Nā quū in tali loco eſſent tm̄. vij. fratres ipſius ordinis:ſe-
re. viij. milia demonū miſſa ſunt ad tētādum illos fratres.
Inuenim⁹ aūt viā ꝑ quā illos ſaltē ꝑ obliquū ad trāſgreſ-
ſionē regule deduceremus. Nā cōtra puritatē/mulierū fa-
miliaritatē ⁊ iuuenū inſolentiū receptionē. Cōtra paupta
tē/edificioꝝ ſumptuoſas ſuperfluitates. Contra obedien-
tiaꝫ/opinionū diuerſitatē:adeo q̧ a ſtatu primo ordo vide
bitur diſceſſiſſe. Et tunc alius exurget:qui maiora faciet
q̄ Franciſcus. Et tunc magna pars hominum per moni-
ta eius ⁊ ſequacium conuertetur.

§. IIII. Anno dn̄i. M. ccxxiii.

quum dn̄s Hugolinus cardinalis Oſtieñ. protector ordi-
nis vellet regulam per dn̄m Honoriū cōfirmari. b. Franci.
preoſtēſa ſibi prius celeſti viſione de micis panū ſubtiliſſi
mis:vt regulā ad cōpendioſiorē formā reduceret:⁊ a deo pre
monitus aſcēdit cū duob⁹ fratrib⁹. ſ. Leone Aſſiſino et Bo
niſo Bononiēſi in mōtē Rainerij:ibiq̧ ieiunādo ⁊ orando
regulam quā ex ore dn̄i ſibi aſſiſtētis ꝑcepit diligēter ſcri
ptu re cōmendauit:⁊ quū deſcendiſſet:⁊ eā fratri Helie vi-
cario ſuo cuſtodiendā tradidiſſet:ille ꝑ incuriā eam amiſit.
Unde beatus Frāciſcus iterū aſcendens in mōtē:eandem
regulā ſancto reuelāte ſpiritu exarauit. Quū vero ſancto
in monte exiſtente:diuerſi miniſtri congregati/ne forte ni
mis aſperā regulaꝫ inſtitueret formidātes:ad eū cū fratre
Helia vicario ſuo acceſſiſſent:dicentes q̧ ad obſeruationē
illius regule niſi eā dictaret de eoꝝ cōſilio/ſe minime obli
garent:vox audita eſt in aere chriſti dicētis ſe velle q̧ regu
la illa ab vniuerſis fratribus ad literā ſeruaretur:⁊ quū oīa
que ibi erant a ſua procederēt volūtate. Eodem anno fuit
regula illa per Honoriū tertium approbata pontificatus
ipſius anno. viij. ab inceptione ordinis ex quo beatus cepit
habere fratres anno. xv. ❡ Eodem anno menſe Ianuarij
beatus Franciſcus obtinuit primo a deo intercedente bea
ta dei genitrice Maria:et demum a ſuo vicario Honorio.
iij. indulgentiam plenariam peccatoꝝ in annis ſingulis ac
cedentibus ad eccleſiam ſancte Marie de angelis ꝫ primo
die Auguſti:⁊ q̧ duraret per diē naturalem:incipiendo a ſe
cundis veſperis illius diei vſq̧ ad veſperas diei ſequētis
includendo noctem:quo die illa eccleſia fuit a ſeptem epi-
ſcopis de mandato domini pape ſolenniter conſecrata:⁊ et
dicta indulgentia publicata. ❡ Anno vero dn̄i. M. ccxxiiij.
ad dicte regule ⁊ plenarie indulgētie confirmationem:⁊ circa
feſtum exaltationis ſancte crucis:vel vt in quadam reuela
tione diuina continet̄/in eodem feſto crucis:beatus Fran.
fuit ſacris ſtigmatibus in monte Aluernie quaſi bulla re-
gia altiſſimi ſigillatus. Quū vero idem generalis beatus
Fran. infirmitatibus ⁊ doloribus quaſi cōtinuis ex rigore
penitētie/quū eſſet delicatiſſimus/grauaretur:in quodam
ca. in quātū potuit/ceſſit officio ⁊ ꝓ ſe ſtatuit fratrē Petrū
Cathanij ad ordinē gubernandū:cui ſtatim ꝓmiſit firmiter
obedire. Quū autē fratres multū lachrymarentur:videntes
ſe quodammodo orphanos fieri tanto patre orbati:beat⁹
Frā. eleuatis in celū oculis ⁊ manib⁹ iūctis inq̄t. Dn̄e tibi
cōmendo familiā quā mihi hactenus cōmiſiſti:⁊ nunc pro (Stig-)
pter infirmitates quas tu noſti dulciſſime curā ipſius ha- (mata. b.)
bere non valens/eam cōmendo miniſtris:qui in die iudicij (Franci.)
coram te teneantur reddere rationem. Frater Petrus Ca (impſſa.)
thanij quūꝫ aliquo tēpore rexiſſet ordinem vt vicari⁹ bea.
Fran. ante mortē ſancti deceſſit:⁊ tumulatus apud ſanctam
Mariā de portiuncula. Quum vero multis miraculis coru-
ſcaret:

ſcaret: τ ob hoc ad illā eccleſiā cōflueret cū oblationibus populoꝝ multitudo reuerſus ſctūs ad locū: τ ꝑpter illas oblationes τ viſitātiū multitudinē triſtis effect⁹: ad eius ſepulchꝝ accedēs dixit. Frater Petre tu mihi dū viueres ſemꝑ obediēs fuiſti: mō q: nimis ab iſtis ſclarib⁹ infeſtamur: debes mihi etiā obedire. Quare tibi per obediētiā precipio vt ceſſes ab iſtis tuis miraculis: quoꝝ occaſione ab iſtis ſecularibus ꝑturbamur. Et extūc nullū miraculum fecit. Poſt mortē vero fratris Petri beatus Frā. poſuit ad regendum ordinē fratrē Heliā de Aſſiſio: virū vtiq; famoſa prudentia illuſtratū. Qui quis a ſctō τ multis fratrib⁹ vocaret miniſter: nullus tamē fuit ipſo viuente electus: vel ab ordine tanq; generalis receptus. Circa illud tempus frater Helias conſtituit vt nullus frater decetero manducaret carnes. Sed quodam angelo in ſpecie pulcherrimi iuuenis ad portam fratrum pulſante: τ fratri Helie predicto queſtionem huiuſmodi proponente. Utrum obſeruatoribus ſancti euangelij liceat de omnibus que apponunt̄ prout Chriſtus tradidit manducare. Et vtrum alicui liceat obſeruatoribus ſacri euangelij contraria imponere euangelice libertati. bea. Franci. qui tunc in ſyluis orabat: et cui omnia de voluntate dñi reuelata fuerāt: iſta reuocauit. Quū enim iuuenis ille angelus fortiter pulſaret ianuā: τ frater Maſſe⁹ ei rñdiſſet vt nō ita fortiter primo pulſaret: ille aūt ſe feſtinantiā aſſerens habere dixit. Ego volebā interrogare patrē Franciſcū de vna queſtione: ſed ex quo eſt in ſyluis occupatus in oratiōe dicas fratri Helie vt ipſe veniat τ declaret. Qui quū nūtiaſſet fratri Helie: τ ille audito φ quidam iuuenis eū peteret: dedignat⁹ eſt vt vir elat⁹ accedere. Qui iterū pulſans dixit fratri Maſſeo portario. Ex quo nō vult venire frater Helias vocatus: dicas fratri Franciſco vt mādet eū venire ad me. Quod totū executiō mandatum eſt. Ueniens ergo frater Helias turbatus: τ cū impetu apiens portā: dixit. Quid vis tu? Cui iuuenis. Tu videris iratus τ turbatus: ſʒ rogo te vt reſpondeas ad iſta duo que. ſ. ſuperius dicta ſunt. At Helias ait. Bene ſcio rñſionē hui⁹ queſtionis: ſed nolo modo tibi dicere. Cui angelus. Ego meli⁹ te noui. Tūc iratus Helias clauſit ſibi oſtiū in faciē. Sed cito ad ſe reuerſus aperuit portā: vt reſpōderet iuueni: τ ille diſparuerat. Btūs aūt Frāciſcus in ſpū iſta cognoſcens, turbatus cōtra fratrē Heliā increpauit eū dicens. Male facis frater Helia ſuperbe: qui repellis angelos q̄ ad nos veniūt ad informandū nos. Et idem angelus in ſpecie iuuenis acceſſit ad fratrē Bernardū in alio loco manentē: τ retulit ſibi queſtionem factam ab eo fratri Helie. Unde poſtea accedente fratre Bernardo ad locum vbi erant. b. Franciſcus, frater Helias, et Maſſeus: τ conferentibus adinuicē de his: beatus Franci. ſiſeo illud preceptum fratris Helie de non comedendo carnes reuocauit.

§. V. Reuelatum eſt btō Franciſco oranti de iſto fratre Bernardo, φ a multis τ acutiſſimis demonibus impugnabatur fortiſſime: propter qđ cū magna compaſſione τ lachrymis oranti pro eo vt daret ei victoriam: manifeſtatum eſt ei diuinitus φ pugne ille date ſibi erant ad coronam τ exercitium meritoꝝ: τ de omnib⁹ dei auxilio victoriam reportaret: τ in tāta pace τ quiete poneret̄ ſpiritus eius: φ vniuerſi qui audiēt mirabūtur. Qđ totū impletū eſt. Quū aūt vna dierū. b. Frā. q̄ iā cecutiens effect⁹ erat: tū ꝑpter penitētie rigorē: tū ꝑpter cōtinuū fletū: perrexiſſet ad locū vbi morabat̄ frater Bernardus prefatus vt loqueretur cum eo de diuinis: inuenit eum in ſylua in oratione raptum et diuina contemplatione totū abſorptū: ad quē Fran. ait frater Bernarde loquere iſti ceco. At frater Ber. nō rñdit ei vllū verbū: τ ꝑpte ad dñm tota mēte ſuſpenſus: nec in eū reſpexit. Mirabilē enim gratiam dulcedinis habebat dictus frater Ber. in loquēdo de diuinis: τ frequēter de hmōi loquebat̄ cū eo: τ aliqū ꝑ magnam partem noctis. Et facto aliquo interuallo, ſcdō τ tertio. b. Frā. vocauit Ber. dicēs. Ueni: loquere iſti ceco. Qui loquētem nō aduertit diuinis intētus. Receſſit ergo. b. Fran. deſolatus τ quaſi murmurās φ frater Ber. quū ad eum acceſſerit, nec reſponderit tertio vocatus. Et ecce diuina vox ad eum in corde facta. Unde tu pauper homuntio conturbaris? nūquid debet homo deū dimittere propter creaturam aliquā? Frater Ber. quū tu eū vocabas: erat cōiunctus mecū: τ ideo nos potuit ad te venire: nec te audiuit vocantem. Hec intelligēs ſctūs: ſtatim cōcito greſſu reuertit̄ ad fratrē Ber. vt ſe de dicta cogitatione humiliter accuſaret. Frater Ber. aūt ad ſe reuerſus occurrit. b. Frā. audito φ ad ſe veniſſet: τ ꝓiecit ſe ad pedes ei⁹: τ humilitas. b. Frā. τ charitas τ reuerētia fratris Ber. ſibi inuicē obuiātes pie concertabant: τ recitata reprehenſione diuina ſibi facta: precepit. b. Frā. Ber. vt qcqđ ſibi mādaret ꝑ obedientiam impleret. Ipſe vero timens ne aliquod exceſſiuum vt ſolebat ad ſui cōtemptū imponeret: volēs illud pia obedientia declinare, dixit. Paratus ſum pater veſtrā obediētiā facere: dūmodo vos mihi in eo qđ vobis dixero obedientiā ꝓmittatis. Rñdit ſctūs, aſſentio. Tunc frater Bern. Dicatis mihi pater inqt, qcqđ vultis me facere. Precipio tibi ꝑ obediētiam ait. b. Frā. videlicet ad puniendā ꝑſumptionem meā et audaciā cordis mei: τ vt me iacentē in terra calces pede tuo vno ſuper guttur meū: τ alio ſuper os meū poſito: ita φ pedibus tuis me in gutture τ ore ſic calcātibus transeas me ter ex vna parte ad aliam: τ ſic trāſeundo improperās mihi dicas iſta. Jace ruſtice fili Petri Bernardonis. vñ tibi tanta ſuperbia? quis es viliſſima creatura? τ ſimilia. Que quum audiſſet frater Ber. ſibi imperata: τ ſʒ eēt durū valde ſibi fuerit exequi ꝑpter reuerētiam ad ſctm̄: ꝑpter obediētiam impleuit quantū curialiter valuit. Quibus peractis: dixit. b. Frā. Mō ꝑcipe frater Ber. quicqđ vis: τ implere totum paratus ſum. Et ille. Precipio tibi φ qñcunq; erimus ſimul de meis defectib⁹ me arguas: τ acrius reꝑhēdas. Quo audito. b. Fran. obſtupuit: q: tante cognoſcebat vir ſanctus Bernardū eſſe ꝑfectionis τ ꝓbitatis: vt haberet eū in magna veneratione. Unde ex illo tempore cauebat vir ſctūs cū illo diutius cōmorari: ne ꝑpter dictā obedientiā cōtingeret ei tam ſanctā animā aliqua correptione impetere: ſʒ quādo ipſum cupiebat videre: vel cū eo de deo loquentem audire: expediebat ſe breuiter τ ſuccincte. Et erat videre mirabile: quō in patre ſctō τ eius filio primogenito Bern. deuota pugna certabāt: τ ſibi obuiabant obedientia τ charitas: patiētia τ humilitas. ¶ Quū aūt btūs Frā. infirmaretur ad mortē: pro ipſo fratre Bern. miſit: τ quum videre non poſſet: appropinquanti ſibi poſuit manū ſuper caput eius bñdicēs eū: τ vni ex ſocijs dixit. Scribe qđ dico. Primus frater quem dedit mihi dñs, eſt iſte frater Bern. τ qui primo incepit τ perfecit conſiliū euangelicum oīa pauperibus diſtribuendo: τ ideo magis teneor eum diligere q̄ aliquem noſtre religionis. Unde volo τ precipio inquantum poſſum: vt quicūq; fuerit gñalis huius ordinis, τ miniſter vel ꝓuincialis τ alij fratrib⁹, ipm̄ tāq; me diligant τ honorent: τ vice mea ipſum habeant. Et in extremis conſtitutus fecit vocari ab adſtātib⁹ fratrib⁹ τ lachrymātib⁹ añ trāſitū eius ipm̄ Bern. vt eū benediceret. Qui accedens dixit fratri Helie vt poneret ſe ad dexteram ſancti: vt ponēs manū ſuam dexteram ſuper caput ſuum eū benediceret. Qđ quū factum fuiſſet dixit. b. Franci. tangēs caput fratris Helie. Iſtud non eſt caput primogeniti mei Bernardi. Cancellatis ergo manibus poſuit dexterā manū ſuam ſuper caput Bern. q̄ erat a ſiniſtris ei⁹ dicens. Bñdicat te deus pater domini noſtri Jeſu chriſti oī bñdictiōe in celeſtibus: τ et multa alia demū ait. Quoſcūq; volueris recipere ad ordinem recepti ſint: τ quoſcūq; volueris emittere emittant̄: τ nullus ſuper te habeat poteſtatem. Sed quocūq; volueris pergere vel morari poſſis. ¶ Deuenit tādem iſte Ber. ad maximum contemplationis apicem: τ ſemel audiendo miſſam ita abſorptus fuit in deū: vt dū eleuaret̄ hoſtia, nihil aduerteret: ſed ſtās irreuerberatis oculis inſenſibilis a manē vſq; ad nonam permanſit: poſt nonā ad ſe rediens cum admiratiua voce dicebat. O fratres o fratres: nullus eſt in cōtrata iſta tam magnus et nobilis cui promitteretur vnum palatium auro plenum: quin ad tam nobilem theſaurum acquirendū feſtinaret. Sic ibat extūc fere per. xv. annos tam mente φ facie ad dñm ſemper erectus: τ in quibus ꝑpter exceſſiuam mentis eleuationem in menſa ſibi famē non auferebat corporalē. De oīb⁹ tū q̄ ſibi apponebant̄ aliquātulū comedebat: dicens. Uera abſtinentia eſt ab his que ſapiunt abſtinere. Et quia mens eius erat penitus a terrenis abſoluta: aliqū ꝑ. xx. aliqū per. xxx. dies ſolus ꝑ montiū cacumina percurrebat. Ad tantā radio contemplationis lympiditatem intelligētie peruenerat φ magni clerici ꝑ arduis queſtionibus theologie ad eū veniebāt. Erat aūt tanti zeli iſte vir dei: vt quēlibet τ in quantocūq; gradus culmine conſtituto poſitum auderet reprehendere: ſi ipſum videret in aliquo regule tranſgreſſorē. Uñ τ cernens aliqū fratrē Heliam miniſtrū ordinis gñalem magnū equū equitare: poſt eū fortiter ſufflabat dicens. Nimis eſt groſſus τ altus equus iſte: non ſic regula docet. Tāde ad extrema deductus τ ſumptis eccleſie ſacramentis adſtantibus fratribus dixit. Chariſſimi: ego⁹ nunq; fui frater minor niſi in tentationib⁹ meis: τ in illis enim ſemꝑ reperi deum adiutorē. Illud in anima mea ſentio: φ ꝓ mille mundis noſſem dō ſeruiſſe deo. Rogo φ vos inuicē diligatis. Sicq; in lecto requieſcentis facta eſt facies eius ſplendida τ leta. ſicq; ſpūs eius euolauit ad celū: τ corpus eius quaſi viue q̄ videbatur ridere.

obitus btī bernardi ordinaui n ordin.

§. VI. Anno autez domini. M.

ccxxvi.iiij.nonas Octobris: Pontificatus dñi Honorij.iij.
anno.xi.etatis vo ſue.ſ.beati Fran.xlv.anno:a prima ſua
ad deū cōuerſione anno.xx.ab inſtitutiōe religionis.xviij.
Beati ex quo ſcz cepit habere fratres poſt diutinā infirmitatem
Franci. et grauiſſimos dolores ex hoc ſeculo migrauit ad celum.
exitus. Poſt cuius tranſitum rexit ordinem frater Helias vſq ad
electionem futuri generalis. Et eodez anno mortuo Hono
rio/electus eſt in Romanū pontificē Hugolinus epiſcop⁹
Fratres Oſtieñ.qui fuerat protector ordinis ipſius:et vocatus Gre
minores go.ix. ¶ Anno ſequenti frater Helias dedit licentiā fratri
effecti bus ipſius ordinis.ſ.fratri Danieli et Agnello/Samueli/
fuit frater Helias: et per hunc modū vt legit. Quum ad capitulum generale per fratrē Heliaꝫ vocati eſſent omnes fratres de toto ordine qꝫ fratri Helie adherebant: et congregatis fratribus vocatis per fratrē Jo. tanqꝫ vicarium: vt de generali prouideretur: incluſo fratre Joā. cum miniſtris prouincialibus et cuſtodibus: ſuperuenerunt fautores fratris Helie: et fracto oſtio capituli ingrediuntur: et fratrē Heliā portāt in locum generalis miniſtri: clamādo tumultuoſe ipſum debere eſſe generalem: quem beatus Frāciſcus ante mortē elegerat eſſe gubernatorem ordinis. Quod videns frater. Jo. vt humillimus ſurrexit: et habitu nudatus plorans in terram ſe proſtrauit: et renūciauit officio: aſſerēs ſe indignum: et reſumpta tunica exiuit a caplo. Et ſic electus eſt dictus frater Helias magis tumultuoſe qꝫ canonice. Qui cepit ſe ſimulate excuſare dicens. Chariſſimi nō imponatis mihi hoc onus: quum

Frater Helias.

non poſſim vitam eõdem ſequi: nec propter meas infirmitates peditare. Tunc ſui fautores clamarũt q aurum comederet ſi expediret: et equum haberet: dummodo ordinẽ gubernaret. Facta eſt igitur diſſenſio inter eos: q̃ aliqui repetebant dictum fratrem Jo. vt deuotũ et exemplarẽ: alij fratrem Heliam vt magis in agibilibus expertũ: et prudẽtia ſeculari callentem. Que diſceptatio quũ ad aures Grego. ix. perueniſſet percipiens q maior pars poſtularet fratrem Heliam: prior fratrem Joannẽ: ipſum fratrẽ Heliã (etſi ſe excuſantem de ĩnfirmitudine) cõfirmauit et declarauit fore generalẽ. Hic de Aſſiſio oriundus fuit: adeo ſapientia humana famoſus: vt raros in Italia reputaret habere equales. Hic miſſus viſitatoribus fecit ſub arctitudine magna prouincias viſitari tam in capitibus q̃ in membris. Et tunc generalis miniſter paſſim inſtituebat et deſtituebat prouinciales miniſtros: et miniſtri cuſtodes: et cuſtodes guardianos. Et de alijs prouidebat. Hic erat non modicum alti ordinis: et nimis per mundanam ſapientiã volebat ordinẽ gubernare: ſuper quo a beato Franciſco frequenter reprehenſus fuerat. Qui cernens q quidam frater. H. Anglicus in religione perfectus/ et in eccleſia beati Franciſci tumulatus/ miraculis coruſcaret: zelo beati Franciſci motus ne videretur rarior miraculis: acceſſit ad ſepulchrũ eius: et cum magna cõfidentia precepit ei ne cum ſuis miraculis gloriã beati Franciſci offuſcaret. Qui extunc amplius miracula minime operatus eſt.

¶ Sub iſto generali fratre Helia iã multi docti viri ingreſſi ſunt ordinem minorum: et magiſtrati ſunt in theologia. Inter quos fuerunt frater Odo Rigaldi filius clarus genere et moribus coactus poſtmodũ ad archiepiſcopatum Rothomagenſem aſſumendũ: magnus predicator. Quo etiã tempore magne perfectionis vir dñs Rodulphus Anglicus et epiſcopus Erfordẽſis magiſter in theologia clariſſimus: ipſum ordinẽ ingreſſus eſt ex hac viſione. Quũ enim oraret: raptus eſt in celum ad intuendũ manſiones ciuium ſupernorũ. Nullumq ibi videns inter ſanctos diuerſarum religionũ ex ordine minorum: ad quem ſatis erat affectus: mirabatur. Tunc apparens ei vna mulierũ pulcherrima dei genitrix Maria/ quid animo volueret inquiſiuit. Cui quum reſpondiſſet ſe ſuper eo ſtupere q nullum inter ſanctos aliarum religionum videret ordinis minorum: quum tamen in eccleſia dei in tanta reuerentia haberentur: et tantum fructum ſalutis animarum afferret: reſpondit. Ueni mecum: et ego tibi vbi maneant indicabo. Et oſtendit fratres minores Chriſto familiariter adherẽtes. Et dixit. Ecce ſub alis iudicis ſunt: ſalua cum iſtis animam tuam. Quam viſionẽ in ſe reuerſus attendens ordinem minorum intrauit annuente papa Grego. ix. Sub generalatu' iſti⁹ multi fratres minores decedẽtes in diuerſis ciuitatibus et precipue Italie claruere miraculis ex magna eorum vite ſanctitate. Fuit demum iſte Helias congregato capitulo generali Rome/ abſolutus a generalatu. Poſtq̃ illam eccleſiam magnam et duplicatam Aſſiſij cum campanili et campanis perfecit. Et cauſa huius dicitur fuiſſe: quia ipſe in multis regulam tranſgrediebatur pompatice incedens. Multas enim eleemoſynas pro illa eccleſia cõſtruenda procurauit et priuilegia: q poſſent fratres pecuniam percipere per interpoſitam perſonam contra regulam de decreto. Et quia miſit procuratores per prouincias: quibus indixit collectas pecuniarias prouinciis pro occaſione fabrice eccleſie Aſſiſinatis. Et quia cepit theſaurizare: habere equum magnum et domicellos. Cepitq dictus frater Helias eos qui de his eum arguebant perſequi: et ſignificantes (qui zelantes erant pro obſeruatione regule et conſeruatione religionis) hec ſummo pontifici. Qui cõuocato capitulo Rome dictum fratrem Heliam: eius excuſationes vt friuolas ſuper obiectis non admittens/ a generalatu abſoluit: quum annis nouem rexiſſet ordinem.

§. II. Quartus generalis miniſter

Frater Albert⁹ Piſan⁹. ſter fuit frater Albertus de Piſis: vir perfectus et bonus: de prouincia Tuſcie: miniſter tunc prouincialis Anglie: electus in capitulo Rome celebrato: et confirmatus a Greg. ix. anno dñi. M. ccxxxix. Sed ſubito flos aruit et decidit per mortem tranſactis ſex menſibus tantũ in officio generalatus. Circa ea tempora in Alemãnia ſunt cõuentus minorũ multiplicati: et multi fratres ſanctitate et miraculis ibi claruerunt. Inter quos fuit frater Bertholdus egregius predicator in Ratiſpona tumulatus. Hic quũ ſemel cõtra peccatum quoddã predicaret valde deteſtandorũ grauitatẽ oſtendendo: quedã mulier que tale peccatum cõmiſerat audiẽs: verbi ſpiculo ex arcu tante virtutis et efficacie proſiliẽte percuſſa: tanto dolore cõpuncta: et ſpũm exhalauit. Tunc populo ſup hoc tumultuãte: frater Bertholdus ſilentiũ imperauit: et oibus iniunxit, vt orarẽt q dñs ſup hoc beneplacitũ ſuũ reuelaret. Ipſo

Frater Bertholdus.

igit et alijs orantib⁹: mulier illa mortua reſurrexit: et dixit q ad diuinũ iudiciũ euocata/ ꝓpter cõpunctionẽ magnam fuerat ab eterna pena liberata: ſed vt confiteretur peccatũ per petuum nec confeſſori intimatũ: fuerat ꝓpterea a mortuis reuocata. Et inter cetera manifeſtauit q eadem hora qua obierat. lx. milia hoim fuerãt in diuerſis partibus orbis ex ſeculo euocata: de quibus tantũ tres purgatorium intrauerunt: ceteris in inferno ſepultis: excepto vno fratre ordinis minorũ: qui ꝑ purgatoriũ tranſiens ſubito acceptis ſecum duabus aiabus que ſibi erant confeſſe: inde cum eis paradiſum aſcẽdit. In cõuentu Spirenſi quidam frater Joannes decedẽs ſepultus eſt: qui mortuum ſuſcitauerat. In Brabãtia frater Petrus homo magne perfectionis quum vna dierum miſſam deuotiſſime celebraret: hoc cernente quodam puerulo qui hoc poſtea reuelauit: ſpecies panis conuerſa eſt in ſpeciem pueri pulcherrimi donec cõmunicauit: vnde ille infantulus dicebat alijs: q frater Petrus pueros paruulos comedebat: quia hoc viderat in altari. ¶ Claruit etiã in prouincia Prouincie in Claromõte frater Philippus eximie ſanctitatis: qui quum in caſtro Biomo predicaret: quendã publicum vſurarium vehementer redarguit: et admonuit vt reſtituens vſuras confiteretur. Ipſe vero contẽnens monita truffabatur promittens ſe facturum. Quũ vero in Mõteferrando idem frater Philippus infirmaretur grauiter: et audientibus multis adſtãtib⁹ ait. Non poſſum modo: quãdo poteram: noluiſti. Interrogatus cur iſta diceret: reſpondit. Modo anima talis vſurarij de Biomo per demones deportatur in infernũ: que quũ clamaret ad me vt eam iuuarem: et ſic ei reſpondi: q ego non poſſum. Et inuentũ eſt q illa hora ille vſurarius mortuus erat.

§. III. Quintus miniſter generalis

Frater Haymo. ralis ordinis minorũ fuit frater Haymo: vir magne reuerencie: Anglicus natione: maximus theologus: et totius ſpeculum honeſtatis: electus in capitulo generali anno dñi. M. ccxxxix. preſente dño Grego. ix. et vota eligentium recipiẽte: quẽ et ipſe electũ confirmauit: et facta eſt ibi diuiſio prouinciarum. Et ipſe generalis voluit q tam ſua q̃ prouincialium miniſtrorũ et cuſtodum poteſtas limitaretur ꝑ capitulũ generale. Et tunc cuſtodes ꝑdiderunt poteſtatem inſtituendi et deſtituendi locorum guardianos. Ad iſtius generalis mandatum precellẽtes in theologia magiſtri Alexãder de Ales et frater Joannes de Rupella: ſciẽtia et religione clariſſimi: habita collatione cũ aliquibus aliis ordinis magiſtris et viris diſcretis ſcriptũ valde vtile ſup regulã ediderũt: qd̃ generali et diffinitoribus ad cap. tranſmiſerunt. ¶ Tpe huius generalis anno ſcilꝫ. M. cclij. fratres aliqui predicatores ſimul et minores dati inquiſitores cõtra hereticos in partibus Toloſanis: per ipſos fidei inimicos hereticos martyrio coronati ſunt: quos dñs miraculis decorauit. Uacante autẽ ſede Romana defuncto Greg. ix. quum eſſet maxima diſcordia inter imperatorem Fredericum. ij. et eccleſiam: frater Helias de Aſſiſio de quo ſupra: factus eſt ita familiaris imperatori: vt frequenter eius conſilijs vteretur. Et tunc prorupit quaſi de latibulo ſimulationis: multis fratribus ipſum concomitantibus vigore priuilegij ſibi conceſſi per Grego. ix. videlꝫ q poſſet ire quo vellet facere penitentiã cum fratribus volentibus eum ſequi. Et demum viſus eſt declinare in partem imperatoris querentis temporalia eccleſie auferre. Qui etiã imperator miſit fratrem Heliã ad imperatorẽ Cõſtantinopolitanũ: vt inter eos imperatores tractaret pacem. Et inde facta eſt magna ordinis plaga: dicentibus aliquibus Helie complicibus q non rite fuerat abſolutus a generalatu ordinis: et q vigore dicti priuilegij poterat ipſum proſequi. Sicq facta eſt magna ordinis ſciſſura: aliquibus fratribus et multis ſequentibus Heliam: alijs Haymonem. Creato autem papa Innocentio quarto anno domini ſcilicet M. ccxliiij. compatiens papa tante ordinis ſciſſure: fecit cõgregari capitulũ. Et poſt materie examinationẽ/ cognoſcẽs pontifex fraudes fratris Helie: eum dei gratia et priuilegio eius priuauit: precipiendo qd̃ de cetero nullus eum ſequeretur. Qui tantam humiliationem non ferens/ vocatus ab imperatore ei rebelli eccleſie adheſit. Quod intelligens Innocentius/ ipſum citauit. Quo non cõparente: ſiue quia timuit: ſiue quia litere ex fraude non fuerunt ei preſentate: et excõmunicauit eum papa: et habitu ordinis priuauit. Interea infirmatus eſt Cortonij iſte Helias ad quẽ accedens germanus eius laicus frater minor: rogauit eum vt reconciliationẽ q̃reret a ſummo pontifice: et totaliter ei ſe ſubmittens. Qui ad ſe reuerſus deſtinauit ipſum germanum ſuum eiuſdem ordinis ad Innocentium ſupplicando vt amore beati Franciſci cuius ſocius fuerat et vicari⁹: ſibi ignoſcere dignaretur: et excõmunicationis ſententiam relaxaret. Quod totũ, con

ceſſit

ceſſit ob reuerentiã beati Franciſci. Et ſic fertur Helias culpam ſuã & rebellionẽ multis lachrymis moriẽs expiaſſe. Adhuc in carne degenti beato Frãciſco fuerat reuelatũ ipſum Heliam demũ eſſe dãnandũ & extra ordinem moriturũ. Quẽ Heliam ex eo beatus Franciſcus abhorrens: vix poterat ei loqui vel eum aſpicere. Cuius rei cauſam Helias importunius querẽs: tandem ab eo extorſit manifeſtationẽ eius qđ viderat. Qui multũ obnixe rogauit vt pro ſe ad dñm intercederet: ne oui cula ſua a lupis infernalib⁹ deuoraretur. Scio (inquit) q: voluit deus mutare ſententiã: ſi peccator mutet delictũ. Ego pater tantã deuotionẽ habeo in te: q ſi iã infer no eſſem & pro me orares penas illas leuius ferrẽ. Ora ergo pro me pater: & non dubito ꝙ dñs ſententiã reuocabit: & ego mores in melius mutabo. Quumq; feruẽter pro eo ſanctus Fran. oraret: indicatũ eſt ei ꝙ non dãnaretur: ſed bene extra ordinẽ moreretur qđ euenit: q: extra conſortiũ fratrũ obijt Cortonij. Prefatus generalis miniſter frater Haymo ad officia ordinis inhabilitauit laicos id eſt cõuerſos: qui prius vt clerici exercebant officia. Et ſub eo claruit frater Guilielmus ſignis & prodigijs: qui tres mortuos ſuſcitauit: & in conuentu Tuderti ſepultus. In cõuentu Aſiſij defuncti ſunt & ſepulti multi ſancti fratres ex ſocijs. b. Fran. qui claruerunt ſanctitate & miraculis: & in pluribus alijs conuentibus prouincie ſancti Fran. Sub iſto generali intrauit ordinẽ frater Bonauentura. Demũ quum ordinem gubernaſſet annis. v. diem clauſit extremum Anagnie.

Fratris Helie ta cetitus. [margin]

§. IIII. Sextus gñalis fuit Creſcentius

de Eſio: venerabilis ſenex: homo iuſtus: & diſcipline zelo probatus: electus anno dñi. M. ccxlv. in capitulo generali. In quo capitulo mandauit fratribus ꝙ ſibi in ſcriptis dirigerẽt quicqđ de vita & miraculis. b. Fran. veraciter poſſent. Poſtea frater Thomas de Ceparano de mandato miniſtri eiuſdem & ca. generalis / ex relationibus factis a pluribus primum tractatũ legende. b. Fran. de vita & verbis & intentione eius circa ea q pertinent ad regulã declarauit: q̃ que dicitur legenda antiqua: & incipit. Placuit ſancte vniuerſitati. Quã legendã frater Bernar. de Beſſa ad cõpendioſiorem formã reduxit. & incipit. Plenam virtutibus. Ex poſtea Bonauentura ſtilo elegantiori & breuiori cõpilauit. ¶ Hic generalis Creſcentius antiquus ordinẽ intrauit: ſatis peritus in iure canonico & medicina. Qui parum poſt facta viſitatione miniſtri Marchie: inuenit in ordine vnam ſectã fratrum nõ ambulantiũ ſcđm euangelij veritatẽ. Qui inſtituta ordinis contẽnentes exiſtimabãt ſe alijs meliores. Qui ad libitum volebant viuere: oĩa ſpiritui attribuentes: portantes etiam mantellos breues vſq; ad nates: quos idem miniſter valenter exterminauit. Uocatus aũt dictus generalis ad cõcilium generale Lugdunenſe ab Inno. iiij. ipſe propter ſuam inſufficientiã in eloquentia & in alijs non fuit auſus accedere: ſed miſit vicariũ loco ſui virum diſcretione & prudẽtia decoratum. Quo tempore obijt Pariſijs Alexander de ales. In conuentu Anagnie obijt frater Andreas nepos dñi Alexandri. iiij. pape. Qui pronuntiatus cardinalis / renuit: & miraculis claruit. Eodem anno papa Innoc. miſit ad regem Tartarorum fratrem Ioan. de plano Carpini: & fratrem Stephanũ Bohemum: ſiue vt compeſcerẽt eum a perſecutione Chriſtianorum & mores eorũ & ritus explorando: vel vt animum eius (vt dicebatur a pleriſq;) inclinatum ad conuerſionem fidei ſcrutarentur. Miſſi etiam ſunt fratres predicatores aliqui ad idem: vt habetur in ſuperioribus: qui cõſcripſerũt de moribus Tartarorum ſatis diffuſe: vt patuit ſupra. Refert idem generalis in quodam libello: ꝙ quum idem frater Petrus optaret viſitare limina parentum ſuorum: nec licentiam habere poſſet ad hoc a prelatis ſuis: ſed expreſſe contradicerent & diſſuaderẽt: ille inſalutato hoſpite ne detineretur aufugit. Qui non multũ elongatus a loco / a ſomno corripitur: & non valens procedere in terram ſe proiecit & dormiuit. Et beatũ Fran. qui adhuc viuebat in humanis (ante enim multos annos hoc acciderat) in ſomnis apparuit ei: arguẽs eũ ꝙ obedientie iugum ſubterfugiſſet: & ad reuerſionem exhortans. Quod quũ facere denegaret bea. Fran. virga quam tenebat in manu: fortiter eum verberauit. At ille ad dolorem vulnerũ excitatus & dolorem ſentiens: poſt excitationẽ reuerſus ad conuentũ & ſuſceptus eſt. ¶ Inſurgentibus aliquibus dubijs inter fratres: Inno. iiij. anno. ij. ſui pontificatus regulam explanauit: & oborta dubia declarauit. In qua declaratiõe ꝯceſſit ꝙ miniſtri prouinciales cõmittere poſſent receptionẽ fratrum ad ordinem ſuis vicarijs & alijs idoneis de cõſilio diſcretorũ: quod pri⁹ prohibitũ fuerat eis p Greg. ix. Item declarauit Inno. ꝙ omniũ bonorũ quibus vti licite poſſunt: ius & proprietatẽ eccleſie Romane applicuit. Quũ fratres celebraſſent quoddam generale capitulum: quidam demoniacus q fuerat familiaris olim. b. Fran. & fratrum aũ diabolicã inuaſionem: dixit fratrib⁹ quadã die. O ſi vos faciatis cap. veſtra: demones etiã cõtra vos celebrare cap. non omittũt. Nam tali die in tali monte debent innumerabiles demones contra vos cõgregari. Et quum interrogaret quũ & de quibus: r̃ndit demon per obſeſſum. Conatus demonum eſt: vt ordinem totum ſubuertant contra obedientiam: caſtitatem / & paupertatem. Sed quia ordo in illis tribus eſt adhuc nimis vigoroſus: qđ de directo non poſſunt: faciunt per obliquũ. Nam ſicut dixerunt: tentabunt contra paupertatẽ per edificiorum ſuperfluitatẽ & curioſitatem. Contra caſtitatem / per mulierum familiaritatẽ & iuuenũ receptionẽ. Cõtra obedientiam / per principũ familiares conuerſationes: & opinionũ varietates. His dictis contigit duos fratres extra mitti: quorum trãſitus erat ſup dictũ montẽ: & quum appropinquarent ad locũ: & illac tranſirent: viderũt ſub diuerſis formis & ſpeciebus aĩaliũ ſylueſtrium demones voces et vlulatus terribiles emittẽtes. Qui munientes ſe ſigno crucis cõfidenter tranſierunt: & querentes eis nocere nõ valuerũt. Hic generalis Creſcẽtius (vt teſtat frater Peregrinus in chronico ſuo) tantũ p trienniũ tenuit officiũ generalat⁹ vſq; ad capłm generale: in quo noluit intereſſe: ſed miſit vicariũ ſuũ fratrẽ Bonauenturã de Eſio virũ prudentẽ: & in eo capło fuit ꝑpter inſufficientiam: & ineloquentiam & alia a miniſterio generalatus ſimpliciter abſolutus.

Frater Creſcentius. [margin]

Sancti Franciſci legẽda. [margin]

Regule fratrũ minorũ declaratio. [margin]

§. V. Septimus generalis miniſter

fuit frater Ioan. de Parma: vir ſcientia & religioſitate preclar⁹: maximus paupertatis & humilitatis amicus: de prouincia Bononie oriundus. Qui de ſtudio Pariſienſi vbi ſententias legerat: ad generalatũ in capitulo fuit aſſumpt⁹. Inno. aũt. v. anno ſui pontificatus / modificando primam regulã ſctẽ Clare: dedit ſororibus ordinis ſcti Damiani aliam regulã latiorẽ: ſub qua adhuc viuũt monaſteria Aquitanie & prouincia Prouincie pro maiori parte & alia in diuerſis ꝓuincijs: q gubernationi ordinis immediate ex regula ſunt ſubiecta. Prima regula ſctẽ Clare nondum erat bullata. Eo tpe Inno. papa miſit ꝓfatũ Ioã. generalẽ miniſtrum ad imperatorẽ & patriarchã Grecorum: ob vnionẽ faciendam cũ Romana eccłia: & deſertionẽ errorum: & deteſtationẽ: vbi multum vita & ſcientia tam imperatorem & ſuos ꝙ clerũ & ꝓplm vniuerſum edificauit. Et illud quidẽ negotiũ feliciter conſummaſſet: niſi q: tunc eodẽ anno papa & iperator viam ſunt vniuerſe carnis ingreſſi. Hic generalis frater Ioan. conuocato Rome capło anno dñi. M. cclvi. in preſentia dñi pape Alexandri. iiij. q regimẽ ordinis & ꝓtectionẽ: qđ vt epũs Oſtienſ. prius exiſtens habuerat: noluit dimittere: ſed ſibi retinere ex maxima affectione ad ordinem. Idem Io. generalis cum omnimoda importunitatis inſtãtia / allegata impotentia / a miniſterio generali ſe abſolui obtinuit. & de reaſſumendo officio / nec capło generali vehementer inſtanti: nec villis vel ſummi pontificis vel cardinaliũ ſuaſionibus acquieſcere volens non contemptu: ſed impotentie ad officiũ exequendum cauſam aſſignãs / humillime ceſſit: ad tractatum capłi nihilominus admiſſus reuerẽter. Frater peregrinus tñ de Bononia in ſua chroñ. aliter narrat: ſc; ꝙ hic generalis quum reuerſus eſſet de legatione Grecie: emulis eius q erant multi: accuſantibus eũ dño pape Alexandro: ipſe papa precepit in ſecreto ꝙ renũtiaret officio: & ꝙ nullo modo aſſentiret ſi eum miniſtri prouinciales vellẽt in officio retinere. Et ego (inquit) in capło fui mediator inter ipm & miniſtros: & hoc habui ab ore eius. ¶ Huius etiam tempore libellus editus a Guilielmo de ſancto Amore doctore Pariſiẽ. contra mendicantes. ſ. ꝙ non poſſent in tali ſtatu ſaluari: tãꝙ ꝑnicioſus ſceleſtus & deteſtabilis / per rationes efficaces fratribus minoribus & predicatoribus ꝓbantibus falſitatem eius: primo coram Alexandro papa. iiij. ſub anathematis ultione contra eos q tenerẽt articulos illius libri: & non delerent: dãnatus eſt. Poſtea coram rege ſancto Ludouico cõbuſtus fuit liber ille. Et Guilielmus de regno Francie expulſus / magiſterio priuatus. Magnam tamen perſecutionem ordini ingeſſit. q: concitauerat callide clerũ Pariſiẽſem & ꝓlatos eccleſie: quorum ſe defenſorem dicebat contra ipſos mendicantes. ¶ In Florentia decedens quidã frater Humilis dictus: & ex Peruſio oriundus: & ſepultus multis claruit miraculis. Hic ex diuina reuelatione ordinẽ intrauerat. Qui quũ chriſtum ſibi apparentem & ingreſſum ordinis precipientẽ interrogaret quã vitã in ordine tenere deberet: r̃ndit ei chriſtus. Tenens vitam cõem: & fugies fratres: & nõ iudices alios de factis ſuis. ¶ Frater etiã quidam Accurſi⁹ ibi iacet: excellẽna pietate ꝓfectus multis ꝓdigijs luminoſus: qui inter alia quũ eſſet in dicto cõuentu Florentino infirmarius: & ſemel in capella infirmorũ orationi vacaret: apparuit ibi beã virgo

Frater Ioãnes Parmẽſis. [margin]

Guilielmi dãnato amore liber igni dãnatus. [margin]

go Maria cum ſancto Antonio de Padua ꝛ fratre Placido. Que cum ex hoc indubitabiliter cõſolato dñs familiariter loq̃retur: ꝛ idẽ frater Accurſi⁹ audiret quẽdam fratrẽ infirmũ ſue cure cõmiſſum clamantẽ: totus cõpaſſione cõmotus relicta dei matre ad infirmũ cucurrit: ꝛ ei neceſſaria miniſtrauit. Quod beata Maria ita gratũ habuit: ꝙ ipſum iterũ ſua pñſentia ꝛ dulci alloquio dignata eſt ꝯſolari. ¶ Requieſcit etiam ibi frater Bñdictus laicus de Mugello: magnis miraculis radioſus. ¶ In Anglia quidã frater multũ in ſermonibus gratus: ꝛ in textura quadã philoſophie cum theologia nõ modicũ curioſus quum iuxta modũ ſue curioſitatis ſemel ſe ad predicandũ prepararet: philoſophari intendes in illo ſermone iuxta morẽ: ſibi nocte oranti Chriſtus apparuit: tenens librũ pulcherrimũ in manu: in cuius medio erant litere auree venuſtiſſime: ꝛ in marginibus erat lutũ: ex quo fetor maximus exhalabat. Liber etiã in ſuperficie erat turpis. Et frater quũ interrogaret Chriſtũ quid liber ille turpis et pulcher figuraret: reſpõdit. Verba ſunt theologice facultatis litere auree. Fetor ꝛ lutũ philoſophorũ dicta. Turpitudo exterior: curioſitatis apparẽtia quibus verba mea multipliciter deturpatis. Unde ad ſe reuerſus frater ſtatim mutauit ſermonis materiã: curioſitatẽ dimiſit: cõtentus ſcripturarũ ꝛ doctorum ſanctorum dictis: ꝛ philoſophica a ſermonibus ſuis. Iſte generalis cõſueuerat qualibet die celebrare: ꝛ quẽdam iuuenẽ deuotũ quem in aurora in eccleſia orantẽ inueniebat/ſibi ſeruire in miſſa faciebat. Et vno mane quũ ille iuuenis feſſus dormitũ iuiſſet: non eum inueniẽs/cepit dicere primã: vt miſſam celebraret. Et ecce angelus dñi in forma iuuenis aduenit ꝛ ſeruiuit in miſſa. Qua dicta: inuenit generalis iuuenem adhuc dormientem. Unde angelum dei ſeruiuiſſe ſibi cognouit.

Frater Bonauẽtura.

§.VI. Octauus generalis ordi

nis fuit frater Bonauentura de Balneo regio: qui magiſtratus fuerat Pariſijs in theologia. Et Rome celebrato cap̃lo fuit electus preſente Alexãdro.iiij. Hic Pariſijs libellũ perniciosiſſimũ: qui traditur fuiſſe magiſtri Gerardi: cõtra religioſos pauperes latẽrãtẽ/per apologiã tam eloquenter ꝙ ſubtiliter confutauit. Qui Gerardus datus in reprobum ſenſum etſi doctor theologus: quũ linguã contra beati Frã. ꝛ ordinis eius ſtatum in blaſphemiã relaxaſſet: tanta(vt fertur) ſu: romina viſione ꝑcuſſus: vt paralyſi diſſolutus: ꝛ lepra reſperſus interiret: exemplum relinquẽs alijs vt ſciant dñm Jeſum defenſorem eſſe pauperũ ſuorum. In cap̃lo aũt generali Narbone celebrato: ipſe generalis Bonauẽtura cõſtitutionibus ordinis formã ꝛ ordinem dedit: ꝛ breuiario alique ſunt rubrice addite ſub Urbano.iiij. Quo tẽpore btũs. Tho. de Aquino ex iniũctione ipſius Urbani fecit opus iiij. euangeliorũ. ¶ Quũ quidã frater nomine Simon de veritate articuli trinitatis quaſi dubitãdo inanis cogitaret: ꝛ ex tentationis huius importunitate afflictus cum illa triſtitia obdormiuit. Et ecce Chriſtus benedictus eidẽ apparuit dicens. Simon dormis? Ille vero ignorans eſſe Chriſtũ/cuiꝰ g'lana ei impatiẽter reſpõdit. Et quum iterato ſibi diceret Chriſtus. Simon dormis? Ille plenius euigilans vidit eum. Et ipſe qui apparebat non erat purus homo: nec creatura pura. Quẽ Chriſtũ benedictũ agnoſcens/ſtupefactus ante ipſum cum magna reuerentia ſe proſtrauit. Non cogites de his/inquit: nec de trinitate in aliquo dubites. Sed ſicut audiſti: et credit catholica eccleſia: firmiter ita credas. Et hoc dicto Chriſtus diſparuit: ꝛ frater ille fuit ab illa tentatione liberatus. ¶ Quũ duo fratres eo tempore in itinere in domo cuiuſdã ſecularis hoſpitando verbis inutilibus ꝛ potationibus ſe dediſſent: nocte completorium dicere omiſerunt. Mane duo iam ſole recedẽtibus eis: vnus alium preibat ſeparatus. Et ecce ſibi occurrit in via quidã homo facie terribilis in ſpecie paſtoris ꝛ habitu. Quẽ quũ ille ſalutaret: ille vultum exacuens/vt turbatus reſpondit. Que eſt ſalutatio tua miſer: qui deuias a via patris tui Franciſci? Ubi eſt cõpletoriũ quod tu et ſocius tuus heri dimiſiſti? Eſt ne etiam modo hora dicendi matutinũ? Hec ꝛ alia q̃ vos omittitis negligenter: nos contra vos bene ſcribimus diligenter. Et illo diſparente/frater ille territus cecidit: ꝛ ſuperueniẽti ſocio viſionem enarrauit. Et ambo compũcti ꝛ confeſſi in melius vitam mutarunt. Rexit autem ordinem frater Bonauẽtura generalis annis.xviij. vel circa: ꝛ inde aſſumptus eſt ad cardinalatum a Grego.x. vt patuit ſupra.

Frater Hiero. Aſculanus.

§.VII. Nonus gñalis fuit Hie

ronymus de Aſculo prouincie Marchie: electus Lugduni anno dñi.M.cclxxiiij. Tunc aũt dictus frater Hieronymus nundum a legatione de Grecia reuerſus fuerat. Tandẽ nondum finito cõcilio Lugdunẽſi: cum ſolẽnibus nũtijs Grecorum rediit: negotio ꝓ quo miſſus fuerat feliciter expedito. Unde ipſo efficaciter ꝓcurante. Greci tũc ad ſedis apoſtolice obedientiã redierunt: in quo.xl. ꝓlati Grecoꝝ ſubſcripſiſſe dicuntur. Ille quoq̃ q̃ Grecoꝝ tenebat imperium primatum ſctẽ Romane eccl'ie recognouit: eiq̃ ſe humiliter ſubiecit. Dño aũt papa Greg.x. miſſam ſolẽniter celebrante: dicti Grecoꝝ nũtij interfuerũt: ꝛ ſymbolũ cũ cõfeſſione articuli de ꝓceſſione ſpũſſancti a prẽ ꝛ filio decantauerunt: ꝛ et pacẽ cũ ceteris fidelibꝰ acceperũt. Et ſic ſe pro tota Grecia dño pape ſubmittẽtes: reuerſi ſunt ad eccleſie vnitatẽ. Affuerũt quoq̃ in eodem cõcilio nũtij Tartaroꝝ: adducti per ꝓfatum fratrẽ Hieronymũ: q̃ ibidẽ dño pape ſe ſubmittẽtes baptizati fuere. In qua re deus plurimũ ordinem exaltauit. Tandem poſtmodũ tpe Martini pape.iiij. negotiũ tractante pacis inimico) extitit ꝑturbatũ. Et quia pontifex ſummꝰ fratrẽ Hieronymũ prefatũ generalẽ diſpoſuit iterum mittere in Greciã pro quibuſdã punctis: ideo nõ potuit intereſſe cap̃lo generali ſequenti Padue celebrato: ſed miſit vicarium ſuum.f. Bonãgratiã: q̃ poſtea ei in generalatu ſucceſſit. Et eidẽ cap̃lo celebrato miſit lr̃as efficaces: q̃bus officio renũtiabat: allegãdo inſufficientiã ſuã ꝛ impotentiam: ac negotia eccl'ie q̃bus erat occupatus/nihilominus tñ cõfirmatus fuit in eodem officio. Hunc generalem rogauit dñs Joan. Caietanus ordinis protector cardinalis vt fratres non ex debito/ſed ſui amore obſequijs inſiſterent ſororum ſancte Clare. Quod ipſi generali fuit multũ graue ꝛ ordini. Tamẽ tanto patri amiciſſimo ordini reſiſtere non valentes: cum conceſſione huiuſmodi ſtatuerunt quod venientibus fratribus ad monaſterium/abbatiſſa ꝛ totus conuentus darent publicum inſtrumentum: quod non ex debito: ſed dei gratia ꝛ amore fratres earum obſequijs inſiſterent. Sub eodem generali dominus Rodulphus Romanorum futurus imperator filiam ſuam bea. Fran. ꝛ ſancte Clare ex deuotione obtulit: ꝛ religioni eiuſdem ſancte Clare perpetuo dedicauit. Anno dñi.M.cclxxvij. dñs Jo. Caietanus factus eſt pontifex ſummus: vocatuſque Nicolaus tertius. Qui primo anno ſui põtificatus fratrẽ Bentiuengã Tudertinũ ordinis minorũ fecit cardinalẽ ꝛ Albanẽſem epiſcopũ. Hic generalis frater Jo. de multorũ fratrũ cõſilio ꝯdẽnauit ꝛ reprobauit doctrinã Rogerij Bacõnis Anglici ſacre theologie magiſtri: cõtinentẽ aliquas nouitates ſuſpectas: ꝓpter quas fuit idẽ Rogeriꝰ carceri cõdẽnatꝰ: ꝓcipiẽdo oibꝰ fratribꝰ vt nullꝰ eã teneret: ſꝫ ipſam vitaret vt per ordinem reprobatam. Super hoc etiã ſcripſit dño pape Nicolao: vt per eius authoritatem doctrina illa periculoſa totaliter lopiret. ¶ Pariſijs hoc accidit notãdũ. Quidã magiſter in theologia intrauit ordinẽ minorꝝ quẽ mater de eleemoſynis nutrierat: ꝛ ſollicite de ſua ſubſtẽtauerat paupertate. Clamat hec audiẽs mater ꝛ eiulans oſtẽdit pectus ꝛ vbera: replicat in quãta miſeria eũ nutrierat: ꝛ in quãta miſeria relinquebat. Cõtuſus eſt animo falſa pietate magiſter: ꝛ in craſtinũ exire deliberat. Tandẽ vt conſueuerat orãs ante imaginẽ crucifixi: ꝛ in corde ſentiẽs magnam pugnã dicebat chriſto. Nolo te dimittere dñe: ſed matri q̃ me in tanta miſeria ꝛ labore nutriuit/intendo de neceſſarijs prouidere. Cũ his verbis intendens in imaginẽ crucifixi: vidit de eiꝰ laterali vulnere ſanguinẽ emanare: ꝛ audiuit vocẽ ſibi ſic dicẽtis. Ego te nutriui chariꝰ q̃ mater tua: iſto ſanguine te redemi: ꝛ ideo nõ debes me dimittere ꝓpter matrẽ tuam. Stupefactus magiſter: ꝛ nõ immerito chriſtũ matri preponẽs: in ordine cõpleuit dies ſuos. ¶ Alter q̃ vouerat intrare religionem: ꝛ poſtea a propoſito reſiliens factus canonicus ſecularis: poſt mediũ annum infirmatus eſt grauiter: ꝛ inuitatus ad confeſſionẽ dixit fuiſſe ſibi oſtenſum ſe eſſe damnatum: ꝛ ideo nõ amplius ſuper hoc eum moleſtarent: qz non poterat cõfiteri. Apparuit enĩ mihi dñs(ait) vt iratus dicẽs: Uocaui ꝛ renuiſti: ꝛ ideo vade ad penas inferni. Quo dicto expirauit. ¶ Alteri cum patre mortuo remanſiſſent multe diuitie: cõtemptis oĩbus ordinẽ minorũ intrauit. Cui apparuit diabolꝰ in ſpecie patris dicens ꝙ in purgatorio cruciabatur: qz nõ erat q̃ lucra illicita ꝛ debita ſua reſtitueret: poſſet ꝗ̃ ſi tẽ eũ iuuare ꝛ ab illis penis liberare: videlicet egrediendo religionẽ: vt de rebꝰ patris ſatiſfaceret. Ille autẽ magiſtro ſuo hec referẽs/reſponſum accepit ꝙ diabolus erat ad decipiendũ apparẽs: eũq̃ in dño cõfortauit. Quũq̃ pluries apparuiſſet: nec animũ eiꝰ vel in modico inclinaſſet: apparuit demum iuueni eũti ad matutinas demõ in forma patris di. Egredere: ꝛ fac qd̃ dicor: ꝛ ipſũ egredi incipiẽtẽ eccl'ia: ꝛ crucẽ ſe ſignãtẽ trahebat diabolꝰ per brachiũ violẽter: ꝛ dũ adſtringeret eũ: ꝛ dñi auxilium inuocãs euaſit manus eius. In locis autẽ in quibus tenuerat/ſe cõbuſtũ inuenit. Beatus deinde Frãciſcꝰ ei apparuit: ꝛ in animo ꝛ corpore ſanauit. ¶ Hic generalis fuit miſſus legatus cum alio patre venerabili ordinis predicatorũ ad pacificandũ reges Francie: ꝛ Caſtelle: ꝛ

ter quos diſſenſio non modica orta erat. Et dum fuerit Pariſijs: acceſſerunt ad ſuccidendum lites ⁊ diſſentiones ſcandaloſas que aliquādo inter fratres predicatores ⁊ minores ex inuidia oriri videbantur. vnde de vtriuſq₃ religionis fratrum diſcretorum conſilio/ordinata ſunt certa pacta ⁊ ſtatuta: quibus pax decetero inter predicatores ⁊ minores ſeruaretur: ⁊ charitas nutriretur. Inter que fuerunt ꝙ a mutuis detractionibus ⁊ contentionibus abſtinerēt omnino: ⁊ vbiq₃ ſeinuicem honore preuenirēt: ⁊ mutua ſe hoſpitalitate reciperent ſicut fratres. Et ſi inter perſonas vel conuent⁹ orta fuerint aliqua dubia vel queſtiones: per prouinciales locorum reſecentur: ⁊ offendentes alter alterum grauiter punirentur. Et he cōuentiones ſcripte deſtinate ſunt per omnes conuentus vtriuſq₃ ordinis. Exiſtens ergo in legatione predicta/per Nicolaum. iiij. factus eſt preſbyter cardinalis: deinde ep̄s Preneſtinus. In bulla vero ſuper hoc ſibi miſſa dominus papam mandauit vt a clericis ſtipendia reciperet: ſicut legatus cardinalis. Sz ipſe generalis de ſe humilia ſuadens: literis efficaciſſimis pape miſſis/allegādo ſuam inſufficientiam ⁊ impotentiam quantum potuit tanto gradui renunciauit. Nec aliam familiam interim recipere voluit: nec ſtatum mutare in aliquo donec a papa haberet reſponſum. Et q̄ papa ſcripſerat ſibi in hūc modū. Fratri Hieronymo ſancte Romane eccleſie tituli ſancte potentiane preſbytero cardinali: olim generali ordinis minorum: dubitabatur an poſſet vti officio generalatus. Demum de vtroq₃ fuit certificatus. Nā per literas papa precepit ſibi vt cardinalat⁹ gradum acciperet: et vice generalis vt prius ordinem gubernaret. Qui cardinalis effectus/humilitatis gloriam que prius in eo relucebat ita prudenter ſeruauit: vt miro modo cōmuniter ⁊ humiliter ageret: ⁊ honorem nihilominus dignitatin maturitate honeſtiſſima retineret. Cōfeſſus eſt ſepe multiſ tamē ſobrie: ſed certo (vt dicebat) ſermone: ꝙ potius vellet coquinam fratribus facere: ꝙ cardinalatus faſtigio preeminere: ſeq₃ aliter obſtaturum fuiſſe gradui illi: niſi offenſam ordinis timuiſſet. Rexit ordinem annis. v.

§. VIII. Decim⁹ magiſter generalis

Frater Bonagratia. fuit frater Bonagratia de pgicia Bononie vir multuz religioſus: ⁊ iuxta nomen ſuum morum gratia predotatus. Aſſiſij in capitulo gn̄ali electus. Viſitauit autem generalis factus papam Nicolaū: petens inter cetera ſi placeret/protectorem eis dari: qui dedit eis nepotē ſuum dn̄m Mattheuz rubei in protectorē cum multa deuotiōe ⁊ lachrymis ex affectione nimia ad ordinē ipſum. Et extenta manu cardinali ꝓ ꝓriū annulū cum oſculo manus recipiēdum porrexit dicens. Committimus tibi ordinē fratrum minoꝝ: ⁊ ſis gubernator protector ⁊ corrector iſtius fraternitatis. Et adiunxit. Tua gubernatione ordo non indiget: quia tot ſapientib⁹ ⁊ prudentibus pſonis abundat: ꝙ ad ſe gubernandū bene ſufficit ſibi. Correctiōi quoq₃ te nō oportet inſiſtere: q̄z inter fratres ſunt prelature taliter diſpoſite ꝙ in hac parte nō videt̄ poſſe eſſe defectus. Habent eñ guardianos: qui ſi deficerent: poſſunt recurrere ad cuſtodes ⁊ a cuſtodibus ad miniſtros: ſupra q̄n eſt gn̄alis: ⁊ ab hoc ad capitulum generale: ita ꝙ non eſt veriſimile apud eos ea que correctione indigēt preteriri. Vnū eſt in quo patrocinio tuo opus habent. Sunt enim imbeciles ⁊ pauperes: ⁊ multos habēt qui eos indebite inquietāt: quibus per ſe repugnare non valent: ⁊ iō indigent brachio et fortitudine protectoris. Hoc eſt potiſſimum i quo eis tua cura debet adſiſtere. Ex his et ſimilibus ſua verba cōcluſit. Ab illa die in antea ad cōpeſcendum quorundam mordaces inſultus contra regulā/et dubia declaranda: dominus papa Nicolaus tertius apud Surianum ſedens per eſtatē declaratiōi regule intendit: cunctis alijs negotijs pretermiſſis ſere per duos menſes: non ſine admiratione totius curie. Ipſe papa cum generali et diſcretis fratrib⁹: preſentibus et cōagentibus venerabilib⁹ cardinalibus epiſcopis domino Bertrenga Albanenſi/⁊ domino Hieronymo Preneſtino ordinis minorum aſſumptis deliberatiſſimam edidit illam que incipit/Exijt qui ſeminat decretalem: ac per peritiſſimos viros plures demū Bonifacius. viij. exactiſſima diligentia plurium dierum diſceptationibus elimatam per dominum Benedictum qui eam dictauerat: fecit ſolēniter publicari/et in vj. decretalium titu. de verborū ſignifi. eam inſeruit ⁊ authēticam reddidit. ¶ Sub iſto generali frater Gualter⁹ de Bru-

Frater Gualterus bru genſis. gis magiſter in theologia: tūc miniſter Turonie: fuit ꝑ dn̄m papam compulſus (illo totis viribus vſq₃ ad peccatū inobedientie renitente) recipere epiſcopatū Pictauēſem. Et quāuis generalis ille ſupplicauerit ne ille pater auferret̄ illi ꝓuincie: preualuit voluntas vicarij chriſti. Erat eñ vir omni virtute ornatus: ⁊ in regimine virilis. Tāte ſanctitatis fuit: ꝙ aliquando columba candidiſſima viſa eſt ſuper caput eius. Et contractum magnum debitum pro indumentis pauperum cum mercatore quodā qui angelus dei creditur fuiſſe in forma procuratoris: abſoluit debitū ſiludit cancellari fecit eo ignorante. Hic eñ quum diu litigaſſet ep̄s exiſtens in archiep̄atu Burdegalenſi pro iure eccl̄ie ſue: ⁊ poſt multos annos Burdegalenſis archiep̄s dictus Bertrandus papa eſſet creat⁹: Clemens quintus vocat⁹: depoſuit ipſuz dominū Gualterum ab ep̄atu Pictauēſi. ⁊ reduxit ad clauſtrum. Demū frater Gualterus ad extrema deueniens: quandā ſchedulam fecit in qua continebatur ꝙ ipſe appellabat a ſententia dn̄i Clemētis pape ſuper depoſitione ſua ab ep̄atu ad iuſtum iudicium dei: ⁊ ipſam ſchedulā in manu cōcluſit dextera ſua: ⁊ cū ea voluit ſepeliri. Quod factum eſt. Multis claret miraculis: precipue a quartana liberans. Quū aūt poſt duos annos vel circa papa Clemens cum curia ſua veniſſet Pictauos ⁊ ibi morā traheret: audito ꝙ frater Gualter⁹ cū ſchedula in manu clauſa ſuam appellationez continente ſepultus fuiſſet: voluit hoc videre: ⁊ ſi mandauit eum exhumari: ⁊ illam ſchedulam illi auferri. Mira res: manus eius aperiri non potuit: ⁊ ſchedula haberi: niſi facta prius promiſſione quod ſibi poſtea reſtitueretur. Quo facto ſtatim aperiri permiſit manum: ⁊ ſchedulam ſumi. Quam quum papa legiſſet: admiratus eſt: ⁊ reddi eā illi defuncto iuſſit. ¶ Aſſumptus autem ad papatum dn̄s Simon Gallicus cardinalis ⁊ vocatus Martin⁹. iiij. anno dn̄i. M. cclxxx. preſente fratre Mattheo de aquaſparta: plenariam indulgentiam in ſancta Maria in Portiuncula prope Aſſiſium confirmauit: ⁊ ad tollendum dubia ipſam de nouo ibi poſuit die alia aſſignata. ſ. prima die Auguſti: a veſperis inchoando vſq₃ ad veſperas diei ſequentis. Sed ⁊ generalis qui tunc erat frater Bonagratia: precepit per obedientiam ⁊ ſub pena excommunicationis in die prefate indulgentie in eccleſia dicta ſancte Marie vt nulla oblatio pecuniaria a fratribus reciperetur vel pro fratrū neceſſitatibus expenderet̄ recepta: ⁊ hoc propter cupiditatis notam: qua poſſet ab inuidis vel falſa vel minor indulgētia publicari: ⁊ deuotio minorari. Hic generalis aliquā narrauit ꝙ tēpore quo Pariſijs in choro fratrum fuerāt. xxx. celle aſſignate: ⁊ regente tunc ordinem minorum fratre Bonauentura: quedā mulier magne ſanctitatis vidit omnes xxx. fratres mortuos Pariſijs. Hec autem mulier diſtabat a Pariſijs per. xvij. leucas. Ex ſilo autē ꝑdicto numero vidit v. ad purgatorium deferri. xxv. euolare ad gloriam: quorum vltimum vidit collocari in ordine ſeraphin: ⁊ ille talis vltimus fuit ei reuelat⁹ ꝙ erat quidā cōuerſus nōie Venanti⁹ vir mire charitatis: non eñ ſm gradū vel ſcientiam: ſed ſz latitudinē charitatis premium menſuratur.

§. IX. Vndecimus gn̄alis fuit

frater Arlotus de prato: qui tunc erat miniſter prouincie Tuſcie. Solū per annū vnū ordinē regens/appoſitus eſt ad patres. Et remanſit vicarius generalis ordinis frater. B. de ſulgario: qui opus Bonauenture ſuper ſententias abbreuiauit. Eo tempore clarus in perfectione ſanctitatis habitus fuit frater Rogeri⁹ de prouincia Prouincie. Qui eti in principio ſui ingreſſus maxime fuit oppugnat⁹: ⁊ tentatione deuicta peruenit ad magnam mentis quietem / feruorem eximium/⁊ ſublimitatem contemplationis. Confeſſio ſua erat amara/clara/⁊ frequens: intantum vt communiter. viij. vel x. vicibus confiteretur in die: generaliter autem de omnib⁹ que perpetrarat/quinquies vel ſexies in anno. Quantuz ad carnis macerationem erat mirabilis ⁊ ſtupendus. Nam in cibo ⁊ lecto erat ſatis communis ſecundum exteriorem conuerſationē: ſecundū interiorē vero plurimum ſingularis: In quolibet eñ bolo mentem eleuabat ad deum: ⁊ ſic per talem mentis abſtractionem non videbatur ſentire ſaporem ⁊ qū ſic diſtrahi non poterat: cibum ſapidum totaliter dimittebat. Tanta cuſtodia ſenſus exteriores frenabat vt nec otioſa vellet audire. Et ſemel deprehendens cōfeſſorem ſuum virum perfectum ad otioſa laxatum: precepit ei cuſtos exiſtēs quod pro quolibet verbo otioſo diceret/ Miſerere mei. d. cū Salue re. ⁊ Credo in deum flexis genibus. Nec rogatus remouere vel minuere voluit talem penitentiam: niſi quod nō flexis genibus dicere illa teneretur. Oculos ita prudenter a vanis aſpectibus refrenabat: ꝙ vix aliquam mulierem aſpiciebat in faciē: etiam matrem ſuam vetulam ⁊ deuotiſſimam. Et quum confeſſor ſuus ſibi diceret. Cur pater cum tanta ſeueritate timeris aſpicere: reſpondit vir prudens et deuotus. Quamdiu homo facit quod in ſe eſt: peccata ⁊ occaſiones malorum pro viribus fugiendo: ⁊ deus facit quod in ſe eſt: vt a malis eum preſeruare non omittat. Sed ſi tu peccati periculo te exponis: maxime in tali materia ad quam homo multum inclinatur ex corruptione nature veteratę: iuſtuz eſt vt deus te relinquat proprijs viribus tuis: quibus

Frater Rogerius vir mire ſcītatis.

Non poteſ p momētū tētationibꝰ reſiſtere ſine deo. Sic erat abſtractus dictꝰ fr Rogeriꝰ: ꝙ ad ciborū dulcorē/veſtiū colorem/rerū valorē: q̄ſi inſenſibilis videbat. Et quāuis corde eſſet beneuolus ꝛ benignꝰ: tñ ex zelo alarum ꝛ diuini honoris: tātū erat in correctionibꝰ durus ꝛ inflexibilis: vt in corrigendo in terrorē verteret innocētes. Ab oī vana gloria fuit mirabiliter elongatus: qui aliquādo dicebat ꝙ ſi eēt melior homo mūdi: vellet ꝙ oēs ſcirēt: nō ad ſui gloriam: ſed vt oēs deū in ſuis donis collaudarēt: qui ſic vermiculū ſua virtute ꝛ bonitate ornaſſet. Quū ꝗtidie celebrabat: ꝛ ī miſſa ex feruore amoris/ſic ſe ſubito reuocabat: vt ex tali impetu ad terram caſurus videretur. Cū tāto feruore ꝑdicabat: ꝙ oēs audiētes mirabili dulcedine afficiebātur. Quē cū ꝗdā infirmarꝰ ex verbis eiꝰ interrogabat cū vñ verba eiꝰ haberēt tantam efficaciam ꝛ ardorē: reſpōdit. Homo ꝗ in oī actiōe ſua ꝓmittit mētē ſine elatiōe ad deū: ꝛ ad ipſum oīa ordinat: in omnibus inuenit deū ſuū. Quando igit vis legere in ſacris libris: debes cor tuum ad deū eleuare: dicēs: Dñe viliſſimus ſeruus tuus omni bono indignꝰ vult ingredi ad videndū theſauros tuos ad quos placeat tibi vt ipm (etſi indigniſſimū) introducas ꝛ des ſibi in verbis iſtis tātū te diligere quantū cognoſcere: qꝛ nolo te cognoſcere niſi vt te diligā: ꝛ talis inuenit deū ſuū. Et quū ſemel rogaretur a fratribꝰ vt loqueret aliqua de deo: rñdit. Homo ꝑfectꝰ dedignat loqui de deo. Et quū fratres mirarent ſuper hoc ṽbo: quū viri dei libēter loquant de eo: ſeipm declarās inquit. Adeo ſunt alta ꝛ magna que homo perfectꝰ in raptu cognoſcit ꝛ ſentit: ꝙ nullū idioma ad illa exprimēda ſufficit. Et ideo de ineffabilibꝰ male libenter loquit: ne forte illa loquēdo vilificet loquelis cōſuetis. Fuit iſte diuinis oraculis ꝛ reuelatiōibꝰ illuſtratꝰ: ꝛ diuinarū ꝯſolationū cibo refectꝰ: ita ꝙ paſſim repiebat ad deū.

§.X. Duodecimus generalis fuit

fr Mattheus de aquaſpōta magne ſciētie ꝛ magr in theologia: de ꝯuentu Tudertino: in capitulo gñali electꝰ in Monte peſſulano celebrato anno dñi. M.cc.lxxvij. Hic fecit pulchram poſtillā ſuper epiſtolā ad Ro. ꝛ tabulā ꝑ alphabetum ſuper textum ſen. Quo tpe dñs Hieronimꝰ prior gñalis ordinis ꝛ poſtea cardinalis de qua. §. aſſumptus fuit ad papatū: ꝛ dictus Nicolaus.iiij. Hic gñalis libellū quendā ꝯ declarationem regule factam ꝑ Nico.iiij. inſana temeritate editū ꝑ fratrem Nicolaū miniſtrū Frācie reprehēdit. Qui et ipſe cū aliis eidem libello fauentibꝰ penā in declaratiōe cōtentā incurrit. Qui frater Matthēꝰ gñalis a dicto Nico iiij. fuit ad cardinalatum ꝓmotus ꝑmo anno ſui pontificatꝰ: tñ de mādato pape remanſit gubernator ordinis: quouſq alter gñalis fuit creatus. Eo tpe multi ſancti viri ꝗ ꝛ miraculis claruerūt: in prouincia Marchie in diuerſis ꝯuentibꝰ deceſſerūt. Et tres eiuſdem ordinis ſcilicet fr Monaldꝰ de Ancona: fr Franciſcus de Petriolo vel de firmo: ꝛ frater Antoninꝰ de Mediolano: in Argenchi ciuitate Saracenorū martyrium ſuſcepe runt: qꝛ publice fidē xpi ꝑdicabāt: aſſerētes nō niſi in ea poſſe ſaluari: ꝛ Machometū vt falſum ꝓphetā deteſtādo: ꝛ legē eius iniquā eſſe dicēdo ꝛ dānabilē. Et alij plures in diuerſis locis. Frater Jacobꝰ cuſtos ꝛ ſocius eius fr Hieremias cū aliis.vij. fr Philippꝰ: ꝛ fr Cōradus: frater Stephanꝰ Ungarꝰ i Damiata: fr Frāciſcus martyrio coronati ſunt a ſaracenis.

§.XI. Decimuſtertiꝰ generalis

fuit frater Raimundꝰ de ꝓuincia Prouincie: electꝰ in capitulo Reate celebrato pñte Nicolao.iiij. anno dñi. M.cc.lxxxviij. quāuis papa audiens vota eligentiū aliū vellet eligi (vt fertur) vbi electores diu viderēt: quod eos non latebat. Unde quāuis capitulū Aſſiſij eſſet cōgregatum papa voluit Reate celebrari. Et lȝ crederetur papa offenſus: ꝙ nō eſt electꝰ quē volebat: tamē electionē factā cōmendauit vt factā a ſpiritu ſancto. Anno.ij. ſui pontificatꝰ Nicolaus.iiij. ꝯfirmauit regulā fratrū et ſororum de pnīa ꝑ beatum Franciſcum adhuc viuētem eis datā. Itē papa miſit literas dicto gñali: vt cōtra quoſdā fratres/ꝗ in ꝓuincia Prouincie ſchiſma videbant inducere: ſtatū aliorꝫ fratrū dānantes: et ſe ſpirituliores ceteris reputātes procederet: quorū nonnulli reperti ſunt infamiā ꝛ ſcandala in prouincia ſuſcitātes: ꝛ doctrinas nō cōſonam veritati tenētes: q̄ examinationē diligēter faciēdam fratri Bertrando de cigoregio cōmiſit ad eū referēdū. Facta vero relatiōe: dictus gñalis oīa ad examē ꝛ diffinitionem deduxit capituli gñalis de proximo Pariſijs celebrādo. ¶ Circa id tempus anno ſcȝ dñi. M.cc.xcj. ciuitas Achon capta fuit ꝑ Saracenos: occiſis ibi vel captis plus ꝙ triginta milibꝰ chriſtianorꝫ vtriuſq ſexus. Quū aūt eēt Achone ſolēne monaſteriū ſancte Clare ſororū: ꝛ abbatiſſa captam ciuitatē audiſſet: ꝛ Saracenos intraſſe: zelo caſtitatis virilis effecta oēs ſorores celeriter ad capitulū cōuocauit. Et prima informatiōe ſalubri ne a Saracenis deluderent/oēs ad martyriū animauit: ꝛ ait. Filie ꝛ ſorores cōtēnamus vitā iſtam: ꝛ vt immaculato ſpōſo immaculato corde ꝛ corpe fortes ī fide dño nro Jeſu xpo nos valeamꝰ offerre: ꝛ ꝑcio ꝓprij ſanguinis vitā interminabilē ꝓparemꝰ: qꝛ qđ me videritis facere/hoc ꝛ vos faciatis. Uirilis ergo mulier gladiolo ſuo naſum ꝓpriū ſibi mutilauit: ꝛ fluēte ſanguine totā faciē cruētauit. Animantur ſorores ad ſimilia: ꝛ facies ſuas diuerſimode vulnerantes ex cruore ṽgineo aſpectū horribilē aſpiciētibꝰ intulerūt. Quid plura? Intrāt Saraceni monaſteriū euaginatis gladijs ſanguinē xpianorū ſitiētes. Occurrerūt ṽgines ſacre intrepide: nō decorē ſed horrorē canibꝰ illis offerētes. Qui primo vidētes obſtupuerūt: deinde horrētes oēs gladijs peremerūt. Nēpe in eo ꝙ ſe vulnerauerūt: niſi excuſentur ex ſpeciali inſtinctu ſpiritusſancti hoc feciſſe: ſm cōmunē legem grauiter peccaſſent. Fratres etiā minores cōuentus qui ibi erat interfecti ſunt a Saracenis. ¶ In capitulo gñali Pariſijs celebrato ſub iſto gñali fratre Raimūdo: in quo ad preces regis Frācie ipe frater Raimūdꝰ fuit aſſecutꝰ cathedrā magiſtralē: frater Petrꝰ Oliui ꝑſens fuit in ꝗſtiōe ꝗ verſabat inter ipſum ꝛ cōmunitatē ordinis: vtrū. ſ. fratres ex ꝓfeſſione ſue regle obligent ad pauperē vſum rerū. Facta aūt quadā diffinctiōe de vſu paupere: idē frater Petrꝰ adiūxit iſta verba. Ego frater Petrus dico ꝛ ꝯfiteor non fratres nō teneri ad aliquē vſum pauperē: nec ad aliquē modū viuēdi niſi ſm qđ dicit declaratio dñi Nico. pape.iij. ꝛ ſentit ꝛ ſeruat ꝛ intelligit cōmunitas ordinis ꝓfeſſorū. Predictorū cōtrariū nunꝗ ſenſi nec dixi. Et ſi aliqđ (qđ nō credo) dixi vel ſcripſi iſtis cōtrariū: ex nūc reuoco ꝛ deteſtor: ꝛ nolo ꝙ ſtetur alicui mee cōfeſſioni cōtrarie. Et promitto bōa fide ꝙ nulli aſſerēti cōtrariū huiꝰ mee ꝯfeſſiōis fauebo vel adherebo. Quāuis aūt (vt ex dictis apparet) idē frater Petrus ordini ſatiſfecerit: nec repertus fuerit ſchiſmaticus ꝛ rebellis: tamen multos ſequaces in doctrina habuit: zelum neſcio quem ſine diſcretione habentes: ſub deuotionis colore non modicū capitoſos: quibꝰ multa ſcandala ſunt ſecuta. ¶ Tempore huius gñalis defuncto Nicolao.iiij. poſt vacatiōē ſedis apoſtolice per duos annos ꝛ tres menſes creato Celeſtino papa.v. qui poſt.iiij. menſes renūciauit papatui: electus fuit in ſummū pōtificē dñs Bñdictus Caietanus cardinalis: ꝛ dictus Bonifacius. Hic papa anno dñi. M.cc.xcv. huic gñali Raimū. contulit epatū Paduanū ꝛ ab officio gñalatꝰ abſoluit. Sȝ ipſe prouiſiōi de ſe facte nō cōſentiēs: aſſerēs ſe nō eſſe tāta prelatiōe dignū: papa vt fertur reſpōdēte: ꝙ multominꝰ erat dignus regere ordinē minorū/remanſit ab officio abſolutus.

> Memorabile ꝑ tuenda virginitate facinus.

> Frater Petrus Oliui.

§.XII. Decimuſquartus miniſter

ſit in vita ſua miraculis: quorū breuiter quedā hic ponūtur. Mulier quedā Margarita nõie habens virū de Tolentino concepit filiū: vir aũt peregre profectus eſt: peperit aũt ma ſculum dum vir abeſſet: q̄ ⁊ mortuꝰ eſt anteq̄ vir ſuus redie rit: que tantū dolorē de morte eius aſſumpſit: vt infirmaret adeo q̄ reuerſo viro: quum ex eo pluries concepiſſet: abor tiuum pariebat exanime. Quūq̄ iam ꝑ ſeptēniuꝫ hoc paſſa eſſet: ⁊ effecta grauida/acceſſit ad virum dei: explicans miſe riam ſuam: timens ne modo ſolito abortiretur. Sanctus ei compatiens facta pro ea oratione/conſolatus eſt eam: pronū tians hoc amplius ſibi nõ euenturū: ſed oēs viuētes pari turā. Qđ ⁊ factum eſt: filiā ea pariēte viuentē ⁊ alios filios in futurum. Eiuſdem mulieris filie Ceca nõie quedā tumefa ctio orta eſt ſub mento ad modum oui anſerini: et quum de inciſione per medicum tractaretur: ⁊ ſatis formidaret ne ex inciſura mortem incurreret: ipſe vir dei hoc audiens miſit ad matrem vt adduceret infirmam ad illū. Qua delata: quū Nicolaus ſanctus premiſſo ſigno crucis oraſſet ſuper eā tā gens locum morbi: priſtine reſtituit ſanitati: alterius quoq̄ filij prefate mulieris quū anteq̄ baptiſmū complete recipe ret/aīa a corpore receſſiſſet: nimis afflictam mulierem illaꝫ viſitauit vir dei: ad quā conſolandum inſinuauit ⁊ viſionem quā habuerat in ſomnis: videlꝫ q̄ aīa pueri decedentis fue rat poſita in manibus eius: quā quum demones quererent vt ſuam ſecum deferre ⁊ rogaui (inquit) dominū vt mitteret angelum ſuū q̄ de ꝑtāte eorū eriperet: qđ ⁊ factū fuerat: vnā ⁊ aīa illa paradiſum introiret: ⁊ inde conſolationē reciperet. Mādauit mulieri vt nemini diceret viſionē donec viueret. Quedā mulier de Macerata Tolentini habitans / ita infir mitate grauata eſt capitis: q̄ oculi ⁊ facies tota intantum vertebantur ad alterā partē: q̄ quaſi auribus iungebantur. Hec venit ad virū dei poſtulās benedici ⁊ tangi manu eius. Quo facto ⁊ orante eo: diuino priſtine reſtituta eſt ſanitati. Cu ius filius quum in ignē cecidiſſet: ⁊ brachium in manu eius combuſtum foret: adductus ad eum: facto ſigno crucis ⁊ di cto/Sanet te dñs Ieſus xp̄s: perfecte ſanatus eſt. Cecum il luminauit. [illegible]ractus in genitalibus ita vt viſcera deſcendiſ ſent: oratione ſua ad priſtinum ſtatum redijt. Patiens fluxū ſanguinis mulier ſanata eſt.

§. V. De felici tranſitu eius per

ſex menſes ante obitum eius omni nocte ante matutinas au ribus corporalibꝰ cantū angelicū eū dñs faciebat audire. Et quum eſſet in vltima egritudine: quidā viſitātes eum a diuer ſis languoribus ſanati ſunt. Morti appropinquans vocatis fratribus ſic eos alloquit. Quāuis nihil mihi conſcius ſim: tamen non in hoc iuſtificatum me eſſe ſentio ſeu cognoſco. Et ideo ſi quē leſiſti in aliquo quēpiā offendi vos ipſi iudica te ⁊ delictis parcite: vt dimittantur et vobis delicta veſtra. A priore petijt abſolutionē ⁊ oīa eccleſie ſacramēta: que de uotiſſime ſuſcepit. Deinde rogauit vt crux poneretur ante oculos eius: vt continue aſpicere poſſet: eā ſalutans: et mul tiplr ſe ei cõmēdans: exhilaratuſq̄ ait. Dñs meus Ieſus xp̄s ſue matri inherens ⁊ btō Augu. mihi dixit. Euge ſerue bone ⁊ fidelis intra in gaudium domini tui. Demum orantibꝰ fra tribus/directis oculis ad crucē ait. In manus tuas domine commendo ſpiritum meum. Sicq̄ aīa ſancta ad celū felici ter euolauit. Poſt mortē eius ⁊ ſepulturaꝫ multa miracula ad inuocationē nõis eius facta ſunt. Ceci multi illuminati ſunt: claudi plures erecti ſunt: ſurdi auditū receperunt: lo quelam multi nõ pauci: ⁊ (qđ maximū eſt) ſex mortui reſu

ſeitati ꝑ merita eius: quoꝝ noīa ⁊ loca ⁊ modus deſcribitur in legenda eius: ſed ob breuitatē dimitto. Captiui quidā car cerem euaſerunt: alij in mari naufragium.

¶ De ſctā Brigida ⁊ reuelationibus atq; ordine ei⁹. Cap̄.xi

Sancte brigide ſeu Brigite hyſtoria.

Sancta brigida de regno

Suetie oriunda fuit. Ex ſctōꝝ ibi regū progenie nō ſolum illuſtrem duxit originem: verum etiā de nobilibus deuotiſq; ꝓgenitoribus orta fuit. Pater eius multa loca ſanctorum Jacobi apoſtoli ⁊ aliorum viſitauit ex deuotione: q̄ etiam omni die veneris peccā ſua ꝯſueuit humiliter confiteri dicens. Sic me die veneris preparare volo ad deum: vt quicq̄d ceteris diebus mihi ꝯtigerit aduerſi: equanimiter ferre ſim parat⁹ ex memoria dn̄ice paſſionis: cuius veſtigia imitatus eſt vn⁹ ex filijs ⁊ frater Brigide: addens poſt confeſſionē ſecretā flagellis aſperis caſtigationem. Mater ſctē ſimilr̄ nobilis extitit et deuota: cuius pater de ſemine regio ort⁹ eſt. Mater hec quum adhuc Brigidam geſtaret in vtero ſuo: ꝯtigit eā nauigantem in quodā ſinu maris pati naufragiū. Et quum multi promiſcui ſexus fuiſſent ſubmerſi: dux regni vidēs eam in periculo conſtitutā / omnibus modis quibus potuit ad litt⁹ eam incolumē perduxit. Nocte autē ſequenti apparuit ei in ſomnis quedā perſona venerabilis in veſte fulgenti: dicens. Saluata es ꝓpter prolē quam habes in vtero: ⁊ ideo nutri eam cū charitate: q2 hoc ſpecialiter tibi a deo extat donatū. Nata puella ſancta in ſeculo etate ꝓficiebat ⁊ gratia: ⁊ fere per triēnium quaſi elinguis obmutuit: ⁊ os ſuū nō aperuit ad loquendū. In fine triennij adeo plene vſum loquendi obtinuit: q̄ iam nō more loqueretur infantium: ſed cōtra tam tenelle etatis naturā verba perfectiſſime reſonaret. Mater eius quū operibus ſemper bōis inſiſteret ⁊ eleemoſynis: infirmata eſt ad mortē: et deuote in domino requieuit: confortans eos qui de tranſitu eius dolebant dicens. Sufficit huc uſq; vixiſſe. Gaudendū eſt quia ad potentiorem dominum pgo. Ea igitur defuncta: amabilis virgo Brigida matertere ſue magne prudētie domine deuote a patre traditur nutriēda. Quumq; ſeptimum attigiſſet annū: vt ex iocundis principijs iocundior rei expectaretur euentus: vidit ex oppoſito lecti ſui altare: et dominam quandam fulgidis veſtibus ornatam ſuper id ſedentem: in manibus ſuis coronam habentem que ei dicebat. Brigida veni. Illa hec audiēs ſurrexit e lecto: confeſtim ad altare accedens. Cui domina ait. Brigida vis ne habere coronam iſtam? Annuente illa impoſuit domina coronam capiti eius: ita q̄ ſenſit quaſi circulū corone tāgere caput ſuum. Redeunte ea ad lectum diſparuit viſio: nū q̄ tamen poſtea eius oblita: per quod dabat̄ intelligi q̄ mēs eius altare domini efficeretur: in quo ſemper ignis diuini amoris arderet: vnde ⁊ coronam immarceſſibilem a domino conſequeretur. Jam decēnis effecta / velut lilium mundiſſimum totius honeſtatis candore renitēs: omnis virtutis fragrabat odoribus: fulgebat in ea ſobrietas cū modeſtia / ſimplicitas cum verecundia: humilitas cum obedientia: ſpecioſitas in conſcientia: hylaritas in patientia: ⁊ charitas indefeſſa: propter que omniū oculis gratioſa ab omnibus amabatur. ¶ Quadam die quum virgo dei deuota in eccleſia de paſſione chriſti predicari audiret: ipſa cōſeruans omnia verba illa in corde ſuo conferendo: nocte ſequenti vidit in ſomnis chriſtum quaſi eadem hora crucifixum et dicentem ſibi. Taliter ſum plagatus. Illa putans hoc recēter factum eſſe: reſpōdit in ſomnis. O domine quis fecit tibi iſta? Qui reſpōdit. Qui contemnūt ⁊ negligunt charitatem meam. Rediēs ergo ad ſeipſam: tantum affecta eſt ad paſſionem chriſti: vt raro ſine lachrymis reduceret memoriam paſſionis. Duodēnis exiſtens: quum intenderet cum alijs puellis coeuis eius operi plumario: ⁊ multum animo anxiaretur: q̄ opus ſuum facere nequiret: mentis oculos ad eum qui ſanctus eſt in omnibus operibus ſuis / attentius erigebat. Et ecce matertera ſua ingrediens domum in qua ſedebat (illo ordināte cuius opera magna ſunt) virginem quandam ignotam conſidentem ſibi ⁊ facientem opus cum ea audit. Quumq; ad introitum ſuum diſparuiſſet: queſiuit que eſſet illa puella que ſibi in faciendo opere conſidebat. Reſpondit Brigida ſe neminem vidiſſe vel ibi fuiſſe. Sed quia matertera ita ſubtiliter opus factum inuenit: vt cernentibus daretur intelligi non opus tam tenelle etatis eſſe: ſed mirabiliter illud a domino factum eſſe: ideo opus ipſum inter reliqua fideliter cōſeruauit. Non longe poſt quum virgo nobilis luderet cum puellis: quadam vice diabolus (qui ſemper primordia bona virtutum in ipſo ortu conatur extinguere) virgini apparuit: quaſi habens centum manus et centum pedes: et in omnibus deformiſſimus: vt terreret eam. Que exterrita cucurrit ad lectum ſuum ad imaginem crucifixi: et ſe humiliter recommendans. Cui diabolus iterum apparuit dicens. Nil poſſum tibi facere: quia non permiſit crucifixus. Sicq; confuſus euanuit.

§.I. Quod cōiugem accepit ani

maduertēs exinde pater ei⁹ q̄ virgo tā ſpectabilis ⁊ morib⁹ elegans / veluti altera heſter genus ſuum altius poſſet extollere / ⁊ quaſi fons paruus in flumen maximum creſcens in aquas plurimas redundare: ipſam cuidam iuueni nobili prudenti ⁊ diuiti copulauit in vxorem. Ancillas honeſtas ⁊ comites morigeratas ſecum habuit: qui ſibi de conuerſatiōe bona poſſent teſtimonium perhibere / ſciens quia malorum conſortia ſepe ad crimen innocentes adducunt. Operi pro cultu diuino ⁊ vtilitate proximorum cū famulabus ſuis intenta fuit: ne otioſa panem comederet ſuum. Confeſſiones que obſtruunt os inferni: ⁊ portas aperiunt paradiſi: continuo frequentabat: ⁊ eligens ſibi in confeſſorem magiſtrū quēdam pro ſalute animarum peritiſſimum et deuotum: cui in omnibus auidius obediuit. Unde ipſe confeſſor ſolebat dicere familiaribus amicis ſuis. Hoc in dn̄a Brigida ſignum alicuius future eminentis gratie eſt: quod leuia peccata ita plangit ſicut alij grauiſſima: ⁊ nihil in verbis ſuis aut moribus dimittit indiſcuſſum. Ne autem animum ſuum circa familiaria tantum occuparet negotia: cum Judith ſecretum ingrediabatur cubiculum / vbi lachrymis ſtratum ſuum rigaret. Abſente autem viro eius: fere totis noctibus prudenter in orationibus nō ſine lachrymoſis ſingultib⁹ vigilabat: nec a genuflexibus et diſciplinis ſecretis parcere voluit: vt corpus in ſpiritus redigeret ſeruitutem. Et quum ſemel in gemitu ſuo laborans inſtanter oraret: vt aliquis conueniēs modus orandi ſibi traderetur: per quem poſſet deo ⁊ beate virgini ſedulum quotidie exibere officium: non eſt fraudata a deſiderio ſuo. Nam vna dierū mirū immodū mente in celeſtibus eleuata: e docta fuit diuinitus orationē pulcherrimam de paſſione chriſti ⁊ laude virginis ac vita matris. Mariē: quā ita curauit memorie cōmendare: vt mente retinens omni die diceret ipſam. Jeiunia quoq; que vitia cōprimunt mentem eleuant: pro viribus inſiſtebat opportunitate electa. A cultioribus cibis ⁊ potu occulte abſtinebat: ne a viro vel ab alijs notaretur. Eleemoſynas quia multum ſibi erat opulentie faciebat largiſſimas: vt non auerteret manū ſuam ab vllo paupere. Domū habebat pro egenis deputatam: quibus pedes eorum lauando ⁊ veſtimenta prebendo ſepiſſime ſeruiebat. Sermones virorum approbatorum libenter audiebat: geſta quoque ſanctorū ⁊ bibliam quam in lingua materna ſibi ſcribi fecerat / continue legebat. Semel aūt quum pregnans eſſet ⁊ periclitaret̄ in partu: ita q̄ de vita eius deſperabat̄ penit⁹: ex intimo cordis affectu fiducialiter anchoram ſpei ſue defixit in virginem: implorans ſuffragium. Et ſtatim in nocte vigilantibus mulieribus circa eā ⁊ aſpicientibus: perſona quedam veneranda ſerico albo induta viſa eſt ingredi ad eā: que ſtans ante lectū ſingula ipſius iacentis mēbra pertractabat. Omnibuſq; admirātibus: illa decumbens diſparente / abſq; vlla difficultate partum ꝓtulit: proleq; enixa eſt. Hec aūt mulier venerāda q̄ ſibi apparuerat ⁊ a periculo mortis liberauerat: proculdubio fuit virgo beatiſſima mater dei prout eidem ipſa reuelauit. ¶ Filios autem ſuos ⁊ filias quos plures habuit: vt nouellas oliuarum cum magna ſolicitudine et diligentia educauit: docens eos timere deum ⁊ abſtinere ab omni peccato: prouidens eis de magiſtris idoneis qui eos non ſolum in literis: ſed in fide quoq; ⁊ moribus erudirent. Conſurgenſq; diluculo cū ſancto Job per ſingulos dies holocauſta orationum offerebat: ne forte peccarēt filij ſui dn̄o. Unde ſemel apparuit ſibi Joannes baptiſta dicēs. Quia luctū habuiſti ꝓ eo q̄ filius tuus offendit me nō ieiunās vigiliā meā: ego iuuabo te: ⁊ muniam armis meis ſpiritualibus. Uirū inſup ſuū in bellicis reb⁹ ſtrenuum / ⁊ in conſilio regum peritiſſimum caſto amore diligēs ad dei timorē ⁊ venerationē ſolertius inuitabat: vt ad ſoluēdum horas canonicas beate virgini induceret: ⁊ alijs pietatis operibus inſiſtendum. Uir preterea iſte ⁊ vxor ſibi in his que dei erant: bene conſentientes / vt a mundi vanitatibus ſe liberius expedirēt: ⁊ diuinis eloquijs ſe magis adſtringerent: cum Abraam exierunt de terra ſua ⁊ cognatione ſua: viſitantes ſimul limina apoſtoli Jacobi in compoſtella. Peracta deuotione ſua in eius eccleſia / quum ad propria redirent: in via viro eius grauiter infirmato in Attrebatenſi ciuitate: ⁊ inualeſcente languore: ſancta dei in orationibus ſe dedit ex corde ꝓ viri cōualeſcentia. Cui apparuit beat⁹ Dionyſius oranti dicens. Ego ſum Dionyſius: q̄ miſſus fui ad partes iſtas ad predicādum ex vrbe Roma. Et q2 ſpeciali me deuotione dilexiſti: ideo annuntio tibi q2 deus vult te in noteſcere mundo. Et quia tradita es cuſtodie mee: propterea te iuuabo

te iuuabo. Et hoc erit tibi ſignum: q: vir tuus nō morietur:
ſed cito liberabitur ex hac infirmitate. Sibi quoq; reuelatū
fuit ibi ꝙ tranſitura erat Romā: ⁊ ad ciuitatē ſanctā Hieru-
ſalem. Tandem viro ſanitatē conſecuto/reuerſi ſunt ad pro-
prias edes. Uerum q: non eſt digna ponderatio anime con-
tinentis (vt ait Sapiens) gratiuſq; deo quod voto redditur:
ꝙ quod propria voluntate offertur: ideo ſimul votū cōtinen-
tie emiſerūt: proponentes vt id ſeruarēt efficatius monaſte-
ria diuerſa ingredi. Ordinatione facta de rebus ſuis: vir ma-
gne deuotionis ⁊ cōuerſationis honeſte in monaſteriū quod-
dam ingreſſus domino deſeruiuit: et in ſenectute bona de
hoc ſeculo feliciter migrauit.

§. II. Ante mortē viri apparuit

beate Brigide ſanctiſſima virgo Maria dicens ei. Ego ſum
regina miſericordiarum: aduocata miſerorum. Ego tibi oſtē-
dere volo qualis filius meus erat in humanitate: et qualis
quādo patiebatur in cruce. Et hoc tibi ſignum: q: venies ad
loca in quibus ego corporaliter conuerſabar ⁊ videbis ocu-
lis ſpiritualibus tuis filium meum. Cupiens autem ſponſa
Chriſti a cunctis mundi perturbationibus quieſcere: et in
ſinum ſponſi ſopitis mundi cupiditatibus dormire: ſta-
tim poſt mortē viri diſtribuit omnia bona ſua inter filios et
pauperes mutans habitū ⁊ vitam. Hoc aūt ſpeciale habuit
ſponſa dei ꝙ in .xxviij. annis ex quo cepit habere ſpiritū dei
ſcʒ prophetie ⁊ reuelationum: nuſꝗ profecta aut morata eſt:
niſi ſcḋm infuſionem ſpūs ſeu inſtinctū ſibi factum diuini-
tus. Unde in principio reuelationū ſibi factarū fuit ſibi pre-
ceptū obedire magiſtro cuidā in theologia ⁊ ſtare in monaſte-
rio: qḋ ipſa cum omni ſubiectione ⁊ obediētia ſtuduit adim-
plere. Preceptum aūt fuit ſibi factū intrinſecus a deo ꝙ pe-
regrinaretur Romam ⁊ alia loca ſancta. Quūq; a nobilibus
vitam eius inſanā exiſtimātibus propter ſuam mutationē ⁊
vilitatē habitus contēneretur: reſpōdit. Nec propter vos in-
cipio: nec propter vos dimitto: orate (aiebat) vt poſſim perſe-
uerare. De penitētia aūt quam viuēte marito occulte fecit:
poſt mortē non contēta .xxx. annis pannis lineis non vteba-
tur niſi in velaminibus capitis. Sed aſpero induta cilicio
carnem (ne cōcupiſceret cōtra ſpiritū) macerabat. Ante le-
ctum fecit poni vnum torale ⁊ cuſſinulū ſub capite: ⁊ ſic ibi
dormire ſolebat: habēs ſup ſe veſtem ſimplicē vel mantellū.
Que quū interrogaretur quomodo quieſcere poſſet in fri-
gorib⁹ intentiſſimis q̄ in partibus illis vigēt: reſpōdit dicēs
Ego ſentio in me tantum calorē intus ex diuina gratia: ꝙ fri-
ps. gus illud exteri⁹ nō me multū viget ad lectū molliorē. Illo
xxxviij. nimirum calore ſuccēſa: de quo pſalmus. Concaluit (inquit)
cor meū intra me: ⁊ in meditatione mea exardeſcet ignis. Tot
genuflexiones inclinationes ⁊ venias die ac nocte facere cō-
ſueuit: ꝙ mirū erat tam tenerā perſonam poſſe tantorum la-
borū pōdera ſuſtinere. Conſueuit inſuper die veneris de ar-
dēti cereo ſtillas flāmigeras ſup carnem ſuā fundere: ita ꝙ
ex ipſis vulnera remanebant: que ſi aliqñ p ſe ante aliū diem
veneris aliquantulum ſanari ceperāt: tunc ſtatim immiſſis
vnguibus ſuis ita in eis arauit: vt corpus ſuum nō eſſet ſine
vulnerum paſſione: hoc agens propter paſſionem dñi noſtri
Jeſu chriſti: vt aliqualiter ſequeret̃ veſtigia eius: ⁊ pticeps
eius fieret. Habebat etiam ligamina nodoſa circa corpus
ſuum: que a ſe nec dieb⁹ nec noctib⁹ ſeparauit. Omni quoq;
ſexta feria ſolebat ꝓpter amaritudinem fellei potus ſibi in
cruce prope mortem propinati in ſiti ſua amariſſimā quan-
dā herbā que gētiana dr in ore tenere. Hoc ideo obſeruabat
alijs etiā dieb⁹: qñ aliqḋ verbū indiſcuſſum proferebat. In
ſingulis dieb⁹ officia ⁊ p̄cipuis ſolēnitatibus cōionē ſume-
bat: vt anime medicinam. Hec zelo diuini honoris accenſa ⁊
fraterne ſalutis: ad ſummos pontifices imperatorem et re-
ges ⁊ reginas/ad preſules alioſq; prelatos eccl'ie/ad princi-
pes ⁊ iudices terre/necnon ad religioſos diuerſorum ordinū
predicatorum/minorum ac aliorum: ac ſeculares cuiuſcūq;
ſtatus et conditionis ⁊ ſexus/ad regna et communitates epi-
ſtolas ſcribens: prout ſibi deus reuelabat ⁊ mandabat: nunc
iram dei comminabatur imminere: nunc precauere: nunc
obſecrabat emendationem: nunc increpabat in omni patien-
tia et doctrina: vt non eſſet qui ſe abſconderet a calore ver-
borum eius. In Mōteflaſcone Urbano papa .v. exiſtente re-
uelationem ſibi factam a dei genitrice qua ſub mortis com-
minatione futuriq; iudicij diſtrictione pontifici inhibebat
ne de Roma vel Italia recedendo Auinionē peteret: perſo-
naliter narrauit: qḋ tū papa non impleuit: vñ ⁊ mala innu-
mera ſecuta ſunt. Greg. xi. ſucceſſori per literas ex parte dei
mandauit vt de Auinione reduceret curiam ad vrbē Rome
quod et fecit. Quum ſemel dña Brigida miſſa fuiſſet per per
ceptum ſpiritum ad dñm regē Suetie: ⁊ reuerteret̃ ad mo-
naſteriū inuenit filiū ſuum quē infirmū diu reliquerat/iam
ad extrema deductum: plorabatq; multū dubitās infirmita-
tem illam ei accidiſſe ꝓ peccatis parentū. Cui chriſtus appa-
rens in forma humanitatis ſue: dixit. Infirmitas hec pueri
nō eſt ex peccato parentū vel ex cōſtellationibus celi: ſed ob
conditionē nature ⁊ maiorē eius coronā. Factūq; eſt vt qua
die migraret ex hoc ſeculo puer: auditi ſint cantus ſuauiſſi-
mi in egreſſu anime ex corpore: et recept⁹ eſt in celū. ¶ Poſt
duos annos reuerſionis ſue ad monaſteriū precepit ei chri-
ſtus quod laborem peregrinationis acciperet dicens. Uade
ad vrbem Romanam: vbi platee ſtrate ſunt auro: et rubrica-
te ſanguine ſanctorum martyrū. Ubi propter indulgentias
quas meruerunt ſancti pontifices orationibus ſuis: compē-
diū eſt ad celum. Stabis inibi quouſq; ſummum pontifi-
cem ⁊ imperatorē videbis. Quod contigit anno domini. M.
ccclxvi. ⁊ ambobus tūc per eā reuelatōes ſuper reformatio-
ne ſtatus eccleſie mittebant̃. Quo audito ſponſa dei manda-
tum non procraſtinauit. Egreſſa igitur de patria/crebra me-
ruit reuelatione conſolari. Preceptum quoq; ſibi fuit aſſue-
ſcere ſcholis grammaticalibus: vbi btā Agnes data ſibi fuit
ad informādum ſolatium ⁊ magiſtra. Tantū autē profecit in
breui/ꝙ ſciuit intelligere ⁊ proferre ſermonem latinum. Ro-
me igitur exiſtens viſitabat loca ſanctorū cū omni deuotio-
ne et aſſiduitate: quod ſibi erat ad laborem non paruū. Hoc
obſeruabat: vt non libēter loqueretur in via cū aliquo: niſi
forte interrogata: et tunc breuiter reſpondebat. Si quando
aliqḋ verbū indiſcuſſum ꝓtuliſſet: tenaci illud cōmendans
memorie: concuſſum ſtuduit per penitentiā emendare. Ocu-
los ſuos ita pudicos ferebat: vt facies hominum rariſſime
aſpiceret. Et ſi ꝯtingeret aliquādo faciē alicuius ſubito re-
ſpicere: tam leuis culpa penitentia purgabat̃. Quādo aliqḋ
loquebatur quod eſſet offenſa dei: ſtatim ſentiebat i ore ſuo
amaritudinem maximam quaſi ſulphuris. Et ex hoc perpē-
dens ſe offendiſſe aliquos: ad aquas confeſſionis currebat
vt ceruus. Similiter ſi aliquis ei loquebatur aliqua verba
vitioſa vel doloſa: que diuinam offenderent maieſtatem: ſen-
ſit in naribus ſuis fetorem horribilem admirabilem: ad mo-
dum ſulphuris igniti: vt vix tolerare valeret. Tanta ei ine-
rat obedientia: quod in nullo loco ſine preceptore eſſe vole-
bat/cui obſequebatur ad nutum. Paupertas autem tantū
ſibi placuit: quod omnia que in ſua poſſeſſione habebat: ad
manus alterius traderet diſpenſanda: de quibus quoties
aliquid per ſe vel alios habere voluit: humiliter ſibi dari po-
ſtulauit amore chriſti. Utilitatem ſecum conſiſtentium pro-
prie ponebat. Et indigentiā ſuam celans: neceſſaria alijs ſui
oblita procurabat.

§. III. Preceptū ſibi quoq; fuit

a dño quum eſſet in vrbe: vt viſitaret loca ſancta in regno
Sicilie: quum ⁊ ibi multa eſſent corpora ſanctorum: ⁊ preci-
pue Thome apoſtoli ⁊ aliorum: ſibiq; aliqua ei ſecreta reue-
landa. Que quum aliquantulum titubaret: ne forte ignote
neceſſaria vite deeſſent: confortauit eā dominus: q̄ dat eſcā
omni carni: oportuna ſibi prouiſurus. Quod et factum eſt
magnifice. Nam in Siciliam profecta quum Neapoli morā
traxit: regina Sicilie Joāna ⁊ proceres regni ipſam xenijs ⁊
et donarijs honorarunt. Ibi longo tempore perſiſtēs vt ſpe-
culum ſine macula cunctis ſe virtutum exhibebat exemplū
oratiōi ⁊ contemplationi maxime mancipata. Reuelatione
quoq; ſibi facta ſuper populo p̄dicte ciuitatis: preſente ar-
chiepiſcopo et ſapientibus alijs theologis: necnon et prudē-
tibus laicis et clericis plurimis: enumerans peccata ciui-
tatis ei ſcelera annuncians abſq; metu aliquo arguebat: ad
modum Samaritani vinum et oleum infundens in vulne-
ribus ſauciati: prout a celeſti medico fuerat erudita: ſaluta-
ria exhibens remedia. Demum ad vrbem eſt reuerſa: chari-
tate feruens: omnes honore preueniens: ſpe gaudens: in tri-
bulationibus patiens: peregrinis ſua large communicans:
meditationibus et precibus totam ſe dedicans. Nec ſancti-
tatem eius dominus voluit occultari. Ubi quidam deuot⁹
et fide dignus teſtificatus eſt coram dominis pluribus tem-
poralibus: quum viſitaret illa loca: in via ſe vidiſſe eam ſu-
per omnes eleuatam a terra incederet: et quaſi radios ſola-
res ex facie eius procedere. ¶ Poſt aliquot annos edocta
eſt a ſpiritu vt terre ſancte loca viſitaret: et quum ipſa con-
quereret̃ pie de infirmitate et etate iam ſenili: ait ei domi-
nus. Quis eſt nature conditor? nonne ego? Ego augebo for-
titudinem: ego de via prouidebo: et te ducam et reducam
ad locum iſtum. Et quia neſcit tarda molimina ſpiritusſan-
cti gratia: ideo ea repleta executioni qḋ ſibi imperatum fue-
rat demandauit. Et ad terram ſanctam chriſti ſanguine ru-
bricatam profecta eſt. Ibiq; plures reuelationes habuit de
ſtatu regnorum: de natiuitate et paſſiōe chriſti: ⁊ myſterijs
plurimis. Perfecta peregrinatione ſanctam Romam reme-

Sancta Brigida pronũciat ad terram ſanctã.

uit: ſibiq; per annum graui infirmitate detenta eſt: quã pacientiſſime tolerabat. Et qz tẽpus reſolutionis ſue inſtabat: aliquot diebus ante obitũ ſuum dñs Chriſtus ſibi apparuit ante altare quod in cubiculo ſuo habebat: ⁊ blanda facie ſe oſtendẽs ait. Ego egi vt ſolet ſponſus aliquãdo facere ſpõſe ſue: ſc3 vez ſubtrahere a facie ſua vt ardentius ab ea diligat. Sic ego tẽpore mortis propinque ſubtraxi a te viſitationes ſolitas: qz tempus probationis tue erat. Ideo nunc probata procede: parata eſt: qz tẽpus eſt vt promiſerã. Ante altare meũ veſtieris ⁊ cõſecraberis non ſolũ ſponſa mea: ſed etiã monacha ⁊ mater in monaſterio Uuatzſtena. Uerũtamen ſcito ꝙ corpus tuum depones hic in Roma: donec venerit in locum tibi paratũ: quia placet deo parcere tibi a laboribus: ⁊ volũtatem tuam recipere pro effectu. Et quũ mentionem feciſſet de aliquibus rebus ⁊ perſonis quibuſdã adſtantibus: ⁊ de agẽdis per eas ſubiunxit. Mane diei quinte ſumptis eccleſiaſticis ſacramentis: conuoca ſigillatim omnes quos ſuperius nominaui: ⁊ dicas eis facienda: ⁊ ſic inter verba tua manus eorum venies ad monaſteriũ tuum id eſt ad gaudium meũ: ⁊ corpus tuum locabitur in Uuatzſtena. Die igitur prenunciata dicta miſſa: ⁊ ſacramentis perceptis: inter manus ſeruorum dei emiſit ſpiritum. Felix autem tranſitus eius glorioſus indicijs eſt oſtenſus. Uidit enim quidã vir vite venerabilis lectũ parari ⁊ in ſublime ferri a perſonis albis indutis. Cui miranti reſponſum eſt. Perſona quã in lecto vides eſt ſponſa dei in mũdo contẽpta: que nunc trãſit a morte in vitam eternã ⁊ ea hora beata Brigida carne ſoluta eſt. Reliqua vite eius cũ miraculis ⁊ reuelationib⁹ quibus ſibi dñs multa ⁊ magna myſteria oſtendere dignatus eſt: cauſa breuitatis omiſſa ſunt: ſed alibi cõſcripta. Obijt aũt anno dñi. M.ccclxxiij. x. kalen. Augu. ſc3 in die ſancti Appollinaris. Et anno immediate ſequenti trãſlatum eſt corpus eius poſt miraculorum multorum coruſcationem / ab vrbe Roma in monaſteriũ predictum Uuatzſtenam: non ſine refulgentia miraculorũ multorum. Fuit aũt ſanctorũ cathalogo adſcripta ſolenniter ſeu canonizata per Bonifacium. ix. poſt. xx. annũ vel circa a tranſitu ſuo. ¶ Hec compoſuit libros reuelationum multos de diuerſis myſterijs ſibi reuelatis. Ipſa (reuelationem vt aſſerit) habuit virginẽ Mariam conceptã ſine originali peccato: ⁊ beata Catharina de Senis non (vt creditur) minoris ſanctitatis: ⁊ canonizata: habuit reuelationẽ in contrarium. Et quum ſpiritus propheciarum non ſit contrarius: quia vnus ⁊ idem eſt: nec ſibi contrarius: dicere oportet quod vna earum habuit reuelationem a deo propheticam. Altera vero ſomnium in phantaſia ſm affectum ſuum. Nam prophete non ſemper ad placitum ſuum habent actum prophetandi. Et aliquando exiſtimant ſe ſpiritu prophetico moueri ad aliquid cognoſcendum vel inſinuandum alijs: qui tamẽ a proprio ſenſu eſt: ſed cito manifeſtatur eis. Quid tenendum ſit in tali materia: habetur in prima parte huius collectorij diffuſe. Notandum quod hec ſancta etſi in vita ſua non claruerit miraculis multis / ſed poſt tranſitum eius in diuerſis partibus mundi plura per merita eius implorantibus auxilium magna prodigia operata eſt. Et vt colligi ex legenda eius prolixa in tertia parte eius: decem mortui ſuſcitati ſunt in diuerſis locis ⁊ diuerſe conditionis: de quibus particulariter ibi agitur. Cecique illuminati: ſurdi auditum: muti loquelam receperunt: infirmi diuerſis languoribus ſanati: demoniaci liberati: naufragium paſſi a periculo eruti. In partu mulieres periclitantes ſubleuate. In detrahentes ſanctitati eius vindicta celeſtis deſeuit.

Sacer obitus ſcte Brigide.

§. IIII. Hec ſancta glorioſa nouã

inſtituit religionem monaſteriorum duplicium ſcilicet virorum ⁊ mulierum: quorum primus inſtitutor videtur fuiſſe Baſilius in Grecia. Sed in proceſſu temporis eccleſia diſſoluit talia monaſteria: ſegregans habitationes eorũ: vt monaſteria mulieribus remanerent: mares autem alibi ſibi monaſteria fabricarent. Quod factum eſt ad tollendas occaſiones malorum: ⁊ obſtruendum os loquentium iniqua: vt habetur. xviij. queſtione. ij. diffinimus. Hec autem videtur renouaſſe talem modum religionis: vt edificia vtrorumque ſine contiguat habitationes tamen ita ſeparate clauſuris: quod de habitatione marium ad feminas / ⁊ econtrario nõ poſſint tranſire niſi in neceſſitate extrema: vt ad deferendum ſacramenta infirmis: cum magna cautela. Eccleſia autem communis eſt vtriſque: ita tamen quod fratres officiant eccleſiaz in diuinis in parte inferiori ſeu in pauimento. Sorores in parte ſuperiori ſeu in ſolario. Et in officiando ſeu horas celebrando: terminantibus fratribus matutinas vel aliquam aliarum horarum: ſorores tunc incipiunt ſuas / ⁊ e conuerſo. Principalis cura monaſterij eſt abbatiſſe. Fratres autem deſeruiunt eis in diuinis: quorum vnus preeſt alijs: qui dicitur confeſſor ſeu prior. Poſſeſſiones habent et redit⁹ ex quibus ſuſtententur: non mendicantes: ſ3 ſorores exercitia lucratiua continuant pro communi vtilitate. Fratres enim honeſta laborant qui literis non vacant: in prouidendo victum ⁊ veſtitum. Sorores ſibi et fratribus ſimul prouident. Egredi nõ valent clauſuram monaſterij fratres ſine magna neceſſitate. Conſecrantur autem non ſolum moniales: ſed ⁊ fratres: eorum officio ſpeciali omnino vario ab officio conſecrationis virginum. Habitum portãt tam fratres ꝙ ſorores coloris griſei: tunicam ſcilicet ⁊ chlamydem: et in chlamyde crucem rubeam cum quodam rotundo albo in medio eius. Lineis non vtuntur ad carnem: ſed carnibus veſcuntur tribus diebus in hebdomada extra quadrageſimam. Regulam profitentur beati Auguſt. additis cõſtitutionibus proprijs. Certus numerus tam fratrum ꝙ ſororum ſecundum ſuas ordinationes debet eſſe: non vltra. Et hec omnia dicuntur inſtituta ab iſta ſancta Brigida ex reuelationibus ſibi diuinitus factis. Que religio ab eccleſia probata eſt: licet reuelationes ille approbate non ſint. Pauca monaſteria habent. Et Florentie quidem vnum habent: quod dicitur Paradiſus: in quo eſt magnus numerus fratrum et ſororum. Habent quoque monaſterium aliud inchoatum Genue. Habebant quoque Rome et Venetijs: que duo dimiſſa ſunt deficientibus pluribus ex eis morte vel mutatione religionis. Et in partibus quidem illis vnde oriunda ſancta fuit ſcilicet Suetia: ſunt magna monaſteria in numero et diuitijs religioſe degentia. Conuerſos habent et cõmiſſos: quos occupant in exterioribus: et mittunt hincinde. Predicant diebus feſtis in eccleſijs. Audiunt ⁊ confeſſiones more aliorum religioſorum.

Zetimo uales ⁊ nonachi u diut Brigida inſtituti.

¶ De ſctõ Oſimundo Anglis epiſcopo. Cap. xij.

Vir namque ſanctiſſimus

Oſimondus generoſitate preclarus: ex ſtirpe regia: ac etiam ducali nobiliſſima ort⁹ proſapia: ⁊ poſtꝙ pueriles annos laudabiliter ⁊ ſupra ꝙ illa etas pateretur / exegerat: bone indolis adoleſcens non laſciuiam complexus eſt mundi: nõ ſeculi oblectamentis et voluptatibus dum libere vti poſſet: applicuit animum ſed cor gerens ſenile / ac omnes ſui cordis cogitationes ad ipſum creatorem ſuum et opera pietatis charitatiſque cõuertens: in dei timore ⁊ primi charitate: eo magis feruebat indies: quo maiori vtẽs pro qualitate tẽporis ratione / cuncta ſub ſole vanitati ſubiecta trãſitoria ⁊ caduca: iuxta Sapientis ſententiam eſſe cognouit. In virum deinde productus: ⁊ euangelice doctrine verus imitator exiſtens: ac illud ſaluatoris noſtri ſemper ante oculos ſui cordis fixuz tenens. Niſi quis renunciauerit omnib⁹ que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus: vt theſauros incõparabiles ſibi in celo recõderet: vbi fures nequaꝙ effodiunt nec furãtur vbi tinea corrodere aut demoliri nõ poteſt: de bonis a deo ſibi collatis / in regno Anglie Saliſberienſem eccleſiam tunc in ſuis primordijs tenuem ⁊ exilez / noua quadam fundatione ac ampla ſui patrimonij dote et largitione ditauit / predia ſcilicet terras et poſſeſſiones ſui comitatus Dorſetie / et que ad ipſuz aſa legitime pertinebãt: libros quoqz / calices / cruces paramenta ⁊ quecunque alia optima ornamenta que cathedralem decebant eccleſiam: ei pia liberalitate donauit. Ac vltra primitus inſtituta / quatuor alias dignitates. xxxij. canonicatus: totidemque prebendas: aliosque archidiaconatus ⁊ officia in ea erexit: ac vt qui ſuis exigentibus meritis ipſius quam dotauit ornauitque Saliſberien. eccleſie poſt deceſſum primi epiſcopi fuit ordinatus antiſtes: incredibili perfectione ⁊ gratia necnon ſancti ſpiritus lumine illuſtratus: non ſolum doctrina ⁊ verbis: ſed et operibus optimis pariter ⁊ exemplis cõmiſſum ſibi gregem dominicum informaret ipſamque eccleſiaz cui digne preerat: illiuſque capitulum ⁊ perſonas ſacris dogmatibus inſigniret: ⁊ nunꝙ magis ꝙ ſuo tempore diſcipline cenſura / morum honeſtas / et grauitas perſonarum / in ea vigeret. Sed ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia: ac in diuinis aliqua poſſet vt antea ſuboriri confuſio: librum quẽdam perutilem et proficuum ordinalem alias conſuetudinalem appellatum: quo fere vniuerſe vtuntur eccleſie: necnon ſanctorũ vitas pro eorũ gloria et cleri inſtructione compoſuit: atque alia ꝙ plurima imitanda poteris extra continua prebuit: ita vt diuinum potius quam humanum eum cuncti putarent quem diuina miſeratio tot gratiarum muneribus illuſtrabat. Erat namque vir totius prudentie et humilitatis et patientie: ac pietate magnificus: pudicitia ⁊ caſtitate ornatus ſobrietate ⁊ abſtinentia preditus: bonitate cõſpicuus: laudabilis ſanctitate ⁊ morum honeſtate virtutibuſque preclarus: ſemper in fide conſtans ⁊ preſtantior in ſpe: charitate ardens: ortus iuſticie ⁊ equi-

tatis

ratis amator: qui carnis illecebras/iactantiam/pompam/et
arrogātiam /ac cetera vitia mira cum animi magnitudine
contempſit atq̃ calcauit. Et ſanctis vſq̃ ad conſummationē
corporis cōtinuatis operibus: ꝛ ſacramentis eccleſiaſticis
demum rite percep-tis: in confeſſione vere fidei ꝛ eterne tri-
nitatis firmiter perſeuerans: puram ꝛ immaculatā animam
reddidit creatori. Cuius quidē meritis ſummus ꝛ omnipo-
tens creator omnium deus remunerator animarū fidelium/
cecis viſum/ſurdis ꝛ ditū/mutis loquele officium/claudis
greſſum/ naufragia periclitātibus portum ſalutis reſtituit
ꝛ indulſit. Ab immūdis quoq̃ ſpiritibus obſeſſos/furioſos/
rabidos/ꝛ amētes/atq̃ diabolica fraude oppreſſos penitus
liberauit. Diuerſarum quoq̃ egritudinū mole incurabilium
ſubactis/ paralyticis/ contractis/tremulis/languidis/inua
lidis/ꝛ infirmis ſanitatē reſtituit. Et(quod admiratione ma
xima dignum eſt)plures mortuos ſuſcitauit. Alia etiā mul
ta miracula: que ipſius ſancti meritis et precibus ſublimis
deus operat⁹ eſt ꝛ operatur indies: ſi p ſingula recēſere vel-
lemus: longius nimirū in ipſorū recitatione prolixitas reſul
taret. Sed ne quidē ea que preclara ꝛ admiranda ſunt deuo
tis fidelib⁹ illius ſingula geſta legere cupiētibus abſcōdita
fiant: libellum in quo omnia fideliter adnotari curauimus:
vna cum proceſſibus ſup premiſſis ꝯfectis: quos in archiuo
ipſius eccleſie ad ꝑpetuam rei memoriā conſeruari manda-
uimus: poterūt lectitare. Fuit aūt procurata canonizatio ei⁹
vſq̃ ad tēpora Grego. ix. crebreſcētibus miraculis eius: ꝛ cō
miſſa ſanctitatis examinatio ꝛ miraculorum: ſed nō habuit
perfectionē ſuperuenientibus tribulationib⁹ eccleſie ꝛ mor-
te Grego. Hoc idem fuit attentatum ꝛ cōmiſſum ſub diuer-
ſis ſummis pontificibus. Demum per Calliſtū. iij. fuit opus
conſummatū: ꝛ adſcriptus ſolenniter catologo ſanctorum: ꝛ
anno dñi. M. cccc lvij. per eum: ꝛ ordinatū de eo fieri officiū
ſicut de vno cōfeſſore pontifice: pridie Nonas Decēbris: quā
do ſcꝫ migrauit ad dñm. ¶ Nota q̃ dubitatū eſt aliquādo/
quando papa mād dat de aliquo nouiter canonizato feſtum
celebrari quo ad officium de ipſo faciendum: vtrum omnes
clerici ꝛ religioſi teneantur: vt ex precepto cuius trāſgreſſio
obligat ad mortale: facere officium de illo ſancto. Et reſpon
ſum eſt per viros periti ſſimos curie/ q̃ non: ſed talia verba
ſunt exortatoria: non preceptoria. Certum eſt enim multos
clericos ꝛ religioſos optime etiam vite/non facere officium
de pluribus nouiter canonizatis. Et temerarie dictū eſſet: q̃
ꝓpter hoc illi peccarent mortaliter.

(margin: Oſmū-dus nu-mero ſanctoꝝ adſcri-bitur.)

¶ De Joannebono: Uenceſlao: Florentio: et
Proculo martyre. Capitulum. xiij.

Circa annos domini. M.
cc. tempore Innocentij. iij. fuit vir magne ſan-
ctitatis nomine Joannesbonus de Mantua
oriundus: cuius pater Joannes: mater Bona
nuncupati ſunt. Ex quibus nominibus ſimul iunctis voca-
tus eſt ipſe Joannesbonus: ſolitariam agens vitam: qui mi-
ra abſtinētia ꝛ inſueta claruit ac miraculis multis. Hic mor
tuo patre de ciuitate ſua recedens: per diuerſas mundi re-
giones ad modum ioculatoris pergens diſcurrebat. Mater
vero eius pro filij ſalute ſolicita: cum multis lachrymis ad
deum preces pro ſalute eius fundebat. Cuius deſiderium do
minus exaudiuit. Nam viſitatus a deo graui infirmitate: ꝛ
cernens ſeculi huius pericula: votum vouit domino mun-
dum deſerere: ꝛ ſoli ipſi ſe dedicare: ſi eum ſanitati priſtine
reſtituere dignaretur: quod ꝛ obtinuit. Incolumis igitur
factus: facta diligenti confeſſione epiſcopo Mantuano/ et
poſtea matre defuncta: a Mantua recedens ad partes Ro-
mandiole receſſit ꝓpe Ceſariam ad miliare vnum: vbi in
quadam eremo mirabilem penitentiam fecit: concurrenti-
bus ad manendum cum eo alijs eremitis. Una dierum ad-
uerſarius qui acrioribus pulſat inſidijs /quos maxime no-
uit abſtinere peccatis/vitio luxurie eum aggreſſus eſt im-
pugnare: ad memoriam reducens quam aliquando viderat
mulierem forte ab eo dilectam. Quum autem tentatione
ipſa incenderetur vehementer: doloris incendio carnis ex-
tinxit incendium: mirando actu etſi non imitando. Nam ac-
cipiens arundinem ꝛ in multas partes acutiſſimas diuidēs
quas ſub vngulis poſuit: eleuāſque manus ſuper lapidem
taliter percuſſit quod ad ſummitatem vſq̃ digitorum intra
runt: qui ex nimio dolore in terrā cecidit ſemiuiuus: ꝛ ſic tri
bus noctibus ac diebus permanſit. Non deſeruit pius dñs
ſeruum ſuum: pro quo ne offenderetur tanto cruciatui ſe de
dit: ſed in ſomnis apparens ei dixit. Quia bene incepiſti: be
ne perſeuerabis/ꝛ optime tuam conſummabis vitam. Et q̃
viriliter cōtra tentationes dimicaſti: de cetero tentatus nō
eris. Qui ſtatim excitatus ſanatum ſe aſpexit: gratias refe-
rens ſaluatori. Deinceps cepit vir dei mirabilem abſtinen-
tiam facere. Faciebat enī vnoquoq̃ anno tres quarantenas
ſeu quadrageſimas ieiuniorum ſcꝫ dñi noſtri Jeſu chriſti. In
cuius principio vnum panem trium vnciarum accipiens/in
multos bolos diuidebat: ꝛ omni die vnum bolum ſumebat.
Hoc autem faciebat vſq̃ ad diem Jouis ſanctam. in qua die
qđ remanſerat ſuis orationib⁹ tantum multiplicat: q̃ omni
bus fratribus vſq̃ ad ſatietatem illa die ſufficiebat. Aliam
quarātenam agebat poſt octauas paſche vſq̃ ad pentecoſtē:
in qua omni die ſeruus dei ſacratiſſima hoſtia pro cibo ſuo
contentabatur. Alio vero tempore omni die deuote miſſam
audiebat: ꝛ diebus dñicis ꝛ ſolēnibus communicabat. Qua
dam die communionē eo recipiēte: frater quidam de eo tru-
fabatur de hmōi ſumptione frequenti: qui nullam deuotio-
nem circa euchariſtiam habebat: quinimmo de ipſo venera-
bili ſacramento impie ſentiebat. Cuius errorem aduertens
famulus dei ei expreſſit: qui confeſſus eſt ꝛ nō negauit incre
dulitatem ſuā. Tunc prefatus Joannesbonus duxit eum ſe-
cum ad quendam fontem aque: ꝛ accipiens ex aqua illa cya
thum vnū plenum dedit ei bibere. Quam quum bibiſſet cō-
feſſus eſt ſe nūq̃ tam ſuaue vinū in vita ſua guſtaſſe. Et ſan
ctus ad eum. Nō vides tu chariſſime frater mirabile factū?
Si igitur per me miſerum hoīem aqua virtute diuina con-
uerſa eſt in vinū tam ſuaue: quantomagis credere debes q̃
verba ſacerdotis: que ſunt verba chriſti: panem ꝛ vinū con-
uerti in ſubſtantiam corporis ꝛ ſanguinis chriſti? Et extunc
ceſſauit dubietas ꝛ error a mente fratris illius. Aliā quaran
tenam in hyeme faciebat: in qua de paucis granis fabarum
cōtentabatur. Reſiduo vero tpe ſecunda ꝛ quarta ꝛ ſexta fe-
ria in pane ꝛ aqua ieiunabat. Nunq̃ ex quo eremo illa ſtete-
rat: carnes comedit: ꝛ tota ei⁹ comeſtio aſpera ꝛ inſipida erat.
Macerabat inſuper famulus dei corpus ſuum non ſolū ab
ſtinētia cibi et potus: ſed frigore ꝛ nuditate ꝛ lecti aſperita-
te. Habebat enī in cella ſua tres lectos. Unum in quo erant
ligna acuta in quo torquebat corpus ſuū et macerabat. Aliū
in quo erat fouea concaua ex parte anteriori: de qua nō rece
debat niſi dicta. cc. pater noſter. Alter erat ſuper lignū: ſup
quo corpus ſuum paululum pauſabat: ꝛ pro puluinari habe-
bat truncum ligneum. Calceatus nunq̃ ibat. Sola vna tu-
nica ſtraminea vtebatur: q̄ ratione ſanctitatis eius poſt obi
tum ſuū. xviij. menſibus ſub terra fuit illeſa: atque ei anno die
tranſitus eius populo deuote oſtenditur ꝛ febricitans eius
tactu ſanatus eſt. Fuit ſanctus iſte deuotiſſime orationis:
ꝛ intantum deo grata eius deuotio: qđ quū in oratione me
ditaret xp̄i humanitatem: apparebat ei xp̄s in forma huma
na: quem amplexebat: et magna dulcedine reficiebatur. Qñ
vero paſſiones chriſti meditabat apparebat ei in forma cru
cifixi: cui⁹ vulnera ſingula cū fletu deuote oſculabat. Et q̃
lucerna accenſa latere nō poterat: plurimi audita fama ſan-
ctitatis eius: non ſolum de propinquo: ſed a remotis etiam
partibus ad eum accedabāt. Qđ cernēs ꝛ contemplationem
eius impediri: timens etiam elationem ſibi nō exurgere ex
hmōi frequentia: decreuit ſe cedere. Unā quodā ſero receſſit
ab eremitorio illo: et tota nocte itineris mane quum exiſti-
maret ſe longe eſſe a loco: ſe iuxta eremitorium illud inue-
nerat. Ex hoc percipiens dei voluntatem eſſe illic eum reſi-
dere: illic permanſit: vbi ꝛ virtutes magnas oſtendit. Qua-
dam die orante eo aduenerunt fratres dicētes ei q̃ vnus tē
tabatur ad egreſſum ſeu receſſum ſue congregationis. Qui
ſurgens vocauit illum tentatum: ꝛ eū duxit ad coquinam: ꝛ ac
cenſo igne coram eo ipſe ingreſſus eſt nudis pedibus illeſ⁹: ꝛ
dixit que illi. Talem gratiam dat deus hꝭ qui ſeruiunt ei et
perſeuerāt: quia nec ignis nec aliquid pōt eos ledere. Quid
plura? lignum ardens accepit de camino: et exiens domum
ſic ignitum plantauit in terra. Quod quidem lignum eadē
die pullulauit: floruit ꝛ fructum fecit. Et quoniam de pinu
illud lignum fuit: de illis pinis quicūq̃ voluit accepit. Que
omnia inuenis conſiderans: liber a tentatione in propoſito
ſancto permanſit. Alio tēpore quum pluuia magna deſcen-
deret e celo. ꝛ murus quē fratres ſui edificabant/ad ruinam
inclinare videbatur: vocatus ab eis facta oratione ceſſauit
pluuia: ꝛ facta eſt ſerenitas magna. Quadam die duo iuriſ-
periti acceſſerunt ad eum: ꝛ quum adinuicem diſputarēt ſu
per quadam queſtiōe litigioſa vir dei literarū humanarum
ignarus diſſolutionē queſtionis dixit: ꝛ locū in decretis vbi
dicta q̄ſtio ſoluta erat inſinuauit. Appropinquāte aūt die vi-
te termini: miſit deus angelum ſuum qui dixit ei. Joannes-
bone ſerue dei ſurge et reuertere ad terram natiuitatis tue: ꝛ
placet enim deo quod corpus tuū ibi requieſcat. Qui vt ve-
rus obediens iter aſſumens ad mantuam peruenit: ꝛ a ciuib⁹
honorabiliter receptus. Cui in loco fratrum oratorium con
ſtruxerūt: ꝛ poſt paucos dies in domino requieuit. Sedan-
te terminum vite eius quedam mulier habens vnicum filiū
viro deſolata: eo infirmante et decedente priuata fuit: que

(margin: Joānes-bonus mā-tuanus inſi-gni ſcti-tate cla-rus.)

inconſolabilr lugens cum eo petebat ſepeliri. Recolens autem famam ſanctitatis famuli dei Joannis: ſumpta magna fiducia ad eum portauit filiū defunctum: vt eum vite ſuis orationibus reſtitueret: qui miſericordia motus ſuper eam triduane pro eo orationi inſtitit: tertia autem die puer ſurrexit a mortuis: quem incolumē reddidit matri ſue: illa immēſas gratias deo et fratri Joanni de beneficio referente. Infirmatus igitur receptis deuote eccleſiaſticis ſacramētis: ⁊ datis fratribus pluribus documentis: cū hymnis ⁊ laudibus ſpiritum reddidit creatori.

§. I. Sāctus Uuētzeſlaus athleta chriſti

Sanct⁹ Uuentzeſlaus

tachriſti egregius ex ingenua proſapia Bohemie ortus: otiſpretis cunctis tranſitorijs: toto corde ad eccleſiā iugiter anhelabat. Doctus ſacras literas indeſinenter eas rumināns pro viribus opere impleuit. Dux vero factus tanq̄ lucerna ſuper candelabrum poſitus: vndiq̄ radios recte conuerſationis et pietatis diffundebat: humilis in gloria: purus in conſcientia: abſtinēs in delitijs: charitate plenus dei cultum ampliabat. In deo iuſtus: in proximo miſericors: in oratiōe ſedul⁹: in aduerſitate ⁊ ſuper miſeros et egenos valde compatiens. Clericorum honor: ſolatium afflictorum: ⁊ gaudium pauperum: pater orphanorum: defenſor viduarum. Tēpore quadrageſime noctibus eccleſias nudis pedibus gemebundus circuitiorans pro rege et pro populo: nimiam frigoris aſperitatem ſufferens vſq̄ ad ſanguinis de tibijs et plantis effuſionem. Tempore vernali agellos ſuos cum miniſtro fideli fodiens: triticum in eis ſeminabat: ⁊ in meſſe latenter metens triturabat: et per ſingula opera ad farinam perducens/ ⁊ hoſtias inde faciens per eccleſias diſtribuebat. Tempore vindemiarum de vineis manibus ſuis plantatis muſtum exprimens deouratum eccleſijs dabat. Ligna noctibus humeris detulit: et ante fores pauperum viduarum et orphanorum latenter depoſuit. Debilium et infirmorum curam ſolicitus gerebat. Nunq̄ matutinum tardare voluit officium: nunq̄ aliarum tardus aut negligens fuit executor horarum canonicarum. Ad miſſam ſacerdotibus et clericis adſtando miniſtrabat. Pueros gentilium emere ſolitus erat et eos per baptiſmum chriſto regenerabat. Quum ad curiam imperatoris vir dei Uuentzeſlaus poſtremus omnium principum adueniſſet: et ob hoc ira forēt indignati nobiles vt nullus ei locum dare decreuiſſet: ecce crux aurea in fronte eius reſplenduit. Quod videns Ceſar: primus omnium illi adſurgens locum dedit et in multis pre omnib⁹ honorauit. Quum autem tempus adeſſet/ et pro glorioſo certamine dominus militem ſuum coronare vellet in celis: venit ad quoddam conuiuium a fratre ſuo dolo inuitatus. Quo peracto dum vir dei nocte ad eccleſiam ad laudem domini velut more ſolito pergeret: idem frater velut alter Cayn in ſeruum dei irruit: et procumbentem in limine eccleſie occidit. Cuius et vulnus quod inflixerat capiti frater eius: quum in tranſlatione corporis eius omnia alia vulnera ſanata eſſent reperta preter illud: clamorem ſanguinis Abel alterius declamabat. In tranſlatione ſua auricula eius que in occiſione eius fuerat amputata: quum eſſet ad locum proprium applicata: ſic vnita eſt: vt nullum veſtigium vulneris appareret. Cuius ſanctam animam mox ſancti angeli cum laudibus ad conſortium ciuium transferunt supernorū. Sanguis vero martyris ibidem fuſus per multa tempora abradi nō potuit vel abſtergi. Quumque ſacrum corpus eius transferretur: ⁊ vectores propter nimiam inundationem aquarum flumen trāſire nequirent: ad ſupplicationem et inuocationem pij martyris illi angelico ductu tranſierunt. Quum autem prope carcerem qui erat ſub vrbe Pragenſium: in quo multi in vinculis tenebātur: veniſſent: et terremotus factus eſt: ⁊ carcer reſplenduit multa luce: et vinctorum manus et pedes abſolutī ſunt. Regi Dacie chriſtus crucifixus apparuit in viſione: eique ſciſcitanti quis eſſet reſpondit. Ego ſum Jeſus chriſtus quem tu peccatis tuis crucifixiſti. Ut igitur peccatorum tuorum remiſſionem accipias: fac eccleſiam in honorem militis mei Uuentzeſlai. Quod ille gaudens impleuit. Nam monaſterium ordinis ſancti Benedicti conſtruxit: ditans illud poſſeſſiōibus et alijs neceſſarijs ſufficiēter. Multa quoque et alia miracula tam in vita quam poſt mortem pij martyris Uuentzeſlai: in cecis/ claudis et captiuis in carcere detinetis et quibuſlibet afflictionibus oppreſſis/ meritis eiuſdem glorioſi martyris dominus in diuerſis locis magnifice operari dignatus eſt: cui laus et gloria in ſecula ſeculorum Amen.

§. II. Beatus Florētius natione

Gallicus: ciuis Turonenſis ciuitatis mediocris cōditionis ſecundum ſeculum: poſt longam peregrinationem ad vrbem/ reuerſus in Galliam: epiſcopus Cabilonenſis creatus eſt. Hic in ſua adoleſcentia ex deuotione ad eccleſiam ſancti Martini in feſto purificationis eius acceſſit: ⁊ in ipſa pernoctauit: diuina officia nocturna audiendo. Et cultus diuini feruore concepto/ ab epiſcopo loci petijt/ cum ſocio in clericum tonſurari. Cuius deſiderium pontifex adimpleuit: et aliquandiu in cellula ſibi a pontifice data iuxta fluuium Ligerim cum ſocio domino militauit. Exinde propoſito firmato apoſtolorum limina Petri ⁊ Pauli viſitādi ad vrbem iter ſuum direxit. Quum iter proſequendo Gratianopolim ciuitatem Delphinatus ingreſſus fuiſſet: ſanctitatē eius dominus latere non ſiuit. Nam tres homines diabolica paſſione vexatos coram omni populo ab obſeſſione ſua oratione liberauit crucis ſuper eos facto ſignaculo. Poſt hec amiſſo monte Sabaudie ſuperato: obſcura ſyluarū pertranſiens incidit in latrones: quem captum quum decreuiſſent occidere: mandantes vt collum extenderet: ⁊ ictum ferientis exciperet: premiſſa oratione vir dei intrepidus collum parat. Lictor vero manum eleuat cum gladio vt caput abſcindat: ſed virtus diuina manum eius ſuſpendit in aere. Ita vt nec percutere eum poſſet: nec ſaltem manum deponere. Complices latrones tanto miraculo percipientes ſanctitatem eius eximiam: veniam deprecantur: ſupplicantes vt dextere lictoris que inutilis ⁊ ſuſpenſa tenebatur/ vſum liberū reſtitueret: quod agere nō diſtulit: inimicis tribuēs bona pro malis. Ita proſecutus iter ad vrbem applicuit cum ſocijs: ⁊ beatiſſimi Petri eccleſiam deuote ingreſſus/ ſacriſtam rogat vt ad locum ſepulchri glorioſiſſimi apoſtoli qui clauſus tenebatur: liber ei pateret acceſſus. Cui reſpondit ſacriſta: non niſi magnatibus ⁊ honorandis prelatis hoc poſſe concedi. At vir dei Florentius flagrāti deſiderio ad hoc anhelans/ poſitis in terra genibus orationē fudit. Moxq̄ catenatus ille locus reſolutis vinculis patefactus eſt: vt crederet ſummus Chriſti apoſtolus ei qui illuc venerat/ reſeratis aditib⁹ occurriſſe. Qui cōpos voti fidei ardore ſuccēſus: ſepulchrū id oſculatus eſt. Hoc cernēs ſacriſta: admiratus ſanctimonie excellentiā veniam a ſancto petijt: ⁊ accepit. At vrbis antiſtites ⁊ orbis/ audita eius fama ⁊ prodigiorū virtute: eum cū ſumma veneratiōe ⁊ dilectiōis affectu ſuſcepit. Qui ad tēpus moratus in vrbe decreuit demū ad ſuā patriā remeare. Petita igitur licētia ⁊ cum difficultate obtenta remeandi a ſede apoſtolica dioceſanis ⁊ alijs locoꝝ preſidentibus per q̄ eū tranſire contingeret/ plurimū recōmendat⁹ eſt: ⁊ vbiq̄ honorifice ſuſceptus. In reuerſione ſua igitur poſt miracula multa ⁊ gratiā ſanitatum nō paucis exhibitā in diuerſis locis: Mediolanū eo adueniēte ⁊ aliquā morā ibi ſuſtinēte: multipliciter oſtēſus eſt dn̄s miraculis in ſctō ſuo. Nā .xij. a ſpiritibus immundis vexatos/ liberos reddidit. Ceco cuidam lumen dedit. Alter nomine Conſtantinus filius cuiuſdam nobilis et eminentis viri quum debitū nature ſoluiſſet: corpuſq̄ eius ad veſtigia eius fuiſſet delatū: orationi inſiſtens ſanctus Florentius a portis mortis eripuit rediuiuum. Inde recedens ad Albiganum peruenit: vbi etiam fidelibus ⁊ infidelibus ſigna plurima oſtendit. Sed inter cetera quū iam menſibus octo celum pluuiam nō dediſſet: propter qđ arefacta terra producere non valeret: orante viro ſancto/ tanta magnorum imbriū ſuper terrā fuit effuſio: vt abundanter irrigata rerū alimoniam miniſtraret. Quod beneficiū in duobus tantum miliaribus circunquaq̄ fuit cōceſſum: vt infidelis pplūs traheretur ad fidē. ¶ Multi aūt ex infidelibus hoc pacto ſpoponderunt ſe credituros in chriſtum: ſi ipſe vir dei idola que colebant: ſuis verbis in puluerē reſolueret: quod oratione ſua effecit. Inſuper ⁊ draconem quendā mire magnitudinis qui e cauerna ſua egrediens aliquando flatu ſuo venenoſo plurimos inficiebat: vt minus noceret: ſuggeſtione diabolica annuatim puerum ⁊ puellam virgines ei immolabant: a loco illo fugauit. Accedens enim intrepidus ad cauernam in qua habitare dicebatur: dn̄m exorauit: vt aūt ipſe draco interiret/ aut alio diſcederet ad documentū hominum nunq̄ rediturus. Oratione cōpleta voce ſonora draco ille monſtroſus ab antro ſuo ſe mouens/ alueum vicini fluminis petijt: per quē in mare dilapſus nunq̄ comparuit vltra. In ciuitate quoq̄ Placentina quum morā traheret: vna dierum eccleſiam ingreſſus orandi cauſa: indeq̄ audiens lugētiū clamorem: cauſam perſcitatus eſt tanti planctus. Qui quū intellexiſſet ob mortem cuiuſdam puelle illos plorare: tactus compaſſione pre dolore cordis intrinſecus. Eamus (inquit) viſitare lamentantes: ⁊ aliquid conſolationis ſi poſſumus impendamus. Facta igitur oratione: hoſpitium vbi corpuſculum puelle iacebat exanime: indicto ſilentio hꝭ qui ſecum erant orare precepit. Quod quum ipſe cum hꝭ ageret: ab oratione ſurgens ⁊ apprehendens manū puelle defuncte: ter pprio nomine illam altiori voce clamauit. Que viuificata reſpondit.

reſpondit. Luctuſq; omniū in gaudium eſt cōmutatus. Ibiq; in monumentum prodigij conſtructa eccleſia: locuſq; ille in honorē ſancti dictus eſt Florentiola. ¶ Demum ſuperatis montibus Galliam vltraalpinam ingreſſus eſt: vbi in baſilica ſancti Tirſi duobus cecis lumē reſtituit: plures a demonibus obſeſſos liberauit: mutis loquelam cōceſſit. Rex aūt Francie comperta ſanctitatis eius fama a populis: eum ad ſe literis acceſſiri fecit: et venientem ꝙplurimū honorauit ⁊ dilexit. ¶ Quadam vice quū rex contra paſtorem ouium ſuarum ob quedam ei relata crimina furore exarſiſſet: eum incendio adiudicauit. Quod quum executioni mādaretur: hoc audiēs vir dei accurrit: ⁊ in ignem ardentem in quem iam ille reus erat iniectus/introiuit: et virga quam tenebat in manu/flāmas extinxit: quod rex audiens reum illum iuſſit diſſolui liberum dimittēs. ¶ Die quadam quum rex diſcurrens inuiſere ciuitates regni ſui/ Cabillonem cum ſancto Florentio ingrederetur: placuit ſancto viro viſitare incarceratos ad conſolandum eos. Cuſtodes vero carceris timentes liberationem illorum: aditum ad eos concedere noluerunt. At vir dei oratione ⁊ crucis ſignaculo omnium carcerum clauſtra ferro ⁊ feris clauſa aperuit: ⁊ afflictos captiuos conſolatus eſt. Ad dominū epiſcopo migrante Cabillonē. ciuitatis notabilis Gallie: de iudicio regis beatus Florentius in paſtorem ⁊ epiſcopum Cabillonēſ electus ⁊ conſecratus eſt. In quo ſtatu nil diminuēs humilitatis aut charitatis: ſed apicem perfectionis apprehendens: omnibus factus eſt religionis Chriſtiane ſpeculum ⁊ ſanctitatis exemplum: infirmos varijs languoribus ſanitati reddens. Porro poſt virtutum egregia opera egritudinem incurrens feliciter obdormiuit in domino.

Florentiola.

§.III. De ſctō Proculo martyre.

Proculus martyr.

Hic glorioſus vir cum quibuſdam alijs ſocijs de Syria in Italiam venit. In cryptam aūt Veronianam ſe conferens/in magna abſtinentia deo ſeruiebat: bis tantum in hebdomada cibum ſumens: ⁊ multa p eum dñs miracula faciebat. Et inter cetera vexatū a demone iuuenē liberauit: ⁊ quendam cecam illuminauit. Sanctus aūt Valentinus epūs Tyrie (rectius Tyree) que hodie dicitur Iterannis (rectius Theramne) audita fama ſancti viri: quum ad illas partes acceſſiſſet eum ad ſe vocari fecit. Et lȝ inuitū/preſbyterū ordinauit: ⁊ cū eo aliquādiu morā trahēs. ¶ Factum eſt aūt vna dierū quum Proculus corā Valētino epiſcopo miſſam celebraret: ecce angelus domini veniens tulit calicem: ac omnibus videntibus qui aderant/deportauit in aera: ⁊ poſt ſpatium duarum horarum rediens ſuper altare repoſuit: id dicens. Dominus deus benedixit: tu tātum liba illum. Quo facto magnas deo omnes gratias reddiderūt de tanto prodigio. ¶ Quum autem celebraret in reſurrectione Domini de nocte: qua hora Chriſtus reſurrexit: audiuit angelos glorioſe cantantes: ac ab eis accepit horam domino ſacrificādi hoſtiam illibatam. Quidam autem tyrannus infidelis in partibus illis audiēs culturam euacuari deorum per ſanctuȝ Proculum ⁊ ſocios: iuſſit eos capi ⁊ coram ſe adduci. Qui preſentatus ei quum inuitatus a tyranno ad culturā deorum omnino recuſaret: demones non deos affirmans: diu tyrannus eum cedi mandauit: ⁊ catenis vinctum in carcerē truſit. Sed angelus domini media nocte cum lumine apparuit: vincula ſoluit: ⁊ carcerē aperuit: ⁊ ad propria redire precepit. Interea beato Valentino martyrio coronato: ſanctus Proculus in antiſtitem Iaterannis (rectius Therānea) conſecratur: vbi multos ad fidem verbo ⁊ exēplo trahebat ⁊ doctrinā miraculis multis cōfirmabat. Fuit aūt ſuggeſtū ſummo pontifici: ꝙ Proculus epūs Iterannus nocte miſſas celebrabat: ⁊ at repente poſt cōmunionem ſumptam cibum accipiebat. Eapropter mittuntur nuntij ad Proculū: qui pontificem de veritate eius informent: quos ad ciuitatem Iterannis (rectius Therannem) applicantes gratioſe recepit: ⁊ ſecum retinuit vſq; ad craſtinum diem. Noctem autem ſequentē Proculus duxit inſomnem: ⁊ media nocte vt ſolitus erat celebrauit. Et cōmunione peracta cibum ſumpſit: inuitās ad idem ſocios: ⁊ quum eſſent cum eo iter facturi: qui renuerunt horrentes factum eius: ꝙ tali hora ſumeret cibum. Iter igitur ſuum proſequentes: in via ex calore ſolis accidit vt ſodales eius quaſi deficerēt pre ſitis anguſtia. His multum compatiens vir dei / ceruam a longe contēplatus: ei mandauit vt ſiſta maneret: ad quā firmatam properās lac eius emulgēs ſocijs ſuis potum dedit: vnde recreati ſunt ⁊ valde admirati ſanctitatem viri. Apparuit ⁊ in viſu nocte angelus pontifici mandās vt Proculum epiſcopum Iterannis non moleſtet in quoquā: quia que ab eo geſta ſunt/recte ⁊ iuſte facta ſunt. Contraxerat enim vir dei a temporibus retroactis infirmitatem quandam ſtomachi: propter quam oportebat eum ſic intempeſtiue cibum ſumere ne deficeret. Deſtinauit igitur Romanus pontifex citiſſime alios nuntios ad Proculum referentes ei ex parte eius vt non vltra laborē itineris proſequeretur. Ad quem quum perueniſſent: ⁊ imperata ſignificaſſent: dixit ſe omnino velle videre tanti pontificis faciem. Urbem demum ingreſſus viſitauit pontificem ſummum cum omni honore ⁊ reuerentia: quem gaudioſe ſuſcepit veniam petens de labore itineris ſibi impenſo. Et poſt aliquot dies benedictiōe accepta. Spoletum cum ſocijs adierunt: vbi verbū domini feruenter nuntiantes: multos ad dñm Jeſum colendum cōuerterunt: ⁊ miraculis coruſcantes: ⁊ inter cetera paralyticū vſui membrorum reſtituentes. Qui vero preſidebant Spoleti viri infideles: egre ferentes chriſti fidem dilatari: ſtatuerūt vt Proculus cum ſuis caperetur. Sed dominus apparuit in viſu Proculo: admonens vt inde recederet cum ſuis: quia capiēdi eſſent: vt pergeret Bononiam ad euangelizandum ibi regnum dei: qđ ⁊ fecerunt inde recedentes. Bononiam profectus in domo cuiuſdam ciuis Theodori nomine hoſpitatus eſt: cuius vnicum filium habentem manum aridam plene ſanauit: propter quod ille cū tota domo eius baptizat⁹ eſt. Totila rex Longobardorum ⁊ Gothoȝ vt audiuit ꝙ per beatū Proculum idolorum dimitteretur cultura: ⁊ ac xp̄i creſceret nomen: quaſi leo ſeuiens Bononiam veniens/fecit Proculū perquiri ⁊ vinctum ad ſe perduci: ⁊ demum mandauit eum decollari die . kalen. Ianuarij. Accedētes viri timorati quos ipſe baptizauerat: tulerunt corpus eius: ⁊ extra ciuitatem deferentes cum aromatibus ſepelierunt. Sepulto Proculo: puer mortuus iuxta eum poſitus eſt: moxq; membra ſancti mortua vbi attacta ſunt a pueri cadauere: reſuſcitatus eſt. Corpus vero poſtmodum inuentum eſt cum capite iunctuȝ: nulla leſionis ſigna habens.

§.IIII. Beatus Proculus martyr

(vt legit̄) fuit tpe conſtitutionum legū: ⁊ fuit tpe Iuſtini imperatoris: qui dedit imperium Iuſtiniano imperatori nepoti ſuo: ſub cuius imperio feritas gentiliū adhuc ſeuiebat in chriſtianos: ⁊ Arriana peſtis inter profanos pullulabat. In hac tempeſtate Marinus pretorij prefectus miſſus eſt Bononiam: vt reip. ſtatum ſummopere cuſtodiret. Interim cepit inſequi chriſtianos ſuaſu paganorum: ⁊ ſanctas dei eccleſias claudere ſuaſu hereticorum: ac ⁊ cunctos xp̄ianos ad palatium iuxta Puſterulam in loco qui dr̄ Gallicātule cōuenire iuſſit eoſq; cunctos iugulari: predia ſubſtantiaſq; eorū palatio vēdicari. Inter quos beatiſſimus Proculus martyr egregius nobilis gēne: perſona decorus: ſapientia ſplendid⁹ cepit hortari ſocios ſuos. Et habita ad eos oratiōe iuſſu Marini prefecti coram eo preſentatus eſt. Habita itaq; inter eos varia prolixaq; diſputatiōe: diffinita tandem Proculus audita contra ſe ſeua principis ſententia: ſecurim quam valde diligenter exacuerat ſumpſit: ⁊ ceruicemq; Marini pretoris in templo orantis penitus obtruncauit: que nuſq; comperta eſt. Poſtera vero die tēpeſtiue conuenientes miniſtri ad principis templum vt orarent: corpus exanime abſq; capite reppererunt. Facta igitur magna diuturnaq; lamentatione ac ingenti inquiſitione: per duorum dierum ſpatium remāſit: ⁊ tertia vero die non combuſtum (vt mos erat) ſepultuȝ eſt. Inter cetera tandem quum a cūctis criminatus eſſet beat⁹ Proculus: aliquot dies latuit: non quod mortem effugeret ſed vt ire ſeuientis in eum populi aliquantulum cederet. Deniq; pateſactus eſt inter virgulta caſtanearum beatus Proculus vbi orabat: atq; repertus eſt. Quumq; eum orantem inſpexiſſent: trium horarum ſpatium ſtupefacti extiterunt: adeo vt nullus auſus eſſet appropinquare. Finita igitur oratione: beatus Proculus dixit ad Iudeos. Quid queritis? Illi autem aiebant ſe ſcire Proculum conſcium necis principis ſui. Proculus vero confeſſus eſt ſe eſſe conſcium: ⁊ ac egregiam erga eos habuit diſputationem. Prelibatus vero Iudeus diſputatione hac partim confuſus: partim ꝙ non valebat ſolus in Proculū animaduertere: lento gradu receſſit. Interim Proculus a palatinis militibus comprehenditur: trahitur: flagellatur: pugnis tunditur: calcibus deiſ latera tunditur: ſic vſq; ad locum vbi decollatus eſt/ diſcerpitur atque deducitur. Quū vero ad palmaȝ martyrij perductus eſſet: expanſis manib⁹ orauit: ac illico improbus ſpiculator vibrans bipennem caput eius amputauit: ſtatimq; fulgor ſonitus ingens intonuit. Surgens itaq; beatus martyr conſtitit: ⁊ apprehendens caput ſuum iuxta genua vſq; ad locū peruenit: vbi hodie etiam requieſcit. Eccleſiaq; ipſa que prīmo ſcti Xiſti nomen habebat: ⁊ ab eo nomen ſumpſit. Hec oīa actis reperiuntur ad ſancti martyris Proculi venerabilem celebritatem. Martyrizatus eſt autem in ciuitate Bononie kal. Iunij a gentibus miniſtris profani ac dānati Marini prefecti pretorij: imperante Iuſtino imperatore ⁊ regnante

vero dño noſtro Jeſu Chriſto: qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat deus in ſecula ſeculorum.

¶ De ordine eremitarū ſancti Auguſtini. Cap. xiiij.

ordinis eremitarum ſcti Augu. inſtitutio.

DE ſacro ordine eremitarum ſancti Auguſtini: qui in priuilegijs inter mendicantes cōputatur: que inueni hic refero. Quidam religioſus dicti ordinis ſic ſcribit. Reuelatū fuit prophetico ſpiritu abbati Joachim qui ſic in expoſitiōe ſup Apocalypſim ſcribit de fratribus ordinis ſancti Augu. Surget ordo qui videt̄ nouus et non eſt: indutus nigris veſtibus et deſuper zona. Hi creſcēt: et fama eorū diuulgabitur: et predicabunt fidē: quam defendent vſq; ad mundi conſummationem in ſpū Helye prophete. Qui ordo erit eremitarum emulantiū vitam angelorū: quorum vita erit quaſi ignis ardens in amore et zelo dei ad cōburendum tribulos et ſpinas: hoc eſt ad conſumendū pernicioſam vitam prauorū: ne mali vtriq; abutantur patiētia dei. Ex his dictis religioſus elegit duas cōcluſiones. Prima eſt/ꝙ ordo eremitarū ſancti Aug. eſt ceteris ordinibus antiquior inſtitutiōe: et qꝛ dicit. Surget ordo qui videtur nouus et nō eſt. Et ꝙ ſit antiquior ordinibus mēdicantiū patet ex chronico ſeu regiſtro pōtificum: vbi dicitur ꝙ incarnationis dñi anno. ccl. ſumpſit initiū ordo eremitarū fratrū ſancti Augu. a Paulo primo eremita. Et hoc etiam patet: qꝛ Augu. a quo fratres eremitani regulā ſumpſerunt normāq; viuendi: floruit circa annos dñi. xl. Beatus vero Benedictus a quo monachi ſumpſerunt initiū: floruit circa annos dñi quingentos. Qō ſit hic antiquior ordinibus mendicantiū ſcz predicatorū et minorum: patet. Nam in decre. que incipit. religionum. De religioſ. do. lib. vi. dicitur ꝙ inſtitutor fratrū eremitarū ſcz Augu. preceſſit conciliū Lateranū. quod celebratū fuit ſub Inno. iij. quo tēpore nōdum erāt ordines mendicantiū inſtituti: ſz a ſucceſſore Inno. iij. immediato ſcilz Honorio. iij. fuerunt mendicantes ordines approbati. Et ſic ordo eremitarum ſcz Augu. videtur nouus propter nouā in ciuitatibus inhabitationē: ſed nō eſt nouus propter antiquā eius inſtitutionē. Sed declaratio iſta non ſufficiēter probat propoſitum. Nam etſi ordo eremitarum et in eremo viuentium ceperit a Paulo eremita: non ſequitur ꝙ talis modus viuendi eſſet ordo beati Augu. vel viuerēt ſecundū regulā beati Augu. qui adhuc non erat in mundo: ſed poſtea plus ꝙ per centum annos. Nec legitur alicubi ꝙ aliquā cōmunē regulā illi eremite haberēt: nec tūc aliquis ordo vel religio erat ab eccleſia approbata: vt poſtea fuit. Qō beatus Bene. et eius religio ſcdm regulam eius fuerit poſt Augu. certū eſt: vnde et canonici regulares qui profitētur regulam Augu. vtiq; fuerunt ante monachos Benedictinos: et etiam aliqui eremite viuētes religioſe in locis ſolitarijs potuerunt eſſe qui viuerent ſcdm regulā Augu. et forte illi ad quos ſermones editi dicuntur ad eremitas: ſed non erāt illi proprie loquendo illius ordinis et modi vite: cuius nunc ſunt qui dicuntur eremitani: et habitāt in ciuitatibus villis et caſtris. Similiter etſi fuerunt aliqui ante ordines mendicantium: qui viuerēt in eremis ſcdm regulam Augu. non tamē erant talis ordinis: nec habebant vnum caput: nec illas ordinationes quas habent eremitani nunc. Unde poteſt dici ꝙ qui dicuntur eremitani nunc non fuerint ante mendicantes ſed poſtea: vt patebit infra.

§. I. Exēplar huius glorioſi pa-

tris Auguſtini imitatus eſt venerabilis pater frater Anſ. de Cremona: ſacre pagine doctor famoſus: et olim prior generalis eiuſdē ordinis. Qui cum per annos circiter. xvi. gubernaculum ordinis laudabiliter tenuiſſet: et poſtmodū diuina prouidentia et dñi Clementis pape. vi. prouiſione ep̄s Nauarienſis eccleſie factus eſſet: nolēs propter ep̄atum fratrū ſuorum cōionem deſerere. xij. fratres eiuſdē ordinis ſecū in domo ep̄ali diuinū officium diurnū pariter et nocturnum: ſicut antea in ordine cōſueuerat: omni nocte ſurgens ad matutinum deuote cum eis vocaliter perſoluebat. Et licet pontificali preſulgeret honore: nos minus tamē humiliter et affectuoſe ſe ad oēs fratres ſui ordinis tenuit ꝙ preuentam preter fratres predictos quotidianos ſuos cōmenſales: ſingulos fratres forenſes aduenientes in menſa eſſe volebat. Preceperat enī priori lege vt nullum fratrē hoſpitem in cōuentu comedere permitteret: ſed ad eum omnes et ſingulos deſtinaret. Studentibus nihilominus pauperibus et alijs egētibus fratribus multas pias ſubuētiones faciebat: et ad locumq; ſancti Auguſti. in Papia notabilia ſubſidia impendebat: et ad capitula generalia quo per ſe venire non potuit: elemoſynam realem largiri per alium ſtuduit.

§. II. Notādum etiam ꝙ beatus

Aug. habitu religioſo in triplici ſui ſtatu indutus eſt. Nam primo poſt conuerſionem ſuam et baptiſmum: dicit Ambro. in ſer. de baptiſmo et Augu. conuerſione. Hunc ſcilz Augu. in xp̄o genui: et poſtꝙ baptizaui/cū indui cucullam nigrā: et ipſe ad differentiam monachorum ſe cinxit zona: pergēs ad Simplicianum: qui bonus ei apparebat ſeruus dei: et vere ſic erat: vt ſcilicet de modo viuendi cū eo conferret. Et ipſe Aug. in quodā ſer. ſic ait. Duodecim fuimus fratres q̄ induimus cucullā nigrā: calciamenta et zonā nigram deſuper cinctam: ad differentiam monachorum. Nomina aūt iſtorum ſunt Auguſtinus ipſe primus: ſcdʒ poſt Nebridius: tertius Euodius: quartus Alippius: quintus Pontianus: ſextus Adeodatus: ſeptimus Simplicianus: octauus Fauſtinus ſcz Grec⁹: nonus Cordulus: decimus Ualerianus: vndecimus Juſtus: duodecimus Paulinus. Remeans igitur ad Aphricam poſt mortem matris: in hoſtijs Tybertinis venditis proprijs bonis et pauperibus erogatis: monaſterium in nemore apud Hipponeñ. ciuitatem primū cōſtruxit: vbi cū amicis ieiunijs et orationibus vacans: ſcribebat libros: et docebat indoctos: et alios per nemora hincinde queſiuit religioſos ſeu eremitas: et eos ſecum in ipſo monaſterio collocauit. Et quū eſſet in itinere reuertens ad Aphricam: viſitauit eremitas qui erant in monte Piſano: aliquibus diebus cum eis moram trahens: et alios eremitas qui erant in Centumcellis prope Romam. Sed dū preſbyter factus a beato Ualerio ep̄o quū doceret ppl̄m et curā haberet in horto: quē ſibi contulit beatus Ualerius: aliud monaſteriū in ciuitate cōſtruxit: in quo cū religioſis viuebat: et regulam eis ſcripſit: et in ſacra pagina eruditos ab eo ad predicandum populis eos ordinauit. Ep̄s aūt factus conſtruxit tertiū monaſteriū in epiſcopio ſcilicet canonicorum regulariū: et regulam iam inſtitutā per eū eis ſeruandam dedit: cōmunem clericis et fratribus: de qua dicitur. xij. q. i. non dicatis. et cap. nolo. et cap. certe. Interdum etiam declinabat ad fratres in eremo habitātes: cū quibus prius cōuerſatus fuerat: eos exhortās ad oēm perfectionē: vt patz in ſermonibus eius ad eremitas: q̄ etiā ep̄s factus monachū ſe profiteri nō erubuit: vnū in quodam ſer. ſic ait. Ego hodie q̄ videor monachus ſi rumpero propoſitū meum xp̄m ſequi et infra. Ego quidē ſum monachus (ait ipſe) qui deſij eſſe ſecularis: et factus monachus ſi voluero dimittere vitam monachi et ſequi vitam ſecularē: non habebit me deus vt ſecularem: ſed vt preuaricatorē. Item in lib. quem ſpeculum ſeu manuale appellauit: antiquos monachos vocās patres ſuos ait. Concede mihi dñe fragiliſſimo beatorum monachorum patrum meorum imitari veſtigia.

§. III. Quum autē omnipotens

Fratrū eremitarum ſcti Auguſtini diſperſio.

deus beatum Aug. de valle huius miſerie ad celeſtis regni gloriam euocaſſet: crebreſcente hoſtili Uuādalorum inſultu et ſucceſſu tp̄is inualeſcente eorū perfidia: monaſterijs et eccleſijs in Aphrica gētilitatis ritu pphanatis/concrematis/ et deuaſtatis: perſonis q̄ eorū exiliatis et fugatis: vt habet in chronicis: tunc etiam fratres illi q̄ in cenobijs ſub beato Aug. nutritore degerāt: hincinde diſperſi ſunt: quorum quidam deuenere in Tuſciā: qꝛ forte beat⁹ Augu. in trāſitu ſuo de Mediolano in Aphricā aliquos inde aſſumpſerat: et etſi ex illis forte illo tp̄e nō aliquis fuiſſet ſuperſtes: eorum tamen poſteri per eos edocti poterāt de Tuſcia boni aliquid audiuiſſe: vcz quō ibi eſſent fratres aliqui eiuſdē propoſiti per Augu. etiā inſtructi filii. Sicq; illuc venientes nonnulli eorū in cellis ſolitarie: alij in cenobijs heremiticis ſe receperunt: ſeruientes dño ſicut cuiq; dñs inſpirauerat. Et ſic illa ſctā ſocietas per beatū Augu. inſtituta: et per eū ſemper (vt dictū eſt) obſeruata non omnino dirupta fuit et abolita: ſed in aliquibus bonis patribus cōſeruata: donec nouiſſimis temporibus illam diſperſionē deus dignatus eſt adunare: ſicut olim diſperſionem Iſraelis ꝯgregauit. Deniq; ab illa diſperſione multi fluxerant anni vſque ad tp̄a Inno. pape. iiij. qui fuit primus papa quē circa ordinem iſtum aliquid ſpeciale feciſſe legi: et ꝙ veriſimile ſit ꝙ ante eum plures Romani pontifices iſtum ordinē fuerint cōgruis fauoribus proſecuti: licet ppter tp̄is antiquitatē et fratrum ſanctā ſimplicitatem nihil a nobis de hoc ſcriptū inueniatur. Nam antiquitus ſcti patres de priuilegijs et gratijs ſcriptis ſe minime occupabant: ſed ſimplicem fauorē ſedis ap̄lice et prelatorū eius ſufficere arbitrati ſunt. Unde etiā fertur de beato Franciſco ꝙ ipſe ſup gratis indulgentie quā fratres minores predicant eſſe in Aſſiſio: priuilegiū ſcriptū a papa petere non curauit: cōtent⁹ de oraculo viue vocis. Sic exiſtimo fuiſſe tp̄ibus illis in antiquis: q̄ adhuc in maiori ſimplicitate viuebant ꝙ ſcttū Franciſcus: quū ipſi in eremo habitarent. Qualiter aūt fratres dicti ordinis illo interuallo tanti tp̄is idest a diſperſione ſua de Aphrica vſq; ad tēpora dicti pape

Inno.

Inno. vixerint: quid de egerint: in ſcripto authẽtico non inueni. Unde de hoc aliquid ſcribere nõ curaui: ſed hoc vnum certũ eſt: ꝙ illa ſctã ꝓpago ſancti Auguſt. nõ oĩno extincta fuit: ſed aliquibus bonis fratribus in quadã ſctã ſimplicitate viuentibus perdurauit vſq; ad annũ dñi. M.ccxv. quõ celebratum fuit cõcilium Lateranẽ. ſub prefato dño Inn. papa iij. Et ꝙ ordo iſte illud Lateranẽ. conciliũ precefferat: exprimitur in textu decre. extra de relig. do. religionum. li. vj. In quo concilio ordines predicatorum ⁊ minorũ qui tunc recẽter ſurrexerant: in fauorẽ quidẽ eccleſie recepti ſunt: ſed nõ dum confirmati. Qui Inno. ad eorũ confirmationem durius fuit. In eodem etiã cõcilio tunc: qꝛ ibi de ordinibus ſingulis tractabatur: ordo ſancti Augu. regiſtratus ⁊ adnotatus fuit abſq; tñ ſolennitate cõfirmationis: vt habet in regiſtro pontificum Romanorũ. Hic ergo Inno. papa. iij. fuit primus põtifex a quo ordo habuit aliquod priuilegiũ ſcriptũ: quantũ ego potui indagare. Cõfirmauit namq; locũ ſancti Antonij in Ardigneria: qui eſt in prouincia Senenſi: cuius priuilegij formam vidi. Poſt hunc Honorius papa. iij. qui ordines ꝑdicatorum ⁊ minorum cõfirmauit: etiã loca illa ordinis ipſi⁹ ſub protectione ſedis apoſtolice ſuſcepit. Poſtmodũ Inno. papa. iiij. vir vtiq; magne ſcientie ⁊ induſtrie: qui ſedit anno dñi. M.ccxl. conſiderãs ordinẽ predicatorũ ⁊ minorum notabiliter creſcere: ⁊ fructus ſalubres in eccleſia dei ꝓferre: fratres vero eremitan ſancti Auguſt. ſibi ſolis per bonã vitam prodeſſe: cepit velle agere: quaten⁹ ⁊ ipſi ſicut predicatores ⁊ minores fructum ſalutarẽ in eccleſia dei ꝓducere poſſent. Erant autem tunc temporis in diuerſis mundi regionibus et precipue in partib⁹ Tuſcie diuerſi alij eremite: ſub diuerſis titulis diuerſimode viuẽtes: quos omnes idem Innocẽ. eremitis ſancti Auguſtini coniunxit: ⁊ reducẽs eos ad vnum ouile ſub vno paſtore: ſcilicet priore generali mandãs vt oẽs ſub vna regula ſancti Auguſtini vno nomine profitẽdi/ vno habitu: vno titulo: ⁊ vno officio: ⁊ eiſdem cõſtitutionibus vti deberent: muniens q; eos pluribus priuilegijs ⁊ gratijs: quorum omnium exẽplaria et nonulla originalia ſub bulla: ego vidi. Et vt ordo eo efficacius ſurgeret ad crementum: dedit eis vnum cardinalem prouiſorem ordinis et protectorem: intendens eis exinde de ſtatu vberiore preſtabiliter prouidere: ſed preuentus morte ea que propoſuit/ nõ perfecit. Unde beatus Auguſtinus volens diſpoſitionem ſue religionis cõgregari: ſuccedenti ei in ſede apoſtolica domino Alexandro pape. iiij. in viſione apparuit: grandis quidem capite: ſed mẽbris exilis. Ex qua viſione velut diuino oraculo papa commonitus: vnionem per preceſſorem ſuum dominum Innocentium inchoatam conſummauit. Ipſe namq; fratres eremitas diuerſorũ ordinum: quorum quidam ſancti Guilielmi: alij fratris Joannis boni: alij de Fabali: alij de Brittinis cenſebantur. Alij quoq; apud homines ambiguis nuncupationibus vacillabant: necnon et fratres de penitentia Jeſu chriſti: qui Saccite vocabãtur. Hos inquam omnes in vnũ redegit: ⁊ ordini eremitarum ſancti Auguſtini cum perſonis et locis effectualiter incorporauit ac vniuit: diſpenſans cum eis ſuper diuerſarum profeſſionum et obſeruantiarum ligamine: quibus antea in predictis vel alijs ordinibus adſtricti quomodolibet tenebantur. Mandans quoq; ac per cenſuras eccleſiaſticas compellendos eos decernens: quatenus ſub vnius prioris generalis obedientia ſecundum regulam ſancti Auguſtini omnes vnanimiter debeant militare. Et vt in hac ſancta coniunctione nulla deformitas appareret: idem Romanus pontifex determinauit eis habitum: ⁊ officium/ ⁊ titulum: que omnia ex antiquis priuilegijs ordinis apparent luculenter. Et inter mendicantes hodie cõputantur: ab ordinarijs exempti.

§. IIII. Quum aũt corpus ſacra

tiſſimum beati Auguſtini de Aphrica fuiſſet tranſlatum in Sardiniam: poſtea in proceſſu multi temporis inde tranſlatum Papiam in eccleſia que dicitur ſancti Petri de celo aureo. Ibiq; habitabant ⁊ officiabant canonici regulares: ſed Joannes papa xxij. deuotione affectus ad ordinem eremitarum/ eos illuc miſit: et conceſſit eis iuxta dictam eccleſiam monaſterium edificare/ et habitare cum dictis canonicis regularibus: et officiare ſimul: dicens decens fuiſſe et rationi conſonum tanq; membra capiti/ diſcipulos magiſtro/ filios patri ſuo vniri debere. Lamentabile enim videbatur ꝓprios filios ſepulchro paterno priuari. Sed ibi congruebat ipſos fratres eremitanos habitare: vbi oſſa patris Auguſti. requieſcunt: ſcilicet Papie: vt dicere poſſent. Et ſepulchrũ
Act. ij. eius apud nos eſt. Sicq; ordinẽ ipſum exaltauit et priuilegijs muniuit: ⁊ vſq; in diem preſentem officiãt eccleſiã illã ex choro vno eremitani fratres: ⁊ ex altero abbas cũ paucis canonicis regularib⁹ ĩ eccliã cõi vtriſq;: ſʒ clauſtris ſepratis.

§. V. Quali autẽ habitu beatus

Auguſt. cum ſuis fratribus vſus fuerit: conſequenter perſcrutandum eſt. Equidem nullum determinatum habitum eremitarum anachoritarũ primitus fuiſſe legimus ſed eorum quilibet vtebatur veſte qualem habere potuit. Nam de de ſancto Paulo primo eremita legimus ꝙ habuit tunicam de palmarum folijs cõtextam in modũ ſportarum: ⁊ quoddã collobium. De beato vero Antonio legimus quod veſtimento intrinſecus cilicino: deſuper melote velut pelliceo vtebatur. De ſancto igitur Hilarione legitur quod ſacco tantum membra coopertum erat: ⁊ pelliceum habens quod ſibi beatus Antonius proficiſcenti dederat: ſagumq; ruſticum. Sed ſepultum eum fuiſſe legimus in cuculla/ tunica ⁊ pallio. De monachis etiam Egypti legitur quod melotis vtebantur. Eſt autem melota ſecundum Papiam veſtis monachalis de pelle animalis quod melo vel taxus dicitur: valde hiſpida: ⁊ eſt pendens a collo: ꝑcincta vſq; ad lumbos: ſed aliquando accipitur pro pelle caprina. In vit. pat. primum legitur parte prima de ſancto Panfutio: qđ ipſe quendam diſcipulum ſuum induit habitum monachalem: ſcilicet leuitoriam ⁊ cucullam: ac melotas: que eſt caprina pellis vt ibi dicitur. Per melotas vero quibus etiam ſancti patres vtebantur (vt dictum eſt) accipere poſſumus tunicas pelliceas: ⁊ etſi non de illa materia: nam de illa materia de qua melote fiebant puta de pellibus caprinis vel camelorum vel taurorum: talia veſtimenta habere viſus non ſuſtinet in Italia: nec in Aphrica vbi illa animalia rara ſunt. Pelliceas tamen caprinas vel ouinas aut de alijs regulares canonici: immo omnes clerici ſub veſte religionis ſuperiore pro tunicis vtebantur. Et adhuc ille pelliceorum ritus in pluribus eccleſijs regularibus perſeuerat. Et veriſimile eſt bea. Auguſt. et ſuos fratres ac etiam clericos regulares tunc temporis huiuſmodi pelliceorum vſum habuiſſe: ſub veſte tamen ſuperiore religionis ac clericalis honeſtatis. Quia vero poſt trãſitum beati Augu. fratres hinc inde fuerunt diſperſi: vt dictum eſt. ſ. et tunc ſuccreuit deformitas tam in habitu quam in diuino officio: ⁊ ceteris obſeruantijs: vſq; ad tempus recollectionis ſeu vnionis ordinis memorate: ⁊ quoniam tunc inter illos fratres ſimplices dubitabatur quis eſſet verus habitus eorum: hinc eſt quod ſedes apoſtolica aſpiciens ad primariam ordinis originem: ⁊ habitum ſuperiorem eis determinauit: immo verius dudum per ſanctum Auguſt. determinatum declarauit: ſtatuendo videlicet quod eorundem fratrum ordinis ſcʒ eremitarum ſancti Augu. habitus exterior eſſet cuculla nigri ⁊ nullius alterius coloris: cũ longis ⁊ protenſis manicis deſuper corrigia ampla cincta: ⁊ habitu ſubteriore eis remanente ſm ordinationes ordinis: authoritate nihilo minus ad hoc ſedis apoſtolice accedente.

§. VI. Ut autẽ fratres huius ſa

cre religionis ſic congregati: ⁊ ſic vniti in eccleſia dei ad inſtar fratrum predicatorum ⁊ minorum ordinum fructum facere poſſent: ſicut ⁊ ipſi olim ante ſuam diſperſionem tempore beati Augu. fecerunt in Aphrica: predicando videlicet populo: ⁊ confeſſiones audiendo: ſicut pʒ in quodam ſer. beati Augu. qui incipit. Ut bene noſtis fratres: ordinauit prefatus ſummus pontifex dominus Alexan. iiij. quatenus ipſi fratres ad ciuitates deberent ſe transferre: ⁊ in eis loca recipere: ac verbo doctrine ⁊ predicationis ⁊ exemplo ſancte conuerſationis/ ac actu audiendi confeſſiones in dei populo fructificare. Ad qđ qꝛ nonnulli eorundem fratrũ erant difficiles: ⁊ malentes in eremo more ſolito ſolitarie deo vacare: quam inter homines mundanos periculo mundani contagij ſe exponere: idem dominus papa intendens illorũ deuotioni ſatiſfacere: ⁊ nihilominus per fratres eiuſdem ordinis fructum ſalubrem in populo producere: ſic ordinauit: ⁊ vt prioribus locis heremiticis retentis/ quicunque deuotionem haberent eremiticam vitam ducendi: poſſent ſecundũ diſpoſitionem ſuorum ſuperiorum in locis talibus commorari. Qui vero ex eis ad fructificandum in populo eſſent idonei: illi deberent in ciuitatibus habitare ⁊ populo predicare ac confeſſiones audire fidelium eis confiteri volentium: ⁊ ſic fructum ſaluiferum in dei eccleſia germinare. Et in hoc ſtatu idem ſummus pontifex ordinem confirmauit ⁊ exemit ſuſcipiendo perſonas ⁊ loca ordinis ſub protectione apoſtolice ſedis: muniẽs eos nihilominus multis priuilegijs ⁊ gratijs tali ſtatui opportunis. Confirmauit quoque eis protectorem dominum Richardum tituli ſancti Angeli diaconũ cardinalem: per preceſſorem ſuum Inno. primitus conſtitutum. Prefacta autẽ ordinis exemptio poſtmodum per dñm Bonifacium papã. iij. ampliata eſt: ⁊ deinde per dominũ Clementem papam vberius impinguata.

§.VII. Regulã autẽ ipſam bea

ti. Augu. profitentur ipſi fratres eremitani ſm iſtam formã: vt reperi in quodam libro ab vno peritiſſimo viro eiuſdẽ ordinis edito. Ego frater. N. facio profeſſionẽ: ⁊ promitto obedientiam deo ⁊ beate Marie virgini: ⁊ tibi priori gñali ordinis fratrum eremitarum ſancti Aug: ⁊ ſucceſſoribus ſuis vĩ tuis viuere ſine proprio ⁊ in caſtitate ſm regulam ſancti Augu. vſq ad mortẽ. Et iſti vtiq pfeſſores profitentur explicite non ſolum obedientiã: ſed ⁊ omnia alia tria ſubſtantialia religiõis. Et ſcdm hoc exiſtimo (ait prefatus doctor) ꝙ iſta tria cadunt ſub precepto profeſſoribus talib⁹. Et ex voto explicite obligãtur ad cetera: ſi nunꝗ interueniat prelati licẽtia vĩ preceptum. De oĩbus alijs teneo ꝙ non veniunt in preceptor ſed mediante prelato non obſtãte vbo pcipiẽte in principio regule poſt torquum dicit. Precipimus obſeruari. Iſtud eñi verbum Precipio, nõ ſemp accipit neceſſitatiue ⁊ potẽtialiter: ſed interdum perſuaſiue et doctrinaliter: ſicut dicuntur preceptores artiũ. Aliorũ igitur tranſgreſſio nõ inducit mortale: niſi p contemptũ eorũ ſcilicet q̃ ſunt in regula. vñ Bern. Contemptus vbiq dãnabilis: neglectus vbiq culpabilis: et ideo diligenter ſeruanda. Eſt autẽ ipſa regula planior et clarior aliquibus alijs in lympitudine cõtẽtorum in ea: qđ patet: qr de nõnullis alijs quantũ ad contenta in eis ante apoſtolicam ſedem varia dubia exorta fuerunt: ⁊ diuerſe declarationes poſtulate: vt patet de ſtatu mona. in nonnullis ⁊ de verbo. ſigni. c. xiij. li. vi. ⁊ in Clemẽ. exiui de paradiſo ⁊c. cõtẽta in iſta regula tanta ſunt cõſideratione digeſta: ꝙ nullo tempore apud apoſtolicam ſedem fuit dubitatum de contentis in ea. Eſt etiã ſuauior ⁊ lenior in moderamine. Nũꝗ eñi fuit dubium apud quenꝗ an in regula Auguſt. ſit aliqđ preceptum nedum impoſſibile ad ſeruandum: ſed nec ſupramodum humane fragilitatis difficile: ſicut de quibuſdam alijs regulis. Nec opus fuit p aliquã moderationẽ rigorem ipſius regule temperari: immo conſtitutiones vltra regulam addiderunt. De quibus conſtitutionibus hmõi tenẽdum eſt ꝙ facte ſunt p patres ipſius ordinis: de ſpeciali mãdato et auctoritate ipſius ſedis apoſtolice: put liquet ex priuilegio domini Inno. pape. iiij. Que quidẽ conſtitutiones olim per antiquos patres edite ſunt. Poſtea tempore beate memorie fratris clementis prioris generalis fuerunt emẽdate et melius ordinate. Quũ eñi idẽ venerabilis pater quodam tpe ad conuentũ Seneñ. acceſſiſſet: ⁊ audiens de pſona preclari viri fratris Aug. de Terranno: qui tunc tpis in eremitorio Roſſie in magna humilitate degebat: ſtatum ⁊ conditionẽ ſue perſone quantum potuit occultando: nec tñ vndiquaꝗ latere potuit lucerna ſub modio poſita. Unde idem prior generalis eũ acceſſitũ in ſocium ſuum aſſumpſit: ⁊ ducens ſecũ ad curiã Romanã ipm lz inuitũ fecit pſbyterum ordinari. Cõuerſantes ꝗdem duo preclariſſimi patres ſimul cõſtitutiões ordinis diligẽti ſtudio reuiderũt: eaſꝗ ſicut zelatores feruentiſſimi religionis huius ordinatius ediderũt, diſtinguentes eas per capitula ⁊ rubricas ⁊ addẽtes, nihilomin⁹ aliqua: ⁊ nõnulla detrahẽtes: prout ſacre religioni ⁊ bono ſtatui ordinis congruere videbãt. Quas etiã conſtitutiones ꝑ tria capitula generalia ꝗdẽ venerabiles viri examinari fecerunt. Nam in ca. in vrbe veteri anno dñi. M. cc. lxxxiiij. celebrato primitus fuerunt in lucem pdite ⁊ publicate, poſtea in cap. Florentino ad ſequens triennũ celebrato fuerũt per ordinẽ acceptate ⁊ approbate: ſed demũ ad illud terminandum in cap. Ratiſponẽſi interfuit venerabilis doctor frater Egidius de Romano: ⁊ aliquibus additionib⁹ ⁊ variationib⁹ factis fuerũt ratificate ⁊ confirmate. Et inde eſt ꝙ conſtitutiones Florentine aliquantulũ diſcrepant a conſtitutionibus Ratiſponẽſium. Que conſtitutiones Ratiſponenſes poſtmodũ exhibite ⁊ preſentate fuerunt dño Clementi pape. v. per venerabilem patrem magiſtrum Alexandrũ de Ripidio priorẽ generalem: ⁊ ab ipſo ſummo pontifice fuerunt collaudate: nõ tñ confirmate: qđ pro bono ordinis omiſſum eſt. Nõ eñi ordini expediret conſtitutiones per ſedem aplicã confirmari, quia nõnunꝗ ex cauſa expedit pro varietate temporis aliquid immutare. Quod fieri non poſſet: ſi eſſent per ſedem apoſtolicam confirmate. Statuta eñi per ipſam ſedẽ ex certa ſciẽtia confirmata: nequaꝗ infringi poſſunt, niſi de volũtate et mandato dñi pape ſpeciali. vt extra de cõfirma. venerabilẽ. ⁊ de reſcrip. cum acceſſiſſent: ⁊ ea cum in Ferrarieñ. Quare multum expediens eſſe pro ordine dinoſcitur: ꝙ ſtatuta et acta capitulorum generalium: qñ opus fuerit ita dño pape exhibeãtur: vt per ipſum approbentur ⁊ collaudẽtur: nõ aũt cõfirmentur. Eodem etiam modo cõſtitutiones ordinis predicatorum non obligant nos ex earũ tranſgreſſione ad culpam: ſed tantũ ad penã: niſi pter preceptum vel cõtẽptũ: vt in prohemio earundem conſtitutionum lucide continetur quod valde eſt vtile pro conſcientijs fratrũ ac etiam pro magna pace ⁊ ordinis vnitate.

[Left margin:] Conſtitutiões Regule ſcti aug. non obligant ad mortale.

[Right margin:] Ordis pdicato rũ cõſtitutiões an obligẽt ad culpam.

¶ Finem ſortitur auſpicatũ tertia et eadem nouiſſima pars hiſtoriarum dñi Antonini Archiepiſcopi Florẽtini: quas ad ſua pducta tẽpora pcociori morte puẽtus nõ valuit in plures annos protogare.

¶ Obijt autem idẽ Antoninus vir cõſilio clariſſim⁹ ⁊ ſacre ſcripture acutiſſimus interpres: hiſtoriarũ ſcriptor diligentiſſimus ac Romane vrbis olim auditor cauſarũ tunc archipreſul Florẽtin⁹: ordinis predicatorũ obſeruãtialis pfeſſor. Anno dñice incarnatiõis. M. cccclix. vi. No. Maij. Cui⁹ preconia indies augẽtur miraculis.

¶ Huiuſce tertie partis Regeſtum.

a a a. b b b. c c c. d d d. e e e. f f f. g g g. h h h. i i i. k k k. l l l.
m m m. n n n. o o o. p p p. q q q. r r r. ſ ſ ſ. t t t. v v v. x x x.
y y y. ʒ ʒ ʒ. A A A. B B B. C C C. D D D.
Oẽs ſunt ꝗterniones pter. D D D. qui eſt Ternus.

¶ Domini Antonini harum hiſtoriã ſcriptoris vita ex Joannis Trittenhemij abbatis Sphanhemenſis libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

Antoninus ordinis Fratrum predicatorum: Archiepũs Florentinus: natiõe Italicus: vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus: ⁊ ſecularium literarum nõ ignarus: ingenio excellẽs: ⁊ clarus eloquio: in declamãdis ſermonibus ad populum famoſus ⁊ celebris opinionis: nec minus vita ⁊ cõuerſatione ꝗ ſcientia reuerendus. ſcripſit multa ⁊ preclara volumina: quibus ad edificationem militantis eccleſie magnifice laborauit. E quib⁹ extat opus magnum ⁊ celeberrimum, in quatuor voluminib⁹ diuiſum: quod prenotatur

Summa conſcientie.	li. iiij.	Quod magnifica ſunt.
Chronica ingens ⁊ notabilis.	li. iij.	Loquar propoſitiones.
Inſtructorium confeſſorum.	li. j.	Defecerunt ſcrutantes.
De cenſura eccleſiaſtica.	li. j.	
Sermones de tempore.	li. j.	
Sermones de ſanctis.	li. j.	Cõuertimini ad dominum.
Et quedam alia.		

¶ Moritur poſt multos ſtudij ſacrati labores: non ſine opiniõe ſanctitatis: ſub Frederico imperatore. iij. Anno dñi. M. cccclix. Indictione. vij. ſexto Nonas Maij Sepultus apud ſanctum Marcum ſui ordinis conuentum.

De ei⁹ autẽ ſalutari doctrina breue hoc extat quod ſubijcitur epigrãma.

¶ Epigramma dñi Antonini ſepulture affixum.

Hic eſt ille tuus paſtor Florentia pro quo
Non ceſſas meſto ſpargere rore genas.
Patribus haud priſcis pietate Antonin⁹ impar
Qui ſcripſit quicquid litera ſacra docet.

¶ Excuſſum eſt laborioſiſſimum hoc opus Chronicorũ dñi Antonini Archipreſulis Florentini: cum ſuis indicibus in ſeriem alphabeticam redactis: Lugduni: Anno ab incarnatione domini ſupra milleſimum quingẽteſimo quadrageſimotertio.

Soli Deo gloria.

1.003.554
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

CCxIII 213

1972